BIBLIOTHECA
MAGNA
RABBINICA
BARTOLOCCII.
PARS III.

קרית ספר

והוא חבור גדול שבו נכתבו כל המחברים היהודים וספריהם
וכל ספרי החיצוניים שנעתקו משאר לשונות ללשון הקדש ;
חברו ויסדו חכם הכלל ברורו דון יוליום ברטולוני
אבא מכת הקדושה ציסטירציאנצי ;

חלק שלישי ;

BIBLIOTHECA MAGNA RABBINICA

De Scriptoribus, & Scriptis Rabbinicis, ordine Alphabetico
Hebraicè, & Latinè digeſtis.

PARS TERTIA.

Vnicam literam י Iod complectens.

In qua complures identidem interſeruntur Diſſertationes, & digreſſiones, quarum Elenchus habetur poſt Epiſtolam ad Lectorem.

Cum triplici Indice, Hebræo vno; locorum Sacræ Scripturæ altero; tertio rerum, Vocumque memorabilium.

AVCTORE

D. IVLIO BARTOLOCCIO DE CELLENO

Congregationis S. Bernardi Reformat. Ord. Ciſtercienſis, & S. Sebaſtiani ad Catacumbas Abbate.

Omnia probate, quod bonum eſt tenete. 1. *Theſſal.* 5.



B. R. NEAPOLIS
B. R. NEAPOLIS

ROMÆ, Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide:
Anno M DC LXXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

CAROLO II.

POTENTISSIMO HISPANIARVM
REGI

D. JVLIVS BARTOLOCCIVS Congreg. Reform. S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Abbas

PERENNEM FELICITATEM.

SVO ſe recipit in Lyceo Bibliotheca mea, dum TVIS
ſe ſiſtit obtutibus, REX AVGVSTISSIME; nec
enim vel tutiùs alibi quieſcere, vel effulgere ſperat au-
guſtiùs, quàm TVÆ Maieſtatis ſub vmbra; vbi glorio-
ſiſſimo TVO nomine protecta, quidquid ab alijs diſper-
ſim honoris, ac patrocinij optare liceat, ſimul vberri-
mè abs TE conſequetur. Ciſtercienſi hæc in campo
collecta, candida inter Bernardi lilia germinata, Auſtriaco nonniſi ger-
mini exhibenda, quo ſecundante, ac fœcundante, Hiſpanico glorioſi re-
fulgent in Orbe Ciſtercij flores. Hos inter Conradi, Othones, alijque
non tàm TVÆ Regiæ ſtirpis purpura, quàm virtutum candore ſingula-
riter micantes, & Ciſtercienſem condecorarunt familiam, & pietatis de-
core auito Auſtriacæ Domus ſplendori radios addiderunt. Verùm, vt ex
intimis cauſæ viſceribus implorati patrocinij eruam argumenta; cuinam
Bernardi filius conceptos inſcriberet labores Hiſpanico niſi Monarchæ,
cuius in Imperio tam latè, longéque Bernardi Cœnobia florent? Quem

tot

tot Bernardi filij veluti ſuum venerantur Patrem? Cuius maiores ità Bernardi alumnos fouere, vt iam Hiſpania Galliæ non inuideat, niſi Bernardi patrium ſolum? Emanauit ſiquidem Gallicis in Regnis paruus Ciſtercij fons, ſed tam citò magnum creuit in fluuium, vt Hiſpanias propè ad Galliarum inuidiam irrigauerit. Teſtibus hîc haud opus eſt, tot etenim hoc comprobatur teſtibus, quot Hiſpanica pietas, non tam religione, quàm opibus inſignia Monaſteria erexit. Et ne quis Clauſtralem hanc tantùm Ciſtercij gloriam dixerit; tot Sacræ Militiæ Heroes, Calatrauæ, Alcantaræ, Monteſiæ, alioſque nobiliſſimos conſulat Equites; hinc enim æquè clauſtrali, æquè militari virtute conſpicuos Bernardi filios TVIS in Regnis admirabitur. Suo fecere Mauri periculo fidem, qui eos, quos tamquam Cucullatos ſæpè deridebant, ſemper bellatores inuictos ſunt experti. Cùm igitur tot Bernardi familiæ Regia TVA protectione glorientur; quid ni ego, REX PIISSIME, inter Bernardi famulos, licèt minimus, idem mihi TVA à magnanimitate auſpicabor? Sed hæc omnibus Bernardi filijs communia. Vnum eſt, quòd Bibliothecam meam TIBI ſingulariter vindicat; candida ſcilicet Hiſpanorum Regum Catholicæ Religionis fides, ac pietas, cui ne deteſtanda Iudæorum immiſceatur perfidia, ſuis in Regnis Iudæos nec hoſpitari permittit. Summas inter Auſtriacæ Domus laudes hæc nulli inferior, vt æquo talione ſuis cogat exulare dominijs, qui Cœli, terræque Dominum venientem *in propria non recepêre*. *Quidni* ergo benigniſſimum receptorem TE ſperet Bibliotheca mea, dum veluti pacto fœdere idem ſit & TIBI, & mihi finis, Talmudicarum ſcilicet ineptiarum confutatio, & Talmudiſtarum proſcriptio? TVVS, inquam, Regius enſis, meuſque calamus data dextera eoſdem inſequuntur Eccleſiæ hoſtes. Cur igitur humaniſſimum TVVM patrocinium non implorem, dum idem bellum gerimus, eamdem dum tendimus ad palmam? Omitto iam extrinſeca, quæ me in TVÆ protectionis ſpe confirmant, benignitatem nempè ſummam, quâ non Hiſpanicis modò, ſed & Italicis Regnis dominaris; paternum, quô non tam eorum, quos TVO natura beauit imperio, quàm exterorum corda deuincis amorem; eximiam, quâ dùm Deus TIBI Regna ſubdit, TV Deo Regna ſubdere non deſiſtis; Religionem, cæteraſque demùm miſſas facio dotes; quæ TE verè Regem non tam potentiâ mirabilem, quàm amabilem bonitate conſtituunt. Annuas igitur, INVICTISSIME REX, & hunc qualemcumque mei ſenij fructum, qua ſoles nec minima reſpuere, benignitate foueas, vt tanti Monarchæ patrocinio lætus, TIBI obſequens, mihi felix, TVÆ fortitudini diuturnum Imperium, TVÆque demùm pietati Regnum auſpicer æternum. Vale, & ad Catholici Orbis incrementum, diù TE Deus ſeruet incolumem.

CENSVRA

Adm. R. P. Fr. GREGORII BONCOMPAGNI DE SCHARINTIIS Sacræ Theologiæ Magiſtri Ord. Prædicat. Romæ ad Hebręos publici Concionatoris, & in Sacroſancta Liberiana Baſilica S. D. N. Papæ Pœnitentiarius, præſertim pro lingua, & Natione Hiſpana.

REpreſſit olim, vt alter Moſes, mirabili ſuæ linguæ virga mellifluus Eccleſiæ Doctor Eremitam Radulphum, qui nouus Pharao Hebræos inſectans illos omnes non expectari ad vitam, ſed expeti docebat ad mortem. Vetuit, inquam, Bernardus occidi Vitæ occiſores, percutiendos admonens lingua, & calamo, non haſta, & ferro, conuincenda, non delenda oculata humanæ redemptionis teſtimonia. Nonne, *inquit S. Pater epiſt.* 323. copioſiùs triumphat Eccleſia de Iudæis per ſingulos dies, vel conuincens, vel conuertens eos, quàm ſi ſemel, & ſimul conſumeret eos in ore gladij? *Quapropter mirabilem Diuinæ prouidentiæ diſpoſitionem mirari non deſino, dum Bernardi filium ad Sanctiſſimi Parentis exequendam mentem promouit. Perlegens etenim, committente Reuerendiſſimo Patre S. Palatij Apoſtolici Magiſtro, hanc Tertiam Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Partem R. P. D. Iulij Bartoloccij S. Sebaſtiani ad Catacumbas Abbatis, inſtructiſſimum ipſam armamentarium eſſe deprehendi, ex quo non iam cum Radulpho enſes, haſtas, aliaque id genus arma ferrea ad corpora perimenda; ſed eruditarum ſententiarum pondera, grauiumque rationum monimenta cum Bernardo ad peruicaces Iudæorum animos, conuincendos quiſque valet depromere. Auctori propterea congratulor, quòd melliti Parentis veſtigijs inhærens, Bernardum agat, non Radulphum; Eccleſiæ pariter Catholicæ congaudeo, quòd ad miſericordiæ, quam in Iudæos exhibet, viſcera profundenda, nobiliſſimum, ac fortiſſimum adinuenerit inſtrumentum. Vtiliſſimum ergo ſimul, & amœnum Opus hoc eſt, nihil mali, boni plurimum continens; quare illud digniſſimum cenſeo, vt publici iuris fiat. Datum Romæ in Collegio Pœnitentiariorum S. Mariæ Maioris die 5. Iulij 1683.*

Fr. Gregorius Boncompagnus de Scharintijs Ordinis Prædicatorum.

TErtiam Partem Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Auctore Reuerendiſſ. P. Abbate D. Iulio Bartoloccio Ordinis Ciſtercienſis Congregationis S. Bernardi auidè legi ex commiſſione Reuerendiſſimi Patris Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri. Et vtilitatem in ea publicam agnoui quam in Prima, & Secunda Parte. Nihil fidei, nihil moribus aduerſum: ſed in eiuſdem defenſionem, & in eorumdem nitorem omnia concurrunt. Ideòque typis digniſſimam cenſeo. Romæ in Collegio Vrbano de Propaganda Fide die 10. Octobris 1679.

Ioannes Paſtritius Philoſ. ac Theol. Doctor, & Polemicæ Theol. in eodem Collegio Lector.

REVERENDISSIME PATER.

PArtem Tertiam Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Adm. Reu. Patris D. Iulij Bartoloccij Abbatis S. Sebaſtiani ad Catacumbas, iuſſu Paternitatis Tuæ Reuerendiſſimæ attentè perlegi, eamque, vt præcedentes Partes, quæ iam literatorum manibus teruntur, nedum prorsùs Catholicæ doctrinæ, boniſue moribus diſſono carere, ac multiplici eruditione tam ſacra, quàm proſana refertam eſſe comperi; verùm etiam ſingulari, curioſaque methodo Hebræorum arcana Rabbinorum occultiora dogmata pandendo, plurimæ vtilitatis ſtudioſis vniuerſis fore deprehendi. Cùm enim, præter Hebraicorum Scriptorum tùm notitiam, tùm identidem cenſuras, totius Miſcnicæ doctrinæ, non modicum ſpecimen, ac Talmudicæ Ghemaræ abſolutiſſimum præbeat argumentum, Fidei Catholicæ tuendæ, Sacræque Scripturæ intelligendæ non parùm opitulari, cognoui. Opus igitur huiuſcemodi publici iuris, vt fiat, & dignum cenſeo, & vt tandem ſuo decore abſoluatur, Auctorem diù incolumem voueo, & exopto. E' Monaſterio Sanctæ Pudentianæ de Vrbe Tertio Nonas Martij 1680.

D. Io. Baptiſta à S. Philippo Sac. Theol. Prof. Congreg. Reform. Monachorum S. Bernardi Ord. Ciſtercienſium Primus Senior Aſſiſtens.

D. Octauianus à S. Anna Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Abbas Generalis.

CVm Tertiam Partem Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ ab Adm. Reu. Patre D. Iulio Bartoloccio Abbate S. Sebaſtiani ad Catacumbas elaboratam, Adm. Reu. Pater D. Ioannes Baptiſta à S. Philippo noſter Primus Senior Aſſiſtens diligenter reuiſerit, & nihil in ea aut Catholicæ fidei, aut bonis moribus diſſonum competerit; vt publici iuris fiat; & ad omnium vtilitatem typis mandetur, concedimus. Datum in noſtro S. Bernardi de Vrbe Monaſterio die 8. Martij 1681.

D. Octauianus à S. Anna Abbas Generalis Præſ.

L. S.

D. Matthæus à S. Benedicto Prior Pinerolij Secretarius.

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſſ. Sac. Palat. Apoſt. Magiſtro.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Viceſger.

Imprimatur,

F. Dominicus Maria Puteobonellus Sac. Apoſt. Pal. Magiſter.

L E-

LECTORI BENEVOLO.

BIbliothecæ Rabbinicæ laborioſum dum conciperem fœtum, (Beneuole Lector) materialis Bibliothecæ quadripartitæ figuræ ad inſtar, hanc parere mens dictitauit. Duas etenim ſupra viginti Hebraici Alphabeti literas hoc ordine mea in Idæa diſtribueram; vt tres primæ ſcilicet א'ב'ג' *Prima in Partę, totius veluti Lycei in facie exhiberentur; ſex ſubſequentes id eſt* ד'ה'ו'ז'ח'ט' *dextrum quaſi latus Pars Secunda complecteretur, reliquæ tredecim tamquam ſiniſtram, & poſteriorem Partem duo extrema occuparent volumina. Verùm rationis ad trutinam literæ* י *Iod fœcunditate redacta, tanta exuberantia redundantem ipſam comperi, vt eidem exponendæ vix integer hic Tomus ſat apparuerit. Hinc ſanè quiſquam, non quadrangularem, ſed ad minùs ſexangularem fore Bibliothecã meam autumabit: ſi etenim vnica litera Iod integrũ occupat angulum, nonne ad minimum tres alios duodecim, quæ ſuperſunt referendæ, literæ occupabunt? Animo ne decidas, (Amice Lector) Quarta Parte addita, perfectam Bibliothecam, atque in ipſa omnes Auctores Rabbinicos ſubſequentium literarum habebis. Neque difficile putes hoc factu; ſi etenim hoc in Tertio Volumine, præter feraciſſimam Iod, replicatum habes integrum Alphabetum omnium Tanaitarum, & Amorraitarum, cur itidem duodecim literæ in Quarto exhiberi nequibunt? præſertim cùm demptis duabus literis* מ & ש, *tanta Auctorum copia cæteræ non abundent. Quadrangularis igitur, quatuor ſcilicet partita in Volumina erit Bibliotheca mea; & in ea, quàm breui publici iuris faciam, Quarta Parte totum Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Syntagma complebitur, & abſoluetur; vti completurum me ſpondeo, & abſoluturum, Patre luminum præſtante, à quo omne donum optimum, & omne bonum perfectum deſcendit. Vale.*

ELENCHVS

Digreſſionum, & Diſſertationum, quæ in hac Tertia Parte Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ continentur.

I. DE Balſamo Ierichuntino. pag. 11. & ſeqq.
II. De Caryotis. ibidem.
III. De antiquitate linguæ Hebraicæ contra Syros, & Chaldæos. 13
IV. De Iuda proditore eius patria, opificio, morte. 24
V. De משנה Miſcnà orali, & traditionali Lege. 77
VI. Quo anno Miſcnæ ſyntagma fuerit incæptum, & abſolutum. 78
VII. De סדרים *Sedarim* Ordinibus Miſcnæ. 83
VIII. De מסכתות *Maſſachtòth* Codicibus, ſeù libris Miſcnicis. 85
IX. De Miſcnæ Codicum argumento, & inter ſe connexione. 87
X. Index Alphabeticus omnium Codicum Miſcnæ. 101
XI. Omnium Capitulorum Miſcnæ argumentum. 105
XII. Cur Chriſtus prohibuerit diſcipulis cùm ad prædicandum eos mitteret, ne tollerent virgam, marſupium, calceamenta. 107
XIII. De oblationibus, decimis, donis, & eleemoſynis in Lege præceptis. 115
XIV. Frugum ſpecies quænam ſint apud Iudæos. 120
XV. Cur Chriſtus adhuc puer ad diem feſtum Paſchæ voluerit aſcendere. 132
XVI. Lunæ phaſis quomodo ab Hebræis obſeruabatur. 134
XVII. De Cornu Arietino inflando in principio anni. 135
XVIII. Quòd mulieribus in Templo reſidere permittebatur: vbi de Præſentatione B. V. Mariæ in Templo. 138
XIX. Monaſteriorum pro Sacris Virginibus oſtenditur origo ex Rabbinis. 139
XX. De Sacrificio filiæ Iephtæ. 140
XXI. Stationum, & Ieiuniorum vniuerſalium inſtitutio, & origo. 142
XXII. In quonam conſiſtat eſſentia matrimonij apud Iudæos. 159
XXIII. Differentia inter Crucifixionem Chriſti, & Stephani lapidationem quænam ſit. 170
XXIV. An pro Gentilibus in Miſcna intelligendi ſint Chriſtiani. 177
XXV. Rabbini, qui in Capitulis Patrum nominantur, quinam ſint. 179

XXVI.

XXVI. De ætatibus hominis. pag. 180
XXVII. Index Alphabeticus primæ vocis omnium Capitum Miſcnæ. 237
XXVIII. De Tanaitis, ſeù Miſcnicis Doctoribus, & illorum Catalogo. 252
XXIX. De opinione probabili ſecundùm Rabbinos. 305. & ſeqq.
XXX. De בריתא Baraiethà, תוספתא Toſaphtà, & מכילתא Mechiltà. 346
XXXI. De גמרא Ghemarà, & תלמוד Talmude. 349
XXXII. Catalogus Codicum Miſcnæ, qui cum Ghemarà, vel ſine Ghemarà reperiuntur in vtroque Talmude Ieroſolymitano ſcilicet, & Babylonico. 353
XXXIII. Cenſuræ in prauam doctrinam Talmudis Babylonici. 359
XXXIV. יהוה Dei nomen, quomodo legendum. 404
XXXV. De Sabbathi ſanctificatione. 411
XXXVI. De excommunicatione Iudaica, & eius ſpeciebus. 415
XXXVII. De Circumciſione. 468
XXXVIII. De Reſurrectione mortuorum, & quomodo fiet ſecundùm Talmudiſtas. 475
XXXIX. De אמוראים Amorraìm Amorraitis, ſeù Ghemaraticis, & Talmudicis Doctoribus. 663
XL. De Scholis, & Academijs Babylonicis. ibid.
XLI. De סבוראי Seuuràì Seburraitis Doctoribus. 667
XLII. De גאונים Gheonìm Gheonitis Illuſtribus Doctoribus. 668
XLIII. Catalogus Amorraitarum Doctorum, quorum nomina referuntur in Cenſuris ad Talmudem Babylonicum. ibid.
XLIV. An à Concione, ſiuè Sermone, qui ſingulis Sabbathis Romæ habetur ad Hebræos arcendi ſint Chriſtiani? 759
XLV. Catalogus Rabbinorum, qui interfuerunt diſputationi cum Hieronymo à S. Fide coram Antipapa Benedicto XIII. 776
XLVI. מורינו Moreni Tituli Iudaicæ dignitatis origo, & exiſtimatio. 855
XLVII. Concordantiarum Hebraicarum Sacræ Scripturæ apud Hebræos origo. 915
XLVIII. Hornij fabula de ſepulchro Moſis nuper inuento detegitur, atque exploditur; & Patres Soc. Ieſu ab Hornianis calumnijs vindicantur. 928

קרית ספר
של ברטולוני חלק שלישי:

BIBLIOTHECAE MAGNAE RABBINICAE BARTOLOCCII PARS III.

9

LITERA י IOD, licèt inter omnes alias Alphabeti literas minima ſit, attamen nominum Rabbinorum feraciſſima eſt; ſuperat enim omnes alias numero Auctorum ab ea incipientium, quamuis & litera ש *Scin* ſatis pollere numero cenſeatur: vnde dicunt Hebræi בזה האות יוד ובאות השין רוב שמות החכמים: *Ex hac litera Iod, & ex alia Scin, eſt multitudo nominum Sapientium. Iuchaſsin* pagina 59. Ex י *Iod* hanc Tertiam Partem Bibliothecæ Rabbinicæ (Deo propitio) exordiemur, & Auctorum ab ea incipientium nomina, quotquot ad noſtram notitiam deuenerunt, recenſebimus.

תקפב רבי יאודה לירמה: עיין ר׳ יהודה לירמה:

582 RABBI' IVDAS (cum א)

LERMA: Vide *R. Iudas* (cum ה) *Lerma*.

תקפג ר׳ יאקב בן אורי הכהן

המכונה ר׳ יאקב שיף כיץ מקהלת ורנקבורט עשה הסכמה על ספר עשרה מאמרות לר׳ מנחם עזריה שנת תח״ לפ״ק: עיין ר׳ מנחם עזריה:

583 R. IACOB BEN VRI' HACCOHE'N, cognomento שיף כיץ *Sciph-Chètz* ex Vniuerſitate Iudæorum Warnekbort, approbauit librum R. Menachem Azariæ inſcriptum ס״ מאמרות *Sèpher aſſarà Maamarròth Librum decem Eloquiorum*, anno ת״ח 408. minoris ſupputationis, ſcilicet à Creatione mundi 5408. Chriſti 1648. vt apparet in principio libri eiuſdem Menachem Azariæ. Vide infra ſub hoc nomine. Nota; nomen *Iacob* cum א non ſcribi Hebraicè, ſed cum litera ע, vt ſuo loco apparebit: quia tamen ſcribitur

vnde in hoc loco, & ſecundùm hunc ſenſum, idem valet בחוכמא *In Sapientia*, ac בבן *Bebèn In Filio*: Quapropter ea, quæ in hoc libro ſcripta ſunt, ex Origenis ſententia, non ſunt contemnenda: nam lib. 4. aduerſus Celſum Epicureum eum defendit his verbis: *Quòd ſi æquiore animo quis Papiſci & Iaſonis ſcripta perlegerit, profectò comperiet, nec riſum mouere hunc librum; in quo Chriſtianus, ex Iudaicis ſcriptionibus, cum Iudæo deſcribitur diſputans, & planè demonſtrans, quæ de Chriſto extant, & vaticinia Ieſu ipſi congruere, &c.* Dorotheus Tyrius tradit, hunc Iaſonem fuiſſe primum Tharſi Epiſcopum. Vide Bibliot. Patr. Tom. III. edit. Lugd. 1677.

תקפ״ה **יאסון הקוריני** ואומה יהודי חבר חמשה ספרים על דברי הימים של המכבי׳ ר״ל חשמונאיים : ושאנשי ירושלים על מצות המלך ובית דין נעשו בקיצור בספר א׳ והוא ספר השני של מכבי׳ שנמצא בגבולים :

585 IASON CYRENÆVS Natione Iudæus, fuit diſertus & copioſus Auctor, Græcè ſcripſit quinque libros rerum geſtarum à Machabæis, qui cùm prolixi admodum fuiſſent, Iudaici Senatus Conſulto, 2. Machab. c. 1. v. 10. in Compendium redacti ſunt à quibuſdam peritiſſimis Viris, qui de ſeipſis ita loquuntur ibidem cap. 2. 24. *Itemque ab Iaſone Cyrenæo quinque libris comprehenſa* (id eſt Machabæorum facinora) *tentauimus vno volumine breuiare &c.* huiuſmodi Volumen eſt liber II. Machabæorum. Claruit hic Iaſon ſub Ptolemæo Philometore ſexto Rege Ægypti, Olympiade CLI. hoc eſt an. ante Chriſtum natum 131. ex Sixto Senenſi. Sed hic computus non reſpondet Hebræorum

aliquando cum א ex corrupta, & vulgari pronunciatione; ideò nos hic meminimus.

תקפ״ד **יאסון מסלוניק** נראה שהוא היה יהודי כי היה קרוב של פאולוס השליח משיחנו כמו שהוא אומר באגרתו של רומיים פרק י״ו : וחבר ספר וקראו ויכוח בין יאסון ופאפיסקו ונזכר אותו בספרו איירונימו ואוריגיני :

584 IASON THESSALONICENSIS, cuius meminit Paulus Apoſtolus ad Rom. cap. 16. 21. quia ſuum cognatum ibi eum appellat, videtur fuiſſe Iudæus. In Act. Apoſtolorum c. 17. 5. 9. dicitur, habuiſſe domum Theſſalonicæ, vbi concitata turba contra Paulum, Iaſon coram Principibus Ciuitatis, data ſatisfactione pro Paulo, fuit in cauſa, vt ipſe Apoſtolus liber dimitteretur. Hic videtur fuiſſe Auctor libri, qui, teſte Hieronymo in principio quæſt. in Geneſim inſcribitur.

Altercatio Iaſonis & Papiſci, vbi aſſerit in principio libri Geneſis in Hebræo haberi: *In Filio fecit Deus cælum & terram*, quem redarguit Hieronymus, cùm in principio Geneſis non legatur בבן *Beben In Filio*, ſed בראשית *Bereſcith In principio*. Sed benè defendi poteſt Iaſon; quia quando ipſe dicit: In principio Geneſis in Hebræo haberi *In Filio*, pro *Hebræo* intelligitur Idioma Hieroſolymitanum, quod Hebraicum lato modo dicebatur, & literis Hebraicis ſcribebatur. In hoc ſiquidem idiomate, cuius reliquiæ adhuc apud Hebræos in Targum Ieroſolymitano hodie ſuperſunt, ſcriptum inuenitur בחוכמא ברא יהוה וגו׳ : *In Sapientia creauit Deus &c.* Per Filium Patris æterni, & in Filio, qui Sapientia Dei Patris eſt, creata ſunt omnia;

rum

ex Prou. 8. 19. Sunt דרושים *Deruſcìm Sermones*, ſeù *Homiliæ* ſuper Sectiones Pentateuchi laudatæ à R. Iacobo Abulahàphija, & excuſæ Venetijs auctoritate Petri & Laurentij Bragadini apud Ioannem Coleonem anno ש״פ״א 381. minor. ſupputat. Chriſti 1621. in fol.

II. Eſt ספר כסף מוקק *Sèpher Chèſeph Mezukàk Liber argenti purgati*, Tit. ex 1. Paralip. 29. 4. Sunt alij conſimiles Sermones ſuper eaſdem Sectiones Pentateuchi, & quandoq; in eandem Sectionem duo, vel tres inſcribuntur Sermones diuerſi. Editus ibidem cum approbatione eiuſdem R. Iacobi Abulahàphija apud eoſdem prænominatos Bragadinos, Impreſſore Ioanne Coleone anno ש״פ״ח 388. min. ſupputat. Chriſti 1628. in fol.

III. ספר מאור עינים *Sèpher Meòr enàim Liber luminis oculorum*, Tit. ex Prou. 15. ver. 30. Eſt Commentarius in librum עין ישראל *En Iſraël*, vbi præter textum ipſius libri, qui plerumque prolixior eſt eo, qui in reliquis libris עין ישראל *En Iſraël* reperitur, additur etiam expoſitio *Raſcì*, ſeù R. Salomonis Iarchì in prima columna; in ſecunda verò habetur Commentarius huius noſtri Auctoris *Ioſiæ Pinti* indicati per abbreuiaturam הרי״ף *Harrìph*, & incipit à מסכת *Maſsècheth*, ſeù Codice. ברכות *Berachòth De Benedictionibus*, poſt quem ſequitur Cod. שבת *Sciabbàth* pag. 44. ערובין *Eruuìn*, pag. 79. פסחים *Peſachìm*, pag. 91. יומא *Iomà*, pag. 99. סוכה *Succà* pagina 126. ביצה *Betzà* ר״ה *Roſc Haſcianà*, 184. תענית *Taanìth*, 142. מגלה *Meghillà*, 162. מוער קטן *Moèd katàn*, pag. 179. & חגיגה *Chaghighà*, pag. 186. Qui Codices ad Primam Partem libri

 En

rum Chronologiæ, qui Chriſti natiuitatem ſtatuunt an. mundi 3760. à quo num. ſublatis 131. Ptolemæus Philometor reperiretur an. mundi 3629. iam Regnum obtinuiſſe. Profani autem Hiſtorici initium Regni eius ad annum mun. 3792. Olympiade CL. communiter reponunt, inter vtrumque computum aſſignata differentia annorum 163. vnde incertum remanet, quo anno præciſè Iaſonis Hiſtoria in compendium redacta fuerit.

תקפ״ו יאשיהו בן יוסף פינטו

המכונה הרי״ף מפורטוגאל חבר ספר כסף נבחר והם דרושים על כל פרשיות התורה ונדפס בויניציאה והוגה בעיון נמרץ כפי מה שאפשר והסכימו ר׳ יעקב אבולעפייא שנת ש״פ״א לפ״ק בשנות השרים פייטרו ולורינצו בראגאדינו בבית זואני קאליוני ; והוא בדף אלם ; וגם כן חבר -

ספר כסף מוזקק והם דרושים על התורה והיתה עליו יד כמו יד רבי יעקב אבולעפייא הנ״ל וחכמתו היא הסכמתו ; ונדפס בויניציאה שנת שפ״ח לפ״ק בשנות השרים פייטרואלוויז ולורינצו בראגאדיני בבית זואני קאליוני בדף אלם ; ועוד חבר

ספר מאור עינים והוא פירוש על ספר עין ישראל ומתחיל מחלק ראשון ממסכתא ברכות עד מסכתא חגיגה שהם שבת : ערובין : פסחים : יומא : סכה : ביצה : ראש השנה : תענית : מגילה ; מועד קטן ; וחגיגה ; ובסוף הספר יש הפתחות מפותחות מכל מאמרים הבאים בספר עין ישראל חלק ראשון וגם לקוטות מחבור בית להם יהודה לאמרו״אס ; ונדפס בויניציאה שנת ישמ״ך בא״ לפ״ק בשנות הקומיסאריאה ויכדראמינה והוא בדף אלם ; על ידי פראנציסקו ווינ״רי ;

586 R. IOSCIIA'HV BEN IOSEPH *Ioſias fil. Ioſephi Pinto*, abbreuiatè dicitur הרי״ף *Harrìph*, origine Luſitanus, noſtro æuo inter Iudæos vir doctus. Scripſit tres libros, qui in folio prodierunt Typis Venetis, quorum -

Primus vocatur ספר כסף נבחר *Sèpher Chèſeph Niuchàr Liber argenti electi*, Tit.

En Iſraël ſpectant. In fine libri appoſita eſt Tabula rerum præcipuarum, quæ in eo tractantur libro, & eſt compilata ab ea, quam in totum librum *En Iſraël* olim compoſuerat Rabbì Iudas de Modena ſub nomine בית לחם יהודה *Beth lèchem Iehudà*. In hac autem tantum annotata ſunt loca, quæ ſpectant ad Primam Partem huius libri. Laudatur hic liber ab eodem R. Iuda de Modena in ſuo diſticho in principio libri impreſſo, ſicut & à R. Iacobo Bar Moſis Leuita Poëta. Excuſus eſt Venetijs anno ת״ת״ק״ד 403. min. ſupput. Chriſti 1643. auctoritate Commiſſariæ Vendraminæ apud Franciſcum Viecerum. In fol. Eſt & alius liber cum hoc eodem titulo מאור עינים Vide *R. Azarias Min Haadumim*.

תקפ״ז **יגיסיפו**: עיין היגיסיפו יהודי למעלה בחלק שני סימן תע״ד דף תשפ״ב:

587 HEGESIPPVS. Vide *Hegeſippus* cum litera ה. Par. II. num. 474. pag. 782.

תקפ״ח **יד אבשלום** שם הספר והוא פירוש על ספר משלי; ולא נודע שם המחבר:

588 IAD AVSCIALO'M, *Manus Abſalon*, Tit. libri ex 2. Sam. 16. 8. Hottingerus Claſſ. I. Biblioth. Orient. inter Commentaria in Prouerbiorum librum illum reponit ſine nomine Auctoris, Ego illum non vidi.

תקפ״ט **יד שערים** שם המחזורים שחוזרין חלילה לעולם והם כוללים אלו

א׳ לדעת אם החדשים שלמים או חסרים או כסדרן;

ב׳ לדעת מספר ימי השנה ושבתותיה;

ג׳ לדעת ימי ראשי חדשים;

ד׳ לעדת ימי המועדים והצומות;

ה׳ לדעת הפרשיות בכמה לחדש;

ו׳ לדעת ההפטרות של כל פרשה ופרשה ובאי זה נביא היא;

ז׳ לדעת התקופות שחוזרין חלילה;

ח׳ לדעת המולדות לעולם:

ט׳ לדעת ר״ה לאילנות;

י׳ לדעת קלינני של נוצרים לעולם;

יא׳ לדעת מקום הלבנה בכל יום ויום; וספר עבריים טובים שלא ראיתי לכאן: נדפס פה רומא בשנת ט״ו על ידי פאולו ברפתי;

589 IAD SCIAARRI'M *Manubrium menſurarum*, ſeù *Manus portarum*. Titulus præfixus libro, qui de Calendario Iudæorum & Chriſtianorum pertractat, Auctoris Anonymi. Complectitur Portas, ſeù Capitula vndecim hoc ordine.

I. *Oſtendit modum cognoſcendi Menſes, An ſint Perfecti, an Caui; an Verò ſequantur ſecundùm proprium ordinem?*

II. *De numero dierum & hebdomadarum anni currentis inueniendo.*

III. *Ad cognoſcendum diem Nouilunij.*

IV. *Qua die ingrediuntur feſta mobilia, & Ieiunia,*

V. *Ad ſciendum qua die menſis legendæ ſint Paraſciæ.*

VI. *Ad ſciendum quænam Haphtaròth correſpondeant ſuis Paraſcijs, & quibus in locis apud Prophetas inueniantur.*

VII. *De Tekuphis perpetuò inueniendis.*

VIII. *De Nouilunijs.*

IX. *Quomodo reperiatur initium anni plantarum.*

X. *De Calendis Chriſtianorum.*

XI.

XI. *De loco Lunæ ad datum diem inueniendo*; & de alijs quamplurimis, quæ hic non apponuntur. Excuſus eſt Romæ anno ש״ו 307. min. ſupput. Chriſti 1547. apud Samuelem צרפתי *Tzarphathì Gallum*. In 12. Calendaria verò præter alios ediderunt Abraham Veziño Hiſpanicè, & Dauid Valenzo Italicè in 24.

תק״צ ר׳ ידידיה בן ר׳ יצחק גבאי
כף נחת בעל הדפוס בליוורנו שנת ת״י דפס את ספר ילקוט עם פירוש אברהם גדליה אשר כוונת מלפניו לא היתה מלאכה: והחל לעשות ספר הוה אשר הובא מעיר ירושלם אבל לא היה לו די להדפיסו: ומיכאל דיאס מוקאטו השלים כל זה; וסייע לו בהוצאת הספר הלו כדי שיכלה: עיין אברהם אשר המלאכה בתחילת ספר ילקוט דפוס ליוורנו בחוף הים בטוסקאנה שנת ת״י לפ״ק לבריאת עולם:

590 RABBI' IEDIDIA'H BEN R. ISAACI GABBA'I, Auctoris illius breuiſſimæ explicationis *Miſcnæ* nuncupatæ כף נחת *Caph Nàchath Volæ demiſſæ*, quæ in Scholis & extra per manus Iudçorum frequenter teritur. Hic noſter Iedidiàh anno 410. minoris ſupputationis à mundi exordio, Chriſti ſcilicet 1650. Liburni artem Typographicam exercere cæpit; ſed cùm incæpiſſet cudere librum ילקוט *Ialkùt* cum Commentario R. Abrahami Ghedaliæ, neque propter paupertatem, eum complere potuiſſet, nè huiuſmodi opus imperfectum remaneret, quidam R. Michaël Dias Mocato Hiſpanus ſuppetias tulit, ſicque totum librum in duos Tomos diſtinctum in fol. abſoluit, anno ſupra notato 1650. Vide in I. Parte R. Abraham Ben Samuelis Ghedaliâ numero 120.

תקצ״א ר׳ ידידיה בן הרב משה גאלנטי
כתב ש״ת חבר חדושים על מסכת יום טוב: יבמות: וגיטין שמועות מתוקות הפירוש דרב יצחק אבוהב: ונמצאו עם ש״ת ל׳ משה גאלנטי אביו שנדפסו בויניציאה שנת השמ״ח בדף ע״א: עיין משה גלאנטי:

591 R. IEDIDIA'H BEN HARRA'V MOSCE' GALANTE *filius Moſis Galante*. Scripſit quaſdam nouellas Explanationes, & Deciſiones ſuper Cod. יום טוב *Iom Tòu De die feſto*. יבמות *Ieuamòth De Leuiratu*, & גיטין *Ghittìn De Repudijs &c.* excerptas ex Ràu Iſaac Auuhàu, quæ inter Quæſita & Reſponſa Legalia Patris ſui Venetijs in fol. excuſa anno 5348. Chriſti 1588 pag. 71. reperiuntur. Vide *Moſes Galante*.

תקצ״ב ידידיה המכונה פילוני: עיין
פילונה יהודי מאליכסנדריה של מצרים:

592 IEDIDIA'H cognomento PHILO. Vide infra verbo *Philo Iudæus Alexandrinus*.

תקצ״ג רבי ידידיה מרודוס חבר
ספר ש״ות וכתוב כ״י בוואטיקאנו ברומא:

593 R. IEDIDIA'H RHODIVS, ſcripſit *Quæſita & Reſponſa legalia*, quæ reperiuntur mſc. in Bibliotheca Vaticana. Papyr. in 4.

תקצ״ד רבי ידעיה בן אברהם הפניני
המכונה הבדרשי כתב אגרת וקראו בחינת עולם להיות הביא בו המאמרים בם יבחן תולעת וה המעלות השפל בהגעת ההצלחה וסיומו באופן עם מעיק לה׳ כדי לעורר כפשותיכו לכל נאסף אל המוקם וכו׳: ונדפס בשונצינו בד״ כמליו רע״ה עם פירוש: ובויניציאה שנת ש״ו: ובפירארא שי״ב: ובקראקא שנ״ו:

ה״שו: ובפראגא שנת שנ״ח: ובפאריס: ובליי״דא בלשון לטין עם לשון העברי:

ב': וחבר ביאור על מאמרים למדרש תהלים וקראו לשון הזהב ונדפס בויניציאה שנת שנ״ג:

ג': וכתב אגרת התשובה אל יצחק ן' לטיף על הפילוסופיא ונמצאת בוואטיקאנו על הקלף כרך שלם:

ד': וכתב להרשב״א כתב ההתנצלות כי הרשב״א שקום החרים לגזורת שאסרו קהלות ברצלונה שנת ה' אלפים ס״ד שלא ללמד בחכמות יווניות עד שיגיע הלומד אל כ״ה שנים: עיין ס' יוחסין דף קל״ב. וס' שלשלת הקבלה דף כ״ח:

ה': וחבר ביאור על פירוש רבי אברהם ן' עזרא ונמצא בוואטיקאנו כ״י: וכתב

ו': תפלה לשם וכל מלה ומלה מתחלין באות מ: והיא נמצאת בוואטיקאנו כ״י, וגם יש תפלה אחרת שמתחלת כל שטה ושטה באות אחת מאותיות רבי ידעיה הפניני בר אברהם:

ז': יש אומרים שהוא חבר ס' מבחר הפנינים על מליצת החכמים הקדמונים ומשלי פילוסופים הראשונים ומוסרם ומבחרם ודבריהם וחידותם בכל ענין שאדם צריך אליו בחכמה וביראה ובמוסר ובדרך ארץ: ונמצא עם פירוש בלי שם המחבר נדפס בשונצינו שנת רל״ה:

ח': וזה הבדרשי חבר ס' חותם תכנית על דקדוק ונזכר בספר מקנה אברם דבלמש:

594 R. IEDAAIA'H BEN ABRAH'AM HAPPENINI', cognomento *Habbedarſci*, vel etiam *Habbedraſcì*, natione Hiſpanus, floruit Barcinone anno 5058. Chriſti 1298. fuit doctrina, eloquentia, ac Poëſi celeberrimus, quem Dauid Ganz in ſuo צמח דוד in ſexto millenario ad annum 58. vocat *Iacobum*, ſed malè, vt ex his, quæ de eo adducemus, apparebit. Scripſit eleganti ſtylo Epiſtolam, quam vocauit -

בחינת עולם *Bechinàth Olàm Examen mundi*, qua agit de Vanitate mundi contemnenda, & Regno Dei quærendo mira eloquentia, itaut Hebræus Cicero dici poſſet. Excuſa primò fuit Soncini cum commentario ignoti Auctoris an. mundi 245. min. ſuppur. Chriſti 1485. vigeſimo quarto menſis Chiſlèu.

Poſtea Venetijs anno 306. Chriſti 1546. per Cornelium Adel-Kinàd, alij legunt Adel-Kind, nos lectionem vulgarem Italam ſequimur. In 4.

Subinde Ferrariæ anno 312. Chriſti 1552, apud Samuelem Aſcarà Gallum, charactere quadrato cum punctis vocalibus, & duobus Commentarijs, videlicet, R. Moſis Aben חביב *Chauiu* in parte dextera, & R. Ioſephi פראנסיש *Franſes*, id eſt Franci, ſeù Galli in ſiniſtra, cum præfationibus eorundem. In 4.

Deinde Cracouiæ cũ breuiſſimis Scholijs anno 315. Chriſti 1555. In 8. & -

Pragæ cum pleniori Commentario, anno 358. Chriſti 1598. eadem forma.

Tandem Pariſijs cum verſione Gallica è regione textus Hebraici Philippi D'Aquin, apud Io. Lacquehay anno Domini 1629. in 8.

Vltimò prodijt Lugduni Batauorum ex Officina Ioannis Maire, anno Domini 1650. Latina interpretatione & animaduerſionibus illuſtrata ab Allardo Vchtmanno Linguæ Sanctæ Profeſſore 1650. In 12.

2. Scripſit ביאור *Biùr Elucidationem* ſuper מאמרים *Maamarìm Dicta allegorica*, quæ reperiuntur in מדרש תהלים *Midràſc Thehillìm* antiqua expoſitione Pſalmorum, quam vocauit לשון הזהב *Leſciòn Hazahàu Linguam auream*. Ex Ioſue 7. 24. Excuſ. Venet. apud Danielem Zanetum anno ש״נ״ג 353, Chriſti 1593. In 4. & וסט״ח״ס 359. min. ſupput. Chriſti 1599. eadem forma.

3. Scripſit אגרת התשובה *Igèreth hatteſciuuà Epiſtolam reſponſiuam*, in qua 39. Quæſtiones Philoſophicas proponit cui-

tur illis ſauere: nam huiuſmodi liber primò Arabicè ſcriptus fuit, vt idem Plantauit. aſſerit, & conuerſus in Hebræum à R. Moſè Aben Tybbòn, qui floruit anno Domini 1270. quo anno Euclidem Megarenſem tranſtulit ex Arabico in Hebræum, vt in Euclide habetur ex eodem Plantauitio. Vbi ex Buxtorfio dicit, hanc tranſlationem factam fuiſſe in Montepeſſulano, & miratur, quod Buxtorf. non dicat, nec indicet locũ vbi id expiſcatus fuerit. Ego locum indicabo. Accepit hoc Buxtorſius ab Auctore *Scialſcel. hakkab.* pag. 54. b. Vbi longè ante finem, de R. Moſè Aben Tybbòn loquens hæc habet והעתיק ספר אוקלידים מערבי לעברי בעיר מונפליירי שנת ה׳ אלפים ל׳ ליצירה; *Hic tranſtulit librum Euclidis ex Arabico in Hebræum in Vrbe Mompelier, anno mundi* 5030. Qui annus correſpondet anno Domini 1270. Vnde corrige typographica menda, quæ in I. Parte huius Bibliothecæ num. 163. in Euclide reperiuntur: nempè pro numeris 1210, & 4030. in annis Domini, & mundi repone 1270. & 5030.

Rabbi verò *Iedaaiàh* cognomento *Habbedraſcì* floruit anno mundi 5058. Chriſti 1298. ex Dauid Ganz in ſuo צמח דוד, quamuis ibidem pro R. Iedaaiàh legatur R. Iahakòb. Eiuſmodi error prouenit ex eo, quia iſti duo Auctores cùm idem cognomen בדרש *Bedràſc* habuiſſent, ambo ſynchroni, Hiſpani, & Barcinonenſes, Dauid Ganz librum בחינת עולם *Becbinàth O'lam*, quem attribuere debebat R. Iedaaiæ, attribuit R. Iacobo. De quo vide infra ſuo loco, ſcil. in *R. Iacob Bar Moſis Ben* עכסאי *Acſſài*, ſeù בדרש *Bedràſc*. Non eſt igitur veriſimile, quòd Moſes Aben Tybbòn

cuidam R. Iſaaco Aben לטיף *Latiph*. & idem *Latiph* eas reſoluit. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana Pergam. in fol.

4. Scripſit ההתנצלות *Hahitnatzelùth Apologiam* contra הרשב״א *Harrisbà*, id eſt R. Salomonem Aben Addèreth, qui ſubſcripſit Decreto Synagogæ Barcinonenſis, an. 5064. Chr. 1304. quo vetabantur ſtudia Philoſophiæ (præter Medicinam) ante 25. annum ætatis diſcipulorum. Vide *Iuchaſsin* pagina 133. & *Scialſcel. hakkab.* pag. 58. & 60.

5. Scripſit ביאור *Biùr Elucidationem* Commentarij R. Abrahami Aben Ezræ in Pentateuchum, quo illius difficiliora loca explicantur. Extat mſc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in 4.

6. Compoſuit תהלה לשם *Theillàh Laſcèm Precationem ad Deum*, cuius dictiones omnes incipiunt à litera ם. Aſſeruatur mſc. in eadem Bibliotheca Vaticane Papyr. in 4. Hæc ſub nomine בקשה *Bakaſcià Petitionis* Hebraicè punctis vocalibus adornata, Latinè explicata, & notis illuſtrata, opera ac ſtudio Hilarij Prachij Ligio-Sileſij, Lipſiæ prodijt, typis Ioann. Erici Hannij 1662. in 4. vbi ſequitur.

Alia conſimilis Oratio Rhythmica, cuius ſingulorum verſuum primæ dictiones incipiunt à literis nominis & cognominis Auctoris, componuntque *Rabbi Iedaaiàh Penini Bar Abraham*.

7. Ex ſimilitudine cognominis huius Auctoris, cum nomine illius libri, מבחר הפנינים *Mivchàr Happeninìm Selectarum Margaritarum*, quidam eundem librum, eidem R. Iedaaiàh attribuunt, vti Plantau. ſed temporis ratio non vide-

595 R. IEDAAIA'H BEN R. SCEMAAIA'H, ſunt qui dicunt compoſuiſſe librum Cabaliſticum ſub nomine -

ספר מקוה ישראל *Sèpher Mikuè Iſraël Liber expectationis, ſeù ſpei Iſraëlis*, Tit. ex Ierem. 14. 8. de eo Hottingerus in Biblioth. Or. Claſſ. VIII. tit. *Theologia Kabbaliſtica*, eumque nominat R. Iedaiàh fil. R. Scemaiah; ſed Buxtorfij fil. in Appendice ad Bibliothecã Rabbinicam, Auctorem huius libri Cabaliſtici facit quendam R. Iudam Ben Schemaiàh, non Rabbì Iedaaiàh Ben Scemaiàh, dicitque, eum eſſe Codicem mſc. At ipſemet Hottingerus in eadem Claſſe VIII. non longè à ſuperiori, iterum eundem librum ſub nomine R. Iudæ Ben Scemaiàh nobis proponit. Sed quia Hottingerus vniuerſum ſuum librorum Hebræorum catalogum ferè ex Buxtorfio compilauit, non animaduertit, Buxtorfium duos tantùm libros ſub hoc nomine מקוה ישראל exhibere, vnum Ritualem R. Iſraëlis, alium Cabaliſticum R. Iudæ Ben Scemaaiàh. non R. Iedaaiàh, vt ipſe fingit. Vide *R. Iudas Ben Scemaaiàh*.

תקנ"ו **רב יהודאי גאון** היה בדור השלישי של גאונים כמו אומר בעל ספר הקבלה בסדר גאונים וזה לשונו ׃ הדור הג' של גאונים בפומבדיתא לאחר פטירת רב ששנא בשנת ד' אלפים תקי"א היה לראש בפומבדיתא רב מרי הכהן מנהר פקוד ח' שנים ועד בשנת ד' אלפים תקי"ט ׃ ואחריו רב אחא חני שנה ונפטר באותה שנה ׃ ואחריו רב יהודאי ג' שנים ועמהם ועד בשנה ד' אלפים תקכ"ב והוא חבר

הלכות פסוקות והלכות גדולות קבצם ׃ וסגי נהור היה ׃ אם כן לא היה אמת אשר אומרים כי זה יהודאי גאון הוא היה מחבר הלכות גדולות כי בעל זה לספר היה רבי שמעון קיירא כמו נראה בספר של הראב"ד הזכר למעלה ׃

bòn annis ſupra 30. vel circiter ſenior *Habbedraſcì* voluiſſet iunioris Opuſculum, & forſan ſui diſcipuli ex Vulgari Arabica in Hebræã transferre linguam.

Buxtorf. eundem librum מבחר הפנינים attribuit R. Salomoni Ben Gauiròl, ſeù Gebiròl, prout ipſe teſtatur, ſe vidiſſe in præfatione libri שקל הקדש R. Ioſeph Kimchì, quem mſc. apud ſe habebat. Quicquid ſit, certum eſt, hunc eſſe librum valdè commendatum apud Hebræos, & in eo contineri ſelectas margaritas Sapientiæ, Apophtegmatum ſcil. & ſententiarum antiquorum Philoſophorum, tùm Arabum, tùm Græcorum, primò conſcriptũ Arabicè ſub nomine מכתאר אלגואהר *Machtàr Alguahàr*, poſtea verſum Hebraicè à R. Iuda Aben Tybbòn de Siuilia, ſeù Hiſpalenſi. Fuit primò impreſſus Soncini per filios R. *Ioſue Ben Iſraël Nathàn iuſſu patris* ſui, literis quadratis, & cum commento Anonymi, literis Rabbinicis, anno רמ"ד 244. min. ſupput. Chriſti 1484. In 4. Fuit etiam excuſus Cremonæ apud Vincentium Conti an. 318. Chriſti 1558. cum eodem commentario. De hoc libello vide infra in *R. Salomon Ben Gebiròl*.

8. Idem הבדרשי *Habbedarſcì* (neſcitur tamen an ſit hic noſter *Iedaaiàh*, an *Abrahamus* eius pater) compoſuit librum de Grammatica, quem vocauit חותם תכנית *Chothèm Tochnith Sigillans diſpoſitionem*, Tit. ex Ezechiele 28. 12. Huius meminit R. Abraham de Bàlmes in ſuo מקנה אברם litera h. 2. & videtur agere de re Grammatica.

תקנ"ז **רבי ידעיה בן ר' שמעיה׃**

יש אומרים שחבר ספר מקוה ישראל והוא על הקבלה ׃

596 RA'V IEHVDA'I GAO'N, *Magiſter Iudas ſublimis*, Rector Academiæ Pumbeditanæ in Babylonis Prouincia, ætate tertia Gaonitarum claruit, circa annum mundi 4515. Chriſti 755. nam ſecundùm הרא'ב'ד *Harrauàd*, poſt Ràu Addà rexit Academiam ג׳ שנים ומחצה ומת בשנת ד׳ אלפים תקכ׳ג׳ *tribus annis cum dimidio*, *& mortuus eſt anno* 4523. Chriſti 763. Fuit סגי נהור *multæ lucis*, id eſt *cæcus* per antiphraſin, ſic enim cœcos vocare ſolent, ne ſi proprio vocabulo עור *Iuèr* eos vocarent, cœcitatem eis exprobrare viderentur, vocant autem eos dialectò Targumica סגי נהור *Saghì Nahòr*, vel planè Hebraicè מאור עינים *Meòr Henàim Lumen oculorũ*, vt ſcribit *Iuchaſs.* pag. 118. Scripſit ſecundùm omnium conſenſum -

הלכות פסוקות *Halachòth peſſukòth Lectiones deciſas*. Sunt enim Sententiæ legales ex הלכות גדולות *Halachòth Ghedolòth Lectionibus magnis* (eſt liber cum hoc titulo) compilatæ. Ita הראב׳ד *Harrauàd* in libro Cabalæ סדר גאונים ætate tertia: Samuel Algazæus in ספר תולדות אדם pag. 5. b. & Dauid Ganz in צמח דוד ad ann. 515. millenarij quinti, vbi eum vocat fil. Nachmàn, vti priùs fecerat *Iuchaſsìn* pag. 118. circa finem. Vnde non immeritò à Buxtorfio, & Plantauitio in ſua Bibliotheca Rabbinica harum Deciſionum Auctor vocatur R. Iehudàh Bar Nachmàn, & ad annum Domini 755. refertur, ex eodem Rabbì Dauid Ganz: nam annus 4515. reſpondet anno Domini 755. quo anno floruit Iehudài hic noſter.

Verùm Scriptor שלשלת הקבלה *Scialſcèleth Hakkabbalà* pag. 36. b. circa principium huic Auctori attribuit quoque

prædictum librũ *Halachòth Ghedolòth*: Quamuis (inquit) *iſte Ràu Iehudài* (vel יהודה *Iudas*, vt ipſe habet) *fuiſſet* סגי נהור: ועם כל זה חבר ספר הלכות גדולות *cæcus; nihilominus compoſuit librum Halachòth Ghedolòth*: & adducit auctoritatem מרדכי פרק אלו מגלחין *Mordachì Pèrek ìllu megalachìn*. In eadem ſententia eſt R. Moſes de Kòtzi in præfatione huius libri. Sed hæc opinio videtur eſſe falſa: nam in hoc eodem libro הלכות גדולות cap. 7. ברכות pag. 10. col. 1. circa finem ſit mentio huius Iehudài Gaòn in tertia perſona: nam ibidem legitur: אקשו ליה רבנן למר רב יהודאי גאון וכו׳: *Obiecerunt Rabbanan Mar R. Iehudài Gaoni &c.* Ergo iſte, qui loquitur, eſt alius à Ràu Iehudài Gaòn: niſi dicere velimus eum loqui de alio Iehudài Gaone, cùm duo fuerint Ràu Iehudài Gaonitæ ambo ſynchroni, quorum primus fuit רב יהודאי בר מר רב נחמן *Ràu Iehudài Bar Mar Ràu Nachmàn*, & ſecundus רב יהודאי בר מר רב אחונאי *Ràu Iehudài Bar Mar Ràu Achunài*. Vtriuſque meminit *Iuchaſsìn* pag. 118. in fin. & ibidem b. circa principium. Hoc idem obſeruauit Auctor צמח דוד ad annum 500. quarti millenarij, in *R. Simeone* קיירא *Kaijèra*, quem Auctorem *Halachòth Ghedolòth* agnoſcunt omnes citati Auctores, licèt Auctor *Scialſcel. Hakkab.* pag. 36. b. multiplicet libros *Halachòth Ghedolòth*, & alium attribuat *Iehudài Bar Nachmàn cæco*, & alium *R. Simeoni Kaijera*.

Cæterùm de huiuſmodi *Halachòth Ghedolòth*, vide in R. Simeone Kaijèra, quem verum Auctorem harum *Magnarum Lectionum* etiam nos agnoſcimus.

Iſc Tzeredà. *Ioſè* איש ירושלם *Iſc Ieruſcialàim de Ieruſalem*. *R. Ioſè Bar Iehudà* איש כפר חבבלי *Iſc Caphèr Habbauli de Villa Babylonica &c.* Hinc docemur, Iudam proditorem dictum fuiſſe Iſcariotem ad modum & normam eo tempore vſitatam, vt in allatis exemplis. Vnde ſcribendum videtur איש־קריוטא *Iſc-Caryota*, id eſt *Vir Caryotæus*, & de loco *Caryota* nuncupato. Neque officit ſcriptio Græca Ἰσκαριώτης, & Latina *Iſcariotes* vnica voce, non duabus nomen exprimens, & quod Græcè habeatur per ι *Iota* non verò per υ *Ypſilon* literam conuenientem *Caryotæ*, ſeù palmulæ Græca origine. Nam frequentiſſimum eſt in quouis idiomate duas voces iungere, vt in Hebræo צל מות *Tzalmàuet*, id eſt *Vmbra-mortis*, quæ legitur צלמות *Tzalmàuet* Iſa. 9. 2. Quod verò Græci non ſcripſerint cum υ *Ypſilon*, ideò eſt, quia Hebraicam vocem expreſſerunt, non attendentes Græcæ nominis origini.

Dices, Si Iudas proditor dicitur *Iſcariotes* à loco *Caryota*, aſſignandus eſt hîc locus, vbinam fuerit, nè videatur fictitius, cùm in Tabulis Coſmographicis non reperiatur.

Reſpondeo, Caryotæ locum reperiri in Terra Canaanitide, licèt in Tabulis Chorographicis Terræ Sanctæ ſcriptus non ſit, non enim omnia loca huius Terræ ſcripta fuerunt ab ijs, qui Tabulas huiuſcemodi confecerunt. Ad hunc igitur laborem in conſilium vocandi ſunt etiam ij, qui eam Terram inhabitarunt, curioſiſſimè inueſtigarunt, & vniuerſam peragrarunt: iſti ſunt Talmudiſtæ Ieroſolymitani, & Babyloniorum quamplurimi, qui Terram Sanctam in-

בקנ״ו **יהודה איש־קריוטא**

תלמיד ושליח של ישוע משיחנו והוא מסר את רבו בידי היהודים ושם נתנו לו לשכרת שלשים בכסף: וכאשר ראה יהודה את ישוע רבו כי הוא נתחייב למות וינחם וישב השלשים הכסף לראשי הכהנים ולזקנים לאמר חטאתי למסר דם נקי והם אמרו לו מה לנו אתה תראה: והוא השליך הכסף בהיכל וילך משם והלך ותלה עצמו בחבל ויחנק: ואחר מותו באו רשעים ואמרו כי יהודה איש־קריוטא היה נקי ומסר את המשיח ליהודים לקיים את הנבואה ולהקים דברי ישעיה (ס׳: כ״ב:) אני יהוה בעתה אחישנה: ועל כן כתבו ספר אבן גיליון על שם, אותו הרשע וקראו אבן גיליון כפי יהודה איש־קריוטא ואחר לזמן נשרף אותו הספר ונעקרה ואת המינות מהעולם:

597 IEHVDA'H ISC-KARYOTA *Iudas Iſcariotes* vnus è duodecim Domini Apoſtolis, Magiſtrum ſuum vendidit Iudæis, recepto pretio triginta denariorum. At videns eum damnatum ad mortem, pœnitentia ductus retulit argenteos, eoſque proiecit in Templo. De Dei autem miſericordia deſperans, abijt, & laqueo ſe ſuſpendit, crepuitque medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius. Patrem habuit Simonem pariter Iſcariotem (Ioan. 6.72. & 13.2.) De quanam Prouincia, Vrbe, Vico, aut loco Iudææ fuerit Iudas, aut Simon pater eius, clarum aliquod ex Sacris literis non habemus documentum. Et quidem ex cognominibus antiquorum Hebræorum nos non raro deuenire poſſumus in notitiam patriæ ipſorum. Huius rei exempla plurima habemus in Miſcnicis Codicibus, quibus per huiuſcemodi cognomina patriã Rabbinorũ deprehendimus. Cod. *Auoth* cap. 1. num. 3. & alibi. *Antigonum* in loco dicto *Sochò* ortũ fuiſſe, quia איש סוכו *Iſc Sochò*, id eſt *Vir Sochæus* ibidem vocatur. *Ioſè Ben Ioèzer* איש צרידה

יח

excepto Babylonio, & vlterioribus Orientem verſus &c. Ex hoc Ierichuntino agro pleno habitationibus & Caryoticis Palmetis, non mirum eſt, ſi ij, qui in his Villis & populationibus primam lucem aſpiciebant, Caryotæ cognominarentur, vel ab hiſce Palmetis, vel à vino Caryota Caryotis dactylis expreſſo. Vnde Iudam proditorem non leui coniectura in hac Regione natum, vel ex ea originem duxiſſe, affirmare poteris, cognominatumque fuiſſe איש־קריוטא *Iſc-Caryotam Virum Caryotanm*, id eſt ex loco Caryotis abundante. Niſi dicere volueris *Iſc-Caryotam* denotare *Virum Vinoſum & vertiginoſum*, qualis fortaſſis Iudas fuerat. Caryotum quippè vinum capiti iniquum erat ex Plinio iam laudato.

Talmudiſtæ autem, qui de hiſce Caryotis mentionem faciunt, videndi ſunt in Ghemarà Cod. *Berachòth* cap. 7. pag. 50. b. & Cod. *Auodà Zarà* cap. 1. pag. 14. b. & de Ierichuntini agri delitijs, atque Balſamo inibi adoleſcente Cod. *Berachòth* c. 6. pag. 43. vbi Ràu Chaſdà, querenti de formula benedictionis ſuper Balſamũ inſtituenda, reſpondet R. Iudas בא״י בורא שמן ארצנו *Benedictus &c. creans Vnguentum terræ noſtræ.* vbi Gloſ. *Vnguentum eſt* שהיה גדל מיריחו ועל שם הריח היתה נקראת יריחו והוא פנג האמור בספר יחזקאל יהודה וארץ ישראל המה רוכליך בחיטי מנית ופנג כך ראיתי בספר יוסף בן גוריון׃ *quod adoleſcit in Iericho, & propter odorem* (bonum) *vocatur Iericho, & ipſum eſt Pannàg memoratum in libro Ezechielis* (cap. 27. 17.) *Iudas & terra Iſraelis inſtitores tui in triticis numeroſis & Pannàg Balſamo &c. Sic vidi in libro Ioſephi Ben Gurionis.* Hactenus Gloſſa Talmudica.

inuiſerunt, & eius loca diligenter annotarunt. Neç deſunt Auctores Græci & Latini, qui huic loco, & regioni Caryotanæ lucem attulerunt, vt ſtatim apparebit.

Caryota itaque eſt planities Ierichuntinæ Vrbis ab Ieruſalem diſtans (ex Ioſepho de bell. lib. 4. cap. 27.) circiter 150. ſtadijs, ſeù milliarijs 18. Atq; ita vocabatur à Caryotis, quibus hæc planities abundabat. Caryotæ autem erant palmulæ, quæ ſpontè ibi tantummodò naſcebantur, nec aliò tranſplantatæ viuebant; vnde Varro de re ruſt. lib. 2. Caryotas has palmulas, quæ in Ierichunte ſponte gignuntur, inuectas in Italiam parere non poſſe aſſerit. Ex harum palmularum dactylis copioſiſſimum & generoſum vinum exprimebant, ſed capiti noxium, de quo Plinius lib. 13. cap. 4. *Ab his,* ſcilicet palmis, inquit. *Caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem, ſed & ſucco vberrimæ, ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti, vnde pomo nomen. Sed vt copia ibi atque fertilitas* (ſcilicet in Æthiopia) *ita nobilitas in Iudæa, nec in tota, ſed Hierecunte maximè.* Harum palmularum Palmeta quamplurima viſebantur in hac Ierichuntina planitie, quæ & alijs Palmetis, Hortis irriguis, Villis, & habitationibus abundabat, teſte Strabone in Geogr. lib. 16. vbi Ierichum, & Ierichuntinum agrum his verbis deſcribit: *Ierichus eſt planities montibus circumdata, quæ in Theatri ſpeciem ad ipſam alicubi declinat, locus ferax, palmis abundans ſpatio ſtadiorum C. totus irriguus eſt, & habitationibus plenus. Ibi & Regia eſt, & Balſami Paradiſus, &c. Palmetum, quod palmam Caryotam fert, alibi nullum eſt,*

ſami plantæ è Iericho.

Sed à Iericho ad Iudam Iſcariotem: Eum ita dictum putamus à valle hac Ierichuntina Caryotis abundante, in qua fortè natus eſt, vel ab ea originem duxerat, quia & pater eius Simon pariter Iſcariotes cognominatur à Ioanne cap. 13. 2. Cognomen igitur *Iſcariotæ* videtur eſſe proprium iſtius familiæ, quòd, vel iſte Simon Iſcariota, vel maiores ipſius in hac Caryotarum regione nati, vel inde egreſſi, Iſcariotæ cognomen retinere voluerint.

Aduersùs autem hanc איש־קריוטא *Iſcariotæ* vocem, & ipſius etymologiam oppones ſcriptionem Syriacam. Cùm enim Syra lingua ſit (vt ferunt) eadẽ ac Chaldęa, vſq; ad aduentum Dñi, imò vſq; ad hodiernum diem pura, & integra conſeruata, & quæ tempore Chriſti vernacula erat, quod apparet ex locis in N. Teſtamento citatis, paruipendenda non eſt, ſed linguis omnibus præferenda, nedum Græcæ & Latinæ, ſed etiam Hebraicæ, vtpotè omnium linguarum antiquiſſima, & prima, & qua noſtri primi parentes locuti ſunt. Hac itaque lingua non ſcribitur Ἰσκαριώτης *Iſcariotes* vt Grçcè & Latinè, neque איש־קריוטא *Iſc-Caryota* vt Hebraicè hic, ſed ܣܟܪܝܘܛܐ *Scariuto*, vti videre eſt in Nouo Teſtamento Syriaco, & apud Tremellium in eodem characteribus Hebraicis exarato, vbi ita ſcribitur סְכַרְיוּטָא abiecta prima voce איש, & mutatis ש in ס, & ק in כ, ex quibus mutationibus tota etymologia איש־קריוטא *Iſc-caryotæ* corrumpitur, & euaneſcit.

Reſp. In hac obiectione duo principaliter contineri. Primum eſt, quòd lingua Syriaca, quæ hodie apud quamplu-

Ex qua duo potiſſimùm colligimus ad rem noſtram. Primum, quòd propter fragrantiam plantarum hortenſium veluti roſarum (nam & plantatio roſæ in Iericho erat & præcipuè Balſami) ipſa Ciuitas vocata fuit Iericho, à ריח *Rèach odore bono*; & ob abundantiam palmarum à Scriptura, Deut. 34. 3. dicta fuit עיר תמרים *Ciuitas Palmarum*, inter quas innumeræ Caryotæ erant, ita vt non immeritò vocari potuiſſet hæc Ierichuntina planities, Caryotæa Regio.

Secundum, quòd Vrbs Iericho, & Regio ipſa Ierichuntina vocabatur פנג *Pannàg* ob copiam Balſami: nam פנג *Pannàg* אפרסמון הנקרא בלסמון *Balſamum* vertitur à Ioſepho Ben Gurionis, vt notat etiam Dauid Kimchius ad locum Ezechielis allatum. Hinc Verſio Vulgata laudanda eſt, quæ vocem פנג *Pannàg Balſamum* vertit. Huius Balſami naturam & facultates nonnulli deſcribunt, ſed nulli meliùs quàm Strabo lib. 16. Geograph. *Balſamum*, inquit, *planta aromatica eſt & fruticoſa, cyſto & terebintho perſimilis. Eius corticẽ ſcindentes ſuccum in vaſis ſuſcipiunt tenaci lacti perſimilem: ſuſceptus autem in conchis coagulatur, capitis dolores, & ſuffuſiones oculorum incipientes, & hebetudinem viſus mirificè ſanat: quare in pretio eſt, eò præſertim quòd hic ſolùm naſcitur. &c.* Hodie non reperitur ampliùs in Iudæa, ſed quo caſu, aut euentu id acciderit, incertum prorsùs eſt. Fortè ex præpoſtera inciſione corticis plantæ omnes omninò periere (nam ſi ferro ſcindantur, pereunt) vel tempore incurſionum barbarorum, Perſarum, & Turcarum, cùm Palæſtina à Romano Imperio euulſa eſt, eradicatæ fuerunt Bal-

dem quis negaré poſſet, cùm à diuerſis Auctoribus ortum habuerint ambæ; Chaldæa ab Arphaxad, vti vult Hieronymus in quæſtione in Geneſ. Syra ab Aram, vt idem Auctor ibidem tradit. Attamen cùm plerique recentiorum Syriacam linguam cum Chaldaica confundant, confuſionem iſtam illis pro nunc permittere libet, & de Chaldaica lingua ſub Syriacæ linguæ nomine cum ipſis loquar, nec vnam ab altera diſtinguam, niſi tantùm cùm neceſſitas poſtulauerit.

Vtrùm verò huiuſmodi Syriaca lingua vſque ad præſentem diem pura & illibata, veluti in ſuo exordio fuerat, conſeruata ſit, reſpondeo negatiuè. Quia tempore Danielis, quo magis vigere debuiſſet lingua hęc Syriaca pręcipuè in Regia Nabuchodonoſoris, ex ipſo Daniele colligimus, iam tunc eandem adeò fuiſſe corruptam, vt alia omninò lingua cenſeretur à Chaldæa diuerſa: nam cùm Sapientes Chaldæi, qui Chaldaicam linguam veluti in doctrinalem conuerſam calluiſſent, ſomnium coram Rege interpretaturi, non lingua Chaldaica, ſed vt à Rege linguæ huius ignaro, intelligerentur, Syriaca vulgari ſunt lingua locuti, Daniel. c. 2. verſic. 4. Igitur lingua hæc doctrinalis Chaldæorum ignota erat Regi, cùm crediderit in ea ſitam eſſe omnem ſcientiam rerum futurarum; at quia ſua ſpe fruſtratus fuerat, nam ſomnium ſuum Sapientes Chaldæi indicare non valuerant, ideò omnes doctos & ſapientes in hac lingua, inter quos connumerabatur Daniel, & ſocij eius, iuſſit occidi. Ibidem ver. 12. & 13. Itaque lingua hæc Syriaca, ſeù Chaldaica doctrinalis tem-

po-

יח

plurimas Orientales Nationes doctrinalis cenſetur, ſit eadem ac Chaldaica antiqua, & quòd vſque in hodiernum diem pura & illibata conſeruata fuerit. Secundum eſt, quòd hæc Syriaca lingua ſit omnium linguarũ antiquiſſima (Hebraica etiam non excepta) & eadem ſit ea, qua vſi ſint Protoparentes noſtri; & conſequenter quòd debeat eſſe norma & regula, ad quam reuocanda ſint nomina propria, & cognomina virorum, &c. quæ in S. Script. reperiuntur. Quæ omnia ſi ad exactam veritatis limam reuocare voluerimus, longa admodum diſſertatio inſtituenda eſſet, à qua tamen in hoc loco abſtinendum eſſe omninò non cenſemus; quamuis cuipiam extra chorum choreas ducere immeritò videamur: *Non enim aliter huic* obiectioni ſatisfacere poſſemus.

Diſſertatio de antiquitate linguæ Hebraicæ contra Syros & Chaldæos.

VT Linguæ Sanctæ Hebraicæ antiquitas & dignitas clariùs dignoſcatur de lingua Syriaca in controuerſiam adducta duo ſunt inueſtiganda. Primum eſt nomen in Hebraico textu, diſtinctio à Chaldaica, & permanentia. Secundum eſt eius antiquitas. Quoad primum, Syriacam linguam in textu Hebraico Sacræ Scripturæ nuncupari ארמית *Aramit* ſeù *Aramæam*, conſtat ex eo, quòd hanc vocem, ſicut הארמי *Haarami Aramæum*, ſemper Vulgata *Syriacam* & *Syrum* transfert.

At quòd hæc lingua Syriaca fuerit eadem cum Chaldæa, rationabiliter qui-

Chriſti hic agatur, ſequeretur quòd Syri fuiſſent Hebræi, quod nullatenus dicendum eſt. Ergo iſtæ voces Ieroſolymitanæ fuerunt, & non Syræ, ſicut & omnes aliæ, quæ in Nouo Teſtamento ſimiles reperiuntur. Quòd ſi & Syri ijſdem vſi tunc fuerint, conuincitur eandem linguam Syriacam magis ac magis tempore Chriſti fuiſſe corruptam & deprauatam, cùm vulgus Ieroſolymitanum imitarentur Syri. Quid igitur mirum, ſi cum eodem vulgo vocem איש־קריוטא *Iſc-Caryotam* in ܣܟܪܝܘܛܐ *Scariùto* Syri corruperint, & ſecundùm quod vernaculè proferebant, vernaculè etiam illam ſcripſerint in Euangelio Syro? Argumentum igitur ex lingua hac Syriaca petitum contra איש־קריוטא *Iſc-Caryotam* nihil probat, aut alicuius eſt ponderis.

Quoad ſecundum, nempè quòd hęc eadem lingua Syriaca ſit omnium linguarum antiquiſſima, & ea vſi ſint noſtri primi parentes. Reſp. Si hoc de lingua Syriaca, quæ modò doctrinalis eſt, intelligatur, falſum omninò eſt. Nam cùm iam conſtet, tempore Danielis eam fuiſſe impuram, & Chriſti æuo admodum deprauatam, poſterioribus ſubinde ætatibus, pręcipuè ſub Arabibus totum ferè Orientale Imperium occupantibus, eandem totaliter in vulgo deperditam fuiſſe, & tantummodo in Codicibus veluti doctrinalem conſeruatam fuiſſe, procul dubio fatendum eſt. Quis igitur tam animoſus erit, quj pręſentem Syriacam linguam à tot tantiſque externis Nationibus exagitatam eandem eſſe cum ea, qua noſtri protoparentes in mundi exordio vſi ſunt, aſſerere audeat?

Si autem intelligatur de antiquiſſima illa Syriaca, ſeù Chaldaica lingua quam Scri-

porę Danielis omninò erat vulgo ignota, cùm tantùm conſeruaretur in libris; nempè apud vulgus adeò corrupta & deprauata erat, vt nil de priſca illa lingua Chaldæa reliquum cerneretur, niſi ſolum nomen Arameæ & Syriacæ linguæ. Quòd ſi quis doctrinalem hanc Chaldaicam linguam noſſe voluiſſet, neceſſe illi erat ſtudio & labore eam ſibi comparare à Magiſtro peritiſſimo: & hoc eſt quod in eodem Danielis libro legitur cap. 1. 4. Danielem cum alijs pueris introductum fuiſſe in Palatium Regis, vt Magiſter Eunuchorum eos doceret ספר ולשון כשדים *Librum & linguam Chaldæorum*, id eſt linguam Chaldaicam doctrinalem aſſeruatam in libris: nec enim opus erat, vt huiuſmodi pueri inſtruerentur in lingua vulgari Syriaca, cùm eam ex vſu & conſuetudine loquendi cum nobilibus & ingenuis pueris Babylonijs, in Regis Palatio verſantibus de facili addiſcere potuiſſe. Itaque ſi priſca lingua Syriaca, quam recentiores Chaldaicam vocant, tempore Danielis ita deprauata erat in vulgo, vt neque in Regio Palatio ampliùs intelligeretur; quid dicendum erit tempore Chriſti Ieroſolymis fuiſſe, vbi Syri cum Hebræis permixti, non Syriacè loquebātur, ſed idiomate proprio Ieroſolymitano? Teſtatur id Apoſt. Petrus Act. 1. 19. qui vocem חקל דמא *Aceldama Ager ſanguinis* referens, non dicit, has voces ܚܩܠ ܕܡܐ eſſe idiomatis Syriaci, aut Chaldaici, ſed ita vocari τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν *proprio idiomate*, nempè Ieroſolymitano, ſeù vulgari Hebręo *Ager ſanguinis*: nam ſi de idiomate Syro Apoſtolus intelligere voluiſſet, cùm de agro empto à Iudæis ex pecunijs, & pretio ſanguinis

tem Religionis vnitas, & veri Dei cultus, cæptus eſt in Adamo, & per Enos ad Noë, ad Heberum, ad Abrahamum, & vſque ad ſecundum Adamum, nempè ad Chriſtum, propagatus eſt primò in Synagoga, & ſubinde à Chriſto per Petrum, alioſque Petri Succeſſores Summos Pontifices per vniuerſum mundum dilatatus, & vſque ad finem mundi in vniuerſa Catholica Chriſti Eccleſia illæſus & illibatus, conſeruabitur, Chriſto id promittente: *Ego pro te rogabo Petre Vt non deficiat fides tua*, Lucæ 22. 32. Hæc Dei Eccleſia cùm in vnica familia & natione à Noë per Scem vſque ad Chriſtũ conſeruanda fuiſſet, congruum erat, vt hæc Scemi familia, vno eodemque idiomate ac lingua loqueretur, ne per variarum linguarum diuiſionem vnitas vnius moris in Domo Dei, in prauos & deuios cultus diſtraheretur & confunderetur. Quoniam autem hæc Scemi familia Diuini cultus conſeruatrix fuerat per Heberis familiam propaganda; hinc factum eſt, vt lingua illa vnica, ac ſacroſancta, qua Adam Deum coluerat, & ad Scem per Noë peruenerat, ſingulari Dei munere, ab Heberi nomine *Hebræa* vocata, vnà ſimul cum Religione & cultu veri Dei perpetuò in Synagoga pura & illibata conſeruata ſit. Huius rei veritas manifeſta fit, percurrendo (ſerie nunquam interrupta) ab Adamo ad Chriſtum, & à Chriſto vſque ad hæc noſtra tempora; nam ab Adamo vſque ad diuiſionem linguarum vnica tantùm lingua fuit, dicente Scriptura Gen. 11. 1. *Erat autem terra labij Vnius, & ſermonum eorundem*.

Tempore autem diuiſionis linguarum, quæ facta eſt, quum homines ne-

Scriptura ארמית *Aramith Aramæam* appellat, cuius Auctorem alij vel Arphaxadem, Aſſurem, Aramum, vel Chemuelem (qui teſte Scriptura Gen. 22. v. 21. pater Syrorum fuit) Auctorem faciunt, rotundè etiam nego, hanc fuiſſe primigeniam linguam, quam Deus in Adam inſeruit, & qua in locutione ſit vſus. Et probo; Quia hæc lingua quænam fuerit, hodie aſſignari non poteſt, cùm ampliùs non extet, nec in mundo reperiatur, ergo. Nec dici poteſt quòd ſit illa, qua hodie loquuntur Chaldæi, qui in Meſopotamia, vel in Balſera, vel etiam in Æthiopia habitant, quia cùm iſtæ linguæ variæ ſint, nec omninò inter ſe cõueniant, vtpotè vulgares (non enim in vulgo integrum aliquid, præſertim in locutione diù conſeruatur) non potiùs illa, quàm iſta erit dicenda primigenia lingua Chaldaica. Ergo nulla iſtarum.

Inſtabis; Si lingua illa antiquiſſima Chaldæa, ſeù Syriaca pura & illibata conſeruata non eſt, nec vlla ex linguis quæ hodie dicuntur Syriacæ, vel Chaldaicæ, huiuſmodi puritatis prærogatiua gaudent, nulla prorſùs lingua erit dicenda primigenia, quia cæteræ omnes, quæ in mundo ſunt linguæ, eandem expertæ ſunt mutationem, nec vllam antiquiſſimam puritatem retinuiſſe probare poſſunt. Ergo.

Reſp. Vt in tot linguarum multitudine, quæ hodie ſunt in mundo, antiquiſſimam linguam oſtendamus, recurrendum eſt ad veræ Religionis vnitatem, & puritatem. Vera ſiquidem Religio vnica eſſe debet, atque puriſſima. *Vna eſt Columba mea, perfecta mea*, inquit Scriptura Cant. 6. 8. Eiuſmodi au-

redibimus, ſcilicet ad Hebræam.

Nec obſtat illud Apoſt. 1. Cor. 13. v. 8. *ſiuè linguæ ceſſabunt*, quia Apoſtolus non dicit: Lingua ceſſabit, ſed *linguæ*, vt inde colligatur, quòd multitudo & diuerſitas linguarum ceſſabit in Cælo, retenta vnica & prima lingua, quam Deus protoparenti noſtro principiò indiderat. Ita quamplurimi Auctores citati à Cornelio à Lapide in Comment. ſuper 1. Cor. 13. 8.

Dices: Quomodo in Abrahamo lingua Hebraica potuit conſeruari, ſi ipſe huiuſmodi linguę ignarus erat, cùm fuiſſet Chaldæus, & Chaldaicè loqueretur? nam exijt de terra Chaldæorum. Act. 7. ver. 4.

Adde, quòd Abraham poſt confuſionem linguarum natus eſt de patre Idololatra, vt dicitur Ioſue 24. 2. *Thare pater Abraham & Nachor ſeruierunt Dijs alienis*. Ergo lingua Hebraica, qua fideles vtebantur in cultu Diuino intermiſſa fuit à patre, & auo Abrahæ. Ergo Abraham non Hebraicè loquebatur, ſed Chaldaicè, vti & patres eius.

Reſp. Abrahamum linguæ Hebraicæ ignarum fuiſſe nego. Chaldæum verò dici, quia natum in regione, quæ Chaldæa vel tunc vocabatur, vel poſtea vocata eſt, & in qua regnabat Nembrod ſcilicet in Babylone: nam Reges Babylonis Chaldęi erant. 1. Eſdr. 5. 12. Linguam autem Hebraicam ab Hebero, Sęmo, & Noë Abrahamum didiciſſe dicicimus, à quibus in cultu veri Dei inſtructus fuerat, vt dicitur in libro הישר *Haijaſciàr* Sect. *Nòach* pagina 10. b.

וישב אברם בבית נח וירע אברם שם את יהוה ואת דרכיו ויהי אברם עובד את (י׳י) כל ימי חייו׃

Et

nequam Turrim ædificabant Babylonicam, adhuc viuebant illi SS. Patriarchæ Noë, Sem, Heber, & Abraham, qui huiuſcemodi impiorum hominum conatus prohibere non potuerunt. In his enim primigenia lingua & Religio ab Adamo recepta conſeruata eſt. Abraham in poſteros ſuos fideles per Iſaacum & Iacobum vſque ad Chriſtum eandem propagauit.

Poſt Chriſtum eadem Sacra Lingua Hebraica in Sacris literis depoſita pura & ſincera aſſeruatur, primò apud Iudæos, quia *credita fuerant* illis *eloquia Dei*, ad Rom. 3. 2. quique tamquam noſtri librarij, vt Sacros Codices ſcriberent & conſeruarent, cura illis à Diuina prouidentia commiſſa eſt. Et licet ob mortem Chriſto illatam occidi meruiſſent, tamen Dei miſericordia occiſi non ſunt, ſed diſperſi: *vt quamuis in fide* (inquit Auguſtinus de fide rerum inuiſibilium cap. 6.) *Vnde ſalui fierent non haberent; tamen Vnde nos adiuuaremur, memoria retinerent, in libris ſuffragatores, in cordibus noſtri hoſtes, in Codicibus teſtes*. Hæc eadem apud nos in Eccleſia Chriſtiana inalterabilis conſeruatur, cuius Sacri Codices, media Chalcographica arte, per vniuerſum Orbem in dies ferè in immenſum excreſcere deprehenduntur. Et poſt reſurrectionem in Eccleſia Triumphante perennabit: etenim in Cælo cantatur *Amen*, *Alleluia* ex Apocalypſi cap. 19. ver. 1. 3. & 4. quæ voces ſunt Hebrææ. Ergo Sancti poſt reſurrectionem loquentur Hebraicè: nam ſicut per ſuperbiam confuſio linguarum orta eſt, ſic per innocentiam in patria (ſublata omnium linguarum confuſione) ad primigeniam linguam

Conſeruata eſt igitur lingua Hebræa apud Abrahamum.

Ad id, quòd dicitur, Abrahamum poſt confuſionem linguarum natum ex patre Idololatra &c. dico: Non adeò certum eſt, Abrahamum poſt diuiſionem linguarum natum fuiſſe, vt id rationabiliter negari non poſſit: nam Latini Sacræ Scripturæ Chronologi varij ſunt in aſſignando computum annorum mundi in natiuitate Patriarcharum, & anni, quo diuiſio & confuſio linguarum facta eſt. Hebræi vnanimiter conueniunt; Abrahamum vidiſſe omnes hos Patriarchas, videlicet Noachum, Scemum, & Heberum, quod ex hac illorum Chronologia euidenter apparet.

Et habitauit Abram in domo Noachi, ibiq; cognouit Dominum, & vias eius; & fuit Abram ſeruiens Domino omnibus diebus vitæ ſuæ. Cùm enim Patriarcha Noë lingua, quę poſtea Hebraica dicta eſt, Deum coluiſſet, neceſſariò dicendum eſt, eadem lingua, Deum colere Abrahamum docuiſſe. Non tamen negarim, pręter linguam Hebraicam, etiam Chaldæam calluiſſe Abrahamum (ſi tamen eo tempore Chaldaica lingua fuerat) eaque in rebus profanis & vulgaribus vti conſueuiſſe: & hinc Abrahamũ vocari potuiſſe Chaldæum, religione verò Hebræum, vti eum Scriptura vocat Geneſ. 14. 13. אברם העברי *Abram Hebræum*, quia Heberi religionem ſequebatur.

Anno Mundi	Naſcitur	Moritur Anno Mundi	Ætatis
1056	Noë	2006	950
1558	Sem	2158	600
1656	Diluuium Vniuerſale		
1723	Heber	2187	644
1948	Abraham	2123	175
1996	Pelagà, ſeù diuiſio linguarum anno ætatis Abrahæ		48

Ex his manifeſtum eſt, Noachum vidiſſe Abrahamum annis 58
Scem vidiſſe Abrahamum annis 175
Heber eundem vidiſſe annis 175

Ita R. Dauid Ganz in Tzemàch Dauid.

Ex noſtris; Idem habet Genebrardus in Chronolog. lib. 1. In ipſo principio eius verba in hoc Schemate oſtenduntur.

Noë	Vidit Abrahamum annis	58
Sem		175
Arphaxad		145
Sale		175
Heber		175

Pha-

Phaleg	Vidit Abrahamum annis	48
Rheu		70
Sennaar		100
Nachor		49
Thare		135

quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Ioan. 9. 31.

Quoad linguam: eſt firma Iudęorum ſententia, filios Iſraël, quamdiù in terra Ægypti fuerint, non mutaſſe, ſed tenaciter retinuiſſe linguam Hebraicam. Ita ex antiquis, R. Dauid Kimchi in Pſ. 81. 5. Locus autem huius Pſalmi *Teſtimonium in Ioſeph &c.* alium omninò ſenſum habet à ſuppoſito. Nonnulli explicant, & referunt ad populum Iſraëliticum, qui cùm exiret de terra Ægypti, linguam, qua Deus in Monte locutus eſt cum Moſe, audiuit, quam priùs non nouerat. Exodi enim c. 19. v. 9. inquit Dominus: *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te &c.* Ita Abraham Aben Ezræ in hunc locum. Poteſt etiam intelligi de lingua Chananæorum, quam populus terram promiſſam ingrediens, priùs non audiuerat, intellexit. Talmudiſtæ autem referunt ad Ioſeph, qui in hoc loco ſcribitur cum ה *He* יהוסף *Iehoſeph*, quę vna eſt ex literis nominis Dei, & in prima perſona loquitur textus Hebræus: עדות ביהוסף שמו בצאתו על ארץ מצרים שפת לא ידעתי אשמע: *Teſtimonium in Iehoſeph poſuit illud in exeundo ipſum ſuper terram Aegypti, labium non noueram, audiam.* Virtute huius literæ ה volunt, Angelum Gabrielem docuiſſe Ioſephum 70. linguas, quas alioquin addiſcere non valebat. Ita in Cod. *Sotà* pag. 36. b. circa

Et quamuis plurimi ex Chronographis noſtris ponant natiuitatem Abrahæ poſt mortem Noachi, hoc tamen non officit, quin potuerit Abraham in domo Noë apud ſuos hęredes Semum, & Heberum verum Dei cultum recipere, & linguam Hebraicam addiſcere, vt inde verificaretur, quòd in domo Noë religionis cauſa permanſerit. Abrahamus igitur Hebræus, fuit propagator religionis, & linguæ Hebrææ extra terram Chaldæorum, quam puriſſimam in ſua familia conſeruauit, ſicut & eius poſteri fecerunt.

At regeres, Licèt admittatur, quòd Abraham veram religionem vnà cum lingua Hebræa, & Chaldæa in terram Chanaan attulerit, tamen eius poſteri vtramque reliquerunt, & obliti ſunt in terra Ægypti, quando tota Abrahæ familia in hanc regionem tranſlata eſt, dicente Scriptura: *Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini Creatoris tui.* Deuter. 32. 18. Et de lingua Hebraica deperdita dicitur: *Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud, cùm exiret de terra Aegypti: linguam, quam non nouerat, audiuit.* Pſal. 81. 5.

Reſp. Negando in Ægypto cultum veri Dei, & linguã Hebræam deperditã à populo Hebręo, in cuius rei argumentum, tot ſigna & mirabilia à Deo patrata ſunt in fauorem populi, cuius clamorem audierat, Exod. 3. 7. Scimus autem quia *peccatores Deus non audit: ſed ſi*

Senatores Magni Synedrij pleraſque linguas ſciant, ne dum reorum examini incumbunt, Interprete cogantur vti. Non igitur locus Pſalmi citati aliquid probat contra primogenituram linguæ Sanctæ Hebraicę; quæ etſi hactenùs ſufficienter ſit probata, illius tamen veritas vel ex eo elucet maximè, quòd etymologia nominum ab Adamo, Eua, alijſque, qui ante & poſt confuſionem linguarum vixerunt, magnis de cauſis rebus impoſitorum, nedum linguę Syriacæ, ſed & nullis alijs linguis aptiùs tribui poſſit, prę terquam Hebręæ, vti ex ſequentibus exemplis manifeſtum erit.

Adduxit Deus omnia animantia, & volatilia, quę creauerat, ad Adam; vt videret, quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animę viuentis, ipſum eſt nomen eius. Geneſ. 2. 19. Adduxit ad Adam mulierem, quam ex ipſius coſta formauerat. Adam vocat eam אשה *Iſcià*, & ſtatim etymologiam huius nominis affert: quia מאיש *de Iſc* ſumpta eſt, ac ſi nos diceremus: Mulier vocatur *Viriſſa*, quia de *Viro* ſumpta eſt. Oſtendat Syrus hac in re etymologiam. Ipſe dicet: Mulier eo loci vocatur ܐܢܬܬܐ *A'tto*, & Vir ܓܒܪܐ *Gàbro*. Quęnam connexio eſt intęr vtramq; vocem, A'tto & Gàbro? Nulla penitus.

Item Geneſ. 4. 25. *Et cognouit Adam adhuc vxorem ſuam, & peperit filium, & vocauit nomen eius שת Sceth*. Dat rationem, cur eum ita vocauerit; *quia שת Sciàt poſuit mihi Deus ſemen alterum pro Hèuel*. Ideò *Sceth* vocauit, quia radix שית *Sciùt ponere* ſignificat. Oſtendat Syrus huius nominis dependentiam à ſuo

ca finem, & in *En Iſraël* Par. II. pag. 45. col. 4. Addunt: Huiuſmodi literam ה nomini Ioſephi annexã, vt ex illa intelligeretur mira fœcunditas prolis ipſius, quæ adeò multiplicanda erat, vt non ſolùm duæ tribus addendæ ex ea eſſent reliquis Tribubus, ſed & vniuerſa Iſraelitica natio ex nomine Ioſeph aliquando eſſet vocanda. Hoc quidem ipſe Patriarcha Iacob prędixerat, cùm dixiſſet: *Et vocabitur nomen meum in eis*. Geneſ. 48. 16. & Pſalmo 80. 1. *Qui deducis velut ouem Ioſeph*, id eſt Iſraëliticum populum. Et Amos 5. 15. addit: *Si fortè Deus exercituũ miſereatur reliquijs Ioſeph*. Quæ de vniuerſi Iſraëlis reliquijs intelligunt. Determinant etiã tempus Talmudiſtæ, quo hęc litera ה nomini Ioſephi ſit addita, & dicunt, hoc factum fuiſſe, cùm Rex Pharao eum *conſtituit Dominum domus ſuæ, & dominatorem in omni poſſeſſione ſua*. Pſ. 105. ver. 21. Gen. 41. ver. 40. & 44. Tunc enim Ioſeph exijt ſuper Ægyptum tanquam Generalis Gubernator, & vt rectiùs iuſtitiam adminiſtrare poſſet, Gabriël Angelus prouidit ei de intelligentia 70. linguarum, quas Talmudiſtæ etiam ſupra humanam poſſibilitatem requirunt in Senatoribus magni Synedrij. Vide Cod. *Sanhedrìn* cap. 1. pagina 17. in fine. Item Cod. *Menachòth* cap. 6. *Rabbì Iſmaël* pag. 65. circa principium, quamuis in recentioribus *Miſcnaiòth* cap. *Rabbì Iſmaël*, poſitum ſit decimo loco, vt & in *En Iſraël* Par. II. pag. 167. col. 4. num. 15. vbi idem repetitur. R. Moſes Ægyptius more ſuo modificat has hyperbolicas Talmudiſtarum ſententias, & in *Halachòth Sanhedrìn* cap. 2. contentus eſt, ſi

gunt quòd ܡܘܫܐ *Mùſce* ita vocetur ܡܛܠ ܕܐܡܪܬ ܕܡܢ ܡܝܐ ܫܠܝܬܗ *Quia dixit, quod ex aquis extraxi eum*. Quæ cognatio inter primam & vltimam vocem, inter *Moſen* & *Sclith extrahere*? nulla prorsùs. Hinc igitur apparet, quòd primi noſtri parentes, & illi, qui Dei Eccleſiam conſtituebant, & cultum veri Dei conſeruabãt, tam ante, quàm poſt Cataclyſmum & Pelagà, Hebraica lingua ſunt loquuti, non verò Syriaca, aut Chaldaica, vel alia quacunque. Alia quamplurima exempla afferri poſſent ex Sacra Scriptura, ſed iſta pauca ſufficere credimus. Quòd ſi aliquando idem etymon in vtraque lingua concurrat ſcilicet in Hebraica & Syra, ſanè hoc contingere deprehenditur ex affinitate linguæ Syriacæ cum Hebraica. Cùm enim Syri ſeù Aramæi, qui pro eadem natione ex Scriptura habentur, filij ſint Chamuelis nepotis Abrahæ Geneſ. 22, 22. multas voces ex Hebræa lingua mutuati ſunt. Vnde mirum non eſt, ſi etymon Hebraicum aliquando Syræ linguæ aptari videatur, vt Gen. 3. 20. in nomine חוה *Chauuà Eua*, quod à verbo חיה *Chaià vixit*, in vtraque lingua deducitur, idem ſignificatum habente in vtroque loco, eadem voce, ſed diuerſis characteribus, Hebràicè & Syriacè ſcripta, nam cur id ab Adamo ſit factũ, eadem ratio redditur, eò quòd Eua ſit mater omnis ܚܝ חי *Chàj viuentis*: quod de alijs locis, quæ afferri poſſunt, idem dicendum eſt.

Porrò, hæc veritas de prima antiquitate linguæ Hebraicæ propugnatur ferè ab omnibus antiquis Patribus, excepto vno Theodoreto, qui veluti Syrus natione, forſan à patriæ & propriæ linguæ amo- ſuo verbo eiuſdem ſignificati ſi poteſt, ipſe enim legit: *Et vocauit nomen eius* ܫܝܬ *Scith*, ܝܗܒ ܠܝ quia *reddidit mihi Deus &c.* ܝܗܒ *Iehàb* verbum quod *dare & reddere* ſignificat, nullam prorsùs analogiam cum nomine ܫܝܬ *Scith* habere deprehenditur. Ergo ſignum eſt, Euam non loquutam fuiſſe Syriacè vel Chaldaicè quando filio ſuo Setho nomen impoſuerat.

Rurſus Gen. 21. 3. Ex Sara vxore ſua, naſcitur filius Abrahamo, quem vocauit יצחק *Itzchàk Iſaacum*, cuius etymologiam habetur ex eo, quòd promittente Deo ſe daturum filium Abrahamo, ipſe Abraham riſit ויצחק *Va Itzchàk* Gen. 17. ver. 17. ex quo riſu Deus nominat eum יצחק *Itzchàk Iſaacum*, Ibidem ver. 21. & quidem antequam Iſaacus naſceretur. Eo nato, Sara eadem etymologia vtens Gen. 21. *ver. 6. dixit* צחק *Tzechòk Riſum mihi fecit Deus. Omnis qui audierit* יצחק *Itzachèk corridebit mihi*. Harum vocum connexionem ab vna & eadem radice pullulantem צחק *Tzachàk*, quod eſt *ridere*, in ſua lingua Syri oſtendere non poſſunt, cùm nomen *Iſaacum* non à riſu, ſed à ܚܕܘܬܐ *Chadùtho gaudio* exponant locis citatis.

Ampliùs: Moſes ex aquis extractus à filia Pharaonis vocatur משה *Moſcè Moſes*, id eſt *Extractus*, Exodi cap. 2. ver. 10. hac occaſione, vt ipſa fatetur, משיתהו כי מן המים משיתהו *Quoniam ex aquis Meſcithihu extraxi eum*, à verbo משה *Maſcià extrahere*, quod Syri ita appoſitè, ſua lingua explicare non valent, cùm in textu Syriaco nulla congruentia inter nomen ܡܘܫܐ *Mùſce Moſis*, & vocem ܫܠܝܬ *Sclith* reperiatur: nam ipſi le-

Nos autem huic auctoritati Theodoreti opponimus auctoritatem Auguſtini lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 11. aſſerentis: *Vnam ante diluuium fuiſſe linguam*. Et rurſus: *Cùm cæpiſſent* (poſt diluuium) *enumerari filij Sem, qui ſinguli gentes ſingulas procrearunt, primus eſt commemoratus Heber, cùm ſit abnepos ipſius, hoc eſt, ab illo quintus inueniatur exortus. Quia ergo in eius familia remanſit hæc lingua, diuiſis per alias linguas cæteris gentibus, quæ lingua priùs humano generi non immeritò creditur fuiſſe communis, ideò deinceps Hebræa eſt nuncupata*. Quã *Omnium linguarum eſſe matricem* Hieronymus teſtatur Comment. in Soph.

Non defuerunt tamen nonnulli ex recentioribus Auctoribus, qui ab hac vulgata ſententia de primatu & antiquitate linguæ Hebraicæ, ratione, & Sanctorum Patrum auctoritate ſuffulta declinare non dubitarunt, inter quos anteſignanus videtur Georgius Michaël Amira in Prologo ſuæ Grammaticę Syriacæ, cuius argumenta licèt quamplurima ſint, attamen ferè omnia ad illa duo, quæ propoſuit Theodoretus, reuocari poſſe videntur, & reſponſione Theodoreto allata, reſolui. Alia, ſi quæ alicuius momenti forſan cenſeantur, ex his, quæ hactenus dicta ſunt, de facili eneruari poterunt.

Cæterùm pro primigenia dignitate Hebraicæ linguę certant quamplurimi Doctores, veluti Toſtatus in cap. 11. Gen. qu. 1. & 2. Caietanus ibid. Genebrardus tam in Chronolog. quàm in Grammatica Hebræa: Guido Fabricius Boderianus; & Dominicus à Sanctiſſima Trinitate Carmelitanus Diſcalceatus in Bibl. Theolog. Tom. 2. lib. 3. ſect.

amore præoccupatus, contrarium ſenſit. In Gen. num. 59. quærens: *Quanam lingua ſit antiquior? Reſp. Nomina ipſa id indicare; Adam enim & Chain, Abel, & Noë propria ſunt linguæ Syriacæ. Syrorum enim mos eſt, Terram rubram appellare Adam. &c.* Et rurſus numero 60. *Vnde cæpit igitur Hebraica lingua? Reſp. Vocem Hebraicam* (inquit) *arbitror eſſe Sacram. Quemadmodum enim in Templis Græcorum quidam ſunt literarum characteres, quos ſacros appellarunt, ſic Deus omnium per Moſen donauit hanc linguam non naturalem, ſed ad docendum aptam. &c.* Hæc Theodoreti argumenta admodum infirma videntur: nam ſi quis regeret; Seth & Cham, Iſaac & Moſes propria ſunt nomina linguæ Hebraicæ, quorum congrua eſt etymologia, vt ſupra oſtenſum eſt; eorumdem nullam in lingua Syra congruentem Scripturæ aſſignare poſſunt Syri etymologiam: ergo nomina hæc, ſicut & alia Adam, Cain, Abel, & Noë propria ſunt linguæ Hebrææ; nam Hebræorum mos eſt, Terram rubram appellare אדמה *Adamà* ab אדם *Adam*, quod eſt *rubeſcere*, vel *rufum eſſe*. Vnde patet, quòd ſi aliquando deprehendatur, voces Syras habere eaſdem ſignificationes & etymologias ac habeat lingua Hebraica, id profecto euenit, quia Syri eas ab Hebræis mutuati ſunt, vt iam dictum eſt.

Ad illud, quod Theod. dicit: linguam Hebraicam non fuiſſe naturalem, ſed à Deo Moſi donatam; eadem facilitate qua id aſſeritur, eadem negatur. Huius tantummodo docti Viri teſtimonio plurimùm innituntur ij, qui ſtant pro antiquitate & primatu linguæ Syriacæ.

bræam כשדים *Chaſdim*, per quam Chaldæi intelliguntur, interpretatur כַּשְׂדִּים *Caſcedìm Quaſi Dæmones* propter Idololatriam ab eis inuentam, & ſchiſmata in Eccleſia & in lingua Sancta introducta. In *Miſcnà* Cod. *Sotà* cap. 7. adducuntur loca, quæ ex S. Scriptura recitari poſſunt, quacunque lingua, & ea quæ tantùm lingua Hebraica ſunt dicenda, referuntur. Vide etiam, quæ in *Ghemarà* hoc loco habentur pag. 33. Et hæc ſatis ſint, pro dignitate & primæua antiquitate linguæ Sanctæ Hebraicæ.

Interim ad Iudam proditorem, à quo digreſſi ſumus reuertamur; cuius patriam Ierichuntinum agrum, in quo palmeta nomine קריוטא *Caryota* quamplurima reperiebantur, aſſignauimus, ideoque dictum איש־קריוטא *Iſc-Caryotam*, ſicut & Antigonus איש סוכו *Iſc-Socho Vir Sochæus* dictus eſt, quia in loco nemoroſo, & Tabernaculis abundante, vti vox סוכו *Sochò* indigitat, natus eſt. Quidam Ieſus filius Heli Medicus, Lexici Syro-Arabici Auctor, cuius exemplar extat in Collegio Maronitarum Romano mſc. dicit: Iudam proditorem dici quidem Scariotem à patria, ſed eam valdè diſtantem ab Ierichuntina planitie collocat, cùm ea ſupra Iordanem reponat, & conſequenter ad radices montis Libani. Verba huius Auctoris ſunt

ܣܟܪܝܘܛܐ ܠܫܡܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܣܢܝܪ ܗܘ ܣܟܪܝܘܬ

ܘܝܘܪܕܢܢ ܢܦܩ ܡܢܗ *Scariuta* (dicitur) *de nomine Vrbis illius Senir., id eſt Scariùt, & Iordanis ab eo egreditur.* Probabilior tamen videtur noſtra ſententia, quia accommodatior eſt Hebrææ locutioni, & etymologiæ nominis Iſcariotę, cui

ſect. 1. cap. 6. & nuperrimè eruditiſſimus Kircherus lib. 3. Turris Babel c. 5. Item Bonauentura Cornelius Bertramus Præfatione in comparationem linguæ Hebraicæ & Aramicę; Ioannes Leuſden in Philologo Hebręo Diſſert. 17. Michaël Hauemannus in Methodo, cuius adminiculo ad lingu. cognitionem perueniri poſſit, &c. ſect. 2. cap. 5. & alij. Quin & Ghemariſtę in Talmude adeò pugnant pro primatu linguæ Hebraicæ contra Syros & Chaldęos, vt horum linguam, licèt quandoque de ea non malè ſentiant, in Codice tamen *Sciabbàth* cap. 1. pag. 12. b. ante med. & Cod. *Sotà* cap. 7. pag. 33. tam ſiniſtrè de ea audiunt, vt prohibeant aliquid petere à Deo lingua Syriaca, quamuis permittant eadē lingua laudes Deo perſoluere. Cur autem non ſit confugiendum ad Deũ in neceſſitatibus, nec *aliquid ab eo Chaldaicè* petendũ, ineptā prorsùs ac putidam rationem aſſignant: Quia (inquiunt) מלאכי חשרת לא מבירין בלשון ארמי *Angeli Miniſterij non intelligunt linguam Syriacam*. Et cur ita? Nonne Gabriël Angelus Ioſephum docuit 70. linguas, dum eſſet in Ægypto, vt legitur Cod. *Sotà* cap. 7. pag. 36. b. circa finem, vt ſupra notatum eſt? Sed ideò hoc dicitur, vt inde intelligatur, Angelos abhorrere à lingua Chaldaica, vtpotè omnium linguarum prima, quæ Dæmonum fraude, à vera Religione, & lingua Sancta euulſa eſt, & in eadem regione, ſcilicet in Meſopotamia non longè à Scemo & Hebero veri Dei cultoribus, vbi eius Auctores Idololatræ viuebant, radices egerit. Vnde non immeritò D. Hieronymus in interpretatione vocum Hebraicarum vocem He-

non me latet id, quod nonnulli dicunt, eſſe quidem huius Iudæ cognomen, ſed ei impoſitum ob artem Coriarij, quam antequam ad Apoſtolatum vocaretur, exercebat. Hanc eandem Coriarij artem volunt, Simonem patrem ſuum exercuiſſe; ac propterea Simonem Iſcariotem vocatum, Ioan. 13. 2. Et Simonem Coriarium, apud quem Petrus Apoſtolus dies multos moratus eſt in Ioppe, Act. cap. 9. v. 43. & cap. 10. 6. & 32. patrem Iudæ Iſcariotæ fuiſſe, ſuſpicantur. Hanc autem Coriarij artem putant Iudam exercuiſſe, quia *Iſcariotes* vocabatur: nam huiuſmodi vocẽ dicunt, deriuari ab איסקורטיא *Iskòrtia Ventrali coriaceo*, cuius fit mentio in Ghemarà Cod. *Nedarìm* cap. 3. pagina 55. b. circa finem *De Votis*, vbi quæritur: An liceat homini vouere votum, ſe vſurum, vel non vſurum hac, vel illa veſte? Reſpondet *Ghemarà* מותר בשק וביריעה ובחמילה ואסור בפונדה ובפסקיא ובסקורטיא וכו׳: *Licitum eſſe* (vouere, ſe vſurum) *ſacco, cortina, cilicio; at prohibitum* (vouere ſe vſurum) *cingulo, faſcia, skortia, &c.* quia hæ ſunt veſtes communes, & in quibus nulla auſteritas eſt: Votum autem debet eſſe de meliori bono, & non de re inani. Et rurſus quærens – מאי איסקורטיא אמר רבה בר בר חנה ביתונת רצלא *Quid ſit Iskortia? Reſp. Rabbà Bar Bar Channà;* (eſt) *Tunica Ventralis.* Gloſ. Rabbènu Niſsìm מאי סקורטיא ביתונא רצלא חלוק של עור שלובשים העברים על בגדיהם: *Quid eſt Skortia? Eſt tunica Ventralis leuis coriacea, qua induunt Coriarij ſuper Veſtes.* Solebant enim artifices, maximè Coriarij, ſuper veſtes cinctorio vti, ſeù ventrali coriaceo, ſub quo, volunt, eos conſueuiſſe portare crumenas; & quia

cui nulla vis in fertur, ſiuè Græcè, ſiuè Latinè proferatur, aut ſcribatur, neque deprauatur, & capite minuitur ſicut fit in lingua Syra. Notandum tamen eſt, Vrbem iſtam, ex qua putat hic Auctor, Iudam cognominatum, binomiam fuiſſe, vocatamque *Senìr*, & *Scariut*, & ex hoc ſecundo nomine vocatum Iudam *Scariutam*. Secundùm hunc modum loquendi, non eſſet inconueniens, ſi & nos diceremus, Iericho duplex nomen habere, Iericho vnum, Caryota alterum; nam ex Scriptura, Iericho vocatur Ciuitas palmarum, Deuter. 34. 3. at *Caryota* Palma eſt, & inter palmarum nobiliſſima, quæ ſola in agro Ierichuntino reperiebatur. Si igitur Iericho, ex hiſce Caryotis Palmis Ciuitas Palmarum eſt appellata, & Iudas איש־קריוטא *Iſc-Caryota*, Vir de Vrbe Caryota, id eſt Caryotæus dictus eſt; cur eumdem Ierichuntinum fuiſſe dicere non poterimus? Siuè igitur ab ipſa Vrbe Iericho, ſiuè ab agro Ierichuntino; certũ eſt Iudam vocatum *Iſc-Cariotam* à loco Caryotis abundante, veluti hæc regio erat. Itaque ex ſententia huius Lexicographi, duæ veritates habentur. Prima, quòd à loco vbi Iudas natus eſt, Iſcariotes denominetur. Secunda, quòd huiuſmodi locus in Terra Sancta extiterit: quapropter nugantur ij, qui Iudæ Iſcaryotis patriam extra Terram Sanctam reijciunt; eamque in Corcyræ Inſula Maris Ionij ablegant, vbi domum, & poſteros ipſius etiam hodie digito oſtendunt Inſulani, vt refert Petrus à Valle in Itineribus ſuis Par. 1. Turciæ epiſt. 1. num. 2. ſed fabula eſt, & pro fabula ab eodem Auctore habetur.

Cæterùm, quoad nomen Iſcariotæ,

ſe, nè fidelibus ſcandalo eſſet, dicendum ſit.

Sunt & alij, qui exiſtimant, Cognomen *Iſcariotæ* Iudæ inditum fuiſſe poſt ejus mortem, occaſione arrepta, ex qualitate mortis, qua perijt. Volunt enim obijſſe Angina, quę à Medicorum vulgu dicitur Squinantia, Hebraicè אסכרא *Aſcarà Strangulatio*. Huius vocis meminit *Ghemarà* Cod. *Berachòth* c. 1. pag. 8. poſt med. ad v. 21. Pſal. 68. & ad vocem תוצאות *Totzaòth Exitus*, id eſt *ad exitus mortis*, quam ſic commentantur Rabbini תשע מאות ושלשה מיני מיתה נבראו בעולם שנאמר (תהלים ס״ח: כ״א) ולמות תוצאות תוצאות בגימטריא הכיהוו קשה שבכלן אסכרא ניחא שבכלן נשיקה: *Nongenta & tria mortis genera creata ſunt in mundo, S, D.* (Pſal. 68. 21,) *& ad mortem exitus* תוצאות *Totzaòth per Ghematrià*, hoc eſt Arithmeticè eò *numeri aſſurgit. Aſperrima omnium eſt* אסכרא *Aſcarà Angina; facillima eſt* נשיקה *Neſcikà oſculatio*. Neſcikà volunt mortuum fuiſſe Moſen, quia legitur (Deuter. 34. 5.) Moſen mortuum על פי יהוה *Al pi Adonài Super os Domini*, hoc eſt oſculo Domini. Vide R. Salom. hic: Sed verus ſenſus eſt, *iuxta ſermonem Domini*, ſeù meliùs, vt Vulgata; *Iubente Domino*. Aſcarà verò ita deſcribitur à R. Sal. in Cod. *Sciabbàth* cap. 2. pag. 33. in fine חולי אסכרה המתחיל במעים וגומר בגרון הנקרא בונטלאן: *Infirmitas* (quędam) *eſt Aſcarà: quæ incipit in Viſceribus, & perficitur in gutture, vocaturque obſtructio*. Et in *Berachòth* c. 1. pag. 8. idem dicit, quòd אסכרא כאישטראנגולמנט בלעז *Aſcarà* (ſit infirmitas, quæ eſt) *velut ſtrangulàmento, Vt Vernaculè dicitur*. Hoc morbo ſuffocatum fuiſſe Iudam proditorem produnt nonnulli, quia de Magiſtro quia Iudas Iſcariotes, poſtquam vocatus fuerat ad Apoſtolatum, vſum huiuſmodi non reliquerit, ideò Iſcariotem vocatum exiſtimant; quaſi diceres: Iudam cum ventrali coriaceo & crumena. De crumena quidem, habemus teſtimonium in Euangelio Ioan. 13. 29. *Quia loculos habebat Iudas*. Quòd autem ventrale geſſerit, & cinctorium pelliceum, nihil peculiare de eo habetur in Euangelio, niſi tantùm, quòd ex Matth. 10. v. 9. & Marc. 6. 8. generaliter prohibitum fuit Apoſtolis, dum ad prædicandum miſſi ſunt, tollere in via pecuniam in zonis. Nos verò huiuſmodi commentum putamus fictitium, & in aëre fundatũ: nam vocabulũ סקורטיא *Skòrtia*, prętérquam quòd multum diſtare videtur ab Iſcariotæ voce; illud etiam omninò non eſſe Hebraicum, ſed exoticum, & à Latinis mutuo acceptum, atque in Talmude inuexum, eſt aſſerendũ. Hinc Buxtorfius in Lexic. voce סקר loquens de Scortia apertè dicit: סקורטיא *Scortia eſt Latina Vox*. Hæc autem vox, quòd fuerit in vſu tempore Chriſti Domini apud Iudæos, nullo idoneo teſte probari poteſt. Quòd autem dicitur: Patrem Iudæ Iſcariotæ fuiſſe Coriarium, quia nulla fulcitur auctoritate, eodem modo reijcitur. Neque Simon Coriarius, apud quem Apoſtolus Petrus per dies multos in domo ſua fuerat hoſpitatus in Ioppe, dicendum eſt, quòd fuerit pater Iudæ proditoris; quia licèt legatur: Pater non portabit iniquitatem filij, attamen non eſt credibile, quòd Apoſtolorum Princeps in domo patris proditoris Magiſtri ſui voluerit tamdiù manere; cùm potiùs, nec quidem per minimam horam in eam ingredi voluiſ-

in Gehennam. Reiectis itaque iſtiuſmodi portentoſis, & Scripturæ Sacræ aduerſantibus commentis, modò

Quærendum eſt, quid ſcripſerit Iudas Iſcariotes proditor, vt mereatur inter Scriptores Hebraicos connumerari?

Reſp. Nihil prorsùs ſcripſiſſe hunc Iudam, ſed diſcipuli poſt eius mortem profeſſi ſunt, ſe Iudam Iſcariotem habere Magiſtrum. Hi nomine huius Iudę proditoris compoſuerunt, & euulgauerunt quoddam Euangelium blaſphemijs plenum, in quo prædictum Iudam mirificè commendarunt, quòd Chriſtum Magiſtrum ſuum tradiderit, & per hanc traditionem humani generis redemptionem accelerauerit, ſecundùm quod per Prophetam dictum fuerat, Iſai. 60. 22. אני יהוה בעתה אחישנה; *Ego Dominus, in tempore ſuo accelerare faciam illud*, quaſi diceret: In tempore ſuo veniet Chriſtus, ſed redemptionis tempus per Iudam proditorem accelerare illud faciam. Ita malè intellectis, & præpoſterè explicatis verbis huius Prophetiæ, de quibus vide in I. Parte pag. 175. col. 2. Pſeudo-Euangelium Iudæ Iſcariotæ attribuerunt illius diſcipuli. Huius meminit Epiphanius lib. 1. Panarij Hæreſi 18. ſiuè 38. Tom. 3. ex editione Petauij aduerſus Caianos: vbi addit, eiuſmodi Hæreticos quædam alia Volumina Iudæ Euangelio ſimilia confinxiſſe aduerſus Hyſteram, hoc eſt Vterum: quo nomine totius vniuerſitatis fabricatorem eum vocaſſe dicit. Meminit etiam Theodoretus Tom. 2. lib. 1. Hæreticarum fabularum compendio, Tit. de Cainis. Et hæc de Iuda Iſcariotæ ſatis ſint.

ſtro ſuo malè locutus ſit, eumque Iudæis tradiderit: nam hac infirmitate perire dicunt Talmudiſtæ ij, qui malè de proximo ſuo loquuntur; & qui Angina moritur סימן ללשון הרע *ſignum eſt eum peſſimam linguam fuiſſe*. Ita in Talmude Cod. *Sciabbàth* cap. 2. pag. 33. in fine. Quòd Iudas Iſcariotes Squinantia, ſeu Angina ſuffocatus fuerit, commentum falſiſſimum eſt, Euangelio eos redarguente, Matth. 27. 5. vbi de Iuda proditore ſic loquitur: *Et proiectis argenteis in Templo, receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpendit*. Quid clariùs? Nec valet dicere: In Textu Græco vocem *laqueo* non inueniri. Inuenitur tamen, ego regero, Καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο *& abiens ſe ſtrangulauit*, quod tantundem ſonat: nam non dicitur: *Et abiens ſtrangulatus eſt*, vt inde ſuſpicari poſſemus Angina ſtrangulatum fuiſſe, aut aliquid in gula iniectum, prohibita reſpiratione eum ſuffocauerit, veluti accidit Fabio Senatori, qui (Auctore Plinio lib. 7. cap. 7.) in lactis hauſto vno pilo ſtrangulatus eſt. At Græcus textus dicit: *ſe ſtrangulauit*, quod referri non poteſt, niſi ad laqueum. Vnde Vulgata optimè explicat modum, quo factum eſt, quia *ſe ſuſpendit*, id eſt ab arbore, vel ex alto aliquo loco, laqueo gulæ impoſito, ruit. Huiuſcemodi ſuſpendium indicatur etiam à textu Græco Act. 1. 8. illis verbis: Καὶ πρηνὴς γενόμενος *Et præceps factus*, hoc eſt, *& ſuſpenſus* crepuit medius. Et infrà ver. 25. *Vt abiret in locum ſuum*, hoc eſt in Infernum: eadem phraſis habetur Num. 24. 25. vbi de Balaam dicitur: *Et reuerſus eſt in locum ſuum*. Baal Turrim נטרד מדרכו וירד לגיהנם *Declinauit de via ſua, & deſcendit*

תקצ״ח ר׳ יהודה בלי כנוי חבר -
ספר חוקות התורה על הקבלה ונמצא כ״י :

598 R. IEHVDA'H *Iudas*, eius cognomen ignoratur. Scripſit - ס׳ חוקות התורה *Sèpher Chukòth Hattoràh Librum Statutorum Legis*. Eſt liber Cabaliſticus mſc. Ex Buxtorfio in Bibl. Rabbin.

תקצ״ט ר׳ יהודה בלי שם אביו ובלי שם משפחתו חבר -
ספר החיים והם דרשים או פרוש על ס׳ ויקרא, ונדפס בקראקא שנת שמ״ח לפ״ק :

599 R. IEHVDA'H *Iudas*, nomen patris, & eius familiæ ignotum. Ex eodem Buxtorfio habemus, eum ſcripſiſſe - ספר החיים *Sèpher Hachaiim Librum Vitæ*, continentem דרשים *Conciones*. In quodam Catalogo notatur eſſe Comment. in Leuit. Impreſſus Cracouiæ anno 348. min. ſupputat. Chriſti 1588. In 4. & Venetijs, eadem forma.

ת״ר ר׳ יהודה ולא נזכר שם אביו ומשפחתו חבר
לבנת הספיר כמו נמצא בספר מקנה אברם בחלוקת הבנינים ונראה כי הוא ספר על הדקדוק :

600 R. IEHVDA'H *Iudas*, cuius ſit filius, & familiæ neſcitur. Scripſit librum de Grammatica, eumque vocauit - לבנת הספיר *Liunàth Haſſappir Laterem Saphyri* (ex Exod. 24. 10.) De eo fit mentio in libro מקנה אברם Abrahami de Balmis in ſignatura s. 1111. n. 22.

תר״א ר׳ יהודה אהרן חבר ספר -
ויחל משה והוא ספר על יראת השם בדפוס בפראגא שנת שע״ג לפ״ק :

601 R. IEHVDA'H IVDAS AHARO'N ſcripſit librum cum hoc titulo - ויחל משה *Vaijàchel Moſcè Et cæpit Moſes*, ſumpta phraſi ex cap. 9. ver. 20. Gen. & ex cap. 3. ver. 1. II. libri Paralipom. Liber eſt moralis de Dei timore præcipuè agens, & qua ratione Deo ſeruiendũ ſit, aptis documentis viam commonſtrat. Excuſ. Pragæ anno ש׳ע׳ג 373. minor. ſupput. Chriſti 1613. In 4.

תר״ב ר׳ יהודה אלבילדה בן ר׳ משה אלבילדה והוא הביאו אל הדפוס
חבורי אביו הם ראשית דעת ושערי דמעה והוא ביאור על התורה, ותהי השלמת המלאכה שס״א לפ״ק בויניציאה בבית דניאל זניטי :

602 R. IEHVDA'H IVDAS ALBE'LDA *filius R. Moſis Albeldæ*. Opera patris curauit edenda Venetijs, quæ fuerunt - ראשית דעת *Reſcìth Dàath Principium Scientiæ*, (ex Prou. 1. 7.) Commentaria in Legem, & - שערי דמעה *Sciaarè Dimhàh Portæ lachrymarum*. Excuſ. ibidem ſunt, anno 361. min. ſupput. Chriſti 1601.

תר״ג ר׳ יהודה אל חריזי בן ר׳ יהודה חריזי או בן ר׳ חפני או בן רבי
שלמה המכונה חריזי העתיק ספר מורה הנבוכים להרמב״ם מלשון ערבי אל לשון עברי והעתקה הוא אינה ראויה :
ל׳, ועוד העתיק מאותו לשון ערבי אל לשון עברי אגרת המוסר של ארסטו ונמצא כ״י בוואטיקאנו :

ſtro R. Iuda in Hebraicum. Vide Primam Partem pag. 482. b.

3. ס' על הנפש *Sèpher al Hannèpheſc Liber de anima* Galeni, ex Græca lingua in Arabicam, & ex Arabica in Hebraicam conuerſus. Manuſcriptus in Bibliotheca Vaticana reperitur in 4.

4. *Aenigmata & Apophtegmata Philoſophorum*, tranſlata exiſtunt ex Latino in Hebraicum idioma, & reperiuntur mſc. in Biblioth. Vrbinat. apud Vaticanum, vnâ cum Ariſtotelis libro, de Regno ad Alexandrum ſub num. 53. Papyr. in 4.

5. Tranſtulit ex Arabico in Hebræũ מחברות איתיאל *Machabberòth Ithièl Charizì*, quem Auctorẽ hic Interpres תחכמוני *Thacchemuni*, quaſi *Summum Sapientem*, ex 2. Samuel. 23. 8. appellauit. Eloquentiſſimus habetur liber, tam Arabicè, quàm Hebraicè. Excuſus Conſtantinopoli in 4. Sultano Amurathe regnante.

6. Scripſerat R. Moſes Ægyptius ſuos Commentarios in Miſcnaijòth lingua Arabica; & hic Auctor ſuaſu Iudæorum Maſſilienſium eos Hebraicè vertere decreuerat; eamque verſionem aggreſſus eſt, an autem abſoluerit, incertum eſt apud me. Hoc verò proculdubio affirmauerim, eum abſoluiſſe præter Præfationem in *Sèder*, ſeù *Tractatum Zeràim*, etiam interpretationem in priores V. Codices eiuſdem Tractatus. Vide Pocok. in Præfat. ad *Portam Moſis*.

7. Compoſuit verò librum Carminum ſub nomine חבר הקיני *Chauèr Hakkenì*, nempè illius Herois, cuius in libro Iudicum 4. 11. fit mentio.

 8. Et

ג׳: וגם כן העתיק מלשון ערבי אל לשון הקודש ספר על הנפש מגאליינו ונמצא כ״י בלועזו מקום בוואטיקאנו :

ד׳: והעתיק מוסר חידות הפילוסופים מלשון לטין אל לשון עברי ונמצאו כ״י במקום הנ״ל בוואטיקאנו :

ה׳: והעתיק מלשון ערבי אל לשון עברי מחברות איתיאל וקראו תחכמוני ונדפס בקושטנטינה תחת ממשלת סולטן אמורת :

ו׳: עוד העתיק פירוש המשנה אשר עשה הרמ״בם בלשון ערבי על חמש׳ מסכתות הראשונים מסדר זרעים עם הקדמה בלשונו הסדר : ועתיק אותם אל לשון עברי :

ז׳: וחבר ספר על שירים וקראו בשם חבר הקיני :

ועוד –

ח׳: אחר על שם איתן האזרחי :

ט׳: וחבר שירה על הרפואות ונדפס בויניציאה עם ספר ר׳ מאיר בן דוד על ידי דניאל בומבירגי :

י׳: בתחילת ספר מורה נבוכים נכתב שהמחבר הזה חבר שער לבאר כוונת כל פרק ופרק אשר בספר מורה הנבוכים : ושניהם ל׳ זכריה הלוי הספרדי :

603 R. IEHVDA'H AL-CHARIZI' Ben R. Iudæ Charizi, ſeù Ben R. Chophnì, alijs Ben R. Salomonis cognomento Charizì Poëtæ, ex lingua Arabica in Hebraicam varia Opuſcula tranſtulit; ſed primariũ locum obtinet מורה הנבוכים *Morè Hannebuchìm Directorem perplexorum* R. Moſis Bar Maijmonis, ſed infelici euentu; nam ab ipſo Ægyptio adhuc viuente, hæc verſio approbata non fuit. De qua re vide *Iuchaſsìn* pag. 131. b.

In Bibliotheca Vaticana extant quædam Opuſcula ex alijs linguis in Hebraicam verſa à quodam R. Iuda Charizì filio R. Iudę Charizì, quem eundem eſſe, ac noſtrum exiſtimamus, ea verò ſunt -

2. אגרת המוסר *Igbèrth Hammuſsàr Epiſtola Didaſcalica* Ariſtotelis; priùs ex Græco in Arabicum idioma conuerſa ab Alì Iſmaëlita, & poſtea ab hoc no-

GHARI', eſt ille qui ſub nomine החבר *Hachauèr Socij Sapientis* in libro כוזרי reſpondet Regi Cuzaræorum de Religione interroganti, quique eundem ad Iudaicam ſectam amplectendam induxit, vt Iudæi volunt, & præcipuè R. Scem Tou Aben Scem Tou in ſuo libro האמונות *Haëmunòth* cap. 4. & *Scialſciel. Hakkab*· pag. 40. b. Hic totam illam Diſputationem, ſeù Dialogum lingua Cuzarica, ſeù Perſica conſignauit, quem poſtea R. Iudas Leuita Bar Samuelis in Arabicam tranſtulit, adeòque ornauit, & ſuis additionibus paſsìm auxit, vt à poſterioribus eidem tanquam Auctori, Dialogus fuerit attributus. Eundē poſtea R. Iudas Aben Tybbòn in Hebraicam linguam conuertit, vti infra in R. Iuda Leuita videbimus.

תר״ה רבי יהודה בר אלעאי

והוא ראש המדברים בכל מקום בשבח המלך רומי שנוה עליו לדבר תחלה בכל מקום: פרק מלאכין דף ל״ג עמוד ב׳: ובשם פעמים שאומר מעשה בחסיד אחד נאמר עליו: ובדורו שהיה דור שלישי אחר החרבן היו ששה חכמים שנתכנסו' בעליית אחד ועוסקים בתורה רבן שמעון בן גמליאל השני הוא היה לראש וחבריו היו רבי מאיר ראש כלם ורבי יהודה בר אלעאי: ורבי יוסי הגלילי: ורבי אלעזר בן שמוע: ורבי נתן: ורבי שמעון בן יוחאי: בריש פרק הרואה דף כ״ה: מטרונה אמרה לו פניך דומים למגדלי חזירים ולמלוי ברבית אמר לה שניהם אסורין אלא כ״ד בית הכסא היה לי יכל: ור׳ אלעאי אביו חבר לרבי ישמעאל בפירקא קמא דגיטין בא אחד לפני רבי ישמעאל ורבי אלעאי: וזה רבי יהודה כשהיה קטן קרא המגלה לפני רבי טרפון בפ״ב דכתובות וכן הוא סתם ספרא תורת כהנים: ומת באלף ישראל כמו שנת ג׳ אלפים תתק״א ליצירה ונקבר בעין זייתון לצפון הכפר צפת בחיים ועליו בנין גדול: ובסמוך מערה ובתוכה ציונים ושם רבי אלעאי אביו:

605 R. IEHVDAH' *Iudas* BAR ELA'AI. Floruit ſub Adriano Imperatore tempore תנאים *Tanaìm*, ſeù Deuterotarum, & Traditioniſtarum ætate ter-

8. Et alium ſub nomine איתן האזרחי *Ethàn Haezrachitæ*, de quo 1. Regum c. 4. v. 31.

9. Scripſit quoque שירה על הרפואות *Scirà al harrephuòth Canticum de tuenda Valetudine*. Excuſum Venetijs vnà cum R. Meir Ben Dauid, apud Danielem Bombergum. In 4.

10. In principio libri *Morè Neuuchìm* R. Moſis Ægyptij impreſſ. Sabionetæ anno 313. m. ſupp. In fol. legitur שער לבאר ולהודיע כוונת כל פרק ופרק אשר בספר מורה הנבוכים חברו רבי יהודה בן אל חפני המכונה חריזי וכו׳: *Porta, qua declaratur, & notificatur argumentum omnium Capitulorum, quæ ſunt in libro Morè Hanneuuchìm. Compoſuit illam R. Iudas Ben El Chophnì cognomento Charizì &c.* Et in fine horum argumentorum dicitur - נשלם שער כוונת הפרקים חברה ר׳ יהודה ברבי שלמה חריזי· *Abſoluitur Porta argumentorum Capitulorum, compoſita à R. Iuda Ben R. Salomonis Charizi*. Vnde apparet: Hunc R. Iudam Ben R. Salomonis, & Ben El Chophnì eſſe vnum & eundem R. Iudam, & ita vocatum, ſiuè quòd alterum Patris, alterum Aui nomen eſſet; ſiuè quòd Pater vtroque nomine appellaretur.

Cæterùm hic Auctor fuit Poëta inſignis, & mirificè laudatur à R. Immanuele in ſuo libro המחברות *Hammechaberòth* cap. 9.

תר״ד רבי יהודה אלמנרי

הוא היה החבר אשר נזכר בספר הכוזר והחבר הזה כתב כל המאורע עם מלך הכוזרי כי אותו מעשה היה אמת והמלך ההוא נתגייר על ידי החבר כמו שנראה בספר שלשלת הקבלה דף מ׳: עמוד ב׳: כן אמרו יהודים:

604 R. IEHVDA'H ALMAN-

Quàm decora ſunt opera huius (Romani) *populi. Iſti ſtrauerunt plateas, reſtaurauerunt pontes ferè dirutos, & thermas. R. Ioſè tacuit. Reſpondit R. Simeon Ben Iochài, & dixit: Omne, quod diſpoſuerunt, non ordinarunt niſi in rem ſuam; plateas, vt collocarent ibi meretrices; thermas, vt delitiarent ibi; pontes, Vt tributa exigerent. Abijt Iudas Ben Gherìm, & detulit dicta eorum; & audita ſunt in Regno* (cuius decretum hoc fuit). *Iudas, quia exaltauit, exaltetur. Ioſè, quia tacuit, pellatur in exilium in Tzippurrì. Simeon, quia Vituperauit, occidatur &c.* Vide עין ישראל *En Iſraël* Par. I. loc. cit. pag. 61. col. 4. num. 23, circa med. R. Simeon Ben Iochài aufugit, vt dicemus ſuo loco, & R. Iudas in Romanorũ beneuolentia confirmatus eſt. Cùm autem eſſet pulcher aſpectu, facie iucunda, & lęta, & propter corporis optimam conſtitutionem rubicundior, quàm par erat, omnium ad ſe trahebat intuentium oculos; quòd ſi aliquando dicterijs laceſſitus fuiſſet, pro more illius ætatis iocoſis, & parum honeſtis reſponſionibus propoſitas quæſtiones ſoluebat. Interrogatus aliquando à Matrona פניך דומים למגדלי חזירים ולמלוי ברבית אמר לה הימנותא לדידי תרוייהו אסירן אלא עשרים וארבעה בית הכסא איכא מאושפיזאי לבי מדרשא דכי אזילנא בריקנא נפשאי בכולהו׃ *Facies tuæ ſimiles Videntur nutrientibus porcos, & mutuantibus ad Vſuram* (etenim, vt inquit R. Salomon שכרן מרובה בלא טורח ושמחים בחלקם לכך פניהם צהובים׃ *eorum merces eſt multa, & nihil ſubeunt laboris, læti parte ſua* (fruuntur) *propterea nitorem Vultu proferunt*). *Dixit ei: Per fidem meam ambo illa mibi per legem Ve-*

tertia אחר החרבן *poſt Excidium Templi*. Præceptorem habuit R. Akibà, vel vt alijs placet R. Eliezerem. Interfecto R. Akibà, Imperatoris iuſſu Academiá in terra Iſraëlis rexit Rabbàn Simeon Ben Gamalielis ſecundi, circa annum mundi 881. quarti millenarij, & Chriſti 121. Huius Collegę fuerunt ſex illuſtres Sapientes, nempè R. Meir cęterorum caput; R. Iudas Bar Elàai; R. Ioſè Hagalilì Galilæus; R. Eleazàr Ben Sciamùah; R. Nathàn; & R. Simeon Ben Iochài. Et de his intelligunt antiqui, quando dicunt; quòd tempore R. Simeonis Ben Gamalielis fuerint ששה חכמים מתכסים בטלית אחת ועסקים בתורה׃ *Sex Sapientes amicti pallio Vno, & operam dantes Legi*. Hic R. Iudas Romanorum amicus fuit, & inter concionandum illorum virtutes, liberalitates, & munificentias extollebat: quamobrem Imperatoris iuſſu vocatus eſt ראש המדברי בכל מקום *Roſc hammedabberìm becòl makòm Princeps loquentium, ſeù Prædicatorum in omni loco;* Cod. שבת cap. 2. במה מדליקין pag. 33. b. circa principium, vbi *R. Salomon, Princeps loquentium ex præcepto Regis, qui præceperat ei, Vt in omni loco ipſe priùs loqueretur.* Vnde in eodem loco paulò inferiùs coram R. Ioſè, & R. Simeone Sapientibus, & multitudine copioſa ſermonem habens, de Romanis ita affatus eſt -

כמה נאים מעשיהן של אומה זו תקנו שווקים תקנו גשרים תקנו מרחצאות ר׳ יוסי שתק נע׳ ר׳ שמעון בן יוחי ואמר כל מה שתקנו לא תקנו אלא לצורך עצמו׃ תקנו שווקין להושיב בהן זונות מרחצאות לעדן בהן עצמן גשרים ליטול מהם מכסים הלך יהודה בן גרים וסיפר דבריהם ונשמעו למלכות אמרו יהודה שעילה יתעלה יוסי ששתק יגלה לציפורי שמעון שגינה יהרג וכו׳׃

habetur, quòd quoties legitur סתם סטרא רבי יהודה. Abſolutè ספרא *Siphrà intelligitur R. Iudas*. Erat autem antiquorum regula, vt dicit Auctor *Iuchaſsin* pagina 36. prope finem, qua cognoſcebantur Auctores nonnullorum librorum, huiuſmodi.

סתם מתניתין רבי מאיר׃ סתם ספרא רוצה לומר תורת כהנים רבי יהודה ׃ סתם ספרי רבי שמעון׃ כי הם שני ספרים האחרונים אחד ויקרא שהוא תורת כהנים ונקרא בתלמוד שאר ספרי דרב׃ וסתם תוספתא רבי נחמיה ; וסתם סדר עולם רבי יוסי וכלהו אליבא דרבי עקיבא משים דכלהו תלמידו וכו׃

Abſolutè Miſcnicus intelligitur R. Meir, abſolutè ספרא *Siphrà, id eſt Lex Sacerdotum intelligitur R. Iudas* (Bar Elâai); *abſolutè Siphrè intelligitur R. Simeon* (Ben Iochài) *quoniam iſti ſunt duo libri vltimi* (Pentateuchi), *Vnus* ויקרא *Leuiticus, ſeù Lex Sacerdotum, & alter vocatur in Talmude, Siphrè* דרב *Ràu. Abſolutè Toſaphtà intelligitur R. Nachmià; abſolutè Sèder Olàm R. Iosè; ſed totum* (ſcriptum eſt) *iuxta ſententiam R. Akibæ, cùm quilibet eorum fuerit illius diſcipulus, &c.* Quod autem in הליכות עולם pag. 6. attribuatur hic liber R. Iſmaeli, id prouenire crediderim, ex primis vocibus, quibus iſte liber incipit, quæ ſunt

רבי ישמעאל אומר בשלש עשרה מדות התורה נדרשת מקל וחומר וכו׃ *R. Iſmael dicit: Tredecim modis Lex explicatur. A minori ad maius, &c.* Et ſic exiſtimauit totum librum fuiſſe compoſitum à R. Iſmaële, vti aliquibus perſuaſum eſt; Auctorem libri Rabboth fuiſſe ר׳ הושעיה רבה R. Hoſciaaiàh Rabbà, eò quòd ab eius nomine liber incipiat.

Porrò, quòd huic Iudæ noſtro tribuant expoſitionem illam in Leuiticum פסיקתא *Peſiktà*, cùm nulla auctoritate fir-

tantur, ſed 24. loca latrinarum ſunt ab hoſpitio meo ad Scholas, ad quas dum pergo, exerceo me ad ſingula. Ita in Cod. *Berachòth* cap. הרואה pag. 55. circa med. Quod idipſum legitur in Cod. נדרים *Nedarìm* cap 6. הנודר מן המבושל pag. 49. b poſt medium, niſi quòd reſpondiſſe fœminæ fertur, ſe תרדין *Theradin*, id eſt *Betis* veſci ſine ſale, & infra annum nil vini prorsùs bibere, niſi tantùm pro ſanctificatione Sabbathi in ingreſſu, & ſeparatione feſti à profano in exitu vinum deguſtare, & quatuor pocula in Paſcha bibere. Vide עין ישראל *En Iſraël* Par. II. *Nedarìm* loc. cit. pag. 22. col. 1. num. 32. & Talmud Ieroſolymitanum Cod. פסחים *Peſachìm* cap. ערבי פסחים pag. 37. col. 3. circa med. Attamen corpore vegetus erat, & omnes à Paſchate ad Pentecoſten ſubibat labores. Quod autem 24 loca ab hoſpitio ſuo ad Scholas eſſent, ad quorum ſingula ſederet, non tantùm (inquiunt) innuere voluerit, corporis lubricitatem apprimè ſanitati conducere, ſed quod maius eſt, ad ſtudium Legis in 24 Sacros libros diſpoſitum reſpexiſſe hunc Rabbinum volunt, in quibus per ſingulos in itinere è domo ad Scholam meditabatur, vt ſic corporis imbecillitas firmaretur; quia תורת חכם מקור חיים *Lex ſapienti eſt fons Vitæ*. Prou. 13. 14. O lepidam ſanè & benè olentem ſtudendi rationem!

Scripſit hic Rabbinus, vt dicit Auctor *Iuchaſsin* pag. 60. librum ספרא *Siphrà*, & eſt Commentarius in תורת כהנים *Thoràth Choanìm Legem Sacerdotum*, per quam intelligunt *Librum Leuitici*. Quia & in fronte ipſius libri ספרא excuſi Venetijs apud Danielem Bombergum anno ש״ה 5305. Chriſti 1545. In fol.

noris ſupputat. Chriſti 1546. in folio, vtramque ponit hoc modo פסיקתא זוטרתא או רבתא. Eſt & alius liber, vocatus ספרי *Siphrè*, qui perſæpè cum *Siphrà* coniungitur. De Auctore libri ספרי vide infrà in רב Ràu, & in R. Simeon Ben Iochài.

Vtriuſque fit mentio in Talmude Codice קדושין *Kidduſcin* cap. 2. pag. 49. b. in principio, quæ arguit ipſorum antiquitatem. In Præfatione libri היד *Haiàd* R. Moſis Ægyptij, vterque liber eidem *Ràu* attribuitur, vbi ſic legitur:

רב חבר ספרא וספרי לבאר ולהודיע עקרי המשנה:
Ràu compoſuit Siphrà, & Siphrè ad declaranda, & indicanda fundamenta Miſcna. Quæ quidem ſparſim in his Commentarijs explanantur. Idem ex eodem Moſè Ægyptio habet Auctor libri צדה לדרך *Tzedà laddàrech* in ſui libri Præfatione, R. Iſaac Abrauanèl in Præfatione libri נחלת אבות *Nachalàth Auòth* folio 4. 1, col. 1. *Scialſc. Hakkab.* pag. 32. b. & Auctor libri שבילי אמונה *Sceuilè Emunàh* in Semita 8. Vide R. Dauid Ganz in צמח דוד ad annum 979. quarti millenarij pag. 110.

Eiuſdem libri ספרא meminit etiam *Iuchaſsin* pag. 42. & pag. 60. in R. Iehuda Bar אלעאי. De hoc libro ספרא vide quæ diximus ſupra Par. I. num. 154. in *Aharone Aben Chaiim*, qui eum prolixis commentationibus illuſtrauit.

In פרקי אבות cap. 4. refertur quædam ſententia de diligentia in ſtudio adhibenda, quæ tribuitur R. Iudæ, vtique huic noſtro *Bar Elàai*: nam, vt habetur in Catalogo Rabbinorum Thanaitarum, ſeù Miſcnicorum in fine Primæ Partis Miſcnæ editionis Venetæ anni 1655. in 12. in R. Iehuda, ר׳ יהודה סתם הוא רבי יהודה בר אלעאי: *Rabbì Iudas abſolutè eſt Rab-*

firmari id poſſit, nullo modo aſſerendum eſt. Fatendum quidem, eſſe antiquiſſimum Rabbinorum Commentarium, ſed incerti Auctoris, vt nos docet *Scialſcel. Hakkabb.* pag. 33. b. qui eum collocat ſecunda, vel tertia generatione poſt Rabbènu Hakkadòſc, anno ſcilicet mundi ד׳ אלפים תתס״ו 4866. non ſine manifeſto errore: nam cùm huiuſmodi annus concurrat cum anno Chriſti 1106. diſtaret à compoſitione Miſcnæ editæ à Rabbènu Hakkadòſc, adeòque ab ipſo Rabbènu annis 880, vel circiter, neque duabus, vel tribus, ſed pluſquam 12, vel 13 generationibus. Si igitur admittatur, quod habet *Scialſc. Hakkab.* de diſtantia duarum, vel trium generationum, non annus mundi ſcribendus eſt 4866, ſed 4010. qui eſt an. Domini 250. pro Peſiktà. Hic autem Auctor Iudas Bar Elàai viuebat tempore Adriani Imperatoris, vnde meritò à R. Dauid Ganz refertur ad annum 881. quarti millenarij, nempè Chriſti 121, qui incidit anno ſecundo Imperij eiuſdem Adriani. Quo anno obierit hic Iudas, ignoratur. Eius ſepulchrum Iudæi hodie oſtendunt in Galilæa, in Villa dicta עין זיתון *En Zaithùn* in Septentrionali plaga Villæ, in cœmeterio inter Oliueta. Illud viſitant Iudæi habitantes in Palæſtina deuotionis cauſa inter Paſcha & Pentecoſten. Vide Epiſtolam itinerariam Terræ Sanctæ.

Duplex autem פסיקתא *Peſiktà* olim reperiebatur רבתא *Rabbethà*, & זוטרתא *Zutrathà Magna & parua*. Quæ hodie reperitur, dubium eſt, an magna, vel parua ſit; nam titulus *Peſikta* appoſitus in frontiſpitio edit. Venetę apud Danielem Bombergum anno ש״ו 306. mi-

ELEAZA'R COHE'N SACERDOS GERMANVS, anno mundi 5043. Chriſti 1283. cùm adhuc diſcipulus eſſet τῷ R. Eliakìm Ben Menachèm, ſcripſit Supercommentarium in Commentarium R. Salomonis Iarchi ſuper Pentateuchum, vocauitque -

מנחת יהודה *Minchàth Iehudà Munus Iudæ* (Tit. ex Malach. 3. 4.) omnia ſua dicta probat authoritate Talmudis, R. Tanchumæ, Bereſcìth Rabbà, & R. Moſis de Kòtzi, vt apparet in fine ſui libri, qui in Bibliotheca Vaticana aſſeruatur mſc. an. mundi 5165. Chriſti 1405. in Pergam. in 4. ſub n. 21. Huius ſæpè fit mentio in Commentario R. Abrahami Ghedaliæ ſuper ילקוט *Ialkùt*.

Commentatus eſt etiam מסכת יבמות *Maſsecheth Ieuamòth* Cod. Talmudicum *De Lege fratria*. Huius exemplar extat mſc. in eadem Bibliotheca Vaticana num. 161.

Buxtorfius in ſua Bibliotheca Rabbinica exhibet librum cum hoc titulo -

מנחת יהודה *Minchàth Iehudà*, & dicit, quòd ſit Commentariũ ſuper librum מערכת האלהות *Maarècheth Elaùth*, illumque attribuit R. Iudæ חייט *Chaijàt*. Sed in eo Commentario nullum de huiuſmodi titulo veſtigium inueni.

תר״ה ר' יהודה אריה ממורינא בן ר' יצחק היה רב בויניציאה שנת המאה שלפ״ים בו ליבירס : והיה חכם גדול בדינים ויודע לשון לעז וחכמת הפילוסופים : והוא חבר כמה ספרים והם מעוטם :

א' : נקרא מדבר יהודה והם דרושים נדפסו בויניציאה שנת שכ״ח, וגם כן שנת שס״ב ;

ב' ו לב אריה והוא ספר על זכרון המצוות ; נדפס בויניציאה ברובע ;

ג' : פי

Rabbì Iudas Bar Eldai. Sententia autem huius Iudæ ita ſe habet ר' יהודה אומר הוי זהיר בתלמוד ששגגת תלמוד עולה זדון ; *Rabbì Iudas dicit: Eſto cautus in ſtudio: nam error imprudens circa ſtudium* (commiſſus) *putatur, ac ſi ex propoſito commiſſus eſſet.*

תר״ו רבי יהודה בן אליעזר ציהלבי המכונה פוקי או פולי מכת הקראים חבר ספר וקראו -

שער יהודה ומדבר על הלכות איסורי ביאה כמשפט הקראים ; והביאהו אל הדפוס ר' יצחק בנו בשנת בשו ס' קודם שחבר יוחנן סילדינו ספרו על אישות וגרושין : נזכר באותו החבור מאמר א', פרק ג' ;

606 R. IEHVDA' IVDAS BEN ELIE'ZER TZIELEBI' cognomento PVKI', ſeù POKI', ſiuè etiam POLEVS Iudæus Karraita. Scripſit -

שער יהודה *Sciaàr Iehudà Portam Iudæ* in quo agitur de materia inceſtus, & coniugij gradibus licitis, atque illicitis iuxta doctrinam Karrçorum (quid ſint Karrçi Hebræorum Hçretici, vide I. Partem pag. 92. 1. — 379. 1. — 381. 2.) Huius libri meminit Seldenus de Vxore Hebr. lib. 1. cap. 3. Typis eum tradidit, & euulgauit R. Iſaac filius prçdicti Iudç ante annos 60. ex eodem Seldeno. De eo etiam Halleruordius in ſua Bibl. Curioſa. Reperitur in Bibliotheca publica Lugdun. Batauorũ inter Codices Warnerianos. Excuſ. Conſtantinopoli, Imperante Amurathe. In 4.

תר״ז ר' יהודה בר אלעזר כהן אשכנזי חבר ספר מנחת יהודה והוא פירוש על פירוש רש״י על התורה ונמצא כ״י בוואטיקאנו ;

607 R. IEHVDA' IVDAS BAR

quamplurium librorum & Auctorum, quæ in principio eorundem librorum cernuntur, vti in libro תולדות אדם R. Baruch Aben Baruch יז״יא, & in alijs.

Italica Poëſi etiam delectabatur, & cùm adhuc adoleſcens eſſet annorum tantùm quatuordecim, curioſum Carmen compoſuit, de quo paulò infra.

Scripſit varia Opuſcula. Egregiam quoq; nauauit operam, vt quamplurima aliorum Auctorum Syntagmata typis committerentur, inter quæ primum obtinent locum Sacrorum Bibliorum quatuor Tomi in magno folio, quos communiter

מקרא גדולה *Mikrà ghedolà Biblia magna* appellitant, in quibus pluſquam trecenta menda, quæ in antiquioribus Venetis irrepſerant, emendauit, vt ipſe in ſua Epiſtola primo Tomo præfixa teſtatum reliquit: ſed & hæ ſuos quoque næuos patiuntur. Edita ſunt Venetijs apud Petrum Laurentium Bragadinum anno mundi ש״ע״ש ת״לפ 377. minoris ſupputationis, Chriſti 1617.

Quæ autem ipſe ſcripſit, & ad meam notitiam peruenerunt; ſunt hæc quæ ſequuntur Opuſcula.

1. מדבר יהודה *Midbàr Iehudà Deſertum Iuda*. Sunt diuerſæ Conciones non inelegantes excuſæ primò Venetijs anno ש״נ״ח 358. min. ſupp. Chr. 1598. & deinde ibidem anno ש״ס״ב 362. Chriſti 1602. apud Danielem Zanetum in 4.

2. לב האריה *Lèu Haarièh Cor Leonis*, Tit. ex 2. Sam. 17. 10. De memoria artificiali, impreſſionis Venet. in 4. Daſſouius b. 4. vt refert Halleruordius in ſua Bibliotheca Curioſa, exhibet nobis Commentarium in Legem cum hoc titulo לב האריה *Lèu Haarièh* Wilhermſdor-

יח

ג׳: פי אריה והוא ביאור כמה מלות זרות שבספרי הרבנים על לשון איטליאנו נדפס בוויניציאה שנת ת׳ לפ״ק: ובסופו חבר כמלא ספר הנקרא גלות יהודה כמו אומר עתה:

ד׳: חבר ספר גלות יהודה והוא פותר דבר חכל מלה הצריכה בתרגום מכל המקרא וברכת המזון: והגדת פסח: ופרקי אבות בלשון איטליאנו דרך קיצור: נדפס בוויניציאה שנת ק׳ לאלפים לבריאות:

ה׳: חבר ספר בלשון איטליאנו על מצות המנהגים היהודים ונדפס בפאריש ביפטנית:

ו׳: חבר בית לחם יהודה והוא מפתח קטנה למצא כל מאמרי חכמים אשר באו בספר עין ישראל: נדפס בוויניציאה שנת ש״פה:

ז׳: חבר ספר סוד ישרים והוא אלה סודות הטבע ונסיוני חידות עם פירושיהם: נדפס בוויניציאה שנת ש״נה לפ״ק:

ח׳: ספר סור מרע והוא מאמר בלשון שני אנשים שנוכחו ביניהם על מלאכת השחוק הקוביא ואחד מהם מגנה אותה וחבירו משבח: ונדפס בוויניציאה שנת ש״נה לפ״ק:

ט׳: ספר צמח צדיק על מדות הטובות:

י׳: העתיק סדר הגדה של פסח מלשון עברי אל לשון איטליאנו עם אותיות העבריות ונדפס בוויניציאה שנת שס״ט לפ״ק עם כמה צורות על כל האותיות והאופנים אשר נעשו ליהודים במצרים על הים ובמדבר:

י״א: וכתב כמה אגרות על ספרים רבים שהכינו לדפוס בלשון הקודש כמו על משניות שהדפסו שנית בוויניציאה שנת שס״ו לפ״ק עם פירוש שנקרא כף נחת והוא הביאו אל הדפוס והוגה זה הספר על ידו כמו שנראה בתחלת הספר באגרתו:

י״ב: ועוד הביא אל הדפוס לבושים של מרדכי יפה ונדפסו בוויניציאה שנת ש״פ לפ״ק כמו שנראה בהקדמתו שעשה על חלק ראשון: ועוד זה דרך כמו שמעתי בוויניציאה שנת תי״ד לפ״ק:

608 R. IVDAS ARIE', vulgò dictus *Leo de Modena Ben R. Iſaac*, noſtræ ætatis celebris Rabbinus, & Ràu Venetus, vbi quamplurimis annis Iudaicam Synagogam rexit. In conſcribendis libellis in vtraque lingua Hebraica & Italica facilis. Fuit elegans Poëta Hebraicus, vt teſtantur Hebraica carmina ab eo compoſita in laudem

dor-

compoſitum cùm eſſet annorum quatuordecim (vt ipſe ibidem ait) in laudem R. Moſis ſui Præceptoris defuncti, vbi non interpretando, ſed ijſdem vocibus, & eodem ſono in vtraque lingua vtendo, eaſdem tam inter ſe diuerſas linguas vnam ferè communem facit, hoc modo -

קִינָה שְׁמוּר ׃ אוּי מֶרָה ׃ כְּפַס
אוֹצַר בּוֹ ׃

Chi naſce muor : Oimè che paſs'acerbo !

Latinè :

Qui naſcitur, moritur (Væ mihi) quàm paſſus acerbus !

כָּל טוֹב עִילוּם ׃ כּוּסִי ׃ אוֹר
דִין אֶל צִלוֹ ׃

Colto vien l'huom, così ordin'il Cielo,

Colligitur (id eſt demetitur, abſcinditur) *homo, ſic ſtatuit cælum.*

מֹשֶׁה מוֹרִי מֹשֶׁה יָקָר דֶּבֶר בּוֹ ׃

Mosè morì, Mosè già car de verbo,

Moſes mortuus eſt, Moſes olim carus eloquio.

שֵׁם תוּשִׁיָּה אוֹן יוֹם כִּיפּוּר הוּא
זֶה לוֹ ׃

Santo ſia ogn'huom, con puro zelo.
Sanctus ſit omnis homo : cum puro zelo.

כָּלָה מֵיטָב יָמַי ׃ שֵׁן צָרִי ׃ אֲשֶׁר
בּוֹ ׃

Ch'alla metà, già mai ſenza riſerbo
Nam ad medietatem aliquando, haud quicquam reſeruans.

יחריב

dorfij 1674. in fol. eumque attribuit R. Iehudæ Arelff, ſed an ipſe intelligat hunc noſtrum Rabbì Iudam Ariè, an alium quempiam, neſcio.

3. פי אריה *Pi Ariè Os Leonis*. Eſt Dictionariolum Rabbino-Italicum cum hoc vulgari titulo: *Raccolta delle Voci Rabbiniche non Hebraiche, nè Chaldee per tutto, vſate nel più de'loro ſcritti da' Rabbini, Eſpoſitori, & Autori di Scienze, in lingua Italiana dichiarate &c.* Venetijs apud Ioannem Calleonem anno ת' 400. min. ſupput. Chriſti 1640. in 4. Cui præcedit aliud conſimile Dictionariolum vocum faciliorum Sacræ Scripturæ ordine Alphabetico diſpoſitum, Hebraicè & Italicè, quo includuntur in גלות יהודה *Galùth Iehudà*, de quo mox.

4. גלות יהודה *Galùth Iehudà Tranſmigratio Iudæ*, ex Ierem. 24. 5. cuius Titulus Italicè ita ſe habet: *Nouo Dittionario Hebraico & Italiano, cioè Dichiaratione di tutte le voci Hebraiche più difficili delle Scritture Hebree nella volgar lingua Italiana &c.* In hoc Italicè explicantur omnes difficiliores voces, tùm omnium librorum Sacræ Scripturæ, ſecundùm ordinem ipſorum, tùm etiam aliorum duorum librorum הגדה פסח *Hagadà Pèsach Lectionis myſticæ Paſchatis*, & פרקי אבות *Pirkè Auòth Capitulorum Patrum*. In huius Dictionarij principio exhibet nonnullas ſuccinctas Grammaticales regulas ad ritè, & rectè Italicè voces Hebræas interpretandas. Excuſ. Paduæ per Iulium Criuellarium anno ת' 400. Chriſti 1640. opera Ioſephi Fox. In 4.

In hac ſecunda editione, ante Dictionariolum פי אריה, & poſt Præfationem ad Lectorem exſcribit Carmen à ſe

re annotantur ea, quæ ex ſecunda editione Veneta addita ſunt, vel ex prima Pariſienſi dempta. Huic editioni Don Recaredus Sçimeon, eadem Gallica lingua, addidit Supplementum: De Secta Carraitarum, & Samaritanorum noſtri æui. Habes hoc ad pag. 224.

Multò antea, ex Italica lingua hæc eadem Hiſtoria tranſlata fuit in Anglicanam, cum hoc titulo: *Hiſtory of the Rites and Cuſtomes of the modern Ieuus, out of Italian*. Londini 1650. In 8.

6. ספר בית לחם יהודה *Sèpher Beth Lèchem Iehudà Liber Bethleem Iudæ*, ſeù *Domus panis Iudæ*. Eſt Index materiarū, quæ continentur in libro עין ישראל *En Iſraël*. Excuſ. Venetijs apud Petrum Aloyſium, & Laurentium Bragadinum in domo Ioannis Coleonis an. ה'ש'פ'ה 385. min. ſupput. Chriſti 1625. In fol. Annectitur Primæ Parti. Vide in fine עין ישראל eiuſdem editionis. Caſtratus reperitur in calce libri מאור עינים *Ioſia Pinto*, in eo ſiquidem non indicantur, niſi tantùm illæ materiæ quæ in I. Parte eiuſdem עין ישראל continentur, ſuper quas idem Ioſias Pinto commentaria edidit. Vide ſupra num. 586. pag. 4. Col. 1.

7. סוד ישרים *Sod Ieſciarìm Arcanum* ſiuè *Secretum rectorum*. Tit. ex Pſal. 111. 1. Complectitur centum naturæ arcana, & quinquaginta ænigmata, cum ipſarum expoſitione. Excuſ. Venetijs anno ה'ש'נ'ה 355. min. ſupput. Chr. 1595. apud Ioannem de Gara. In 4.

8. סור מרע *Sur meràh Declina à malo*. Tit. ex Pſal. 34. 15. Eſt Dialogus duorum inter ſe colloquentium de luſu alearum & talorum, quorum alter luſum laudat, ac defendit, & alter condemnat, & reprobat. Excuſ. Venetijs an-

יַחֲרִיב אוֹם ׃ מָוֶת רָע ׃ אֵין כָּאן יְרַפֵּח לוֹ ׃

Arriu' huom, mà Vedran in cangiar pelo

Pertingit homo. Sed cùm pili mutantur, apparet

סְפִינָה כְּיָם קַל ׃ צֵל עוֹבֵר יָמֵינוּ

Se fin' habbiam, ch'al Cielo vero ameno

Quem finem habeamus, quippè ad Cælum verum amænum

הֲלוֹם יוֹבָא שְׁבִי וַשָׁי שְׁמֵנוּ ׃

V à l'huomo và, ſe viua aſſai ſe meno.

V adit homo, ſiuè multum, ſiuè parum viuat.

Huius tamquam præſtantiſſimi Epicedij meminit, & tranſcribit Wagenſelius in Sotà Miſcnæ cap. 1. num. 6.

5. De Hebræorum ritibus breuis relatio lingua vernacula ſub hoc titulo: *Hiſtoria de gli riti Hebraici. Doue ſi hà breue, e total relatione di tutta la Vita, coſtumi, riti, & oſſeruanze de gli Hebrei di queſti tempi*. Excuſ. Pariſijs 1637. in 8. cura Iacobi Gaffarelli, cui idem Gaffarellus præfixit Epiſtolam ad eundem Leonem Mutinenſem directam, in qua conqueritur de nimia breuitate, & ſilentio ſeruato, circa Iudæorum quamplurimos ritus, de quibus magna myſteria ipſi iactant. Vnde Auctor ſequenti an. 1638. eandem excudi fecit Venetijs auctiorem & emendatiorē priori Pariſina, quam etiam eſſe caſtratam aſſerit Seldenus de Vxor. Hebr. pag. 51. Ex his duabus editionibus prodijt tertia, Gallica lingua tranſlata, Pariſijs an. 1674. in 8. vbi in fine pagellæ minutiori characte-

12. Vt Syntagmata Mardochæi Iaphè לבושים *Leuuſcim* nuncupata, Typis Venetis ederentur, curam ſuſcepit, ſicuti ex eius Præfatione Primo Tomo appoſita videre eſt. Excuſa igitur fuerunt ibidem anno 380. minoris ſupput. Chriſti 1620. in fol.

Quamplures libros approbauit, & vt Typis committi poſſent, laudauit. Et quia (vt ſupra notauimus) delectabatur Poëſi, ſed maximè Hebraica, ideò ſuo tempore vix liber Hebraicus in lucem exijt, quin ab eo ſuis carminibus non fuerit celebratus.

Viuebat anno Domini 1646. Venetijs, vbi eum agnoui, & allocutus ſum; perijt autem (vt audio) anno תי״ד 414. min. ſupput. Chriſti 1654. Venetijs ferè octogenarius.

תר״ט ר׳ יהודה או ר׳ אריה דבי עילאי חבר כמה מאמרים על הקבלה והם כ״י וזה המחבר היה רבו של רבו ל׳ מנחם עזריה בעל ספר עשרה מאמרות כן כתוב בהקדמה של אותו הספר נדפס באמשטרדם כמו נראה במקומו :

609 R. IEHVDA'H IVDAS, ſeù R. ARIE' LEO DE BE ELA'I. Scripſit aliquot

מאמרים *Maamarim Tractatus* de קבלה *Kabalà*, qui manuſcripti reperiuntur, teſte Auctore libri עשרה מאמרות *Aſſarà Maamaròth* in ſua Præfatione. Hic fuit Magiſter Magiſtri R. Menachèm Azariæ Auctoris præfati libri *Aſſarà Maamaròth*. Vide ibidem.

תר״י ר׳ יהודה בר אשר היה רביעי מבין בניו והיה חתנו של ר׳ יעקב אחיו בעל הטורים והוא חבר ספר חקת התורה : וספר חקות שמים כנראה במסדר״ק סימן קע״ה : ובשלשלת הקבלה דף ס׳ : וראיתי בספר יוחסין דף קל״ג

anno שנ״ה 355. min. ſupputat. Chriſti 1595. In 8. apud Ioannem de Gara.

9. צמח צדיק *Tzèmach Tzaddik Germen iuſtum*, Tit. ex Ierem. 23. 5. Eſt libellus moralis editus Venetijs. Ex Buxtorfio in Biblioth. Rabbin.

10. Expoſuit lingua Italica, ſed charactere Hebraico סדר הגדה של פסח *Sèder haghadà ſcel Pèſach Ordinem Narrationis Hiſtoricæ Paſchatis*, quem excudi fecit cum textu Hebraico maiuſculis literis, quibus puncta vocalia adiuncta ſunt, collocato inter duas columnas; cuius ſingula folia quibuſdam figuris portenta in Ægypto à Deo patrata, vel ceremonias Paſchales repræſentantibus, ornantur. Venetijs in fol. apud Ioannem de Gara anno שס״ט 369. min. ſup. ſti 1609. Et licèt ex frontiſpitio non appareat, hunc noſtrum Leonem de Modena huius tranſlationis eſſe Auctorem, prodit tamen ſeipſum in vltima pagina, in ſpatio vltimæ columnæ, & tribus vltimis verſiculis, quorum dictiones incipiunt ab vna ex literis nominis huius Auctoris, quæ ordinatim componunt יהודה אריה ממודינא *Iudas Leo de Modena*. Vnde cantiunculas illas, quæ poſtea ſequuntur, ab eodem Leone de Modena fuiſſe compoſitas, credibile eſt.

11. Curauit, vt Venetijs excuderetur opus Miſcnicum cum paruis annotationibus vocatis כף נחת *Caph nàchath Vola compreſſa*, de quo vide infra in R. Iſaac Gabbài; cui præfixit Epiſtolam ibidem editam anno 385. min. ſupput. Chriſti 1625. in 8. Hoc opus cum paruo hoc commentariolo, pluries fuit excuſum. Conſtantinopoli autem, etiam cum punctis vocalibus.

קל״ג בעמוד ב׳ : סוף הרב כותן שכיון הגזירות בטוליטולה הרג את עצמו ואשתו וחמותו שהיתה אשת רבי יעקב אחיו בשנת קנ״א : ובמקום אחר בספרו אומר שהיה שנת ק״ט ויש טעות הדפוס :

610 R. IVDAS BAR ASCER, ſeù HARRO'SC quartogenitus in Germania ; & in Hiſpaniam, præcedens patrem, ei domicilium Toleti parauit. In ea Vrbe matrimonio iungitur cum nepte ſua, filia Rabbì Iacobi Baal Turìm, quam poſtea trucidauit vnà cum ſocru ſua, vxore eiuſdem R. Iacobi, & poſtremo ſeipſum iugulauit, nè fortè mutarent religionem in illa inſigni Iudæorum conuerſione in Catalonia, Caſtilia, & Aragonia, quæ accidit anno 5151. Chriſti 1391, vt teſtatur Auctor *Iuchaſsin* pag. 133, b, & ex eo *Scialſciel. Hakkabbalà*, quo etiam anno ſeipſum occidit R. Iudas; & S. Vincentius Ferrerius *Ord. Prædicatorum* pluſquam 200000. Iudæorum ad fidem Chriſti conuertit, ex Iudæorum teſtimonio. Ibid. pag. 134. de quo vide ſupra in I. Parte pagina 404. 1. — & 717. 1. Hunc computū approbat Auctor *Scialſcel. Hàkkabbalà* pag. 60. quem nos in I. Par. pag. 494. improbauimus, ex eo, quia in *Iuchaſsin* eadem pag. 133. b. ante medium legimus -

שנת ק״ט נפטר הר׳ יהודה בן הרא״ש בטוליטולה, *Anno* 109. (Chriſti 1349.) *Toleti obijt R. Iudas Ben Harròſc*, id eſt *R. Aſcer*. Quod verum eſſe non poteſt, quia eo anno nulla inſignis Iudæorum conuerſio facta fuit in Hiſpania; cùm tamen ex Hiſtoria Eccleſiaſtica habeamus: tempore, quo B. Vincentius Ferrerius Verbum Dei in illis Regnis diſſeminabat, magnam Iudæorum multitudinem ad fidem Chriſti eſſe conuerſam: quod quidem accidit ab anno 1391. vſque ad annum 1412. Bzouius ad annum 1391. n. 17. & ad annum 1412. n. 11. quo tempore, & Paulus Burgenſis, & Hieronymus à S. Fide ad fidem per eundem conuerſi ſunt. Vide Hiſtoriam Epiſcoporum Cartaginenſium, & Spondanum ad annum 1412. n. 8. Cùm enim anni Hiſtoriæ Rabbinorum cum annis Hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticę conueniant, hunc computum recipere debemus, & alium reijcere. Anno igitur Domini 1391. hic noſter R. Iudas ſeipſum interfecit. Qui quidem duos libros ſcripſit, quorum primum -

חקת התורה *Chukàth hattorà Statutum Legis*, Tit. ex Num. 19. 2. & ſecundum

חקות שמים *Chukòth Sciamàim Statuta Cæli*, ex Iob 38. 33. De his fit mentio apud בהר״ק num. 178. *Scialſcèl. Hakkabb.* pag. 70. Et de ſecundo in *Iuchaſsin* pag. 133. b. in fine, licèt in his locis nihil de illorum argumento habeatur. Buxtorfius tamen in Appendice ad Bibliothecam Rabbinicam exhibet nobis librum cum titulo חקות התורה *Chukòth hattorà Statuta Legis*, eumque eſſe Cabaliſticum mſc. aſſerit, & cuidam R. Iudæ attribuit, abſque alia maiori notitia huius Rabbini.

De hoc R. Iuda Bar Aſcer vide *Rabbènu Aſcèr* in I. Parte huius Bibliothecæ pag. 494.

ר׳ יהודה לבית פאלקון תר״ס

ול׳ מאיר ן׳ גבאי שחבר ספר תולעת יעקב ופירש סדר תפלות כל השנה בדרך הסוד : בפסט : רמו״י דין : סוד : ומוקנס פרד״ס ונדפס בקושטאנטינה שנת ש״ך :

611 R. IVDAS LEBE'TH PALKO'N, ſeù de Domo Falconis, col-

ne Sacræ Scripturæ agnoſcunt Iudæi, ac Chriſtiani, & per eoſdem eam explicant, vt ſit in hoc libro Precum, quę ex verbis Sac. Scripturæ plerumque conceptæ ſunt, Excuſę Conſtantinopoli anno ש״כ 320. min. ſupt. Chriſti 1560. in 4 Hunc librum vidi in Collegio S. Pauli Carmel. Diſcalceat. apud S. Pancratium extra Vrbis mœnia in via Aurelia. Reperitur etiam in Indice librorum Hebræorum Chriſtinæ Suecorum Reginæ. Et Plantauitius in ſua Bibliotheca eundem notat impreſſum Cracouiæ.

קרי״ב רבי יהודה בן בלעם ספרדי

חבר ספר טעמי המקרא וטעמי ג׳ ספרים אמ״ת כל טעמי איוב משלי ותהלים ונדפסו בפאריס שנת שט״ז לפ״ק:

612 R. IVDAS BEN BILA'M Hiſpanus. Scripſit librum, quem vocauit -

ס׳ טעמי המקרא *Sèpher Taamè hammikrà Librum Accentuum Scripturæ*. Itemque alium ſub nomine -

טעמי ג׳ ספרים א׳מ׳ת *Taamè ſcieloſcià Sepharìm Accentuum trium librorum*, videlicet *Iobi*, *Prouerbiorum*, & *Pſalterij*. Excuſi fuerunt Pariſijs per Mercerum anno 1556. in 4. Iſti tres poſteriores libri indicantur per tres literas vocis א׳מ׳ת hoc eſt איוב, משלי, תהלים. In hoc Tractatulo de Accentibus fit mentio cuiuſdam libri Grammatici dicti -

הוריית הקורא *Horaijàth Hakkorè Lex Lectoris*, ſed nomen Auctoris ignoratur.

R. Abraham Aben Ezræ in Comment. ſuper Pſal. 4. 8. ad vocem דגנם meminit huius R. Iudæ Ben Bilàm.

collato ſtudio cum *R. Meir Abèn Gabbài* ſcripſit -

ספר תולעת יעקב *Sèpher Tolàath Iaacob Librum Vermis Iacob* (Tit. ex Iſai. 41. 14.) Eſt Comment. quo illuſtrantur Preces totius anni, expoſitionibus quadruplicis generis, nempè *Literali*; *Allegorica*; *Morali*; & *Anagogica*, quæ in hoc ſymbolo פרד״ס *Pardès Paradiſus* comprehenduntur: nam per פ intelligunt פשט *Peſciàt* ſenſum *Literalem*; per ר, רמז *Rèmez Allegoricum*; per ד, דין *Din Moralem*, & per ס, סוד *Sod Anagogicum*; & benè quidem in hac voce *Paradiſus* quatuor iſti ſenſus includuntur, cùm per eandem vocē hoc etiam modo explanari poſſint: nam ſi *Paradiſus* literaliter ſumatur, ſignificat hortum amœnum & delitiarum. Si in ſenſu Allegorico, Eccleſiam militantem, quæ Paradiſus eſt, vt ait Auguſtinus lib. 13. de Ciuit. 21. & Ambroſ. lib. de Parad. Si in Morali, animam Chriſtianam in ſtatu gratiæ exiſtentem, cuius gaudia ſpiritalia (inquit Auguſtinus de Gen. contra Manichæos cap. 9.) ſignificant omne lignum formoſum ad aſpectum, intelligentiæ, & bonum ad eſcam, quæ non corrumpitur qua beatæ animæ paſcuntur: nam & Dominus dicit: *Operamini eſcam, quæ non corrumpitur &c.* Si in Anagogico, Cæleſtem patriam, vitam Beatorum, ſiuè Eccleſiam Triumphantem. Qui quatuor ſenſus his duobus verſibus exprimuntur à Lyrano in 1. & 3. Prologo Bibliorum -

Litera geſta docet; quid credas Allegoria;
Moralis quid agas; quid ſperes Anagogia.

Eoſdem prorsùs ſenſus in explicatio-

תרי״ג רבי יהודה בן בנימן מאיטלייאה

היה חכם והוא היה רב של בעל ספר התניא כמו שהוא אומר בספרו ונעלם שמו שהמחבר הוא אומר שהיה תלמיד רבי יהודה הנ״ל ושחבר ספרו באיטלייאה שנת ה׳ אלפים ע״ד וזה החבור הוא מורה למנהגות איטלייאה : ונעלם שם המחבר לענותנותו :

613 R. IVDAS BEN BENIAMIN DE ITALIA fuit inſignis Rabbinus, & licèt nullum eius reperiatur literarum monumentum, attamen cùm fuerit Magiſter illius, qui librum התניא *Hattània* inſcriptum edidit, vt Auctor ipſe ibidem teſtatur, etſi nomen ſuum forſan reticere voluerit, nè doctrinam Magiſtri ſui ſibi appropriare videretur; ea nihilominus, quæ in Tania continentur, ab hoc præſenti Rabbì Iuda dimanaſſe, *credibile eſt*, ideò hunc inter Scriptores Hebraicos connumerare voluimus. Cæterùm hic liber תניא complectitur explicationem ſuccinctam, ſed elegantem præcipuorum rituum, & ceremoniarum ſecundùm vſum & conſuetudinem Hebræorum Italorum: nam agit *De Cantore, & Succentore Synagogæ*; *Benedictione Sacerdotali*; *Libro Legis*; *Solemnitatibus*; *Ieiunijs*; *Luctu*; *Ritu maritali*; *Circumciſione*; *Redemptione primogeniti*; *Obligatione parentum erga filios*, & vice verſa. Excuſus fuit Mantuæ per Samuelem לטיף *Latiph* anno mundi ורח״מיך 274. min. ſupput. Chriſti 1514. in 4. Addit Buxtorf. etiam Cremonæ 325. Chriſti 1565. in 4.

Aduertendum tamen eſt, quòd Rabbi Dauid Ganz in ſuo צמח דוד *Tzèmach Dauìd* ex verſione Vorſtij ad ann. 74. quinti millenarij, quem ſequitur Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica, expreſsè dicit, librum תניא *Thània* com-

poſitum eſſe à R. Iuda in Italia anno 74. (id eſt Domini 1314.) & ita ſcriptum eſſe in *Scialſcel. Hakkabb.* pagina 56. Sed eo loci non dicitur R. Iudam eſſe Auctorem huius libri, ſed nomen illius Auctoris ignorari, cùm ob ſingularem ſuam modeſtiam illud noluerit manifeſtare. Verba *Scialſc. Hakk.* ſunt

מחבר ספר התניא היה בדור הזה ונעלם שם המחבר אמנם הוא אומר בספרו שהיה תלמיד רב׳י יהודה ברבי בנימן ושחבר הספר באיטלייאה שנה ה׳ אלפים ע״ד וזה החבור הוא מורה צדק למנהגות איטלייאה : ונעלם שם המחבר לרוב ענותנותו : *Auctor libri Hattània fuit in hoc æuo, ſed eius nomen latet. Verùm ipſe ait in ſuo libro, quòd fuerit diſcipulus Rabbì Iudæ Ben R. Beniamin, & quòd in Italia hunc librum compoſuerit anno 5074.* (Chriſti 1314.) *& quòd huiuſmodi Syntagma ſit Doctor Iuſtitiæ circa conſuetudines Italiæ. Abſconditur autem nomen Auctoris, vt illius præſtantiſſima humilitas manifeſtetur.*

תרי״ד ר׳ יהודה בצלאל

נקרא בלשון אשכנז רבי ליווא ר״ל ר׳ אריה מפראגה הוא בשנת ש״ג לפ״ק היה ראש ישיבה ואב בית דין במדינת מוראוויאה ו׳ ובשנת של״ג בא לפראג ונעשה שם ביה ישיבה ואחר כך בשנת שנ״ב הלך לפוזנא וגם כן נעשה שם ר״י ואב בית דין ושם נפטר ולא נודע שנת פטירתו : והוא חבר ספר גבורת השם : וגור אריה והוא ביאור על פירוש רש״י : ודרך חיים פירוש על פרקי אבות : ושו״ת ודרשות : ויש אומרים כי הוא היה המחבר ספר נצח ישראל נגד המשחיים :

614 R. IVDAS BETZALE'L cognomento apud Germanos *R. Liuua*, ſeù *Leua*, id eſt *Leo* de Praga anno mundi 313. min. ſupput. Chriſti 1553. Rectoratum, & Præfecturam gerebat ſuper vniuerſas Academias, & Tribunalia Prouinciæ Morauiæ, eamque fermè viginti annis obtinuit. Poſtmodum an-

Hottingerus Claſſ. XI. Bibliot. Orient. inter Poëtas collocat quoddam Opuſculum R. Menachèm de Lonzano cum hoc titulo דרך חיים.

4. ש״ת Id eſt שאלות ותשובות *Sceelòth Vthſciuuòth Erothemata & Reſponſa* legalia, ſunt numero 44. ſtylo diffuſo diligenter examinantur, Venetijs.

5. דרשות *Deraſciòth Homilias* quaſdam præter Conciones ſupra narratas, ſcripſiſſe volunt quidam, ſicut & librũ תפרת ישראל *Thiphèreth Iſraèl Gloriæ Iſraëlis*, Tit. ex Thren. 2. v. 1. Et eſt Commentar. in Legem 70. Capitulis expletus. Venetijs anno ש״נט 359. min. ſupput. Chriſti 1599. in 4. Sunt & alij duo libri cum hoc titulo, de quibus ſuo loco.

תרט״ו רבי יהודה ברבי ברזילי ברצילוני:

וזהו הרב אלברצלוני המוזכר בפוסקים: והיה חכם גדול וחבר ספר בדיני נשים וקרא ספר יחוס בשר: ובדיני מועד קרא ספר העתים: וספר תקון שטרות: וחבר חבור גדול במחלוקת הגאונים ותשובתם: וזה הרב אלברצלוני המוזכר בספר העטור וארחות חיים: זה העתקתי בש״ם של הרמב״ן סי׳ ל׳: ובספר שלשלת הקבלה דף מ׳: עמוד ב׳: ויש אומרים שחבר דרשות על שם ארון העדות:

615 R. IVDAS BERABBI' BARZELLI' BARTZELLONIVS. Iſte eſt ille, de quo inter Iuriſtas ſub nomine *Albarcellonita* frequenter fit mentio. Fuit magnus Sapiens, & ex *Scialſcèleth Hakkabbalà* pag 40. b hæc quę ſequuntur legalia ſcripta reliquit.

1. יחוס בשר *Ichùs Baſsàr Proſapia ſeù genealogia carnis*. Eſt liber Iuridicus, tractans ea quæ ad mulieres, & ad illarum Iura principaliter ſpectant.

2. ספר העתים *Sèpher Hanhettim Liber temporum*. Eſt etiam liber Iuridicus,

anno Domini 1573. Pragam veniens nouam Academiam excitauit, & ibidem publicè legem docuit vndecim annis, nempè vſque ad annum Domini 1584. Anno autem 352. min ſupput. Chriſti 1592. Poſnam profectus, ibi Præſes Academiæ, & Pater Domus Iudicij factus eſt per vniuerſam regionem Maioris Poloniæ, ibiq; diem ſuum obijt, incertum quo anno. Hæc quæ ſequuntur ingenij ſui monumenta reliquit.

1. גבורת השם *Gheuuràth haſcèm Potentia Dei*. Tractat. de redemptione Iſraëlitarum ex Ægypto per manum Moſis. Coniungitur cum alio Tractatu נצח ישראל *Nètzach Iſraèl Victoria, ſeù Aeternitas Iſraëlis*. Tractat de Meſſia, eiuſque poſtremo aduentu, quem expectant Iudæi non iudicaturum viuos & mortuos, ſed redempturum Iſraëlitas. Diſputat, an eo tempore ſit rerum ordo immutandus & natura? De illius aduentus certitudine, & neceſſitate redemptionis, ac de dignitate Iſraëlitarum, & eorum perpetuitate. Vterque Tractatus iungitur in vnum opus, totumque ſyſtema in 57 Capp. coaleſcit. Excuſum Pragæ anno ש״נט לפ״ק 5359 Chriſti 1599. Imperat. Rodulpho II. apud Moſen Ben R. Betzalèl in fol.

De *Gheuuràth haſcèm* habetur apud Ganz ad annum 352. ſexti millenarij. Sed ibi de illius argumento nihil.

2. גור אריה *Gur Ariè Catulus Leonis* (Titulus ex Geneſ. 49. 9.) eſt ביאור *Biùr* explicatio ſuper רש״י *Raſci* R. Salomon. Iarchi.

3. דרך חיים *Dèrech Chaiim Via Vitæ* (Tit. ex Ierem. 21. 8.) Eſt commentatio in פרקי אבות *Pirkè Avòth Capitula Patrum*. Excuſus Venetijs & Pragæ,

ſtentia, præter iſtam, aliam notitiam non habeo. De *Tikkùn Scetaròth* meminit Buxtorſius in Biblioth. Rabbinica pag. 428. & Hottingerus Claſſ. XI. *De varijs Epochis*. in Biblioth. Orient.

Compoſuit etiam Volumen magnum ſuper Quæſtionibus propoſitis à Doctoribus Gaonnitis cum ſuis Reſponſionibus, & Deciſionibus. Huius Rabbini ſit mentio in libro העמור *Hahamùd*, & in ארחות חיים *Orchòth chaiìm*. Eius meminit etiam הר׳ש׳בץ *Hariſchàtz*, id eſt *R. Simeon Bar Tzèmach* in ſuis Quæſt. & Reſponſ. num. 6. Buxtorſius in Appendice ad Biblioth. Rabbin. & alij, qui eum ſequuntur: addunt, hunc Auctorem ſcripſiſſe varias Conciones, eaſque nuncupaſſe ſub hoc titulo ארון העדות *Aròn Haedùth Arca Teſtimonij*.

Cæterum hic Auctor fuit diſcipulus R. Iſaaci Alphesi, qui in Hiſpania claruit, & ibidem obijt anno mun. 4863. Chriſti 1103. nonagenarius. Longè ante eius mortem, id eſt circa annum 4830. Chriſti 1070. claruit hic noſter Rabbinus Barcellonius, *Iuchaſin* pagina 130 b. ש׳ה *Scialſcèleth Hakkab.* pag. 41. b. in fine. Et Dauid Ganz ad annum 830. quinti millenarij.

תריו ר׳ יהודה גאון : עיין ר׳ יהודאי גאון : סימן תקצו דף ט :

616 R. IVDAS GAO'N. Vide *R. Iehudài Gaòn* ſuprà num. 596. pag. 9. Hottingerus Claſſ. I. ſuæ Bibliothecæ Orient. exhibet nobis librum cum hoc titulo ספר נפוצות יהודה *Sèpher Nephutzòth Iehudàh Liber diſperſionum Iudæ*, eumque attribuit R. Iudæ Haggaòn, quo ait contineri LII. Conciones

cus, in quo deciduntur Quæſtiones ad ſolemnitates ſtatis temporibus celebrandas pertinentes. Vnde corrigendus eſt Buxtorſius, & alij, qui eum ſequuntur, dicentes, quòd ſit liber Aſtronomicus.

3. תקון שטרות *Tikkùn Scetaròth Ordinatio contractuum*. Tractat de numeratione annorum à literis contractuum, quæ שטרות *Scetaròth* nuncupantur, quorum Epocha deſumitur ab ingreſſu Alexandri Macedonis in Ieruſalem, quam non omnes in eodem anno conſtituunt: nam R. Salomon conſtituit Æram contractuum anno 1000. ab exitu filiorum Iſraël de Ægypto. Tabulæ verò Synagogales annuæ eandem Æram reijciunt ad annum 1002. ab eodem exitu, vt notauimus in Tabulis Epocharum in I. Par. pag 81. & ſeq. De ea videſis Par. II. pag. 430. & 431.

Plantauitius proponit nobis librum cum hoc titulo מנין שטרות *Miniàn Scetaròth Numeratio contractuum*, aſſeritque eum eſſe *librum Hiſtoricum circa variam annorum numerationem, oſtendens Iudæos primùm numeraſſe annos ab exitu ex Aegypto; deinde à Regibus; tandem ab Alexandro Macedone: quod factum eſt trecentis duodecim plùs minùs annis ante Chriſtum. Et hæc numeratio vocata fuit Miniàn Scetaròth Numeratio Contractuum, quæ durauit vſque ad R. Scerirà, qui circa annum Domini milleſimum vixit, poſt quam cæperunt numerare annos à creatione mundi. Et hæc eſt huius libri ſumma ſine nomine Auctoris, qui tamen probabile eſt, vt ſit R. Iuda Barcelcellonius, qui librum item compoſuit* תקון שטרות, *imò facilè credimus vnum & eundem eſſe librum ſub diuerſo titulo.* Hactenus Plantauitius. De huius libri exi-

nes. Sed iſtæ 52. Conciones fuerunt compoſitæ à R. Ioſepho Muſcato, & ſub titulo נפוצות יהודה euulgatæ, vt ſuo loco videbimus; nec alias Conciones cum hoc titulo hactenus vidimus.

תר״ז ר׳ יהודה גדליה : גם גודליה

פסוק כתב תוספות על ספר הזהר : ולא ראיתי אותם :

617 R. IVDAS GHEDALIA' GODOLIÆ, ſecundùm quod habet Plantauitius in ſua Bibliotheca Rabbinica in voce תוספות, ſcripſit -

תוספות *Toſaphòth Additiones*, quas ipſe vocat *Animaduerſiones in librum Zòhar*. Sed præter ipſum nullum alium inuenio, qui de his Animaduerſionibus, aut Additionibus loquatur, aut illarum aliquo modo meminerit. Scio quidem inter alia quæ in זהר *Zòhar* editionis Cremonenſis in fol. fuerunt inſerta. *Vnum eſt* תוספתא על קצת פרשיות *Toſaphtà Additio in aliquot Sectiones Pentateuchi*, ſed Anonymi Auctoris. Vnde ſuſpicor quòd nomen *Toſaphtà* fuerit deprauatum in *Toſaphòth* cum additione nominis Godoliæ planè voluntaria.

תר״ח רבי יהודה מגרמיזא

חבר ספר על הקבלה מעשית ועל השמות וכתוב בוואטיקאנו בי׳ בסימן רכ״ דף יו״ :

618 R. IVDAS DE GARMIZA GARMICENSIS, ſcripſit Tractatum de nominum Cabaliſticorum vſu, ſeu -

מהקבלה מעשית *De Kabalà Maaſiìth Practica*, quæ cùm magica ſit & pernicioſa, meritò damnatur. Reperitur huiuſmodi Tractatus in Bibliotheca Vaticana mſc.

תרי״ט ר׳ יהודה בר דוד פאסי

המכונה חיוג או חיוג׳ מפיס אשר באפריקא היה כשנת ל
אלפים תתפ״א כמו אשר בעל ספר סה״ דף לט׳ עמוד ב׳ היה
המדקדק הראשון והעמיד לשון הקדש על כריו אחר שנשכח בכל
העולם : והוא חבר שני ספרים על הדקדוק : א׳ נקרא ספר
בעלי הרפיון : והשני ספר בעלי הכפל ונזכרו בס׳ מכלול
הרד״ק בתחלת שער דקדוק הפעלים והוא היה מסודר גדול ועשה
בעס פיוטים ובקשות :

619 R. IVDAS BAR DAVID PASSI' cognomento CHIVGH, alijs חיווג *Chiuuàgh* ex Vrbe Fes in Africa, inter Arabes natus, & enutritus, Arabum exemplum ſequutus, Grammaticarum leges incertis quibuſdam modis ſine ordine aberrantes, conſpiciens, is omnium primus fuit, qui eas ordinando ad modum Arabum, Hebraicam Grammaticam compoſuit: nam Hebræorum Grammatici per omnia ferè Arabes, quibus methodum ſuam libenter adſcribunt, ſequuntur. Eius deinceps vitula ararunt quicumque Grammaticis conſcribendis operam ſuam impenderunt, quorum quamplurimi inter Hebræos conſpiciuntur; ſed maior eſt turba Chriſtianorum, qui huius חיוג *Chiùgh* veſtigia ſectantes Hebræorum Grammaticales regulas literis latinis conſignarunt. Ex vtraq; gente hos paucos, ſed inſigniores Grammaticos placet hic referre.

Hebræi Auctores inſigniores, qui de re Grammatica ſcripſerunt.

Horum omnium Pater & Magiſter cenſendus eſt hic R. Iudas Chiugh, qui ראש המדקדקים *Roſc Hammedakdekim Caput, ſeù Princeps Grammaticorum* meritò vocatur. Hic duos egregios libros de

R. Ioſephus Kimchius Dauidis Kimchij pater ſcripſit זכרון *Ziccaròn* de re Grammatica.

R. Moſes Kimchius filius Ioſephi, & frater Dauidis etiam ipſe præclarum Opuſculum Grammaticale ſcripſit, quod מהלך שבילי הדעת *Maalàch ſceuilè haddaàth* nuncupauit. Fuit ſæpiùs excuſum, ac per omnium manus teritur Iudæorum. Iſti tres, Pater ſcilicet,& duo filij claruerunt Chriſti ſeculo XII.

Eodem ſeculo XII. floruit *R. Aben Ezræ*, qui & ipſe Grammaticam edidit cum titulo מאזני הלשון *Moznè hallaſciòn*. De quo vide ſuprà Par. I. pag. 4.

Elias Germanus, qui ſuperiori ſeculo viuebat, totus rebus Grammaticalibus addictus fuit, & inter alia multa, Grammaticam Hebræam cum titulo ס' הבחור *Sèpher habbachùr* euulgauit. De quo vide ſuprà Par. I. pag. 135. & ſeqq.

R. Immanuèl Ben R. Iekuthièl, ſcripſit abſolutam Grammaticam ſub nomine לוית חן *Leuiàth chèn*. Excuſa Mantuæ in 4.

R. Samuèl Archiuolti compilauit ערוגת הבשם *Arughàth Habbòſem*. Eſt inſignis & egregia Grammatica. Excuſa Venetijs in 4.

Rabbì Abraham de Balmes prolixam Grammaticam conſcripſit, cui tit. מקנה אברם *Miknè Abràm*. Venetijs in 4. Vide I. Par. pag. 34.

Rabbì Iudas Ben Charìſc librum de Grammatica compoſuit, quem vocauit אב ואם *Au Vaem*. De quo paulò infrà.

R. Peripetus Duràn recidiuus ad Iudaiſmum, abſolutam Grammaticam ſcripſit, eamque vocauit de nomine ſuo א'פ'ו'ד' *Ephòd*, id eſt per ר'ת' אמר פוריפט דוראן *Dixit Poripetus ſeu Peripetus Duràn*. de re Grammatica ſcripſit.

ספר בעלי הרפיון *Sèpher Baalè harrephiòn Librum de remiſſis, ſeù laxatis*; videtur agere de Verbis & Nominibus, quæ non grauantur Dagheſc. Et

ספר בעלי הכפל *Sèpher Baalè hakèphel Librum duplicantium*; videlicet de Verbis duplicantibus ſecundam radicalem. Horum meminit R. Dauid Kimchì in Præfatione ad ſuam Grammaticã מכלול.

Eidem R. Chiugh attribuitur liber הנוח *Hannùach Quietis*, in quo de literis quieſcentibus.

Item liber הנקוד *Hannikùd Punctationis*, de Punctis.

Liber הרקחה *Harkachà Condimenti*, de Accentibus.

Et liber אותיות הסתר והמשך *Othijòth haſsèther, Vehammèſcech De literis quieſcentibus, & mobilibus*. De quo ſæpè in libro מעשה אפוד.

In eadem Præfatione idem Kimchius honorificam mentionem facit R. Ionæ, qui vtique eſt Rabbì Ionas גנאח *Ganàch* Grammaticus inſignis Hiſpanus, qui Grammaticam R. Iudæ Chiugh Grammatica ſua videtur ſuperaſſe, ab Auctore לשון למודים. In eadem Pręfatione eum vocat רופא Medicum.

Abul-Walid Marùn Ibn Iannàbi Hebræus Arabs, qui ſcripſit Arabicè Hebræam Grammaticam. De quo ſuprà in Par. II. pag. 803. 1. etiam iſte vocatur Princeps Grammaticorũ à Pocockio.

Anonymi Grammatica extat mſc. inter Codices Bibliothecæ Vrbinatis in Vaticano.

R. Dauid Kimchì ſcripſit de re Grammatica ſub nomine מיכלול *Michlòl*. De quo ſuprà Par. II. pag, 32. & 33.

Ioannes Capnion aliàs Reuclinus.
Ioannes Chardamus:
Ioannes Dinkelius.
Ioannes Droſæus.
Ioannes Henricus Hottingerus.
Ioannes Iſaacus.
Ioannes Quinquarboreus.
Ioannes Rudbekius Suecus.
Ioannes Stancarus.
Iulius Cunr. Otto.
Lopez Burdigalenſis.
Ludouicus de Dieu.
Ludouicus S. Franc. Ord. Min. Luſit.
Marcus Marinus Canonicus Regularis S. Saluatoris.
Marius à Calaſio Ord. Min.
Martinus Gilbertus.
Martinus Martinez.
Martinus Troſtus.
Matthæus Adrianus.
Matthæus Aurogallus.
Mericus Caſaubonus.
Nicolaus Clenardus.
Paulus Fagius.
Petrus Artopœus.
Petrus Martinius.
Robertus Bellarm. S. I. S. R. E. Card.
Robertus Wackefelde Anglus.
Rodericus Baynus.
Rogerus Bacconus Ord. Min. Anglus.
Sanctes Pagninus Ord. Præd. Lucenſis.
Sebaſtianus Munſterus.
Sueno Ionæ Weſtrogothus Suecus.
Theodorus Bibliander.
Theodorus Fabritius.
Thomas Dufourt Gallus Monachus Cluniacenſis.
Thomas Erpenius.
Wigandus Happellius.
Wilhelmus Schickardus.
Willelmus Robertſon.

Wol-

R. Dauid Ben R. Salomonis Iachija ſub nomine לשון למודים *Leſciòn Limudìm* ſuccinctam Grammaticam edidit. Excuſa Conſtantinopoli anno 5320. Chriſti 1560. in 4.

Ex Latinis de re Grammatica Hebræorum præclarè ſcripſerunt.

Agatius Guidacerius Calaber.
Alphonſus Zamorenſis.
Andreas Plancus.
Angelus Caninius Anglarienſis.
Antonius Ceuallerius.
Antonius Iordinus S. I.
Auguſtinus Sebaſtianus Nouzenus.
Benedictus Blancuccius Romanus.
Bonauentura Cornelius Bertramus.
Chriſtianus Wechelus.
Chriſtophorus Crineſius.
Conradus Pellicanus.
Daniel Schuenterus.
Dauid Kyherus.
Edmundus Caſtellus.
Franciſcus de Robles Ord. Min.
Franciſcus Stancarus Mantuanus.
Fridericus Blankenburgius.
Gaſpar Ammonius.
Gaſpar Waſerius.
Georgius Mayr S. I.
G. Genebrardus.
Godeſcalcus Prætorius.
Gulielmus Francus Romanus Monachus Vallumbroſanus.
Henricus Vranius.
Hieronymus Combonus.
Hieronymus Maſſarius.
Iacobus Burdegalenſis Capuccinus.
Ioannes Balthaſarus Baumbara.
Ioannes Buxtorfius pater, & filius.
Ioannes Campenſis.

קט״ב **ר' יהודה וינגא** חכם פולין חבר כמה דרשות על התשובה : הצדקה ושמר מעשי טובים ג׳ ונדפסו בלובלין ולא נזכר שנת דפוסו :

620 R. IVDAS VEGA POLONVS. Scripſit eleganti ſtylo nonnullas דרשות *Deraſciòth Conciones*, De *Reſipiſcentia*, *Eleemoſyna*, *Obſeruantia Præceptorum*, *& de fiducia in Deo collocanda*. Excuſæ ſunt Lublini anno non notato, ſed tempore Sigiſmundi Polonorum Regis, qui anno Domini 1590. regnabat.

תרכ״א **ר' יהודה וירגה** חבר כמה צרות אשר אירעו ליהודים כמו שאומר ר׳ שלמה ן׳ וירגה בספרו שבט יהודה : וחבר דברי הימים ליהודים : ובוואטיקאנו יש ס׳ כ״י מיהודה ן׳ וירגה על עשיית כלי אחד למלאכת מעלה ונטייה הכוכבים ולא נודענו אם שהיה איש אחד ומחבר אחד :

621 R. IVDAS ABEN VERGA, ſeù VIRGÆ, de quo ſcribitur à R. Salomone Aben Verga in libro שבט יהודה *Scèuet Iehudàh*, quòd ſcripſerit nonnullas calamitates & flagella, quæ Iudæis acciderant. Scripſit & דברי הימים ליהודים *Diurè Haijamìm leIehudìm Verba dierum*. ſiuè *Chronicon Iudæorum*.

In Bibliotheca Vaticana aſſeruatur Codex mſc. Papyr. in 4. de Compoſitione Inſtrumenti pro inuenienda eleuatione & declinatione Stellarum, quod inuentum fuit Vliſſipone a quodam R. Iuda Aben Verga Vliſſiponenſi. Neſcimus tamen, an vterque ſit idem Auctor, præſertim cùm hic Vliſſiponenſis ſcribatur בירגה cum ב, & alius cum ו *Vau*, וירגה. Vide num. 387. pag. 9. in Biblioth. Vatic.

Wolfangus Fabritius Capito.
Zacharias Prætorius.

Iſti, & alij quamplurimi de re Grammatica Hebraica ſcripſerunt, non complectendo eos quoque, qui in Lexicis Hebraicis, Chaldaicis, vel etiã Rabbinicis operam ſuam impenderunt, vt inde appareat, quàm longè Chriſtiani ſuperent Hebræos in adhibenda diligentia pro linguæ Sanctæ conſeruatione, & propagatione.

Cæterùm hic noſter Iudas Bar Dauidis Paſsì fuit etiam inſignis Poëta, qui Cantica & Hymnos aliquot, compoſuiſſe fertur, ſed ea adhuc in pulucrulentis Hebræorum arculis latent expoſita tineis, ac blattis corrodenda. Huius frequens mentio fit ab *Abrahamo Aben Ezræ*. Floruit ætate Auctoris libri סדר עולם רבה וזוטא *Sèder òlam Rabbà & Zuttà*, anno ſcilicet 4801. *Chriſti* 1041. quia eo anno, quo ſcribebatur eius liber erat annus 1053. à vaſtatione Templi ſecundi, vt dicit Auctor *Scialſc. Hakkab.* pag. 39. b. Sed hìc ineſſe errorem ex eo liquet, quia annus à vaſtatione Templi 1053. reſpondet anno à creatione mundi 4881. & non 4801. vt patet ex I. Tabula Epocharum Par. I. pag. 81. Vnde idem Auctor hoc forfaſſis animaduertens ibidem ſubiungit,

וראיתי כתוב שהיה או שנת ד' תתפ״א :

Et vidi ſcriptum tunc fuiſſe annum 4881. Chriſti 1121. qui quidem annus benè congruit cum anno à vaſtatione Templi 1053. Itaque hic noſter inſignis Grammaticus & Poëta Chiug, circa initium vndecimi Chriſti ſeculi claruit. Vide de eodem R. Abraham Zacutum in ſuo libro *Iuchaſsìn* pag. 130. in fine.

קרכ״ב **ר׳ יהודה חייט** עשה פירוש על ספר מערכת האלהות לרבי פרץ יקראו מנחת יהודה:

622 R. IVDAS CHAIIA'T, id eſt *Sartor*. Compoſuit -

מנחת יהודה *Minchàth Iehudà Oblationem Iudæ*. Et eſt *Commentarius* in librum מערכת האלהות *Maarècheth Haëlaùth Ordinationis Diuinitatis*. Impreſſum eſt cum textu pluriès Mantuæ & Ferrariæ. Vide infrà in *R. Pèretz Cohèn Sacerdote* Auctore huius libri Cabaliſtici. De חייט *Chaijàt* vide *Scialſcèleth Hakkabbalà* pag. 55. & pag. 63. b. Dicitur, quòd fuerit ex ijs, qui de Hiſpania egreſſi ſunt, quod contigit anno Domini 1492. Floruit igitur hic Auctor circa initium præteriti ſeculi.

קרכ״ג **ר׳ יהודה חיים בר׳ רבי יעקב** אחד מרבני הישיבה מקהלה ורנקפורט עשה הסכמה על ספר עשרה מאמרות לר׳ מנחם עזריה, עיין שם לשונו המחבר:

623 R. IVDAS CHAII'M BAR RABBI IACOBI vnus ex Rabbinis Academiæ Francofurtenſis in Germania, laudauit & approbauit librum עשרה מאמרות *Aſſarà Maamaròth* R. Menachèm Azariæ. Vide ſub hoc nomine.

קרכ״ד **רבי יהודה החסיד** מורנקפורט אשכנזי חבר ספר דרכי התשובה: ושיר היחוד, וכמה פסוקים ביהודים אומרים בכל יום ונמצאו בספר תפוחי זהב לר׳ יוסף מילי דף קי״ט: וספר חסידים אשר חבר משוא אבינו נדפס בשמו ולא היה הוא המחבר:

624 R. IVDAS HACHASI'D PIVS, Francofurtenſis Germanus. Scripſit -

ספר דרכי התשובה *Sèpher Darchè Hatheſciuuà Librum Viarum reſipiſcentiæ*. Tractat *De Pœnitentia*. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana Pergam. in 8: Scripſit etiam -

שיר היחוד *Scir Haijchùd Canticum vnitatis*. Canticum admodum inſigne, & excellens. Laudatur in eo & celebratur Dei vnica eſſentia ab omnibus veneranda & adoranda. Poſtea Commentariolis, & Notis à pleriſque illuſtratum, præſertim à טוב יומי *Tòu Iomì* nomine quo ita vocari ſe voluit Rabbì Lipman Mulhuſinus Auctor libri נצחון *Nitzachòn* circa annum Domini 1450. Excuſus Friburgi Briſgoiæ ignoto anno. Hunc compoſuit hic Auctor, ſumpto argumento & ſtylo libri האמונות *Haëmunòth* Ràu Saadiàh Gahòn. Obijt tandem anno mundi 977. min. ſupput. Chriſti 1217. *Iuchaſsin* pag. 164. b. in fine. *R. Iudas Chasìd* Auctor *Scir Haijchùd* videtur eſſe alius ab Auctore *Sèpher Darchè Hatteſciuuà*, ex eodem *Iuchaſsìn* pag. 165. in principio, vbi de duobus Auctoribus nomine Iuda ita loquitur והם לקחו כל דעתם מספר בעל חובות הלבבות אשר חבר הגאון רבינו בחיי הדיין: *Iſti* (ſcil. duo Auctores Iuda) *acceperunt totam ſuam doctrinam ex libro Choùàth Halleuauòth, quem compoſuerat Excellens Magiſter noſter Bechaij Haddaijàn.* R. Dauid Ganz ad annum 977. alium *R. Iudam Chasìd Pium* nobis exhibet, quem Pariſienſem facit, de quo vide infra ſuo loco.

קרכ״ה **ר׳ יהודה בן חריש** חבר ספר אב ואם וסוף ספר הדקדוק אשר נזכר בספר אלוני לשון הקדש על אברהם ן׳ עזרא:

ducæus effectus. Vide Secundam Partem pag. 317.

De Iuda Ben Tabbài an reuera fuerit נשיא *Naſsì Princeps*, vel אב בית דין *Au Beth Din Pater Domus Iudicij*, diſſentiunt Talmudiſtæ. R. Meir eum facit נשיא *Naſsì*. Sed Sapientes reliqui communiter eum conſtituunt Patrem Iudicij, ac Caput Synedrij. Vide *Iuchaſsìn* pag. 16. quod patet ex Iuſtitia ab eo adminiſtrata contra maleficas mulieres, & contra ipſum Regem Iannài ad ſuperſtitionem Sadducæorum deficientem.

תס״כו ר׳ יהודה יאיר המכונה ליון יאיר בן רפאל יאיר מרומה

הממונה על קהל רומה שנת התכ״א עם ר׳ משה בונאפרו ור׳ שמואל טודיסקו חבריו הממונים סדרו והביאו אל הדפוס תפילות ישרים לכל יום מז׳ ימי השבוע דבר יום ביומו ולכל אחת מזמור לדוד כנון לה׳ : ונק הספר פעם שלישית בשנת הכל בויניציאה בבית אנדריאה מורוסיני :

627 R. IVDAS vulgò appellatus LEO IAIR BEN RAPHAEL IAIR ROMANVS Magiſtratum gerebat in Synagoga Romana cum Socijs ſuis R. Mosè Venafro, & R. Samuele cognomento אשכנזי *Aſchenazì Todeſco*, ſeù *Theutonico* anno mundi 5421. Chriſti 1661. Renouauit libellum

תפלות ישרים *Thephillòth Ieſciarìm Precum Rectorum*. Qui liber vnanimi dictorum Sociorum ſtudio iterum Venetijs eſt impreſſus. Sunt Preces quotidianæ per Hebdomadam diſpoſitæ cum quibuſdam Pſalmis materiæ diei accommodatis, quæ ab ijs, qui pij videri volunt, quotidiè recitantur. Excuſ. Venetijs in domo Andreæ Maurocæni anno ה׳תכ״א 5421. Chriſti 1661. Eſt tertia editio. In 12.

625 R. IVDAS BEN CHARISC. Scripſit librum Grammatices quem vocauit

אב ואם *Au Vaèm Pater & Mater*; Tit. ex Ezech. 22, 7. Huius meminit R. Abraham Aben Ezræ in ſuo libello מאזני לשון הקדש eumq; vocat המדקדק הראשון והגדול *Grammaticũ primum & magnum*.

קס״כו יהודה בן טבאי שנזכר בפרקי

אבות פרק א׳ הוא היה אומר אל תעש עצמך כעורכי הדינין: וכשיהיו בעלי הדין עומדין לפניך יהיו בעיניך כרשעים וכשנפטרין מלפניך יהיו בעיניך כזכאין כשקבלו עליהם את הדין:

626 IVDAS BEN TABBA'I floruit circa principium Regni Haſſamonæorum anno ſcilicet mundi 3621. ſecundùm computum Auctoris libri *Iuchaſsìn* pag. 17. nempè ante Chriſti natiuitatem annis 149. & poſt ædificationem Templi ſecundi 213. Fuit eximius Doctor, & ſapiens, pater Domus Iudicij, qui vno die 80. maleficas mulieres ſuſpendit patibulo בחכמתו *ſapientia ſua*. Quædam ordinauit circa inſtrumenta dotalia. Huius fit mentio in 1. c. *Pirkè Auòth*, vbi ſequens ſententia, prout ſupra in Hebraico dicta eſt, legitur: *Iudas Ben Tabbài inquit: Ne facias teipſum veluti ſunt cauſarum patrocinatores. Sed cùm fuerint litigantes coram te, ceù impios reputa eos: cùm autem diſceſſerint à te, veluti iuſtos habeto, quippè qui prolatam ſententiam ſuper ſe receperint.*

Cap. 3. Codice *Sanhedrìn* habetur, quòd fuerit Caput atque Princeps Senatus, & Regem Iannài iudicauerit, qui quidem cœpit regnare an. mundi 3670. annis nonaginta ante Chriſti natiuitatem & regnauit vſque ad annum 3688. Sad-

Digitized by Google

In patriam reuerſus in Saphetana Vniuerſitate toto Iudæorum Orbe celeberrima, decimo ſeptimo ætatis ſuæ anno Rabbinatus gradum adipiſcitur. Inde diſcedens, ac Italiam antiquum ſuorum progenitorum domicilium concedens (nam Iudæis Hiſpania expulſis anno Dom. 1492. & per omnes mundi plagas diſperſis, Familia Iona apud Aculam hodie Acquapendentem in Ethruria Eccleſiæ ditione aliquandiù ſubſtitit. Sed cùm Beatus Pius Papa V. ex Statu Eccleſiaſtico (exceptis Roma, & Ancona) anno Domini 1569. omnes Hebræos excedere iuſſiſſet; prædicta familia in Orientem abijt, & in Saphetanam Vrbem ſe recepit; vnde Ionas (origine Hiſpanus cenſendus) in nonnullis Italiæ Vrbibus, nempè Bodincomagi, ſeù Caſalis Montisferrati, Taurini, Luci Dianæ, ac Riuæ Tridenti Talmudicos Codices publicè explanauit. In Poloniam euocatus, Ius & Iuſtitiam ſecundùm Talmudiſtarum Iura Leopoli adminiſtrauit. In ea ſiquidem regione iuri dicundo Iudæis permiſſum eſt: & vt ſibi ad ſupremum Morenatus gradum viam aperiret, vxorem duxit (nam cælibes ad eum promoueri vetitum eſt). Itaque nouem & viginti annos natus ad ſupremam Moreni dignitatem aſcendit, quam qui adeptus eſt, tali ac tanta ornatur poteſtate, vt ei, etiam in ijs, quæ ad Legem ſpectant Moſaicam, diſpenſare ſit licitum.
Dein Amſtelodamum acceſſitus, in ea Vrbe totius Europæ ditiſſimo Emporio, apud ſuos docendi, forenſes cauſas audiendi, ac prædicandi munus ſuſcepit, quod per ſeptennium laudabiliter, & lucro non exiguo adminiſtra-

תרכ"ח ר' יהודה יונה בן ר' יצחק

יונה נולד בצפת הגלילי עליון שנת שמ"ח : עשה פסק
וקראו יהודה יעלה על ירושת אחת : ואחר כך בפולין כעשה
משיחיו ונקרא יוחנן הטובל יונה בשנת אלף תרכ"ח לחשבונינו
והוא חבר כמה ספרים : והעתיק למוד המשיחיים מלשון
איטאליאנה אל לשון הקדש : ועשה עליה הגהות והסגות לקים דת
המשיחנו ונדפס ברומא שנת אלף תרכ"ח בדפוס די פרופאגאנדה פידי:
ב' : העתיק ארבעה אבני הגיליונים מלשון רומי
ללשון עברי : ונדפסו באותו הדפוס ברומא שנת אלף וגם אלות
ושטים ושובה לביאת משיחנו : וחבר ספרים אחרים ולא נדפסו
כגון חבור שקראו כנפי יונה וגם כתבנו כל הקושיות שעושים
היהודים כנגד המשיח : וביטלו כללי שאמונתנו : והוא כ' על ידי
המחבר : והקדמה אל קורא שעשה בקהלת למוד המשיחיים
אחר וזה המחבר מחבר עוד דיטיונריו או ספר ערוך על כל
מלות שנמצאו בלשון רבני ובלשון תרגום : וזה הוא נקרא כבוד חי
על שם של ישוע משיח : ואם כל המחברים אשר היו מזמן
אברהם אבינו עד עכשו : וכל ספרים האלה הם כתובים ביד
המחבר ולא הביאו אל הדפוס : ומת זה המחבר שנת תכ"ח לפ"ק:
בל' שנת אלף ושם אלות ושטים ושובה לביאת משיחנו :

628 R. IVDAS IONA quondam *Hebræus*, poſtea ad Chriſti fidem conuerſus Io. Bapt. Iona; Fuit natione Galilæus ex Vrbe צפת *Saphèth*, quæ olim vocabatur קדש *Kàdeſc* vna ex Vrbibus in aſylum aſſignata fugitiuis, qui inuoluntarium homicidiū perpetraſſent, ſita in montanis ſuperioris Galilææ in Tribu Nephtali. Ioſ. 20. 7. In ea naſcitur Iona anno mundi 5348. cuius ſymbolum eſt שמ'ח'ה *Simchà Lætitia*, anno videlicet Chriſti 1588. die 19. menſis חשון 28. Octobris ſtylo veteri. Patrem habuit R. Iſaacum Ionam Iudaicæ doctrinæ non ignarum, & opibus abundantem. Is filium ſuum in omnibus moralibus virtutibus enutrire curauit. Eo iubente, primos adoleſcentiæ annos in adipiſcendis liberalibus artibus, & Talmudicis diſciplinis in Academia Tiberienſi non longè à patria inſumpſit.

populo tradita, itaut ne dum temporalibus, verùm etiam ſpiritualibus ſubſidijs huiuſmodi populus denudatus appareat: ſine enim Rege, ſine Propheta, ſine Sacerdote, ſine Templo, ſine Altare, ſine Sacrificio, quin, vt vno verbo dicam, ſine Deo veritatis per vniuerſas mundi plagas diſperſus iacet: alium Redemptorem non eſſe expectandum, præter eum, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & qui iam diù venit, & redemit nos in Sanguine ſuo, Chriſtum Dominum. Hunc eſſe verum Meſſiam in Sacris Literis promiſſum, ſibi de facili perſuadere potuit. Loca namque Sacrarum Scripturarum eum non latebant, quæ de Meſſia loquuntur. Firmum itaque de Religione Chriſtiana, & Catholica ſuſcipienda propoſitum habens; & vt faciliùs voti ſui compos efficeretur; Varſauiam Regni Poloniæ Catholicam Ciuitatem venit, vbi ex Sacro Baptiſmatis fonte ſuſceptus cum vxore, & liberis à Sigiſmundo III. Polonorum & Suecorum Rege, & à Conſtantia Auſtriaca anno Iubilei 1625. ætatis ſuæ 37. Sacri Baptiſmatis Sacramentũ miniſtrante Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo D. Ioanne Baptiſta Lancellotto Nolano Epiſcopo apud eãdẽ Regiam Maieſtatem Poloniæ Nuncio Apoſtolico, de cuius nomine vocatus fuit Ioannes Baptiſta, retento cognomine familiæ Ionæ, vtpotè notiſſimę in Iudaiſmo, vt illius exemplo, alij eiuſdem familiæ & cognationis, Chriſtum agnoſcerent, eumque imitarentur ad fidem. Poſt ſuſceptã Chriſti fidẽ, omnem Talmudicam fucatam ſapientiam, ſtultitiam reputauit. Abiuratis itaque omnibus Rabbinorum ſcriptis, & ſtrauit. Eius peritia in Talmudico Iure dicendo maximè innotuit, occaſione cuiuſdam Teſtamentariæ litis. Quidam enim Hebræorum ditiſſimus ex aſſe heredem inſtituit filium ſuum ſpurium. Frater defuncti prætenſa Teſtamenti nullitate, media ſententia, ac deciſione Rabbinorum Venetorum, quorũ Princeps fuerat Simchà Luzattus, hereditatem adijt. Filius & heres Teſtatoris Iudam noſtrum adoritur, qui cauſæ defenſionem ſuſcipit, ſcriptaque eruditiſſima ęquè, ac doctiſſima deciſione, exordio facto ab illis verbis Iudic. c. 1. v. 4. יהודה יעלה *Iehudàh iaalè. Iudas aſcendet*, in ea decreuit, Teſtamentum huiuſmodi fuiſſe validum, ſententiamque tulit in fauorem filij naturalis defuncti, abrogando ſententiam Venetorum Rabbinorum, eamque typis euulgare fecit, quod primus *fuit ſui ingenij* fœtus. Huiuſmodi פסק *Peſàk* quod vocant, ſeù ſententia confirmata fuit, & ſubſcriptionibus roborata ab octoginta ſeptem Rabbinis, Polonis, Germanis, & Theſſalonicenſibus; ſicque hereditas ceſſit in fauorem filij naturalis defuncti, quæ cùm ditiſſima eſſet (excedebat enim ſummã trecentorum milliũ aureorum) maximum honorem, & non exiguum emolumentum ex ea percepit Ionas. Hæc de Iona audientes Hamburgenſes Iudæi, eum vnanimi conſenſu, in ſuum Iudicem eligunt, aſſignatoque eidem congruo ſtipendio, ad ſe aſciſcunt. Non diù in ea Ciuitate ſubſtitit, quin è cælo illuminatus, ſeriò de ſalute animæ ſuæ cogitare cæpit; & ſibiipſi animo repetens, non eſſe tutum in ea ſecta permanere, cui iamdiù ablata fuerant omnia illa beneficia à Deo olim Iudaico

Collegio de Propaganda fide; Scriptoris librorum Hebraicorum in Bibliotheca Vaticana; Interpretis Orientalium linguarum, Indorum atque Æthiopum apud S. Sedem Apoſtolicam; & Inſtructoris Cathecumenorum. Quæ omnia vſque ad vltimum ſpiritum laudabiliter exercuit. Hunc ego Magiſtrum habui in Rabbinicis, & ſocium in Vaticana Bibliotheca ab anno Iubilei 1650. vſq; ad diem 26. Maij 1668. quo ad Superos euocatus eſt. Fuit Ionas placidæ naturæ, facilis ad aſſentiendum, memoriæ autem tenaciſſimæ, vt quod ſemel legiſſet, nunquam, aut difficulter à memoria elaberetur; hinc Concordantiam Bibliorum in mente habuiſſe credebatur, cum oblata Hebraica dictione, aut vocula, illicò loca vbi inueniretur aſſignabat. Nec minorem facilitatem experiebatur in omnibus Codicibus Operis Talmudici, *in quibus omnes hiſtorias*, & alia Rabbinorum, vel portentoſa dicta, vel Iuris deciſiones, vel alias allegoricas Scripturæ Sacræ expoſitiones adeò memoriæ fixas habebat, vt ſi ipſum Talmud deperderetur, ex ſola Ionæ memoria reſtitui poſſe credidiſſes. Quanto autẽ in rebus memoria retinendis fęlicior, eò minùs in loquendo, aut pronunciando aptior fuit: nam quod de ſe Moſes in Exodo 4. ver. 10. dicebat; לא איש דברים אנכי וגומר: כי כבד פה וכבד לשון אנכי. *Non ſum eloquens &c. impeditioris & tardioris linguæ ſum*: idem de Iona verè dici poterat, cùm tardiorem, & impeditiorem linguam habuiſſet; nec vllam ex tot linguis, quas callebat, ritè pronuńciabat, aut proprijs vocabulis res ipſas explicabat. Hinc eſt, quòd linguam Italicam, qua in Italia loquebatur,

& inani ipſorum dogmatum fallacia, ſolùm Sacra Scriptura illi in pretium fuit, in ea meditabatur die ac nocte: & vt honeſtius, vti par erat, familiam ſuam ſuſtentaret, gemmarum, ac ſuccinorum mercaturam exercuit. Gemmarum etiam collector pro Rege deſignatus, non ſemel Conſtantinopolim proficiſcitur, ad hunc tantùm finem vt lapides pretioſiores ſibi, & Polonorum Regi compararet. Accidit, vt eo tempore, quo Ionas Conſtantinopoli morabatur, Coſacci populi bellicoſi, & Regi Poloniæ ſubiecti, Ciuitatem Varnam ditionis Turcarum ad littus Maris Euxini ſitam incendio deuaſtarent. Ionas ex inſidijs Iudæorum captus, & carceratus, ac tanquam Coſaccorum explorator ad quæſtionem vocatur, & morti addicitur. Inſtabat ſuprema vitæ hora, quando ex improuiſo (vrgente Raguſinæ Reipubl, Oratore) proſcinditur ſententia, & à vinculis liberatur, ſoluto vitæ ſuæ pretio vnciarum argenti 3340. hac conditione, nè vlteriùs in Poloniæ Regnum redeat. Itaque Nauem conſcendit Italiam verſus nauigaturus, Liburnum Tuſciæ portum nobiliſſimum, non tantùm per Italiam, ſed & per vniuerſum Orbem celeberrimum, appulit. Ibi ex Polonia tota ſua familia euocata, ſubſtitit. Cognita virtute, ac doctrina Ionæ à Ferdinando Etruriæ Magno Duce, Linguæ Chaldaicæ in Academia Piſana Lector conſtituitur, vbi & Hebraicam linguam ſimul docuit, quouſque oblata ſibi occaſione Romam eundi, Vrbem petijt anno Domini 1638. In alma Vrbe varia munia obiuit; Lectoris Hebraicæ linguæ in Romano Archigymnaſio, & in

ius mſc. vnà cum verſione Hebraica & textu ipſius Doctrinæ Chriſtianæ eſt apud me in meo paruo Muſęo librorum Hebraicorum Monaſterij S. Pudentianæ de Vrbe. Ioannes autem Baptiſta Iona, nè in locis annotatis à prædicto Cenſore huius Doctrinæ Lector impingeret, in fine eiuſdem Doctrinæ tranſlatæ Notas adiecit, in quibus dilucidè & doctè eadem loca explicantur, & auctoritatibus Sacræ Scripturæ corroborantur. Excuſæ fuerunt Romæ anno Domini 1664. in 4. apud Vareſium.

In editione autem huius Doctrinæ Chriſtianę cùm incuria Correctoris quędam Typographica menda irrepſerint, conſultum eſſet Auctoris honori, ſi iterum emendatior cuderetur.

3 ארבעה אבני הגיליונים *Arbaàh aunè haghilionìm Quatuor* (Ieſu Chriſti) *Euangelia* ex Latino in Hebraicum ſermonem vertit. Vulgatæ verſioni Latinæ quantum licuit, huiuſmodi verſio inhæret: addita Hebraica & Latina Præfatione. Excuſa Romæ Typis Sac. Congregationis de Propaganda fide, anno 1668. In fol.

4 Tranſtulit in eandem linguam Hebraicam *Acta Apoſtolorum*, & reliqua, quæ in Nouo Teſtamento continentur, ſcripta, ſed morte præuentus ea Typis euulgare non valuit.

5 Compoſuit *Dialogum*, in quo contra Hebræos diſputat de præcipuis articulis noſtræ fidei, eoſque confirmat authoritate Sac. Scripturæ, & priſcorum Rabbinorum, eum vocat כנפי יונה *Canphè Ionàh Alas Columbæ*. Non eſt excuſus, ſed latitat in priuatis arculis heredum.

6 Reſpondit ad argumenta, quæ

batur cum Hiſpana vt plurimùm commiſcebat, & confundebat. De Polona, Turcica, aut alijs mihi ignotis linguis iudicium ferre non valeo. Porrò quod attinet ad ingenij ſui fœtus, præter-

פסק *Pèſſak Deciſionem* in cauſa hereditatis ab eo in Iudaiſmo ſcriptam, & Typis traditam; inter Chriſtianos, quamplurima etiam ſcripſit, quæ omnia Typis excuſa non ſunt, quæ autem impreſſa ſunt.

2 למוד המשיחיים *Limùd Hammeſchiìm Dottrina Chriſtiana &c.* Breuem illam Doctrinam Chriſtianam, quam Cardinalis Bellarminus compoſuerat, & pueri diebus Dominicis in Eccleſijs Parochialibus recitant in Italia, ex eadem lingua Italica in Hebraicam traduxit. Excuſa eſt Romæ in Typographia Sac. Congregat. de Propag. fide anno Domini 1658. In 4. Cui doctas הגהות *Haghaòth Annotationes* interſeruit Hebraicas & Italicas, quibus ſacra dogmata Chriſtianæ Religionis, auctoritatibus antiquorum Rabbinorum confirmantur.

Et quia poſt huius libelli publicationem, nempè anno Dom. 1661. quoddam diuulgatum fuit ſcriptum ſub hac inſcriptione: *Nota d'alcuni errori della tradottione Hebraica nel teſto della Dottrina Chriſtiana, e nelle Annotationi aggionte dall'Autore di quella*. Ego, qui illam tranſlationem approbaueram, operępretiũ duxi eamdem à calumnijs Anonymi cenſoris vendicare; ideòque ſcriptum contra ſcriptum edidi ſub nomine מגדל עוז שם יהוה *Mighdàl oz ſcem Adonài Turris fortitudinis nomen Domini*. In quo omnia argumenta aduerſarij proponuntur, & diluuntur: Originale hu-

opera recenſemus, iudicium de illis tulimus, tranſlationes in alias linguas, ſi quæ factæ ſint, annotamus, recenſitis etiam locis, in quibus compoſiti, vel excuſi fuerunt, & alia, prout notauimus in Præfatione ad Lectorem in I. Parte huius Rabbinicæ Bibliothecæ.

11 Tandem Ionas compoſuit Orationem Hebraicam cum hac inſcriptione דרוש על רפואת אדם וחוה וביאת המשיח וירירת רוח הקדש על השלוחים בלשון אשי, *Protoplaſtorum remedium, Meſſiæ Aduentus, ac igneus Spiritus Sancti ſuper Apoſtolos deſcenſus Oratio.* Quæ Romæ in Collegio Vrbano de Propag. fide die 1. menſis Iunij, ſesto Pentecoſtes anno Domini 1653. à Ioſeph Robuſtello Vulturreno è Groſio, & eiuſdem Collegij Alumno habita, & Typis Sac. Congreg. de Propag. fide Hebraicè & Latinè impreſſa eſt in 4.

תרכ״ט רבי יהודה בן יוסף בן אלפאכר או אלפכאר רופא טוליטולא

כתב שלש אגרות נגד הרד״ק כמו שנראה באגרות ל׳ קנאות הקנאות שנדפסו בויניציאה שנת רס״ט לפ״ק :

629 R. IVDAS BEN IOSEPH BEN ALPHACHA'R Medicus Toletanus, æmulus R. Dauidis Kimchij. Scripſit *Tres Epiſtolas* reſponſiuas eidem Kimchio in cauſa, & pro R. Salomone Montiſpeſſulano, qui præter Philoſophica ſtudia, etiam librum מורה הנבוכים *Morè Hanneuuchìm*, & מדע *Madaà* damnarat. Kimchius enim Ægyptij cauſę patrocinator, Abula Toletum ad hunc R. Iudam Epiſtolam mittit, qua illum precabatur, vt vellet apud Seniores Synagogæ Toletanæ agere, vt & ipſi excommunicationem publicarent contra Euangelium S. Matthæi quidam Rabbinus Poſnanien. dictus R. Chaiìm Ciprùt facit in ſuo libro nuncupato אבן בוחן *E'uen Bàchen Lapis Lydius.* Extat manuſc.

7 Scripſit *Dictionarium Rabbinicum & Chaldaicum.* Eſt etiam mſc.

8 Scripſit *Mercurium linguæ Hebraicæ* ad modum Mercurij Latini & Italici. Eſt mſc.

9 Scripſit Tractatulum ſuper Sanctiſſimum Nomen IESV, quem nuncupauit *Gloria Dei.* Et tandem

10 Incæpit ſcribere Catalogum omnium Auctorum Hebræorum, temporum ſerie ſeruata, facto initio ab Abrahamo Patriarcha vſque ad præſens ſeculum, ſed morte præuentus illum abſoluere non potuit. Huius Catalogi aliqua folia mihi communicauerat quæ, me impulerunt, vt præſentem Bibliothecam Rabbinicam ſcriberem, ſtylo prorsùs à ſuo omninò diuerſo: nam Ionas recenſebat Auctores ſecundùm tempus quo floruerant; vnde potiùs dicēdus erat *Hebræorum Auctorum Chronologia.* De ipſis Auctoribus præter nudum nomen, cognomen, & patriam, nullam aliam notitiam afferebat, contentus ſi ſolum Nomen, aut Titulum libri indicaſſet, nihil de argumento ipſius. Nos in hac noſtra Bibliotheca alium ſtylum ſequimur, ſeriem nimirùm nominum Auctorum ſecundùm ordinem Alphabeti Hebraici, vtpotè faciliorem, & non ſubiectum temporum incertitudini, cui ſubiacent quamplurimi ex ipſis, quorum ætates penitùs ignorantur. Præter Nomen, Cognomen, Patriam (quando ſciri poteſt) etiam officium, & res ab ipſis Auctoribus geſtas narramus,

630 R. IVDAS BAR IOSEPH ברסאני BARSANI. Scripſit -

פירוש על ספר איוב *Pirùſc al Sèpher Iob Expoſitionem in librum Iob*. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana ſub num. 94. In 4. Et in fine libri infraſcripta verba notata ſunt אני יואן פאולו איאוסטכיאו

כתבתי זה הפירוש על ספר איוב מרבי יהודה בר
ר' יוסף ברסאני זכרונו לברכה והשלמתי אותו היום
יום שלישי חמשה עשר לחדש אוטוברא שנת אלף
וחמשה מאות ותשעים וששה לביאת אדונינו ישוע
המשיח יתנשא שמו לעד אמן וכתבתי אותו
באפיפיורות אדונינו קלימינטי שמיני להיות בבית
הספרי אשר לו בחר ואטיקאנו ברוך י"י לעולם אמן

אמן; *Ego Ioannes Paulus Euſtachius ſcripſi hanc Expoſitionem in librum Iob R. Iudæ Bar Ioſephi Barſani b. m. & abſolui eam hodie feria 3. decima quinta die menſis Octobris anno 1596. aduentus Domini Noſtri IESV Chriſti, eleuatum ſit nomen eius in æternum, Amen. Scripſique illam pro Summis Pontificibus & pro Domino Noſtro Papa Clemente VIII. vt ſit inter reliquos libros Bibliothecæ Vaticanæ. Benedictus Dominus in æternum. Amen, Amen.* Hic erat Scriptor librorum Hebraicorum in eadem Bibliotheca Vaticana tempore Pontificatus B. Pij V.

תרל"א ר' יהודה בר ר' יוסף בן בולאט ספרדי

מעיר איסטילייא אשר ממלכות נאבארה חבר אגרת על הלכות עולם לר' יהושע הלוי ומביא אותה בסוף ספר כוס לבדו ולמפלאתו דפוס קושטנטינא שנת רפ"ר לפרט האלף הששי ליצירה :

631 R. IVDAS BEN R. IOSEPH BEN בולאט BOLA'T Hiſpanus de Vrbe Stella, ſeù Eſtella Regni Nauarræ, Addidit ſcriptum in fi. lib. הלכות עולם *Ha-*

contra R. Salomonem, & Socios Montispeſſulanos, quemadmodum Narbonenſes Rabbini fecerant. Recipit hic R. Iudas Ben Ioſeph Epiſtolam Kimchij, ſed indignè ferens, diraq; contra R. Salom. effundens, differt reſponſionem. Cui iterum Kimchius dat alias literas; breuiter illi reſpondet Iudas. In his mirificè extollit R. Salomonis zelú, quarum initium eſt מי כחכם אשר חכמתו *Quis vt ſapiens, cuius ſapientia &c.* & pro eodem R. Salomone animum ſuum pandit his verbis וחלילה חלילה לנו לנדות אותו צדיק ולהחרימו וכו׳: *Abſit abſit, vt excommunicemus & anathematizemus Iuſtum illum &c.* Habetur hæc Epiſtola inter Epiſtolas R. Moſis Ægyptij editas Venetijs anno ד"ש 304. min. ſupputat. Chriſti 1544. pag. 46. In 8.

Aliam *Epiſtolam* reſponſiuam ad eundem R. D. Kimchium dedit, qua eum nimis acriter pungit: & eſt Reſponſio ſatis prolixa ad primam Epiſtolam eiuſdem Kimchij; ſed ad manus Kimchij non peruenit. Reperitur inter Epiſtolas Ægyptij ſupra notatas pag. 35. quæ ita incipit יגער יהוה בך השטן וכו׳: *Increpet Dominus te Haſſatàn &c.* Ex Zacharia 3. 2,

Vltimò breuiter reſpondet alteri Epiſtolæ ipſius Kimchij, & mitiùs cum eo agit; cuius exemplar inter eaſdem Epiſtolas reperitur, pagina 48. & incipit: טובה תוכחת מגולה וכו׳; *Melior eſt correctio publica &c.* De cauſa huius litigij, vide Par. II. in R. Dauid Kimchi pag. 27.

תר"ל רבי יהודה בר רבי יוסף ברסאני

חבר פירוש על ספר איוב ונמצא כ"י בואטיקאנו סימן צ"ד

aut Conciones integras cum hoc titulo קול יהודה ſcripſerit, non inueni. Scripſit & ספר נפוצות יהודה *Sèpher Nephutzòth Iehudà Librum diſperſionum Iudæ*, Tit. ex Iſai. 11. 12. Sunt 52. הדרשות *Haddaraſciòth Conciones*, harum memoriale aſſignatur בן נתן לנו *Filius datus eſt nobis*. Iſa. 9. 6. בן in numeris valet 52. Vel aliud א׳נ׳א יהוה הצליחה נא *Quæſo Domine &c.* In principio libri extat Index Sermonum, materiarum, & locorum Sacræ Scripturæ. Et in fine extat Index omnium erratorum Typographicorum, cum illorum correctionibus. Excuſus Venetijs iuſſu Ioannis Bragadini apud Aſſèr Pornetz, & Ioannem de Gara an. 349. min. ſupput. Chriſti 1589. In 4. Suprà num. 616. pag. 42. has Conciones attribuimus R. Ioſepho Muſcato, quia Buxtorfio credidimus; ſed re vera ſunt R. Iudæ prędicti, vt conſtat ex ſuo libro, quem modo apud me habeo.

Cæterùm Plantauitius in ſua Bibliotheca Rabbinica laborat in æquiuoco, dum credit R. Leonem Muſcatum eſſe alium à R. Iuda Muſcato, & vt diuerſitas iſta cognoſcatur, cognomen Muſcati in Rabbi Leone ſcribit מוּסְכָּתִי *Muſcati*, & in R. Iuda ad librum קול יהודה ſcribit מַסְקָאטִי *Muſcati*, cùm debuiſſet ſcribere מוסקאטו *Muſcato*, ſeù *Muſcati* non animaduertens, quòd Leo & Iudas apud Hebræos vnum & idem ſit nomen. Errat deinde quando dicit; quòd נפוצות יהודה *Nephutzòth Iehudà* ſit Commentarius in librum *Cozri* R. Leonis, ſeù Iudæ Muſcati, cùm non ſit Commentarius in *Cuzarì*, ſed Conciones, vt iam dictum, & explicatum eſt, atque probatum.

Halichòth olàm R. Ieſuàh Leuitæ in laudem & commendationem libri. Excuſa reperitur cum eodem *Halichòth olàm*, editionis Conſtantinopolitanæ an. mundi 270. ſexti millenarij, id eſt Chriſti 1510. regnante Baiazete Turcarum Sultano.

תרל״ב **רבי יהודה בן יוסף מוסקאטו** חבר פירוש על ספר כוזרי וקראו קול יהודה ונדפס עמו יחד בויניציאה שנת שנ״ד לפ״ק עיין לקמן ברבי יהודה הלוי בן שמואל הלוי:

וחבר ספר נפוצות יהודה והן דרושים חמשים ושנים זכר לדבר בן נתן לנו: וסימן לדבר אנא יהוה הצליחה נא: עם לוח מאמרי ומקראי קדש בתחלת הספר: ובסוף הספר כתב לוח גדול מכל טעות ותקונם עם הוראת הדף והעמוד והטורים: נדפס בעבות וואן ברגאדין על ידי אשר פורינץ ועל ידי זואן דגרה: בויניציאה שנת השמ״ט לפ״ק:

632 R. IVDAS BEN IOSEPH MVSCATO MANTVANVS, vt aliqui exiſtimant, viuebat ſuperiori ſeculo, Doctor & Concionator inter ſuos valdè laudatus. Scripſit prolixos commentarios in librum כוזרי *Cuzarì*, quos vocauit קול יהודה *Kol Iehudà Vox Iudæ*, & poſt mortem ipſius, R. Elchanàn, & Rabbi Iſaac eius filij, typis committi curarunt Venetijs, vbi excuſi vnà cum textu כוזרי *Cuzarì* quadrato charactere anno שנ״ד 354. min. ſupput. Chriſti 1594. apud Ioannem de Gara in 4. Vide infra in *R. Iuda Halleuì Ben Samuelis Halleuì*. Hottingerus Claſſ. I. ſuæ Bibliothecæ Orient. inter Homilias & Conciones integras reponit librum cum hoc tit. קול יהודה *Kol Iehudà Vox Iudæ*; Sed ſi pro Auctore dicti libri intelligat hunc R. Iudam Muſcatum, prorsùs decipitur; ſi alium quempiam, ego adhuc Auctorem, qui aliquas Homilias,

תרל״ג רבי יהודה בן יוסף מסאראגוזי ספרדי עשה פירוש על כמה מצות עשה וכתבם כ״י בוואטיקאנו ועשהו שנת חמש׳ אלפים רכ׳ וחבר חבורים אחרים׃

633 R. IVDAS BEN IOSEPH CÆSARAVGVSTANVS, alij ſcribunt בר יהוסף מסראגוסי *Bar Iehoſeph Seraguſinus*. Scripſit *Commentaria* in nonnulla Præcepta affirmatiua, & ex 248. quæ à Iudæis numerantur, in his Commentarijs explicat hic Auctor 195. tantùm; reliqua prætermittuntur. Compoſita ſunt anno mundi 5220. Chriſti 1460. Extant mmſcc. in Bibliotheca Vaticana ſub num. 167. In 4.

Scripſit alia Opuſcula de אבלות *Euilùth Luctu*, & obligatione ſepeliendi mortuum in puluere terræ. *Vbi de Funere & Sepultura*.

De בהמות טרפות *Behemòth Teraphòth Animalibus illicitis pro cibo*, & de 70. generibus macularum, quæ in animalibus reperiri poſſunt.

De זמורה ואשכול ענבים *Zemorà Veeſcòl anaùm Palmite & botro vuarum*, exciſis ab exploratoribus terræ. Num. 13. 24. Qui quidem, ſecundùm ſuam ſententiam fuerunt 8, quique in duobus vectibus in modum Crucis aptatis, botrum cum pàlmite, tanquam Cruci affixum adſportarunt, ſubmiſſis humeris duorum in ſingulis haſtis Crucis. Alij 2. tulerunt de Malogranatis, & alij duo de Ficubus. Colligunt hoc Rabbini ex voce בשנים *Biſnàim In duobus* Num. loc. cit. quòd ad duos vectes, & ad duos vectores ſingularum haſtarum referunt, cuius figura habetur in eod. Cod. mſc. Bibl. Vatic. ibid. pag. 114. Tractat etiam *De Sabbatho*, & alijs ceremonijs Hebręorum;

& *De ſignis fertilitatis & ſterilitatis annonæ*, Ibidem pag. 117.

תרל״ד ר׳ יהודה בן יוסף או בן משה ספרדי בצווי דון אלפונסו מלך רומיים ומלך קאסטיליא העתיק ספרי על התכונה של אלי אבן רגל מלשון ערבי אל לשון ספרדי: כתבם כ״י בבית ספרי של דוכוס די אורבינו בוואטיקאנו׃

634 R. IVDAS BEN IOSEPH (alijs BEN MOSIS) HISPANI, præcepto Don Alphonſi Romanorum & Caſtellæ Regis, Opera Aſtrologica Ali Ben Ragèl Arabis magni nominis Aſtrologi; *De Iudicijs Aſtrorum*; *Interrogationibus*; *Natiuitatibus*; *Reuolutionibus*, & *Aëris prognoſticis* ex Arabico in maternum Hiſpanicum Idioma, tranſtulit; quæ in Latinum ſermonem poſtea verſa ſunt ab Ægidio de Tebaldis, & Petro de Regio. Horum Codex mſc. habetur in Bibliotheca Vrbinatenſi apud Vaticanum in fol. Huius Ali Aben Ragèl nonnulla Opera Aſtrologica, à quodam R. Salomone verſa ex Arabico in Hebræum ſermonem, notauimus ſuprà Par. I. pagina 132. Don Alphonſus Rex Caſtellæ prænominatus, regnabat anno Domini 1256. quo anno ſecundùm Ioannem Marianam, lib. XIII. cap. X. *De rebus Hiſp.* electus eſt Imperator, ſeù Rex Romanorum.

תרל״ה ר׳ יהודה ן׳ יחייא בן ר׳ דוד בן גדליה ן׳ יחייא: ל׳ דוד אבי׳ היה בקסטיליא שנת ה׳ אלפים ר״מ לבריאה ובסוף ימיו גלה אל עיר ליסבונה כי ברחו על פיזי ס׳ ונזכרו בספר קב״: וגם בספר ובנים ד׳ בנים והבכור רבי יהודה הראשון בנים ושירות וחכם גדול וקבל חבורים ושיר חותם בתשובותיו ניבי. בעל כאן יהודה ן׳ יחייא והוא חבר הקינה שבט׳ באב במחזור: כמו שאמר בעל שלשלת הקבלה דף ס״ג׃

635

קינה לתשעה באב *Kinà letiſcàh beàu lamentationem* recitandam in ieiunio) *IX.* menſis *Au* Iulij. Incipit יהודה וישראל *Iehudàh veIſraël Iudas & Iſraël*. Reperitur in Machazore Hiſpanorum Parte II. pag. 174. edition. Venetę 1656. In 8. De hoc Auctore, & illius ſcriptis vide eundem *Scialſcèl. Hakkabb.* pagina 63. nuper cit. circa principium.

ע״ל רבי יהודה בן ר׳ יצחק אברהבאנאל

המכונה ליאון איבריאו הרופא והיה בשנת הרנ״ב בגינווא עיר איטליא והוא עשה הרפואה וחבר ספר הנקרא דיאלוגי על האהבה די ליון איבריאו וחברו בלשון לאטין ונעתקו בלשון איטליאנה ובלשון ספרדי : עשה גם כן כמה שירים על ספרי אוהביו ;

636 R. IVDAS BEN R. ISAACI ABRAVANELLI cognomento LEO HEBRÆVS, Philoſophus & Medicus non vulgaris ſui temporis. Scripſit lingua Latina -

De Amore Dialogos tres; excuſi ſunt Venetijs 1564. ſub nomine *Leonis Hebræi*, quo tempore ipſe adhuc viuebat: nam vnà cum patre ſuo Hiſpania eijcitur in illa vniuerſali Iudæorum expulſione facta à Regibus Catholicis Ferdinando & Eliſabetha an. Domini 1492. eodem anno ſimul cum patre Neapolim ingreditur, ſed in ſequenti anno Regno Neapolitano occupato à Carolo VIII. Francorum Rege Chriſtianiſſimo, R. Iudas relicto patre, qui in Siciliam cum Rege Neapolitano transfugerat, Ianuam Vrbem Italiæ liberam venit, vbi diù permanſit, & medicinam exercuit.

Poſtea prædicti *Dialogi de Amore* in linguam Italicam verſi fuere, & excuſi Ve-

635 R. IVDAS ABEN IACHIIA VLISSIPONENSIS, Pater ſuus R. Dauid Ben Ghedalià Aben Iàchija ex Caſtellæ Regno ob prædicationis S. Vincentij Ferrerij timorem nè ad Chriſtum conuerteretur, in Luſitaniam aufugit, & in Vrbe Vliſſiponæ domicilium fixit, anno mundi 5150. Chriſti 1390. circa finem ſuæ vitæ: nam anno mundi 5085. Chriſti 1325. in Regno Caſtellæ viuebat, vt aſſerit Auctor *Scialſciel. Hakkabbalà* pag. 62. b. & 63. Quamuis error Chronologicus in hoc loco appareat; quia Sancti Vincentij Ferrerij prædicationem contra Iudæos, & mirabilem illam Iudęorum conuerſionem, referunt Auctores ad annum Domini 1411. Diag. libro 2. capite 60. & ex eo Bzouius ad hunc annum num. 9. in Annal. Annis igitur viginti & vno priuſquam inciperet S. *Vincentius ſuam prædicationem*, timore huius prædicationis aufugit R. Dauid Aben Iachija, quod planè abſurdum eſt. Sed, vt vt ſit, addit idem Auctor in eodem libro pag. 63. hunc R. Dauidem Ben Ghedaliæ diem ſuum obijſſe Vliſſipone anno ætatis ſuæ 75. & quatuor liberos ſuperſtites reliquiſſe, quorum primus fuit hic R. Iudas, qui vt ibidem dicitur erat נעים זמירות ומלא רוח חכמה ודעת *Amœnus carminibus, & ſapientiæ atque ſcientiæ ſpiritu plenus*. Erat etiam Iuris peritus inſignis, Conſilia multa ſcripſit, & quamplurimis quæſitis reſponſa dedit, eaque hoc charactere & ſubſcriptione נ״ב״י *Niuì* firmare ſolebat, huiuſmodi ſymbolo nomen & cognomen ſuum indicans per ראשי תבות hoc eſt נאום יהודה בין יחייא *Dicit Iudas Ben Iachija*. Compoſuit -

תרל״ט רבי יהודה כהן תלמיד רג״ה ה״ל רבי גרשם חבר ספר על הדינין : נזכר במרדכי דשבת פ״י ובב״מ פ״א : עיין שלשלת הקבלה דף מ״ב :

639 R. IVDAS COHE'N SACERDOS Diſcipulus ר״ג׳ R A'G H. ideſt *R. Gherſciòm*, compoſuit librum הדינים *Haddinìm Legalem*. Eius mentio fit in מרדכי *Mordachì* Codice *Sciabbàth* cap. 10. Et in ב״מ *Bauà Metziàh* capite 1. Vide *Scialſceleth Hakkabbalà* pagina 42. Rabbì autem Gerſom (ſeniorem intelligo) obijt, ſecundùm quod dicit *Iuchaſsin* pag. 130. b. anno mundi 4830. Chr. 1070. Vnde patet, hunc Auctorem admodum eſſe antiquum, cùm ab hinc 610. & ampliùs annis vixerit. Imò ex eodem *Scialſcèl. Hakkabbalà* pag. 42. R. Iacob Bar Iekàr, qui fuit Magiſter *Raſci*, fuit condiſcipulus huius R. Iudæ Sacerdotis. Rabbì autem Iacob Bar Iekàr Gallus obijt Moguntiæ anno 4788. Chriſti 1028. quadraginta duobus annis prior Magiſtro ſuo. Hoc enim addit antiquitatem huic noſtro Auctori.

תר״מ ר׳ יהודה כהן בן שלמה מטוליטולה חבר מדרש החכמה נקבץ מן ספרי הפילוסופים מן ארסטו פטלומיאוס ומן אחרים כמו שאמר בהקדמת ספרו :

640 R. IVDAS COHE'N BEN SALOMONIS TOLETANVS. Compoſuit

מדרש החכמה *Midràſc Hachochmà Expoſitio Sapientiæ*. Eſt Philoſophica commentatio compilata ex Ariſtotele, Ptolemæo, & alijs, quorum in Præfatione habetur mentio. Buxtorfius ait, eſſe

 Com-

Venetijs anno Domini 1573. apud Nicolaum Beuilaquam in 8.

Tranſlati etiam fuerunt in linguam Hiſpanam cum hoc titulo: *Dialogos de Amor, ò Filographia vniuerſal del todo el mundo*. Excuſ. Cæſaraugustæ anno 1593. In 4.

Contra huiuſmodi Dialogos ſcripſit Andreas Camutius lib. II. *De Amore* cap. 3.

Compoſuit aliquot Carmina in laudem librorum patris ſui, quæ in initio librorum iſtorum cernuntur. Subſcripſit, & approbauit quamplurimos libros, vti אגור *Agur*, & alios. De eo vide *Scialſcèl. Hakkabb.* pag. 64. b. circa finem.

תרל״ז ר׳ יהודה בר יצחק לבית לוי אשכנזי פרנקפורט הביא לדפוס ביאור על התורה לר׳ משה בר נחמן גירונדי : נדפס בויניציאה שנת ש״ה לפ״ק בבית מרקו אנטוניו יושטיניאן :

637 R. IVDAS BAR ISAACI LEVE'TH LEVI GERMANVS Francofurtenſis. Eius induſtria & opera typis tradita fuit ביאור *Biùr Elucidatio* R. Moſis Bar Nachmàn Gerundenſis in Pentateuchum Moſis. Excuſa Venetijs apud Marcum Antonium Iuſtinianum anno mundi ש״ה 305. minoris ſupputat. Chriſti 1545. In fol.

תרל״ח ר׳ יהודה בר יצחק הנקרא ליאון די מודינה : עיין ר׳ יהודה אריה ממודינא :

638 R. IVDAS BAR R. ISAACI dictus LEO DE MODENA. Vide *R. Iudas Arièh de Modena*, ſuprà pag. 33. num. 608.

641 R. IVDAS כלץ CALE'TZ & non בלץ BALET'Z vt aliquando ſcriptum reperitur. Scripſit -

ספר המוסר *Sèpher Hammusàr Librum Diſciplinæ*. Liber eſt moralis & doctus, docens, quomodo vnuſquiſque vitam ſuam dirigere debeat, & ad mores rectos componere. Diuiditur in 20. Capita, quorum -

1. Agit *de Eleemoſyna*.
2. *De Reſipiſcentia*.
3. *De Humilitate*.
4. *De Oratione*.
5. *De honore parentibus exhibendo*.
6. *De Matrimonio contrahendo*.
7. *De filiorum recta educatione*.
8. *De obſeruatione feſtorum*.
9. *De operibus miſericordiæ*.
10. *De tempore præfigendo pro ſtudio Legis*.
11. *De negotiatione fideliter exercenda*.
12. *Contra proximum aliquid non agendo, opere, vel locutione*.
13. *De Hypocriſi, & adulatione fugienda*.
14. *De Iracundia*.
15. *De recto iudicio exercendo*.
16. *De Præceptis Diuinis tota virtute ſeruandis*.
17. *De ſtatu in quo quis reperitur gaudendo*.
18. *De dilectione proximi*.
19. *De ſecreto ſibi credito non reuelando*.
20. *De vrbanitate ſeruanda*.

Fuit hic liber inter alia ſcripta Auctoris repertus à R. Mosè Ben Calètz eius nepote, eumque typis euulgare curauit, vt dicit Typographus R. Iacobus Ben Naphtali Cohèn de Gazulo Aſchenazì in fine huius libri pag. 138. col. 2. Excu-

Commentarium in Phyſicam Ariſtotelis. In Bibliotheca Vaticana reperitur liber Hebraicus, cui præfigitur titulus, משפטי הככבים *Miſcpattè Haccochauìm De Iudicijs Aſtrorum* mſc. in fol. & tribuitur cuidam -

ר׳ יהודה כהן בן שלמה כהן ספרדי ניוגאת מטוליטולה *R. Iudæ Cohèn Sacerdoti Ben Salomonis Cohèn Hiſpani Niugàth de Toleto*. Forſan erit idem Auctor; conſentit nomen filij, patris, & patriæ, licèt hic cognomen addatur ניוגאת *Niugàth*.

תרמ״א ר׳ יהודה כלץ ולא בלץ

חבר ספר המוסר כי בו יקח האדם מוסר לנפשו בדרך טובים ילך: ובפרט הבעלי בתים ידעו ויבינו מתוכו איך יתנהגו במצות ונחלק כ׳ פרקים: ובפרק הראשון מדבר על הצדקה:

פ״ב: תורה דרכי התשובה:
פ״ג: להדבק בענוה:
פ״ד: להתפלל ערב ובקר וצהרים:
פ״ה: מוסר בכבוד אב ואם:
פ״ו: לישא אשה:
פ״ז: לגדל הבן ולחנכו בדרך הגונה:
פ״ח: עיכוב שבת:
פ״ט: לגמול חסד:
פ״י: לקבוע עתים לתורה:
פי״א: לישא וליתן באמונה:
פי״ב: ולא לגזל הפה ולא יספר לשון הרע:
פי״ג: שלא להחניף:
פי״ד: לעזוב כעס:
פט״ו: לעשות הדין אמת:
פט״ז: לקיים המצות בכל יכולתו:
פי״ז: לשמוח בחלקו:
פי״ח: לאהוב חברים בנפשו:
פי״ט: שלא לגלות סוד:
פ״כ: ללמוד דרך ארץ:

ונדפס במנטובה תחת ממשלת דוכוס גוליילמו גונזאגה שנת בשו״י את שבותיכם לפ״ק:

induit, ibique linguam Latinam optimè didicit.

Scripſit longum Tractatum *De Conuerſione ſua* ad Henricum filium. Habetur in Bibliotheca Vaticana mſc. in Pergam. ſub num. 504. Codicum Latinorum pag. 71. in 4. ex quo Codice hic prænotata excerpta ſunt.

תרמ״ג ר׳ יהודה הלוי בן רבי שבתי : חבר מלחמות החכמה והעושר והוא הספר נקרא גם כן מלך רב והם שירים מוסרים על כמה ענינים בשיעורים עליהם ונדפסו בקושטנטינא קרית המלך סולטן סולימאן שנת שנים ועשרים למלכו בבית אליעזר בר גרשם שונצינו בשנת חמשת אלפים ושלש מאות ושלשה לבריאת העולם : וחבר גם כן מנחת יהודה והם שירים אחרים :

643 R. IVDAS HALLEVI BEN R. SCIABBATHAI. Compoſuit -

מלחמות החכמה והעושר *Milchamòth hachochmà Vehahòſcer Prælia Sapientiæ, & diuitiarum*; vocatur etiam מלך רב *Mèlech Ràu Rex magnus*. Sunt Carmina diuerſi argumenti, quadrato charactere, & punctis vocalibus ornata, intermixtis Commentarijs. Excuſa Conſtantinop. anno Solimani Turcarum Sultani 22, apud Eliezarem Ben R. Gersòm Soncinum an. mundi 5303. Chriſti 1543. Compoſuit & -

מנחת יהודה *Minchàth Iehudà Oblatio Iudæ*: Tit. ex Malachia 3. 4. Sunt eiuſdem generis Carmina. Alius ſimilis titulus habetur ſuprà in R. Iuda Chaijât, num. 622. pag. 46. Hottingerus in ſua Bibliotheca Orientali, & in Prima Claſſe, inter titulos Commentariorum in Leuiticum connumerat & hunc מנחת יהודה *Oblatio Iudæ*, de quo nihil aliud habet, niſi quòd indicat, eum eſſe Commentuſi Mantuæ tempore Guilielmi Gonzagæ Mantuani Ducis anno 351. minoris ſupput. Chriſti 1591. apud Iacobum רופינילי Ruphinellum. In 4.

Huius meminit Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica in מוסר, & impreſſum fuiſſe Cracouiæ an. 358. Chriſti 1598. in 4. affirmat.

Plantauitius titulum, & argumentum huius libri ex Buxtorfio deſumpſit, ſed nomen Iudæ in Abrahamum mutauit, quem nos ſequuti ſub eodem nomine Abrahami in I. Parte num 81. eundem repoſuimus. At modò illum vidimus Mantuæ impreſſum, vt notauimus, ita ut non ſit ampliùs ambigendum de nomine Auctoris, aut de libri argumento.

תרמ״ב ר׳ יהודה הלוי בן דוד אשכנזי : הוא מקבל דת ישוע משיחנו שנת אלף קכ״ג של עולדו ונקרא שמו הירימאננו וחבר מאמר על אמונת ישוע משיחנו : עיין בוולטיקלאו סימן תק״ר :

642 R. IVDAS HALLEVI BEN DAVID GERMANVS, cuius mater Sephora vocabatur, ex Colonienſi Metropoli oriundus. Tertio decimo ætatis ſuæ anno, vidit quoddam ſomnium tempore Lotharij Imperatoris; qui anno Domini 1123. imperare cepit, quo præmonitus, vt Chriſtianus fieret, primò diſputauit cum Ruperto Abbate Monaſterij Tuitienſis; poſtea vxorem duxit in Vormatiæ Synagoga; deinde Chriſtiana fide ſuſcepta, Chriſtum prædicauit: nam Coloniæ in Baſilica S. Petri Apoſtolorum Principis baptizatus eſt. Vocatus deinceps *Herimannus*, fit Canonicus Regularis, & in Capenbergenſi Cœnobio habitum,

filij, licèt hic R. Iudas videatur fuiſſe eo ſenior; in Commentarijs enim Rabbi Aben Ezræ *Paraſcià Iethro*, Exod. 20. 1. de eo ita legitur שאלני ר' יהודה הלוי מנוחתו כבוד וכו' *Quæſiuit à me R. Iudas Hallevì; requies eius ſit in gloria &c.* ex qua locutione apparet, R. Iudã fuiſſe mortuum, quando hęc ſcribebat Aben Ezræ; & veriſimile eſt, quòd maior natu fuerit ipſo R. Aben Ezræ, quia R. D. Ganz in ſuo *Tzèmach Dauid* R. Iudam recenſet ad annũ 900. quinti millenarij, Chriſti 1140. quod intelligendum eſt de morte illius; & R. Abrahamum Aben Ezræ ad an. 934. Chriſti 1174. 34. an. poſt mortem R. Iudæ. Magnus ſapiens habetur hic R. Iudas; excelluit potiſſimùm in Gramatica, cuius ſtudium maximè commendatur à Iudæis. Fuit & Poëta elegans atque doctus, vt indicant quamplurimæ ac variæ compoſitiones ligata oratione à ſe editæ, quæ in libris Precum, quos *Machazorim* vocant, cernuntur, & ſtatutis quibuſdam diebus per annum decantantur.

Quinquaginta annos natus deuotionis cauſa peregrinationem ſuſcepit in Terram Sanctam, ſed cùm appropinquaret portæ Ieroſolymorum, ſcidit veſtimenta ſua, & denudatis pedibus ambulauit iuxta illud Pſal. 102. v. 15. *Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius, & pulueris eius miſerti ſunt:* & recitauit quandam קינה *Lamentationem* quam ipſe compoſuerat, incipientem ציון הלא תשאלי, *Sion nonne petieris, &c.* Videns hæc quidam Iſmaëlita, qui equitabat, irruit in eum, pedibuſque equi proculcatum interfecit. Confer *Scialſcèl. Hakkab.* pag. 40. b. & *Iuchaſſ.* 130. b.

Itaque vixit hic Iudas Leuita annos quin-

mentarium in Leuiticum, cùm inter eiuſdem libri Commentatores eum reponat.

ע"ש ר' יהודה הלוי בר שמואל הלוי ספרדי

היה בדור הרא"ע שנת ד'תת"ק הוא היה חכם גדול ומדקדק ומשורר והיה מועלא וחבר ספר הכוזרי ובספר השמונות כרא"ה כי מעשה מלך הכוזרי עם החבר היה אמת ושם החבר הוא רבי יהודה אלמנגרי כמו שאמר בעל ספר שלשלת הקבלה דף ל' עמוד ב' ; וכמו שאמר בעל פירוש לספר הזה בהקדמתו היה שמו ר' יצחק הסנגרי : ושמלך הכוזרי נתגייר על ידו כמו ת' שנים קודם זמן ר' יהודה הזה : והספר הזה כתב בל' הערבית בלשון הגרי ואם ר' יהודה העתיקו בלשון ערבי : ורבי שמואל ן' תבון העתיקו בלשון עברי , ויש העתקה אחרת מעשה רבי יהודה בן קרדינאל ואינה כל כך שלמה : ונזכר ספר יוחסין דף ק"ל , עמוד ב' : ושלשלת הקבלה דף מ' : ע' כ"ה זה רבי יהודה הלוי היה בן נ' שנה בהלך לארץ ישראל בהרא"ה בצוותיו ובהגיעו אל שערי ירושלם קרע את בגדיו והולך בקרסוליו על האבן לקיים מה שנאמר , תהלים ק"ב , כי רצו עבדיך את אבניה ואת עפרה יחוננו והיה אומר הקינה שהוא חבר ומתחלת ציון הלא תשאלי וכו' : וישמעאל אחד רכב סוסו עליו מרוב דבקותו והלך בסוסו וירמסהו ויעתקהו , עד כאן שלשלת הקבלה , וגם כן עשה ספר בקשה על שם יהו"ה : וכל שטה ושטה מתחיל ומיים בשם י' ; בעשרת שטות ראשונות בסוף כל שטה בענין יוד כמו שבין אות יוד : ובסוף השטה שמות בענין ה"א : ובסוף ששת שטות בענין וא"ו : כמו שבינו : ובסוף השמשת שטות בענין ה"א כמו שבינו ויאת הבקשה נמצא בסדר תפלות יומים נוראים כמנהג ספרדים ביום שני של ראש השנה , דף ע"ג , גם כן עשה פיוטים אשר נמצא במחזור הספרדים כגון : יהוה יום לך אערוך ,

וחבר בקשה אחרת שמתחיל יהוה ירך הרא"ה וכו' , ועשה חרוזים שאומרים בשבת שלפני פורים ומתחילים אדון חסדך : כמו כרא"ה במחזור בני מנהג בני רומא חלק א' : וחרוזים אחרים כגון אפודי שם לאל וכו' , יהוה בגאות שם כבוד וכו' ; עם שערי רצון וכו' ,

644 R. IVDAS HALLEVI BAR SAMVELIS HALLEVI HISPANVS, ſynchronus R. Abrahami Aben Ezræ, nam duarum ſororum erant

primo loco alius titulus, in quo, qui hunc librum compoſuerat, exprimitur ita.

ספר הכוזרי: יסדו החכם החבר ר׳ יצחק הסנגרי ז״ל אשר קדש שם שמים בויכוחו הישר:

Liber Ha-Cuzarì. Quem fundauit ſapiens Ha-Chauèr R. Iſaac Ha-Sangarì b. m., qui nomen Dei hac recta diſputatione ſanctificauit.

Omnium primus, qui huius R. Iſaac Sangarì ſub nomine חבר *Chauèr*, quod *Socium* audit, nomen inueſtigauerit, fuit R. Scem Tou Aben Scem Tou, vt in libro האמונות *Haëmunòth* שער ב׳ *Porta* 2. cap. 4. ſcriptum eſt, teſte R. Iuda Muſcato in Præfatione ad hunc eundem librum *Cuzarì* num. 2. Rabbì autem Ghedalià Aben Iàchija in ſuo lib. *Scialſcèleth Hakkabbalà* pag. 40. b. dicit.

וראיתי בספר האמונות כי מעשה מלך הכוזרי עם החבר היה אמת ושם החבר היה ר׳ יהודה אלמנגרי.

Se vidiſſe in libro Haëmunòth; quod factum Regis Cuzarai cum Ha-Chauèr Socio (Iudæo) *fuerat verum. Et quòd Ha-Chauèr vocabatur R. Iudas Almangharì.* Et Auctor *Meòr Enàijm* cap. 42. pag. 135. b. eum vocat *Iſaacum* חנגרי *Chanagrì*. Ex hac variatione nominis, & cognominis huius *Chauèr* dicendum eſt, vel mendum typographicum in altero horum locorum ineſſe, vel Diſputationem hanc nunquam habitam fuiſſe, ſed fictam ab ipſo R. Iuda Leuita, qui vt fidem eidem conciliaret, & venerationem apud ſuos, finxit huiuſmodi colloquium iam olim ante ſuam ætatem præceſſiſſe annis quadringentis, vt ex eodem libro כוזרי *Cuzarì* cum Commentario apparet pag. 23. b. num. 47. vbi החבר *Hachauèr* Cuzaræo interroganti: *Quot hodie à Creatione annos numerent* quinquaginta, & cùm obijſſet anno mundi 4900. Chriſti 1140. inde conſequitur, quòd natus ſit an. mun. 4850. Chriſti 1090. nouem annis prior R. Abrahamo Aben Ezræ ſecundùm opinionem illorum, qui volunt Aben Ezræ obijſſe anno mundi 4934. Chr. 1174. Sequitur igitur, quòd Aben Ezrę ſecundùm hanc opinionem natus ſit anno mundi 4859. Chriſti 1099.

Inter alia ingenij monumenta huius Rabbini, quæ hodie ſuperſunt, præclarum apud Iudæos habetur liber כוזרי *Cuzarì*, qui licèt ab eo non videatur compoſitus, vt à recentioribus antiquitatis indagatoribus, & ſedulis Rabbinis exiſtimatur; attamen ab antiquioribus hunc R. Iudam Halleuì proculdubio, & abſque ambiguitate vlla, Auctorem huius libri extitiſſe, creditum eſt. Quapropter in antiquis editionibus, veluti in Veneta anni 307. minoris ſupputationis, Chriſti 1547. apud R. Meir Ben R. Iacobi Phrantzonì in 4. huiuſmodi titulus habetur.

כוזרי חברו בלשון ערבי החכם הגדול אבי כל המשוררים רבי יהודה הלוי הספרדי ז״ל אשר קדש שם שמים בויכוחו הישר הזה והעתיקו אותו החכם רבי יהודה בן תבון מרמון ספרד אל לשון הקדש במגדל לוניל שנת תתקכ״ז.

Cuzarì, Quem compoſuit lingua Arabica magnus ſapiens pater omnium Poëtarum R. Iudas Halleuì Hiſpanus b. m. qui nomen Dei ſanctificauit hac recta diſputatione. Hunc eundem in linguam ſanctam tranſtulit ſapiens R. Iudas Ben Tybbòn Hiſpanus de Granata in Turri Lunèl, anno 927. id eſt Chriſti 1167.

At in recentiori editione pariter Veneta anni 354. minoris ſupput. Chriſti 1594. cum Commentario, additus eſt

ne verbum faciat; cùm nec ipſe Rabbi Beniamin in ſuo *Itinerario* meminerit, exiſtimo eſſe fictitium quicquid de hac regione à Rabbinis dicitur, aut ab alijs, qui à Rabbinis hæc figmenta de Cuzaræorum Regno mutuati ſunt.

Quòd autem R. Chaſdai Ben R. Iſaaci Sciprùt Epiſtolam ſcripſerit ad Ioſephum Cuzaræorum Regem, vti vult הראב״ד *Harrauàd* in ſuo libro Cabalę circa finem pag. mihi 78. cum reſponſo eiuſdem Ioſephi ad R. Chaſdai, ſuppoſititium fœtum eſſe pro certo exiſtimo: quod intelligo ex hyperbolicis, & fabuloſis rebus, quæ in ipſis narrantur. Vide P. I. huius Bibliot. pag. 852. Fictum itaque fuit hoc colloquium à R. Iuda Halleuì inter *Regem Cuzareum*, & *Hachauèr Socium doctum Iudæum*.

Sunt autem, qui putant duos fuiſſe Iudas Halleuì, vnum Seniorem, qui anno mundi 3400. Chriſti 640. lingua Cuzarica hunc librũ ſcripſerit; & alium Iuniorem, qui eundem librum non de verbo ad verbum, prout erat ſcriptus, ſed prout opus fuerat, & rerum ſeries poſtulabat, multa addendo, vel minuendo, in linguam Arabicam tranſtulerit anno 4900. Chriſti 1140. eodem modo, quo Ben Sirà Iunior, & nepos Ben Siræ Senioris aui ſui librum, quem lingua Hebręa compoſuerat, in linguam Græcam edidit, & euulgauit. Idipſum obſeruat R. Dauid Ganz loco ſuprà cit. Sed ego nihil hìc audeo affirmare. Viginti ſeptem ann. poſt eiuſmodi Arabicã tranſlationem, R. Iudas Aben Tybbòn eundem librum vertit in Hebraicam linguam non infeliciter: nam alia verſio prior iſta euulgata fuit à quodam R. Iuda Ben קרדניאל *Kardanièlis*, quæ in omni-

rent Iudæi? ſic reſpondet: ארבע אלפים וחמש מאות *Quater mille & quingentos*. At hic R. Iudas Halleuì floruit, vel mortuus eſt anno 4900. vt dictum eſt. Ergò annis quadringentis ante hunc Iudam Leuitam huiuſmodi colloquium ſcriptum fingitur, anno videlicet Chriſti 740. In hanc ſententiam inclinat R. Dauid Ganz ad annum 900. quinti millenarij, adhærens ſententiæ Auctoris מאור עינים *Meòr Enàijm* cap. 42. qui & ipſe de veritate huius Diſputationis dubitat, & credit Dialogum iſtum fuiſſe compoſitum à R. Iuda Halleuì ad imitationem Platonis, & Tullij, qui nonnulla ſua Opera ſub forma Dialogorum conſcripſerunt. Quòd ſi hoc verum ſit, fingitur certè, hanc Diſputationem factam fuiſſe cum Cuzare, aut Cuzarorum Rege; cuius Regnum ponitur à Nubienſi Geographo ad latus Orientale conterminum Ponto Euxino, ſeù Mari Caſpio. Vide Prolog. ſuæ Geographiæ pag. 5. & Part. 6. Climatis 5. paginam 242.

De nomine כוזר *Cuzàr* non rarò fit mentio in libris Iudæorum, vti apud Ioſiphòn Ben Gurion pag. 1. col. 1. ſuæ Hiſtoriæ, vbi ex decem familijs Togarmæ ex Gen. 10. 3. primam ponit כוזר *Cuzàr*, & addit וכל אלה חונים בצפון ושמות ארצותם על שמותם *Omnes iſtos habitare ad Septentrionalem mundi plagam, & à nominibus ſuis ipſorum regiones ita nominari*: R. Petachiam in סבוב העולם *Siuùu Haolàm Itinerario*; R. Abrahamum Bar Chijàh in ſua *Sphæra Hebraica* c. 7. vbi Munſterus hanc regionem putat eſſe Scythiam exteriorem. Ego autem cùm nullus (quod ſciam) extet boni nominis Geographus, qui de hac Regio-

Hunc eundem librum כוזרי *Cuzarì* in Latinam linguam eleganter vertit Ioannes Buxtorfius filius, & notis illuſtrauit. Excuſ. Baſileæ 1660. in 4. cui præter eruditam Præfationem libro præfixam, in qua inſerta eſt Epiſtola Ràu Chaſdài Ben Iſaaci ad Ioſephum Regem Cuzaræorum cum reſponſo eiuſdem Regis Hebraicè, & Latinè: in fine pro Mantiſſa adduntur nonnullæ Diſſertationes Latinè redditæ, quarum -

Prima eſt, *An pro Edom, Romani & Chriſtiani intelligantur?* Ex Iſaaco Abrauanello. In Iſai. 34. pag. 389.

II. *De lepra veſtimentorum*. Eiuſdem ad Leuit. 13. 47. pag. 400.

III. *De lepra ædium*. Eiuſdem ad Leuit. 14. 33. pag. 405.

IV. *De Poëſi veteri Hebraica, in libris Sacris vſitata Hebræorum quorundam Sententiæ, & Iudicia*, pag. 406.

V. *De principio Anni, & conſecratione, ſeù determinatione Nouilunij, vtrum facienda ſit iuxta Phaſin, an iuxta calculum Aſtronomicum?* Eiuſdem R. Abrauanelli pagina 431.

Quænam verò hæc lingua Cuzarica fuerit; videtur dicendum, eſſe linguam antiquam Perſicam, vel Medam, ſi verum eſſet, quòd Regio Cuzarica circa fines Ponti Euxini ſit poſita, vt referunt Auctores ſuprà citati, quæ Perſiæ & Mediæ contermina eſt.

In hoc autem Syntagmate, quod in V. מאמרים *Maamarim Tractatus* diuiditur, in vniuerſum agitur, de vera Religione inquirenda, & vno Deo colendo, quem *Chauèr* Regi ſuo *Cuzàr* oſtendere ſatagit, illi ſuadens, Deum Iſraëlitarum eſſe verum Deum, Cæli, & Terræ Creatorem, & conſeruatorem. Itanibus, & ab omnibus non approbatur, ואינה כל כך שלמה *cùm non ſit vndequaque perfecta*, vt ait Auctor *Scialſcèleth Hakkabbalà* pag. 40. b. non tamen eſt omninò reſpuenda, cùm in aliquibus locis explicandis rem meliùs acu tetigerit, quàm fecerit Aben Tybbòn. Huius rei exemplar vnum affert Auctor libri מאור עינים *Meòr Enàijm* cap. 36. pag. 116. b. longè poſt med. ex מאמר *Tractatu* 2. §. 57. vbi in editione prima Veneta habetur אמר הכוזרי אתם היום במבוכה גדולה: *Dixit Cuzari: Vos hodie in magna perplexitate eſtis.*

In ſecunda editione recentiori pariter Veneta ita legitur במנוחה גדולה *In tranquillitate magna.*

In tranſlatione verò R. Kardanièlis ex *Meòr Enàijm* ſuprà cit. hoc modo legitur, אתם היום בהשקט ומרגוע וכו׳ *Vos hodie eſtis in tranquillitate, & quiete &c.* quæ ab hoc Auctore approbatur: nam loquitur de multitudine præceptorum, quæ obſeruanda erant in Terra Sancta maximo cum labore, & moleſtia, à qua liberantur hodie Iudæi, cùm extra Terram Sanctam ad illorum obſeruantiam non teneantur, ideòque in magna tranquillitate, & quiete credunt, ſe hodie eſſe Iudæos ſine tanta multitudine præceptorum. Attamen hæc tranſlatio R. Iudæ Aben Tybbòn communiter recipitur, & prolixis Commentarijs, neſcio an fuerit illuſtrata, an obſcurior reddita à R. Iuda מוסקאטו *Muſcato*, cùm plerumque obſcurior ſit Commentatio, quàm ipſe textus. Excuſa hæc fuit cum ſuo textu Venetijs apud Ioannem de Gara anno mundi 354. min. ſupput. Chriſti 1594. vt ſuprà notatum eſt, In 4. Vide *R. Iuda Ben Ioſeph Muſcato.*

Alij 5. ſubſequentes incipiunt à litera ה *He*. Poſtea alij 6. incipiunt à litera ו *Vau*. Et alij 5. poſtremi incipiunt à litera ה *He*. Sequuntur deinde alij 12. verſus, quorum initiales literæ componunt nomen Auctoris אני יהודה הלוי *Ego Iudas Leuita*. Subinde alij ſequuntur, qui eodem modo componunt הקטן ברבי שמואל הלוי *Paruus filius Rabbi Samuelis Leuitæ*. Deinceps ſequitur Hymnus ad Deum directus, cuius verſuum initia exhibent elementa alphabetica per ordinem diſpoſita. Iſta inueniuntur etiam in Prima Parte Machazoris Romani, editionis Venetæ anno Domini 1626. in 8. pag. 132.

Compoſuit & alium Hymnum prolixum pariter Alphabeticum, quo elegantibus carminibus deſcribitur Hiſtoria Eſtheris: incipit ארון חסדך *Domine miſericordia tua*: legitur Sabbatho ante feſtum פורים *Purrim Sortium* Mardochęi, & Eſtheris. Reperitur in Machazore ad vſum Synagogæ Romanæ; Bononiæ in fol. Seorſim impreſſus eſt cum Itali i nterpretatione, charactere Hebraico è regione, Venetijs apud Ioannem de Gara anno 369. minor. ſupput. Chriſti 1607. cura R. Samuelis de Caſtel nouo Romani.

In alio libello Precum Hiſpanorum alia בקשה *Bakeſcià Supplicatio* eiuſdem Auctoris reperitur, quæ incipit יהוה ידך יראת *Domine manum tuam timebo*. pagina 5.

Quamplurimæ aliæ Poëticæ ac Rhythmicæ compoſitiones huius Auctoris reperiuntur ſparſim hinc inde in Machazorim Precum libris vti אפודי שש לאל וכו׳: עת שערי רצון וכו׳: יהוה צבאות שם כבוד וכו׳;

Eiuſdem Iudæ Lęui viderentur, eſſe il-

Itaque *De Deo, eiuſque exiſtentia, nominibus, & attributis* ſuis quibuſque locis luculenter pertractat. *De mundi creatione; de Angelis; de Sac. Scriptura Dei Legem continente, eiuſque Diuina authoritate; de ſecunda Lege orali, ſeù Traditionibus; de Prouidentia Diuina; de Decretis Dei; de Libero arbitrio; de Reſurrectione mortuorum; de Vita æterna; De Cultu Dei; de Oratione; de Idololatria; de Præſtantia, & dignitate Iudaici populi; Terræ promiſſæ; Linguæ Hebraicæ; Poëſis Sacræ. De Anima, eiuſque potentijs, & facultatibus, atque immortalitate. De Prophetia, & Prophetis; de Cabala, & Cabaliſticis myſterijs, & de alijs innumeris rebus ad Iudaicam Religionem pertinentibus, quibus Rex Cuzar perſuaſus, eandem Religionem, quam* החבר *Ha Chauèr Iudæus profitebatur, amplexus eſſe*, dicitur.

Cæterùm hic R. Iudas Halleuì præter hunc librum *Cuzarì*, ſiuè ſcriptum, ſiuè in linguam Arabicam verſum, ſcripſit nonnullas Poëticas, & elegantes compoſitiones, ad Preces Iudaicas pertinentes, quæ in aliquibus Machazorim Precum libris reperiuntur.

In Machazore Hiſpano Parte Prima editionis Venetę anno 1656. apud Hieronymum Bragadinum in 8. extat quędam Precatiuncula ad Deum huius Auctoris, quam poſt initium anni recitant; & incipit -

יהוה יום לך אערוך *Domine hodie tibi ordinabo &c.* Eſt compoſita ſuper nomen Dei יהוה Tetragrammaton iuxta valorem numericum literarum huius nominis. Hinc numerantur 26. verſus, quorum priores 10. cùm reſpondeant valori literæ י *Iod*, ab ea litera incipiunt.

bri עשרה מאמרות *Aſſarà Maamaròth* R. Menachèm Azariæ. Excuſ. Amſtelodami in 4.

קרמ״ו רבי יהודה הנקרא מיסיר ליאון היה במנטובה שנת כמו ל׳ ושלשים לפ״ק וחבר ספר נופת צופים והוא ספר חכמת ההלצה שנקראה בלעז ריטוריקא ונדפס ולא נודע בזה מקום ובזה שנה : וזה המחבר היה בר פלוגתיה דמהרר״יק ונחלקו הקהל עד שדוכוס מנטובה גרש שניהם מהעיר ; עיין ס׳ שלשלת הקבלה דף ס״ב עמוד ב׳ ;

646 R. IVDAS vulgò dictus MESSER LEONE MANTVANVS, fuit ſui temporis inter Hebræos inſignis Orator. Scripſit -

נופת צופים *Nòpheth Tzophìm Liquor fauorum*, Titulus ex Pſal. 19. 11. Eſt Rhetorica, edita primùm loco & anno non notato; ex qualitate tamen characteris malè formati apparet, quòd fuerit impreſſa Conſtantinop. aut veriùs Theſſalonicæ. Hic Auctor viuebat Mantuæ circa annum 230. min ſupput. Chriſti 1470. æmulum habuit R. Ioſephum Kolòn abbreuiatè dictũ מהר״ריק *Mahararik*, id eſt *Morènu Harràu Rabbì Ioſeph Kolòn*. Simultatibus inter eos exortis, adeò eorum animi exarſerunt, vt Synagoga Mantuana in duas contrarias factiones ſciſſa ſit, quod cùm redundaret in damnum etiam totius Vrbis Mantuanæ, nec priſtinæ paci & quieti reſtitui poſſet illius Synagoga, niſi vterque pelleretur; iuſſu Ducis Mantuæ Vrbe excedere ambo coacti ſunt circa annum Domini 1475. Ludouico Mantuę Marchione. R. Ioſeph Kolòn obijt Ticini in Inſubria anno Domini 1480. Vide *Scialſciel. Hakkabbalà* pag. 62. b. Quo autem anno, & vbinam obierit R. Meſſer Leone hactenus ſcire non potui.

illa Carmina, quæ Hottingerus affert cum hoc titulo בן זקנים *Ben Zekanìm Filius ſenectutis*, niſi ipſe teſtificaretur, eos eſſe verſus ineptos, & frigidos.

Tandem nota: Buxtorfium in Appendice ad Bibliothecam Rabbinicam exhibere librum cum hoc tit. טעמי מצות *Taamè Mitzuòth Rationes Præceptorum*: in quo rationes præceptorum Moſis aſſignantur, cuius Auctor eſt R. Menachem Recanati, ſeù Recinetenſis. Sed cùm plures reperiantur libri cũ hoc titulo, quorum Auctores diuerſi ſunt, veluti eſt R. Iudas Leuita, R. Menachèm Babylonius, & R. Naphtali (vt ipſe dicit) nos ſcire non poſſumus, an iſte R. Iudas Leuita, ſit hic noſter R. Iudas Halleuì, ſeù Leuita Bar Samuelis, quia prædictum librum nunquam vidimus.

De Rabbì Iuda Halleuì Bar Samuelis Halleuì fit mentio in lib. הרא׳ב׳ד *Harrauàd* pag. 80. In *Iuchaſsin* pag. 130. b. In *Scialſcèl. Hakkabb.* pag. 40. b. In *Tzemach Dauìd* R. Dauid Ganz ad annum 900. quinti millenarij. In *Meòr Enàijm* cap. 36. pag. 116. b. & cap. 42. pag. 135. b. & apud omnes, qui de Auctoribus Hebræorum ſcripſerunt.

קרמ״ה ר׳ יהודה ליב בן רבי שמואל חבר פירוש על מאמר עולם קטן : וחבר ספרים אחרים כן כתוב בהקדמת ספר עשרה מאמרות של רבי מנחם עזריה : דפוס אמשטרדם דף ל׳ עמוד א׳ :

645 R. IVDAS ליב LE'V BEN R. SAMVELIS. Compoſuit פירוש *Piruſc Commentarium* ſuper Tractatum quendam עולם קטן *Olàm katàn De Microcoſmo*. Scripſit etiam nonnullos alios Tractatus, vt apparet ex Præfatione li-

רמ״ז **רבי יהודה** הנקרא **יאודה לירמה** בעיר בילגראדו חבר דרושים על כל פרשה ופרשה והפטרה בלול משנה ואגדה ספרי וספרא: וחבר גם כן כמו ארבע מאות שאלות ותשובות כולן ארוכות: ונשרפם אשר שרף אלהים את העיר בילגראדו הכל נשרף לא נשאר בה עד אחד מכל על דאבדין ולא משתכחין והנה ר׳ שמחה בן רבי גרשון הכהן מצא כמו כ״ט תשובות ביד בעלי בתים מאותה העיר וחבר ספר וקראו פליטת בית יהודה יען שהוא שארית פליטת הנשארה לבית יהודה והביאו אל הדפוס בויניציאה בעבות השרים ויצינצו ניקולו פייטרו יאקומו גירונימו ואלוייזו בראגאדינו בבית אנטוניו קוליוני שנת תו״ז לפ״ק: ובסוף הספר יש מפתחות התשובות:

647 R. IVDAS & cum litera א IVDA LERMA in Vrbe Alba Græca, Iudæis Italis Belgrado. Scripſit (teſte R. Simchà Bèn R. Gerſon Hacohèn eius diſcipulo in Præfatiuncula ad librũ פליטת בית יהודה) varias, & multiplices Conciones ſuper omnes Sectiones Legis Moſaicæ, & ſuper הפטרות *Haphtoròth Lectiones* ex Prophetis excerptas.

Scripſit etiam circiter quadringenta ש״ת *Quæſita & Reſponſa* valdè prolixa ſuper nonnullos Codices Talmudicos, quæ ferè omnia in Incendio Belgradenſi perierunt. Caſu autem ab eodem incendio ſeruata ſunt 29. Reſponſa, quę cùm ad manus R. Simchà Ben R. Gerſon Sacerdotis deueniſſent, ipſe in paruum librum redegit, eumque ſub titulo

פליטת בית יהודה *Pelitàth Beth Iehudà Euaſio, ſeù Reſiduum Domus Iudæ*. Titulus ex 2, Reg 19. v. 30. euulgauit: alludit hic titulus ad reliquias ſcriptorum R. Iudæ, quæ ab incendio euaſerant. Hæc ab eodem R. Simchà prælo Veneto commiſſa, auctoritate Vincentij, Nicolai, Petri, Iacobi, Hieronymi, & Aloyſij Bragadini in domo Antonij Coleonis excuſa fuerunt an. 407. m. ſ. Chr. 1647. in 4. cum Indice Qu. & R.

רמ״ח **ר׳ יהודה בן משה** ממשפחת גדליה משלוניקי חבר מסורת תלמוד ירושלמי והוא מורה מקום כל הענינים אשר נמצאו בתלמוד ירושלמי נדפס בקושטנטינה שנת של״ג לפ״ק:

648 R. IVDAS BEN MOSIS de familia Ghedaliàh Theſſalonicenſis. Scripſit -

מסורת תלמוד ירושלמי *Maſsòreth Talmùd Ieruſcialemi*. Eſt Index rerum comprehenſarum in Talmude Ieroſolymitano. Excuſus Conſtantinopoli anno mundi של״ג 333. min. ſupputat. Chriſti 1573. In 4.

רמ״ט **ר׳ יהודה בר משה בר דניאל מרומה** חבר פירוש על מזמור כ״ט: הבו ליהוה בני אלים וגו׳: ועל חמשה מזמורים אחרונים של הללויות:

ב׳: וחבר פירוש על חמשת מגילות ונמצאו כ״י בוואטיקאנו סימן צ׳:

ג׳: וחבר גם כן ספר או כמה שערים לביאר סיפרי הנכונים על הפילוסופים ועל מעשה בראשית על דרך הפילוסופיה ונמצאו כ״י בבית ספרי של דוכום די ורבינו אשר בוואטיקאנו סימן כ״ג בספר כ״י ברינוע בדף ס״ו: ובסימן ל״ח: ומ״ג.

649 R. IVDAS BAR MOSIS, BAR DANIELIS ROMANVS. Scripſit -

1. *Expoſitionem* in Pſalmum 29. *Date Domino filios arietum, &c.* & ſuper quinque vltimos Pſalmos, quibus *Halelu-Iah* præponitur.

2. Scripſit & *Expoſitionem* ſuper quinque parua Volumina, quæ communiter חמש מגילות *Chamèſc Meghillòth* dicuntur, videlicet *Cant. Cant. Eccleſiaſten, Ruth, Threnos, Eſther*. Iſta omnia reperiuntur mſc. in Bibliotheca Vaticana ſub num, 90.

3. Scri-

Scripſit de ſuo librum Aſtronomicū de 48. *Conſtellationibus*, quæ ex 1252. Stellis componuntur ſecundùm notitiam, quam huiuſmodi Auctor nouiter affert; licèt alijs notus tantùm ſit 1022. numerus Stellarum; deque illis omnibus ſeorſim luculenter agit, In quo multa ex ſupradicto libro de Stellis ſuſtulit, & in hunc ſuum repoſuit. De hoc Auctore agit *Iuchaſsin* pag. 132. b. & *Scialſcèleth Hakkabbalà* pag. 59. Vide I. Par. num. 20. pag. 7. colum. 1. in *Abu Alì Alchasìn &c.* & pag. 335. 2.

תרנ"א רבי יהודה בר משה

ממשפחת הנערים אשר באיטאליא חבר ביאור על כמה מקומות קשות אשר נמצאו בפירוש ן' עזרא. על התורה וקראו תפוחי זהב: ונמצא כ"י בוואטיקאנו:

651 R. IVDAS BAR MOSIS de familia HA-NAARI'M, quæ eſt in Italia. Compoſuit Elucidationem quorundam locorum difficilium, quæ in Comentarijs ſuper Pentateuchum R. Abrahami Aben Ezræ inueniuntur, eamque vocauit

תפוחי זהב *Tepuchè zahàu Poma aurea*, Tit. ex Prou. 25. 11. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana in 4. Sunt alij libri cum hoc titulo *Tepuchè zahàu*, qui videndi ſunt in Indice Hebraico *Titulorum*.

תרנ"ב ר' יהודה בן ר' משה

סאלטרו מפאנו מקושטי ווינציאה חבר ספר מקוה ישראל והוא על הדינים האמרים בהלכות מקואות שואל ומשיב עליהם. נדפס בוויניציאה על ידי וואן דגארא ובביתו שנת שס"ו לפ"ק:

652 R. IVDAS BEN R. MOSIS

3. Scripſit etiam librum, ſeù verius כמה שערים *aliquot Tractatus* Philoſophicos ex Sacris Literis compilatos, prę cipuè ex Prophetarum geſtis. Incipiunt à cap. 19. libri 1. Regum, vbi de fuga Eliæ à facie Iezabelis agitur. In quibus apparet, eum fuiſſe ſatis verſatum in noſtra Sacra Theologia, & præcipuè in Doctrina Diui Thomæ Aquinatis, quem frequenter citat, & illius auctoritate ſuas ſententias cōfirmat; vti quando probat: in dictis Prophetarum nullum reperiri poſſe mendacium. Scripſit & alium Tractatulum *De Operibus ſex dierum* philoſophicè. Extant hi Tractatus mſc. in Bibliotheca Vrbinate apud Vaticanum Pergam. in 4. ſub num. 22. pagina 66. Item num. 38. & 43.

תר"ן רבי יהודה בר' משה

הכהן מטוליטולא והמלך דון אלפונסו צוה חכם ואוהב החכמות ובפרט התכונה וצוה לו להעתיק ספר אבו אל חסין ר"ל אביצינה מלשון ערבי אל לשון לעז שחבר על אלף וכ"ב כוכבים אשר נודעו ונכרו עד היום: והם נכללים במ"ח צורות שבגלגל י"ב מזלות באמצע באזור חגורת השמים וכ"א צורות לצד שמאל, וט"ו לצד ימין סרי ק"ם: וחבר גם הוא ס' אחר על אלף וכ"ב כוכבים:

650 R. IVDAS BEN R. MOSIS HA-COHEN SACERDOS TOLETANVS, iuſſu Alphonſi Regis Caſtellæ & Legionis X. Opera Abu Al-Chasìn, id eſt Auicennæ *De Stellis fixis* ex Arabico in Hiſpanum tranſtulit idioma, anno mundi 5016. Chr. 1256.

Tranſtulit etiam in eandem linguam maternam Hiſpanam librum Aſtronomicum Halì Aben Ragèl, quem Ægidius de Thebaldis Notarius vnà cum Petro de Regio Protonotario Regalis Aulæ tranſtulit in Latinum. Reperitur mſc. in Biblior. Vrbinat. in fol. n. 502.

nem illam dictam) *Sanctum*, *& Sanctitatem*. Siquidem inter Preces Iudaicas vna eſt, quæ dicitur קדיש *Kaddìſc Sanctum*, & eſt quædam Precatio, quæ fit in Synagoga à 10. Viris ſimul congregatis in gratiarum actionem, non verò à paucioribus.

Alia verò dicitur קדושה *Keduſcià Sanctitas*, quæ triplex eſt, זוטא *Zuttà parua*; רבא *Rabbà magna*; & קדושה בסוף התפלה *Keduſcià besòph hatephillà Sanctificatio in fine Precum*.

Keduſcià Zuttà Sanctitas, ſeù *Sanctificatio parua* eſt illa Precatio, quæ antecedit aliam, quam vocant יוצר *Iotzer formans &c.* quia incipit ab illis verbis Iſaiæ 45. 7. יוצר אור ובורא חשך *Formans lucem, & creans tenebras &c.* & complectitur Triſagium, quod à ſingulis ſedendo recitatur hoc pacto. Prima vice pronunciant *Sanctus* ſedendo: ſecundò ſtando, & inſiliendo ſuprà ſummitates pedum: Tertiò iterum ſedendo replicant *Sanctus*.

Keduſcià Rabbà Sanctificatio magna eſt illa Precatio, quæ coram (ad minus) 10. Viris, quando recitatur תעמידה *Hamidà Statio*, à חזן *Chazàn Cantore* Synagogæ ſtando abſoluitur.

Keduſcià Besòph Hathephillà Sanctificatio in fine Precum eſt, quæ circa finem officij Hebraicè primò, poſtea Chaldaicè, antequam è Synagoga egrediantur, à ſingulis recitatur.

Aliud inſuper eſt קדיש *Kaddìſc* quod vocatur קדיש יתום *Kaddìſc Iathòm Oratio ſancta orphani*. De qua vide in II. Par. pag. 149. & ſeqq. Hæc recitatur etiam in Synagoga, ſi quando homo occiſus fuerit. Poſtquam enim occiſi hominis cadauer ſepulturæ traditum eſt, conferunt

SIS SALTARO DE FANO Incola Venetus. Scripſit.

ספר מקוה ישראל *Sepher Mikuè Iſraël Liber expectationis, ſeù Spei Iſraëlis*, Tit. ex Ierem. 14. v. 8. Reſoluuntur in eo quamplures Caſus circa ritum, & obſeruantiam balneorum legalium, quæ מקוואות *Mikuaòth* vocantur: totáenim ſpem, & expectationē futurę mercedis, in hac tantum Baptiſmali obſeruantia reponebant antiqui Iudæi, tamquam futuri Baptiſmatis à Christo inſtituti typo, & figura. Impreſſus Venetijs apud Ioannem de Gara anno 367 min. ſupput. Christi 1607. in 4.

Eſt & alius liber cum hoc titulo מקוה ישראל, de quo vide infrà in *R. Iuda Ben R.* שמריה *Scemariàh*.

Quidam *R. Iudas Bar Moſis de Fano* ſcripſit Epiſtolam in commendationem libri בית מועד *Beth Moëd Domus Conuentus R. Menachèm* רבא *Rauà*. Inuenitur in fine huius libri. Neſcio tamen an hic ſit idem cum ſuperiori.

תרכ״ג רבי יהודה בר משה הפילוסוף

כתב כמה חבורים על הפילוסופיאה הפלוסופית על שכלית האדם ; על גן עדן ; על פעלות הנפש ; ועל סבה הראשונה ; וחבר פירוש על קדיש וקדושה : וביאור על מזמור כ״ט הבו ליהוה בני אלים ; וביאור על הללויות ; והכל כתבתו כ״י בווטיקאנו ;

653 R. IVDAS BAR MOSIS Philoſophus. Scripſit quædam Opuſcula, ſiuè Tractatus Philoſophicè ſimul ac Theologicè; *De hominis intellectione*; *de Paradiſo voluptatis*; *de Animæ operatione, & de Cauſa prima*. Scripſit & ביאור על קדיש וקדושה *Bijùr al Kaddìſc Vkduſcià Elucidationem ſuper* (Precatio-

תרנ״ו **ר׳ יהודה מסלוניק ׃** עיין לטעלה ר׳ יהודה בן משה ממשפחת גדליה סימן תרמ״ח ׃

656 R, IVDAS THESSALONICENSIS. Vide ſuprà *R. Iudas Ben Moſis de familia Ghedalià* num. 648.

תרנ״ז **ר׳ יהודה עוזיאל** חבר ספר בית העוזיאלי והם י״ו דרושים על קצת פרשיות מהתורה ונדפסו בויניציאה שנת ושס״ו לפ״ק בהוצאת דאניאל זאניטי וכיוצא בו ׃ והוציאו בהוצאת ר׳ אלעזר בלג״יד אשר הרה בשונו ובממונו להעתיקו בעיר שלוניקי והביאו אל הדפוס להוציא לאור תעלומות חכמה ולזכות בו את הרבים וזכות הרבים תלוי בו ׃ והוגה בעיון נמרץ ע״י ר׳ נסים שושן ׃

657 R, IVDAS VZIE'L. Scripſit 16. Homilias ſuper aliquot Sectiones Pentateuchi, quas vocauit - בית העוזיאלי *Beth Hauzieli Domus Vzielitæ*. Excuſæ ſunt Venetijs anno ושס״ו 360. min. ſupput. Chriſti 1600. iuſſu Danielis Zanetti, ſumptibus Ærarij *R. Eleazaris Balghìd*, ad plurimorũ vſum, & commodum, qui Theſſalonica Venetias tranſtulit, & imprimi fecit, ſtudio, & diligentia *R. Nisim Sciuſciàn*. In 4.

תרנ״ח **רבי יהודה הענו בר בנימן הרופא** חבר הלכות שחיטה ובדיקה כתבלו כ״י בוואטיקאנו ׃

658 R. IVDAS ANA'V BAR BENIAMIN MEDICVS. Scripſit - הלכות שחיטה ובדיקה *Halachòth Scechità, Vudikà Lectiones ſiuè Tractatus de Iugulatione & inſpectione Viſcerum animalium pro cibo parandorum*. Reperiuntur mſc. in Bibliotheca Vaticana ſub num. 181. in 4.

runt ſe in Synagogam, & abſolutis quibuſdam Precibus, recitatur *Kaddiſc Iathòm*, & ablutis manibus, dictoque illo Deuter. 21. 7. 8. ידינו לא שפכו את הדם הזה וגו׳ *Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem iſtum &c.* recedunt.

Tandem eſt aliud קדוש *Kiddùſc Sanctum*, quod quotidie à patrefamilias bis perſoluitur, veſpere & mane, ante cœnam, & ante prandium ſuper Calicem vini plenum. Eo dicto vinum guſtat, & deinde alijs guſtandum præbet.

Scripſit & ביאור על מזמור כ״ט הבו לי״י בני אלים׃ *Bijùr al Mizmòr 29. Hauù LAdonài Benè èlim &c. Elucidationem ſuper Pſalmum 29. Date Domino filios arietum &c.* quam recitant quando proceſſionaliter librum Legis in Arca reponunt.

Scripſit deniq; ביאור על הללויות *Bijùr al Halleluiòth Elucidationem in Halleluiòth*, nempè in 5. vltimos Pſalmos Pſalterij, qui cùm incipiant ab הללו־יה *Hallelu-Iah*, Halleluiòth nominantur. Hæc omnia reperiuntur in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. mſc.

תרנ״ד **ר׳ יהודה בר נחמן ׃** עיין ר׳ יהודה הגאון ׃

654 R. IVDAS BAR NACHMAN. Vide *R. Iehudà Hagaòn*.

תרנ״ה **ר׳ יהודה סברה** עשה מכתב התחיה ונמצא בבית ספרים בליידא ׃

655 R. IVDAS סברה SABARA'. Scripſit - מכתב התחיה *Mictàu Hattechijà Epiſtolam de Reſurrectione mortuorum*. Reperitur in Indice Warneriano Bibliothecæ Lugduni Batauorum, in 8.

קרנ״ט ר׳ יהודה עשהאל בן רבי אליעזר דוד מהטוב איטאלקי

מעיר פירארה המכונה ליאון דיל ביני חבר ספר כסאות לבית דוד : על הפילוסופיה האלהית ועל הקבלה ונחלק לח׳ בתים וכולם לחמשים שערים : ונדפס בוירונה שנת תט״ל עם אותיות הקדמה: בריבוע : ויש מי שאמר שנת תל״ו לפק :

659 R. IVDAS ASAE'L BEN R. ELIEZER DAVID MEHATTO'V Italus Ferrarienſis, vulgò dictus *Leone del Bene*. Inter Rabbinos Ferrarienſes Concionator non vulgaris à ſuis habebatur; ſed nonnulli ex noſtris cùm eum audiuiſſent, retulerunt, nullam ſe in eo Oratoris partem cognouiſſe.

Poſt mortem patris euulgauit librum, cui titulum fecit כסאות לבית דוד *Chiſsòth leuèth Dauid Throni Domus Dauid*. Tit. ex Pſal. 122. 5. In eo tractatur de diuerſis & varijs rebus Theologicis; Philoſophicis; & Cabaliſticis. Diuiditur in 8. בתים *Bathìm domos*, quibus quinquaginta שערים *Sciaarim Portæ* apponuntur.

In principio libri reperitur Carmen in laudem Auctoris, & commendationem Operis, cuius initiales verſuum literæ componunt יהודה עשהאל מהטוב *Iudas Aſaèl Mehattòu* Auctoris nomen, Inde ſequitur aliud Carmen eiuſdem argumenti compoſitum à R. פנחס שלחני *Pinchàs Sciulchanì Phinees Telonario* Anconitano, cum ænigmate ad Lectorem. Præfixa inſuper eſt non inelegans Præfatio Auctoris. Excuſ fuit Veronæ per *il Roſſi* anno mundi תלם 409 minoris ſupputationis, Chriſti 1649. in 4.

Audiui hunc librum fuiſſe compoſitum à patre ſuo Elièzaro viro quidem non indocto, qui & ſcripſit librum עיר

דוד *Ir Dauid Vrbis Dauidis*, vt notauimus in I. Parte num. 228. pag. 187. col. 2. ſed cùm in manus filij perueniſſet, ipſe laborem patris ſui ſibi appropriāns, ſuo nomine præfixo, eum euulgauit. Ita mihi relatum eſt. Obijt Ferrariæ anno Domini 1677. ſexagenario maior.

קר״ס ר׳ יהודה מפאדווה חבר קצת

דרשות :

660 R. IVDAS DE PADVA. Scripſit quoſdam - דרשות *Deraſciòth Sermones*, vt audiui.

קרס״א ר׳ יהודה מפאריש : עיין

ר׳ יהודה בן ר׳ שמואל בן ר׳ קולונימוס הזקן :

661 R. IVDAS DE PARISIO. Vide *R. Iudas Ben R. Samuelis Ben R. Kolonimos Senioris*.

קרס״ב רבי יהודה פוקי קראי

הו מין מכת בני מקרא חבר ס׳ וקראו שער יהודה על ענין עריות ונדפס בקוסטנטינא שנת השמ״ב :

662 R. IVDAS POKI' Karraita Hæreticus Textualis. Scripſit - שער יהודה *Sciaàr Iehudà Porta Iudæ*. Tractat *De Inceſtu & concubitu illicito*. Editus eſt Conſtantinopoli anno mundi 5342. Chriſti 1582. teſte Seldeno *De anno Ciuili Veterum Iudæorum*. pag. 6. & *in Vxore Hebræa* libro 1. capite 3. vbi nomine huius Karraitę recenſet nonnullos huiuſce Sectæ priſcos, & illuſtriores Scriptores, veluti R. Iaphèth, Leui eiuſdem filium, Ioſeph Karkeſanium; Sahèl Sacerdotem; Dauid Principem; Scelomò Ben Ierochàm, Ben

Ia-

Iamin Ben Moſe ; qui Arabicè plerumque conſcripſere , quæ Rabbinicè ab alijs verſa ſunt .

תרס״ג **ר׳ יהודה פלוני** היה בזמן ארקאדיו ואונוריו קיסרי׳ כמו שנת ד׳ אלפים ק״ס לבריאת עולם: חבר ספר השרשים ראשון שבכלם המחברים האלה. ונפטר שנת ד׳ אלפים קע״ז:

663 R. IVDAS , cuius pater & cognomen ignoratur , teſte Geſnero , claruit ſub Arcadio & Honorio Principibus circa annũ à creatione 4160. Domini 400. Scripſit eodem referente - ספר השרשים *Sèpher Haſciaràſcim Librum Radicum* , Dictionarium Hebraicum ; quod ſi verum ſit, hic erit primus Auctor huiuſmodi Lexicorum . Moritur anno mundi 4177. Chr. 417. ex eodem .

תרס״ד **ר׳ יהודה פלוני** חבר ספר חקות התורה והוא כ״י על הקבלה:

664 R. IVDAS ignoti parentis & cognominis . Scripſit librum Cabaliſticum , quem appellauit - חקות התורה *Chukòth Hattorà Statuta Legis* . Liber eſt mſc. ex Buxtorfio in Appendice .

תרס״ה **ר׳ יהודה פסי** או פאסי חיוג עיין ר׳ יהודה בר דוד פאסי:

665 R. IVDAS PASSI' , ſeù de Fes , cognomento CHIIV'GH . Vide ſuprà *R. Iudas Bar Dauid Paſsi*. n. 619.

תרס״ו **ר׳ יהודה צבי** הנקרא ליאון די קירויס נולד בווירונה ונעשה משיחיי ברומא שנת ה׳ אלפים שפ״ה ונמנה עתה לפ״ק בבית הוואטיקאנו סופר ספרים היהודים:

וחבר מפתח תורה קדשה והוא מורה דרך להבין אל עשרים וארבע ספרי קדש: נמצא כ״י בידי המחבר הנקרא בין משיחיים אגוסטינו גרימאני:

666 R. IVDAS TZEVI', vulgò dictus *Leo de Ceruis* , naſcitur Veronæ, & Chriſto renaſcitur Romæ . Baptizatur in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis ad Montes anno Domini 1625. de more , mutato nomine, vocatur *Auguſtinus Grimanus* . Hic ab Alexandro VII. Pont. Max. initio ſui Pontificatus , erecta noua Hebraica Scriptoria in Bibliotheca Vaticana , inter Hebraicos Scriptores connumeratur . Scripſit librum Hebraicum & Latinum cum hoc titulo - מפתח תורת קדשה *Maphtèach Thoràth Keduſcià Clauis Legis ſanctæ* , ideſt *Sacræ Scripturæ* . Tractat *De modo intelligendi Sacram Scripturam , & quomodo interpretari & exponi debeat* . Reperitur mſc. apud Auctorem , qui ſenio confectus adhuc hodie Romæ ſupereſt .

תרס״ז **רבי יהודה בן קרדניאל** העתיק ספר כוזרי מלשון ערבי אל לשון עברי וזאת העתקה איננה שלמה כמו היתה היא שעשה ר׳ יהודה ן׳ תבון: עיין למעלה אל ר׳ יהודה הלוי בר ר׳ שמואל הלוי: סימן תרמ״ד דף ס׳:

667 R. IVDAS BEN KARDANIE'L , ex lingua Arabica in linguam Hebraicam tranſtulit librum כוזרי *Cuzari* , ſed non ita feliciter , ſicut fecit R. Iudas Aben Tybbòn , de quo infrà . De hoc R. Ben Kardanièl vide ſuprà in *R. Iudas Halleuì Bar Samuelis Halleuì* num. 644. pag. 60.

תרס״ח **ר׳ יהודה בן קריש** חבר ספר׳ מדקדוק וקראו אב ואם:

Caput , ſeù *Princeps Interpretum* , & meritò quidem ; quia ſuit primus eorum , qui Hebræorum libros Arabicè ſcriptos in linguam Hebræam tranſtulerint . Cuius exemplum R. Samuel eius filius ſecutus , egregius Interpres eſt habitus , etiam iudicio R. Moſis Ægyptij , qui מורה הנבוכים *Morè Hannebuchìm Directoris perplexorum* libri à ſe Arabicè compoſiti verſionem Hebraicam ab hoc Rabbi Samuele concinnatam , & abſoluam laudauit , & approbauit .

Vertit itaque hic R. Iudas Bar Saul ex Arabico in Hebræum Opera Grammaticalia *R. Ionæ Ben* גנאח *Ganàch* , nempè ס׳ הרקמה *Sèpher Harikmà* , & ס׳ השרשים *Sèpher Haſciaraſcìm* primam & ſecundā partem abſolutiſſimæ Grammaticæ . Huius Secunda Pars mſc. reperitur in Bibliotheca Vrbinatenſi apud Vaticanum in folio membranaceo ſignato num. 54. & in fine libri pagina 312. teſtatur ſe vidiſſe tres verſiones huius II. Partis ; Primam cuiuſdam *R. Iſaaci Bar Iudæ Barcinonitæ* , *ab* א *Aleph* vſque ad ל *Làmed* ; Secundam *R. Iſaaci Leuitæ* , qui ſimili modo tranſtulit à litera *Aleph* , vſque ad literam *Làmed* : tertiam *R. Salomonis Ben* פרחון *Parchòn* , ſed omnes iſtæ reijciuntur ab hoc Auctore , tanquam alienæ à mente Rabbi Ionæ Ben Ganàch : quia , vel ſuperflua in eis contineantur , vel poſita à Ben Ganàch quandoque ſint eraſa , vel ineptè Hebraicè reddita . In hac autem verſione , inquit hic Auctor in prima pagina prædicti libri mox laudati -

הנה שלמתי העתקת הזה וכו׳ ולא הוספתי על דברי המחברו דבר ולא גרעתי מהם מאומה ; *Ecce compleui Verſionem hanc &c. nec quicquam*

668 R. IVDAS BEN KARISC. Compoſuit librum - אב ואם *Au Veèm Pater & Mater* . Eſt de re Grammatica , cuius meminit R. Abraham Aben Ezræ in ſua Grammatica מאזני לשון הקדש *Bilances Linguæ Sanctæ* .

תרכ״ט **רבי יהודה מרומה** חבר פירוש על פסקי ר׳ יצחק מטיוולי אשר עשה על מסכתות פסחים : יומא ; סוכה ; יום טוב ; ראש השנה ; ומגילה ; וכתבו כ״י על הקלף בוואטיקאנו בין ספרי דוכוס די ורבינו ; סימן ל״ב ;

669 R. IVDAS DE ROMA. Scripſit פירוש *Piruſc Commentaria* in פסקי *Piskè Deciſiones* R. Iſaaci Tiburtini *ſuper aliquot Codices Talmudicos* , nempè *Peſachìm* ; *Iomà* ; *Succà* ; *Iom Tòu* ; *Roſc Haſcianà* ; & *Meghillà* . Reperiuntur mſc. in Bibliotheca Vaticana inter Codices Bibliothecæ Vrbinatis Pergam. in 4. ſub num. 32.

קרע״ט **רבי יהודה בר שאול בן תבון מרמון ספ״רד** אב של ר׳ שמוא׳ ן׳ תבון אשר העתיק מלשון ערבי אל לשון הקודש מ׳ מורה הנבוכים בימי הרמב״ם ווה ר׳ יהודה נקרא ראש המעתיקים : עיין ס׳ שלשלת הקבלה דף מ״א עמוד ב׳ : והוא העתיק מלשון הגר אל לשון העברי המחברת הדקדוק של ר׳ יונה בן גנאח הקרטובי בערבית הרקמה וזאת המחברת נחלקת בשני חלקים חלק הראשון נקרא ס׳ הרקמה וחלק השני נקרא ס׳ השרשים ושלמו העתקת הוא בנקרא ס׳ השרשים במגדל לוניל בשנת תתקל״א לבריאת עולם : עיין בבין ספרי של דוכוס אורבינו אשר נמצאו בוואטיקאנו סימן נ״ד דף ש׳ ודף שי״ב וסוף הספר כ״י על הקלף בדף שלם :

670 R. IVDAS BAR SAVL ABEN TYBBO'N , ſeù TABBV'N Hiſpanus de Granata , dictus ab Auctore *Scialſcèleth Hakkabb.* pag. 41. b. in fine ראש המעתיקים *Roſc hammeatikìm*

quam

ſtola eruditionis didaſcalica ad filiũ ſuum, qua eruditur, ac bonis moribus imbuitur.

Eſt & alia eiuſdem nominis Epiſtola. Vide *R. Kolonimòs*.

Cæterùm hic Auctor viuebat anno mundi תתקל״א 4931. Chriſti 1171. quo anno in Arce לוניל *Lunel* abſoluit interpretationem libri שרשים *Scieraſcim*, vt videre eſt in libro ſuprà cit. pag. 1.

תרע״א ר׳ יהודה ברבי שלמה ן׳ אלחפני המכונה חריזי חבר שער כוונת הפרקים אשר היו בספר מורה הנבוכים ונמצא בתחילת אותו ספ׳ דפוס סביוניטה והעתיק מלשון ערבי אל לשון עברי ס׳ התפוח וס׳ הנפש והוא דיאלוגו בין גאליינו ואוריא״ל על סגולות טובות עם תשובות ונמצא כ״י בלשון לטין בוואטיקאנו סימן ד׳ אלפים תקמ״א בדף קלס ; עיין למעלה דף כ״ו חלק ראשון : וחבר ספר תנחכמוני והם שירים על דרכה ענינים ונחלק בנ״ה שערים ונדפס בקושטנטינה קרית מלך סולטאן מוראד והקהל בירדפום ר׳ עבדיה הנאך בן ר׳ מנחם הכהן ;

671 R. IVDAS BEN R. SALOMONIS BEN ALCHOPHNI', cognomento חריזי CHARIZI' Poëtæ, Hiſpanus, quem nonnulli confundunt cum R. Iuda Ben R. Iudæ אלחריזי *Alcharizi*, de quo vide ſuprà ad num. 603. pag. 27. Scripſit hic Auctor -

שער לבאר ולהודיע כוונת כל פרק ופרק בספר מורה הנבוכים *Sciaàr lebeèr Vlhodìah cheuanàth col Pèrek Vpèrek besèpher Morè hanneuuchìm Tractatum ad cognoſcendum argumenta omnium Capitulorum, quæ continentur in libro Directore perplexorum* R. Moſis Ægyptij. Habetur in initio huius libri excuſi cum triplici Commentario Sabionetæ per manus Cornelij אדיל־קינד *Adil-Kinàd*, ſeù *Kind*, anno ש״ג 313. min. ſupput. Chr. 1553. in fol.

quam addidi verbis Auctoris, neque aliquid ab eis dempſi.

Tranſtulit etiam ex eadem lingua Arabica in Hebræam librum -

חובת הלבבות *Chouàth Halleuauòth Obligationis cordium* R. Bechaij Senioris, de quo vide in I. Par. num. 322. pag. 644. in *R. Bechaij Haddaiàn Ben Ioſephi Pekudà*.

Præterea tranſtulit ex eadem lingua in Hebræam, ſecundùm quod putat Buxtorfius -

אגרת תחיית המתים *Ighèreth techijàth hammethìm Epiſtolam Viuificationis, ſeù Reſurrectionis mortuorum* compoſitam à R. Moſe Bar Maijmonis. Excuſa fuit Venetijs typis Ioannis de Garà an. 361. minor. ſupput. Chriſti 1601. in 8. Et nuper Hanouiç à R. Ioſeph del Medico. Idem Ioſeph del Medico in ſuo magno Opere תעלמות חכמה *Taalumòth Chochmà Abſconditorum Sapientiæ*, inter alia Opuſcula in eo contenta, incluſit etiàm אגרת *Ighèreth Epiſtolam*, quam vocat מאמר תחיית המתים *Maamàr Techijàth Hammethìm Tractatum Viuificationis mortuorum* R. Moſis Bar Maijmonis, quem Typis Baſilæenſibus euulgauit R. Samuel Germanus anno mundi שפ״ט 389. min. ſupput. Chriſti 1629. in 4. & reperitur in I. Tomo pag. 104. Sed in hoc loco apparet, huiuſmodi Tractatum eſſe tranſlatum à R. Samuele Ben Iudæ Aben Tybbòn; à filio, non à patre: vnde videtur corrigendus Buxtorfius, qui ait in ſua Bibliotheca Rabbinica, hanc Epiſtolam Maijmonis ex Arabico in Hebræum verſam eſſe à R. Iuda Aben Tybbòn, qui fuit pater R. Samuelis.

Ipſius ingenij partus fuit -

אגרת המוסר *Ighèreth hammuſsàr Epi-*

Ex Arabico in Hebraicum tranſtulit librum התפוח *Hattappùach Pomi*, de quo vide ſuprà in *Arſattò Ariſtotele* Par. I. pag. 482. col. 2. Excuſus Riuæ Tridenti anno mundi 5322. Chriſti 1562. in 4. Vertit etiam ex eadem lingua -

ספר הנפש *Sèpher Hannèpheſc Librum Animæ*. Eſt Dialogus inter Galenum & מוריא *Mauriam de Virtutibus, & bono regimine ſui ipſius* cū reſponſionibus. Latinè habetur mſc. in Bibliotheca Vaticana ſub num. 4561. pag. 21. b. in fol. Vide I. Par. in *Rabbì Abraham Bar Chaſdài* num. 66. pag. 27. colum. 1. Scripſit -

ספר תנחכמוני *Sèpher Tanchacamonì Librum Sapientis*. Titulus deſumptus ex nomine illius Sapientis, de quo 2. Sam. c. 23. v. 8. Sunt Carmina diuerſi argumenti; diuiditur in 50. שערים *Portas*. Excuſus Conſtantinopoli imperante סולטאן מוראד *Sultano Amurate*, & vt quàm correctè imprimeretur, operam ſuam impendit *R. Obdià* הבאך *Habbaàch Ben Menachèm Haccohèn Sacerdotis*.

רע״ב רבי יהודה בן שמואל ערמא ספרדי עשה פירוש על מסכת אבות

קראו שמו לחם יהודה נדפס בסביוניטה שנת שי״ד:

672 R. IVDAS BEN SAMVELIS ARA'MA HISPANVS. Compoſuit -

פירוש על מסכת אבות *Piruſc al Maſsècheth Avòth Explanationem in Codicem Patrum*, hoc eſt in Capitula Patrum, de quibus egimus in I. Par. nu. 22. pag. 8. quam appellauit -

לחם יהודה *Lèchem Iehudà Panis Iudæ*. Excuſa Sabionetæ anno שי״ד 314. min. ſupput. Chriſti 1554. in 4.

רע״ג ר׳ יהודה בן רבן שמעון בן רבן גמליאל

דיבנה הנשיא ושם רבי ורבינו הקדוש הוא רבי יהודה בן רבן שמעון ונולד בצפורי שנת ג׳ אלפים תתק״פ ביום שמת רבי עקיבא וקראו עליו וזרח השמש ובא השמש: ואמרו שהיה בעת לידתו שמד על ברית מילה ומל אותו הילד אביו ונתנו אל ר׳ אלעזר בן שמוע ללמוד התורה התורה שבכתב ותורה שבעל פה ואחר שקבלה ר׳ יהודה הוה נעשה הנשיא על ישראל וראש הסנהדרין: ובפראם רבינו הקדוש אורך הגלות והסכמת חכמים וחבר המשנה וסדרה אל ששה סדרי׳ שהם זמ״ן נק״ט ר״ל זרעים מועד נשים נזיקין קדשים וטהרות וחבר אותה בשנת ג׳ אלפים תתקמ״ט: ומת רבינו הקדוש שנת כמו ג׳ אלפים תתקנ״ר בצפורי ונקבר בבית שערים כמו שאמר בעל ס׳ שלשלת הקבלה: ובאגרת שמספרת יחסותא דצדיקי דארעא דישראל בצפורי באמר שם רבינו הקדוש ובניו וכו׳ ובנגד הפתח שמערה הוא מצבת קבורת רבינו הקדוש וכו׳: והמשנה ואות נדפסה פעמים הרבה בכמה מקומות עם פירושים ובלי פירוש:

673 R. IVDAS BEN RABBAN SIMEONIS, per excellentiam cognomento רבי *Rabbì*, à dignitate dictus נשיא *Naſsì Princeps*, & ob inſignem ſanctitatem, quam Iudæi ei attribuunt, communiter vocatus רבינו הקדוש *Rabbènu Hakkadòſc Magiſter noſter ſanctus*, fuit de Tribu Beniamin, & ex poſteris Hillelis ſenioris, Auctoris illius celebris Scholæ, quæ à ſuo nomine בית הלל *Beth Hillèl* dicta eſt. De qua vide Par. II. num 477. pag. 784. & ſeqq. Huius aſcendentes vſque ad eumdem Hillelem ſeniorem hoc modo diſponuntur.

1. R. Iudas Hannaſsì, ſeù Rabbènu Hakkadòſc:

2. Rabbàn Simeon Tertius Ben Gamlielis iunioris dicti Iaunenſis.

3. Rabbàn Gamliel iunior filius Rabbàn Simeonis filij Gamlielis ſenioris. Primus Rector Academiæ poſt Templi euerſionem. Eligitur in Iaune vnde Iaunenſis dictus.

4. Rab-

tæ Maria, Anna, & Hermana, ſorores. De Hermana nata eſt Elizabeth mater Ioannis Baptiſtæ, &c. Ibidem. De eadem vide Ioſephum Hebræum libro 2. *De bello Iudaico*, quam ipſe aliquando ab hoſte liberauit. In ea igitur (vt dictum eſt) & ſecundùm quod communiter Iudæi volunt, naſcitur Rabbènu Hakkadòſc, anno quidem incerto, licèt affirment plures priſci Rabbini, eum natum fuiſſe eodem die, quo interfectus eſt R. Akibbà, & de vtroque intelligi velint illud Eccleſiaſt. 1. וזרח השמש ובא השמש *Oritur Sol, & occidit Sol*. Cod. *Kidduſcìn* cap. 4. pag. 72. b. prope principium. Si ſic; cùm R. Akibbà interfectus fuerit ab Hadriano Imperatore in ipſa euerſione Vrbis Bitheræ anno 52. ab excidio Templi ſecundùm quod aſſerit Auctor *Sèder olàm zuttà*, *Iuchaſsìn* pagina 32. 35. b. & *Meòr enàijm* cap. 12. pag. 66: ſequitur inde, quòd Rabbènu Hakkadòſc natus ſit anno mundi 3880. Chriſti 120. qui computus ferè concordat cum temporis ratione à noſtris inita: noſtri enim Chronographi initium Imperij Hadriani ponunt ad annum Domini 120. mortem ad annum 140. ita vt regnarit annos 20. Hunc computum 20. annorum inuenimus imperij Hadriani etiam in *Iuchaſs.* pag. 143. in ipſo initio, vbi וימלך אדריאנום שנת מ״ה אחר החרבן; *Et regnauit Hadrianus anno 45. poſt excidium Templi*. Et paulò poſt: ומת (אדריאנום) שנת ס״ה לחרבן. *Et mortuus eſt* (Hadrianus) *anno 65. poſt euerſionem Templi.* licèt anticipet Imperium ipſius annis ſeptem, ſicut & eius mortem: nam Templum exuſtum eſt anno 68. Chriſti Domini, ſi ei addantur anni 45. poſt exciſum Templum, fiet

4. Rabbàn Simeon iunior Ben Gamlielis ſenioris occiditur à Tito.

5. Rabbàn Gamliel ſenior Pauli Apoſtoli Præceptor.

6. Rabbàn Simeon ſenior, qui in vlnis Chriſtum Dominum ſuſcipere meruit.

7. Hillèl ſenior naſcitur in Babylone, vnde Babylonius vocatus eſt.

Porrò Rabbènu Hakadòſc naſcitur in צפורי *Tzippurrì* Oppido Galilææ in cacumine montis ſito, quod aſpicientibus è longinquo inſtar auiculæ apparet, & hinc fortaſſis huiuſmodi nomen ſortitum fuit: nam צפר *Tzippòr Auicula* eſt; ex ipſo igitur nomine innuitur, quòd haud magnum Oppidum etiam olim fuerit Tzippuri. Ridendi igitur ſunt Talmudiſtæ in *Codice Bauà Batrà* cap. 5, pag. 75. b. qui iactant, quondam in eo (quod ter maximam Ciuitatem vocant) centum octoginta millia vendentium condimenta epularum fuerint. Vide I. Par. pag. 535. col. 2.

De hac ampliſſima Talmudiſtarum Vrbe, quam R. Beniamin in Itinerario vocat שיפוריה *Scippuriam*, & Græci *Sephoram*, & *Sephorim*, fit mentio apud Ioannem Phocam in compendiaria deſcriptione Paleſtinæ, vbi ex Allatij verſione in Symmictis ita legitur n X. *Prima itaq; poſt Ptolemaidem, Vrbs Galilææ Semphori ſita eſt, prorsùs inculta, atque inhabitabilis, nullumque priſtinæ beatitatis præſefert veſtigium*. Nobiliſſima tamen cenſetur, quia in ea nata eſt Beata Anna Mater Virginis Mariæ, & aliæ ſanctæ mulieres, de quibus *In diſtantijs Terræ Sanctæ* Eugeſippus ſic: *Milliario quinto à Nazareth, Sephoris Ciuitas, via quæ ducit Achon. Ex Sephori Mater Bea-*

Hadriani Imper. nempè mundi 3880. Chr. 120. Quo etiam an. ab eodem Imperatore (ſi Talmudiſtis fidem adhibemus) promulgatum fuerat decretum, ne Hebræorum Infantuli ampliùs circumciderentur; quapropter clàm à patre ſuo Simeone circumciditur Rabbènu Hakkadòſc. Ea re cognita, accuſatur coram Imperatore; pergit pater cum vxore, & infantulo, vt adeat Cæſarem; in itinere hoſpitatur in domo patris Antonini, qui tunc temporis natus erat; mater Antonini commutat filium ſuum cum R. Hakkadòſc. Siſtitur Antoninus incircumciſus coram Imperatore loco R. Hakkadòſc, Explorat Imperator an reuera circumciſus ſit puer, inuenit eum incircumciſum, iraſcitur contra Iudicem, qui eum accuſauerat, eumque interficit, & patrem Rabbènu Hakkadòſc liberat, qui ad primum hoſpitium reuerſus cum vxore, reſtituitur Antoninus, & recipitur Rabbènu Hakkadòſc. Et addunt: ob meritum lactis matris Rabbènu Hakkadòſc, quod Antoninus ſuxerat, meruerit addiſcere Legem, inſeruire huic Rabbènu Hakkadòſc, fieri Imperatorem Romanorum, & hereditare præſens, & futurum ſeculum. Hæc Hiſtoria, ſeù veriùs fabula prolixè narratur in lib. *Menoràth Hammaòr*, *Ner* 3. *Chelàl* 2. cap. 2. Ex hac R. Iudæ occulta circumciſione contra Imperatoris decretum patrata, volunt Talmudiſtæ, eum à patre fuiſſe vocatum *Hakkadòſc Sanctum*. At Ieroſolymitani hoc *Sancti* epithetum eidem attributum putant, ob modeſtiæ, & verecundiæ virtutem, שלא שלח ידו מאבנטו ולמטה *quòd manum ſuam ſub cingulo, & deorſum nunquam extenderit*. *Iuchaſsin* pagi-

fiet ſumma annorum 113. vbi deficiunt anni ſeptem ab annis Domini, 120. quo anno imperare cæpit Hadrianus. Idem numerus defectiuus annorum ſeptem recurret, ſi eodem modo mors ipſius Hadriani calculetur. Si autem cum annis mundi, & annis Domini ratio computi ineatur, incidet initium Imperij Hadriani exactè ad annum Domini 120, & mors eiuſdem ad annum 140. nam R. Dauid Ganz in צמח דוד ponit cædem R. Akibbæ ad annũ mundi 3880. ab Hadriano Imperatore illatam; ſi ab his annis tempus Natiuitatis Chriſti 3760. ſubducatur, relinquentur anni 120. poſt Natiuitatem Domini, pro initio Imperij Hadriani, vt aſſignant noſtri Chronographi. Hinc igitur apparet, Bitheram primo anno Imperij Hadriani eſſe deletam, occiſum R. Akibbam, & natum Rabbènu Hakkadòſc, *anno videlicet mundi* 3880. Chriſti 120. qui fuit annus 52. ab excidio Templi. Hinc reijciendus eſt computus R. Abrahami Ben Dauid in ſuo libro Cabalæ Generatione ſecunda poſt excidium Templi, qui euerſionem Vrbis Bitheræ, & necem R. Akibbæ ad annum 73. deſolationis Templi refert, qui quidem cùm recidat in annũ mundi 3901. Chriſti 141. proculdubio apparet, hunc annum incidere in annum primum Imperij Antonini Pij, qui anno Domini 140. habenas Imperij regendas ſuſcepit. Rabbì igitur Akibbas non mortuus eſſet ſub Hadriano, ſed ſub Antonino Pio contra omnes Hebræorum Hiſtoricos. Statuendum itaque eſt ad mentem antiquorũ Hebræorum, necem R. Akibbæ, & natiuitatem Rabbènu Hakkadòſc accidiſſe anno primo

; כריסו ואל ירד לבאר שחת *Quicunque introduxerit manum ſuam infra vmbilicum, abſcindatur. Dixerunt ei: Infixa eſt ei ſpina in ventrem, an non tollent eam? Reſpondit: Non. Nonne venter eius ſcinditur* (ſubiunxerunt)? *Dixit eis: Satius eſt ſcindi ventrem eius, quàm vt deſcendat in Infernum.* Id ipſum reperies in *En Iſraèl* Par. II. pag. 185. b. n. 7. Si hoc eſſet cum periculo Diuinæ offenſæ, non malè diceretur, cùm quid ſimile habeatur in Euangelio Matth. 5. 29. & 30. *Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm vt corpus tuum mittatur in gehennam, &c.* Hoc verò non ad literam, ſed moraliter intelligendum eſt, de remouenda occaſione peccati.

Quòd autem exiſtimant nonnulli cum Galatino lib. 1. cap. 3. Sancti nomen mereri hunc Rabbinum, eò quòd Auctor fuerit illius libri dicti גלי רזיא *Galè rezià Reuelatoris arcanorum* (de quo infrà) in quo de myſterijs noſtrę fidei tam clarè loquitur, quàm ipſe Apoſt. Paulus loquatur. Credibile quidē id eſſet, ſi hoc nomen *Sancti* à Chriſtianis illi inditum fuiſſet, ſed cùm ab Hebræis *Sancti* nomen ei impoſitum ſit, hoc quod à Galatino dicitur, corruit. Enimuerò prædicant omnes Hebræorum Auctores, qui de hoc Rabbino locuti ſunt, eum fuiſſe ſanctimonia celebrem, & meruiſſe recipere in ſua Academia Eliam Prophetam, qui de quæſtionibus Iudaicis ſecum diſputaret, cap. 5. השוכר Codicis עבודה זרה: fides tamen ſit penes eos. Quin tantæ ęxiſtimationis apud eoſdem fuerit, qui eum Meſſiam, vel ſimilem Meſſiæ putarint. Vnde in Codi-gina 45. Et שלא הביט במילתו בימיו *quòd circumciſionis locum nunquā aſpexerit*, vt dicitur Cod. מגילה *Meghilà* Ieroſolymitano, cap. 3. בני העיר *Benè Hair Halachà* 2. pag. 74. col. 1. Idem tranſcriptum reperitur in *En Iſraèl* Par. I. pagina 193. col. 3. circa fin. אף על פי שהיה נשוי *Quamuis vxoratus fuiſſet*, addit Auctor *Iuchaſsìn* loco citato.

Præter cognomen Rabbènu Hakkadòſc, aliud quoque cognomen habuit hic R. Iudas, vocabatur enim נחום איש קדש קדשים *Nachùm Vir Sanctitatis Sanctitatum*, ſeù *Sanctus Sanctorum*. Et cur hoc? Quia Sanctiſſimus erat. At vbi conſiſtebat hæc tam grandis Rabbinica ſanctimonia? Indulgeat benignus Lector præclaræ modeſtiæ Rabbinorum, quia לא הביט בצורת מטבע בימיו *In diebus eius nunquam aſpexerat podicis locum*. Et quomodo id fieri potuerit, explicat Ràu האי *Haài* apud Auctorem libri ערוך *Arùch* ad vocem אמתו. Quia inquit שהיה ידו מלובשת בטלית עבה ושלא בשעת קינוח כי או בצרור יקנח: *habebat manum ſuam indutam panno denſo* (chyrotheca) *nè tempore abſterſionis* (pudenda tangeret) *tunc enim lapillo tergebat*. Vide, vbinam Iudaicam ſanctitatem reponant Rabbini! Multis in locis de huiuſmodi ſanctitatis ſpecię agunt Talmudiſtæ, veluti in Cod. *Sciabbàth* cap. כל כתבי Cod. *Sanhedrìn Ieroſolymitano*, ſed præcipuè in Cod. *Niddà* cap. 2. *Col Haijàd* pag. 13. b. circa med. vbi *R. Tarphòn* adeò rigidus eſt, vt qui manum ſub vmbilico extendere audet, vult, vt ei amputetur. Eius verba ſunt -

כל המכניס ידו למטה מטבורו תקצץ אמרו לו לרבי טרפון ישב לו קוץ בכרסו לא יטלנו אמר להן לא : והלא כריסו נבקעה מפני הקוץ אמר להם מוטב תבקע

ipſum circumciderat, vt de Agno Paſchali comedere poſſet, quia ſcriptum eſt. Exod. 12: 49. *Si quis autem circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo.* Cùm itaque iſta ex ore Rabbènu Hakkadòſc audiuiſſet: אזל וגזר עצמיה אתא לגבי רבי אמר ליה חמי גזורתי וכו׳ *abijt, & circumcidit ſeipſum; venit coram Rabbènu Hakkadòſc, dixitque ei: Vide circumciſionem meam &c.* Idipſum inuenies in *En Iſraël* Par. I. pag. 193. b. col. 1. poſt med. Niſi me fallat memoria, alicubi legi, Antoninum Romanorum Imperatorem ſe proprijs dentibus præputium abſcidiſſe, ſed vbi me id legiſſe, non memini. Quòd ſi huiuſmodi portentum ſcriptum inueniatur, non erit nouum, aut vnicum Talmudis exemplum, quia ſimile quid refertur in *En Iſraël* Par. II. Cod. *Auodà Zarà* cap. 1. num. 26. pag 152. de quodam Gentili nomine קטיעה בר שלום *Kattiàh Bar Scialòm*, qui proprijs dentibus mentulam ſibi abſciderat, & verpus efficitur; en huius loci præciſa verba: *Kattiàh Bar Scialòm* נפל על רישא דערלתיה וקטעה בשיניה וכו׳: *cecidit ſuper caput præputij ſui & dentibus illud ſuccidit &c.* Et in *Ghemarà* Cod. eodem pag. 10. b. circa fin. Ex quo loco huiuſmodi commentum excerptum eſt. In Gloſa ibidem ſuccinctè refertur Hiſtoria hæc Antonini, vbi dicitur, quòd ad exemplum huius Kattiæ מל עצמו *circumcidit ſeipſum*. Hinc non malè inferri poſſet, Antoninum ſeipſum dentibus circumcidiſſe: ne hæc Antonini circumciſio differret à circumciſione Kattiæ, ad cuius exemplum facta eſt. His ineptijs, & ſtultis commentationibus, vniuerſi Talmudis Codices refertiſſimi ſunt.

Sub

dice *Sanhedrin* cap. *Chèlek* pag. 98. b. ver. 5. ante fin. אמר רב אי מן חייא הוא כגון רבינו הקדוש אי מן מתיא הוא כגון דניאל איש חמודות: *Dixit Ràu: Si è viuis (Meſſias ſit) talis eſt Rabbènu Hakkadòſc; ſi è mortuis, talis erat Daniel vir deſideriorum.* Quare, & propter hanc, & propter relatas cauſas, mirum non eſt, ſi per Antonomaſiam, & abſolutè huiuſmodi Rabbinus vocetur *Rabbènu Hakkadòſc Magiſter noſter Sanctus*; vti & nos ſequentes communem Hebræorum vſum, vt ab omnibus faciliùs intelligamur, quia ſapientibus & inſipientibus debitores ſumus, eodem titulo in illius appellatione vtemur. In Miſcnà tamen ſine aliquo addito vocatur *Rabbì*.

Adhuc puer iſte Iudas literis imbuendus traditur à patre cuidam R. Eleazaro Ben שמוע *Sciamùa*, ſub cuius magiſterio adoleſcens Moſaicæ Legis iura didicit,, Cod. *Iomà* c. 8. quamuis non deſint, qui dicant, eum R. Iehoſciuam ben קרחה *Korchà* habuiſſe Præceptorem. *Iuchaſs.* pag. 59. b. Iuuenis ab eodem Ben Sciamùa per χειροτονίαν ordinatur, & inter Magni Synedrij Patres adlectus, eidem poſtea Synedrio præficitur, & Princeps creatur, vnde etiam נשיא *Naſsì Principis* nomen ſortitus eſt in Tiberiade, vbi Magni Synedrij reliquiæ tunc conſiſtebant ex Iaunè, decima & vltima facta translatione. Cod. ראש השנה *Roſc Haſcianà*, cap. 4. Tempore Antonini Pij, M. Aurelij, L. Veri, & Commodi Imperatorum maximè claruit. Omnibus charus, ſed præſertim Antonino, qui eius perſuaſu Apellam effectū, & ad Iudæorum Sacra, in occulto tamen, eum tranſijſſe Iudæi gloriantur. Volunt enim, quòd Antoninus Imperator ſe-

ſum Iuſtinianus Imperator in Nouell. Conſtitut. 146. Titulo *De Hebr. Quomodo oporteat eos Scripturas legere*, eam δευτέρωσιν *ſecundam traditionem* vocat, & quam prohibet in Synagogis legi, his verbis -

Quæ verò Deuteroſis, quaſi ſecundaria traditio ab ipſis dicitur, in vniuerſum interdicimus, vt quæ Sacris libris comprehenſa non ſit, neque deſuper tradita per Prophetas; ſed excerpta quædam virorum contineat, qui terrena duntaxat loquantur, neque quidquam in ſe Diuini habeant Numinis &c. Quibus verbis proculdubio de libro משניות *Miſcnaijòth* Chriſtianus Imper. intelligit, & quantæ auctoritatis eſſe debeat, oſtendit. Iudæi nihilominus librum hunc tanti faciunt, vt non vereantur illum Sacræ Scripturæ nedum æquiparare, ſed etiam præferre, cùm doceant, quicquid in eo ſcriptum, à Deo in Monte Sina traditum eſſe: nam præter Legem נכתבה *Nicteuà Scriptam* in חמשה חומשי תורה *Pentateucho*, etiam תורת שבעל פה *Toràth ſcebaàl pè Legem oralem* in hoc lib. *Miſcnaijòth* compilatam oretenus ei datam fuiſſe, præter omnes antiquiores Talmudiſtas, docet R. Moſes Bar Maijmonis in Proœmio ſui libri הי״ד *Haijàd*, vbi habet Moſen eâ tradidiſſe, oretenus tamen, τῷ Ioſue, Ioſue Senioribus; Seniores Prophetis, Prophetas Viris Synagogæ Magnæ 120; Viros Synagogæ Magnæ, quorum vltimus fuit Simeon Iuſtus, Antigono Sochæo, & alijs ſubſequentibus Viris Synedrij Magni, & ſic deinceps vſque ad Rabbènu Hakkadòſc, qui ne omninò obliuioni traderetur, ac periret, prænarratas ſchedulas hinc inde diſperſas, Imperatoria auctori-

Sub hoc Iudaizante Imperatore Antonino aliquantulum Iudæorum res in melius ſe habere cæperunt: nam antea, ob ingentem cladem ab Hadriano illatam, attritæ admodum erant, eiectis & diſperſis Iudæis per vniuerſas Imperij Romani Regiones, vbi ſine Rege, & Lege viuentes ſub Romanorum iugo, miſerrimam vitam trahere cogebantur. Horum miſertus Rabbì, ſeù Rabbènu Hakkadòſc, Verpi Imperatoris auctoritate fretus, vnum in ea calamitate remedium adinuenire ſtatuit, quo & exulum animi fluctus ſedarentur, & eorum quaquauerſus, vana & ſuperſtitioſa Religio fulcro ſuſtentaretur traditionum Patrum; earum etiam, quibus nullum, aut paruum ſubſidium à Sacris literis peti poterat, niſi *magna vi illis illata*, compoſito volumine Miſcnæ nomine nuncupato, de quo ſit -

De משנה *Miſcnà, ſeù* Δευτερώσει *orali & traditionali Lege*

§. I.

DEcreuit igitur Rabbènu Hakkadòſc priſcorum ſapientum Iudæorum ſchedulas omnes, quibus memoriæ iuuandæ cauſa תורת שבעל פה *Thoràth ſcebàal Pe Oralis Lex* ſcripta erat, atque in diuerſa ſegmenta diſtracta, ſimul colligere, & ex ijs iuſtum volumen componere; ſicut & fecit. Compoſuit itaque volumen magnitudine ſua Vetus Teſtamentum ferè adæquans, quo totum Iudæorum Ius Ciuile atque Canonicum (ſi ita loqui fas ſit) comprehendi cenſetur, quod & מִשְׁנָה *Miſcnà Repetitio Legis* nominauit. Ad cuius ſen-

verba Cuzari adducuntur; ſed verſio Vorſtij ibi eſt corrigenda: nam vbi legitur in textu בית שני *Beth ſceni Aedis ſecundæ*, ipſe legit ב׳ שנים *duobus annis poſt* 530. *cùm ceſſauerat prophetia*, ſumens ב׳ pro numero, & שני pro שנים *annis*. Annus autem 150, ab excidio Templi ſecundi correſpondet an. mun. 3978. & Chriſti 218. Hæc autem ſententia vera eſſe non poteſt, quia ſic compoſita fuiſſet Miſcna à Rabbènu Hakkadòſc poſt mortem ipſius, quod ſtultum eſt proferre. Hoc quidem euidens eſt: quia ſecundùm omnes Auctores tres Imperatores dilexerunt Rabbènu Hakkadòſc, Antoninus Pius, Marcus Antoninus, & Commodus: Abraham in libro Cabalæ pag. mihi 60. ובימיו מת אנטונינוס ומלך אנטיפוס ואחריו קומודוס וכולם כברו ונשאו את רבינו הקדוש כל ימיו׃ *In diebus eius* (ſcilicet Rabbènu Hakkadòſc) *mortuus eſt Antoninus, & regnauit Antipos* (id eſt Marcus Antoninus) *& poſt eum Commodus, omnes honorauerunt, & extulerunt Rabbènu Hakkadòſc, cunctis diebus vitæ eorum.*

Auctor *Scialſceleth Hakkabalà* pag. 32. b. de Rabbènu Hakkadòſc ſic loquitur בימיו היה אנטונינוס קיסר רומה אשר אהב רבינו הקדוש מאד וי״א שגיירו בסתר ומת קודם ר׳ כנראה בראש ע״א ואנטיפוס וקומודוס ב׳ קסרים אחרים אחריו אהבוהו מאד ומלך אחריהם מרקו אבריליאו חתנו של אנטונינו וכו׳׃ *In diebus eius fuit Antoninus Cæſar Romæ, qui dilexit Rabbènu Hakkadòſc valdè; ſunt, qui dicunt, quòd eum Proſelytum fecerit in occulto. Obijt ante Rabbì, vt apparet in principio, de Idololatria. Antipus autem, & Commodus ſubſequentes Cæſares, etiam valdè dilexerunt eundem* (Rabbènu Hakkadòſc) *& poſt eos regnauit Marcus*

ritate collegit, ordine diſpoſuit, in Aphoriſmos ad modum Theſium, ſtylo eleganti, ſuccincto, & ſuccoſo redegit; licèt ex hoc conciſo loquendi genere non minimum incommodi prouenire deprehendatur: nam varios ſenſus ſæpè admittit, ita vt Lectorē in ancipiti hęrere neceſſum ſit. Cui & aliud non minùs noxium incommodum additur, frequens quarundam exoticarum vocum vſus, quæ à textu ſacro omninò alienæ ſunt, & quarum genuina ſignificatio, aut vix, aut difficulter ſine Interpretis beneficio aſſequi Lector poteſt. Hinc Miſcnæ phraſis oritur peculiaris, quam לשון משנה *Linguam*, id eſt phraſim *Miſcnæ* appellitant; de qua etiam quęrimus -

Quo anno Miſcnæ ſyntagma fuerit incæptum, & abſolutum?

§. II.

NOn ſatis clarè conſtat, nec vel inter ipſos Iudæos apparet, quonam anno hoc Miſcnicum Opus fuerit incæptum: multò minus, quo anno fuerit completum, & abſolutum.

Auctor כוזרי *Cuzari* Tract. 3. numero 67. ait וחבר רבי המשנה בשנת ח״ק״ל לשטרות והוא ק״ן לחורבן בית שני אחר חמש מאות ושלשים שנה לחספק הנבואה׃ *Compoſuitq; Rabbì* (id eſt Rabbènu Hakkadòſc) *Miſcnam anno* 530. *Contractuum* (de hoc anno vide ſuprà Par. II. pag. 429. & 430.) *qui fuit annus* 150. *vaſtationis ſecundæ Aedis, quingentis triginta annis poſtquam ſublata eſt Prophetia.* Hanc ſententiam ſequuntur Auctor *Meòr Enàijm* capite 24. pag. 95. & R. Dauid Ganz in *Tzèmach Dauid* ad annum 978. vbi eadem

honorarunt, & extulerunt, vt horum omniũ tempore Iſraëlitæ lætos haberent dies. Hactenus R. Dauid Ganz. Ex hiſce auctoritatibus conſtat, Rabbènu Hakkadòſc floruiſſe tempore iſtorum triũ Imperatorum; & obijſſe ſub Commodo. Commodus autem imperare cæpit anno Domini 182. qui eſt annus mundi ſecundùm Hebræos 3942. Obijt verò idem Commodus anno Domini 194. mun. 3954. quo imperante opus Miſcnicum abſolutum fuit, quod ita oſtenditur. Rabbènu Hakkadòſc naſcitur anno mundi 3880. Chriſti 120. vt ſuprà oſtenſum eſt. Cæpit autem exercere Principatum in Synedrio an. 3910. Chr. 150. ætatis ipſius Rabbènu Hakkadòſc an. 30. & incidit in annum 10. Imperij Antonini Cæſaris. Hoc anno ſuæ ætatis 30. videtur ſtudiosè cæpiſſe colligere ſchedulas antiquarum traditionum, Imperatoris auctoritate ſuffultus, eas paulatim in ordinem redegiſſe, in eiuſmodi labore annos 39. inſumpſiſſe, & tandem abſoluiſſe anno mundi 3949. Chriſti 189. ætatis ſuæ 69. Imperij Commodi 7. ſub quo Imperatore viuere deſijt infra quinque vltimos annos Imperij ipſius, id eſt inter annum Domini 189. & 194. cùm eſſet ætatis ad ſummum annorum 74. His porrò hoc modo ſecundùm temporis rationem ſtatutis, ex principijs etiam Talmudicis, & antiquorum Rabbinorum auctoritate firmatis, aſſerentes Rabbènu Hakkadòſc eodem die, quo Rabbì Akibbà obierit, in lucem prodijſſe, hoc eſt anno mundi 3880. Chriſti 120. vt ſuprà oſtenſum eſt; ſi huic numero addantur anni vitæ Rabbènu Hakkadòſc 74. prodibit annus Chriſti 194.

cus Aurelius gener Antonini, &c. De exteris Hiſtorijs nihil, aut parum ſciunt Iudæi. Neſcit hic Auctor ſeriem Imperatorum Romanorum: nam & Antipum quendam ignotum Imperatorem ante Commodum ponit, deceptus ab Abrahamo Auctore libri Cabalæ ſuprà relato, quem nos interpretati ſumus Marcum Antoninum; & Commodum ante Marcum Aurelium collocat; neſcit enim quòd Commodus fuerit filius Marci Aurelij, & Marcus Aurelius ante Commodum imperarit. Sed quid miramur de inſcitia huius Auctoris, quòd anteponat Commodum Marco Aurelio, filium patri, ſi Conſtantinum Magnum ante Antoninum Pium collocat? Sic enim habet loco cit. nempè pag. 32. b.

קוסטנטין מחזק אמונתם היה בדורו (של רב חונא) בימיו היה אנטונינוס קיסר רומה אשר אהב רבינו הקדוש וכו': *Conſtantinus, qui fidem roborauit illorum* (Chriſtianorum) *fuit in illa generatione* (ſcilicet Ràu Hunnà). *In diebus eius fuit Antoninus Cæſar Romæ, qui dilexit Rabbènu Hakkadòſc &c.* vt ſuprà. Et quamuis cognoſcamus falſitatem iſtarum Chronologiarum, nihilominus cogimur eas aliquando ſequi, vt ex illis aliquam luminis veritatis ſcintillam excutiamus, qua intellectus noſtri acies vtcumque illuſtrata, tempora, quibus priſci Rabbini floruerint, agnoſcamus. *Tres itaque Imperatores fuerunt* (inquit R. Dauid Ganz ad annum 910.) *eius diebus* (ſcil. Rabbènu Hakkadòſc) *Imperator Antoninus, & poſt illum Marcus Antoninus, ac poſt hunc Commodus, omneſque illi decreuerunt perſecutionem aduerſus Chriſtianos. atque beneuolentiam exercuerunt erga Rabbènu Hakkadòſc, eumque tantopere*

anno 3949. *à creatione*, 120. *à deſolatione* (ſcilicet anno Chriſti 189.)

Hanc ſententiam vtpotè probabiliorem, recipiendam eſſe exiſtimo, eamque recepit doctiſſimus Ioſeph de Voiſin in Procœmio *Pugionis fidei*. Corrigendus ideò eſt R. Iſaac Abrauanel in Præfatione ſui libri *Nachalàth Auòth* Ætate 12. vbi ait : Rabbènu Hakkadòſc -

עשה חבור המשנה בשנת שלשת אלפים ותתקל״ט ליצירת העולם וכו׳ : *composuiſſe Syntagma Miſcnicum anno* 3939. *à creatione mundi, &c.* Errant etiam omnes Tabulæ Synagogicæ, in quibus notatur annus decurrens à compoſitione Miſcnæ, vti v. g. hoc anno mundi 5440. Chriſti 1680. à compoſitione Miſcnæ fluxiſſe dicũtur anni 1540. Vnde ſequitur, quòd Miſcna abſoluta ſit an. Chriſti 140, & ætatis Rabbènu Hakkadòſc 20 : quod omninò incredibile eſt, cùm eo anno ad Imperium aſſumptus fuerit Antoninus Pius; neque Rabbènu Hakkadòſc, etiam auctoritate Imperiali vallatus vnico anno ſchedulas colligere, in Academia eas prælegere, ordinare, & Miſcnæ Syntagma abſoluere potuiſſet. Sic corrigendæ cenſentur huiuſmodi Chronographicæ Tabulæ etiam quoad tempora aſſignata in compoſitione Ghemaræ Ieroſolymitanæ, & Babylonicæ, vt infrà videbimus.

Corrigendus eſt etiam locus inſignis Chronologiæ הרב׳א׳ד *Harrauàd* Ætate prima Amoraim, vbi legitur ירד רב לבבל בסוף ימי רבינו הקדוש בשנת ג׳ תתקע״ט וכו׳ : *Deſcendit Ràu in Babel in fine dierum Rabbènu Hakkadòſc in anno* 3979. *&c.* Vel igitur expungendum eſt illud סוף, & legendum אחר, vt legi valeat, quòd poſt dies Rabbènu Hakkadòſc, hoc eſt

poſt

quo anno etiam Commodus Imperator nempè vltima anni die ſtrangulatur.

Abſoluitur itaque Miſcnæ Syntagma anno mundi 3949. Chriſti 189. Ita הרא׳ב׳ד *Harrauàd* in ſuo libro Hakkabalà pagina mihi 60. b. vbi ſic -

וחבר (רבינו הקדוש) המשנה שנת ג׳ אלפים תתקמ״ט שהיא שנת תק״ למנין שטרות ושנת קכ״ לחרבן :

Et compoſuit (Rabbènu Hakkadòſc) *Miſcnam anno* 3949. *qui eſt annus* 500. *Contractuum, & annus* 120. *deſolationis* Templi. In libro *Iuchaſsin* pag. 160. idem ferè legitur his verbis -

ספר המשנה וכו׳ נפתם ונחתם בשנת ג׳ אלפים תתקמ״ט למנין העולם שהיא היתה שנת ת״ק לשטרות ושנת ק״ך לחורבן הבית :

Liber Miſcna &c. abſoluitur & obſignatur anno mundi 4949. *qui fuit annus* 500. *Contractuum, & annus* 120. *Vaſtationis Domus*. R. Menachèm Ben Aharòn in Procœmio ſui libri צדה לדרך *Tzedà ladàrech* de Miſcnà ita loquitur -

ונשלם זה החיבור בשנת ג׳ אלפים ותשע מאות ומ״ט לבריאת העולם שהיא שנת חמש מאות שנה למנין שטרות שהוא תחלת ממשלת אלכסנדר היוני והיא שנת מאה ועשרים לחרבן בית שני שהיה חרבן בעונותינו, בשנת ג׳ אלפים ושמונה מאות ועשרים ושמונה לבריאת העולם :

Et completum eſt huiuſmodi Syntagma (Miſcnicum) *anno* 3949. *à creatione mundi, iſte eſt annus* 500. *numeri Contractuum, qui eſt principium Regni Alexandri Græci* (Macedonis) *& eſt annus* 120. *ab excidio ſecundæ Ædis, quæ propter iniquitates noſtras deſolata eſt anno à creatione mundi* 3828.

Auctor libri *Scialſcèleth Hakkabbalà* pag. 32. b. hoc idem breuiter affirmat והוא חבר המשניות *Et ipſe* (Rabbènu Hakkadòſc inquit) *compoſuit Hammiſcnaijòth* שנת ג׳ אלפים תתקמ״ט לבריאה קכ״ לחרבן

Scialſcèleth Hakkabbalà pag. 33. b. At Auctor Epiſtolæ Itinerariæ Terræ Sanctæ de Vrbe צפורי *Tzippori* dicit שם רבינו הקדוש ובניו רבן גמליאל ורבן שמעון במערה תחת הכפר והמצבה שבנגד הפתח היא מצבת קבורת רבינו הקדוש ופתח המערה מאבן אחד: *Ibi* (ſepultus eſt) *Rabbènu Hakkadòſc, & filij eius, ſcilicet Rabbàn Gamlièl, & Rabbàn Simeon in ſpelunca ſub Villa. Et Titulus qui eſt è regione oſtij, eſt Titulus ſepulchri, Rabbènu Hakkadòſc. Eſt autem oſtium ſpeluncæ totum ex vno lapide.*

Quoad tempus mortis Rabbènu Hakkadòſc corrigendum eſt aliud mendum, in quod lapſus eſt Buxtorfius in Commentario Maſſoretico cap. 5. propè finem, vbi ſic ait: *Nam hic Rabbì Iehudà* (Rabbènu Hakkadòſc) *poſt publicatum Talmud Hieroſolymitanum, eodem anno, aut ſequenti mortuus fuerit.* Hoc verum eſſe non poteſt, alioquin ſequerentur multa incommoda, quæ admitti nullatenus debent: nam non ſub Commodo obijſſet Rabbì, vt tradunt communiter Hebræi cum R. Dauid Ganz, loco nuper citato, dicente: Tres Cæſares fuiſſe in diebus Rabbènu Hakkadòſc, ſed quamplures alios Cæſares tempore ipſius extitiſſent: imò cùm Talmud Ieroſolymitanum abſolutum fuerit à R. Iochanàn anno mun. 4182. Chriſti 422. ſecundùm primam Tabulam I. Par. pag. 82. vel ſecundùm alias Tabulas Synagogicas anno mundi 4239. Chriſti 479. Perſpicuum eſt, Talmud Ieroſolymitanum completum fuiſſe annis 228. vel etiam 285. poſt mortem Rabbènu Hakkadòſc. An verò iſtarum Tabularum computus verus ſit, in R. Iochanàn exactiùs examinabimus.

Ditiſſimus fuit Rabbì, ſed aduerſę va-

poſt mortem ipſius Rabbènu Hakkadòſc, anno videlicet 3979. deſcenderit Ràu in Babel; vel numerus iſte annorum erit corrigendus, mutata litera ע in מ, quæ cùm inter ſe quandam habeant ſimilitudinem, de facili potuit vna pro altera ſumi ע pro מ, & ſcribi תתק'ע'ט 3979. pro תתק'מ'ט 3949. Moueor ad id exiſtimandum, quia ſi anno mundi 3979. viuebat Rabbènu Hakkadòſc, quo anno deſcenderat Ràu in Babel, non tres Cæſares fuiſſent in diebus Rabbènu Hakkadòſc, vt ex antiquioribus aſſerit Auctor צמח דוד *Tzèmach Dauìd* ad annum 910. quarti millenarij ושלשה קסרים היו בימיו קיסר אנטונינוס ואחריו מרקוס אנטונינוס ואחריו קומודוס: *Et tres Cæſares diebus eius* (id eſt Rabbènu Hakkadòſc) *extiterant Cæſar Antoninus; poſtea Marcus Antoninus; deinde Commodus.* Sed diebus eiuſdem extitiſſent ſex Imperatores, tres ſupradicti, & ſubinde alij tres, nempè Pertinax, Antoninus Caracalla, & Macrinus, qui anno Domini 219. pugione confoſſus occiditur, qui quidem annus coincidit cum anno mundi Iudaico 3979. quo ſupponitur Rabbènu Hakkadòſc fuiſſe in viuis. Itaque dicendum, mendum irrepſiſſe in numero annorum, & pro מ'ט poſitum fuiſſe ע'ט, quod nos corrigendum putamus in תתק'מ'ט 3949. nè Auctorè Chronicorum mendacem dicere cogamur. Ergo firmandum, Miſcnam compoſitam fuiſſe anno mundi 3949. Chriſti 189. & Rabbènu Hakkadòſc ſub finem Imperij Commodi obijſſe. Obijt enim, vt dictum eſt, circa annum mundi 3954. Chriſti 194. ætatis ſuæ 74. בצפורי ונקבר בבית שערים *in Tzippori, & ſepultus eſt in Beth-Scearim,* inquit Auctor

vel illo modo, & dicunt; quòd hæc ſit Conſtitutio Moſis è Sina; de quibus etiam nulla datur controuerſia, aut diſputatio.

Tertia Claſſis complectitur Iudicialia controuerſa; de quibus nihil traditione acceptum eſt, ſed cuilibet liberum eſt opinari in hanc, vel illam partem, veluti diſcipuli Hillelis, & Sciammài fecerunt, ex quorum diſſenſionibus (dicunt Rabbini) *facta eſt Lex quaſi duæ Leges*.

Quarta Claſſis complectitur Statuta à Prophetis, vel à Sapientibus ordinata ſingulis ætatibus, vt ſepem, & munimen Legi præſtarent, quæ tranſgredi fas non eſt, quamuis ab his, quas גזרות *Ghezaròth Sententias*, ſeù *Conſtitutiones* appellant, aliquando diſſentiant Sapientes.

Quinta, & vltima Claſſis comprehendit conſuetudines, & vſus communiter receptos, quos nominant תקנות ומנהגים *Tikunnòth & Minhaghìm Conſtitutiones & Conſuetudines*. Huiuſmodi quamplurimæ indicantur in *Miſcnà*, vt cùm dicitur: Statuit Moſes, Hillel, Rabàn Gamliel, aut alius ex Sapientibus, quas tranſgredi nefas exiſtimant. Hæc omnia quinque hiſce Claſſibus comprehenſa ſunt materia huius libri *Miſcnaijòth*, qui quidem diuiditur -

Primò in סְדָרִים *Sedarìm Ordines*, ſeù *Partes*, ſiuè *Tractatus*.

II. Quilibet סֶדֶר *Sèder Ordo*, in varios מַסֶּכְתּוֹת *Maſſachthòth*, aut מַסֶּכְתּוֹת *Maſſicthòth Libros*, ſeù *Codices*.

III. Quilibet מַסֶּכֶת *Maſsècheth* ſeù

letudinis, tredecim fermè annis, arteticis doloribus, & polypi infirmitate laborans, quem Samuel Archinæus præſtantiſſimus Medicus, & Iuriſperitus inſignis ſanitati reſtituit. *Iuchaſs.* pag. 45. Vide *En Iſraèl* Par. II. Cod. *Bauà Metzijà* cap. 7. num. 32. pag. 68. b. & in *Ghemarà* ibid. pag. 84. b. longè poſt med. Sed à Rabbènu ad Miſcnam.

Abſoluto Miſcnæ opere, cæptum eſt ab eodem Rabbènu Hakkadòſc in ſua Academia ordinatim explicari: nam antea, vt legitur in *Toſaphòth* Codice מציעה cap. 4. pag. 86. non ſecundùm ordinem à ſe poſtea diſpoſitum prælegebantur Miſcnaijòth, ſed ſecundùm exigentiam ſchedularum, quæ à diuerſis recipiebantur, vel ſecundùm capacitatem diſcipulorum, modò hoc, modò illud caput permixtim, & confusè ab eodem explicabatur.

Porrò quidquid continetur in Syntagmate Miſcnico, ad quinque Capita, ſeù Claſſes, R. Bar Maijmòn in Præfatione ad ordinem *Zeraìm* redegit, quem ſequuntur reliqui Auctores cum R. Ieſciùa Ben R. Ioſephi Halleuì in *Halichòth Olàm* cap. 1.

Prima Claſſis complectitur -

פירושים מקובלים מפי משה *Explanationes receptas ab ore Moſis*, de quibus nulla omninò mouetur controuerſia, quia expreſsè, vel tacitè in Textu Sacro continentur, vel inde argumentando elici poſſunt.

Secunda Claſſis eſt earum rerum ceremonialium, de quibus dicitur in Miſcna, Hęc eſt, הלכה למשה מסיני *Halachà Conſtitutio Moſis è Sina*; & quarum nulla datur probatio, vti v. g. ſcribendi *Tephillìn*, *Mezuzà*, & *Sèpher Thorà*, hoc

ſeù מסכתא *Maſſichtà Liber* ſiuè *Codex* in diuerſa פרקים *Perakim Capitula*. Et -

IV. Quodlibet פרק *Pèrek Caput* in משניות *Miſcnaijòth*, quaſi in varias *Traditiones & Aphoriſmos doctrinales.* De ſingulis, & ſingulorum materia, & argumento, ac partium coordinatione, & ſymmetria hic aliquid dicemus, & primò -

De סדרים *Sedarìm Ordinibus Miſcnæ.*

§. III.

SEdarìm, id eſt *Ordines*, ſeù *Partes Miſcnæ* ſunt ſex. Primus Ordo vocatur סדר זרעים *Sèder Zeraìm Ordo Seminum*. II. סדר מועד *Sèder Moèd Ordo Feſtorum*. III. סדר נשים *Sèder Naſcìm Ordo Mulierum*. IV. סדר נזיקין *Sèder Nezikìn Ordo damnorum*. V. סדר קדשים *Sèder Kodaſcìm Ordo Sanctitatum*. VI. סדר טהרות *Sèder Taharòth Ordo Purificationum*. Qui quidem *Ordines* memoriæ iuuandæ gratia hiſce duabus dictionibus זמ״ן נק״ט id eſt *Tempus acceptum* per initiales literas comprehunduntur, ita vt ז ſignificet זרעים מ מועד — ן נשים — נ נזיקין ק קדשים & ט טהרות :

De argumentis ad hos ordines ſpectantibus hoc modo loquitur R. Moſes Bar Maijmonis in Præfatione Commentariorum ſuorum in librum Miſcnaijòth -

החלק הראשון במצות המחויבות בצמח הארץ כמו כלאו שמיטה וערלה ותרומות ומעשרות ושאר חקי המתנות: *Pars prima* (ſeù Ordo I. Miſcnę) *eſt de præceptis, quæ obſeruanda ſunt circa Terræ germina, veluti de Heterogeneis; de Intermiſſione; de* (arborum) *præputio; de Oblationibus, & de Decimis, & alijs ſtatutis muneribus.*

החלק השני בפרקי זמני השנה והמועדי׳ ומה שנתחייו׳ בהם והשתנות משפטיה׳ והאסור בהם והמותר ומה שנכון וכו׳: *Pars ſecunda eſt de Temporibus anni, & Feſtis, & circa ipſa obſeruandis, & diuerſis eorum ritibus, quid in eis vetitum, & quid permiſſum, ac rectum ſit; & quæ vnoquoque horum temporum iura, ritus, ac præcepta ſint obſeruanda.*

והחלק השלישי בבעילות והחפרש שיש בדיני בין האנשים והנשים כגון היבום והחליצה והכתובה והקדושין והגיטין ומה שהוא ראוי לומר בכל פרק מהם: *Pars tertia eſt de Matrimonio, & de Iurium diſtinctione, quæ inter Viros & mulieres intercedere poſſunt; vnde agitur de Leuiratu; de Diſcalceatione; de Inſtrumento dotali, de Sponſalibus; de Literis repudij, & quæ dicenda erunt in omnibus hiſce capitibus.*

והחלק הרביעי בדינין ובמריבות שבין אדם לחברו ובסחורות ובמשא ובמתן ובשותפות הקרקעות והדומה לו: *Pars quarta eſt de Iudicijs, & Controuerſijs, quæ inter homines oriuntur in commercijs, creditis, & debitis, in ſocietatibus fundorum, & eiuſmodi alijs.*

החלק החמישי בעניני הקרבנות כפי השתנות משפטיהם ורוב עניניהם *Pars quinta eſt de Oblationibus iuxta diſtinctos earum ritus, atque materias.*

החלק הששי בענין טהרות והפכם : *Pars ſexta eſt,*

propriè ſpectantibus ad ea, quæ è terra naſcuntur, quibus adiunxit -

Sèder Moèd, quoniam talis eſt ordo Sacræ Scripturæ, ſicut dicitur (Leuit. 25. v. 3.) Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, & colliges prouentum eius, & in ſeptimo dimittes eam, &c. *Et poſtea* (Exod. 23. v. 12.) Sex diebus facies opera tua &c. *Et ſubinde* (Ibid. ver. 14.) Tribus vicibus feſtum ages mihi in anno.

Deinde viſum eſt illi de mulieribus priùs agere, quàm de damnis illatis, vt ſic veſtigijs Sacræ Scripturæ inſiſteret, in qua dicitur (Exod. 21. 7.) Et cùm vendiderit vir filiam ſuam in ancillam, &c. (*Et* Ibid. v. 22.) Et cùm rixati fuerint viri, & percuſſerint mulierem prægnantem &c. (Et ibid. v. 28. Et cùm coniſcauerit bos virum, &c. *Et ob hanc cauſam præmiſit Sèder Naſcìm Ordinem Mulierum Ordini Nezikìm damnorum. Liber autem Exodi complectitur hæc quatuor argumenta, ſcilicet argumentum Ordinis Zeraìm, Moèd, Naſcìm, & Nezikìn. Poſtquam autem egerit de hiſce argumentis contentis in libro Exodi, contulit ad argumenta contenta in libro Leuitici*.

Poſt Sèder Nezikìn poſuit librum Kodaſcìm, & poſt eum librum Taharòth, quia hoc modo ordinantur in Scriptura. Præpoſuit autem iudicia de Oblationibus, Iudicijs de pollutionibus, & purificationibus, quoniam de purificationibus priùs agitur in Paraſcià Sectione, Vahì beiòm haſceminì Et fuit in die octaua &c. (Leuit. 9.) Et hæc eſt rationalis connexio & coordinatio VI. סדרים *Sedarìm Ordinum Miſcnæ* inter ſe cum ſuis argumentis ſecundùm mentem R. Moſis Ægyptij -

De

eſt, de Purificationibus, & quæ ipſis contraria ſunt.

Cur autem primo egerit hic Auctor de ſeminibus, poſtea de feſtiuitatibus, deinde de Coniugio, de iniurijs, & damno dato, de Sanctitatibus, & vltimò de Purificationibus, quærendum eſt; & ſubinde quænam connexio inter eiuſmodi diſparatas materias reperiatur. Ad hæc reſpondet idem R. Moſes Ægyptius loco citato, & de his omnibus congruas rationes ibidem aſſignat his verbis והתחיל בסדר זרעים מפני שהוא כולל מצות מיוחדות בזרע הארץ וזרע הארץ הוא מחיה לכל בעלי חיים וכוין שאי אפשר לאדם לחיות בלא אכילת מזון לא יתכן לו עבודת השם ובשביל כך הקדים לדבר במצות המיוחדות בזרע הארץ:

ואחר כך דבר על סדר מועד שדרך סדורם בתורה כן הוא כמו שנאמר שש שנים תזרע שדך ושש שנים תזמור כרמך ואספתה את תבואתה ובשביעית תשמטנה ונטשתה ואמר אחר כן ששת ימים תעשה מעשיך ואחר כן שלש רגלים תחוג לי בשנה ואחר כן ראה להקדים דיני נשים קודם דיני נזיקים כדי ללכת אחרי הכתוב שאמר כי ימכור איש את בתו לאמה וכי ינצו אנשים ונגפו אשה הרה ואחר כך כי יגח שור את איש ובשביל זה הקדים סדר נשים על סדר נזיקין וספר ואלה שמות כולל אלו הד׳ ענינים סדר זרעים וסדר מועד וסדר נשים וסדר נזיקין ואחרי אשר דבר על ענין אלה שמות דבר על ענין ויקרא כפי סדורם: וסדר אחרי נזיקין קדשים ואחריו טהרות שכן סדרם הכתוב והקדים דין הקרבנות קודם דין הטומאות והטהרות שהרי הטהרות התחיל בהם בפרשת ויהי ביום השמיני: *Ideo autem orſus eſt* (Rabbènu Hakkadòſc) *à Sèder Zeraìm, quoniam in eo continentur præcepta, quæ propriè ſpectant ad ea, quæ producit terra; terræ autē ſeminibus nutriuntur animalia; neque fieri poteſt, vt homo ſine alimento viuat, & ſine aliquo culturæ genere Deum colat. Ideò priùs loqui cæpit de præceptis*,

6. תְּרוּמוֹת *Therumòth, de Oblationibus.*

7. מַעֲשְׂרוֹת *Maaſſeròth, de Decimis.*

8. מַעֲשֵׂר שֵׁנִי *Maaſsèr ſcenì, de Decima ſecunda.*

9. חַלָּה *Challà, de Placenta.*

10. עָרְלָה *Orlà, de præputio* (arborum).

11. בִּכּוּרִים *Biccurrim, de Primitijs.*

II. Duodecim Codices ſunt *in Sèder* מוֹעֵד *Moèd* videlicet

1. שַׁבַּת *Sciabbàth, de Sabbatho.*

2. עֵרוּבִין *Eruuin, de commixtionibus.*

3. פְּסָחִים *Peſachìm, de Paſcha.*

4. חֲגִיגָה *Chaghighà, de feſtiuitate.*

5. יוֹם טוֹב *Iom Tòu, de die bono* (feſto) ſeù בֵּיצָא *Betzà.*

6. מוֹעֵד קָטָן *Moèd katàn, de feſto paruo.*

7. רֹאשׁ הַשָּׁנָה *Roſc Haſcianà, de initio anni.*

8. יוֹמָא *Iomà, de die expiationis,*

9. סוּכָּה *Succà, de Tabernaculis.*

De מסכתות *Maſſachthòth, ſeù Maſſichthòth Codicibus, vel libris Miſcnicis.*

§. IV.

מַסֶּכֶת *Maſsèchеth*, ſeù Chaldaicè מַסִּכְתָּא *Maſsichtà* deriuatur à radice נסך, quæ tã Hebraicè quàm Chaldaicè *Libare*, & *fundere* ſignificat. Vnde מַסֶּכֶת *Maſsècheth* in vtraque lingua propriè, & primò eſt *Liciatorium*, Iugum Textoris, eò quòd tegatur tela circumuoluta: nam נסכא *Niſchà* ſpecies telæ eſt auro, vel argento contextæ, qua pro balteo vtebantur mulieres. Confer ערוך *Arùch* rad. קטר Tertiam. Transfertur ad libros, ſeù Codices Miſcnicos ſignificandum; vt ſint quaſi cortices pretioſi, vt putant Iudæi, argento, & auro reconditarum doctrinarum contexti, ad modum baltei in longum protracti, vt faciliùs circumuolui poſſint; hinc etiam Volumina fuerunt vocata מסכתות *Maſſachthòth.*

Diuiditur autem totum Opus Miſcnicum in 63. Maſſachthòth Codices, ſeù libros. Horum 11. reperiuntur in *Sèder Zeraìm*, & ſunt

1. בְּרָכוֹת *Berachòth, de Benedictionibus.*

2. פֵּאָה *Peà, de Angulo.*

3. דְּמַאי *Demài, de re dubia.*

4. כִּלְאַיִם *Chilàim, de Heterogeneis.*

5. שְׁבִיעִית *Sceuiìth, de ſeptimo* (anno).

10. תַּעֲנִיּוֹת *Taaniòth*, *de Ieiunijs.*

11. שְׁקָלִים *Scekalim*, *de Siclis.*

12. מְגִילָּה *Meghillà*, *de Volumine* (Eſther).

III. Septem in *Sèder* נָשִׁים *Naſcìm Ordine fœminarum*, & ſunt.

1. יְבָמוֹת *Ieuamòth*, *de fratrijs.*

2. כְּתוּבוֹת *Chetuuòth, de contractibus matrimonialibus.*

3. קִדּוּשִׁין *Kidduſcìn*, *de Sponſalibus.*

4. גִּיטִּין *Ghittin, de diuortijs.*

5. סוֹטָה *Sotà*: *de declinante* (muliere adulterij ſuſpecta).

6. נְדָרִים *Nedarim*, *de votis.*

7. נָזִיר *Nazir, de Nazaræo.*

IV. Decem item Codices ſunt in *Sèder* נְזִיקִין *Nezikìn Ordine de damnis*.

1. בָּבָא קַמָּא *Bauà Kammà*, *Porta prima.*

2. בָּבָא מְצִיעָא *Bauà Metzià*, *Porta media.*

3. בָּבָא בַתְרָא *Bauà Bathrà*, *Porta poſtrema.*

4. סַנְהֶדְרִין *Sanhedrin*, *de Senatu.*

5. מַכּוֹת *Maccòth*, *de plagis.*

6. שְׁבוּעוֹת *Sceuuòth*, *de iuramentis.*

7. עֵדְיוֹת *Eduijòth*, *de teſtificationibus.*

8. עֲבוֹדָה זָרָה *Auodà Zarà*, *de ſeruitute aliena*, id eſt de Idololatria

9. אָבוֹת *Auòth*, *de ſententijs Patrum.*

10. הוֹרָיוֹת *Horaijòth*, *de documentis.*

V. Vndecim in *Sèder* קָדָשִׁים *Kodaſcìm Sanctitatum.*

1. זְבָחִים *Zeuachìm*, *de Sacrificijs.*

2. מְנָחוֹת *Menachòth*, *de Oblationibus*, ſeù *muneribus.*

3. חוּלִּין *Cholìn, de immundis.*

4. בְּכוֹרוֹת *Bechoròth*, *de primogenitis*,

5. עֲרָכִין *Arachìn*, *de æſtimationibus.*

6. תְּמוּרָה *Themurà*, *de permutatione.*

7. כְּרֵיתוֹת *Cherethòth*, *de exciſionibus.*

8. מְעִילָה *Meilà*, *de præuaricationibus.*

9\. תָּמִיד *Tamìd, de iugi Sacrificio.*

10\. מִדּוֹת *Middòth, de mensuris* (Templi).

11\. קִנִּים *Kinim, de nidis.*

VI. Duodecim tandem Codices ſunt in *Sèder* טָהֳרוֹת *Taharòth Ordine Purificationum.*

1\. מִקְוָאוֹת *Mikuaòth, de conceptaculis* (aquarum).

2\. פָּרָה *Parà, de Vacca.*

3\. יָדַיִם *Iadàim, de manibus lauandis.*

4\. אָהֳלוֹת *Ohalòth, de Tabernaculis.*

5\. נְגָעִים *Negaim, de plagis.*

6\. זָבִים *Zauim, de fluxum ſeminis patientibus.*

7\. נִדָּה *Niddà, de menſtruata.*

8\. טָהֳרוֹת *Taharòth, de purificationibus.*

9\. כֵּלִים *Chelìm, de Vaſis.*

10\. טְבוּל יוֹם *Teuùl iom, de intincto eiuſdem diei.*

11\. מַכְשִׁירִין *Macſcirin, de liquidis.*

12\. עוּקְצִים *Okatzim, de petiolis fructuum.*

Omnes Codices ſunt 63. Qui numerant 60. accipiunt tria בבאות *Bauòth* pro vnico libro; & Maſsècheth מכות *Maccòth* coniungunt cum Codice סנהדרין *Sanhedrìn*.

R. Moſes Bar Maijmonis in Præfatione ſuprà citata horum ſingulorum Codicum argumenta explicat locupletiùs, & rationalem connexionem, quam inter ſe habent hoc modo affert, incipiendo à Maſſachtà Berachòth.

התחיל במסכת ברכות והטעם שהצריכהו להתחיל בה שהרופא הבקי כשירצה לשמור בריאות הבריא על הכונתה שהיא עומד׳ עליו יקדי׳ תיקון המזון בתחילת רפואותיו ועל כן ראה החכם הזה לתתחיל בברכות שכל מי שיאכל אין לו רשות לאכול עד שיברך וראה לסדר בתחילת דבריו ברכות כדי לתקן המזון תקון שיש לו ענין: אח״כ ראה לתקן דבריו כדי שלא יהיה חסר בענין מן הענינים ולפי׳ דבר על כלל הברכות שאדם חייב בהם על המזונות ועל המצות ואין לך מצות שאדם חייב בה בכל יום אלא קרית שמע בלבר ואין נכון לדבר בברכות קש״ קודם שידבר על קרית שמע עצמה לפיכך התחיל מאמתי קורין את שמע וכל מה שנתחבר אליו: אחר כך חזר בענין הסדר ותוא לדבר במצות זרע הארץ והתחיל

במסכת פאה אחר ברכות בשביל שכל המתנות שאדם חייב בהן על הורע לא הורע לא יתחייב בהן אלא אחר קצרו והקמה חייבת בפיאה והיא עדין בקרקע ובשביל זה הקדים לדבר בה:

וסדר אחר פאה מסכת דמאי בשביל שיש בו לעניים זכות כמו שיש להם בפאה וכן אמר מאכילי את העניים דמאי:

ואחר דמאי כלאים שכך סדר הכתוב בסדר קדושים תהיו לא תכלה פאת שדך ואחריו שדך לא תורע כלאים:

וסדר אחר כלאים שביעית והיה נכון להיות מסכת ערלה אחר כלאים שכך סדור׳ בתורה לולי שראה שהערלה אינה מן המצות שאדם מוכרת

לעשותח שכל זמן שלא נטע לא יתחייב בערלח ׃ **והשביעית** היא מן המצות שאדם מוכרח לעשותה ועוד שהשמטה יש בה סדר מיוחד מן התורה ולפיכך הקדים לדבר בשמטה׃

וסדר אחר שביעית כסכת **תרומה גדולה** מפני שהתרומה היא מתנה ראשונה שמוציאין מן הזרע׃

וסדר אחר תרומה **מעשר ראשון** מפני שהוא במעלה שנייה לתרומה כדין הפרשה׃

וסדר אחר מעשר ראשון **מעשר שני** על סדר מעליתן ׃

וסדר אחר כן מסכת **חלה** בשביל שאחר שמוציאין מן הזרע כל אלו המתנות שהם תרומה ומעשר ראשון ושני ואז הטחנוהו ועושין אותו קמח ולשין אותו ואז יתחייב בחלה ׃ וכשהשלים לדבר על הזרע ומתנותיו החל לדבר בענין הפירות ׃

וסדר אחר מסכת חלה מסכת **ערלה** ואח״כ **בכורים** שכך סדרם הכתוב הערלה בספר ויקרא הבכורים בפרשת כי תבא ׃ ועלו מספר החלקים בסדר זרעים לעשתי עשרה מסכתות ׃

Incæpit (Rabbènu Hakkadòſc ſuum Syntagma Miſcnicum) *à Maſsècheth Codice Berachòth de Benedictionibus. Cur autem ſic incipere neceſſe fuit? Ratio deſumitur à Medico: nam ſicut Medicus peritus, cùm bonam valetudinem, quam aliquis habet in eodem ſtatu voluerit conſeruare; primò ei præparat cibum ſuæ complexioni conuenientem; ſic ſapiens iſte vir prudenter incipere, cenſuit à benedictionibus, cùm fas non ſit cuiquam ſumere cibum. benedictione non præmiſſa, quare optimum viſum eſt illi, exordium ducere à benedictionibus, vt ita cibum congruentem, rationali creaturæ rationabiliter præpararet. Deinde viſum eſt illi, nè quicquam ei deeſſet de omnibus benedictionibus, quæ ad cibos, & præcepta ſpectant, idcircò de omnibus benedictionibus ad hominem ſpectantibus, tam quoad cibum,*

quàm quoad alia præcepta egit: at cùm nullum ſit præceptum, quo teneatur homo quotidiè recitare, niſi קירית שמע Kiriàth ſcemaà (*Lectio* Audi) *neque conueniens erat, loqui de benedictionibus* Kiriàth Scemaà Lectionis Audi Iſraël &c. *niſi priùs de ipſo Kiriàth Scemaà loqueretur. Idcirco orſus eſt* (librum Miſcnæ vnà cum primo cap.) *ab illis verbis:* Quando legunt Lectionem Scemaà Audi? *& ab ijs, quæ ipſi coniuncta ſunt. Poſtea reuertitur ad argumentum* Sèder Ordinis, *nempè ad præceptum, de ſemine terræ, & incæpit poſt Berachòth* Maſsècheth Codicem.

II. פאה Pèa De angulo (id eſt de angulo campi non metendo, ſed pauperibus relinquendo poſt meſſem) *quia quicquid tenetur homo circa ſemina, non tenetur niſi poſt meſſem ſpicarum, adhuc in agro exiſtentium, & idcircò primò egit de angulo.*

Et poſt angulum de דמאי Demài de re dubia (id eſt de ſeminibus collectis, de quibus dubitatur an fuerint decimata) *ad quæ item ius habent pauperes, ſicut ad Pèa angulum* (quia de illis comedere poterant) *iuxta illud* (Demài cap. 3. in principio) Cibum dant pauperibus de Demài re dubia.

Poſt Codicem Demài ſequitur Chilàim de Heterogeneis (ſcilicet ſeminibus, duobus, vel pluribus non ſerendis ſimul) *quia eundem ordinem ſequitur Scriptura in Sectione*, Sancti eſtote (Leuit. 19. 2. & ibid. ver. 9.) Non conſummabis angulum agri tui. *Et ſubinde* (Ibid. ver. 19.) Agrum tuum non ſeres Chilàim mixtionibus *diuerſarum ſeminum ſpeciebus.* (Confer lib. Deuter. 22. 9.)

Ordinauit poſt Chilàim Sceuiith (id eſt

quia illicitum erat de ipſarum fructibus veſci), *& poſt Orlà clauſit primum ordinem, ſeù Tractatum Miſcnæ, Codicem* Biccurrim de primitijs *offerendis, quia ſic reperitur in Scriptura* Orlà *in Vaijkrà, &* Biccurrìm *in Sectione* Chi Thauò *de præputijs arborum, in Leuit.* (cap. 19. ver. 23.) *& de primitijs in Sectione*, Cùm ingreſſus fueris &c. (Deuteron. c. 26. v. 2.)

Aſcendit autem numerus partium huius Primi Ordinis Zeràim ad Vndecim Maſſachthòth Codices.

Sequitur *Secundus Ordo*, qui eſt de feſtiuitatibus, cuius connexionem cum ſuperiori, & Codicum inter ſe modo infraſcripto explicat idem R. Moſes Bar Maijmonis.

ואחר כך חלק **סדר מועד** למינין הפרטום כמו שעשה בסדר זרעים והתחיל במסכת **שבת** מפני שהוא קדמון במעלה ומפני שהוא בכל שבעת ימים ותרבה תקופתו בזמן גם בו התחיל בתורה בפרשת מועדות:

וסדר אחר שבת **ערובים** מפני שהוא מענין שבת:

ואחריו סדר **פסחים** שהוא תחילת המצות הנתונות על ידי משה והוא כמו כן מצוה שנייה לשבת בפרשה מועדות:

וסדר אחר כן **שקלים** כמו שנסדרו בתורה;

וסדר **כפורים** אחר שקלים כפי סדורת שמצות שקלים בפרשת כי תשא וכפורים בפרשת אחרי מות ואחר כך בא לסיים דבריו **בשלש רגלים** וקודם זה דבר על פסחים ונשאר לו לדבר על ענין סוכות ושבועים ולא נמצא לו מה שידבר בשביעות אלא דברים מיוחדים בכל יט״ והיא מסכת **ביצא**: והקדים **סוכה** על ביצה לרוב המצות שיש בסוכות ולא נשאר לו מן הפרקים הנזכרים בכתוב אלא ראש חשנה בלבר; ואחרי ביצה דבר על -

eſt Codicem de anno ſeptimo ſcilicet Sabbatico requiei terræ, & intermiſſionis laboris). *At forſan videbatur congruentius ponendum Codicem Orlà, de præputio arborum, poſt Chilàim, quia ſic obſeruat Scriptura. Sed quia* Orlà *non eſt præceptum neceſſarium, quo neceſſitetur homo ad ſui obſeruantiam, niſi tantùm ex ſuppoſitione, quòd arborem plantet; quòd ſi arborem non plantet, non tenetur ad præputium; non tamen tenetur arborem plantare: Vnde huiuſmodi præceptum aliò remiſit; & hic de præcepto anni ſeptimi egit, quia præceptum de intermiſſione. præceptum neceſſarium eſt.*

Poſt annum ſeptimum diſpoſuit Codicem Therumà Ghedolà Oblationis magnæ, *ita dicta, quia eſt prima oblatio, quæ ex ſeminibus terra fit.*

Poſt Therumà poſuit Maſsècheth Codicem Maaſsèr riſciòn Decimationis primæ (quæ primò debebatur Leuitis) *& deinde Cod.* Maaſsèr ſcenì, decimationis ſecundæ *ſecundùm ordinem Scripturæ* (Deuteron 14. 22.) *conſequi voluit.*

Maſsècheth Challà Codicem de Placenta (quam à maſſa ſublatá mulier Sacerdoti offerebat): *nam poſtquam eiuſmodi oblationes ex ſemine factæ fuerint, nempè Therumà, decima prima. & decima ſecunda, eſt in poteſtate domini molitori tradere, vt ex eo fiat farina, quæ in maſſam redacta, tenetur ex ea auferre placentam* (ex Num. 15. 20.)

Poſtquam verò abſoluerit loqui de ſeminibus, & oblationibus eius, cæpit ſermonem inſtituere de fructibus, vnde poſt placentam poſuit.

Maſsècheth Orlà Codicem Præputij arboris (quæ primis tribus annis poſt plantationem, præputiatæ cenſebantur,

ראש השנה וכשהשלים דבריו על המועים האמורים בתורה חזר לדבר על זמני התעניות הנזכרים בספרי הנבואה והם הצומות שתקנו הנביאי וסדר אחר כך ענין תעניות :

וסדר אחר תעניות מגלה לפי שהוא תקון הנביאים שהיו אחרונים לאשר התקינו תעניות:

וסדר אהר מגלה מועד קטן מפני שיש בינו ובין ימי פורים הצטרפות שבשניה אסיר התענית והספד :

וכאשר השלים לדבר על הזמנים והחובותיו וכל מה שנחבר אליהם התם הענין במסכת חגיגה שענינה בחובת שלשה רגלים והניחה לאחרונה בשביל שאינו ענין כללי בשביל שאינו חובה אלא על הזכרים כמו שנאמר יראה כל זכורך ועלו חלקי המאמר בסדר מועד לשתים עשרה מסכתות :

Poſt Ordinem primum ſequitur Sèder II. Ordo *dictus* Moèd de Feſtis, *quem* (Rabbènu Hakkadòſc) *in ſpecies ſuas partitus eſt eodem modo, quo fecerat in* Sèder Zeràim. *Cæpit à* Maſsècheth Sciabbàth Codice de Sabbatho, *quia ipſe eſt primus in excellentia, cùm ſingulis ſeptem diebus recurrat; & in Sectione* Moadòth de Feſtis *in Lege* (Leuit. 23. v. 3.) *primo loco reponatur*.

Poſt Sabbathum collocauit Eruuìm de Commixtionibus, *quoniam illius materia ad Sabbathum pertinet*.

Poſt Eruuìm poſuit Peſachìm de Paſchate, *quoniam præceptorum, quæ Moſi tradita fuerunt, de Paſchate primum eſt, & in Sectione* Moadòth de Feſtis (Leuit. 23. 5.) *à Sabbatho eſt ſecundum*.

Deinde ſequitur Codex Scekalìm de Siclis *ordine in Lege ſeruato*. (Exod. 30. ver. 13.)

Ordinauit autem poſt Scekalìm (Codicem) Chippurrìm de Die expiationum, *Vt ſeruaretur ordo, qui in Lege reperitur: quoniam præceptum de Siclis eſt in*

Paraſcià Sectione Chi Tiſsà Cùm leuaueris &c. (Exod. 30. 12.) *Et de die expiationum eſt in Paraſcià* Acharè moth Poſt mortem &c. (Leuit. 16.) *Poſtea abſoluit ſermonem ſuum in* Scelòſc regalìm Tribus feſtis (quæ ſunt Paſchæ, Pentecoſtes, & Tabernaculorum). *Sed priùs locutus eſt de Paſchate, reſtabat enim loqui de Tabernaculis, & de Pentecoſte, præter parua quædam, quæ cuilibet diei feſto conueniunt, ſuntque ea, quæ Codicem Betzà* (id eſt Oui, quia ab hac voce Betzà Ouo incipit) *componunt. Præmiſit autem Codicem* Succà de Tabernaculis *Codici Betzà propter multiplicitatem præceptorum, quæ in eo continentur. Cùmque nihil ſupereſſet de feſtis, de quibus ſit mentio in Scriptura Sacra, niſi tantùm* Roſc Haſcianà Initium anni, poſt -

Betzà Codicem Oui (qui & Iom Tòu Dies bonus dicitur) *de Roſc Haſcianà Initio anni egit. Et ſic abſoluit omnem ſermonem de duobus feſtis, de quibus in Lege ſit mentio*.

Tum pergens ad tempora & feſta, quorum Prophetæ meminerunt, & ordinauerunt. Quorum primum eſt tempus Taaniòth Ieiuniorum, *ideò de Ieiunijs pertractauit*.

Poſt Ieiunia poſuit Meghillà Hiſtoriam Eſther, *Vtpotè decretam à Prophetis poſterioribus his, qui decreuerunt Ieiunia*.

Et poſtea Moèd katàn Feſtum paruum, *ſeù* Intermedium *collocauit, cùm inter Vtrumque feſtum* Purìm *ſcilicet, &* Moèd katàn *ſit aliqua conuenientia, cùm in Vtroque ieiunare, aut lugere non liceat*.

Cùm autem abſoluiſſet loqui de temporibus ſtatutis pro feſtiuitatibus, & de ijs quæ illis coniuncta erant, & ad eandem pertinebant, compleuit hunc Ordinem Co-

di-

dice Chaghighà de Feſtiuitate, *in eo agitur de tribus itineribus quolibet anno faciendis in tribus feſtiuitatibus* (Paſchatis, Pentecoſtes, & Tabernaculorum) *ab ijs, qui tenebantur comparere coram Domino in loco vbi Arca repoſita erat. Vltimo autem loco eundem Codicem repoſuit, quia de eo non datur præceptum Vniuerſale; cùm præcipiatur tantùm hominibus, vt has comparitiones, & itinera ſuſcipiant S. D.* (Exod. 23. 17.) Conſpicietur omnis maſculus tuus. *Et ſic abſoluuntur Codices huius* Sèder Ordinis Moèd de Feſtis, *numero XII.*

Hic notandum eſt, quòd Codices huius Ordinis non diſponuntur à Maijmonide ſicut hodie communiter diſpoſiti reperiuntur in Miſcnaijòth; forſan tunc temporis ſecundùm quod illos diſpoſuerat Rabbènu Hakkadòſc, ita reperiebantur. Hodie verò mutata methodo: & ſeruato dignitatis & rerum ordine diſpoſiti ſunt, vt ſuprà notatum eſt.

Proſequitur R. Bar Maijmonis, & ab Ordine II. ad III. ſe transfert; materiam, & argumentum Codicum huius Ordinis, qui eſt *de Matrimonio*, ita proponit -

אחר כן חלק המאמר שיש **בסדר נשים** והתחיל במסכת **יבמות** והטעם שהצריכהו להתחיל ביבמות ולא התחיל במסכת **כתובות** תעיון השכל נותן שהיתה ראויה להקדים אבל נעשה זה מפני שהנשואים הוא דבר עומד בראשות אדם ורצונו ואין לבית דין לכוף אדם עד שישא אשה אבל היבום הוא מוכרח לעשותו ולומר לו או חלוץ או יבום והתחלה הדברים המוכרחים הוא הנכון והראוי מן הדברים שאינם מוכרחים ועל כן התחיל ביבמות וסדר אחר כן **כתובות** ואחר כתובות **נדרים** שפרשת נדרים כולה והתבוננות שיש בה הוא נדרי נשים כמו שנאמר בין איש לאשתו בין אב לבתו וכשיהיו הנשואין גמורים ותהיה האשה נכנסת לחפה יש לבעלה רשות להפר נדריה ומפני זה סמך נדרים לכתובות וסדר אחר נדרים **נזירות** מפני שנזירות גם כן מכלל נדרים וכשהאשה נודרת בנזיר יוכל הבעל להפר ולפיכך סידר אחר נדרים נזירות: וכשהשלים לדבר על הנשואים ומה שיתחייב בשבילן מהפרת הנדרים התחיל בענין הגירושין שאחרי נשואין באין הגירושין שהסוטה כשתונה יש לכוף האיש ואשה על הגירושין כמו שאבאר במקומו, וסדר אחר סוטה קידושין ויש לשאול בכאן מפני מה סדר קדושין באחרונה והיה הנכון לחקר מה ולהיות סדורם קודם כתובות ואם תאמר שלא סדרו אותם קודם כתובות בשביל שלא נפריש בין יבמות לכתובות שענינם אחד והוא ענין ביאה ושהיו דבריהם נקשרים ואלו נצרך על כל פנים לסדרו היה כותבו קודם גיטין כדי שיבא על סדר בראשונה קדושין ואחריהם גיטין ויהיה סדורם נכון ותהיה התשובה שסדורם נעשה כך מפני שהיה רצונו לילך על דרך הכתוב שהקדים גירושין קודם נשואין והוא מה שאמר הקב״ה וכתב לה ספר כריתות ונתן בידה ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ומתוך דברי שאמר והיתה לאיש אחר למדנו פרק מפרקי הקדושים כמו שנתבאר בגמ׳ מקיש הויה ליציאה. ועלו חלקי המא׳ בסדר נשים ז׳ מסכתות:

Deinde pergens ad Codices, qui ſunt in Sèder Naſcìm Ordine de Mulieribus, *incipit à* Maſsèċheth Ieuamòth Codice de fratrijs. *Ratio autem, quæ impulit ipſum, vt inciperet à Ieuamòth, & non à Codice* Chetubòth de Inſtrumentis dotalibus. *quem præmittendum eſſe, ratio ſuadebat; attamen fecit ſic, quia Matrimonium eſt res libera in poteſtate hominum ſita, neque vllo modo Iudicum conſeſſus, hominem adigere poteſt, vt vxorem ducat: at in fratriarum iure cogitur homo ad vnum ex duobus* (& auctoritate Senatus) *eidem dicitur: Aut calceum exuas, aut leuiri officium præſtare: & incipere à rebus quæ neceſſariæ ſunt, præſtantiùs, & conuenientiùs eſt, quàm ab ijs,*

quæ

uium, & inter ſe ſint colligati; aut ſaltem videretur collocandus ante Codicem Ghittìn; *vt ſecundùm rerum ordinem priùs poneretur* Kidduſcìn de Sponſalibus, *& poſtea* Ghittìn de Repudijs? *Ad hæc reſpondetur: Ideò huiuſmodi Codices ita diſpoſuiſſe, vt ordinem, quem ſeruauit Scriptura Sacra, ipſe quoque* (Rabbènu Hakkadòſc) *ſeruaret. Scriptura præpoſuit* (Tractatum) de Repudijs *Tractatui* de Matrimonio: *& hoc eſt illud quod dicit Deus ſanctus benedictus* (Deuteron. 24. 1.) Et ſcribet ei libellum repudij, & ponet in manu eius, & dimittet eam de domo ſua. (Ibid. ver. 2.) Et egredietur è domo eius, & ibit, & erit viro alteri. *Ex hoc effatu* (erit viro alteri) *didicimus Caput de Capitibus* (Kidduſcìn Sponſalium) *ſicut explicatur in Ghemarà* (Sanhedrìn pag. 111.) *Comparat moram* (cum viro) *cum exitu eius. Et abſoluuntur partes huius* Ordinis Mulierum *ſeptem* Maſſachthòth Codicibus.

Hæc autem diſpoſitio Codicum huius III. Ordinis Naſcìm à Rabbì Moſe Bar Maijmonis exhibita, videlicet 1. *Ieuamòth*, 2. *Chetuuòth*, 3. *Nedarìm*, 4. *Nazìr*, 5. *Ghittìn*, 6. *Sottà*, 7. *Kidduſcìn*, ab omnibus non approbatur. Neoterici enim Rabbini ita illos diſponunt. 1. *Ieuamòth*, 2. *Chetuuòth*, 3. *Kidduſcìn*, 4. *Ghittìn*, 5. *Sottà*, 6. *Nedarìm*, & 7. *Nazìr*.

De *Sèder Naſcìm* transfert ſe ad *Sèder Nezikìn*, cuius Codices ordinatè collocat, & connexionem rationalem, quam inter ſe habent, hoc modo explicat.

אחר כך חלק המאמר בנזיקין וחלק המסכתא
הראשונה לשלשה חלקים והתחיל בבבא
קמא וענינה לדבר על נזיקין כגון שור ובור
והבער ודין החובל ואין השופט רשאי להקדים דבר
קודם

quæ minimè neceſſaria exiſtimantur. Et idcircò, incæpit (Rabbènu Hakkadòſc) *à Codice Ieuamòth de Fratrijs.*

Poſtea egit de Chetuuòth Inſtrumentis dotalibus, *ſeù* matrimonialibus. *Et poſt* Chetuuòth de Nedarìm Votis. *Quoniam Sectio* de Votis *tota eſt, & intelligitur, quòd in ea ſint vota mulierum, ſicut dicitur* (Num. 30. 17.) Inter virum ad vxorem eius: inter patrem ad filiam eius. *Cùm autem fuerint completæ nuptiæ, & ingreſſa ſub thalamo mulier, tunc extat marito ſuo facultas irritandi Vota eius, & ob id iungitur Codex* Nedarìm de Votis *Codici* Chetuuòth de Inſtrumentis matrimonialibus.

Ordinauit autem poſt Nedarìm Codicem Nazirùth de Naziræatu, *propterea quòd Naziræatus eſt ſub genere Votorum: & cùm vxor Votum vouerit de Naziræatu, poterit maritus eius illud irritare, idcircò poſt Codicem* de Votis *poſuit Codicem* Nazirùth de Naziræatu, de Nazaræis.

Poſtquam compleuerit loqui de Matrimonio, & de his quæ ad Votorum irritationem pertinebant, pergit tractare de Expulſionibus (vxorum); *nam poſt connubia veniunt eiectiones; ſanè quidem ſi vxor de adulterio ſuſpecta reddatur, ius acquirit maritus in vxorem eam expellendi, prout ſuo loco explicabo.*

Poſt Sotà *Codicem* de Muliere declinante (& ſuſpecta de adulterio) *poſuit Codicem* Kidduſcìn de Sponſalibus.

Sunt qui quærant in hoc loco, Cur Codex Kidduſcìn vltimo loco ponatur, cùm videatur congruentiùs præponi Codici Chetuuòth. *Quòd ſi reſponderis, ideò hoc fieri, nè ſeparetur Codex* Ieuamòth *à Codice* Chetuuòth, *cùm de eadem materia quilibet ex his pertractet, id eſt circa Matrimo-*

קודם שיסיר ההזק מבני אדם: ומפני זה הקדים אותה בראשונה על שאר הדינין ואחר כך **בבא מציעה** וענינה לדבר על הטענות והפקרונות ושכירות ודין השואל והשכיר וכל מה שהוא ראוי לחבר לזה הענין כמו שעשה הכתוב שאחר דיני שור ובור והבער וכי ינצו אנשים דבר על ארבעה שומרים ואחר כך **בבא בתרא** וענינו לדבר בחלוק הקרקעות והדינין בענין הדירות המשותפות והשכונות ובטול מקח וממכר במום הנמצא ולדבר בענין הממכרים והקנינים והיאך ראוי לדון אותם והערבות והירושות: וסדר החלק הזה באחרונה בשביל שכולה קבלת ודברי סברות ולא התבאר מן התורה וכשהודיע ענין הדינין התחיל לדבר על הדיינין גוזרי הגזירות והדינין והם: וסדר אחר בבא בתרא **סנהדרין** אבל מסכת **מכות** היא נקשרת בנוסחאות עם מסכת סנהדרין ובכללה היא מנויה ואמרו שבשביל שאמר ואלו הן הנחנקין הדבוק אליו ואלו הן חלוקין ואין זה טעם אמת אבל היא מסכתא בפני עצמה ונסמכה לסנהדרין מפני שאין רשות לבני אדם לענות ולהלקות אלא השופטים בעצמם כמו שאמר הכתוב והפילו השופט והכהו לפניו כדי רשעת במספר: וסדר אחר מכות **שבועות** מפני שבין סוף המסכתא שעברה ותחלת זו המסכתא יש דמיונים בדיניהם ובמשפטיהם והן דומים אלו לאלו כמו שנזכר בגמרא והתבירוה לענין ההוא מפני שהוא גם כן ממעשה הדיינים שאין רשות לכוף על השבועה אלא לשופט וכשהשלים לדבר על הדינים והדיינים וכל מה שהוא מעשה הדיינים מיוחד בו מן המחלוקת וחיוב השבועות בא לדבר בענין **עדיות** ורוב ענין זאת המסכתא הוא לזכות בה כל ההלכות שהעידו עליהם אנשים נדורים נאמנים ושעדותם ראוית לסמוך עליה והוא שער מן הדינים שהעדיות צריך לזוכרם לפני הדיינים וכן כל ערות מהם היו מעידים אותו בב״ה: וסדר אותה אחר מסכת **שבועות** בשביל שמסכת שבועות יש צריך אליה תמיד ועדיות הם חוקעת הדברים שהעידו בם לפני השופטים בעתים ידועים וקבלו אותם מהם אחר כי התחיל לדבר על **ע״א** לפי שענינה דבר מיכרת לשופט שידענו ואז יהיה שלם כשירע נימוסי העבודות ההם וחוקותם ומה שצריך אליהם ואז ידע היאך ידין עליה כי כל מי שיעבוד לכוכב שבתאי בעבודת כוכב

נוגה או יתפלל לכוכב צדק בתפלת מאדים אינו חייב מיתה כמו שבאה הקבלה הברורה והניח זו המסכתא לאחרונה מפני שלא וקרה ענין ע״א אלא באחד מיני אלף ולימים רחוקים: וכאשר נשלם לו מה שהיה צריך אליו השופט התחיל **באבות** ועשה זה לשני ענינים אחד כדי להודיע שההסכמה והקבלה אמת ונכונה וקבלום עם מעם ולפיכך ראוי לכבד החכם מהם ולחושיבו במעלה נכבדת בשביל שהגיעה ההוראה אליו שהוא בדורו כמו אלו בדורם וכן אמרו אם באנו לחקור אחר בית דינו של רבן גמליאל וכו׳: ואמרו שמעון בדורו כשמואל בדורו ובענין זה יש מוסר גדול לבני אדם שלא יאמרו מדוע נקבל משפט פלוני או תקנת דין פלוני ואין הדבר כן שהמשפט אינו לפלוני השופט אלא להקב״ה שצוה אותנו בו כמו שנא׳ כי המשפט לאלהים הוא אבל הכל משפט אחד וקבלות איש מפי איש על חדורות החלופים: והענין השני שהוא רוצה לזכור שמסכתא זו מוסר כל חכם מן החכמים ע״ה כדי שנלמד מהם המדות הטובות ואין אדם צריך לזה הדבר כמו הדיינים שעמי הארץ כשלא יהיו בעלי מוסר אין הזק לכל ההמון אלא לבעליו בלבד אבל השופט כשלא יהיה בעל מוסר וצנוע יזיק עצמו ויזיק לבני אדם לפיכך היה תחלת דבריו במסכת אבות מוסר הדיינין כמו שאמר הוו מתונין בדין וצריך שיוסר השופט בכל הענינים שיש במסכת אבות כגון שיהיה מתון בדין ואל ימהר פסק דין שאפשר שיהיה בדין ההוא ענין נסתר כמו שאמרו ע״ה דין מרומה ואין לנו להאריך הדין כמו כן כשידע שאין בו דבר נסתר שזה נקרא ענוי הדין ויש לו להשתדל בחקירת העדים ולזהר כשעת החקירת שלא ילמדו העדים מדבריו מה שיסייע על ענינה ואין לו ללמד טענה לבעל הריב וזה נקרא עורכי הדיינין ואל יחלל נפשו בהכרת עמי הארץ שמא יהיה לבוז ואל יתעלם מבני אדם עד שלא יוכל לראותו בכל עת שיצרכו אליו שמא יאבד האביון ואל יבקש מנוחה ותענוגים פן יאבד האמת ואל תמשכהו ההאוה ואל יהי רוצה להתקר׳ את חבריו לדין ואל ילהץ עצמו להכנס בדיינות שמא יהיה השוד וצריך להיות מהרר בכל דיניו אחר הפשרה ואם יוכל שלא ופסוק דין בכל ימיו אבל שיעשה פשרה בין שני המדינים הנה מה טוב ומה נעים ואם אינו יכול אז

יחתוך הדין ואל יטריח אבל יתן זמני ארוכים לבעל הריב ויניחהו לבקש על נפשו כל היום ואפעלפי שירבה דברים וידבר הוללות וסכלות ואם אי אפשר זה לפי מה שיראה מטענותם יגזור הדין מיד כמו שאנו רואים רפותינו עושים בענין קשירת הידים והכאה השוטר ללקות ולענוש והפשט הבגדים וקריעת השטרות וקיימות כשימצאו בהם מה שיחייב לעשות זה והרבה כמו זה וכדומה לזו המצוה אומרים וקוב הדין את ההר ועל דרך כלל צריך שיהיה השופט כרופא בקי שכל זמן שיוכל לרפא במזונות לא ירפא ברפואות אבל כשרואה שהחולי חזק ואי אפשר לתתרפא במזונות רפא ברפאות קלות קרובות אל טבע המזון כגון המשקים והמרקחות המבוסמות המתוקנות אם יראה שהחולי יתחזק ואלו הדברי׳ אינם מבנועים אותו ואינם כנגדו והזיר לרפואתו ברפואות חזקות וישקנו רפואה משלשלת כגון סקמוניה וכדומה לו מן הרפואות המרות והרעות כן השופט ישתדל לעשות פשרה ואם אינו יכול ישפוט בנחת נירצה בעל הריב בדבר רך ואם לא יכל מפני אכזריות אחד מהמריבים ושהוא רוצה להתגבר בעול וחמס יתחזק עליו ויהדוך רשעים תחתיו׃ וצריך לשופט שלא ירבה לרדוף אחר העולם ואהבת העושר והמעלה כמו שאמר הכתוב שונאי בצע ואמרו ע״ה מלך במשפט יעמיד ארץ וגו׳׃ אם דומה הדיין למלך שאינו צריך לכלום יעמיד ארץ ואם דומה לכהן המחזיר על הגרנות יהרסנה׃ ואחר שנראה שהשופט צריך לכל אלו המוסרים כדי להוסר בהם אם כן מה נחמד ונכון היה תקון מסכת **אבות** אחרי מסכת **סנהדרים** ומה שנלוה אליה לפי תהיא כוללת אלה המוסרים ועוד נוסף עליהם ענינים אחרים מביאי׳ לידי פרישות מן העולם וככוד העולם ובעליה ומעשה היושר והיראה ובאשר השלים מוסר הדיינים החל לבאר שגיאותם כי כל מי שיש בו טבע בשר ודם אי אפשר שלא יטעה ויחטה ולפיכך סדר **הוריות** אחר **אבות** ובה התם סדר נזקים ועלו הלקי המאמר בנזיקין לח׳ מסכתות׃

Poſtea pergit diuidere Tractatum Nezikìn Damnorum, *primumque Maſſachtà Codicem in tres partes ſubdiuidit* (videlicet in Bauà Kammà, Bauà Metzià, & Bauà Bathrà). *Incipit à* Bauà Kammà Porta prima, *cuius materia eſt de damnis; vt de Boue cornupeta, de Puteo ſeù Ciſterna, de Incendio, & de ijs qui alios lædunt. Neque Iudex quicquã priùs curare magis debet, quàm ab hominibus damnum, & violentiam remouere. Ob hanc cauſam* (Rabb. Hakkadòſc) *de his Iudicijs priùs agere incæpit. Deinde pergit ad* Bauà Metzià Portam mediam, *in qua tractat de obligationibus, depoſitis, conductionibus, & de Iure petentis, atq; mercede conducti, & de alijs, quæ ad hæc referri poſſunt, ſicut facit Scriptura* (Exodi 21. 28. & ſeqq.) *nam poſtquam egerit de Iudicijs Bouis cornupetæ, de Puteo, ſeù Ciſterna* (effoſſa & non cooperta) *& de Incendio; &* Cùm rixati fuerint viri &c. (Ibidem ver. 22.) *ſtatim de quatuor Cuſtodibus* (ſcilicet pecuniæ, aſini, bouis, & ouis, Exod. 22. ver. 7. & ſeqq.) *agit. Tandem deuenit ad* Bauà Bathrà Portam poſtremam, *in qua de diuiſione fundorũ, & de Iudicijs in materia ædium communium, & vicinarum*: de intermiſſione *emptionis, & venditionis* (ſcilicet commercij) *ob labem repertam: agit & de venditoribus, & emptoribus, & quomodo inter eos iudicandum ſit. Tractat etiam de fideiuſſionibus, & hereditatibus. Hanc autem Sectionem vltimo loco poſuit, quia tantùm à traditione dependet, & eius verba ſunt putatiua, nec in Lege* (ſcripta) *explicata reperiuntur. Cùm autem notam feciſſet materiam Iudiciorum, poſtea incæpit loqui de Iudicibus ſententias proferentibus; ſicque poſt* (Codicem) *Bauà Bathrà poſuit* (Codicem) Sanhedrìn de Senatu, & Senatoribus. *Codex autem* Maccòth de Plagis *in quibuſdam exemplaribus vnitus reperitur cum Codice*

San-

Eduijòth de Teſtificationibus *non item*; *Teſtificationes ſiquidem, ſiuè Deciſiones virorum doctiſſimorum retardantur, cùm tantùm teſtificentur coram Iudicibus quibuſdam certis temporibus, & tunc recipiuntur.*

Sequitur poſtea Diſſertatio de Idololatria, *quoniam ea, quæ in ipſa tractantur, ſunt neceſſaria Iudici, vt ea ſciat: & tunc dicetur eſſe perfectus Iudex, cùm Idololatriæ leges, & ſtatuta, ac reliqua, quæ neceſſaria ſunt ad ea, ipſe cognouerit & ſciuerit. Tunc enim cognoſcet quomodo de ipſis iudicare debeat: quoniam quicumque Aſtrum Saturni cultu Veneris colit; aut preces Stellæ Martis Stellæ Ioui recitauerit, mortis reus non eſt, iuxta traditionem claram nobis delatam.* (Aduerte, hunc eſſe communem errorem omnium Talmudiſtarum, quem renouat hìc R. Moſes Ægyptius. Non ita faciebat אלישע בעל כנפים *Eliſcià Bàal Chenaphàim*, qui non eſt tranſgreſſus circa præceptum *Vnum cole Deum*, nè quidem על ערקתא דמסנא *ſuper corrigiam calcei*, quod explicat Ràu אחא *Achà Gaòn* in שאלתות *Sciaalthòth* referente Auctore libri *Iuchaſs.* pag. 31. b.

שלא ישחה עצמו לתקן סנדלו לפני ע״ז אפילו שלא נתכוון הוא כלל לעבודה זרה. Qui non incuruabat ſe corã Idolo etiamſi indiguiſſet aptare calceum, ne videretur ei præſtare honorem, quamuis nihil cogitaret de Idolo.) *Hunc autem Codicem vltimo loco poſuit, propterea quòd caſus de Idololatria raró accidat, & in vno de mille, & longiſſimis temporibus ferè contingat.*

Abſolutis autem omnibus quæ Iudici ſcitu neceſſaria erant, poſuit Codicem Auòth de Sententijs antiquorum Patrum, ſcilicet Rabbinorum. *Hoc autem fecit duplici de capite. Primò, vt notificaret*

Sanhedrin, *partemque illius cenſeri exiſtimant; cuius rei rationem reddunt propterea, quòd* (cap. 11.) Et iſti ſunt qui ſtrangulantur *coniungatur cum* (cap. 3. Maccòth) Et iſti ſunt qui vapulant, *Hæc autem ratio vera non eſt, ſed eſt Codex ſeparatus; coniungitur verò cum Codice Sanhedrìn, quoniam nulli datur facultas affligendi, aut* (virgis) *cædendi homines præterquã ſolis Iudicibus, ſicut dicitur in Scriptura.* (Deut. 25. 2.) Et proſternere faciet eum Iudex, & cædere faciet eum coram ſe ſecundùm menſuram impietatis eius in numero.

Poſt Codicem Maccòth *repoſuit* (Codicem) Sceuuòth de Iuramentis, *quia inter finem illius, & principium iſtius Codicis ſunt quædam ſimilitudines circa lites, & Iudicia vtriuſque Codicis, ſicut memoratur in Ghemarà. Iungitur autem hæc cum illa materia, hac altera ratione, nimirùm, quòd vtraque pertineat ad Iudices: nulli enim datur facultas cogendi aliquem ad iurandum, niſi ſolùm Iudici.*

Cùm autem abſoluiſſet loqui de Iudicijs, & Iudicibus, & de ijs, quæ ad Iudices ſpectabant; Ingreditur ad loquendum circa materiam Eduijòth de Teſtificationibus. *Maior pars materiæ huius Codicis eſt collectio omnium Deciſionum, de quibus teſtimonium perhibuerunt homines doctrina, & moribus egregij, quibus fidem adhibere, & eiuſmodi Deciſionibus adhærere, congruum eſt: nam iſtæ teſtificationes non fiunt, niſi tantùm coram Senatu; quemadmodum quælibet iſtarum olim coram eodem Senatu facta fuerat. Poſuit autem hunc Codicem poſt Codicẽ Sceuuòth, quia Codex Sceuuòth de Iuramentis ſemper neceſſarius eſt; iuramenta enim perpetuò ad illum ſpectant: Codex autem*

dĩtate iudicij, neque feſtinet in ſententiam ferendo; quia forſan in eiuſmodi iudicio occurret aliquid occultũ, ſicut dicunt (Magiſtri) *b. m.* Iudicium ex excelſo eſt. *Neque debemus ſuſpendere iudicium, quando res perſpecta eſt, nec aliquid occultum in ea ſupereſt* (qui enim aliter facit) *vocatur* Innùi Haddìn Afflictio iudicij. *Oportet etiam, vt* (Iudex) *diligenter examinet teſtes, cauere autem debet ab interrogationibus ſuggeſtiuis, neque eos docere debet, quomodo perficere debeant ſuas depoſitiones: nec litigantibus argumenta ſuggerat: nam qui talia agunt, vocantur* Arachè Haddaianin Ordinatores Iudicum. *Nec famĕliariter ſe habeat cum plebeis, nè contemptui habeatur: non tamen ſe abſcondat ab hominibus, neque difficilem ſe præbeat in audientijs, quando opus eſt, partes audire, nè pereat* (cauſa) *pauperis. Nec otio ſe dedat, & oblectationibus, nè pereat veritas. Non ſequatur proprium deſiderium, nec ſocios præire contendat ad iudicium, nec ſit feſtinus in ferenda ſententia, nè reddatur ſuſpectus.*

Neceſſe eſt, vt ſemper partes ad concordiam hortetur, quòd ſi ſpes concordiæ ſuperſit, nunquam ſententiam proferat; quòd ſi, ipſo mediante, inter partes tranſactio fiet, & concordia, ò quàm bonum, & iucundum erit! quòd ſi fieri nequeat, ius dicat, (partes) *tamen non vrgeat, ſed reo aſſignet tempora longa, & relinquat eum, vt apud ſemetipſum ſpatium habeat cogitandi, & ſibi prouidendi commodum: & quamuis verba inſana, & ſtolida multiplicet* (patienter ferat). *Et ſi hoc efficere nequeat: ſecundùm quod ipſe viderit ex eorum argumentationibus, ſtatim ſententiam ferat, quemadmodum videmus noſtros Magiſtros feciſſe aliquando, cùm iuſ-ret conuenientiam* (omnium Sapientum in vna doctrina) *& traditionem veritatis congruentem, quam alter ab altero recepit, veram eſſe, & congruentem. Quapropter maximè decet, virum doctum honore aſſici, eiuſque excellentiam venerari, cùm ad ipsũ peruenerit eiuſmodi traditio; & in generatione ſua ipſe ſit ſicut in decurſis generationibus illi fuerunt. Hinc eſt quod dixerunt:* Num veniemus ad inquirendũ (iudiciũ) poſt Tribunal Rabbàn Gamlielis &c. (cùm & nos tot ſimilia Tribunalia habeamus). *Et iterum: Samſon in æuo ſuo* (fuit) *ſicut Samuel in æuo ſuo* (hoc eſt eadem traditione, & lege vterque Iſraëlem iudicauit). *Inde maximum documentum eruere debent homines, ne dicant: Cur iudicium à tali N. recipiemus, aut ab N. conſtitutionem? Sed non ita eſt: nam iudicium non eſt talis Iudicis, ſed Dei ſancti benedicti, qui nobis iuſtè iudicare præcepit, S. D.* (Deuter. 1. 17.) Quoniam iudicium Deo (eſt) illud. *Vnde omne iudicium vnum eſt, quòd vnus ab alio per continuatam auctoritatis propagationem* (à Deo) *recipit.*

Secundum, vt in hoc Codice referat moralia dicta omnium Sapientum b. m. vt ab illis bonos mores addiſcamus. Neq; iſta alijs adeò neceſſaria ſunt quàm Iudicibus: ſiquidem plebeij, ſi probis moribus haud inſtructi ſint, non omnibus, ſed tantùm ſibimet ipſis afferunt nocumentum; at Iudex, ſi probus non fuerit, non ſolùm ſibi, ſed & alijs detrimentum infert, ideò in hoc Codice ſententiarum Patrum in ipſo exordio inſtruit Iudices, quando dicit (Auòth cap. 1. 1.) Eſtote tardi in iudicio. *Neceſſe igitur erit, quòd Iudex ſit bene inſtructus in ijs omnibus, quæ in Codice Auòth pertractantur, præcipuè in tar-*

ci, Vt omnibus his moribus benè inſtructus ſit. Itaque congruè, & aptè poſt Codicem Sanhedrin, *& ea, quæ ab eo dependent, appoſitus eſt Codex* Auòth, *qui eruditiones has omnes continet, & alia multa, quæ perducunt ad abſtinendum à rebus mundanis, ad amplectendum opera pietatis, & ad timorem* (Domini). *Cùmque perfeciſſet agere de moribus Iudicum, incæpit eorundem explicare errores: quoniam cùm vnuſquiſque caro, & ſanguis ſit, Vt non peccet & erret, naturaliter impoſſibile eſt. Ideò poſt* Auòth *ponit Codicem* Horaijòth de Documentis. *Sicque obſignauit* Sèder Nezikin Ordinem de Damnis, *qui quidem octo* Maſſachthòth Codicibus *clauditur*. Hi enim ſunt: *Bauà Kammà; Bauà Metzia; Bauà Bathrà*, ſub vno Codice, ſecundùm ſuam ſententiam; 2. *Sanhedrìn*; 3. *Maccòth*; 4. *Sceuuòth*; 5. *Eduijòth*; 6. *Auodà Zarà*; 7. *Auòth*; & 8. *Horaijòth*.

Abſoluto Quarto *Sèder Nezikin Ordine de Damnis*, pergit Rambàm ad V. Ordinem, nempè ad *Sèder Kodaſcìm Ordinem Sanctitatum*, & eodem modo, quo in alijs Ordinibus fecerat, ſic & in hoc Ordine facit, materiam, argumentum, & connexionem Codicum explicando his verbis.

ואחר כך חלק המאמר בענין קדשים והחל בקרבנות הכהנים שהם מסכת **זבחים** ואחר זבחים **מנחות** כפי סדורם בתורה וכשתשלים ענין זבחי קדשים ומה שנלוה אליהם דבר על ענין **שחיטת** שאר הזבחים על סדר הכתוב שהרי אחר שאמר והיה המקום אשר יבחר ה׳ שמה תביאו וגו׳: א׳ רק בכל אות נפשך תזבח ואכלת בשר: והביא אחר מנחות **חולין** ואחר חולין **בכורות** על סדר הכתוב כמו כן כי אחר שאמר רק בכל אות נפשך אמר לא תוכל לאכול בשעריך מעשר דגנך

iuſſiſſent ligari (reorum) *manus, Vocari executorem flagellationis & punitionis, Veſtibus ſpoliari, ſyngraphas teſtibus ſignatas ſcindi, cùm appareret in eis ita neceſſariò fieri debuiſſe, vel ſimilia in alijs eiuſmodi multis* (caſibus) *fieri debere. Et de huiuſmodi Iuſtitiæ celeri exequutione, dicunt:* Perforabit iudicium montem. *Compendio: Neceſſe eſt quòd Iudex ſit tamquam peritus Medicus, qui* (ægrotum) *cùm poſſit mederi alimentis, non Vtitur medicamentis; quòd ſi morbus ingraueſceret, nec alimentis mederi poſſe, perſpexerit, medetur medicamentis leuibus, & quorum natura ad alimentorum naturam accedunt, Vt ſunt ſyrupi, & condita aromatica dulcia. Quòd ſi adhuc morbum Viderit conſiſtere fortiùs, & augmentum acquirere, neque his medicamentis poſſe ſuperari, tunc vtitur medicamentis validis, &* (ægroto) *propinat medicinam ſolutiuuam Veluti ſcammoneum, & id genus ſimilia medicamenta validiora: ſic Iudex operam dare debet vt partes inter ſe* (media tranſactione) *concordiam ineant; quòd ſi hoc fieri non poſſit, leniter iudicabit, & blando ſermone reum excipiet; quod & ſi hoc propter ferociam alterius litigantium minimè liceat Volentis Violenter opprimere, & iugum imponere* (ſocio), *tunc contundat impios ſub ſe* (Iob 40. v, 7.) *Porrò neceſſe eſt, nè Iudex nimium ſectetur mundana, & diuitias diligat, & excellentiam, ſicut dicit Scriptura* (Exod. cap. 18. 21.) Odio habentes auaritiam. *& dixerunt Rabbini noſtri b. m.* Rex Iudicio ſtabiliet Terram &c. Si Iudex ſimilis ſit Regi, qui nullius rei eget, ſtabiliet terram; ſi verò ſimilis ſit Sacerdoti, qui circuit horrea, vaſtabit illam. *Ex his igitur apparet, quàm opus ſit Iudi-*

uit c. 1. & ſeqq. & c. 2. 1. & ſeqq.) *Abſolutaq; materia Sacrificiorũ ſanctorum, & ijs ad eã pertinentibus, loquitur de mactatione reliquarum Victimarum iuxta Scripturæ ordinem : nam poſtquam dixerat* (Deuter. 12. 14.) In loco, quem elegerit Dominus , eo adduces &c. *addit* : Tantummodo omne , quod deſiderat anima tua mactabis, & comedes carnem.

Poſt Codicem Menachòth *poſuit Codicem* Cholìn de Immundis , *& poſt* Cholìn Bechoròth de Primogenitis *Scripturæ ordinem ſecutus. Quoniam poſtquam dixerat :* Tantummodo omne, quod deſiderat anima tua &c. *ſubiunxit* (Ibid. v. 17.) Non poteris comedere in portis tuis decimam frumenti tui , & muſti tui , & olei recentis tui , & primogenita bouis tui , & pecoris tui . *Cùm autem abſoluiſſet loqui de materia rerum ſanctarum, aggreſſus eſt loqui de pecuniarum æſtimationibus, quæ ſancta ſunt , & ſic poſt Bechoròth, repoſuit Codicem* Arachìn de Æſtimationibus , *& poſt Arachìn*, Themurà de Permutatione , *ſecundùm ordinem , qui in Scriptura Sacra apparet . Poſtquam autem abſoluerit eiuſmodi Tractatus, adduxit Codicẽ* Cherethòth de Exciſionibus, *in quo tractat de omnibus præceptis, quæ ex Lege obnoxia ſunt exciſione , & de alijs ad eandem materiam pertinentibus . Ratio autem cur in hoc Codice de Sanctitatibus hanc ſpeciem præcepti poſuerit , eſt : quia quodcunque peccatum ſuperbè commiſſum , quod punitur pœna* Carrèth Exciſionis, *idem peccatum ex errore patratum punitur pœna* Chattàth Sacrificij pro peccato , *paucis quibuſdam exceptis , vt ibidem explicatur.*

Adducit autem poſt Cherethòth. Meillà de Tranſgreſſione , *propterea quòd res , quæ*

תירושך ויצהריך ובכורות בקרך וצאנך ׃ וכשהשלים לרבר בעניני הקרושות סדר דמי הערכין שהם כמו כן קדש והביא אחר בכורות **ערכין** ואחר ערכין **תמורה** על פי סדורם בכתוב כמו כן וכשהשלים לדבר על המינין האלו הביא אחר כן מסכת **כריתות** ודבר בה על כל המצות שיתחייב בהם כרת וכל הנלוה לאותו הענין והטעם שבשבילו סדר המין הזה בקדשים שכל דבר שחייבין על זדונו כרת חייבין על שגגתו חטאת אלא במעט כמו שיתבאר שם והביא אחר כריתות **מעליה** מפני שהדברים שחייבין עליה מעילה יותר קלים מהדברים שחייבין עליהם חטאת והביא אחר מעלה מסכת **תמיד** והניח אותה באחרונה בשביל שאין בה דבור לא על דרך חכמה ולא על איסור ועל התר אלא ספור שהוא אומר היאך היו מקריבין התמיד כדי לעשות בן תמיד והביא אחר תמיד **מדות** ואין בו ענין אחר אלא ספור שהוא זוכר מדת המקדש וצורתו ובנינו וכל ענינו והתועלת שיש בענין ההוא כי בשיבנה במהרה בימינו יש לשמור ולעשות התבנית ההוא והתבניות והצורות והערך מפני שהוא ברוח הקדש כמו שאמר הכל בכתב מיד ה׳ עלי השכיל ׃ וכשהשלים לדבר בקרבנות הבהמות וכל הכלות אליהם ותבנית הבית שמקריבין בו אותן הקרבנות סדר אחריו מסכת **קנים** ואין ענין במסכתא הזאת אלא לדבר בתערובי העופות כשיתערבו קרבנות העופות אלו עם אלו והניח זה הענין באחרונה מפני שאינו מוכרח לפי שאפשר שיתערבו ושלא יתערבו ועוד שהדבור עליו מעט מוער כמו שיתבא׳ במקומו ובהם חתם סדר קדשים ועלו חלקי המאמר בסדר קדשים י״א מסכתות ׃

Deinde ſermonem diuiſit (Rabbènu Hakkadòſc) *in materias ad Sanctitatem ſpectantes* (quas vocauit) Kodaſcìm Sanctitates , *facto initio ab Oblationibus animaliũ Sacerdotibus faciendis ; ideò incæpit à Cod.* Zeuachìm de Sacrificijs , *& poſt Sacrificia collocauit Cod.* Menachòth de Muneribus, ſeù *alijs* Oblationibus *ſecundùm ordinem, qui ſeruatur in Lege* (Le-

quæ ſubiectæ ſunt Meillà Tranſgreſſioni, *leuiores ſunt ijs, quæ ſubiectæ ſunt* Chattàth Sacrificio pro peccato. *Et poſuit poſt Meillà Cod.* Tamid de Iugi Sacrificio, *eumq; in fine collocauit; quoniam in eo non tractatur ſcientificè, neque de illicitis, aut licitis, ſed tantùm narratur modus, quo offerri ſolebat Sacrificium, vt ritè illud iugiter offerretur. Poſt Tamid collocauit* Middòth *Codicem* de Menſuris, *cuius non eſt alius ſcopus, quàm vt menſuram Sanctuarij* (id eſt Templi Ieroſolymitani) *eiuſque figuram, ædificium recenſeat, & ſtructuram deſcribat; cuius vtilitas hæc eſt, vt cùm poſt hac ædificabitur, quod citò, & in in diebus noſtris ſit* (vana & inutilis Iudæorum ſpes, & expectatio) *obſeruetur in eo eadem figura, exemplar, & proportio, pro eo quòd eadem à Spiritu Sancto dictata fuerit, S. D.* (1. Paralip. 28. 19.) Omnia in Scriptura de manu Domini ſuper me intelligere fecit &c. *Cùm autem abſoluiſſet ſermonem de oblationibus animalium, & de omnibus, quæ ad eas ſpectabant, & de exemplari domus, in qua offerendæ erant ipſæ oblationes, ordinauit ſubinde Codicem* Kinim de Nidis, *cuius intentio in hoc Codice nulla alia eſt, quàm vt loquatur de mixtionibus auium, cùm miſceantur huiuſmodi oblationes auium aliæ cum alijs. Hanç autem materiam in fine repoſuit, quia non eſt de re prorsùs neceſſaria, quoniam vel commiſceri poſſunt, vel non commiſceri. Deinde quæ ad hæc ſpectant admodum pauca ſunt, quemadmodum ſuo loco explicabitur; & in iſtis obſignauit* Sèder Kodaſcim Ordinem Sanctitatum. *Aſcendunt autem Sectiones Ordinis Kodaſcim ad vndecim* Maſſachthòth Codices. Iſti ſunt: 1. *Zeuachim*; 2. *Menachòth*: 3. *Cholin*; 4. *Becho-*

ròth; 5. *Arachin*; 6. *Themurà*; 7. *Cherethòth*; 8. *Meillà*; 9. *Tamid*; 10. *Middòth*; & 11. *Kinim*.

Poſt *Sèder Ordinem* V. Miſcnæ ſequitur *Sèder Ordo* VI. & Vltimus *Taharòth de Purificationibus*, cuius Codicum materiam & argumentum hoc modo explicat idem R. Moſes Ægyptius -

אחר כן חלק המאמר בטהרות והתחיל במסכת כלים ועניננו שהוא כולל עיקרי הטומאות ולזכור כל מה שהוא מקבל טומאה ואינו מקבל טומאה כי כשיזכור לנו מה שהוא מקבל טומאה נדע כל הדברים שהם מקבלי' טומאת שאינם מקבלים והביא אחר כלים אהלות ועניננו לדבר על טומאה מת והקדי' זאת המסכתא בשביל שהיא קשה מכל הטומאות ואחריה נגעים ועניננו שהוא מדבר בטומאת צרעת שהמצורע יטמא באהל ויש בו קצת דמיון מטומאת מת כמו שיתבאר במקומו: וכשהשלים טומאת מת הדומה לו בא לדבר בענין טהרה והוא פרה הדומה והביא אחר נגעים מסכת פרה וכשהשלים לדבר על הטומאות החמורות והיאך ענין טהרתם דבר בענין הטומאות הקלות שאין בם אלא הערב השמש: וסדר אחר פרה מסכת טהרות וקרא שמה טהרות בלשון נקיה שהדבור בה הוא בטהרת הטומאה ועוד שידיעת הטומאות מצרך לדעת ענין טהרה ושמא יחשוב החושב שענין קריאת שם הסדר סדר טהרות יקרא שם מסכתא ממנו טהרות שהיא תפישה על המחבר ואנו אומרים שאינו תפישה אצל חכמי ההגיון שהם קוראין המין הפרטי בשם המין הכולל אותו: וכשהשלים הטומאות החמורות והיאך תעלת הטהרה מהם ודבר על טומאות קלות הביא אחר כך דיני טהרה וסדר אחר טהרות מקוואות והניח נדה אחר כל אלו הטומאות מפני שאינה טומאה כללית לכל מין האדם וסדר אחר מקואות נדה ואחר נדה מכשירין והנכון היה לסדר אחר נדה זבין אבל הקדים מכשירין על זבי' כמו שהקדימו הכתוב שהרי מכשירין בפרשה ויהי ביום השמיני וגו': והזבים בפרשת זאת תהיה תורת המצורע

יה

המצורע ؛ וסדר אחר זבים **טיבול יום** כמו שאמר הכתוב זאת תורת הזב ואשר תצא ממנו שכבת זרע ואלו הטומאות המוקדמות כולן הן בוללות הגוף רל״ כשיגע בהם אדם יטמא כל גופו ובשביל זה בא לדבר על טומאת כל אבר ואבר מפני עצמו : וסדר אחר טבול יום **ידים** ואחר ידים **עוקצין** והניחה לאחרונה מפני שהוציאות בדרכי הכברא ואין להם עקר נכתוב ובה חתם ספרו ؛ ועלו הלקי מהאמר בטהרות לשתים עשרה מסכתות ؛ והיו מספר כל מסכתות המשנה ששים ואחת ופרקים חמש מאות ושלשה ועשרים ؛

Poſtea diuiſit Tractatum Taharòth de Purificationibus, *& orſus eſt à Codice* Chelìm de Vaſis, *eò quòd comprehendat fundamenta immunditiarum; & ad rememorandum ea, quæ immunditiam recipiunt, quibus perpenſis, cognoſcentur quæ recipiunt, vel non recipiunt immunditiam. Poſt Chelìm affert Codicem* Ohalòth de Tabernaculis, *in eo agit de immunditia, quæ contrahitur ex contactu mortui: præmiſit autem hunc Codicem, quia hæc præ cæteris immunditijs grauior eſt. Et poſt eam poſuit* Negaìm de Plagis, *in quo agitur de immunditia lepræ, quoniam leproſus tentorium polluit, eſtque in ea aliqualis ſimilitudo cum immunditia* (contracta ob contactum) *mortui, quemadmodum declarabitur ſuo loco. Abſoluta autem tractatione de immunditia à contactu mortui contracta, aliaque ei conſimili; ingreditur ad agendum de purificatione, quæ fit* (per cineres) *Vaccæ rufæ, vnde affert poſt Codicem Negaìm* Maſsècheth Parà Codicem de Vacca. *Et poſtquam compleſſet loqui de immunditijs grauioribus, & de illarum purificatione, egit de immunditijs leuioribus, quibus* (duratio) *non datur vltra occaſum Solis, & ordinauit poſt Parà* Maſsècheth Taharòth Codicem de Purificationibus. *Vocatur autem Taharòth à voce* Nakijàh Munditiei. *quòd in eo de munditie diſquiratur, nam ex cognitis immunditijs neceſſe eſt vt munditiei materia agnoſcatur.*

Quòd ſi fortè aliquis exiſtimet carpendum eſſe Auctorem (Miſcnæ) *quod idem nomen huic Sexto Ordini, & Quintæ Sectioni eiuſdem impoſuerit, videlicet Sèder Taharòth, & Maſsècheth Taharòth; nos reſpondemus, nullum eſſe inconueniens, duo inter ſe ſubalterna eodem nomine appellari, veluti videmus apud Logicos eandem ſpeciem, & genus nuncupari. Abſolutis immunditijs grauioribus; & quomodo ex eis ad puritatem deueniatur, loquitur de immunditijs leuioribus, & adducit iura munditiei. Poſteà ponit Codicem* Mikuaòth de Conceptaculis aquarum. *Codicem autem* Niddà de Muliere menſtruata *poſt hoſce omnes immunditiarum ſermones repoſuit, quia ipſa ad vniuerſum humanum genus non pertinet,* (ſed tantùm ad mulieres). *Poſuit autem Codicem Niddà poſt Codicem Mikuaòth, & poſt Niddà poſuit Codicem* Machſcerìn de Liquidis diſponentibus ad immunditiam, *quamuis congruentiùs videretur poſt Codicem Niddà ſubiungi Codicem* Zabìn de Fluxum ſeminis patientibus, *præponit tamen Codicem Machſcerìn Codici Zabìn, quia ſic fecerat Scriptura: nam Machſcerìn reperitur in Paraſcià Sectione* Vahì bijòm haſcemìnì Et erit die octauo &c. (Leuit. 9. v. 1.) *& Zabìn in Sectione;* Zoth thiè Thoràth Hammetzoràa &c. Hæc erit lex leproſi (Ibid. cap. 14. 2.) *Et poſt Zabìn repoſuit Codicem* Tibùl iom, De eo qui lotus eſt eo ipſo die, *quia idem fecerat Scriptura* (Leuit. 15. 32.) Hæc eſt lex flu-

xum

eo obſignauit librum ſuum. Aſcendunt autem partes Tractatus Taharòth *ad duodecim Maſſachthòth Codices. Totius autem Miſcnæ Codices ſunt ſexaginta & vnus; Capitula verò quingenta viginti tria.* Hactenus R. Moſes Bar Maijmonis, dictus Ægyptius.

Hodie communiter Codices Miſcnæ numerantur 63. quia Codex *Bauà Kammà*, diuiditur in duo alia Bauòth *Mezià* & *Bathrà*. Et Codex *Maccòth* ſeparatur à Codice *Sanhedrin*, vt ſuprà notatum eſt. Horum Alphabeticus Catalogus ſubijcitur in ſequenti Indice.

xum patientis, & cuius egredietur ex eo effuſio ſeminis. *Atque omnes prædictæ immunditiæ totum corpus afficiunt, hoc eſt, cùm quis ad eas accedit, totum ipſius corpus polluitur; & propter hoc ingreditur ad loquendum in hoc loco ſuper immunditia vniuſcuiuſque membri. Idcircò poſt Codicem Tibùl Iom poſuit Codicē* Iadàim de Manibus lauandis. *& poſt Iadàim* Okatzìn de Petiolis fructuum. *Hunc autem Codicem poſuit vltimo loco, quia quæ in eo continentur, nullum ex Lege ſcripta fundamentum habetur; ſed omnia ab opinione, & argumentatione dependent, &*

Index Alphabeticus omnium מסכתות *Maſſachthòth Codicum Miſcnæ.*

§. V.

Litera *O* indicat Ordinem. *Cod.* Codicis numerum. *C.* Codicis Capita. *M.* Miſcnaijòth numerum cuiuſlibet Codicis.

א		*Ordinis*	*Codex*	*Capita Codicis*	*Miſcnaijòth Codicis.*
1	אבות *Auòth Patres*	O. 4. *Nezikìn*	*Cod.* 9.	C. 5.	*M.* 95.
	Huic additur *Baraijethà*, cuius *Miſcnaijòth* ſunt 11.				
2	אהלות *Oalòth Tabernacula*	O. 6. *Taharòth*	*Cod.* 4.	C. 18.	*M.* 133.
ב					
3	בבא קמא *Bauà Kammà Porta Prima*	O. 4. *Nezikìn*	*Cod.* 1.	C. 10.	*M.* 79.
4	בבא מציעא *Bauà Metzià Porta Media*	O. 4. *Eiuſdem*	*Cod.* 2.	C. 10.	*M.* 101.
5	בבא בתרא *Bauà Bathrà Porta Poſtrema*	O. 4. *Eiuſdem*	*Cod.* 3.	C. 10.	*M.* 86.
6	ביצא *Betzà Ouum* (feſtiuum)	O. 2. *Moèd*	*Cod.* 5.	C. 5.	*M.* 41.
7	בכורות *Bechoròth Primogenita*	O. 5. *Kodaſcìm*	*Cod.* 4.	C. 9.	*M.* 73.

8	בכורים	*Biccurrim Primitiæ*	O. 1. *Zeraìm*	*Cod.* 11.	*C.* 3.	*M.* 34.
Additur in fine *Baraijethà*, cuius *Miſcnaijòth* ſunt 5.						
9	ברכות	*Berachòth Benedictiones*	*Eiuſdem*	*Cod.* 1.	*C.* 9.	*M.* 57.
	ג					
10	גטין	*Ghittìn Libellus repudij*	O. 3. *Naſcim*	*Cod.* 4.	*C.* 9.	*M.* 75.
	ד					
11	דמאי	*Demài Decimatio dubia*	O. 1. *Zeraìm*	*Cod.* 3.	*C.* 7.	*M.* 53.
	ה					
12	הוריות	*Oraijòth Documenta Iudicum*	O. 4. *Nezikìn*	*Cod.* 10.	*C.* 3.	*M.* 20.
	ז					
13	זבחים	*Zeuachim Sacrificia*	O. 5. *Kodaſcim*	*Cod.* 1.	*C.* 14.	*M.* 101.
14	זבים	*Zauim Fluxu laborantes*	O. 6. *Taharòth*	*Cod.* 6.	*C.* 5.	*M.* 32.
	ח					
15	חגיגה	*Chaghighà Feſtiuitas*	O. 2. *Moèd*	*Cod.* 4.	*C.* 3.	*M.* 23.
16	חולין	*Cholìn Prophana*	O. 5. *Kodaſcim*	*Cod.* 3.	*C.* 12.	*M.* 74.
17	חלה	*Challà Placenta*	O. 1. *Zeraìm*	*Cod.* 9.	*C.* 4.	*M.* 38.
	ט					
18	טבול יום	*Teuùl Iom Immerſus, vel lotus diei*	O. 6. *Taharòth*	*Cod.* 10.	*C.* 4.	*M.* 26.
19	טהרות	*Tahoròth Purificationes*	*Eiuſdem*	*Cod.* 5.	*C.* 10.	*M.* 92.
	י					
20	יבמות	*Ieuamòth Fratriarum Ius*	O. 3. *Naſcim*	*Cod.* 1.	*C.* 16.	*M.* 130.
21	ידים	*Iadàim Manuum* (lotio)	O. 6. *Taharòth*	*Cod.* 11.	*C.* 4.	*M.* 22.
22	יומא	*Iomà Dies expiationis*	O. 2. *Moèd*	*Cod.* 8.	*C.* 8.	*M.* 61.
23	יום טוב	*Iom Tòu*, Vide ביצה *Betzà*.				

	כ					
23	כילאים	*Chilàim Heterogenea*	*O. 1. Zeraim*	*Cod.* 4.	*C.* 9.	*M.* 76.
24	כלים	*Chelìm Vaſa*	*O. 6. Tahareòth*	*Cod.* 1.	*C.* 30.	*M.* 137.
25	כריתות	*Cherethòth Exciſiones animarum*	*O. 5. Kodaſcim*	*Cod.* 7.	*C.* 6.	*M.* 38.
26	כתובות	*Chetubbòth Literæ matrimonij*	*O. 3. Naſcim*	*Cod.* 2.	*C.* 13.	*M.* 111.
	מ					
27	מגלה	*Meghillà Volumen* (Eſther)	*O. 2. Moèd*	*Cod.* 12.	*C.* 4.	*M.* 32.
28	מדות	*Midòth Menſuræ* (Templi)	*O. 5. Kodaſcìm*	*Cod.* 10.	*C.* 5.	*M.* 33.
29	מכשירין	*Macſcirin Liquida*	*O. 6. Taharòth*	*Cod.* 9.	*C.* 6.	*M.* 54.
30	מכות	*Macòth Flagella*	*O. 4. Nezikìn*	*Cod.* 5.	*C.* 3.	*M.* 34.
31	מנחות	*Menachòth Oblationes*	*O. 5. Kodaſcim*	*Cod.* 2.	*C.* 13.	*M.* 93.
32	מועד קטון	*Moèd katòn Interfeſtum*	*O. 2. Moèd*	*Cod.* 6.	*C.* 3.	*M.* 24.
33	מעילה	*Meilà Prævaricatio*	*O. 5. Kodaſcìm*	*Cod.* 8.	*C.* 6.	*M.* 38.
34	מעשרות	*Maaſſeròth Decimæ primæ*	*O. 1. Zeraìm*	*Cod.* 7.	*C.* 5.	*M.* 40.
35	מעשר שני	*Maaſèr ſcenì Decima ſecunda*	*Eiuſdem*	*Cod.* 8.	*C.* 5.	*M.* 57.
36	מקואות	*Mikuaòth Balnearia*	*O. 6. Taharòth*	*Cod.* 6.	*C.* 10.	*M.* 71.
	נ					
37	נגעים	*Negaim Plagæ*	*O. 6. Taharòth*	*Cod.* 3.	*C.* 14.	*M.* 115.
38	נדה	*Niddà Menſtruata*	*Eiuſdem*	*Cod.* 7.	*C.* 10.	*M.* 78.
39	נדרים	*Nedarìm Vota*	*O. 3. Naſcim*	*Cod.* 6.	*C.* 11.	*M.* 90.
40	נזיר	*Nazìr Naziræus*	*Eiuſdem*	*Cod.* 7.	*C.* 9.	*M.* 60.
	ס					
41	סוטה	*Sotà Mulier declinans*	*Eiuſdem*	*Cod.* 5.	*C.* 9.	*M.* 67.
42	סוכה	*Succà Tabernaculum*	*O. 2. Moèd*	*Cod.* 9.	*C.* 5.	*M.* 53.
43	סנהדרין	*Sanhedrìn Iudices*	*O. 4. Nezikìn*	*Cod.* 4.	*C.* 11.	*M.* 71.

	ע					
44	עבודה זרה	*Auodà Zarà Idolatria*	*O. 4. Nezikìn*	*Cod.* 8.	*C.* 5.	M. 50.
45	עדיות	*Eduijòth Teſtificationes*	*Eiuſdem*	*Cod.* 7.	*C.* 8.	M. 74.
46	עוקצין	*Okatzìn Petioli fructuum*	*O. 6. Taharòth*	*Cod.* 12.	*C.* 3.	M. 28.
47	ערובין	*Eruuìn Mixtiones*	*O. 2. Moèd*	*Cod.* 2.	*C.* 10.	M. 96.
48	ערכין	*Arachìn Aeſtimationes*	*O. 5. Kodaſcìm*	*Cod.* 5.	*C.* 9.	M. 50.
49	ערלה	*Orlà Præputium* (arborum)	*O. 1. Zeraìm*	*Cod.* 10.	*C.* 3.	M. 35.
	פ					
50	פאה	*Peàh Angulus* (agri)	*Eiuſdem*	*Cod.* 2.	*C.* 8.	M. 69.
51	פסחים	*Peſachìm Paſchata*	*O. 2. Moèd*	*Cod.* 3.	*C.* 10.	M. 88.
		Cum *Baraijethà* in fine Capitis 4. *Miſcnà* 1.				
52	פרה	*Parà Vacca* (rufa)	*O. 6. Taharòth*	*Cod.* 4.	*C.* 12.	M. 97.
	ק					
53	קדושין	*Kidduſcìn Sponſalia*	*O. 3. Naſcìm*	*Cod.* 3.	*C.* 4	M. 47.
54	קנים	*Kinnìm De Nidis*	*O. 5. Kodaſcìm*	*Cod.* 11.	*C.* 3.	M. 15.
	ר					
55	ראש השנה	*Roſc Haſcianà Initium anni*	*O. 2. Moèd*	*Cod.* 7.	*C.* 4.	M. 35.
	ש					
56	שבועות	*Sceuuòth Iuramenta*	*O. 4. Nezikìn*	*Cod.* 6.	*C.* 8.	M. 62.
57	שביעית	*Sceuiìth Septimus* (annus)	*O. 1. Zeraìm*	*Cod.* 5.	*C.* 10.	M. 89.
58	שבת	*Sciabbàth Sabbathum*	*O. 2. Moèd*	*Cod.* 1.	*C.* 24.	M. 76.
59	שקלים	*Seekalìm Sicli*	*Eiuſdem*	*Cod.* 11.	*C.* 8.	M. 52.
	ת					
60	תמיד	*Tamìd Iuge Sacrificium*	*O. 5. Kodaſcìm*	*Cod.* 9.	*C.* 7.	M 34.
61	תמורה	*Themurà Permutatio* (Sacrificij)	*Eiuſdem*	*Cod.* 6.	*C.* 6.	M. 35.

62	תענית	*Taanith Ieiunium*	*O. 2. Moèd*	*Cod. 10.*	*C. 4.*	*M. 34.*
63	תרומות	*Therumòth Oblationes*	*O. 1. Zeraìm*	*Cod. 6.*	*C. 11.*	*M. 101.*

nerua in præſentiarum illorum argumentum indicare. Et exordiemur à Primo Ordine.

Primus itaque Sèder, ſiuè Ordo habet Cap. XI. qui hoc ordine diſponuntur.

1. ברכות׃ 2. פאה׃ 3.
דמאי׃ 4. כלאים׃ 5. שביעית׃
6. תרומות׃ 7. מעשרות׃ 8.
מעשר שני׃ 9. חלה׃ 10.
ערלה׃ 11. בכורים׃

Horum primus Codex vocatur בְּרָכוֹת *Berachòth Benedictiones*. De illius argumento quid dicat R. Moſes Ægyptius, vide ſuprà ad pag. 88.

Habet hic Codex Capita nouem, quorum primum vocatur מֵאֵימָתַי *Meemathài*, quia ab hac voce incipit. Hinc regula generalis traditur, quòd Capita Corporis Miſcnici à voce illa, qua incipiunt, nomen aſſumunt. Idem fit in Codicibus Legis Moſaicæ. Id ipſum noſtri Doctores faciunt, quando vtriuſq; Iuris capita citant; à prima enim voce illius Capitis caput ipſum denominant.

מֵאֵימָתַי קוֹרִין אֶת שְׁמַע וכו׳׃

Meemathài korin eth Scemàa vechullè. Quando legunt (lectionem) *Audi &c.* Tractat de ritu ſeruando in recitatione quotidianæ Precatiunculæ Matutinæ, & Veſpertinæ, quæ incipit: *Audi Iſraël Dominus &c.* ex Deuter. 6. v. 4. Habet hoc Cap. *Miſcnaijòth* ſiuè *Aphoriſmos* 5. Ca-

Eiuſmodi Capita omnium Codicum Miſcnæ in vnam ſummam collecta efficiunt numerum 522. vno minus à numero ſuprà tradito à R. Moſe Ægyptio. Hæc collecta à nobis ſunt ex Codice Miſcnæ Venetijs excuſo anno mundi 385. min. ſupputationis, Chriſti 1625. apud Bragadinos vnà cum breuibus annotationibus כף נחת *Caph nàchath* nuncupatis, in 8. Quorum argumenta non pigebit hic ſingulatim exhibere, licèt propter frequentes digreſſiones ad alias materias, quàm diligentiſſimè id fieri minimè poſſit: attamen ſi non omnium Aphoriſmorum, ſaltem primi Aphoriſmi ex eiuſdem primis vocibus Hebraicè, & Latinè annotatis, aliqualem etiam totius Capituli notitiam percipiemus. Vnde ſit -

Argumentum omnium Capitulorum Miſcnæ.

§. VI.

IAm dictum eſt, quodlibet Miſcnæ Caput ſubdiuidi in alias minores Sectiones, quæ in Talmude Ieroſolymitano, & à Moſe Bar Maijmonis in Præfatione ad Sèder Zeraìm הלכות *Halachòth Lectiunculæ* vocantur, vulgò dicuntur *Miſcnaijòth*, & literis numeralibus tamquam Paragraphis numerantur. Has omnes ſummare difficile admodum eſſet, niſi quis totum opus Miſcnicum Latinum facere vellet. Sed nos contenti erimus, craſſa tantùm Mi-

Caput 2. incipit הָיָה קוֹרֵא בַּתּוֹרָה *Haiàh korè baThorà Qui legit in Pentateucho &c.* Soluuntur diuerſi caſus pertinentes ad validitatem eiuſmodi precationis *Audi Iſraël &c.* & an ſatisfaciat præcepto, ſi hanc lectionem recitauerit legendo in *Sèpher Thorà* in Pentateucho. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 3. incipit מִי שֶׁמֵּתוֹ מוּטָל לְפָנָיו *Mi ſcemethò mutàl lephanàu Quando mortuus deportatur coram ipſo, &c.* Aſſignantur nonnulli caſus, quibus abſoluitur homo à recitatione prædictæ quotidianæ orationis *Audi Iſraël &c.* Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 4. incipit תְּפִלַּת הַשַּׁחַר עַד חֲצוֹת *Thephillàth haſciàchar ad chatzòth Oratio matutina vſque ad meridiem &c.* Determinatur tempus, quo fieri debeat oratio, tam matutina, quàm veſpertina, quo elapſo, an recitatio reddatur irrita. Et an licitum ſit, equitando orare, & quomodo fieri debeat oratio, ſi quis inſideat aſino, vel in naui ſtet. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 5. incipit אֵין עוֹמְדִין לְהִתְפַּלֵּל *En omedìn lehithpallèl &c. Non ſtant ad orandum &c.* Agit de deuotione ſeruanda tam in oratione publica, quàm priuata. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 6. inc. כֵּיצַד מְבָרְכִין עַל הַפֵּירוֹת *Chetzàd meuarechìn al happeròth Quomodo benedicunt fructus.* Traduntur hic diuerſæ formulæ benedictionum ſuper fructus terræ, & alias res co-

meſtibiles; & de obligatione benedicendi, qua tenentur accumbentes menſæ. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 7. inc. שְׁלֹשָׁה שֶׁאָכְלוּ כְּאֶחָד *Sceloſcià ſceachelù checchàd Tres qui ſimul comedunt &c.* Aſſidentes ad menſam, & comedentes de oblationibus, aut decimis, quomodo ſe gerere debeant; itemque ritus benedicendi menſæ, ſi tres, decem, centum, mille, decem millia, aut plures ſimul comederint. Habent *Miſcnaijòth* 5.

Caput 8. אֵלּוּ דְבָרִים שֶׁבֵּין בֵּ׳שׁ׳ וּבֵּ׳ה׳ בִּסְעוּדָה *E'llu deuarim ſcebèn Beth Sciammài, vVeth Hillèl baſſeodà Iſta ſunt quæ controuertuntur inter Scholam Sciammài, & Scholam Hillelis ad refectionem ſpectantia &c.* Diſcordant inter ſe iſtæ duæ Scholæ in quibuſdam leuioribus ceremonijs ſeruandis in menſa, quænam ex his præponi, vel poſtponi debeant, in hoc Capite enumerantur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Cap. 9. הָרוֹאֶה מָקוֹם שֶׁנַּעֲשׂוּ בּוֹ נִסִּים *Harroèh makòm ſcenaaſsù vò niſsìm &c. Qui videt locum vbi patrata fuerunt miracula &c.* Tractat de ritu, & formulis benedicendi loca, in quibus Deus aliquod ſignum operatus eſt. Nota in hoc nono Cap. *Miſcnæ* num. 5. quanta reuerentia ſit exhibenda Eccleſiæ Dei, cùm non permittant aſcendere in montem Domus in Templum cum baculo, calceamentis, & crumena לא יכנס להר הבית לא במקלו ולא במנעלו ולא בפונדתו: *Non ingredietur in montem Domus cum baculo, cum calceamentis, & cum crumena.* Idipſum enu-

clea-

Maſsècheth Codex ſecundus vocatur פֵּאָה *Peà Angulus* (ſati agri) non metendus, ſed pauperibus relinquendus ex Leuit. 19. 9. *Cùm meſſueritis ſegetes terræ tuæ &c.* Ampliùs de hoc argumento vide Bar Maijmòn ſuprà pag. 88. Habet Capita 8.

Caput 1. incipit אֵלּוּ דְבָרִים שֶׁאֵין לָהֶם שִׁיעוּר *E'llu deuarìm ſceèn laèm ſciùr Iſtæ ſunt res, quæ non habent menſuram &c.* De rebus in Lege præceptis, quarum quantitas, vel menſura non limitatur, ſed ex Rabbinorum conſtitutione ſexageſima pars agri ſati in *Peà* relinquenda erat pauperibus. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 2. וְאֵלּוּ מַפְסִיקִין לַפֵּאָה *Veèllu maphſikìn lapeàh Et iſta ſunt, quæ dirimunt Angulum &c.* Tractat de partitione agrorum, & de eorum magnitudine, vt Legi *Peà de Angulo* ſubiacere intelligantur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 3. מַלְבֵּנוֹת הַתְּבוּאָה שֶׁבֵּין הַזֵּיתִים *Malbenòth hatteuuàh ſceVèn hazethìm &c. Spatia vacua prouentus, quæ ſunt inter olіueta &c.* Tractat de campis, & oliuetis in multiplices portiones diuiſis, ſeruantibus tamen vnitatem ſecundùm totum; an quælibet ex his portionibus ſubiecta ſit Legi *de Angulo*, an verò totus ager in vniuerſum complectens totas haſce Sectiones ad id teneatur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Cap. 4. הַפֵּאָה נִיתֶּנֶת בִּמְחוּבָּר לַקַּרְקַע וכו׳ : *Happeàh nittèneth bamechubàr lekarkàa vecullè Angulus datur*

cleatiùs explicatur in Ghemarà eodem loco pag. 62. b. propè finem.

לא יכנס אדם להר הבית לא במקלו שבידו ולא במנעלו שברגלו ולא במעות הצרורים לו בסדינו ובפונדתו: *Non aſcendet homo in montem Domus cum baculo in manu ſua, neque cum calceamentis in pedibus ſuis, nec cum pecunijs ligatis in ſindone ſuo, & in marſupio ſuo.* Eadem locutione vſus eſt Dominus quando diſcipulos miſit ad prædicandum. Confer Euangelium Matthæi cap. 10. 9. Marci 6. 8. Lucæ 9. 3. Quid ſi Dominus in hac locutione reſpicere voluerit ad hanc conſuetudinem deuotam aſcendendi in montem, vbi ædificatum erat Templum Domini? nam qui in Domum Domini aſcendere volebant, ijs non permittebatur ferre baculum præ manibus, ne viderentur aſcendere armati: neque cum calceamentis, ne apparerent incedere tamquam domini: neque cum marſupio, ne veluti mercatores haberentur. Sic Dominus à ſuis prædicatoribus omnem ſuſpicionem violentiæ, ſuperbiæ, & auaritiæ, per prohibitionem baculi, calceamentorum, & pecuniæ à mente hominum remouet, licèt iſtarum rerum licitum vſum abſolutè non prohibeat, quia apud Marcum 6. 8. virgam portare permittit. Et apud Lucam 10. 7. ex Euangelio viuere, diſcipulis poteſtatem facit, illis verbis: *Dignus eſt operarius mercede ſua.* Pro mercede autem, qui in vinea Domini laborauerunt, acceperunt ſingulos denarios, Matth. 20. 9. Non igitur pecunia abſolutè prohibetur Prædicatoribus Apoſtolicis. Habet *Miſcnaijòth* 5. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 55.

PRIMI ORDINIS ZERAHI'M

poterunt colligere, quandocunque ipſis placuerit. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 8. מֵאֵימָתַי כָּל אָדָם מוּתָּרִין בַּלֶּקֶט וכו׳: *Meemathài col Adàm mutarin ballèket vecullè. Quando omnibus hominibus liberum eſt colligere* (ariſtas in agro) *&c.* Hìc determinatur tempus, quo cuicunque ſiuè pauperi, ſiuè diuiti licitum eſt, fruges, & fructus relictos in agro colligere. Et circa finem recenſentur quædam virtutes, ac proprietates, quæ deſiderantur in Sacerdotibus, Leuitis, & Iſraëlitis circa eorum pietatem, & beneficentiam erga pauperes. Habet *Miſcnaijòth* 9. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 69.

PRIMI ORDINIS MISCNÆ ZERAHI'M Codex tertius dicitur דְּמַאי *Demài De re dubia*, an fuerit decimata, nec ne. De quo ſuprà dictum eſt. Huiuſmodi ſunt Capita 7.

Cap. 1. incipit הַקַּלִּין שֶׁבַּדְּמַאי וכו׳: *Hakallin ſcebbademài vecullè. Leuiora, de quibus dubitatur &c.* De leuioribus, & vilioribus fructibus: & an decimandi ſint, ſi dubitetur de illorum decimatione; & alijs, quæ ſubiecta non ſunt iuri huius *Demài*. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Cap. 2. וְאֵלּוּ דְּבָרִי׳ מִתְעַשְּׂרִין דְּמַאי וכו׳: *Veèllu deuarìm mithaſſerìn Demài vecullè. Et iſta ſunt, quæ decimantur Iure Demài &c.* Recenſentur fructuum nomina, quæ ſubiecta ſunt huic Legi *Demài Dubietatis Decimationis*; nec plebeio fidendum de decimatione. Habet *Miſcnaijòth* 5.

tur cum coniunctione fundi &c. Non ſegetes tantùm; ſed & arbores fructiferæ, ſi in Angulo deſtinato pro pauperibus conſitæ ſint, Anguli Iuribus ſubiectæ ſunt, & fructus illarum colligendi ſunt à patrefamilias, & pauperibus diſtribuendi. Vnde de modo, quo colligendi ſint, & quomodo diſtribuendi, an cum delectu pauperum, vel ſine, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 5. גָּדִישׁ שֶׁלֹּא לוּקַט וכו׳: *Gadìſc ſcelò lokàt vecullè. Tumulus ſpicarum, qui non colligitur &c.* Agitur de ſpicis, quæ ſub tumulis decidunt: & de manipulis ſpicarũ loco motis, & diſperſis à vento, an relinquendi ſint in vſum pauperum. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 6. בֵּית שַׁמַּאי אוֹמְרִים הֶפְקֵר לָעֲנִיִּים הֶפְקֵר ובה״ה אוֹמְרִים וכו׳: *Beth Sciammài omerìm Hephkèr laaniìm Hephkèr, vVèth Hillel omerìm vecullè. Schola Sciammài dicit: Commune* (præſumptum) *pauperibus, commune eſt. At Schola Hillelis dicit: &c.* Diſputant hæ duæ Scholæ ſuper rem publici Iuris factam, vel præſumptam, an in vtilitatem pauperum tantùm, an verò in vtilitatem pauperum, & diuitum ſimul cedere debeat. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 7. כָּל זַיִת שֶׁיֵּשׁ לוֹ שֵׁם בַּשָּׂדֶה וכו׳: *Col zàith ſceièſc lo ſcem baſadè vecullè. Omnis* (arbor) *oliuæ inſignis &c.* Tractat de frugibus oblitis in agro, vel in arboribus magnæ exiſtimationis, vt in olea magnæ proceritatis, cuius oliuæ pauperibus non ſunt accenſendæ, ſed dominis olìueti, qui deinde eas

Cap. 3. מַאֲכִילִין אֶת הָעֲנִיִּים דְּמַאי וְאֶת הָאַכְסַנְיָא דְּמַאי וכו׳ ; *Maachilìn eth haanìim Demài, Veèth haachſania Demài Vecullè. Comedunt pauperes, & milites rem dubiam decimationis.* Recenſentur hi, quibus permiſſum eſt comedere de Demài, veluti ſunt pauperes, & milites, qui ordine Regio diſcurrunt turmatìm per Prouincias. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 4. הַלּוֹקֵחַ פֵּירוֹת מִמִּי שֶׁאֵינוֹ נֶאֱמָן עַל הַמַּעַשְׂרוֹת וכו׳ *Hallokèach peròth mimmì ſceenò neemàn al hammaaſſeròth Vecullè. Qui accipit fructꝰ ab eo, qui minimè eſt fidelis circa decimationes &c.* De rebus venditis, vel traditis à viro, de cuius fide dubitatur, an eas decimauerit, an iterum decimari debeant; & de alijs ad eandem decimationē pertinentibus: & quomodo cognoſcendum, an aliquis ſit fide dignus circa decimationes. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 5. הַלּוֹקֵחַ מִן הַנַּחְתּוֹם וכו׳ ; *Hallokèach min hannachthòm vecullè. Qui accipit à præfecto piſtorum &c.* Qui à piſtoribus maſſam, ſeù paſtam emit, an ipſa cadat ſub Iure *Demài*, & decimanda ſit, ſicut fit de frugibus terræ: nam piſtores non tenentur ad ſeparandam Therumà. Tractat & de alijs venditionibus, quæ fiunt ab ijs, qui fideles fuiſſe creduntur, vel parùm fidendum, de illorum diligentia in rebus decimandis, ac proindè an eæ iterum debeant decimari, veluti *Demài*. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 6. הַמְקַבֵּל שָׂדֶה וכו׳ ; *Hammekabèl ſadè Vecullè. Recipiens agrum &c.* Conducens agrum ab Iſraëlita, vel ab alienigena, vel Hæretico, quomodo de frugibus ipſius facienda ſit decimatio. Item de Sacerdote, & Leuita conductoribus agrorum Iſraëlitarum, an & ipſi teneantur ſeruare Legem *Demài*, *Therumà*, & *Decimationis*. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 7. הַמַּזְמִין אֶת חֲבֵירוֹ וכו׳ ; *Hammazmìn eth chauerò Vecullè. Qui inuitat ſocium ſuum &c.* Agitur de ijs, qui inuitantur ad prandium; & de eo, quod recipitur cum formidine, & dubitatione, an fuerit decimatum, nec ne. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 53.

PRIMI ORDINIS ZERAI'M

Codex quartus dicitur כִּלְאַיִם *Chilàim Mixtiones Heterogeneorum*: De illius argumento iam ſuprà dictum eſt pag. 88. Habet hic Codex Capita 9.

Primum Caput incipit הַחִטִּים וְהַזּוּנִין אֵינָן כִּלְאַיִם זֶה בָּזֶה וכו׳ ; *Hachittìm vehazunìn enàn chilàim ze bezè vecullè. Triticum, & zizania, ſeù Vicia inter ſe non ſunt heterogenea &c.* Tractat de frumenti, aliorumque fructuū generibus, & quæ eiuſdem ſpeciei cenſeantur, vt inter ſe ſeminari, aut inſeri poſſint. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 2. כָּל סְאָה שֶׁיֵּשׁ בּוֹ רוֹבַע מִמִּין אַחֵר וכו׳ ; *Col ſeàh ſceièſc bò ròuaa mimmìn achèr Vecullè. Omne ſatum, ſeù menſura aridorum, quæ continet quartam partem alterius ſpeciei &c.* vt ſimul in eodē agro ſeminari poſſit, quid ſit opus facto? De quantitate agrorum, vt in his heterogenea ſerantur ſine Legis in-

iniuria pertractat. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 3. עֲרוּגָה שֶׁהִיא שִׁשָּׁה טְפָחִים עַל שִׁשָּׁה טְפָחִים וכו׳ ׃ *Arugàh ſcehì ſciſcià tepachìm al ſciſcà tepachìm, vecullè. Areola quadrata palmorum ſex in quolibet latere &c.* Si huiuſmodi areola daretur, in ea ſeri poſſent quinque diuerſarum ſpecierum ſemina, quatuor in quatuor lateribus, & vnum in medio. De hiſce heterogeneis ſeminibus in Areolis iactandis, tractatur; & quomodo id faciendum ſit, oſtendit. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 4. קָרַחַת הַכֶּרֶם וכו׳ ׃ *Korachàth hacchèrem vecullè. Caluitium vineæ &c.* Schola Sciammài dicit 24. cubitorum; & Schola Hillelis ait 16. cubitorum. Tractatur de ſpatio in medio vineæ ſine vitibus reperto: nam ipſis exſiccatis, & euulſis, ſi ſpatium incultum relictum fuerit, quod Caluitium vineæ nuncupant; quæritur, quanta debeat eſſe illius ſpatij quantitas, vt in ea ſit licitum, ſemina proijcere. Tractat etiam de diſtantia vitium à ſepe vineæ, & inter ſe ſeruanda: & vtrum inter vites iactari poſſint legumina, & olera. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Cap. 5. כֶּרֶם שֶׁחָרַב וכו׳ ׃ *Chèrem ſcecharàu vecullè. Vinea quæ eſt deuaſtata &c.* Quænam vinea dici debeat vaſtata; quænam conditiones requirantur, vt vinea nomen vineæ conſeruet; & quomodo in vinea deſerta ſeminari poſſit: vbi & de oleribus inter vites ſatis, & de pergulanis agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 6. אֵיזֶהוּ עָרִיס וכו׳ ׃ *Ezehù aris vecullè. Quid eſt Aris &c.* Declaratur, quid per vocem *Aris* ſit intelligendum, & dicitur quòd *Aris* ſit lineata ſeries quinque vitium maceriæ, vel ſepi vineæ adherentium altitudinis palmorum decem; vel ſi eiuſmodi vites ſint plantatæ in foſſa decem palmorum altitudinis, & quatuor latitudinis, eique ex latere adhęrentes recipiunt culturam quatuor cubitorum circumquaque. De hiſce Areolis ex vitibus in vineis inſtructis, & quomodo in his ſemina iactari poſſint, pertractatur. Habet *Miſcnaijòth* nouem.

Caput 7. הַמַּבְרִיךְ אֶת הַגֶּפֶן בָּאָרֶץ וכו׳ ׃ *Hammaurìch eth hagghèphen baàretz vecullè. Qui propagat vitẽ in terra &c.* Tractat de propagatione vitium vetularum, vt ſic propagines vineæ conſeruentur; an ſemina ſpargi poſſint ſuper foſſam terra repletam, in qua propagines ipſæ abſconditæ ſunt, & quomodo. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 8. כִּלְאֵי הַכֶּרֶם אֲסוּרִין מִלִּזְרוֹעַ וכו׳ ׃ *Chilè Hacchèrem aſurìn millizròaa vecullè. Heterogenea vineæ prohibita ſunt ſerere &c.* Quæritur, an etiam prohibitum ſit, ea conſeruari, ex eis vtilitatem percipi, aut in cibum aſſumi. Vbi de commixtione animalium diuerſarum ſpecierum inter ſe, & de vtilitate ab eis aliquo modo, vel in agro ſub iugo, vel alibi vſpiam percipienda, eadem ratione pertractat. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 9. אֵין אָסוּר מִשּׁוּם כִּלְאַיִם אֶלָּא צֶמֶר וּפִשְׁתִּים וכו׳ ׃ *En aſur miſciùm Chilàim elà tzemer*

arant agrum arboribus fructiferis conſitum &c. Agit de ſexto anno, & an in eo terra arari poſſit, & quouſque licitum ſit, ſi in ea fructiferæ arbores inueniantur: & quid agendum, ſi in eodem fundo non vnius, ſed diuerſorum dominorum arbores fuerint. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 2. עַד אֵימָתַי חוֹרְשִׁין בִּשְׂדֵה הַלָּבָן וכו׳ : *Ad emathài chorescìn biſdè hallauàn vecullè. Quouſque arant agrum album &c.* Tractatur an in anno ſexto licitum ſit arare agrum ſatiuum, & abſque arboribus; vel arbores fructiferas, aut hortum cucurbitarum, & cucumerum ſtercorare, aut fodere, & his ſimilia. Habet *Miſcnaijòth* decem.

Caput 3. inc. מֵאֵימָתַי מוֹצִיאִין זְבָלִים וכו׳ : *Meemathài motziìn zeualìm vecullè. Quando educunt ſtercora &c.* De agrorum ſtercoratione agitur, & de loco, vbi fimum reponi ſolet, & de alijs ad hæc ſpectantibus, & an fieri poſſint anno ſexto. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 4. incip. בָּרִאשׁוֹנָה הָיוּ אוֹמְרִים וכו׳ : *Bariſcionà haiù omerìm vecullè. Olim dicebant &c.* Antiquitùs ſolebant homines colligere ligna, lapides, & olera in agro alieno, ac in ſuo; ſed creſcente hominum malitia, vnuſquiſque abſtinuit à re aliena, nec licitum amplius fuit ex agro non ſuo ſibi parare neceſſaria, vel ligna, vel lapides, vel olera, vel quidquam aliud. Ager ceduus ſeri poteſt in exitu anni 7. melioratus anno ſexto an illius fructus co-

mer vpiſctim vecullè. Nullum prohibetur ratione heterogeneorum, niſi lana & linum &c. Heterogeneorum non eſt aliquid prohibitum in veſtitu vulgari, in Sacerdotali, & in immunditia plagarum, niſi tantùm lanæ & lini. An in ſerica veſte detur Heterogeneũ. An in linteis veluti, abſterſionis manuum, capitis, totius corporis; vel etiam in linteis, quibus inuoluuntur libri Legis, decernitur. An item in operimento mortuorum; & in clitellis iumentorũ. Explicatur etiam illa Sacræ Scripturæ vox, qua prohibetur (Leuit. 19. 19. & Deuter. 22. 11.) indui veſtem שַׁעַטְנֵז *Sciaatnèz Contextura* è lana, linoque pariter. Hæc in Miſcnà 8. in tres dictiones reſoluitur; in שׁוּע *Sciòa Leue, molle,* טָווּי *Tauùi netum,* & נוֹז *Noz filum tortum,* quaſi diceret: ne induas veſtimentum, cuius fila leuia, pura, neta, & torta; id eſt duplicata, ſint lana, & lino. Habet *Miſcnaijòth* 10. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis 76.

PRIMI ORDINIS ZERAI'M Codex quintus vocatur שְׁבִיעִית *Sceuììth Septimus.* Tractat de ſeptimo anno intermiſſionis culturæ Terræ promiſſæ; qui *Sabbathum Terræ dicebatur*, ex Leuit 25. 6. & *Intermiſſionis* ex Deuter. 15. 1. Fructus Terræ huius anni ſpontè naſcentes cedebant in vſum pauperum, & reſiduum comedebant animalia, ex Exod. 23. 11. De hoc vide, quid dicat R. Moſes Ægyptius ſuprà ad pag. 89. Habet Capita 10.

Cap. 1. inc. עַד אֵימָתַי חוֹרְשִׁין בִּשְׂדֵה הָאִילָן וכו׳ : *Ad emathài choreſcìn biſdè hailàn vecullè. Vſqueque*

cap. 7. *Miſcnà* 1. vbi הַדַּנְדַּנָה *Haddindanà Mentha* numeratur inter olera, quæ ſubiecta ſunt legi anni ſeptimi, & conſequēter decimationi, ſicut & שֶׁבֶת *Scèueth Anethum* altera ſpecies hortenſium, quæ item ſubiecta eſt decimationi. Ita R. Salomon Cod. *Okatzin* capite 3. *Miſcnà* 4. חשבת מן ירק ומתעשר זרע וירק, *Anethum* (inquit) *eſt olerum ſpecies & decimatur ſemen, & olus*. De quo in Cod. *Peà* cap. 3. 2.

Et inter quæ decimantur Iure *Demài* numeratur הַכַּמּוֹן *Haccamòn Cyminū* Cod. *Demài* c. 2. *Miſcnà* 1. Itaq; non improbantur à Chriſto huiuſmodi decimationes, ſed præpoſterum ſtudium Phariſæorum reprehenditur, cùm grauiora Legis reliquerint, iudicium ſcilicet, miſericordiam, & fidem: hæc oportuit facere. & illa, quæ minora erant, non omittere, quia per canonem Eccleſiaſticum ſancita erant, & ideò obſeruanda, ex Matth. cap. cit. ver. 2.

Caput 8. כְּלָל גָּדוֹל אָמְרוּ בַּשְּׁבִיעִית וכו׳: *Chelàl gadòl amerù baſceuiìth Vecullè. Regulam vniuerſalem tradiderunt de anno intermiſſionis &c.* Traditur quædam regula generalis ad cognoſcendum ea, quæ anno ſeptimo intermiſſionis ſpontè naſcuntur, quomodo in vſus hominis, vel iumentorum conuerti poſſint: nam ſi quæ ad cibum hominis appropriata ſunt, veluti eſt triticum, ex ijs non faciunt emplaſtrum pro homine. Agitur etiam de comeſtibilibus ſexto anno natis, an licitum ſit ea vendere nec ne. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 9. הַפֵּיגָם וְהַיַּרְבּוּזִין וכו׳: *Ha-*

comedi poſſint anno intermiſſionis. An etiam licitum ſit nouale, vel hortum conducere à Gentili in anno ceſſationis. Item, quando permiſſum ſit, fructus anni intermiſſionis comedere: Et an licitum ſit, eodem anno ligna cedere, & alia huiuſmodi. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 5. בְּנוֹת שׁוּחַ שְׁבִיעִית וכו׳: *Benòth ſciùach ſceuiìth Vecullè. Ficus albæ intermiſſionis* (anni) *&c.* De fructibus, qui interpollatis annis proueniunt ad maturitatem, quomodo circa illos agendum ſit in ſeptimo anno intermiſſionis. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Cap. 6. שָׁלֹשׁ אֲרָצוֹת לַשְּׁבִיעִית וכו׳: *Scialòſc aratzòth laſceuiìth Vecullè. Tres regiones, Intermiſſionis &c.* Tractat de tribus regionibus Terræ promiſſæ, & an omnes ex his quieſcere debeant anno ſeptimo intermiſſionis, vel ex his aliquæ colendæ ſint, & an ex fructibus illarum veſci liceat, & huiuſcemodi ſimilibus. Habet *Miſcnaijòth* 6. Quænam autem ſint iſtæ tres regiones Terræ promiſſæ, ibidem deſcribuntur, ſecundùm diſtinctionem notam ſub Templo ſecundo.

Caput 7. כְּלָל גָּדוֹל אָמְרוּ בַּשְּׁבִיעִית וכו׳: *Chelàl gadòl amerù baſceuiìth Vecullè. Regulam Vniuerſalem tradunt* (de anno) *Intermiſſionis ſeptimo &c.* Traditur quædam regula generalis ad cognoſcendum ea, quæ ſubiecta ſunt ſceuiìth anno ſeptimo requiei, & cur, & quando è domibus eadem ſint remouenda. Habet *Miſcnaijòth* 7. Quod dicitur à Chriſto apud Matth. 23. 23. *Qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum &c.* idipſum habetur in hoc

bita perſoluere. Vbi de פרוזבול *Perozbòl* agitur, de quo vide in II. Parte pagina 787. col. 2. & ſequentibus. Hoc Caput habet *Miſcnaijòth* 9. Omnes *Miſcnaijòth* huius Códicis ſunt 89.

PRIMI ORDINIS ZERAHI'M Codex ſextus vocatur תְּרוּמָה *Therumà Eleuatio*. Agitur de oblatione quinquageſimæ partis fructuum terræ Sacerdotibus exhibenda; vnde à pleriſque vox תרומה *Therumà* exponitur תְּרֵי מִמֵּאָה *Terè mimmeà Duo de centum*, quamuis pauperes de ſexaginta vnum darent, cùm ditiores de quadraginta vnum dediſſent: nam hæc erat quædam oblatio legalis, ſed eius menſura, aut æſtimatio erat ſpontanea, cùm non decerneretur in Lege. Vocabatur תְּרוּמָה גְדוֹלָה *Therumà ghedolà Oblatio magna; quia*, vt ait Moſes Ægyptius ſuprà relatus, מפני שהתרומה היא מתנה ראשונה שמוציאן מן הזרע, *Therumà erat primum donum, quòd ex ſeminibus proferebatur*. De ea vide infrà ſequenti Codice. Habet Capita 11.

Caput 1. חֲמִשָּׁה לֹא יִתְרוֹמוּ וכו׳: *Chamiſcià lò ithròmu Veccullè. Quinque ſunt, qui non eleuant &c.* Recenſentur omnes, qui inhabiles ſunt ad huiuſce Therumę oblationem offerendam, vti ſunt ſurdi, ſtulti, paruuli, & ſimiles. Item, de rebus ineptis ad offerendum, & de ijs, qui malè offerunt, ſed validè, & de huiuſmodi alijs. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 2. אֵין תּוֹרְמִין מִטָּהוֹר עַל הַטָּמֵא וכו׳: *En Toremin mit-*

Haphegàm Vehairuozin Veccullè. Ruta & Aſparagus &c. De herbis ſimul hortenſibus & agreſtibus veluti ruta, aſparagus, portulaca, coriandrum, apium, eruca &c. ſi anno ſeptimo Intermiſſionis extra hortum ſpontè enaſcantur, libere ſunt à decimis; & à quolibet in vſum cibi recipi poſſunt. Agitur & de tribus regionibus terræ promiſſionis, ſed alia diuiſione, & diuerſa ratione ab ea, quæ ſuprà cap. 6. aſſignata fuerat: nam ibi facta eſt diuiſio ſecundùm quod poſſederant illi, qui aſcenderant è Babilone, vel ex Ægypto, vt ex illarum frugibus comedere poſſent anno intermiſſionis; at hic ſecundùm diuerſam ſitus poſitionem fit diuiſio; itaut alia ſit Iudæa, alia ſit regio trans-Iordanica, & alia Galilæa, quarum ſingulæ in alias tres minores regiones ſubdiuidi voluerunt, in planitiem, in montanam, in maritimam. De his regionibus fit mentio apud Matthæum 4. 25. & Marc. 3. 8. Vide Talmud Ieroſolymitanum Cod. *Sceuiith* capite שלש ארצות pag. 36. hac tantùm intentione, vt בִּיעוּר *Biùr Remotio* ſeruetur; quotieſcunque enim ſupradictarum herbarum ſpecies in agris trium iſtarum regionum non reperiuntur, ſi in hortis interim creſcant, illicitæ decernuntur ad eſum, & è domibus ſunt remouendæ. Habet hoc Caput *Miſcnaijòth* 9.

Caput 10. שְׁבִיעִית מְשַׁמֶּטֶת אֶת הַמִּלְוָה וכו׳: *Sceuiith meſciamèteth eth hammaluà Veccullè. Annus ſeptimus intermiſſionis intermittit mutuò acceptum &c.* Recenſentur quamplurimi caſus, quibus infra hunc annum intermiſſionis non tenentur debitores de-

ginta, vel de triginta darè vnum; mediocres verò ſolebant de quinquaginta dare vnum; & auari de ſexaginta dabant vnum. Agitur etiam de eo, qui mittitur ad eleuandam Therumam, quomodo ſe gerere debeat, & de alijs rebus ad Therumam pertinentibus. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 5. סְאַת תְּרוּמָה טְמֵאָה שֶׁנָּפְלָה וכו׳ : *Seà Therumà temeà ſcenaphelà vecullè. Satum Therumæ immundæ, quæ cecidit &c.* In hoc Capitulo proponuntur diuerſi caſus circa Therumam, quæ caſu cadit, & miſcetur cum alijs rebus, ſiuè profanis, ſiuè ſacris, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 6. הָאוֹכֵל תְּרוּמָה שׁוֹגֵג וכו׳ : *Haochìl Therumà ſcioghègh vecullè. Qui comedit Therumà oblationem per errorem &c.* Tractat de his, qui per errorem de Therumà comedunt, ad quam pœnam teneantur. Regulariter condemnantur ad ſoluendum ſortem, & inſuper quintam partem. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 7. הָאוֹכֵל תְּרוּמָה מֵזִיד וכו׳ : *Haochèl Therumà mezìd vecullè. Qui comedit Therumà oblationem malitiosè &c.* Tractat de his, qui per contemptum, & ſuperbè de hiſce oblationibus comedunt, quibus pœnis mulctari debeant. Tenentur reſtituere ſortem, ſed non datur recompenſatio quintæ partis, quia delictum eſt graue, nec re leui expiandum. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 8. הָאִשָּׁה שֶׁהָיְתָה אוֹכֶלֶת בִּתְרוּמָה וכו׳ : *Haiſcià ſcehatabòr al hattamè vecullè. Non offerunt rem mundam pro immunda &c.* Non debet fieri permutatio in hiſce oblationibus, nec pro re immunda res munda, & idonea offerri, nec vice verſa: quod ſi fiat malitiosè, nil eſſe factum decernitur. Offerendæ ſunt res eiuſdem ſpeciei, ſi fiat rerum commutatio: integræ, non dimidiatæ, vt dimidia maioris cepæ pars pro integra minori cepa. Regula datur generalis: Quicquid eſt heterogeneum, vnum pro alio non offertur, quamuis ſit vtrumque idoneum, & bonum, licèt fiat hæc commutatio pro alia re mala: omne autem quod non eſt heterogeneum, cum aliquo item non heterogeneo licitum eſt commutare, & offerre bonum pro malo; non autem malum pro bono &c. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 3. הַתּוֹרֵם קִישׁוּת וְנִמְצֵאת מָרָה וכו׳ : *Hattorèm kiſciòth venimtzèth maràh vecullè. Qui offert cucumerem, & inuenitur putris &c.* Si quis eleuet ignoranter ex maſſa fructuũ aliquem illorum intrinſecùs commaculatum, putridum, amarum, acidum, vel quid ſimile, decernitur, quid fieri debeat in hoc caſu, & alijs ſimilibus, qui comprehenduntur in hoc Capite. Cuius *Miſcnaijòth* ſunt 9.

Caput 4. inc. הַמַּפְרִישׁ מִקְצָת תְּרוּמָה וּמַעַשְׂרוֹת וכו׳ : *Hammaphrìſc miketzàth Therumà vmaaſſròth vecullè. Qui ſeparat partem oblationis Therumæ, & decimarum &c.* Tractat de menſura *Therumæ*; & quamuis ex Lege nulla aſſignetur menſuræ quantitas, attamen liberales ſolebant de quadra-

hammureias vecullè. Non ponunt palætham ficuum, ficumque aridam intra ſalmuriam &c. Decernitur non licere miſceri Therumam oblationem cum oleo ex piſcium oſſibus extracto, iure, aut alio liquore, quo res oblata corrumpi poſſit, idque diuerſis exemplis illuſtratur. Habet *Miſcnaijòth* 10. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 101.

PRIMI ORDINIS ZERAI'M Codex ſeptimus dicitur מַעַשְׂרוֹת *Maaſſeròth Decimæ*, quia de decimis dandis Leuitis in eo agitur. Hic incongruum non erit, ſi paulò prolixiùs de oblationibus, decimis, donis, & eleemoſynis in Lege præceptis ſcribamus, ſeriemque & ordinem non ſecundùm quod in Miſcnà reperitur, ſed ſecundùm quod rerum natura depoſcit, apponendo. Itaque -

Primò veniunt בִּכּוּרִים *Biccurim Primitiæ*. Cùm enim paterfamilias, vel colonus in agro, vel vinea primum fructum vidiſſet maturum ex ficubus, vuis, malogranatis, oleis, dactylis, frumento, tritico, hordeo, zea, ſiligine, & auena, ligabat iunco, atque dicebat: הרי אלו בכורים *Eſto hic pro primitijs*. Et in his menſura non requirebatur.

Secundò לֶקֶט *Lèket Collectio*. Cùm fructus colligebantur, vel ſegetes metebantur, ea, quæ inter colligendum vel metendum cadebant, vetitum erat iterùm colligi, ſed ad vſum pauperum dimittebantur.

Tertiò פֵּאָה *Peà Angulus*, de quo vide ſuprà pag. 107.

Quartò שִׁכְחָה *Scechachà Obliuio*. Quan-

haiethà ochèleth hatherumà vecullè. Mulier, quæ comedit de Therumà &c. Tractat de muliere, quæ fuerat vxor Sacerdotis, an poſt mortem viri ſui licitè poſſit de *Therumà* comedere; & de alijs omnibus mulieribus, quæ aliquando licitè comederunt: vtrum ſemper eis remaneat hæc facultas comedendi de Therumà, oblatione ſacra. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 9. חוֹרֵעַ תְּרוּמָה שׁוֹגֵג יוֹפֵךְ וכו׳ *Hozorèa Therumà ſciogbègh iuphàcb vecullè. Qui ſeminat Therumà oblationem (ſeminis) ignoranter, inuertit* (terram, vt ſemen naſci nequeat) *&c.* De ſeminibus Sacerdoti oblatis agitur; quæ ſi per ignorantiam ſeminentur, adhibendum eſt omne ſtudium, ne naſcantur: quòd ſi nata fuerint, ſuperarandũ eſt, vt nata pereant. Si per malitiam, vel contemptum ſata fuerint, creſcere permittuntur Permittitur etiam vt creſcant, ſi per errorem, vel per malitiam à depoſitario *Therumòth* oblationum ſerantur; & hoc ne oblationes ſacræ corrumpantur. De his, & alijs ſpectantibus ad Therumam ſatam pertractatur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 10. בָּצָל שֶׁנְּתָנוֹ בְּתוֹךְ עֲדָשִׁים וכו׳ *Batzèl ſcenethànu betòch adaſcìm vecullè. Cepa poſita in medio lentium &c.* Tractat de Therumà oblatione immixta rebus profanis, & quid de his Iura decernàt. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 11. אֵין נוֹתְנִין דְּבֵילָה וּגְרוֹגֶרֶת לְתוֹךְ הַמּוּרְיָיס וכו׳ *En notenìn deulà veghroghèreth letòch*

eximebant, & Sacerdotibus dabant, & hęc à Scriptura ibidem vocatur *Maaſsèr min hammaaſsèr Decima è decima*. Et hęc eſt decima, quæ vulgò dicitur *Therumàth maaſsèr Oblatio decimæ*; & non decima ſecunda. Leuitæ enim ſemel tantùm à Colono decimam recipiebant. Colonus autem maſſam frumenti pro Leuitis decimatam iterùm decimabat; ſed eiuſmodi decimam ſibi reſeruabat, & hæc vocabatur *Decima ſecunda*: quæ ſi erat ex rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſent, Ieroſolymis comedebat, ſi verò ſeruari non poſſent, & iter longinquum adeſſet, commutabat in pecuniã, quam linteo ligabat, neque licitum erat in alios vſus eam inſumere, ſed eandem intra portas Ieruſalem (non tamen in atrio Templi) in cibos expendebat, & comedebat cum domo ſua, Leuitis, pauperibus, viduis, & orphanis. Hoc quidem probatum remanet à loco Deuter. cap. 14. 23. & ſeqq. allato à Buxtorfio, ſed ex eo nihil pro Buxtorfio; cùm ibidem de decima ſecunda Leuitis danda nullus ſit ſermo: lex enim non loquitur cum Leuitis, ſed cum Iſraëlitis. Enucleatiùs idem explicat R. Moſes Ægyptius in ſua Summa Talmudica lib. 7. *Zeraim Halachòth* מַתְּנוֹת עֲנִיִּים *Mattanòth aniìm De donis pauperibus dandis*, cap. 6. vbi omnes oblationes, & decimas, quas Iſraëlitæ Legis ſanctione, ex terræ frugibus eximebant, ſic recenſet -

וזהו סדר תרומות ומעשרות אחר שקוצר זרע הארץ או אוסף פרי העץ ותגמר מלאכתו מפריש ממנו אחד מן החמשים וזהו הנקרא תרומה גדולה ונותנה לכהן ועל זה נאמר בתורה ראשית דגנך תירושך ויצהרך:

Quando manipuli in agro obliuione relinquebantur, erat prohibitum illos reaccipere, ſed pro pauperibus dimittebantur. Ex Deuter. 24. 19.

Quintò תְּרוּמָה *Therumà Oblatio*. Purgato enim frumento in area, vel collectis terrę fructibus, eleuabatur quędam portio pro Sacerdote, quæ ſpecioſè vocabatur תרומה גדולה *Therumà Ghedolà Oblatio magna*.

Sextò מַעֲשֵׂר רִאשׁוֹן *Maaſsèr riſciòn Decima prima*, ſublata à toto, v. g. tritici aceruo *magna oblatione*, ſeù *Therumà*, Colonus eundem aceruum decimabat, id eſt decem de centũ accipiebat, & Leuitis dabat. Et hæc decimatio vocabatur *Decima prima*.

Septimò תְּרוּמַת מַעֲשֵׂר *Therumàth maaſsèr Oblatio decimæ*. Leuitæ ex decimis, quæ eis obuenerant, etiam decimam eximebant, hoc eſt decem de centũ, & Sacerdotibus dabant; & vulgò appellabatur *Therumàth maaſsèr*, & à Scriptura מעשר מן המעשר *Maaſser min hammaaſsèr Decima è decima*. Hinc Buxtorfius errare deprehenditur in Lexicis ad vocem עשר, & in recenſione Operis Talmudici in libro de Abbreuiaturis Hebraicis, *Sèder Zeraim* lib. 8. quibus in locis de מעשר שני *Decimis ſecundis* agens, eas dicit eſſe, quas rursùs à Colono accipiebant Leuitæ, & quæ ab ipſis in atrio Templi conſumebantur. Quod quidem verum non eſt: neque loca Scripturæ, quæ ab eo citantur, vllum ſuffragium ei ferunt: non locus Num. 18. v. 26. quia ibi de prima decima agitur, quam Leuitæ accipiebant à filijs Iſraël, & de qua ipſi Leuitæ iterùm decimam

ואחר כך מפריש מן השאר אחד מעשרה וזהו נקרא מעשר ראשון ונותנו ללוי ועל זה נאמר בתורה כי את מעשר בני ישראל וכו׳ : נאמר לבני לוי הנה נתתי את כל מעשר בני ישראל ׃

ואחר כך מפריש מן השאר אחד מעשרה והוא הנקרא מעשר שני והוא לבעליו ואוכלין אותו בירושלם ועליו נאמר ואם גאל יגאל איש ממעשרו ועליו נאמר עשר תעשר ואכלת לפני יהוה אלהיך במקום אשר יבחר וגו׳ ׃

Iſte eſt ordo oblationum, & decimarum. Poſtquam ſeminum meſſis completa fuiſſet, & fructus arborum collecti, & tota operatio abſoluta; ſeparabat (Colonus) *ex his vnum ex quinquaginta, & hæc vocabatur Therumà ghedolà Oblatio magna, & illam dabat Sacerdoti; & de hac dicitur in Lege* (Deuter. 18. ver. 4.) Initium frumenti tui, muſti tui, & olei recentis tui &c. *dabis ei.*

Deinde (ex eadem maſſa) *ſeparabat vnum ex decem, & hac vocabatur Maaſsèr riſciòn Decima prima, dabatque illam Leuitæ; de qua dicitur in Lege* (Num. 18. 24.) *quoniam decimam filiorum Iſraël, quam eleuabunt Domino eleuationem dedi Leuitis. Filijs enim Leuitarum dictum eſt: Ecce dedi omnem decimam filiorum Iſraël.*

Subinde ex reſiduo maſſa ſeparabat (idem Colonus) *vnum de decem, & hæc* (decimatio) *vocatur Maaſsèr ſcenì Decima ſecunda, quæ cedebat* (in commodum) *domini, & quam Ieroſolymis comedebat; & de his* (dominis) *intelligendum eſt illud* (Leuit. 27. 31.) Et ſi redimendo redemerit vir de decima ſua &c. *Et* (Deuter. 14. 22.) Decimando decimabis omnem prouentum ſeminis tui, qui egreditur ex agro annuatim (ver. 23.) Et comedes coram Domino Deo tuo in loco quem elegerit &c. Vnde manifeſtè apparet, quòd Colonus vnicam tantùm decimam, eamque primam dabat Leuitis, & ipſe pro ſe ſecundam decimam accipiebat, quam Ieroſolymis conſumebat, vt dictum eſt. Obſerua tamen, quòd in hoc loco Maijmon decimationem peragendam à Colono, ſeù domino annui redditus tantùm deſcribit, nihil curando de decima decimæ, quam Leuitæ Sacerdotibus dabant; de qua idem Maijmòn ſingulariter agit in *Halachòth Therumòth, Therumàth Maaſsèr*. Et in Comment. ſuper *Miſenà* Cod. *Berachòth* capite 7. idem Maijmòn hęc habet loquens de Therumà maaſsèr.

ואחר כך יקח הלוי המעשר ההוא שנתנו לו ויוציא ממנו חלק מעשרה ויתנהו לכהן וזה נקרא מעשר מן המעשר והחלק שיפריש הלוי נקרא תרומת מעשר ׃

Et poſtea accipit Leuita decimam illam quæ data eſt illi, & ex ea eximet decimam (partem) *quam dat Sacerdoti. Et hæc vocatur Maaſsèr min hammaaſsèr Decima de decima. Et pars, quam ſeparauit Leuita, vocatur Therumàth Maaſsèr Oblatio decimæ.* Quid planiùs dici poteſt? Corrigatur igitur hic locus in Buxtorfio, & pro decima ſecunda vocetur cū Scriptura *Decima de decima*, vel cum vulgo *Oblatio decimæ*, ſeù *eleuatio decimæ*.

Octauò מַעְשַׂר עָנִי *Maaſsèr Anì Decima pauperis.* Quolibet anno Colonus, ſeù paterfamilias decimam ſecundam è maſſa frugum eximebat, ſed non quolibet anno tenebatur illam conſumere Ieroſolymis: nam ex hebdomada annorum ſeptem, quatuor anni deſtinati erant pro itinere Ieroſolymitano, & duo pro pauperibus. Hoc videlicet ordine, vt anno primo, & ſecundò; item quarto, & quinto cum decimis ſecundis,

dis,

De Decimarum autem myſtica ſignificatione vide *Cabalam denudatam* pag 41 82. & 546.

Sed ad rem noſtram: In hoc igitur Codice agitur *De primis Decimis* Leuitis dandis poſt *Therumà ghedolà* ſublatam. Habet Capita 5.

Cap. 1. כְּלָל אָמְרוּ בְּמַעַשְׂרוֹת וכו׳ ׃ *Chelàl amerù bemaaſſeròth veculle. Regulam generalem tradiderunt de decimis &c.* Traduntur duæ regulæ generales ad cognoſcendum res, quæ ſubiectæ eſſe debent huic Iuri Decimarum. Traduntur etiam aliæ regulæ particulares, quibus cognoſcuntur fructus perducti ad maturitatem, quo tempore colligendi & decimandi. Habet *Miſcnaijoth* 8.

Caput 2. הָיָה עוֹבֵר בַּשּׁוּק וכו׳ ׃ *Haiàh òuer baſciùk veculle. Qui tranſit per plateam &c.* Qui è villa veniens, & per plateam tranſiens, ſi fructus amicis obtulerit, an qui receperint, nec ſciuerint eos fuiſſe decimatos, poſſint tutò comedere. Alij conſimiles circa dubitationem decimationis fructuum proponuntur caſus, & ſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 3. inc. הַמַּעֲבִיר תְּאֵנִים בְּחֲצֵירוֹ וכו׳ ׃ *Hammaauir teenim bachatzerò Veculle. Qui introduxit ficus in atrium ſuum &c.* An fructus allati à patrefamilias domũ poſſint comedi abſque decimatione; & an operarij aliũ cibum non habentes, neglecta decimatione, hiſce fructibus veſci poſſint. Vbi de atrijs, & alijs locis, in quibus hęc lex decimationis exerceri debeat, vel non, agitur.

dis, vel cum illarum valore Colonus Ieroſolymam proficiſcebatur. Tertio verò, & ſexto domi manebat, quolibet ſcilicet triennio, vbi ex hiſce decimis alebat pauperes, Leuitas, peregrinos, pupillos, & viduas, ex Deuter. 14. 28. Hinc non malè deduci poſſe videtur origo diuiſionis bonorum Eccleſiaſticorum in tres vulgatas illas partes, quarum tertiam pauperibus aſſignant Sacri Canones. Concil. Aurelian. 1. cap. 2. n. 7.

De his omnibus in Miſcnà Codd. *Peà, Demài, Sceuìith, Therumòth, Maaſſeròth, Maaſsèr ſcenì, & Biccurrìm*, & in vtroque Talmùd ijſdem Titulis fuſiſſimè agitur. Præterea de eadem materia ex Hebræis perquàm diligentiſſimè egit R. Moſes Bar Maijmonis libro זרעים *Zeraìm*.

R. Iacob Bàal Turìm *Tur. Iorè deàh.*

R. Ioſeph Carò in *Sciulchàn arùch Tur.* eodem.

R. Moſes Mikòtzi in libro *Samàgh*; Et alij quamplurimi ex recentioribus.

Ex Latinis, Auguſtus Varenius in *Trifolio ſacro de primogenitis, primitijs, & decimis.*

Becanus *de Analog. Veteris, & Noui Teſtamenti* cap. 7. q. 6. pag. 146. & ſeqq.

Ioſeph de Voiſin *Obſeruat. in Proœmiũ Pugionis Raimundi* fol. 31. & ſeqq.

Menochius lib. 2. *de Repub. Hebr.* cap. 4. fol 111. & ſeqq.

Io. Schickardus *de Iure Reg. Hebr.* cap. 4. Theor. 15.

Io. Benedictus Carpzou. Ibidem.

Io. Lightfoot. in *Horis Hebr. & Talmud.* pag. 431. & 574.

Sixtinus Amama *Commentariolo de Decimis Moſaicis.*

Digitized by Google

eximit Colonus, vel paterfamilias, & ad commodum ſui, Leuitarum quoque, & pauperum reſeruat: nec eam ſecundùm præſentis Can. ſanctionẽ, poteſt vendere, oppignorare, permutare, aut aliquid aliud ad eius pondus Ieroſolymis accipere. Mutuo verò munera eiuſdem ſpeciei gratis data inter ſe non interdicuntur, quæ tamen venduntur, an licitum verò ſit pecunijs, inde acceptis vti, & quibuſnam de cauſis, ac modis. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 2. inc. מעשר שני ניתן לאכילה וכו׳: *Maaſsèr ſcenì nithàn laachilà vecullè. Decima ſecunda datur ad comedendum &c.* Illæ ſecundæ decimæ ad alios vſus conuerti non poterant, niſi ad illum, ad quem à natura ſunt deſtinatæ, vt panis ad manducandum, vinum ad bibendum, oleum ad vngendum. Hic de huiuſmodi rebus agitur, & de valoris permutatione pecuniarum, & de obolo profano caſu permixto cum pecunijs ſacris. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 3. inc. לא יאמר אדם לחבירו וכו׳: *Lo iomàr Adàm lacheuerò vecullè. Non dicet homo ſocio ſuo &c.* Non licet has decimas alteri tradere, vt eas Ieruſalem aſportet; ſed per ſemetipſum afferre debet, vel alius eas gratis portare poterit. Tractat etiam de quamplurimis caſibus, qui euenire poterant in Ieruſalem, tam quoad pecuniam, quàm quoad fructus etiam exiſtentes in arbore, vel intra, vel extra Ieruſalem plantata; cuius rami extenduntur extra, vel intra murum Vrbis, qualenam Iudicium de ijs erit ferendum, & qua pecunia redimendi, & de id ge-

tur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 4. inc. הכובש השולק המולח בשדה חייב וכו׳: *Haccouèſc haſciolèk hammolèach baſſadè chaijàu vecullè. Qui* (fructus) *condit, & ſale elixat in agro, culpa tenetur &c.* Multi caſus afferuntur, in quibus de eadem re quis reddi poteſt reus, ſi vno modo ea vtatur; vel liber ſit, ſi circa eandem alio modo operetur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Cap. 5. העוקר שתלים מתוך שלו ונוטע לתוך שלו וכו׳: *Haokèr ſciethalìm mitòch ſcelò. venotèah letòch ſcelò vecullè. Qui eradicat ſurculos ex ſuo horto, & eoſdem plantat in alio horto pariter ſuo &c.* Tractat de plantis hortenſibus, & alijs plantulis, quæ à Colono tranſplantantur ab vno in alium locum eiuſdem Domini, an ſubiectæ ſint decimationi. Et de non vendendis rebus ijs, qui ſuſpecti ſunt de fidelitate rerum decimandarum, quas forſan non decimabunt, vel infideliter decimabunt. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 40.

PRIMI ORDINIS ZERAIM Codex octauus appellatur מעשר שני *Maaſsèr ſcenì Decima ſecunda*, de qua quàm oportuit, dictum eſt in ſuperiori Codice: Habet Capita 5.

Caput 1. incipit מעשר שני אין מוכרין אותו וכו׳: *Maaſsèr ſcenì en mocherin othò vecullè. Decimam ſecundam non vendunt &c.* Tractat de decima ſecunda, quam poſt decimam primam datam Leuitis ex reſiduo maſſæ

quinquaginta ſeptem.

PRIMI ORDINIS ZERAI'M

Codex nonus dicitur חָלָּה *Challà Placenta.* Poſt decimas, & alias eleemoſynas pauperibus debitas ex fructibus terræ, antequam panes coquerentur ex maſſa paſtæ, tenebantur eximere placentam, quam Sacerdoti offerebant, ex Num. 15. 20. & licèt non determinetur quantitas huiuſmodi placentæ, nec à quo eleuari debeat; attamen Rabbini decreuerunt ex 24. partibus, vnam eſſe auferendam in domibus priuatis: apud verò piſtores ex 48. vnam. Hæc à mulieribus etiam hodie ſolet auferri ex maſſa conſperſionis ad illarum arbitrium, quam poſtea igni tradunt. Habet Capita 4.

Caput 1. חֲמִשָּׁה דְבָרִים וכו׳: *Chamiſcià deuarìm Vecullè. Quinque res &c.* Determinantur quinque ſpecies frugum, ex quibus placenta eximi debeat, hæ ſunt 1. חִטִּים *Chittìm Frumentū,* 2. שְׂעוֹרִים *Seorìm Hordeum,* 3. כּוּסְמִים *Cuſemìm Zea,* ſeù *Spelta,* 4. שִׁבֹּלֶת שׁוּעָל *Scibbòleth Sciuàl Auena,* & 5, שִׁיפוֹן *Sciphòn Secalà.* Omnia iſta ſub ſpecie frumenti contineri volunt. Numerantur etiam eà, ex quibus neceſſariò eximi debet placenta, vti ſunt לקט *Lèket Collectio,* שכחה *Scechachà Obliuio,* פּאה *Peà Angulus &c.* Et agitur de qualitate maſſæ, ex qua placenta extrahi debet. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 2. פֵּירוֹת חוּצָה לָאָרֶץ וכו׳: genus alijs. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 4. inc. הַמּוֹלִיךְ פֵּירוֹת מַעֲשֵׂר שֵׁנִי וכו׳: *Hammolich peròth maaſsèr ſcenì Vecul. Qui adducit fructus decimæ ſecundæ &c.* Vendens decimam ſecundam, vt eam in pecuniam conuertat; vbi ſit vendenda, in loco vbi cariùs venditur, an vbi viliùs? Vnde de venditione decimæ ſecundæ tam numerata, quàm non numerata pecunia plurimi, & varij caſus referuntur, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 5. כֶּרֶם רְבָעִי מְצַיְּינִין אותו וכו׳: *Chèrem reuaì metzaienìn othò Vecullè. Vineam quadriennem ſignant eam &c.* Tractat de vineis nouiter plantatis, quarum fructus tribus primis annis nefas erat tangere, quia præputiati reputabantur; quarto autem anno Domino ſeruabantur; quinto in vſum dominorum cedebant. De huiuſmodi vineis quadriennalibus hic agitur; & de decima ſecunda vinearum prope Ieroſolymam itinere diario plantatarum, aſportanda in fructibus, & non in pecunijs. Et in fine exhibetur confeſſio, quæ coram Domino fiebat à patrefamilias, vel Colono, in qua ſe adimpleſſe omnia, quæ Deus circa decimas pauperum, angulum, collectionē, omiſſionem, & alia in Lege præceperat, fatebatur. Hinc dicunt; Iſraëlitas, & ſpurios feciſſe has confeſſiones, non autem peregrinos, ſeruos, & libertos, quibus nulla portio terræ erat. His adiungit R. Meir Sacerdotes, & Leuitas, quamuis ipſi haberent Ciuitates ſuburbiças, Leuit. 25. v. 34. Habet *Miſcnaijòth* 15. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt

וכו׳ ; *Peròth chutzà laàretz vecullè. Fructus extra terram &c.* Fruges, quæ extra terrã Iſraelis naſcuntur, & in eam introducuntur, an ex his eximi debeat placenta. Item quid dicendum erit de ijs, quæ in Terra Sancta naſcuntur, & extra terram aſportantur, an etiam ex his ſit eximenda placenta? Et de alijs dubijs circa maſſam, & farinam placentæ. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 3. אוֹכְלִין עֲרַאי מִן הָעִסָּה וכו׳ ; *Ocbelin arài min haiſsà vecullè. Qui comedunt accidentaliter de maſſa mixta &c.* ad quid teneantur. De alienigena, qui dat Iudæo farinam, vt faciat ex ea maſsã, an teneatur pręcepto de eximenda placenta; & de alijs quamplurimis caſibus ſimilibus. *Habet Miſcnaijòth* 10.

Caput 4. שְׁתֵּי נָשִׁים וכו׳ ; *Scetè naſcìm vecullè. Duæ mulieres &c* Si duę mulieres modicam quantitatem maſſæ ſubigant, etiamſi altera alteram maſſam tangat, vel quodammodo ei vniatur, non ob id tenetur aliqua ex his mulieribus placentam eximere. Agit & de menſuris, ſeù Cabis, quibus maſſæ farinaceæ menſurantur. Et de regionibus, quæ tenentur ad placentas, vbi aliqua exempla recenſentur de quibuſdam, qui extra terram exiſtentes, Ieroſolymam aſcenderunt, munera obtulerunt, ſed à Sacerdotibus non fuerunt recepta, quia extra terram habitabant. Habet *Miſcnaijòth* 11. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 38.

PRIMI ORDINIS ZERAIM Codex decimus dicitur עָרְלָה *Orlà Præputium* ſcilicet arborum. Vide quid dicat R. Moſes Ægyptius ſupra ad pag 89. Arbores enim fructiferæ primis tribus annis poſt plantationem cenſebantur præputiatæ, & immundæ, nec de illarum fructibus veſci licebat; de his enim arboribus agitur in præſenti Codice, qui habet Capita 3.

I. Caput incipit הַנּוֹטֵעַ לְסְיָיג וכו׳ ; *Hannotèa laſſeijàgh vecullè. Qui plantat ſepem &c.* Arbores ſi plantantur, vt ſepimentum fiat circa vineam, quamuis fructiferæ ſint, non ſunt obnoxiæ præcepto *Orlà Præputij*. An patres, qui primò ingreſſi ſunt terram Chananæorum, tenerentur ad obſeruationem huius præcepti circa arbores iam plantatas? & de alijs ſimilibus caſibus ad rem huiuſmodi ſpectantibus agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 2. הַתְּרוּמָה וּתְרוּמַת מַעֲשֵׂר שֶׁל דְּמַאי וכו׳ ; *Hatherumà vthrumàth maaſsèr ſcel demài vecullè. Oblatio, & oblatio decimationis rei dubiæ &c.* Agitur de fructibus arboris præputiatæ, vel de alijs rebus profanis, ſi permiſceantur cum fructibus ſacrarum oblationum, an iſti profani fiant, vel comedi poſſint, & quid opus ſit facto in his caſibus, & alijs ſimilibus. Habet *Miſcnaijòth* 37.

Caput 3. בֶּגֶד שֶׁצְּבָעוֹ בִּקְלִיפֵּי עָרְלָה וכו׳ ; *Bèghed ſcetzeuaò bklìphè orlà vecullè. Veſtis, quæ infecta eſt colore à corticibus Orlà arboris præputiatæ &c.* Si ex corticibus fructuum arboris præputiatę tingantur veſtimenta, comburi debent. Si autem aliquod ex huiuſmodi veſtimentis hoc modo coin-

habbiccurim vecullè. Quomodo ſeparant primitias &c Quibus ceremonijs deſignari debeant primitiæ, ſeparari, colligi, & ſolemniter aſportari in Templum, præcedente ſonitu tympani, & tibiæ, & de modo, quo legenda eſt Sectio: *Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingreſſus ſum in terram &c.* Deuter. 26. ver. 3. Habet *Miſcnaijòth* 12. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 34.

In quibuſdam libris *Miſcnaijòth* additur quartum Capitulum de *Androgynis*, in quo de diuerſis ſpeciebus Hermaphroditorum agitur, & quomodo conuenire poſſunt viris, & mulieribus; & de eo, qui פעמים quandoque apparet vir, פעמים quandoque mulier, & vocatur טומטום *Tometòm Obturatus*. Ita habet editio Veneta anno 385 minoris ſupputat. Chriſti 1625. & Amſtelodamenſis anni ת״ו 406. Chriſti 1646. in 8. Ita & Ghemarà editionis Cracouianæ anni 362. Chriſti 1602. in fol. Sed editio Conſtantinopolitana anni 404. Chriſti 1644. in 8. legit אבל טומטום אינו כן אלא או ספק איש או ספק אשה׃ *Sed Tometòm obturatus non ita eſt, ſed* ספק *dubium eſt, an ſit vir, vel mulier.*

Cæterùm hoc Capitulum non pertinet ad Codicem *Biccurim*, nec eſt compoſitum à Rabbènu Hakkadòſc, ſed eſt ברייתא *Baraijthà Extrauagans Lectio* habita extra Scholam Rabbènu Hakkadòſc, vt notatur in editione Veneta ſuprà laudata. Vel eſt תוספתא *Toſaphthà Additamentum* ad Cod. *Biccurim*, vt dicitur in Miſcnà Conſtantinopolitana. Habet *Miſcnaijòth* 5. & ſic -.

Finit סדר ראשון זרעים *Primus Ordo de Seminibus*, cuius מסכתות *Maſſachthòth* Codicis cum alijs permiſceatur, ſi omnia numero non excedant 200. vniuerſa illa comburi decernitur; ſi verò numerum 200. ſuperabunt, vnum ex illis auferri debet, & comburi; reliqua munda exiſtimantur &c. Habet *Miſcnaijòth* 9. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 35.

PRIMI ORDINIS ZERAI'M Codex 11. & vltimus vocatur בִּכּוּרִים *Biccurìm Primitiæ*. Tractat de primitijs ſeptem ſpecierum fructuum arborum, quæ gignuntur in Terra ſancta; offerendis Domino, iuxta Legem Deuter. 26. v. 2. Habet Capita 3.

Caput 1. יֵשׁ מְבִיאִין בִּכּוּרִים וְקוֹרִין וכו׳׃ *Ieſc meuiìn biccurìm vekorìn vecullè. Sunt, qui offerunt primitias, & legunt &c.* Recenſentur ij, qui tenentur offerre primitias, & legere *Paraſciam Sectionem* Deuter. cit. ver. 3. *Profiteor hodie &c.* & ij, qui tenentur offerre, ſed non legere, & de primitijs fructuum terræ vltra Iordanem non offerendis. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 2. הַתְּרוּמָה וְהַבִּכּוּרִים וכו׳׃ *Hattherumà vehabbiccurìm vecullè. Oblatio, & primitiæ &c.* De eo, qui comedit ex primitijs, decernitur quidem lethaliter peccare, ſed ad nullam pœnam corporalem obligari, niſi tantùm ad reſtitutionem valoris, & inſuper quintam partem. Statuitur etiam diſcrimen inter oblationem, decimas, & primitias: & de æquiualentia fructuum, tùm arborum, tùm animalium inter ſe. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 3. incipit כֵּיצַד מַפְרִישִׁין הַבִּכּוּרִים וכו׳׃ *Chetzàd maphriſcin*

quem ſuccendunt &c. Tractat quomodo permittendum ſit, vt cocta edulia calida conſeruentur in furno, ſine læſione Sabbathi. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 4. בַּמֶּה טוֹמְנִין וכו׳ ׃ *Bammè Tomenin vecullè. In quo recondunt &c.* An eadem edulia recondi poſſint, vel non, & quibus in rebus abdi, vt in die Sabbathi calor aſſeruetur. Prohibent recondi in rebus humidis, vti in fæcibus, fimo, ſale, calce &c. Permittunt in aridis, vti ſtuppa, lana arida, pellibus, & alis columbæ. Habet *Miſcnaijòth* 2.

Caput 5. בַּמֶּה בְּהֵמָה יוֹצְאָה וכו׳ ׃ *Bammè behemà iotzeàh vecullè. Cum quo animal exit &c.* Tractat de iumentis, & alijs animalibus, quomodo è ſtabulo, aut ouili, & armento, educi poſſint die Sabbathi, & quibus cum rebus. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 6. בַּמֶּה אִשָּׁה יוֹצְאָה וכו׳ ׃ *Bammè Iſcià iotzeàh vecullè. Cum quo mulier exit &c.* Tractat, cum quo mundo muliebri mulieri exire liceat per diem Sabbathi. Et vtrum homini liceat exire cum gladio arcu, ſcuto, funda, aut lancea, & cæteris huiuſmodi. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 7. כְּלָל גָּדוֹל אָמְרוּ בְּשַׁבָּת וכו׳ ׃ *Chelàl gadòl amerù beſciabbàth vecullè. Regulam magnam dixerunt de Sabbatho &c.* Traditur regula generalis ad cognoſcendũ, quot peccata committantur, ex tranſgreſſione multorum Sabbathorum; vel quot peccata committantur, ſi plura opera fiant in vno tantùm Sabbatho. Recenſentur

Codices ſunt 11. פרקים *Perakìm* Capita 75. משניות *Miſcnaijòth Paragraphi* 647.

Ordo Secundus vocatur מוֹעֵד *Moèd De Feſtis.* Vide ſuprà pag. 89. & ſeqq. Huius Secundi Ordinis Codices ſunt 12. qui hoc ordine diſponuntur.

1. שבת ׃ 2. ערובין ׃ 3. פסחים ׃ 4. חגיגה ׃ 5. יום טוב ׃ 6. מועד קטן ׃ 7. ראש השנה ׃ 8. יומא ׃ 9. סוכה ׃ 10. תעניות ׃ 11. שקלים ׃ 12. מגילה ׃

Huius SECVNDI ORDINIS Codex Primus vocatur שַׁבָּת *Sciabbàth Sabbathum.* Agitur in eo de Sabbatino feſto, quod qualibet hebdomada perpetuò recurrit. Et quid in eo licitum, vel illicitum ſit peragere, explicatur. Habet Capita 24.

Primum Caput incipit יְצִיאוֹת הַשַּׁבָּת וכו׳ ׃ *Ietziòth haSciabbàth vecullè. Eductiones Sabbathi &c.* Quotnam ſint exitus, ſeù eductiones Sabbathi. Quæ illicita ſint operari veſpere Sabbathi, & quæ permitti poſſint. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 2. בַּמֶּה מַדְלִיקִין וכו׳ ׃ *Bammè madlikin vecullè. Quibus (rebus) accendunt &c.* Agitur de lucerna Sabbathina, & quibus liquoribus licitum ſit eam accendere, vel quibus prohibitum. Huiuſmodi Sabbathinæ lucernæ accenſio mulieribus præcepta eſt. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 3. כִּירָה שֶׁהִסִּיקוּהָ וכו׳ ׃ *Chirà ſcehiſſikùha vecullè. Furnulus*

culpæ reum faciunt, & quæ à culpa liberant. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 12. הַבּוֹנֶה כַּמָּה יִבְנֶה וְיְהֵא חַיָּיב וכו׳׃ *Habbonè chammà iunè vihè chaijàu vecullè. Qui ædificat, quantum ædificabit, vt fiat reus &c.* Qui opus, quod remanet, in Sabbato facit, reus eſt: & eſt regula generalis. Item, qui arat, colligit ligna, coquit, purgat ſtabulum, herbam colligit, ſcribit etiam duo elementa Alphabetaria, reus eſt. Si hoc fecerit in aqua, aut alia quacunque re liquida, liberatur, &c. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 13. רִבִּי אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר הָאוֹרֵג שְׁלשָׁה חוּטִין וכו׳׃ *Ribbi Elièzer omèr, Haorègh ſcieloſcià chuttin vecullè. Rabbì Elièzer dicit: Qui texit tria fila &c.* Tractat de operibus, quæ fieri poterunt circa texturam, rupturam, & tincturam panni in Sabbatho. Item circa aucupium, & venationem. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 14. שְׁמוֹנָה שְׁרָצִים הָאֲמוּרִים בַּתּוֹרָה וכו׳׃ *Sciemonà ſceratzìm Haamurrìm batorà vecullè. Octo reptilia, quæ in Lege dicuntur &c.* Prohibetur venatio octo reptilium, eorum ſcilicet, quæ numerantur in Leuit. cap. 11. 29. *Muſtela, mus, &c.* reliqua verò reptilia vulnerari permittuntur impunè. Item prohibent muriam facere in Sabbatho, permittunt tamen oleo ſuper aquam impoſito ſalem in aquam conuertere. Non poteſt ſine culpa infirmos dentes quis abluere, vt ſanentur; quod ſi ex aceti comeſtione ſanantur, ſanentur. Vngere ſe oleo ſine cul-

tur etiam quadraginta vno minùs opera principalia, quæ prohibentur fieri in Sabbatho. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 8. inc. הַמּוֹצִיא יַיִן כְּדֵי מְזִיגַת הַכּוֹס וכו׳׃ *Hammotzì iàin chedè mezigàth haccòs vecullè. Qui effert vinum, vt poculum miſceri poſſit &c.* Tractat de rebus, quarum quantitas determinatur, quę, ſi die Sabbathi in ea quantitate efferantur, promens reus efficitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 9. אָמַר ר׳ עֲקִיבָא וכו׳׃ *Amar Ribbì Akiuà vecullè. Dixit R. Akiuà &c.* Quædam effata Rabbinica eſſe vera, R. Akibà ex Scriptura conatur probare; vti Idololatriam coinquinare, veluti menſtruata inquinat per onus, quia dicitur Iſai. 3. 22. *Diſperge eam ſicut menſtruatam &c.* Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 10. הַמַּצְנִיעַ לְזֶרַע וכו׳׃ *Hammatznià lezèrah vecullè. Qui recondit in ſemen &c.* Qui partem ſeminis ſerendi cauſa aſſeruat, & poſtea die Sabbathi promit, reus cenſetur. Et de quibuſdā alijs ſimilibus caſibus, in quibus vel abſoluuntur, vel rei exiſtimantur ſecundùm maiorem, vel minorem quantitatem tranſgreſſionis. Habet *Miſcn.* 6.

Caput 11. הַזּוֹרֵק מֵרְשׁוּת הַיָּחִיד לִרְשׁוּת הָרַבִּים וכו׳׃ *Hazorèk mereſciùth haijachid lirſciùth harrabbìm vecullè. Qui ſpargit* (aliquid die Sabbathi) *ex priuato loco in publicum &c.* Tractat de diuerſis ſpeciebus proiectionum vel lapidum, vel aliarum rerum, quæ fieri poſſunt die Sabbathi; & decernitur quænam ſint illæ, quæ

יח

culpa non poſſunt niſi infirmi, non tamen oleo roſarum, niſi filij Regum ſint. Rabbì verò Simeon dicit כל ישראל בני מלכים הם: *Col Iſraël Benè Melachim hem; Omnes Iſraëlitæ ſunt filij Regum.* Magna prærogatiua Iudæorum! Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 15. inc. אֵלּוּ קְשָׁרִים שֶׁחַיָּבִין עֲלֵיהֶן וכו׳: *E'lu keſciarim ſcechaiauìn aleèn vecullè. Iſti ſunt nodi; propter quos rei fiunt &c.* Tractat de nodis, qui prohibentur fieri, & ſolui in Sabbatho, vti nodus Camelariorum, & Nautarum. Si vna manu ſolui poſſint, permittuntur. Datur regula generalis à R. Iuda: Omnis nodus, qui non eſt firmus, non fiunt rei illius, ſi ſoluatur. Tractat etiam de complicatione veſtimentorum, & quomodo liceat ſternere lectum à nocte Sabbathi pro Sabbatho, ſed non à Sabbatho pro exitu Sabbathi. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 16. כָּל כִּתְבֵי הַקֹּדֶשׁ וכו׳: *Col chithuè hakkòdeſc vecullè. Omnes Scripturæ ſanctæ &c.* Tractat de rebus, quæ ab incendio die Sabbathi eripi poſſint. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 17. כָּל הַכֵּלִים נִיטָּלִין בְּשַׁבָּת וכו׳: *Col hachelìm nittalìn beSciabbàth vecullè. Omnia vaſa tolluntur in Sabbatho &c.* De vaſis, quæ tolli poſſunt cum eorum ianuis, id eſt operculis, & capſis, quibus includuntur: de inſtrumentis tollendis ad vſum victus, vt de malleo ad frangendas nuces, & his ſimilibus. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 18. מְפַנִּין אֲפִילוּ אַרְבַּע וְחָמֵשׁ קוּפּוֹת שֶׁל תֶּבֶן וכו׳: *Mephanìn aphilu arbaàh vechamèſc kuphòth ſcel tèuen vecullè. Expurgant etiam quatuor, vel quinque ciſtas paleæ &c.* Licitum faciunt expurgare locum, ad hoſpites ſuſcipiendos diſcubituros, aut Doctores concionaturos die Sabbathi; faſciculos ramorum in pabulum beſtiarum parant; gallinam fugientem vrgent, quamdiù in gallinarium intret; manu ducunt pullos aſinarum; mulier manu ducit filium, ſi tollere iam valet vnum pedem, & ſiſtere alterum; fœminæ obſtetricantur in Sabbatho; ligatur vmbilicus; ſcinditur præputium, & alia ad Circumciſionem neceſſaria peraguntur. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 19. רַבִּי אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר אִם לֹא הֵבִיא כְּלִי מֵעֶרֶב שַׁבָּת מְבִיאוֹ בְּשַׁבָּת וכו׳: *Ribbì Elièzer omèr, Im lo heuì chèli mèereu Sciabbàth, meuiò beSciabbàth vecullè. R. Elièzer dicit: Si non attulit inſtrumentum* (ad circumcidendum) *veſpera Sabbathi, affert illud in Sabbatho &c.* Traditur regula generalis à R. Akibà circa opus, quod impellit Sabbathum, & facit, vt ſoluatur, & eſt: Omne opus, quod fieri poteſt veſpera Sabbathi, non impellit Sabbathum; ſed opus quod fieri non poteſt veſpera Sabbathi, Sabbathum pellit: ideò omnia, quæ ad circumciſionem pertinent, die Sabbathi faciunt. Notantur quoque ea, quæ circumciſionem remorantur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 20. רַבִּי אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר תּוֹלִין אֶת הַמְשַׁמֶּרֶת בְּיוֹם טוֹב

בְּדֵי יַיִן וכו׳ ׃ *Scioèl Adàm mechauerò çaddè Iàijn vecullè. Petit homo à ſocio ſuo cados vini &c.* Quilibet poteſt petere à proximo ſuo quicquid indiguerit in Sabbatho, dummodo non dixerit: Mutua mihi; vel Vende mihi vinum, panem &c. poteſt tamen relinquere ei pallium; & poſt feſtum rationem cum eo ineat. Omnia neceſſaria pro mortuo faciunt die Sabbathi; vngunt, abluunt, dummodo membrum in eo non moueant, alligant maxillam, ſed non claudunt oculos mortui in Sabbatho, neque in profeſtis diebus cum anima exierit, quia putant ſic facientem homicidam eſſe. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 24. מִי שֶׁהֶחְשִׁיךְ בַּדֶּרֶךְ נוֹתֵן כִּיסוֹ לַנָּכְרִי וכו׳ ׃ *Mi ſceechſcich baddèrech nethèn chiſsò lannochrì vecullè. Cui tenebræ ſuperuenerint in via* (veſpera Sabbathi) *ſi marſupium habeat, dat illud alienigenæ &c.* ſi ſecum iter faciat: ſi non adeſt alienigena, imponit aſino. Quomodo ſe gerere debeat poſtquam in atrium peruenerit, tam quoad exonerationem ſarcinæ, quàm quoad pabulum parandum coram iumento, gallinis, apibus, columbis. Agit etiam de reſciſſione votorum ad Sabbathum pertinentium, & his ſimilibus. Habet *Miſcnaijòth* 5. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 139.

ORDINIS SECVNDI MOE'D Codex ſecundus vocatur עֵרוּבִין *Eruùn Mixturæ.* In eo agitur de terminis, limitibus, atrijs, domibus diuerſis tam propinquis, quàm longiùs à ſe diſtantibus commiſcendis, & coniungendis, ac ſi inter ſe vnica eſſet habitatio, ad hoc vt in

טוֹב וכו׳ ׃ *Ribbì Elièzer omèr, tolineth hammeſciamèreth beiòm tòu vecullè. Rabbì Elièzer dicit: Suſpendunt ſaccum colatorium in die feſto &c.* De his, quæ fiunt tempore vindemiæ, vt imponere feces in colatorio, aquas ſuper feces, & huiuſmodi, an ſit licitum ea in Sabbatho peragere. Itemque de ijs, quæ fieri poſſunt circa animalium præſepia, vt ſtramen imponere, fimum remouere, & huiuſmodi. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 21. נוֹטֵל אָדָם אֶת בְּנוֹ וְהָאֶבֶן בְּיָדוֹ וכו׳ ׃ *Notèl Adàm eth Benò, vehaèuen beiadò vecullè. Tollit homo filium ſuum, etiam ſi lapis* (ſit) *in manu illius &c.* Si, quod principale eſt, non prohibetur in Sabbatho, neque id, quod eſt acceſſorium. Sic ducunt puerulum manu ferentem nucem, vel lapidem, & corbem, etiam ſi ſit in ea lapis. Inclinant etiam corbem, vel aliud vas, vt lapis decidat; micas etiã è menſa excutiunt, ſi ſint oliua minores. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 22. חָבִית שֶׁנִּשְׁבְּרָה מַצִּילִין הֵימֶנָּה מְזוֹן שָׁלֹשׁ סְעוּדוֹת וכו׳ ׃ *Chabbìth ſcenisbarà matzilin hemenàh metzòn ſcialòſc ſeudòth vecullè. Dolium quod confractum eſt* (in Sabbatho) *educunt ex eo alimentũ trium refectionum &c.* Et permittunt, imò inuitant, vt idem alij faciant. Frangunt dolium, vt caricas ex eo extrahant, & comedant. Ponunt coctile in medio foueæ, vt calor in eo conſeruetur. Lauantes ſe abſtergunt linteis, & alia his ſimilia. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 23. שׁוֹאֵל אָדָם מֵחֲבֵירוֹ

in die Sabbathi res, quæ ad vſum vitæ pertinent, de vno ad alium locũ deferri, & aſportari poſſint. Nihil de hoc Iure in Lege habetur. Regi Salomoni Talmudiſtę illud attribuunt. Habet Cap. 10.

Cap. 1. inc. מָבוֹי שֶׁהוּא גָּבוֹהַּ לְמַעְלָה מֵעֶשְׂרִים אַמָּה יְמַעֵט וכו׳ ; *Mauòi ſcehù ghauòah lemaalà meeſrim ammà iemaèt vecullè. Aditus qui altior eſt 20. cubitis, minuatur &c.* Si introitus oſtiorum in domibus quibuſque ſint altiores 20. cubitis, non poteſt fieri mixtura Sabbathica (quæ fieri ſolet per placentam) niſi minuantur, id eſt redigantur ad breuiorẽ altitudinem. Determinatur altitudo, & latitudo poſtium. Quomodo caſtra, ſiuè hominum turmæ ſepimentis includi poſſint: an vtenſilijs iumentorum, funibus, arundinibus, & alijs huiuſmodi, ritè cingantur ad hunc finem. In caſtris enim quatuor res permittunt: adducere ligna ex quocunque loco; liberos eſſe à lotione manuũ, à דמאי *Demài Re dubia*, & ab ערב *Erùb Mixtura* Sabbathica. Habet *Miſcn.* 10.

Caput 2. עוֹשִׂין פַּסִּין לַבֵּירָאוֹת וכו׳ ; *Oſsìn pasìn labiraòth vecullè. Faciunt aſſeres ad fontes &c.* Faciunt aſſeres circa fontem priuatum, vt ex eo poſſint homines haurire, & educere aquam in locum publicum, vt hoc modo ex priuato loco publicus fiat; & de alijs eiuſdem generis pertinentibus ad mixturam fontium, & puteorum agitur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 3. incipit בַּכֹּל מְעָרְבִין וּמִשְׁתַּתְּפִין חוּץ מִן הַמַּיִם וּמִן הַמֶּלַח וכו׳ ; *Baccòl meareuìn, vmiſ-*

tatephìn chûtz min hammàim vmin hammèlach vecullè. Omnibus (rebus) *miſcent, & aſſociant, exceptis aqua & ſale &c.* Intelligitur de mixturis Terminorum quoad iter faciendum die Sabbathi, quæ omnibus rebus fieri poſſunt, id eſt omnes res ſunt aptæ ad huiuſmodi faciendas mixturas, præter aquam, & ſalem: nam de mixturis atriorum alia eſt ratio, quia atria inter ſe miſceri non poſſunt niſi per panem. Habitantes enim in eodem atrio, ſed in domibus diſtinctis, vt de vna in aliam domum, die Sabbathi vtenſilia, & alia ad cibos pertinentia tranſportare poſſint, hanc ineunt rationem; conferunt ſinguli patresfamilias pugillum farinę, inferunt in vas, miſcent, & confundunt; ex qua farinæ mixtione, exiſtimant, omnes illius atrij domus inſimul ita permixtas eſſe ac vnitas, vt vnica tantùm domus cenſeatur, in cuius rei memoriam, aquam farinæ infundunt, ſubigunt, in maſſam redigunt, & ex ea placentam efficiunt, coquunt, & coctam benedicunt, ac reſeruant in loco propatulo, vel in ipſa Synagoga, vt ab omnibus inſpici poſſit. Priuilegia, quæ Erubicæ placentæ attribuunt, in formula benedictionis continẽtur. Hanc ex libello benedictionum tranſcribere placuit, vt prudens Lector videat, quanta ſit auctoritas Iudæorum, qui in placentula panis, præcepta, quæ eis non præcipiuntur, recludere, eaque ad libitum ſoluere ſe poſſe, exiſtiment. Formula eſt.

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על מצות ערוב: ברין יהא שרי לאפוקי ולעולי מבית פלוני לבית פלו׳ ומבית פלונ׳ לבית פלו׳ מעילית לתחתית ומתחתית לעילית ומן החצר לבתים

ומן הבתים לחצר ומכל הבתים שנתנו בעירוב מזה לזה לנו ולכל ישראל ׃

Benedictus tu Domine Deus noſter Rex mundi, qui ſanctificaſti nos præceptis tuis, & præcepiſti nobis præceptum mixturæ. Hic erunt habitationes noſtræ, & egreſſiones (vt liceat nobis) *aſcendere de domo in domum: de domo N. in domum N. de ſuperioribus in inferiora, & de inferioribus ad ſuperiora: de atrio in domum, & de domo in atrium. Et de omnibus domibus quæ poſitæ ſunt. In* (Erub) *mixtione huius, & alterius, nobis. & Vniuerſo Iſraëli.* Itaque hanc atriorum mixturam non faciunt, niſi tantùm per panem. Aliam mixturam, quam תבשילין *Teuaſcelin Coctilium* vocant, faciunt per panem, aut per ouum aſſatum, aut coctum aquã. Mixturam autem Terminorũ quacumque alia re faciunt, præter aquam, & ſalem, vt dictum eſt. De his mixturis agitur hìc, & quomodo Termini, ſeù itinera Sabbathica miſceri poſſint inter ſe. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 4. מִי שֶׁהוֹצִיאוּהוּ גוֹיִם אוֹ רוּחַ רָעָה וכו׳׃ *Mi ſcehotzihùu goìm ò rùach raà Vecullè. Si gentilium quiſpiam, aut malignus ſpiritus &c.* Terminus Sabbaticus conſtituitur bis mille cubitorum ſpatio, ad quem Iudæus pertingere poterit in die Sabbathi; vltrã quem egredi non licebit. Si igitur aliquis Gentilis per vim extraxerit Iudæum vltra hunc Terminum, decernitur adhuc eum poſſe quatuor vlnas ambulare. Qui tranſilierit Terminum Sabbaticum, vt aliquem à periculo liberet, reuerti poteſt in locum ſuum. In itinere poteſt quis ſibi conſtituere Terminum Sabbaticum bis mille cubitorum à loco, vbi veſpera Sabbathi quieſcit verſus quatuor mundi plagas; quòd ſi huiuſmodi Terminũ tranſilierit, per 3. cubitos retrocedere non poteſt. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 5. כֵּיצַד מְעַבְּרִין אֶת הֶעָרִים וכו׳׃ *Chetzàd meauerin eth hearìm Vecullè. Quomodò grauidant Vrbes &c.* Tractat de mixtura Vrbiũ, quomodo per menſurã bis mille cubitorum poſſint inter ſe commiſceri, & quodammodo vniri. Item de modo, quo eędem ſint menſurandæ, vbi incipienda ſit menſura, à quo debeant menſurari, nempè à perito: qua menſurã menſurandæ? Fune quinquaginta cubitorũm. Et quomodo menſurandæ ſint valles, & montes. Habet *Miſcnaijòth* nouem

Cap. 6. הַדָּר עִם הַנָּכְרִי בֶּחָצֵר וכו׳׃ *Haddàr im hannochrì bachatzèr Vecullè. Qui habitat cum extraneo &c.* Si in eodem atrio, vbi habitat Iudæus, habitet & Gentilis, non poterit ערב *Erùb Mixturam* facere cum altero Iudæo, quia iſtorum domus ſeparantur per interiacentem domum Gentilis; & ob id neque è domo ſua vtenſilia in atriũ aſportare poterit Iudæus in die Sabbathi. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Cap. 7. incipit חַלּוֹן שֶׁבֵּין שְׁתֵּי חֲצֵירוֹת אַרְבַּע עַל אַרְבַּע וכו׳׃ *Chalòn ſcebèn ſcetè, chatzeròth arbaà al arbaà Vecullè. Feneſtra, quæ eſt inter duo atria quatuor ſuper quatuor &c.* Si duo atria inter ſe contigua fuerint, & inter vtrumque reperiatur feneſtra quadrata, vtrum duæ, an vna mixtura fieri debeat. Item ſi in his duobus atrijs conti-

in die Sabbathi, vel vice verſa, & reſoluitur negatiuè, ſicut fit de eo, qui vult eodem modo expuere, aut bibere. Tractat etiam de his, quæ licita erant fieri in Templo; & prohibita erant in Vrbe Ieroſolymorũ. Habet *Miſcnaijòth* 15. Huius Codicis *Miſcnaijòth* ſunt 96.

ORDINIS SECVNDI *Moèd* Codex tertius dicitur פְּסָחִים *Peſachim* *Paſchata*, vbi de Paſchate primo, & Paſchate ſecundo pertractatur, de quibus in Exodo 12. & 13. Deuter. 16. Habet Capita 10.

Caput 1. אוֹר לְאַרְבָּעָה עָשָׂר בּוֹדְקִין אֶת הֶחָמֵץ וכו׳: *Or learbaà aſsàr bodekin eth hachamètz vecullè. Luce decima quarta inquirunt fermentatum &c.* Tractat de perquiſitione fermentati, facienda die 14. primi menſis Niſàn, cùm adhuc lux eſt, non tamen ad lumen Solis, aut Lunæ, ſed ad lumen candelæ; & de reſeruatione panis pro cibo ſequentis diei, qua cautela id faciendum, & quot horis, & quomodo reſeruandus ſit ad comburendum. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 2. כָּל שָׁעָה שֶׁמּוּתָּר לֶאֱכוֹל מַאֲכִיל לַבְּהֵמָה וכו׳: *Col ſciaà ſcemuthàr leechòl maachil labehemàh vecullè. Qualibet hora, qua licitum eſt comedere* (fermentatum, licitum eſt eo) *cibare iumentum &c.* Elapſo tempore permiſſionis, non eſt ampliùs licitum fermentato vti, neque intrudi in clibanum, ſed debet comburi. Referuntur aliquot caſus de pane fermentato Gentilium tempore Paſchatis, an eo vti poſſit Iudæus poſt peractum Paſcha &c. Habet *Miſcnaijòth* 8.

tiguis fuerit murus in medio, foſſa aut palearium, an vna, vel duabus mixturis aſſociandi ſint; vbi & de Torta, per quam facienda eſt mixtura atriorum, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 8. inc. כֵּיצַד מִשְׁתַּתְּפִין בַּתְּחוּמִין וכו׳: *Chetzàd miſctatephin batechumin vecullè. Quomodo communicant in confinijs &c.* Aſſignatur modus, quo communicare debent ſocij in confinijs, ſeù Terminis Sabbathicis, vbi aſſignatur res apta ad עירוב *Erùn Mixturam*, vti *dolium*, & vbi ponendum. Et quomodo poſſint haurire aquam ex puteo, ſtagno, aut mari die Sabbathi. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Cap. 9. כָּל גַּגּוֹת הָעִיר רְשׁוּת אַחַת וכו׳: *Col ghaghòth hair reſciùth achàth vecullè. Omnia tecta vrbis* (ſunt) *poteſtas vna &c.* Si tecta vnius Vrbis ſint æqualiter plana, ſub vna licentia ſunt, & ab vno ad aliud pergi poteſt in die Sabbathi ſine alia mixtura. Item de atrijs præruptis, & domibus è duobus lateribus dirutis, an perdiderint mixturam. Habet *Miſcnaijòth* quatuor.

Caput 10. הַמּוֹצֵא תְּפִילִין מַכְנִיסָן זוּג זוּג וכו׳: *Hamotzè Thephillin machnisàn zug zug vecullè. Educens Thephillin, introducit ea par par &c.* Tractat, quomodo introducenda ſint Thephillin in Vrbem die Sabbathi, & decernitur par par, id eſt duo paria, alterum Capitis, alterum brachij poſſe introduci. R. Gamliel permittit bina bina. An poſſit homo ſtans in loco priuato mingere in locum publicum

Caput 3. אֵלּוּ עוֹבְרִין בַּפֶּסַח וכו׳ ׃ *E'lu òuerin bappèſach vecullè. Iſta ſunt prohibita in Paſchate &c.* Numerantur quædam, quæ nullo modo in ædibus ſeruari poſſunt tempore Paſchatis; ea ſunt 1. כּוּתָח הַבַּבְלִי *Còthach habbaulì Potio*, ſeù *intinctum Babylonicum*. 2. שֵׁכָר הַמָּדִי *Sechàr hammadì Sicera Meda.* 3. חוֹמֶץ הָאֲדוֹמִי *Chòmetz haadomì Acetum Edomæum.* 4. זֵיתוּם הַמִּצְרִי *Zethùm hammitzrì Zythus Aegyptiacus.* 5. זוּמָן שֶׁל צַבָּעִים *Zumàn ſcel Tzeuaim Tinctura Tinctorum.* 6. עֲמִילָן שֶׁל טַבָּחִים *Amelàn ſcel Tabachim Maſſa farinacea Coquorum* qua obtegere ollas ſolebant. 7. קוֹלָן שֶׁל סוֹפְרִים *Kolàn ſcel Sopherim Colla, glutinum Librariorum.* R. Eliezer addit octauum, nempè תַּכְשִׁיטֵי נָשִׁים *Tachſcitè naſcim Mundum muliebrem.* Regula generalis eſt: Vbicumque aliquid farinæ cuiuſcumque generis frumenti immixtum eſt, quia fermentari poteſt, Paſchatis feſto in domibus retineri prohibitum eſt. Cæterùm, ſi feſtiuo Paſchatis tempore, fermentatum caſu repertum ſit, comburi debet, vel ad minus mente annihilari. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Cap. 4. מְקוֹם שֶׁנָּהֲגוּ לַעֲשׂוֹת מְלָאכָה בְּעַרְבֵי פְּסָחִים וכו׳ ׃ *Makòm ſcenahagù laaſòth melachà bearue Peſachim vecullè. Vbi conſuetudo inualuit operari veſpera Paſchatum &c.* In regionibus, in quibus vſu receptum eſt, opera fieri veſpere Paſchatum, ea fieri permittuntur. Habet *Miſcnaijòth* 8. In fine huius Capituli; & loco nonæ *Miſcnæ* reperitur quædam בארייתא *Baraijethà Extrauagans* lectiuncula de ſex rebus, quas fecerat Rex Ezechias; harum tres commendatæ, & aliç improbatæ ab omnibus fuerunt. Eas eſſe dicunt, concidiſſe Ezechiam oſſa patris ſui ſuper feretrum: Fregiſſe ſerpentem æneum: & abſcondiſſe librum Medicinæ, quem ediderat Rex Salomon, & hæc approbata fuerunt. Fregiſſe valuas Templi, eaſque miſiſſe ad Regem Aſſyriorum: clauſiſſe aquas ſuperioris Geon: & intercalauiſſe Niſàn in ipſo Niſàn; & hæc improbata fuerunt: nam intercalatio iſta Niſàn in Niſàn error maximus fuit, quia Paſcha non in primo Menſe poſt Tekupham Verni temporis, ſed in ſecundo menſe neceſſariò celebrandum fuerat, nempe in ſecundo Niſàn, contra præſcriptum Legis, quo præcipitur, vt in primo menſe anni Paſcha celebretur. Exod. 12. 2.

Caput 5. תָּמִיד נִשְׁחָט בִּשְׁמֹנָה וכו׳ ׃ *Tamìd niſchàt biſmonà vecullè. Iuge Sacrificium mactatur* (hora) *octaua &c.* Quo tempore Sacrificia Paſchalia mactanda ſint, & quomodo, hic demonſtratur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 6. אֵלּוּ דְבָרִים בַּפֶּסַח דּוֹחִין אֶת הַשַּׁבָּת וכו׳ ׃ *E'lu deuarìm bappèſach dochìn eth haSciabbàth vecullè. Iſta ſunt, quæ in Paſchate impèllunt Sabbathum &c.* Tractat de illis

re-

primum, & ſecundum. Quid inter Paſcha primum Ægyptiacum, & inter Paſcha reliquarum generationum. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 10. עַרְבֵי פְּסָחִים וכו׳ ; *Aruè Peſachim vecullè. Veſpere Paſchatum &c.* Agitur de Cœna Paſchali, & de quatuor Calicibus exhauriendis in Cœna. De tribus rebus, quarum mentio fieri debet in accubitu Paſchali, nempè פסח מצה ומרור *Pèſach, Matzà, & Maròr, Tranſitu, Infermentato, & Amarore.* De הלל *Hallèl* recitando, & Cœna perficienda. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Huius Codicis *Miſcnaijòth* ſunt 88.

ORDINIS SECVNDI MOE'D Codex quartus vocatur חֲגִיגָה *Chaghighà Feſtum.* Tractat de שָׁלֹשׁ רְגָלִים *Scialòſc regalìm Tribus vicibus*, ſeù *tribus temporibus*, quibus in Ieruſalem ter in anno celebrabantur ſolemnes feſtiuitates, videlicet *Paſchatis, Pentecoſtes, & Tabernaculorum*, ad quas celebrandas tenebantur Iudæi Ieroſolymam aſcendere, & ſiſtere ſe coram Domino, ſecundùm quod ſtatutum eſt in Exodo cap. 23. 14. & 17. Hęc ſolemnis comparitio vocatur *Chaghighà*, de qua in hoc Codice. Habet Capita 3.

Caput 1. הַכֹּל חַיָּבִין בְּרְאִיָּה וכו׳ ; *Haccòl chaijauìn bareijàh vecullè. Omnes tenentur ad comparitionem &c.* Omnes tenebantur comparere ante Dominum in Ieruſalem, exceptis ſurdo, ſtulto, puerulo, obturato in genitalibus, androgyne, muliere, ſeruo non manumiſſo, claudo, cœco, ægroto, ſene, & eo, qui ſuis pedibus ire non poterat. Puerulus autem ille dicitur, qui

niſi

rebus, quæ neceſſario fieri debent tempore Paſchali, etiamſi fuerit Sabbathum, quamuis & opera ſeruilia ſint. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 7. inc. כֵּיצַד צוֹלִין אֶת הַפֶּסַח וכו׳ ; *Chetzàd tzolìn eth happèſach vecullè. Quomodo aſſant Paſcha &c.* De modo aſſandi Agnum Paſchalem, illumque comedendi. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 8. הָאִשָּׁה בִּזְמַן שֶׁהִיא בְּבֵית בַּעְלָהּ וכו׳ ; *Haiſcià bizmàn ſcehì bebèth baalàh vecullè. Mulier tempore, quo ipſa eſt domi mariti ſui &c.* Proponuntur, & reſoluuntur varij caſus circa eos, qui comedere debent Agnum Paſchalē; vti ſi Ruben maritus Rachelis, & Simeon pater eiuſdem, ambo mactent Paſcha, ſiuè Agnum Paſchalem pro eadē Rachele, Ruben tamquam maritus, Simeon tamquam pater. Quęritur, cum quo debeat comedere Paſcha Rachel, cum marito, an cum patre? Reſpondet Miſcnà: Cum marito, ſi in domo mariti fuerit, de Paſcha mariti comedet; ſi domum patris adierit Paſcha celebratura, & vterque tam maritus, quàm pater pro eadem, Paſcha mactauerit, Paſcha comedet cum patre &c. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 9. מִי שֶׁהָיָה טָמֵא וכו׳ ; *Mi ſcehaiàh tamè vecullè. Is qui fuerit immundus &c.* Tractat de Paſchate ſecundo, quod erat celebrandum ab ijs, qui in longiori via fuerunt tempore celebrationis Paſchatis primi, vel obliti ſunt, aut adacti, nec potuerunt ſuo tempore celebrare; celebrandum erat menſe ſecundo. Quid interſit inter Paſcha

de operibus ſex dierum coram duobus, aut de Cabala contenta in Curru Ezechielis coram vnico ſocio. Quod ſi aliter feciſſet, meliùs illi erat ſi natus non fuiſſet. Vbi de oblationibus, & purificationibus faciendis pro die feſto, & alijs his ſimilibus. Habet *Miſcnaijòth* ſeptem.

Caput 3. incipit חומר בקודש מבתרומה וכו׳ ; *Chòmer bakòdeſc mibatherumà vecullè. Grauiùs eſt ſanctum, eleuatione &c.* Quæ ſancta ſunt, veluti Sacrificia, & alia huiuſmodi, ſanctiora cenſentur, quàm ſit תרומה *Therumà Eleuatio, ſiuè oblatio*. Ita vt ſi vaſa, quæ diuerſas partes habeant, & vna ex his immunda fuerit, alia immunda non cenſetur pro Therumà aſportanda; non autem ſic pro re ſancta, quia omnes partes vaſorum cenſentur immundæ, ſi vna ex his immunda fuerit. De his priuilegijs rerum ſanctarum ſuper Therumas in hoc Capitulo agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Aduertendum eſt, quòd hic Codex à R. Moſe Bar Maijmonis, vt ſuprà notauimus, ponitur vltimo loco poſt alios Codices huius Ordinis *Moèd*. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 23.

ORDINIS SECVNDI MOE'D Codex quintus vocatur יום טוב *Iòm Tòu Dies bonus*, id eſt *dies feſtus*. Alijs à prima voce Codicis dicitur ביצה *Betza Ouum*, Tractat de diebus feſtiuis in genere, & de ijs, quæ licita, vel illicita ſunt, in eis peragere. Habet Capita quinque.

Caput 1. ביצה שנולדה ביום טוב וכו׳ ; *Betzà ſcenoledà beiòm tòu vecullè.*

niſi à patre manu trahatur, incedere non valet. Probat *Miſcnà* ex ſuprà allato loco Exodi 23. 14. שלש רגלים *Tribus repedationibus* dictis à רגלים *Raglàim Pedibus*, quià proprijs pedibus huiuſmodi iter erat abſoluendum. Hinc apparet Chriſti humilitas, qui per omnia non ſolùm Legis præcepta, ſed & conſtitutiones Seniorum voluit obſeruare. Conſtituunt Rabbini, ex antiquorum præcepto; quòd pater erga filium vſque ad 12. ætatis ſuæ annum læniter cum eo agat: à duodecimo verò anno, & deinceps, ſi patris voluntati non obſequens ſit, contra eum cum rigore procedat Ghem. Cod. *Chetubòth* c. 4. p. 50.

אדם מתגלגל עם בנו עד שתים עשרה שנה מכאן ואילך יורד עמו לחייו: *Læniter agat homo cum filio ſuo vſque ad duodecimum annum ſuæ ætatis. Hinc & vlterius deſcendat cum eo* (in arenam) *contra vitam ipſius*. Gloſſa: *Si* (filius) *rebellis fuerit ante 12. annum læniter procedat, poſtea eum verberibus, & alimenti ſubtractione caſtiget*. Chriſtus verò relinquere nobis volens perfectiſſimæ obedientiæ exemplum, cùm eſſet puer annorum 12. aſcendentibus parentibus ſuis Ieroſolymam in die ſolemni Paſchæ, aſcendit & ipſe; vt ſic & Legis præcepto ſatisfaceret, & parentum, atque maiorum iuſſiones adimpleret. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 2. אין דורשין בעריות בשלשה וכו׳ ; *En doreſcin vaaraiòth biſcloſcià vecullè. Non inquirunt de turpitudinibus in tribus &c.* Quomodo in itinere huiuſmodi pedites ſe gerere debebant. Non enim loqui fas erat de nuditatibus, quarum mentio fit in Leuit. 24. coram tribus peditibus; neque

Digitized by Google

&c. Non licet in die feſto transferre vaſa liquorum aliquo inſtrumento, ſed tantùm proprijs manubrijs, & anſis &c. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 5. מַשִּׁילִין פֵּירוֹת דֶּרֶךְ אֲרוּבָּה בְּיוֹם טוֹב וכו׳ ׃ *Maſcilin peròth dèrech arubbà beiòm tòu vecullè. Decutiunt fructus per cataractā in die feſto &c.* Permittunt fructus ab arbore excutere in die feſto, & eos, licèt decimati non ſint, comedere: ſed per feneſtram, non autem per portam introducunt, vt videantur id caſu feciſſe, & fame compulſi. Liquoribus ſupponunt vas, & transferunt de loco ad locum, ne fluant in die feſto. Aſſignatur differentia inter diem feſtum, & Sabbathum. Habet *Miſcnaijòth* 7. Et hic Codex alio in loco ſtatuitur à R. Bar Maijmonis. Omnes illius *Miſcnaijòth* ſunt 41.

ORDINIS SECVNDI MOE'D Codex ſextus dicitur מוֹעֵד קָטָן *Moèd katàn*, vel קָטֹן *Katòn Feſtum paruum*, ſeù *Interfeſtum*, agitur de diebus intermedijs inter primum & octauum diem ſolemnitatum Paſchatis, & Tabernaculorum; qui quidem exiſtimantur ſacri, cùm ſacra in eis peragant, ſed non adeò ſacri, vt omnia ſeruilia opera in eis prohibita ſint. Vide quid de eis dicat R. Bar Maijmonis in Procœmio *Miſcnaijòth* ſuprà recenſito, & in *Sèpher Haijad*. Habet Capita 3.

Caput 1. מַשְׁקִין בֵּית הַשַּׁלְחִין בְּמוֹעֵד וכו׳ ׃ *Maskìn beth baſcialchin bemoèd vecullè. Irrigant agrum ſiticuloſum in die feſto &c.* Agitur quomodo

vecullè. *Ouum, quod naſcitur in die feſto &c.* Sententiæ Scholæ Sciammài circa ea, quæ permitti, vel non permitti poſſunt in die feſto, Sabbatho non incluſo, admodum diſſident à ſententijs Scholæ Hillelis, veluti ouum natum in die feſto an comedi licitum ſit, vel illicitum, & alia id genus plurima, quæ in hoc Capite referuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 2. יוֹם טוֹב שֶׁחָל לִהְיוֹת עֶרֶב שַׁבָּת וכו׳ ׃ *Iòm Tòu ſcechal liòth èreu Sciabbàth vecullè. Dies feſtus, qui contingit veſpera Sabbathi &c* Si dies feſtus inciderit veſpera Sabbathi; quomodo præparandi ſunt cibi pro Sabbatho, & in qua quantitate. Itemque ſi id accidat poſt Sabbathum, quid faciendum ſit, & de quibuſdam alijs permiſſis, vel vetitis fieri in die feſto. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 3. inc. אֵין צָדִין דָּגִין מִן הַבִּיבָרִין בְּיוֹם טוֹב וכו׳ ׃ *En tzadìn daghìn min habbiuarìn beiòm tòu vecullè. Non piſcantur piſces ex viuarijs in die feſto &c.* Non licet piſcari in die feſto, etiam piſcatione domeſtica. Nec etiam licet edere de venatione facta veſpera diei feſti. Et an ſit licitum extrahere è puteo animal primogenitum die feſto prolapſum. Quomodo liceat numerare res in die feſto; & an eas ponderare, vel menſurare prohibitum ſit? Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. inc. הַמֵּבִיא כַּדֵּי יַיִן מִמָּקוֹם לְמָקוֹם וכו׳ ׃ *Hammeui caddè iàin mimmakòm lemakòm vecullè. Qui adducit cados vini de loco ad locum*

dum iudicari. De ſex menſibus, in quibus exeunt Nuncij pro Paſchate ſigendo, Ieiunijs ſtabiliendis, &c. De duobus menſibus, in quibus profanabant Sabbathum. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 2. inc. אִם אֵינָן מַכִּירִין אוֹתוֹ וכו׳ ׃ *Im enàn machirìn othò vecullè. Si non agnoſcunt illum &c.* De ijs, qui in montibus obſeruabant Nouilunium, qui viſa phaſe Lunæ in cacumine montis, igne accenſo, ſocijs in alio viciniori monte exiſtentibus, hoc ſigno indicabant: & hi eodem modo alijs, & alij alijs, quouſque ad omnes huiuſmodi ſigno, Lunæ Phaſis notitia perueniret. Verùm cùm idem facerent Cuthæi Hæretici, non quidem ſuo legitimo tempore, & hoc vt fallerent Iudæos; ideò hic ritus intermiſſus eſt; ſed medijs teſtibus Phaſis Lunæ comprobata fuit. In hoc igitur Capite, quomodo ſint examinandi teſtes; & de ritu inclamandi à Principe Domus Iudicij מְקוּדָּשׁ *Mekuddàſc Sanctificatus eſt*, & populo reſpondente מקודש מקודש *Sanctificatus ſanctificatus eſt* menſis. Et licèt coniunctio luminarium Phaſim præceſſerit, nihilominùs Calendas ſanctificabant, quamuis contrarium ſentiat Rabbì Elièzer Bar Tzadòk. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 3. incipit רָאוּהוּ בֵּד״ וְכָל יִשְׂרָאֵל וכו׳ ׃ *Raùhu beth din vecòl Iſraèl vecullè. Viderunt eum Domus Iudicij, & vniuerſus Iſraël &c.* Apud quos eſſet facultas inclamandi מקודש *Mekuddàſc Sanctificatus*, oſtenditur. Tractat & de cornu arietino, quod in principio anni inflari ſolet, & de conditio-

do liceat in his interfeſtis diebus irrigare hortos, prata, & arua. Venationibus operam dare, & alia id genus peragere. Prohibetur tamen his diebus matrimonij celebratio, ſed permittitur vxoris expulſæ receptio. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 2. מִי שֶׁהָפַךְ אֶת זֵיתָיו וכו׳ ׃ *Mi ſcehaphàch eth zethau vecullè. Qui voluerit oliuas ſuas &c.* Quòd licitum ſit his diebus interfeſtis volutare oliuas, ne marceſcant; transfundere vinum de vaſe in vas ne aceſcat; colligere fructus ne ſurripiantur, & alia ſimilia eiuſmodi facere. Habet *Miſcnaijòth* quinque.

Caput 3. וְאֵלּוּ מְגַלְּחִין בְּמוֹעֵד וכו׳ ׃ *Veèlu meghalechìn bemoèd vecullè. Et iſti ſunt, qui radunt ſe in feſto &c.* Numerantur ij, quibus licita eſt raſura, & lotura in interfeſtis diebus: & quænam ſint ſcripturæ contractus, quæ licitæ ſunt, & quæ illicitæ; & de alijs operibus, quæ permittuntur vel prohibentur in ijſdem diebus. Habet *Miſcnaijòth* 9. Etiam hic Codex non in hoc loco ponitur à R. Bar Maijmonis, cuius *Miſcnaijòth* ſunt 24.

ORDINIS SECVNDI MOE'D Codex ſeptim⁹ vocatur רֹאשׁ הַשָּׁנָה *Roſc Haſcianà Caput anni*. Ea, quæ ad annum nouum peragendum pertinent, in hoc Codice continentur. Habet Capita 4.

Caput 1. אַרְבָּעָה רָאשֵׁי שָׁנִים הֵם וכו׳ ׃ *Arbaà raſcè ſcianìm hem vecullè. Quatuor ſunt initia annorum &c.* De quatuor anni principijs in hoc Capite agitur. Item de quatuor anni articulis, in quibus exiſtimant mun-

ctat etiam quomodo idem Summus Sacerdos ſe gerere debebat in his ſeptem diebus. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 2. בָּרִאשׁוֹנָה כָּל מִי שֶׁרוֹצֶה וכו׳׃ *Bariſcionà col mi ſcerotzè veccullè. In principio omnis qui volebat &c.* Antiquitùs licebat omnibus ſine aliqua ſpeciali licentia auferre cineres de Altari; at poſterioribus temporibus non licuit, niſi tantùm ijs, quibus per ſortes contigiſſet. Sic de ſtationibus, vbi conſiſtebant varij Miniſtri Altaris, agitur. Habet *Miſcnaijòth* ſeptem.

Caput 3. אָמַר לָהֶם הַמְּמוּנֶה וכו׳׃ *A'mar lahèm hammemunè veccullè. Dixit ad eos Præfectus &c.* Non licebat Sacerdotibus Sacrificia offerre, niſi poſtquàm aurora apparuiſſet, quæ obſeruabatur à ſpeculatore in loco eminenti, & qua apparente, inclamabat: Ecce iam aurora illuceſcit ſupra Hebron; & tunc ob Patrum merita ibi conditorum incipiebant offerre Sacrificia. Sic Sacrificiorum ritus hìc expenduntur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 4. טָרַף בְּקַלְפִּי וְהֶעֱלָה שְׁנֵי גוֹרָלוֹת וכו׳׃ *Taraph bekalpì veelàh ſcenè goralòth veccullè. Diſcerpit ex pergameno, & aſcendere facit 2. ſortes &c.* De ſortibus emittendis ſuper hircos, vna Domino, altera Azazelo. De quibus apud Leuit. cap. 16. & de lingua coccinea lanæ, quam ponebant in capite hirci, & quæ in ſignum peccati dimiſſi alba fiebat, iuxta illud Iſaiæ 1. *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, ſicut nix dealbabuntur &c.* Habet *Miſcnaijòth* 6.

tionibus in ipſo requiſitis, vt ſit idoneū ad vſum feſtiuum: & à quibus licitè inflari debeat. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. יוֹם טוֹב שֶׁל רֹאשׁ הַשָּׁנָה וכו׳׃ *Iom Tou ſcel roſc Haſcianà veccullè. Dies feſtus Capitis Anni &c.* Si dies feſtus incidiſſet in Sabbathum, perſiſtente Domo Sanctuarij, inflabant cornu in ea; at in Prouincia non item. Euerſa Domo, conſtituit R. Iochannàn Ben Zaccài, vt id vbique locorum fieri poſſet, vbi eſſet Domus Iudicij Senatus; quamuis alij dicant, tantùm id permiſſum fuiſſe in Vrbe Iaſnè. De ritu inflandi huiuſmodi cornu, & alijs ad ipſum pertinentibus caſibus hic peragitur. Habet *Miſcnaijòth* 9. Etiam hic Codex aliter collocatur à Rabbì Bar Maijmonis, cuius *Miſcnaijòth* ſunt 35.

ORDINIS SECVNDI MOE'D

Codex octauus vocatur יוֹמָא *Iomà Dies* emphaticè, per quem intelligitur Dies expiationum peccatorum, vulgò dictus יוֹם הַכִּפּוּרִים *Iom Hachippurim*, de quo Leuit. 23. 27. Celebratur decima die menſis ſeptimi. Huius ritus, & ceremoniæ explicantur in hoc Codice, cuius Capita ſunt 8.

Primum Caput inc. שִׁבְעַת יָמִים קוֹדֶם יוֹם הַכִּפּוּרִים וכו׳׃ *Sciuàth iamìm kòdem iom hachippurìm veccullè. Septem diebus ante diem expiationum &c.* Summum Sacerdotem ſeptem diebus ante hunc diem ſeparabant ex domo ſua, eumque ducebant in cubiculum Aſſeſſorum Regiorum, & conſtituebant ei Vicarium, vt ſi caſu pollueretur, in eius locum ſubintraret Vicarius. Tra-

Mitznèpheth Cidari, & 4. אַבְנֵט *Aunet Balteo*. Iiſdem induebat Sacerdos magnus; inſuper 5. חֹשֶׁן *Chòſcen Pectorali*, 6. אֵפוֹד *Ephòd Humerale*, 7. מְעִיל *Meil Pallio*, & 8. צִיץ *Tzitz Lamina*. Iſta quatuor, inſtrumenta erant, quibus Summus Sacerdos in interrogationibus, & reſponſionibus, per אורים ותומים *Vrim & Thumìm Illuſtrationes & perfectiones*, oraculum recipiebat. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 8 יוֹם הַכִּפּוּרִים אָסוּר בַּאֲכִילָה וכו׳ *Iom hacchippurim aſùr baachilàh vecullè*. *In die expiationum prohibetur eſus, &c.* Tractat de his, quæ prohibita ſunt in die expiationum, vti comedere, bibere, corpus abluere, vngere &c. Item de qualitate reſipiſcentiæ, & an omnia peccata per pœnitentiam remittantur. Habet *Miſcnaijòth* Nouem. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 61.

ORDINIS SECVNDI MOE'D Codex nonus vocatur סוּכָּה *Succà Tabernaculum*; Tractat de ſolemnitate Tabernaculorum celebranda 15. die menſis *Tiſcri* ex Leuit. 23. 34. in memoriam Tabernaculorum, in quibus per 40. annos habitauerunt filij Iſraël in deſerto. Habet Capita 5.

Caput 1. סוּכָּה שֶׁהִיא גְּבוֹהָה לְמַעְלָה וכו׳ *Succà ſcehì gheuohàh lemaalàh vecullè*. *Tabernaculum, cuius altitudo &c.* De ritibus Tabernaculi conſtruendi, de forma, & reliquis qualitatibus, quibus inſtructum eſſe debet, vt

Cap. 5. הוֹצִיאוּ לוֹ אֶת הַכַּף וכו׳ *Hotziu lo eth haccàph vecullè*. *Educunt ei cochlear &c.* Tractat de modo, quo debebat offerri incenſum in Sacrificijs, fieri ſanguinis aſperſio, & cætera huiuſmodi. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 6. inc. שְׁנֵי שְׂעִירֵי יוֹם הַכִּפּוּרִים וכו׳ *Scenè ſeirè iom hacchippurìm vecullè*. *De duobus capris* (omninò ſimilibus in) *die Expiationum &c.* offerendis, quorum alter erat emiſſarius in deſertum. De modo, quo emittendus erat: & quomodo cognoſcebatur, eum in deſertum iam perueniſſe. Habet *Miſcnaijòth* 8.

In fine huius Capitis extat ברייתא *Baraijthà Extranea* parua lectiuncula R. Iſmaëlis, qua teſtatur aliud ſignum extitiſſe in Templo, quo cognoſcebatur, caprum emiſſarium iam perueniſſe in deſertum, & hoc modo faciebant. Ligabant ſuper valuas Templi linguam laneæ coccineæ, & cùm perueniſſet hircus in deſertum, alba fiebat S. D. (Iſai. 1. 18.) *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur, &c.*

Caput 7. בָּא לוֹ כֹּהֵן גָּדוֹל וכו׳ *Ba lo Cohèn gadòl vecullè*. *Vadit ad eum Sacerdos magnus &c.* De reliquis ceremonijs, quæ fiebant à Summo Sacerdote poſt functionem hircorum. Item de differentia inter Sacerdotē idiotam vulgarem, & Summum Sacerdotem circa veſtimenta; quatuor tantùm induebat Sacerdos idiota, ſcil. כְּתֹנֶת *Chetòneth Tunica*, 2. מִכְנָסַיִם *Michnesàim Femoralibus*, 3. מִצְנֶפֶת

Caput 5. inc. הֶחָלִיל חֲמִשָּׁה וְשִׁשָּׁה וכו׳: *Hechalìl chamiſcià ve-ſciſcià vecullè. Tibia quinque & ſex &c.* De Tibia domus הַשּׁוֹאֵבָה *Haſcioa-uàh*, quæ non impellebat Sabbathum. Deſcribitur ſolemnis proceſſio, quæ ex conclaui mulierum primo die feſto Tabernaculorum cum canticis, & inſtrumentis muſicis vſque ad conclaue Iſraëlitarum procedebat. Tractat etiam de Sacrificio diei feſti. Habet *Miſcnaijòth* octo. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 53.

Circa atrium mulierum, de quo in hoc loco fit mentio, obſeruandum eſt. Atrium prægrande fuiſſe in Templo Ieroſolymitano pro mulieribus deſtinatum; centum & triginta quinq; cubitorum in longitudine, totidemque in latitudine, quadratæ figuræ, ex Cod. *Middòth* cap. 2. num. 5. עזרת הנשים *Azaràth hannaſcim*. In quatuor angulis quatuor cubicula reperiebantur, ſingulaque 40. cubitorum; hæc contignata non erant. Illud quod ad ortum æſtiuum reſpiciebat, vocabatur לשכת הנזירים *Liſcàth Hannezirìm Cubiculum Naziræorum*; ibi enim Naziræi coquebant Sacrificia pacificorum ſuorum, radebant capillos, eoſque proijciebant ſub olla. Quod ad ortum brumale poſitum erat, dicebatur Cubiculum דיר העצים *Dir haetzim Vermis lignorum*, ita dictum, quòd in eo Sacerdotes polluti vermes diligenter inquirebant in lignis pro igne ſacro deſtinatis: quòd ſi vermiculus in eis repertus fuiſſet, tamquam non idonea pro Altari reijciebant. Ad occaſum brumale reperiebatur Cubiculum leproſorum,

vt pro ſolemnitate inſeruire poſſit. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 2. הַיָּשֵׁן תַּחַת הַמִּטָּה וכו׳: *Haiaſcèn tachàth hammità vecullè. Qui dormit ſub lecto &c.* Quomodo Iudæus tenetur habitare in Tabernaculo per hebdomadam; & de varijs caſibus, quibus Tabernaculum redditur inualidum, & habitatores illius non ſatisfaciunt huic legali præcepto. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 3. לוּלָב הַגָּזוּל וְהַיָּבֵשׁ פָּסוּל וכו׳: *Lulàu haggazùl vehaiauèſc paſsùl vecullè. Spatula palmarum furtiua, & arida illegitima eſt &c.* Agitur de faſciculo ex ramulis trium ſpecierum arborum conficiendo; ſcilicet ex ſpatulis palmarum, myrti ramulis, & ſalicis de torrente; & de malo citreo, quæ ad celebrationem huius feſti adhibentur: quas conditiones habere debeant, vt ſint idonea ad feſtum: quomodo contrectari, & ad quas partes officij: & tandem quomodo aſſeruanda tam in medianis feſtis inter octauam, quàm in die Sabbathi. Habet *Miſcnaijòth* 15.

Caput 4. לוּלָב וַעֲרָבָה שִׁשָּׁה וְשִׁבְעָה וכו׳: *Lulàu vaarauàh ſciſcià, veſciuàh vecullè. Faſciculus Lulàu & Arauà ſex & ſeptem &c.* Quot, & quibus diebus contrectari debeat, tam faſciculus prædictus, quàm *Lulàu*. Vbi de fundamentis præcepti eiuſdem *Lulàu*, & ערבה *Arauà*, atque libationis aquarum, quæ in ea feſtiuitate fiebant tam Sabbatho, quàm alijs diebus. Habet *Miſcnaijòth* 10.

gruit hic locus mulierũ cum loco, vbi præſentata eſt Beata Virgo, per eum enim ad intima penetralia Templi, vbi Sacrificia offerebantur, & munera, perueniebatur. Itaque in hoc loco obtulerunt parentes B. V. Mariam, tanquàm munus Deo gratiſſimum. Nec dicendum eſt, nulli mulieri patuiſſe adytum ad Altare, neque vltra atrium mulieribus deſtinatum, eis non licuiſſe progredi, cùm ex vtroque Teſtamento contrarium habeamus: etenim mulieres poſt dies purgationis offerebant in Templo Agnum anniculum, & Turturem, ſiuè Turtures, & tradebant Sacerdoti, non ad quamcumque Templi partem, ſed ad interiorem, ad oſtium Tabernaculi Teſtimonij Leuit. cap. 12. ver. 6. Et Beatiſſima Virgo MARIA hanc Legem adimpleuit, offerendo Sacerdoti par Turturum, aut duos pullos columbarum, vt apud Lucam cap. 2. ver. 22. & ſequentibus. Ergo penetrabant mulieres in ſecretiores Templi partes. Adde quòd mulier illa pauper miſit in gazophylacium duo minuta Matthæi cap. 12. 42. At gazophylacium erat intra adytum Templi, imò ex 2. Reg. 12. 9. habemus, quòd Ioiada Pontifex poſuerat gazophylacium ad eleemoſynas colligendas ad ſarta tecta Templi iuxtà Altare, ad dexteram ingredientium. Ergo licitum erat muliebus, quæ in atrio proprio reſidebant in Templo, interiùs ad recondita Templi ſacra penetrare. Nec valet dicere, in atrio mulierum nullum cubiculum fuiſſe, nec licitum mulieribus intra Templi ſepta pernoctare, cùm fores Templi intùs clauderentur à Sacerdote æditu o, & claues in loco ad hoc deſtinato ad cate-

rum; & ad occaſum æſtiuum dicit R. Elièzer Ben Iacobi: Non recordor, ad quid inſeruiret. Abbà Sciaùl dicit: Ibi reponebant vinum, & oleum, ideò vocabatur Cubiculum בית שמניה *Beth ſcemanià Domus olei*. In ſummis lateribus læue, & planum erat atrium mulierum circumſeptum podio, vt mulieres, ea quæ inferiùs agebantur, tam intùs in Cubiculis, quàm extrà in atrio, proſpicerent. Viri autem inferiùs manebant, ne mulieribus miſcerentur. Hæc ex eodem Codice *Middòth* nuper cit. Hinc patet, cur illa quatuor cubicula contignata non erant, ideò nempè, vt mulieres ſuperiùs, quæ in his agebantur, proſpicere poſſent. Ita Miſcnà deſcribit atrium mulierum, in cuius medio addunt quindecim gradus, per quos ad atrium Iſraëlitarum aſcendebatur. Quindecim gradus erant reſpectu quindecim Canticorum graduum, ita inſcriptorum in Pſalterio, à Pſalmo 120. & ſeqq. In hoc mulierum atrio celebrabatur illud feſtiuum tripudium libationis aquæ in feſto Scenopegiæ, de quo egimus in II. Parte pag. 195. & 691. cum ſeqq. In hoc eodem atrio conueniebant mulieres, non ſolùm ad ſpectandas publicas functiones, quæ in hoc atrio, & in ſuis cubiculis fiebant; ſed præcipuè ad orandum, & ſeruiendum Deo in Domo Domini: nam ad hæc præſtandum, erant ordinata, vt ex voce עזרה declarat D. Kimchius:

כי כל הבא להתפלל שם בלב שלם נעזר בי׳י אלהיו:
Quoniam eò, quicumque ad orandum corde perfecto ingrederetur, נעזר *auxiliabatur ei Dominus Deus*. Poterat itaque in hoc loco mulieribus deſtinato recipi, & ſeruari B. Virgo Maria, quando à parentibus fuit in Templo præſentata: Con-

te-

quod decernitur in Leuit. c. 10. ver. 12. & 13. Cùm enim Sacerdotes comederent תרומת; *Oblationem* ſibi debitam de nocte, vt conſtat ex 1. cap. Cod. *Berachòth*, cum vxoribus ſuis; neceſſe erat, vt vxores Sacerdotum remanerent in Templo cum viris ſuis, atque ità pernoctarent in Templo. Poterant igitur mulieres, quæ à vinculo matrimoniali erant ſolutæ, ſeſe mancipare Dei ſeruitio in Templo, & Parentes filias ſuas eidem ſeruitio tradere ad tempus, vel in perpetuum. Præclarum ſiquidem teſtimonium habemus, mulieres quondam habitaſſe in Templo Domini ex facto Iehoſceuáa, quæ per ſex annos Ioas filium Regis Ochozię abſcondit ſecum in Domo Domini. Habetur hæc hiſtoria 2. Reg. 11. 3. vbi dicitur ויהי אתה בית יהוה מתחבא שש שנים: *Fuitque cum ea in Domo Domini abſconditus ſex annis*. Et 2. Paralip. cap. 22. 12. Quòd autem poterant parentes filias, & illarum virginitatem in holocauſtum offerre Deo, probant ipſi Rabbini exemplo Iephte Iudic. 11. 39 qui vouerat ſe velle Deo offerre in holocauſtum eum, qui primus è domo ſua egreſſus fuiſſet in occurſum ſibi reuertenti cum pace. Occurrit ei vnigenita filia ſua; quam obtulit in holocauſtum, non illam occidendo, & ſuper Altare cremando, ſed virginitatem ipſius Domino conſecrando, eamque domi recludendo tamquam in Monaſterio, ad quam ſingulis annis pergebant eius Sodales, eamq; alloquebantur verbis conſolatorijs, ſecum confabulando in annuali ſolatio diebus 4. Ita R. Kimchius ad locum citatū, cuius verba compendio hoc idem ſonant: ea ſunt: *Et fecit ei ſicut Vouerat*. שעשה לה בית והכניסה שם

tenam appenſæ conſeruarentur, vt teſtatur Auctor Cod. *Middòth* cap. 1. n. 8. Reſp. enim, quòd ſpectat ad aduerſariū probare, nullum cubiculum fuiſſe pro mulieribus in illarum atrio. Nam ſi in quatuor angulis huius atrij quatuor cubicula ad quatuor diuerſas functiones exercendas fuerant; cur & in ſuperiori parte, vbi mulieres ad orandum, vel, vt intereſſent ſacris functionibus, aderant, non potuerint eſſe diuerſa cubicula, in quæ commodè ſe recipere poſſent; illæ præſertim, quæ ſpecialiter diuino cultui erant mancipatæ? Sanè non difficulter oſtendere poterimus, ad præſtanda in Templo pietatis officia ſanctiores mulieres, præſertim viduas, ſeſe ſpontè obtuliſſe. Teſtatur hoc Euangeliſta Lucas de Anna Propheтiſſa filia Phanuel: *Hæc Vidua erat vſque ad annos octoginta quatuor: quæ non diſcedebat de Templo, ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens nocte, ac die*. cap. 2, 37. Hinc probatur euidenter, mulieres pernoctaſſe, & præter ieiunia, & obſecrationes, alia munia obijſſe, veluti nendo, vel texendo, vel veſtes Sacerdotales conficiendo, & alia, quæ ad opus miniſterij Sacerdotalis neceſſaria erant. Ad illud, quod dicebatur, Ianuas Templi nocte clauſas fuiſſe ab æditu Sacerdote, excluſis omnibus pręter eos, qui excubabant in Templo; Reſpond. id intelligendum de interiori parte Templi, vbi erat Altare Sacrificiorum, & Sanctum; nam mulieres pernoctaſſe in ſuo atrio præter locum adductum ex Euangelio, probat & vſus ſacrorum conuiuiorum, quæ in cœnaculis atriorū fiebant à Sacerdotibus cum vxoribus, & eorum familia; vel cum maribus tantùm, iuxta

שם והיתה שם פרושה מבני אדם ומדרכי׃ העולם והית חק בישראל כי משנה לשנה היו הולכות אליה בנות ישראל ׀ לתנות לה׃ כלומר לקונן ולבכות על בתולים עמה ותרגום ויקונן המלך ואלא מלבא או פירוש לתנות להשיחה ולנחמה ארבעה ימים כי כל השנה היתה מתבודדת כמו האנשים הפרושים הסגורי׳ בבתים והחק הזה עשו עמדה כל ימי חייה ומה שאמר ותהי חק לשון נקבה ר״ל הליכ׳ בנות ישראל היתה לחק בכל שנה׃ *Quia fecit ei domum, & ibi eam recluſit, fuitque ibi ſeparata à conſortio hominum, & ſeculi inſtitutis. Et conſuetudo inualuit inter Iſraëlitas, vt annuatim filiæ Iſraël eam adirent ad alloquendũ illam, ac ſi diceret, lamentabantur, & flebant ſecum ſuper Virginitate ſua,* nam Paraphraſis ויקנן המלך (2. Sam. 3. 33.) legit ואלא מלבא : *vel explica* לתנות *Lethanoth ad colloquendum, & conſolandum eam diebus quatuor. Quoniam toto anno manebat ſolitaria Veluti Monachi, qui in Monaſterijs recluſi ſunt. Et huiuſcemodi conſuetudinem ſeruarunt illæ omnibus diebus Vitæ ſuæ. Et notandum quòd illud*

וַתְּהִי חֹק Vatchì chok Et fuit ſtatutum, *eſt forma fœminea; vt indicetur, hanc annuam profectionem pertinuiſſe, & vim legis obtinuiſſe apud mulieres Iſraëlitidas.* Graphicè hic à Kimchio deſcribitur Monaſterium ædificatum à Iephte pro filia ſua, quod ſecundùm hanc Iudaicam traditionem ædificatum fuiſſe iuxta Tabernaculum Domini credibile eſt; quia par erat, vt non longè ab Altari holocauſtorum victima virginitatis in holocauſtum Domino conſecrata conſumeretur. Accedit, quòd ab ipſo Iephte non longè aberat Tabernaculum, & Arca Domini: nam redarguitur à Paraphraſi Chaldæa Ionathanis, quod à voto ab ipſo ineptè, imprudenter, & inualidè emiſſo non petierit diſpenſationem à Phinees Sacerdote, mediante pecunia. Ita Paraphraſis Chaldæa Ionathanis in additione in hunc locum, quam reperies in Biblijs Poliglott. Londin. ואלו שאיל לפנחס כהנא הוה פריק יתה כדמין ׃ *Si enim* (Iephte) *conſuluiſſet Pinchàs Sacerdotem, redemiſſet eam pecunijs*, diſpenſando eum ſuper huiuſmodi voto. Hanc eandem Ionathanis verſionem addititiam, refert ipſe Kimchius loco nuper citato, ſed mutilam. Hic nota, Summos Pontifices, vti erat Phinees, recepiſſe pecunias pro diſpenſatione votorum, & hoc in pœnam eorum, qui rebus ſacris malè vtebantur. Itaque iuxta Tabernaculum Domini huiuſmodi domus, quam Monaſterium proprio vocabulo appellamus, ad cuius normam, & exemplum עזרת הנשים *Atrium mulierum* pro mulieribus, Virginibus, & Viduis, quæ ſpeciali voto, aut deuotionis cauſa apud Tabernaculum Domini habitare, & opera ſua Deo præſtare voluiſſent in Templo, fuit ædificatum. Quomodo autem ibi viuebant, & quibus expenſis nutriebantur, vide infrà Cod. *Scekalìm* cap. 4. Hiſce igitur exemplis, noſtrarum ſacrarum Virginum, ex Sacris tam antiquis, quàm nouis paginis, Monaſteriorum rudimenta percipimus. Nullum itaque inconueniens ſequitur ex his, quæ Sacri Doctores tam Græci, quàm Latini, ex antiquiſſima inſtitutione docent cum S. Ioanne Damaſceno: Beatam ſemperque Virginem Mariam in Templo fuiſſe præſentatam trimulam, ſcalam quindecim graduum aſcendiſſe ſine nutricis auxilio, & in Sanctis Sanctorum hoc eſt, propè Sanctum Sanctorũ duxiſſe annos vndecim.

etiam dies, quibus licitum, vel illicitum eſt indicere ieiunium toti populo, & inceptum quando poſſit, imò debeat interrumpi: Habet *Miſenaijòth* 10.

Caput 3. סֵדֶר תַּעֲנִיּוֹת אֵלוּ וכו׳ ׃ *Sèder taaniòth èlu vecullè. Ordo Ieiuniorum eſt &c.* Prædicta Ieiunia, ſtatis temporibus toti cœtui indicanda, intelligenda ſunt; quando pluuiæ temporibus ſuis non deſcendunt: ſi autem non deſcendant, & ſemina ſata naſcantur, ſed mutentur in alias ſpecies, veluti frumentum ſatum mutetur in ſpinas, aut carduos, ſtatim clamare debent ad Deum, & ieiunare. Idem dicendum eſt, ſi Ciuitatem inuaſerit peſtis. Numerantur res, ob quas indicendum eſt Ieiunium, & vociferandum ad Dominum in omni loco; id eſt, ob ventum vrentem ſegetes; 2. Frugum rubiginem; 3. Locuſtas; 4. Bruchum; 5. Feram malam, quæ interdiù in Vrbem ingreditur; 6. Et gladium, id eſt ob exercitum tranſeuntem per terminos, aut per Vrbem, quamuis contra eam non ſit pugnaturus. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 4. בִּשְׁלֹשָׁה פְּרָקִים בַּשָּׁנָה כֹּהֲנִים נוֹשְׂאִין אֶת כַּפֵּיהֶן וכו׳ ׃ *Biſcloſcià perakìm baſcianà Cohanìm noſcìn eth cappehèn vecullè. Tribus vicibus in anno Sacerdotes eleuant manus ſuas &c.* De benedictione Sacerdotali, quæ tribus vicibus in anno, & 4. vicibus in his tribus diebus anni, h. e. tempore matutino שַׁחֲרִית *Sciacharith*; 2. In oratione addititia dicta מוּסָף *Muſàph*; 3. In מִנְחָה *Min-*

Huius Præſentationis ſacrum myſterium quotannis recolit Eccleſia Catholica; de quo quamplurimi ſcripſerunt, quos videre poterit pius Lector apud Ioannem de Carthagena Tom. II. lib. 3. Porrò his ex occaſione interiectis, ad inſtitutum redeamus.

ORDINIS SECVNDI MOE'D Codex decimus dicitur תַּעֲנִיּוֹת *Taaniòth Ieiunia*, In eo agitur de Ieiunijs; modo, & tempore ieiunandi. Habet Capita 4.

Caput 1. inc. מֵאֵימָתַי מַזְכִּירִין גְּבוּרוֹת גְּשָׁמִים וכו׳ ׃ *Meemathài mazchirìn gheuuròth gheſciamìm, vecullè. Quo tempore incipiunt meminiſſe pluuiarum, &c.* A quo die feſto Tabernaculorum poſtulandæ ſint pluuiæ quotidie, & quanto dierum, vel menſium ſpatio continuanda ſit eiuſmodi petitio. Si pluuiæ non deſcendunt, ieiunandum, & repetendum ieiunium, quouſque deſcendant. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 2. סֵדֶר תַּעֲנִיּוֹת כֵּיצַד וכו׳ ׃ *Sèder taaniòth chetzàd vecullè. Ordo Ieiuniorum quomodo &c.* Deſcribitur Ordo, & ritus ieiunandi à toto cœtu: Tunc enim educunt Arcam Legis, eamque ſtatuunt in platea coram multitudine: ſuper quam imponunt cineres, & Principes Synagogæ idem faciunt, ſicut & vniuerſus populus poſt eos, ſinguli imponunt ſibi cineres ſuper capita ſua. Orant coram Arca, & alia multa humilitatis, & pœnitentiæ ſigna oſtendunt. Hinc apparet, quàm antiquus ſit ritus imponendi cineres ſuper capita ieiunantium, vti Eccleſia in initio Ieiunij Quadrageſimalis obſeruat. Determinantur

ſiebant publicę proclamationes per vniuerſas Vrbes Terræ Sanctæ, & indicebatur toti populo Iſraëlitico, vt omnes ſe pararent ad ſolutionem dimidij Sicli, de quo in Exod. cap. 13. Quæ Sicli ſolutio primo die menſis Nisàn Martij Ieroſolymis fieri debebat; & ne pedites retardarentur in via, eas per idem tempus aptabant, ruptos pontes reſtaurabant, & lauacra reficiebant. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 2. inc. מְצָרְפִין שְׁקָלִים לְדַרְכּוֹנוֹת וכו׳ *Metzarephin Scekalim ledarconòth vecullè. Conſolidant Siclos in darconòth &c.* Licitum erat Siclos argenteos in aureos commutare, vt leuius fieret onus in via. Quid ſi furto ſurripiantur? Vbi de reſiduis Siclorum, & aliarum rerum, quæ oblatæ ſunt, in quam rem impendi debeant, pertractatur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 3. בִּשְׁלֹשָׁה פְּרָקִים בַּשָּׁנָה תּוֹרְמִין אֶת הַלִּשְׁכָּה וכו׳ *Biſcloſtià perakim baſcianà toremin eth halliſcià vecullè. Tribus vicibus in anno extrahunt ex conclaui &c.* In termino trium feſtorum, & Tabernaculorum extrahebant pecuniã oblatam pro Iugi Sacrificio ex Camera, quæ erat in Templo, eamque in triplici capſula collocabant, quibus inſcripta erant Alphabeti elementa א׳, ב׳, ג׳, ex his eleuabant pecuniam tribus vicibus, & ſimul inclamabant primò pro terra Iſraëlis, ſecundò pro Ciuitatibus muro cinctis; tertiò, pro his qui habitabant in Babylone, Media, & Regionibus longinquis. Vbi de modo, quo quis ingredi deberet in conclaue pecuniarum, non ve-

Minchà Veſpertina: 4. Et dum נְעִילַת שְׁעָרִים *Neilàth ſcearim Claudantur fores* Templi: Sacerdotes (inquam) eleuabant manus, & benedicebant populo: & tribus vicibus in anno idem faciebant, nimirùm בְּתַעֲנִיּוֹת *Betaaniòth in Ieiunijs*; 2. בְּמַעֲמָדוֹת *Bemaamadòth In ſtationibus*; Et 3. בְּיוֹם הַכִּפּוּרִים *Beijòm hacchippurim In die expiationum*. Hinc de Stationibus, & de afflictionibus, quæ acciderunt infra annum priſcis Iudæis, quarum ratione Ieiunia vniuerſalia instituta fuerunt; vti 19 die menſis Tamùz, & 9. menſi Au; & de quibuſdam feſtis diebus prope ieiunia incidentibus, vti 15. Au; & in die expiationum, quibus filiæ Ieruſalem egrediebantur feſtiuæ, iuxta illud (Cant. Cant. 3. 11.) *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in Diademate &c.* Habet *Miſcnaijòth* 10. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 34.

ORDINIS SECVNDI MOED

Codex vndecimus dicitur שְׁקָלִים *Scekalim Sicli*. Agitur de exactione Siclorum pro emptione duorum agnorum quotidie offerendorum tam mane, quàm veſpere, de quo Exod. cap. 30. & pro alijs rebus, prout in ſequentibus eius Capitibus explicatur. Habet Capita 8.

Caput 1, incipit בְּאֶחָד בַּאֲדָר מַשְׁמִיעִין עַל הַשְּׁקָלִים וכו׳ *Beechàd beadàr maſcmiin al haſcekalìm vecullè. Primo die Adàr proclamabant pro Siclis &c.* Primo die Lunæ Februarij

Caput 6. שְׁלֹשָׁה עָשָׂר שׁוֹפָרוֹת וכו׳ ׃ *Sceloſcià aſsàr ſciopharòth Vecullè. Tredecim arcæ eleemoſynariæ &c.* Tredecim arculæ, in quibus aſſeruabantur Sicli, erant in Sanctuario, ad modum buccinæ efformatæ, anguſtæ ſuperiùs, & retortæ, ne per fraudem pecuniæ eximi poſſent, & latæ inferiùs, vt capaces eſſent ad pecunias recondendas, & ideò in hoc loco שׁוֹפָרוֹת *Sciopharòth Buccinæ curuæ* vocantur. De his pecuniarum conſeruatorijs, & de 13. menſis, & totidem adorationibus, quæ fiebant in Templo, agitur. Habet *Miſcnaijòth* ſex.

Caput 7. מָעוֹת שֶׁנִּמְצְאוּ בֵּין הַשְּׁקָלִים וכו׳ ׃ *Maòth ſcenimtzàu ben haſcekalìm Vecullè. Pecuniæ, quæ inter Siclos inuentæ ſunt &c.* Si aliæ pecuniarum ſpecies à Siclis diuerſæ, in ijſdem 13. arculis repertæ fuiſſent, quid de eis, & de alijs inter alias oblationes repertis, opus facto eſſet, decernitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 8. כָּל הָרוֹקִין הַנִּמְצָאִין בִּירוּשָׁלַיִם טְהוֹרִין וכו׳ ׃ *Col harokìn hanimtzaìn bIruſcialàim tehorìn Vecullè. Omnes ſaliuæ repertæ in Ieruſalem mundæ ſunt, &c.* Tractat de ſaliuis, quæ in Ieruſalem reperiuntur, & an eæ omnes ſint mundæ, ſicut & de vaſis, quæ ibidem inueniri contigerit, inquiritur. Agit & de cultro mactationis victimarum, quando cenſeatur mundus, vel tamquam immundus ſit reijciendus; & de quibuſdam alijs munditijs. Habet *Miſcnaijòt* 8. Et abſoluitur Codex de Siclis, cuius *Miſcn.* ſunt 52.

veſte complicata, neque cum calceis, ne de eo aliquid mali ſuſpicari poſſet. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 4. הַתְּרוּמָה מֶה הָיוּ עוֹשִׂין בָּהּ וכו׳ ׃ *Hatterumà ma haiù oſìn bah Vecullè. Quid faciunt de iſta eleuatione? &c.* Declarantur in hoc Capite omnes caſus, in quibus inſumenda eſſet huiuſmodi Siclorum collectio, hoc eſt pro Iugi Sacrificio, pro Sacrificijs addendis, pro libationibus, manipulo ſpicarum, duobus panibus Pentecoſtes, panibus propoſitionum, alijſque Sacrificijs pro vniuerſo cœtu offerendis; pro ſoluenda mercede Cuſtodibus Conclauis, Corbonis, alijſque operarijs publicis, & pro ijs, qui circa ſarta tecta Templi operabantur. Si bona mobilia de animalibus oblata fuiſſent Templo, quæ apta erant ad vſum Sacrificiorum, reſeruabantur; reliqua dabantur pro mercede eorum, qui in Templo ſeruiebant. Vnde ex his pecunijs, & oblationibus alii poterant mulieres Deo dicatæ in atrio mulierum commorantes. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 5. אֵלּוּ הֵן הַמְּמוּנִין שֶׁהָיוּ בַּמִּקְדָּשׁ וכו׳ ׃ *E'lu hen hammemunìn ſcehaiù Vamikdàſc Vecullè. Iſti ſunt Præfecti, qui erant in Sanctuario &c.* Referuntur hìc nomina Officialium Templi, eorum ſcilicet, qui primò poſt illius ædificationem præfecturam geſſerunt: è quorum nominibus ſucceſſores vocati fuerunt, veluti Iochanàn Ben Pinchàs על החותמות *Al hachotamòth Super Sigilla*, id eſt à ſchedis ſigillo ſignandis; Achijàh ſuper libamina, &c. Habet *Miſcnaijòth* 6.

ORDINIS SECVNDI MOE'D

Codex duodecimus vocatur מְגִילָה *Meghilà Volumen* ſubintelligitur *Eſtheræ*, quod quadam peculiari religione quolibet anno ad ſtatutam diem *Purim Sortium* legitur. Habet Capita 4.

Caput 1. inc. מְגִילָה נִקְרֵאת בְּאֶחָד עָשָׂר וכו׳ ; *Meghilà vikrèth beechàd aſsàr vecullè. Volumen* Eſtheræ *legitur vndecimo die &c.* Determinatur tempus, quo legi debeat huiuſmodi Hiſtoria Eſtherę, nempè ab vndecima die menſis Adar, id eſt Februarij incluſiuè vſque ad 15. eiuſdem menſis pariter incluſiuè. In anno emboliſmico, id eſt duplicis Adaris, in ſecundo Adàr legitur *Meghilà*, vbi de ſecundo Adare in quo differat à primo, ſtatuitur. Et hac occaſione de alijs multiplicibus rebus agitur, & quomodo vna ab altera differat, oſtenditur: vt, v. g. in quo differat יום טוב *Dies feſtus* à *Sabbatho: Sabbathum* à יום הכפורים *Iom Hacchippurim Dies expiationum*; & alia his ſimilia. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 2. הַקּוֹרֵא אֶת הַמְּגִילָה לְמַפְרֵעַ וכו׳ ; *Hakorè eth hammeghilà lemaphrèa vecullè. Qui legit Volumen* (Eſtherę) *inuerſo ordine &c.* Volumen illud legi debet à principio vſque ad finem ordinatim ſecundùm quod ſcriptum eſt: ſi quis inuerſo ordine legat, nihil facit. Vnde de modo illud legendi. A quibus legi debeat, & qua lingua, an memoriter? quinam ab hac lectione abſoluantur; vbi legendum? & qua diei hora; an de nocte? Hinc recenſentur, ea, quæ facienda ſunt tantùm de die, & quæ tantùm de nocte. De qua re datur regula generalis: vt quicquid præcipitur fieri de die, hoc qualibet diei hora fieri poſſit; & quod de nocte fieri iubetur, qualibet hora noctis idipſum fieri licitum ſit. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 3. inc. בְּנֵי הָעִיר שֶׁמָּכְרוּ רְחוֹבָהּ וכו׳ ; *Benè hair ſcemacherù rechouà vecullè. Ciues, qui vendiderint plateam &c.* Quomodo inſumi debeant pecunię rerum venditarum, quæ ad religionem pertinent, vti v. g. Ciues, qui plateam vendunt, quia platea locus aptus eſt ad orandum, & ad religionem ſpectat; pretium huius venditionis inſumi debet in emptione Synagogæ. Venditur Synagoga, pretium ipſius inſumitur in emptione armarij pro libris Legis recondendis; & ſic de alijs. Et quomodo legendæ ſint Paraſciæ Scekalim, Zachòr, Parà, & Hakkòdeſc, de quibus iam diximus ſuprà Par. II. pag. 644. & ſeqq. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 4. הַקּוֹרֵא אֶת הַמְּגִילָה עוֹמֵד וְיוֹשֵׁב וכו׳ ; *Hakorè eth hammeghilà omèd veioſcèu vecul. Qui legit Volumen* (Eſther) *ſtans, vel ſedens &c.* Pro licito habent legere huiuſmodi Volumen ſtando, vel ſedendo. An in lectione præponenda ſit benedictio? in Synagoga, quot ad lectionem eiuſmodi Voluminis ſint adhibendi viri? Hac data occaſione, determinatur, quot ſint adhibendi in Synagoga pro lectione Legis tam in Sabbathis, quàm alijs diebus feſtiuis, de quibus abundè egimus ſuprà Par. II. pagina ſuprà citata, ſcil. 644. & ſeqq. Habet hoc Caput *Miſc-*

Caput 1. חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה נָשִׁים פּוֹטְרוֹת וכו׳ ; *Chamèſc eſrè naſcim poteròth vecullè. Quindecim mulieres, ſunt liberæ &c.* Tractat de mulieribus, quæ liberantur à iure Leuiratus, ſeù de quindecim mulierum generibus, quæ fratriarum iure non tenentur; ſcilicet in vxorem duci non debent à ſuperſtite fratre defuncti. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 2. כֵּיצַד אֵשֶׁת אָחִיו וכו׳ ; *Chetzàd èſceth achìu vecullè. Quomodo vxor fratris ſui &c.* Si aliquis diem ſuum obierit relinquendo germanũ fratrem in vtero materno, vidua defuncti non tenetur expectare, vt infans naſcatur, & deinde ad perfectam ætatem perueniat, vt illum accipiat in maritum; ſed poterit cuilibet nubere. Secùs, ſi puer iam natus eſt ante mortem mariti. Vbi varij caſus proponuntur circa hanc Legem; vt v. g. ſi ex duabus ſororibus aliquis annulo, aut alio idoneo modo alteram ſibi in vxorem deſponſauerit, & poſtea neſcit, quarum altera fuerit deſponſata, dat vtrique libellum repudij; moritur hic relicto fratre germano; an huiuſmodi germanus frater teneatur hac Lege Leuiratus. Habet *Miſcnaijòth* decem.

Caput 3. אַרְבָּעָה אַחִים וכו׳ ; *Arbaà achim vecullè. Quatuor fratres, &c.* Proponuntur, & reſoluuntur diuerſi caſus, quibus viri vxorati à fratria Lege abſoluuntur, veluti; Si duo fratres duas ſorores accipiant, & horum alter decedat, ſuperſtes liberatur à Lege fratria, ne duas ſorores accipiat in vxores. Alia huiuſcemodi plurima in hoc Capite expenduntur. Habet *Miſcn.* 10. *Miſcnaijòth* 10. Omnes autem *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 32. Et abſoluitur Secundus Ordo *Moèd De feſtis*, cuius מסכתות *Maſſachthòth Codices* ſunt 12. פרקים *Perakìm Capita* 88. משניות *Miſcnaijòth Paragraphi* 678.

ORDO TERTIVS nuncupatur נָשִׁים *Naſcim Mulieres*. Tractat de mulieribus, & de ijs, quæ ad connubia ſpectant. Vide ſuprà pag. 91. col. 2. Habet Codices 7. hoc pacto diſpoſitos.

1. יבמות ; 2. כתובות ; 3. קדושין ;
4. גיטין ; 5. סוטה ; 6. נדרים ;
7. נזיר ;

Huius ORDINIS TERTII NASCI'M Codex 1. vocatur יְבָמוֹת *Ieuamòth Fratriæ*. Tractat de Matrimonio contrahendo inter cognatum, & cognatam, vxorem nimirùm fratris defuncti: nam ſi duo fratres ſimul habitauerint, & horum alter ſine prole obierit, poterit frater ſuperſtes, ſi voluerit, accipere in vxorem cognatam viduam, vt ſuſcitet ſemen fratris ſui. De qua lege vide in Deuter; cap. 25. 5. & ſeqq. quæ videtur renouata à Moſe, cùm ante Legem ſcriptam Gen. 38. 8. ער *Er* primogenitus Iudæ obijſſet, prole poſt ſe non relicta, iubet Iudas אונן *Onano* alteri filio ſuo, & fratri *Er* יבם אתה *Vt iure fratrio vtatur*. De huiuſmodi Leuiratus iure, & de חליצה *Chalìtzà* iure altero mulierum *ſoluendi calcei* cognato, ſi ipſe eam renuerit accipere in vxorem; ex Deuter. loco cit. ver. 9. agitur in hoc Codice, cuius Capita ſunt 16.

gnus expellit &c. Interdicitur Summo Sacerdoti inire matrimonium cum vidua. Vnde Lex Leuiratus cum eo non habet locum. Vbi de ijs, qui ad *Therumam Oblationem ſacram* comedendam admittuntur, & de his, qui ab eodem repelluntur, agitur. Habet *Miſcnaijòth* ſex.

Caput 8. הֶעָרֵל וְכָל הַטְּמֵאִים לֹא יֹאכְלוּ בַּתְּרוּמָה וכו׳ ; *Hearèl vecòl hattemeìm lo iochelù batterumà vecullè. Præputiatus, & omnis immundus non comedent de Therumà &c*, Sacerdos, cui propter circumciſionem mortuus eſt frater eius, dicitur Sacerdos præputiatus. Hic de Therumà comedere non poteſt. Vnde proſequitur recenſio eorum, qui arcentur, vel admittuntur ad eſum huiuſcemodi Therumæ. Habet *Miſcnaijòth 6*.

Cap 9. יֵשׁ מוּתָּרוֹת לְבַעֲלֵיהֶן וַאֲסוּרוֹת לְיִבְמֵיהֶן וכו׳ ; *Ieſc mutharòth leuaalehèn, vaaſuròth liuamehèn vecullè. Sunt nonnullæ* (mulieres) *quæ licitæ ſunt maritis ſuis, & prohibitæ ſunt cognatis ſuis &c.* Recenſentur varij caſus, qubus licitum eſt, vel illicitum vti Leuiratus iure. Habet *Miſcnaijòth 6*.

Caput 10. inc. הָאִשָּׁה שֶׁהָלַךְ בַּעְלָהּ לִמְדִינַת הַיָּם וכו׳ ; *Haiſcià ſcehalàch baalàh limedinàth haijàm vecullè. Mulier, cuius maritus abijt in maritimam Prouinciam &c.* De muliere, cuius vir peregrè profectus in regionem longinquam, de quo euulgatum eſt, eum obijſſe, vnde ipſa alteri viro nupſit, & poſt aliquod temporis ſpa-

Caput 4. inc. הַחוֹלֵץ לִיבִמְתּוֹ וְנִמְצֵאת מְעֻבֶּרֶת וכו׳ ; *Hacholètz liuimthò, venimtzèth meubèreth vecullè. Exuitur calceo à fratria ſua prægnante &c.* Vidua prægnante à viro defuncto relicta, defuncti frater ſuperſtes libellum חליצה *Chàlitza Calcei exuti* cognatæ porrigit, eamque liberat à Lege Leuiratus. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 5. רַבָּן גַּמְלִיאֵל אוֹמֵר אֵין גֵּט אַחַר גֵּט וכו׳ ; *Rabbàn Gamlièl omèr en ghet achàr gheth vecullè. Rabbàn Gamlièl dicit: Non* (eſt) *libellus repudij poſt libellum repudij &c.* Prohibetur repetitio formæ in eadem materia, vt ſemel dato libello repudij, iterum dare non liceat &c. Habet *Miſcnaijòth 6*.

Caput 6. הַבָּא עַל יְבִמְתּוֹ וכו׳ ; *Habbà al ieuimtò vecullè. Qui ingreditur ſuper fratriam ſuam &c.* Si quis quocumque modo ad fratriam ingreſſus fuerit, Legis iure non ſeruato, hereditatis ius acquirit, & ſi dimittere eam voluerit, libello repudij indigebit. Vbi de Summo Sacerdote, cui interdictum eſt ius Leuiratus, quia viduam ei accipere prohibet Lex: & de Sacerdote idiota, id eſt inferiori à Summo Sacerdote, cui fas non erat accipere אילונית *Illunìth Iuuenem ſterilem*, eam videlicet, quæ quamuis viginti annos nata, attamen ſigna pubertatis nondum produxerat, pertractat. Habet *Miſcnaijòth 6*.

Caput 7. אַלְמָנָה לְכֹהֵן גָּדוֹל גְּרוּשָׁה וכו׳ ; *Almanà leCohèn gadòl gheruſcià vecullè. Viduam Sacerdos ma-*

Digitized by Google

ſpatium primus maritus reuertitur; decernitur, quòd vterque vir libellum repudij vxori ſuæ porrigere debeat. Alij conſimiles caſus afferuntur, & deciduntur in hoc Capite. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 11. נוֹשְׂאִין עַל הָאֲנוּסָה וְעַל הַמְּפוּתָּה וכו׳ ; *Noſſein al haanuſà veàl hammephuthà vecullè Connubia ineunt cum adacta, & cum ſeducta &c.* De his, qui vim fœminis intulerunt, aut verbis blandis ſeduxerunt, quomodo eas ducere debeant. Item de proſelytis; de muliere dubia, an fuerit fratris, vel filij fratris vxor; & de filijs dubijs, qui cum alijs puerulis nutriti ſunt, nec de facili cognoſci poteſt, vtrũ ſint huius, vel alterius mulieris, quomodo Lex Leuiratus in his locum habeat. Et de Sacerdotum mulieribus, & ancillis earum parturientibus, an eis liceat de Therumis comedere, atque alijs huiuſmodi. Habet *Miſcnaijòth* ſeptem.

Cap. 12. מִצְוַת חֲלִיצָה בִּשְׁלֹשָׁה דַיָּינִין וכו׳ ; *Mitzuàth chalitzà biſcloſcià daijanin vecullè. Præceptum Chalitzæ ſoluendi calceum fit coram tribus Iudicibus &c.* Ceremonia repudiandi fratriam fieri non poteſt, niſi adſint tres Iudices, qui de dubijs in ea occurrentibus iudicare poſſint, & ceremoniam ritè peractam fuiſſe, decernere. Vbi de validitate huiuſmodi ceremoniæ, aut de illius inualiditate quamplurimi adducuntur caſus. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 13. בֵּית שַׁמַּאי אוֹמְרִים אֵין מְמָאֲנִין אֶלָּא אֲרוּסוֹת וכו׳ ; *Beth Sciammài omerim en memaanin elà*

arusòth vecullè. Schola Sciammài dicit; Non abnuunt niſi deſponſatæ &c. De libertate puellarum hìc agitur, quomodo renuere poſſint accipere virum, circa quam multæ diſcrepantiæ ſunt inter Scholam Sciammài, & Hillelis, quæ omnes in hoc loco recenſentur. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 14. חֵרֵשׁ שֶׁנָּשָׂא פִּקַּחַת וּפִקֵּחַ שֶׁנָּשָׂא חֵרֶשֶׁת וכו׳ ; *Cherèſc ſcenaſsà pikècheth, vpikèach ſcenaſsà cherèſceth vecullè. Surdus, qui vxorem ducit loquentem, & loquens, qui vxorem ducit mutam &c.* Tractat de matrimonio inito inter ſurdos, mutos, & loquentes; & quęnam ſeruanda ſint in his matrimonijs ad has Leges de Leuiratu pertinentia. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 15. הָאִשָּׁה שֶׁהָלְכָה הִיא וּבַעְלָהּ לִמְדִינַת הַיָּם וכו׳ ; *Haiſcià ſcehalechà. hi, vuaalah limdinàth haijàm vecullè. Mulier, quæ cum marito ſuo proficiſcitur in maritimam Prouinciam &c.* Si inter virum, & vxorem nullum ſit iurgium, & bellum non ſit in regione, & peregrè proficiſcantur, ſi redeunte muliere, dicat, virum ſuum obijſſe, ei credendum eſt; ſecùs ſi diſſidium ſit inter ipſos. Diuerſi, ſed conſimiles caſus in hoc Capite proponuntur, & ſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 16. inc. הָאִשָּׁה שֶׁהָלַךְ בַּעְלָהּ וְצָרָתָהּ לִמְדִינַת הַיָּם וכו׳ ; *Haiſcià ſcehalàch baalàh vetzarathàha limdinàth haijàm vecullè. Mulier, cuius maritus vna cum æmula ſua proficiſcitur in Prouinciam maritimam &c.* Si reuerſa fuerit æmula, & dixerit,

multa. Habet *Miſcnaijòth* decem.

Caput 3. אֵלּוּ נְעָרוֹת שֶׁיֵּשׁ לָהֶן קְנָס וכו׳ : *E'lu naaròth ſceièſc lahèn kenàs vecullè. Iſtæ ſunt puellæ, quibus datur mulcta &c.* Numerantur nonnulla genera puellarum, quibus ſi vis inferatur, aut aliquo alio modo illarum pudor violetur, nihilominus pœna mulctandæ ſunt. Et de iniurijs, quæ fiunt puellis compreſſis, & quomodo ſatisfaciendum. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 4. נַעֲרָה שֶׁנִּתְפַּתְּתָה בּוֹשְׁתָּהּ וּפְגָמָהּ וּקְנָסָהּ שֶׁל אָבִיהָ וכו׳ : *Naaràh ſcenithphatethàh boſcethàh vphgamàh, vknasàh ſcel auiha vecullè. Puella, quæ fracta eſt; verecundia eius, fractura, & mulcta illius eſt* (etiam) *patris eius &c.* Iniuria illata puellæ defloratæ eſt etiam patris ipſius, vt verecundia perduret quamdiu vixerit pater: poſt eius mortem tranſit ad fratres, & poſtea ad puellam ipſam. Item ad quid teneatur pater puellæ; & quid maritus, qui cum ea communem vitam ducit. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 5. אַף עַל פִּי שֶׁאָמְרוּ בְּתוּלָה גּוֹבָה מָאתַיִם וכו׳ : *Af al piſceamerù bethulà gouà mathàim vecullè. Licèt dicant* (Sapientes) *Virgini deflorata ſoluenda eſſe ducenta ſcuta &c.* Quamuis ex ſententia Rabbinorum pro pretio Virginis ſoluenda forent ſcuta 200. nihilominus ſi ſpontè quis voluerit aliquid aliud ſupererogare, laudatur. De miniſterijs etiam, quæ domi tenetur mulier exercere, tùm erga familiam, tùm erga ipſum maritum;

tum;

maritum ſuum obijſſe in itinere, illi non creditur, neque altera mulier poterit cognato nubere, niſi alio modo certior facta fuerit de morte mariti. Hinc quàm plurimi caſus afferuntur de ijs, qui in algoſis aquis decidunt, vel in puteo prolabuntur, nec de illorum morte certum aliquid ſtatui poteſt; num in his caſibus Ius fratriarum locum habeat, decernitur. Habet *Miſcnaijòth* 7. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 128.

ORDINIS TERTII NASCI'M

Codex ſecundus vocatur כְּתוּבוֹת *Chethuuòth Scripturæ dotales.* Tractat de *Inſtrumentis dotalibus.* Habet Cap. 13.

Caput 1. בְּתוּלָה נִשֵּׂאת לַיּוֹם הָרְבִיעִי וכו׳ : *Bethulà nisèth laiiòm hareuìi vecullè. Virgo deſponſatur die quarto &c.* Decernitur, qua die Hebdomadæ Virginum nuptiæ ſint celebrandæ, & qua die Viduarum; & cur fer. 4. illæ, & fer. 5. iſtæ marito tradantur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 2. הָאִשָּׁה שֶׁנִּתְאַרְמְלָה אוֹ שֶׁנִּתְגָּרְשָׁה וכו׳ : *Haiſcià ſcenitharmelà, ò ſcenithgareſcià vecullè. Mulier, quæ Vidua facta fuit, aut expulſa fuit &c.* De Vidua, aut expulſa, dicente, tempore nuptiarum, ſe fuiſſe Virginem, contradicentibus propinquis defuncti, vt lucrari poſſint dotem ipſius: ſi mulier probauerit, ſe ad nuptias acceſſiſſe corolla ex myrtho compacta redimitam, vel obuelatis oculis, & capite diſcooperto, ac capillis expanſis, vt Virginum moris eſt, ſatis ſuperque illius virginitas probata erit. Vbi & de validitate Inſtrumenti dotalis

iuditium, & verba: Nolo habere, nec recipiam facultates tuas &c. Si maritus in Inſtrumento dotali renunciat iuri ſuo, & declarat ſe nullam portionem ex bonis vxoris velle habere, nihilominus remanet vſufructuarius. Quamplurima huius generis negotia inter virum, & vxorem hic referuntur, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 10. מִי שֶׁהָיָה נָשׂוּי שְׁתֵּי נָשִׁים וכו׳ ׃ *Mi ſcehaiàh naſsùi ſcetè naſcim vecullè. Qui acceperit duas vxores &c.* Si quis plures vxores habuerit, & nonnullæ ex his diem ſuum obierint, vel omnes vna ſimul cum marito deceſſerint; quæritur, quomodo inter heredes diuidendæ ſint illarum facultates. Habet *Miſcnaijòth* ſex.

Caput 11. אַלְמָנָה נִיזוֹנֶת מִנִּכְסֵי יְתוֹמִים וכו׳ ׃ *Almanà nizònith minnichsè iethomìm vecullè. Vidua alitur ex facultatibus pupillorum &c.* Vidua ſi ad ſecundas nuptias tranſire noluerit (ſua dote illibata remanente) de bonis mariti defuncti ali, & ſuſtentari debet. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 12. הַנּוֹשֵׂא אֶת הָאִשָּׁה וכו׳ ׃ *Hannoſsè eth haiſciàh vec. Qui aſſumit mulierem &c.* Si Vidua habens filiam, tranſire deſideret ad ſecundas nuptias hac conditione, vt vir ipſius teneatur alere filiam ſuam per quinquennium; quæritur, quomodo hoc dubium ſit definiendum vnà cum alijs quibuſdam ſimilibus, immutatis tamen nonnullis conditionibus. Habet *Miſcn.* 4.

Caput 13. inc. שְׁנֵי דַיָּינֵי גְזֵרוֹת הָיוּ בִּירוּשָׁלַיִם וכו׳ ׃ *Scenè daijanè ghe-*

tum; & de ijs, quæ maritus erga mulierem præſtare tenetur, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 6. inc. מְצִיאַת הָאִשָּׁה וּמַעֲשֵׂה יָדֶיהָ לְבַעְלָהּ וכו׳ ׃ *Metziàth haiſcià vmaaſsè iadèah leuaalàah vecullè. Mulieris ſubſtantia, & opera manuum ipſius, ſunt viri ſui &c.* Decernitur, maritum eſſe vſufructuarium omnium rerum, quæ ad mulierem ſpectant. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 7. הַמַּדִּיר אֶת אִשְׁתּוֹ וכו׳ ׃ *Hammaddìr eth Iſctò vecullè. Qui Vouere facit vxorem ſuam &c.* De prohibitionibus factis à viro, quas ſi vxor tranſgreſſa fuerit, eiectionis mulcta puniri debet, tradito eidem ſuo Inſtrumento dotali: in maioribus verò tranſgreſſionibus eodē Inſtrumento retento, quo indicatur eam amiſiſſe dotem, & omnia Iura dotalia, eijcitur. Vbi de nuptijs conditionatis, quæ, niſi conditiones adimpleantur, reſcinduntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 8. הָאִשָּׁה שֶׁנָּפְלוּ לָהּ נְכָסִים וכו׳ ׃ *Haiſciàh ſcenaphelù laàh nechaſsìm vecullè. Mulier, cui ceciderunt facultates &c.* Mulier, ſi antequam fuerit deſponſata, bona acquirat, ſibi acquirit: & poſtquàm deſponſata eſt, idem inquiritur. Decernitur, quòd omnium bonorum mulieris, vſufructuarius ſit maritus. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 9. הַכּוֹתֵב לְאִשְׁתּוֹ דִּין וּדְבָרִים אֵין לִי בִּנְכָסַיִךְ וכו׳ ׃ *Haccothèu leiſtò din vduarim, en li vinchasàich vecullè. Qui ſcribit vxori ſuæ*

ſint, videlicet בכסף *Bechèſeph Argento*; בשטר *Biſtàr Inſtrumento* dotali; ובביאה *Vubiàh & Copula*; & de modis, quibus acquiratur ſeruus Hebræus, & fratria; quibus modis, & quomodo ſeipſos redimant: ſicuti & de obligationibus filiorum erga parentes, licèt ſint coniugati, & parentum erga filios, obiter pertractatur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 2. inc. הָאִישׁ מְקַדֵּשׁ בּוֹ וּבִשְׁלוּחוֹ וכו׳ *Haiſc mekaddèſc bò vuiſcluchò vecullè. Vir ſponſalia init per ſe, vel per nuncium &c.* Sponſalia fieri poſſe per Procuratorem, vnde adducuntur quamplurimi caſus, in quibus ſi Procurator fraude, vel malitia non ſeruat, vel variat, excedit, aut errat circa mandatum; quæritur, an ipſa ſponſalia reddantur inualida, Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 3. הָאוֹמֵר לַחֲבֵירוֹ צֵא וְקַדֵּשׁ לִי אִשָּׁה פְּלוֹנִית וכו׳ *Haomèr lachauerò tze vekaddèſc li Iſcià pelonìth vecullè. Qui dicit ſocio ſuo: Egredere, & ſanctifica mihi talem mulierem &c.* Si Procurator volens accipere vxorem pro ſuo principali, eandem pro ſe accipit, aut limitat tempus ducendi illam, & antequam elabatur tempus, alius venit, & eandem ducit ſibi vxorem; quæritur, cuiuſnam cenſenda ſit vxor? Vbi etiam de ſponſalibus conditionatis agitur, & de erroribus commiſſis circa qualitatem perſonæ deſponſatæ, ac proinde, an per hæc inualidentur ſponſalia. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 4. עֲשָׂרָה יוֹחֲסִין עָלוּ מִבָּבֶל וכו׳ *Aſſarà iochaſìn alù mibà-*

ghezeròth haiù vIruſcialàim Vecullè. Duo Iudices ſententiarum erant in Ieruſalem &c. Duo Tribunalia erant Ieroſolymis, in quibus de furtis, & rapinis inquirebant. De his maleficijs agitur, & proponuntur quædam dubia circa reſtitutionem faciendam; hæc reſoluuntur à quodam חנן *Chanèn*, cuius deciſiones laudantur à Rabbàn Iochannàn Ben Zaccài. Agitur etiam de his, qui matrimonia ineunt, in vna ex tribus regionibus Terræ promiſſæ, in Iudæa; transIordanem; & in Galilæa: & quomodo mutari poſſit domicilium à coniugibus, & quibus in caſibus alter alterum ſequi teneatur; & caſu quo vir vxorem expellat, & ei ſit reſtituenda dos, decernitur cuius generis eſſe debeat, an Terræ Iſraëlis, vel alterius Terræ, vbi forſan nuptiæ celebratæ fuerant. Habet *Miſcnaijòth* 11. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 111.

ORDINIS TERTII NASCIM Codex tertius dicitur קִדּוּשִׁין *Kidduſcìn Sanctificationes*, ſeù *Sponſalia*, quibus ſanctificatur, ſeù ſeparatur mulier à conſortio paternæ domus, & iungitur marito ſuo. Agitur in hoc Codice, non de deſponſationibus tantùm, quibus puella alicui promittitur pro vxore futura, ſed & de ipſo ſolemni actu, quo coram teſtibus ſponſus aliquo externo ſigno veluti annulo, ſponſæ digito immiſſo, eam ſibi in vxorem adiungit. Habet hic Codex 4. Capita, quorum

Caput 1. incipit הָאִשָּׁה נִקְנֵית בְּשָׁלשָׁה דְּבָרִים וכו׳ *Haiſciàh niknèth biſcloſcià deuarim vecullè. Mulier acquiritur tribus rebus &c.* De tribus modis, quibus matrimonia firmari poſ-

lierum. Paſtores pecorum, quinam conſtituendi. Prohibetur Iuuenibus inter mulieres muliebres artes addiſcere, & alia huiuſmodi, quæ honeſtati aliquo modo aduerſari poſſint. Habet *Miſcnaijòth* 14. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 47.

ORDINIS TERTII NASCI'M Codex quartus vocatur גִּיטִּין *Ghitìn Repudia*. In eo agitur de libello repudij mulieri ſcribendo, quem Scriptura Deuteron. 24. 1, vocat ספר כריתות *Sèpher Cherithùth Libellum excidij*, quia per eum abſcinditur mulier à marito ſuo. Habet Capita 9.

Caput 1. הַמֵּבִיא גֵט מִמְּדִינַת הַיָּם צָרִיךְ וכו׳ ׃ *Hammeuì ghet mimmedinàth haijàm; tzarìch vecullè. Qui adducit libellum repudij ex Prouincia maritima, neceſſe eſt &c.* Tractat de validitate libelli repudij ex longinquo loco tranſmiſſi vxori ſuæ; & quomodo ad illius validitatẽ requiratur, quòd ſcriptus ſit coram viro, qui illum tranſmittit, & ſigillo, ſeù manu ipſius firmatus; & de idoneitate Teſtium libelli, vbi obiter aliquid dicitur de שטר שחרור עבד *Scetàr ſcichrùr èued Libello manumiſſionis ſerui*. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 2. הַמֵּבִיא גֵט מִמְּדִינַת הַיָּם וְאָמַר וכו׳ ׃ *Hammeuì ghet mimmedinàth haijàm, veàmar vecullè. Qui adducit libellum repudij de Prouincia maritima & dicit &c.* Alij caſus de validitate, & nullitate libelli repudij hìc annotantur. Vt ſi quis libellum afferat & dicat: Coram me ſcriptus eſt libellus iſte, ſed coram me ſigillo munitus non eſt; aut vice verſa &c. nihil valet. Aliæ cir-

bauèl vecullè. Decem proſapiæ aſcenderunt ex Babel &c. Decem familiarum genera, quæ ex Babylone aſcenderant in Ieruſalem Zerobabelis tempore, hìc recenſentur. Eæ verò fuerunt: Familia כֹּהֲנֵי *Chohanì Sacerdotalis*, 2. לְוִיֵּי *Leuiì Leuitica*; 3. יִשְׂרָאֵלִי *Iſraeli Iſraëlitica*; 4 חֲלָלִי *Chalalì Profana plebeia*; 5. גֵּירֵי *Gherì Proſelytorum*; 6. חֲרוּרֵי *Charorì Emancipatorum*; 7. מַמְזֵירֵי *Mamzerì Mamzeritarum, Nothorum*; 7. נְתִינֵי *Nethinì Nethinæorum*. Nethinæi erant Gabaonitæ; 9. שְׁתוּקֵי *Sciathoki Sciathokæorum*. Sciathochæi ſunt ſpurij; & 10. אֲסוּפֵי *Aſophì Collectitiorum*. Collectitij ſunt, qui exponuntur in via, & quorum parentes incerti ſunt. Quomodo iſti inter ſe matrimonia inire poſſint? nam Sacerdotes, Leuitæ, & Iſraëlitæ contrahunt inter ſe matrimonia. Idem faciunt Leuitæ, Iſraëlitæ, Profani, Proſelyti, & Emancipati inter ſe. Proſelyti, Emancipati, ſeù Liberti, Nothi, Nethinæi, Spurij, & Expoſiti incertorum parentum, connubia inter ſe etiam contrahunt. Tractat item de honore deferendo filiæ Sacerdotis, quando deſponſatur, vt octo matres eam aſſociare debeant, quæ ſingulæ hìc nominantur. Item de honeſtate virorum, & mulierum; & quòd non liceat viris conuerſari cum mulieribus, neque cum illis pernoctare in hoſpitijs, vel alibi. Itemque de Iuuene cœlibe non conſtituendo in Magiſtrum puerorum, aut mu-

Caput 5. הַנִּזָּקִין שָׁמִין לָהֶן בָּעִידִית וכו׳ ׃ *Hannezakim ſciamin labèn baidìth vecullè. Qui damnum recipiunt, dant eis voluptuoſum* (agrũ) *&c.* Tractat de eo, qui damnum alicui intulit, & ære alieno grauatur pro debitis contractis, & pro reſtitutione dotis. Quòd ſi iſte habeat tria bona ſtabilia, vnum optimum, aliud mediocre, tertium peſſimum: agrum bonum ſoluere debet pro debitis contractis ex damno dato: mediocrem, pro debitis contractis cauſa ciuili; & peſſimum ſeruandum pro reſtitutione dotis. Vnde prohibetur violentia; & pro bono pacis quædam decernuntur, quæ in hoc loco obliquè videntur repoſita; veluti, Quòd Sacerdos priùs legere debeat in Synagoga, poſtea Leuita, deinde Iſraëlita, & alia quædam minutiora. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 6. הָאוֹמֵר הִתְקַבֵּל גֵּט זֶה לְאִשְׁתִּי וכו׳ ׃ *Haomèr; Hithkabèl ghet ze leiſctì vecullè. Qui dicit: Recipe libellum iſtum repudij pro vxore mea &c.* Varij caſus proponuntur, quibus tam ex parte viri, quàm ex parte mulieris validi, vel inualidi reddi, vel retractari poſſunt libelli repudij, dummodo tamen ad manus mulieris non peruenerint. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Cap. 7. מִי שֶׁאֲחָזוֹ קוּרְדְיָיקוֹס וְאָמַר כִּתְבוּ גֵּט לְאִשְׁתִּי וכו׳ ׃ *Mi ſceachazò koredijkòs veàmar: Chithuù ghet leiſctì vecullè. Qui comprehenſus fuerit Cardaica affectione, & dixerit: Scribite libellum repudij vxori meæ &c.* Tractat de his, qui aliqua infirmitate laborant ex

circumſtantiæ quoad validitatem libelli repudij hic adducuntur, vti, quomodo ſcribendus; quo tempore; quo atramento; an licitum ſit ſcribere liquoribus, aut ſucco pomorum; ſuper quo ſcribendus; an ſuper folio arborum, papyro, pergameno, aut charta, & à quibus perſonis ſcribi debeat. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 3. כָּל גֵּט שֶׁנִּכְתַּב שֶׁלֹּא לְשֵׁם אִשָּׁה פָּסוּל וכו׳ ׃ *Col ghet ſcenichtàu ſcelò leſcèm Iſcià, pasùl vecullè. Quilibet libellus repudij, qui ſcriptus non eſt nomine Vxoris, illegitimus eſt &c.* Explicari debet nomen vxoris in libello, vt ſit validus. Qui ſcribit exemplaria libellorum repudij, relinquere debet ſpatium pro nomine viri, pro nomine vxoris, & ſpatium pro tempore annotando. Vbi de exemplaribus aliorum contractuum vti, de eo, quo mutuo datur, aut recipitur. Et de quibuſdam ad illa pertinentibus. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. הַשּׁוֹלֵחַ גֵּט לְאִשְׁתּוֹ וְהִגִּיעַ בַּשָּׁלִיחַ וכו׳ ׃ *Haſciolèach ghet leiſctò vehighìa baſcialìach vecullè. Qui mittit libellum repudij Vxori ſuæ, & peruenire facit nuncium &c.* Si quis retractat factum libelli repudij nondum vxori ſuæ oblati, ſiuè per ſe, ſiuè per nuncium; libellus iam ſcriptus inutilis eſt. Formula libelli repudij reformata fuit à Rabbàn Gamliele Seniore. Vbi de libertis, & ſeruis, & de eo, qui ſeipſum vendidit vnà cum filijs alienę ſeruituti, ſeù Gentilibus Idololatris; tunc enim ære publico redimuntur filij, ſed non pater. Habet *Miſcnaijòth* 9.

ſit. Tandem agitur de modo ſcribendi, ſubſcribendi, & à teſtibus ſubſignandi libellum repudij. Habet *Miſcnaijòth* 10. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 73.

ORDINIS TERTII NASCI'M Codex quintus vocatur סוֹטָה *Sotà Declinans*. Agitur de iure viri in vxorem adulterij ſuſpectam, quomodo ſe gerere debeat, ſi eum zelotypia inuaſerit, vt in lib. Num. cap. 5. ver. 12. & ſeqq. Habet Capita 9.

Caput 1. הַמְקַנֵּא לְאִשְׁתּוֹ רַבִּי אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר מְקַנֵּא לָהּ עַל פִּי שְׁנַיִם וּמַשְׁקָהּ עַל פִּי עֵד אֶחָד אוֹ עַל פִּי עַצְמוֹ וכו׳ : *Hammekannè leiſctò, Ribbì Eliezer omèr, mekannè làah al pi ſcenàim, vmaſckà al pi ed echàd, ò al pi atzmò vecullè. Qui zelotypia corripitur, Rabbì Elièzer dicit:* (Neceſſe eſt) *vt ei zelotypiam notificet coram duobus teſtibus. Vt autem bibat* (aquas amaras) *ſufficit teſtimonium vnius, aut ſuiipſius &c.* De notificatione zelotypiæ facienda vxori coram teſtibus, & admonitione, nè cum tali perſona loquatur: per hanc admonitionem nullum vxori infertur præiudicium, neq; quoad habitationem cum viro ſuo, neq; quoad comeſtionem Therumæ. Recenſentur caſus, in quibus prohibitum eſt illi de Theruma comedere. Denique de Iudicio magni Synedrij faciendo quando de ſuſpecta adulterij agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 2. הָיָה מֵבִיא אֶת מִנְחָתָהּ וכו׳ : *Haiàh meuì eth minchathàah vecullè. Afferebat* (maritus)

ex qua mens perturbatur; an iſtis liceat libellum repudij ſcribere, vel ſcribendum alijs committere. Vbi quamplurimi caſus recenſentur, in quibus ſub aliqua conditione libelli repudij proponuntur, & de illorum validitate, vel nullitate iudicatur. Habet *Miſcnaijòth* nouem.

Caput 8. הַזּוֹרֵק גֵּט לְאִשְׁתּוֹ וְהִיא בְּתוֹךְ בֵּיתָהּ וכו׳ : *Hazorèk ghet leiſctò, vehì bethòch bethàah vecullè. Qui proijcit libellum repudij vxori ſuæ, & ipſa eſt in medio domus ſuæ &c.* Nonnulli alij caſus in medium afferuntur, qui ad eandem validitatem, vel nullitatem libellorum repudij ſpectant; maximè ſi in his non datio, ſiuè porrectio libelli in manus, vel in ſinum mulieris ſpectetur, ſed proiectio ante ipſam, vel longè vltra ipſam attendatur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 9. הַמְגָרֵשׁ אֶת אִשְׁתּוֹ וְאָמַר לָהּ הֲרֵי אַתְּ מוּתֶּרֶת לְכָל אָדָם וכו׳ : *Hammegarèſc eth Iſctò veàmar làah, Harè ath muthèreth lecol adàm vecullè. Qui expellit vxorem ſuam, dicitque illi; En tu licita es cuilibet hominum &c.* De his, qui mulierem expellunt, addita aliqua reſtrictiua clauſula; vt ſi v. g. in ſchedula dicatur, Expello te, & facultatem tibi concedo, vt cuicumque volueris, nubas, præterquam Simeoni, vel alicui alteri: vel ſi aliç conditiones impertinentes apponantur, vel ſuperfluæ, vt ſi dicatur: Nubere poteris cuicumque volueris, non tamen patri tuo, vel meo; fratri meo, vel tuo: & alia id genus ſimilia. An huiuſmodi libellus repudij validus, vel inualidus

tenus eam perſequi debeat Senatus ex proprio officio, ſi parti aliquid obſtet, ne propriam iniuriam perſequi poſſit; & hoc ne delicta impunita remaneant. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 5. כְּשֵׁם שֶׁהַמַּיִם בּוֹדְקִין אוֹתָהּ כָּךְ בּוֹדְקִין אוֹתוֹ וכו׳ ׃ *Chescèm ſcehammàim bodekin othàah, càch hammàim bodekin othò vecullè. Quemadmodum aquæ exploratoriam virtutem exercebant in eam, eandem quoque exercebant in eum &c.* Habebant huiuſcemodi aquæ amaræ virtutem exploratiuam, non in adulteram duntaxat, ſed etiam in adulterum; vnde ſi vir pariter in adulterij facinore inuolutus fuiſſet, nullam in vxorem adulteram virtutem habebant. *Periniquum enim videtur eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat,* inquit Vlpianus l. 13. ad *l. Iul. de adult.* Itemque, ſi mulier culpæ fuiſſet expers, vir autem culpabilis; hic aquæ amaræ virtutem experiebatur, non illa. Hęc Rabbì Akibæ ſententia eſt ex Scriptura eruta, quæ R. Ioſuè, & alijs quibuſdam Miſcnicis Doctoribus extra ſegetem vacandi occaſionem præbuit, ob quam per totũ Caput ad primã intentionem Miſcnæ ampliùs non reuertuntur. Habet *Miſcn.* 5.

Caput 6. מִי שֶׁקִּינֵּא לְאִשְׁתּוֹ וְנִסְתְּרָה וכו׳ ׃ *Mi ſcekinnà leiſctò veniſtarà vecullè. Qui commonefacit vxorem ſuam* (ne ſe abſcondat cum aliquo) *& abſcondit ſe &c.* Si quis præmonuerit vxorem ne ſecretò aliquid ageret cum viro; ſi leuiſſima coniectura id feciſſe comprehendat, licebit illam dimittere cum dote. Agitur etiam de Teſti-

oblationem illius &c. Deſcribuntur ceremoniæ Sacrificij zelotypiæ. Traditur formula libelli repudij, concepta ex verbis Scripturæ; & ritus eum ſcribendi; & quo fine illa reſpondere debebat *Amen, Amen.* Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput tertium incipit הָיָה נוֹטֵל אֶת מִנְחָתָהּ מִתּוֹךְ כְּפִיפָה מִצְרִית וכו׳ ׃ *Haiàh notèl eth minchaiàah mitòch chephiphà mitzrìth vecullè. Accipiebat* (maritus) *oblationem illius de medio corbis vimineæ &c.* Sequuntur aliæ ceremoniæ, quæ ſeruandæ erant, quouſque mulier adulterij ſuſpecta amaras aquas bibiſſet, quibus epotis, ſi flagitium mulier commiſiſſet, ſtatim liuor in vultu ipſius apparebat, oculi eius extuberabant, & totum corpus macie inuadente, nerui omnes, & venæ cernebantur. Si aliquod meritum in ea fuiſſet, non ſtatim animam exhalabat, ſed ſecundùm meriti menſuram, per vnum, vel duos, aut tres viuebat annos. Recenſentur quædam differentiæ, quæ inter virum, & mulierem aſſignantur. quibus vir veluti præſtantior muliere inſignitur; vel mulieri ob ſexus infirmitatem, vel pudorem conceduntur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. אֲרוּסָה וְשׁוֹמֶרֶת יָבָם לֹא שׁוֹתוֹת וכו׳ ׃ *Arusà veſciomèreth iauàm lo ſciothòth vecullè. Deſponſata, & expectans leuirum non bibunt &c.* Tractat de mulieribus, quæ non tenentur bibere amaras aquas. Iſtæ enim ſunt illæ, quæ matrimonio adhuc iunctæ non ſunt, nec matrimoniũ conſummarunt, circa quas locus non datur zelotypiæ. Tractat etiam de zelotypia, qua-

alloquebatur; & is erat Sacerdos, qui vocabatur מְשׁוּחַ מִלְחָמָה *Vnctus belli*. Hic lingua Hebraica tantùm recitare debebat formulam illam exhortandi populum ad belligerandum contra hoſtes, quæ incipit שמע ישראל *Scemaà Iſrael Audi Iſraël &c.* Deuter. 20. ver. 3. & ſeqq. Hæc omnia ſigillatim in hoc Capite explicantur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 9. עֶגְלָה עֲרוּפָה בִּלְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ וכו׳: *Eghlà aruphà bilſciòn hakkòdeſc vecullè. Vitula exceruicata lingua ſancta &c.* Negotium de vitula, quæ decollanda erat, occaſione cadaueris hominis occiſi inuenti in terra Iſraëlis, recitandum erat lingua ſancta. De hoc cadauere hic agitur, & de loco, ex quo inſtituenda eſt menſuratio, ſi caput à corpore ſit diſſectum, & in diuerſis locis reperiantur; an caput trunco, vel truncum capiti ſit admouendum, vt inde fieri poſſit menſuratio ad Vrbem viciniorem ſecundùm Legis decretum Deuteron 21. 2. Vnde de ritibus vitulæ decollandæ; & de tempore, quo ceſſatum eſt tùm ab hac Lege, tùm ab alijs, quæ à Iudęorum Senatu, vel à Rabbinis abolitæ ſunt: veluti ab aquis amaris *Sotæ*, & à canticis popularibus. Recenſentur item aliæ prærogatiuæ, quæ in populo Iudaico interierunt: veluti Synedriũ; Oraculũ; Pectorale; Vrim & Thumim; Sciamìr; Oximel; & Viri fideles. Sequitur ſermo Rabbàn Simeon Ben Gamliel nomine R. Ieholcià: *Poſt Templum deuaſtatũ* (inquit) *nulla dies fuit ſine maledictione: ros cum benedictione nunquam deſcendit: ſapor fructibus fuit ademptus*,

&

ſtibus, qui teſtimonium perhibent in fauorem, vel contra mulierem *Sotam*, & quòd vnico teſte abſolui poteſt, ne bibat, & dotem amittat, licèt ſit ſeruus, vel ancilla. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 7. אֵלּוּ נֶאֱמָרִין בְּכָל לָשׁוֹן וכו׳: *E'lu neemarìn becòl laſciòn vecullè. Iſta dici poſſunt quacumque lingua &c.* Referuntur ea, quæ proferri poſſunt quacumque lingua vltra Hebraicam. Ea ſunt: Præſens formula adhibita in muliere *Sotà*, excerpta ex Scriptura Numer. cap. 5. ver. 19. 20. 21. & 22. Secunda וידוי מעשר *Viddùi maaſsèr Confeſſio decimæ*, quæ paterfamilias, vel Colonus profitebatur, quando eam cum Leuitis, peregrinis, pupillis, & viduis veſcebatur. Habes hanc formulam Deuteron. 26. 13. Tertia, קרית שמע *Keriàth Scemàa Lectio Audi*, de qua Deuter. 6. 4. Quarta, תפלה *Thephillà Preces conſuetæ Synagogales*. Quinta, ברכת המזון *Bircàth hammazòn Benedictio cibi*, Sexta, שבועת העדות *Sceuuàth haèdùth Iuramentum Teſtium*. Et ſeptima, שבועת הפקדון *Sceuuàth happikadòn Iuſiurandum ob depoſitum*. Itidem recenſentur ea, quæ tantùm lingua ſancta, id eſt Hebraica proferri poſſunt, quæ cùm ſint plurima, nec referri in hoc loco poſſint, niſi pręmiſſa prolixa expoſitione, ſine qua vix intelligerentur; ideò omittimus. Habet hoc Caput *Miſcnaijòth* 8.

Caput 8. מְשׁוּחַ מִלְחָמָה וכו׳: *Maſciùach milchamà vecullè. Vnctus bello &c.* Ex præcepto Legis Moſaicæ Deuteron. 20. 2, quando proficiſcendum erat ad bellum, Sacerdos populum

lauerunt capita ſua, & liberales pauperes facti ſunt. Præualuerunt violenti, & calumniatores; non ſuperfuit explicans, nec quærens, nec interrogans. R. Elièzer magnus dicebat: Ex quo deuaſtatum eſt Templum, cæperunt Sapientes eſſe ſimiles Scribis; Scribæ Præcentoribus; Præcentores vulgo hominum; vulgus hominum in peiùs ſemper ruit, nec eſt qui poſtulet, aut quærat. Paulò ante Meſſiæ aduentum (ſeù vt ad literam habet Miſcnà בעקבות משיח *In calcaneis Meſſiæ*, quod R. Salomon בסוף הגלות לפני ביאת מש ח *in fine præſentis captiuitatis antequam veniat* ab eis fruſtrà expectatus *Meſſias*, intelligit. Nos verò in I. Par pag. 728. b de primo aduentu intelligimus) *impudentia augebitur, ſicut & annonæ caritas. Vitis proferet fructus, ſed vinum carè vendetur. Regnum hæreſibus obruetur, & correptio nulla erit. Aula conſilij vertetur in lupanar, Galilæa deuaſtabitur, & limites eius deſolabuntur. Viri Vrbium terminos circumibunt, nec erit qui eorum miſereatur. Sapientia Scribarum fœtebit, & odio habentes peccata ſpernentur, & veritas deficiet. Adoleſcentes ora ſenum confundent: ſenes coram pueris ſtabunt. Filius deturpabit patrem, filia inſurget in matrem, nurus in ſocrum, vnuſquiſque in domeſticos. Facies aui iſtius erit ſicut facies canis, nec filius verebitur patrem ſuum &c.*

Hæc eſt facies Iudaiſmi, quam nobis delineant Rabbini, antè aduentum Chriſti, quod tam de primo, quàm de ſecundo Chriſti aduentu intelligi poteſt; de ſecundo ipſe Chriſtus Dominus dicit Luc. 18. 8. *Filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra?* Cui dicto ſuffragantur Rabbini in hoc loco. Habet hoc Caput *Miſcnaijòth* 15. Omnes *Miſc-*

& pinguedo. Munditiei intermiſſio ſublata, ſapor, & odor à fructibus; decimarum verò pinguedo à frumento, licèt Sapientes, ſcortationibus, & veneficijs hæc attribuant. Quin ex decreto publico tempore belli Veſpaſiani abrogatę ſunt coronæ ſponſorum, & tympana: tempore belli Titi prohibitæ ſunt coronæ ſponſarum, & cautum eſt, ne quis filium in Græcanicis erudiret. Et poſteriori bello, per quod fortè intelligitur bellum tempore Hadriani contra Bitherem geſtum, *cautum fuit, ne ſponſæ per Vrbem ſub thoro nuptiali egrederentur, ſed Rabbini poſtmodum permiſerunt. Mortuo R. Meir, defecerunt Viri, qui doctas parabolas docerent. Defuncto Ben Azai, ceſſauerunt vigiles in literis. Defuncto Ben Zomà, ceſſauerunt concionatores. Mortuo R. Ioſue, ſublata eſt bonitas à mundo. Mortuo Rabbàn Simeone Ben Gamlielis, venerunt locuſtæ, & auctæ ſunt calamitates. Mortuo R. Eleazaro Ben Azariæ, ſublatæ ſunt diuitiæ à Sapientibus. Mortuo B. Akibà, decus Legis euanuit. Mortuo R. Chaninà Ben Dosà, ceſſauerunt Viri operatores* (ſignorum). *Mortuo R. Ioſè Katnutbà, finem habuerunt Religioſi, & ideò huiuſmodi nomen eidem impoſuerunt, quia diminutus fuit numerus Religioſorum, & tempore ſuo omninò ceſſauere. Mortuo R. Iochannàn Ben Zaccài, ceſſauit ſplendor ſapientiæ. Mortuo Rabbàn Gamlièl Sene, euanuit gloria Legis, ſimulque mundities, & ſanctimonia. Mortuo R. Iſmaèle Ben Phebài, euanuit ſplendor ſacerdotij. Mortuo Rabbi* (Rabbènu Hakkadòſc) *occubuit modeſtia, ſeù humilitas, & timor peccati. Diruto Templo* (ait R. Pinchàs Ben Iaìr) *pudore ſuffuſi ſunt Sapientes, & Nobiles, & obue-*

aſſumi poſſunt in hac materia de Votis. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 2. וְאֵלּוּ מוּתָּרִין וכו׳ ׃ *Veèlu mutharin vecullè. Et iſta ſunt licita &c.* De Votis emiſſis circa res illicitas, tamquam illicita, ſoluta intelliguntur. Et de quibuſdam vanè emiſſis, quomodo irrita cenſeri debeant. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 3. אַרְבָּעָ נְדָרִים הִתִּירוּ חֲכָמִים וכו׳ ׃ *Arbahà nedarim hittirù Chachamìm vecullè. Quatuor Vota ſoluerunt Sapientes &c.* Tractat de quatuor ſpeciebus Votorum, quæ irrita reddi poſſunt à Rabbinis, veluti Votum feſtinanter, & inconſideratè emiſſum. Tranſitorium, erroneum, & violentum, de quibus aliquot exempla aſſignantur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Cap 4. אֵין בֵּין הַמּוּדָּר הֲנָאָה מֵחֲבֵירוֹ וכו׳ ׃ *En ben hammodèr hanaàh mechauerò vecullè. Nulla eſt differentia inter eum, qui vouet commodum percepturum à ſocio ſuo &c.* Differentiam ponunt inter eum, qui vouet ſe percepturum vtilitatem, ſeù commodum à ſocio ſuo, & eum, qui vouet ſe cibum recepturùm ab eodem: differentiam nullam aliam inter vtrumque votum conſtituunt, niſi דריסת הרגל *Derisàth harrèghel Conculcationem pedis*; nam in primo caſu ne ingredi quidem licet vouenti domum ſocij; in ſecundo caſu, quamuis liceat illi domum ſocij ingredi, non tamen ei licitum eſt vti vaſis culinarijs, quæ ad cibum aliquo modo pertinere cenſentur. De his ſimilibus votis multa exempla proponuntur; Habet *Miſcnaijòth* 8. Ca-

Miſcnaijòth huius Codicis ſunt 65.

: ORDINIS TERTII NASCIM Codex ſextus nuncupatur נְדָרִים *Nedarim Vota*. In hoc agitur de Votis, à quibus emitti poſſint, quomodo emittenda; quæ valida, aut irrita; & quomodo, & à quibus ſolui, vel relaxari poſſint. Habet Capita 12.

Caput 1. inc. כָּל כִּנּוּיֵי נְדָרִים כִּנְדָרִים וכו׳ ׃ *Col chinnuijè nedarim chindarìm vecullè. Omnia pronomina Votorum (ſunt) ſicut Vota &c.* Determinatur Vota emiſſa per cognomen, pronomen, ſiue epitheton nominis, æquiualere ipſis nominibus proprijs: quod idem intelligendum in alijs negotijs, & materijs, veluti in materia Excommunicationis, Iuramenti, & Nazireatus. Harum materiarum quædam pronomina æquiualentia ſuis nominibus principalibus hic proponuntur, vti קוֹנָם קוֹנָח קוֹנָס *Kunàm, Kunàch, & Kunàs* ſunt pronomina nominis קרבן *Korbàn*, & ſi quis huiuſmodi cognominibus vteretur, idem eſſet, ac ſi per vocabulum Sacrificij Votum emiſiſſet. Idem dicendum eſt de alijs pronominibus ſinonymis חֲרַק חֲנוּךְ חֲרַף *Charàk, Chauàch, Charàph*, quæ ſunt epitheta חרם *Chèrem Excommunicationis*; de נָזִיק נָזִיחַ פָּזִיחַ *Nazik, Naziach, Paziach* pronominibus נזירות *Nezirùth Naziraeatus*; & de שְׁבוּתָה שְׁקוּקָה נֶדֶר בְּמוֹתָא *Sceuutàh, Scekukà, nedèr bamothà*, quæ ſunt pronomina, ſiuè epitheta *Iuramentorum*. Et de alijs quibuſdam nominibus æquiuocis, quæ

יח

Caput 5. inc. הַשּׁוּתָּפִין שֶׁנָּדְרוּ הֲנָאָה זֶה מִזֶּה אֲסוּרִין לִיכָּנֵס לֶחָצֵר וכו׳ ; *Haſciothaphìn ſcenaderù hanaàh ze mizè, aſurìn leiccanès lechatzèr vecullè. Socij, qui Vouerunt ad inuicem, ſe à ſocio vtilitatem non percepturum, prohibitum eſt vtrique ingredi in commune atrium &c.* De his, qui talia vota emittunt, quomodo ſe gerere debeant, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 6. הַנּוֹדֵר מִן הַמְבוּשָּׁל וכו׳ ; *Hannodèr min hammeuuſciàl vecullè. Qui Votum emittit de elixatis &c.* Qui ſe voto conſtrinxerit non comeſturum elixata, licitum ei erit comedere elixata, & toſtata. Quædam his ſimilia exempla, & caſus reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 7. הַנּוֹדֵר מִן הַיָּרָק וכו׳ ; *Hannodèr min haijaràk vecullè. Qui vouit de oleribus &c.* Vouens ſe non comeſturum olera, comedere poterit cucurbitas, quia eas non eſſe comprehenſas ſub nomine olerum, putant. Quamplurimi id genus caſus hìc adducuntur; Habet *Miſcnaijòth* 9.

Cap. 8. קוֹנָם יַיִן שֶׁאֵינִי טוֹעֵם הַיּוֹם וכו׳ ; *Kunàm Iàin ſceenì toèm haijòm vecullè. Vouens ſe non guſtaturum vinum hodie &c* Qui vouet, ſe hodie non bibiturum vinum, non tenetur ad Votum, niſi vſque ad occaſum Solis. De Votis, quæ tempus reſpiciunt, præcipuè hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 9. רַבִּי אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר פּוֹתְחִין לָאָדָם בִּכְבוֹד אָבִיו וכו׳ ; *Ribbì Eliezer omèr pothechìn laadàm bichuòd auiu vecullè. R. Eliezer dicit: Aperiunt* (os) *homini propter honorem patris eius &c.* Tractatur de ſolutione ſeu diſpenſatione Votorum, & quomodo aliqua cauſa aſſignari debeat, vt vota relaxentur; quod ſi ille, qui vouerit nullam aſſignare ſciat, poterit Rabbinus illi ſuggerere cauſam aliquam, ſaltem apparentem, & veriſimilem. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 10. נַעֲרָה הַמְאוֹרָסָה אָבִיהָ וּבַעְלָהּ מְפֵרִין נְדָרֶיהָ וכו׳ ; *Naaràh hammeoraſà, auiah vbalhà mepherìn nedarèah vecullè. Puellæ ſponſæ vota diſrumpit tam pater, quàm ſponſus eius &c.* De poteſtate patris, & ſponſi, quam vterque ſuper nondum viro copulatam ſponſam, habet irritandi eius Vota: nam puella viro promiſſa quamdiu in domo patris remanet, nec à viro per קדושין *Kidduſcìn* eſt ſibi ſanctificata, & à quocumque alio viro ſeparata, vocatur ארוסה *Aruſa Sponſata* ſponſo promiſſa, quæ actio, à noſtris ſponſalibus non videtur differre. Tunc enim ipſius Vota tam à patre, quàm à ſponſo irritari poſſunt. Poſtquàm autem vtriuſque voluntas aliquo ſigno externo manifeſtata eſt, velle eos inter ſe vinculo matrimoniali eſſe coniunctos; tunc perfectum, & completum matrimonium eſſe volunt. Vnde Iudæi, quoad formalitatem matrimonij, nobiſcum videntur ſentire: quandoquidem eam non ponunt in mutuo iure vtriuſq; coniugis in corpus alterius, vel in obligatione mutua ad debitũ coniugale reddendũ. Sed in vinculo illo, quo formaliter coniuges ſunt vniti, reſultante ex mutua eorum

ob-

iungi. Itaque ad perfectam matrimonij eſſentiam non requiritur copula carnalis. His functionibus adimpletis, quibus קידושין *Kidduſcìn* dari appellant, tunc omnis facultas irritandi vota mulieris penes maritum remanet. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 11. וְאֵלוּ נְדָרִים שֶׁהוּא מֵפֵר וכו׳ ׃ *Veèlu nedarìm ſcehù mephèr Vecullè. Et iſta ſunt Vota, quæ irrita redduntur &c.* Referuntur in hoc Capite diuerſi caſus Votorũ emiſſorum, quæ irrita cenſeri poſſunt, & vt talia debere declarari à Superioribus habentibus facultatem Vota irritandi: ea ferè ſunt Vota peccaminoſa, & quę aliquã infirmitatem inducere poſſunt. Habet *Miſcnaij.* 12. Omnes *Miſcn.* huius Codicis ſunt 90.

ORDINIS TERTII NASCIM Codex ſeptimus, & vltimus dicitur נָזִיר *Nazìr Naziræus.* Agitur in eo de Voto peculiari, quo quis prohibebatur ab vſu vini, & aliarum rerum, quæ inebriare poterant. Huiuſmodi Votum tempus præfixum habebat triginta dierum: attamen in poteſtate vouentis erat illud ſtatuere longioris, vel breuioris temporis; quod ſi à vouente determinatum non fuiſſet, id quod à Lege ſtatutum eſt, triginta ſcilicet dierum obſeruandum erat. Habet Capita 9.

Caput 1. inc. כָּל כִּנּוּיֵי נְזִירוּת כִּנְזִירוּת וכו׳ ׃ *Col chinnuijè Nezirùth Chinzirùth Vecullè. Omnia pronomina Naziræatus (ſunt) Veluti Naziræatus &c.* De quibuſdam pronominibus, vel cognominibus, quæ ſi proferantur à vouente, cenſetur emiſiſſe Votum

obligatione, quam ſigno externo oſtendunt, quando coram duobus, vel tribus Teſtibus ſponſus digito ſponſæ annulum imponit, hanc verborum formulam à maioribus traditam, proferendo הרי את מקודשת לי בטבעת זו כדת משה וישראל *Modo tu ſanctificata* (ſeparata) *es mihi annulo iſto, ſecundùm legem Moſis, & Iſraëlis,* & ſtatim ambo ingrediuntur ſub חפה *Chuppà Conopeo,* vbi ſolemnem nuptiarum benedictionem à Rabbino prolixè ex libello recitatam recipiunt. Hinc R. Menachèm in ſuo lib. צדה לדרך *Tzedà ladàrech Maamàr Tract.* 4. Concluſione 2. *de Matrimonio* capite 1. ait: אחר שתכנס אשה לחופה הרי היא כאשתו לכל דבר והחופה היא שתיחד עמו אף על פי שלא בא עליה׃ *Poſtquam ingreſſa eſt mulier ſub Chuppà Conopeo; en ipſa in omnibus rebus eſt Veluti Vxor ſua: nam tegumentum iſtud eſt illud, quod eam ſecum Vnit, quamuis ad eam non ingrediatur,* id eſt carnaliter eam cognoſcat. Inde apparet, quòd deſponſatio Mariæ Ioſeph fuit verum matrimonium, quamuis carnalis copula non interceſſerit. Et R. Bar Maijmòn *Halachòth* אישות *Iſciùth De matrimonio* cap. 10. non ſolùm dicit, poſtquam ingreſſa eſt ſponſa ſub *Chuppà Conopeo,* quòd ſit vera, & perfecta vxor viri, ſed addit; Et quamuis ingreſſa fuerit ſponſa לחופה ולא ברך ברכת חתנים הרי זו נשואה גמורה וחוזר ומברך אפילו אחר כמה ימים׃ *ſub Toro nuptiali, & non receperit benedictionem ſponſi & ſponſæ, nihilominus iſta eſt perfectè maritata. Et benedictio per aliquot dies differri poterit.* Ideò dicunt Rabbini, quòd *Chuppà,* ſeù Tegumentum nuptiale ſit illud, quò ſponſa ſponſo vniatur, quia eſt ſignum vinculi vtriuſque voluntatis, velle ſe in matrimonio

Amen. De irritatione huius Voti Naziræatus aliquid etiam in eo agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 5. בֵּית שַׁמַּאי אוֹמְרִים הֶקְדֵּשׁ טָעוּת הֶקְדֵּשׁ וכול׳ ׃ *Beth Sciammài omerim ekdèſc taùth, ekdèſc vecullè. Schola Sciammài dicit: Qui ſanctificat aliquid per errorem ſanctum reputatur &c.* Tractatur in hoc Capite de ſpontaneis oblationibus, quæ Deo promittuntur: ſi error in his intercedat, an Deo dicatæ, atque ſacratæ cenſeantur: de his quamplurima exempla recenſentur, & reſoluuntur, vti v. g. ſi quis dicat: Bos niger, qui è ſtabulo egredietur primus, eſto Deo ſacratus, egreditur Bos albus; an iſte ſacratus Deo cenſendus? & alia his ſimilia. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 6. שְׁלֹשָׁה מִינִין אֲסוּרִין בַּנָּזִיר וכו׳ ׃ *Sceloſcià minìn aſurin bannazìr vecullè. Tres ſpecies* (rerum) *prohibitæ ſunt in Naziraatu &c.* Recenſentur tria, quæ prohibita ſunt Naziræo, 1. הַטּוּמְאָה *Hatumàh Immundities*, 2. הַתִּגְלַחַת *Hattiglàchath Raſura*; 3. וְהַיּוֹצֵא מִן הַגֶּפֶן *Vehaiotzè min hagghèphen Et quod egreditur ex Vite.* De his rebus hìc agitur, & præcipuè de raſura, de vino non bibendo, & vua non comedenda. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 7. כֹּהֵן גָּדוֹל וְנָזִיר אֵינָן מִיטַּמְּאִין וכו׳ ׃ *Cohèn gadòl, venazìr enàn mitamin vecullè. Sacerdos magnus, & Naziræus non polluuntur &c.* Quæritur in hoc Capite, An Sacerdos magnus

tum Naziræatus, ac ſi ipſummet nomen Naziræi prolatum fuiſſet. Eiuſmodi ſunt נָזִיק *Nazìk*, נָזִיחַ *Naziach*, פָּזִיחַ *Pazìach*, quæ tantundem ſonant ac נָזִיר *Nazìr*. Et de duplici Naziræatu, perpetuo, & temporali, ſub quo includitur Naziræatus Sampſonis, de quibus hic agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 2. incipit הֲרֵינִי נָזִיר מִן הַגְּרוֹגְרוֹת וּמִן הַדְּבֵילָה וכו׳ ׃ *Harenì Nazìr min haghe rogheròth, umin haddeuelà vecullè. En me Naziræum ex ficubus, & palatha &c.* An qui dixerit ſe futurum Naziræum ex ficu arida, an huiuſmodi Votum conſiſtere poſſit; vnde quamplurima dubia proponuntur, & reſoluuntur circa Naziræatus Votum. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 3. מִי שֶׁאָמַר הֲרֵינִי נָזִיר מְגַלֵּחַ יוֹם שְׁלשִׁים וְאֶחָד וכו׳ ׃ *Mi ſceàmar harenì Nazìr meghallèach iom ſceloſcim veechàd vecullè. Qui dixerit: En me Naziræum, raſuram faciam die trigeſimo & vno &c.* De varijs Naziræatus complexionibus, & in hoc Voto; de diuerſis conditionibus validis, vel inutilibus appoſitis hic agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 4. מִשֶּׁאָמַר הֲרֵינִי נָזִיר וְשָׁמַע חֲבֵירוֹ וְאָמַר וַאֲנִי וַאֲנִי וכו׳ ׃ *Miſceàmar harenì Nazìr veſciamaah chauerò veàmar veani, veanì vecullè. Ille, qui dixerit: En ego Naziræus, & ſocius audiens dicat: Et ego, & ego &c.* Decernitur, quòd omnes iſti, ſint Voti Naziræatus obnoxij. Idem dicunt de eo, qui ad vocē vouentis reſpondet,

ORDO QVARTVS vocatur נְזִיקִין NEZIKI'N *Damnorum*.

Tractat de damnis illatis, de Contractibus, Magiſtratibus, Iuramentis, Idololatria, & pœnis reis inferendis. Habet Codices 10. hoc ordine diſpoſitos 1. בבא קמא ; 2. בבא מציעא ; 3. בבא בתרא ; 4. סנהדרין ; 5. מכות ; 6. שבועות ; 7. עדיות ; 8. עבודה זרה ; 9. אבות ; 10. הוריות ;

Huius QVARTI ORDINIS Codex primus vocatur בבא קמא *Bauà kamà Porta prima*. In eo agitur de damnis illatis ab hominibus, vel à beſtijs, & de pœna ſoluenda pro damno reficiendo. Habet Capita 10.

Caput 1, אַרְבַּע אָבוֹת נְזִיקִין הַשּׁוֹר וְהַבּוֹר וְהַמַּבְעֶה וְהַהֶבְעֵר וכו' ; *Arbaà Auòth nezikin: Haſciòr, Vehabbòr, Vehammaueh, Vehaheuèr; vecullè. Quatuor ſunt patres damnorum, Bos, Puteus, Dens, & Incendium &c.* Tractat de quatuor principalioribus capitibus, ex quibus oriuntur omnia damna; hæc vocantur אבות נזיקין *Auòth nezikin Patres damnorum*. Quorum primus pater dicitur *Bos*. Vnde de damnis, quæ à boue cornupeta, vel ab alijs animalibus inferri poſſunt, præciſè agitur. Secundus pater vocatur *Puteus*, & de damnis, quę ex puteo effoſſo, & ore non clauſo, oriuntur, tractatur. Tertius pater vocatur *Dens*, per quod intelligitur *Beſtia*, ſeu *Iumentum*, quod depaſcendo alienas ſegetes, vel prata, damnum proximo infert. Quartus pater eſt *Incendium*,

magnus, & Naziræus polluuntur ſuper mortuum? & quænam differentia ſit inter vtrumque quoad immunditiem, de qua præcipuè in hoc loco agitur. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 8. שְׁנֵי נְזִירִים שֶׁאָמַר לָהֶן אֶחָד רָאִיתִי אֶחָד מִכֶּם שֶׁנִּטְמָא וכו' ; *Scenè Nezirim ſceàmar lahèn echàd, raìthi echàd michèm ſcenitmà vecullè. Sunt duo Naziræi. Quidam dicit ad eos: Vidi vnum ex vobis factum fuiſſe immundum &c.* Ponitur caſus de duobus Naziræis, quorum alter certum eſt quòd ſit immundus, ſed neſcitur, vtrum primus, vel ſecundus in immunditiam ſit lapſus; quæritur, quomodo agendum ſit in hoc caſu, & quomodo offerendum Sacrificium, vt is qui immundus eſt, mundus reddatur ſine offenſa legalium rituum. Habet *Miſcnaijòth* 2.

Caput 9. הַגּוֹיִם אֵין לָהֶם נְזִירוּת וכו' ; *Hagghoìm en lahèm nezirùth vecullè. Gentilibus non eſt Naziræatus &c.* Huiuſmodi Naziræatus Votum, inter alias mundi Nationes non reperiri docet. An Dominus, ſerui, & maritus vxoris Naziræatus Votum diſſoluere poſſit; & quænam inter Votum & Naziræatum ſit differentia. Nonnulli caſus circa raſuram, & munditiem Naziræi afferuntur. Habet *Miſcnaijòth* 5. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt ſexaginta.

Finit Tertius Ordo *Naſcim Fœminarum*. Cuius מסכתות *Maſſachthòth Codices* ſunt 7. פרקים *Perakim Capita* 71. משניות *Miſcnaijòth Paragraphi* 581.

ách eth haccàd birſciùth harrabbìm Vecullè. Qui relinquit vas fictile in via publica &c. De ijs, qui aliquod offendiculum ponunt in via publica, ad quod aliquis impingit, ſi illud ſit vas teſtaceum, & frangatur, ad nihilum tenetur vaſis fractor: ſi verò impingens lædatur, qui occaſionem præbuit lædendi ſocium, ad damni illati pœnam, tenebitur. Alij conſimiles caſus de damnis illatis à bobus cornupetis in hoc Capite proponuntur, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 4. שׁוֹר שֶׁנָּגַח אַרְבָּעָה וַחֲמִשָּׁה וכו׳׃ *Sciòr ſcenaghàch arbaàh vachamiſcià Vecullè. Bos cornupeta quatuor vel quinque (boues) &c.* Si bos cornupeta plurimos boues cornupetendo occiderit, valore ipſius bouis deuenditi ſatisfaciendum eſt damno illato, hoc ordine; vt medietas valoris accipiat poſſeſſor vltimi bouis occiſi; & medietas huius medietatis accipiat alter, cuius bos penultimo loco occiſus eſt, & ſic percurrendo vſque ad primum bouem occiſum. Agitur etiam de damno illato à bobus comparatis inter ſe, vel ratione dominorum; vt v. g. Bos Iudæorum ſi interficiat bouem Gentilium, liber eſt, id eſt nihil ſoluetur Gentili pro damno illato. Bos Gentilium, ſi interficiat bouem Iudæorum, ſoluet damnum ex integro. Et de alijs damnis illatis à boue cornupeta hominibus ipſis, tam liberis, quàm ſeruis, & ancillis, & quomodo ſatisfaciendum ſit, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 5. שׁוֹר שֶׁנָּגַח אֶת הַפָּרָה וְנִמְצָא עֻבָּרָהּ בְּצִדָּהּ וכו׳׃ *Sciòr ſce-*

& de Incendiarijs ſubinde agitur. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 2. כֵּיצַד הָרֶגֶל מוּעֶדֶת וכו׳׃ *Chetzàd harrèghel muèdeth Vecullè. Quomodo pes paratus eſt &c.* In ſuperiori Cap. num. 4. docuerat, quædam animalia ex ſui natura adeò eſſe manſueta, vt non ſemper parata ſint ad damnificandũ, quamuis non rarò damnificent: vti boues, qui quamuis omnes cornua habeant, non tamen omnes ſunt cornupetę. Et licèt omnes natura appetant cibum, & dentibus damnificare poſſint, non tamen ſemper damnificant. Alia verò animalia ſunt, quæ ſemper parata ſunt damnificare, hæc מוּעָדִין *Muadìn* appellant, veluti eſt Homo, Lupus, Leo, Vrſus, Pardus, Baſiliſcus, & Serpens. De prioribus animalibus hìc agitur; & quomodo bos v. g. natura ſua pedibus paratus eſt damnificare, quia dum pedibus terrã calcat, dumq; ambulat, ſegetes, ſi ibi ſint, lędit, & damnificat: vel per viam Vrbis lapides remouet, impellit, & quandoque vaſa vendentiũ frangit; vnde de רֶגֶל *Règhel Pede* damnificante hìc agitur. Item de שֵׁן *Scen Dente*, id eſt de animali dentibus damnificante; de boue cornupeta; quomodo ſatisfaciendum ſit ei, qui paſſus eſt damnum. Determinat etiam, quòd homo ſemper paratus ſit ad malefaciendum, tam per errorem, quàm per malitiam. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 3. הַמַּנִּיחַ אֶת הַכַּד בִּרְשׁוּת הָרַבִּים וכו׳׃ *Hammani-*

Tractat de illa Lege lata contra fures Exod. 22. 7. *Si quis amico ſuo vas, aut pecuniam in cuſtodia tradiderit, & ab eo, qui ſuſceperat furto ablata fuerint; ſi inueniatur, fur duplum reddere debet.* Et de alia ibidem ver. 1. *Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit; quinque boues pro vno boue reſtituere debet, & quatuor oues pro vna oue.* Hìc declaratur, quòd Lex de reſtituendo duplum, quamuis inferiori loco ponatur, potior ſit ea, qua iubetur reſtituendi quatuor, & quinque: de quare aſſignatur ratio in Miſcnà. Quia Lex de reſtituendo duplum eſt vniuerſalior, cùm comprehendat res animatas, & inanimatas: Lex verò de quatuor, & quinque reſtringitur tantùm ad oues, & boues, vt ex Exodo loco cit. De his præcipuè agitur, & de animalibus, quę prohibita ſunt ali in Terra Sancta, & Ieroſolymis. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 8. הַחוֹבֵל בַּחֲבֵירוֹ חַיָּיב עָלָיו מִשּׁוּם חֲמִשָּׁה דְּבָרִים וכו׳: *Hachouèl bachauerò chaijàu chamiſcià deuarìm vecullè. Qui damnum infert proximo ſuo, reus erit propter quinque res &c* Qui alteram lędit perſonam, ad quinque tenetur, vt damnum illatum vtcumque reſarciatur, cùm tot iniurias proximo ſuo intulerit, Primò, tenetur ratione נֶזֶק *Nèzek Damni*. Secundò צַעַר *Tzaàr Doloris*. Tertiò רִפּוּי *Riphùi Medicinæ*. Quartò שֶׁבֶת *Scèueth Quietis*, & בּוֹשֶׁת *Bòſceth Verecundiæ*. Hæc omnia hìc explicantur, & caſus diuerſi de percuſſore hominis pro-

ſcenaghàch eth happaràh, venimtzà ouaraàh betziddàah vecullè. Bos, qui cornupetit Vaccam, & inuentus eſt fœtus ad latus ipſius &c. Si bos cornupeta vaccam occiderit, & apud ipſam fœtus mortuus inueniatur, neſcitur tamen, an natus ſit & mortuus, antequam mater occideretur, vel in ipſa occiſione natus: quæritur, quid in hoc caſu ſit faciendum: decernitur ſoluendum eſſe pretium Vaccæ, & inſuper quartam partem pro Vitulo. Agitur de alijs damnis illatis à boue cornupeta. Vbi de his, qui puteum fodiunt, tam in publico, quàm in priuato loco, ſi in illum iumentum cadat; quomodo iudicandum ſit de damno, ſi in eo moriatur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 6. inc. הַכּוֹנֵס צֹאן לַדִּיר וְנָעַל בְּפָנֶיהָ כָּרָאוּי וכו׳: *Hacconès tzòn laddìr, venàal bephanèa caraùi, vecullè. Qui pecora in caulam introducit, & peſſulo claudit ſecundùm communem vſum &ç.* Si aliquo accidente caſu egrediantur, & damnum alicui inferant, ouium Dominus liber eſt à pœna damni. Idem cenſetur ſi à fure oſtium confractum fuerit. De alijs damnis, quę inferuntur à beſtijs, & animalibus altari curæ commiſſis hìc etiam agitur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Cap. 7. מְרוּבָּה מִדַּת תַּשְׁלוּמֵי כֶּפֶל מִמִּדַּת תַּשְׁלוּמֵי אַרְבָּעָה וַחֲמִשָּׁה וכו׳: *Meruuàh middàth taſclumè chèphel mimmiddàth taſclumè arbaahà vachamiſcià vecullè. Maior eſt conditio reſtituendi duplum, quàm ſit conditio reſtituendi quatuor, vel quinque &c.*

ſatos prætenſos Dominos. Alij caſus proponuntur circa res inuentas, & quomodo ab inuentoribus licitè retineri poſſint, decernitur. Habet *Miſcnaijòth* octo.

Caput 2. inc. אֵלּוּ מְצִיאוֹת שֶׁלּוֹ וְאֵלּוּ חַיָּיב לְהַכְרִיז וכול׳ ; *Ela metziòth ſcellò, veèlu chaijàu lehacrìz vecullè. Iſta, quæ inueniuntur, ſunt inuentoris, & alia quædam non ſunt eius, ſed tenetur proclamationem facere, &c.* Aſſignantur quædam res, quæ ſi inuentæ fuerint in loco publico, ſine alia diligentia adhibenda pro Domino inueniendo, cedunt in commodum inuentoris: & aliæ quædam ſunt, quæ ſi in quocumque loco inueniantur, tenetur inuentor, medio præcone, diligentiam adhibere; vt illatum Dominus inueniatur: de his quamplurimi caſus, & exempla proponuntur, & expenduntur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 3. הַמַּפְקִיד אֵצֶל חֲבֵירוֹ בְּהֵמָה אוֹ כֵּלִים וכו׳ ; *Hammaphkìd ètzel chauerò behemàh ò chelìm vecullè. Qui deponit apud ſocium ſuum iumentum, aut vaſa &c.* Tractat de furtis rerum depoſitarum apud ſocium, vtrum reſtitutio debeat fieri à depoſitario? & an medio iuramento, ſe non dediſſe cauſam furto, liberari poſſit à reſtitutione? Et ſi inueniatur fur, quonam modo duplum reſtituere debeat? Quòd ſi furtum fuerit de bobus, aut ouibus, & occiſæ, vel venditæ fuerint, quomodo reſtituendi ſint quatuor boues pro vno boue, & quinque oues pro vna oue? Tractat etiam de depoſitis vaſorum, pecuniarum, & alijs: quomodo

proponuntur, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 9. הַגּוֹזֵל עֵצִים וַעֲשָׂאָן כֵּלִים וכו׳ ; *Hagghozèl eizim vaaſaàn chelim, vecullè. Qui furatus fuerit ligna, & ex eis fecerit vaſa &c.* Agit de rebus furto ſublatis, quæ in eadem ſpecie non extant, quomodo ſit agendum in negotio reſtitutionis, & de alijs diuerſis caſibus ad furtum pertinentibus, qui omnes reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* duodecim.

Caput 10. הַגּוֹזֵל וּמַאֲכִיל אֶת בָּנָיו וְהִנִּיחַ לִפְנֵיהֶם פְּטוּרִין מִלְּשַׁלֵּם וכו׳ ; *Hagghozèl vmaachìl eth banàu vehinniach liphnehèm peturìn milleſciallèm vecullè. Qui furatus fuerit aliquid, & ex eo aluerit filios ſuos, eoſque reliquerit poſt ſe, liberi ſunt à reſtitutione, &c.* Varij caſus proponuntur circa eandem materiam reſtitutionis, quibus decem *Miſcnaijòth* Caput clauditur, & totus Codex abſoluitur. Huius Codicis *Miſcnaijòth* ſunt 79.

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N Codex ſecundus dicitur בָּבָא מְצִיעָא *Bauà Metziaà Porta media*, in qua agitur de rebus inuentis; de depoſitis, contractibus, & vſuris. Habet Capita 10.

Caput 1. שְׁנַיִם אוֹחֲזִין בְּטַלִּית וכו׳ ; *Scenàim ochazin betalèth vecullè. Duo apprehendunt pallium &c.* De ijs, qui inueniunt res perditas; ſi duo ex his dicant eſſe ſuas; vel vnus dicat eſſe ſuas, & alter medietatem tantùm dicat eſſe ſuam, nec adſint teſtes; quomodo huiuſmodi res ſint diuidendæ inter præ-

merceде, ob eandem cauſam, operarium conduceret, quæ ad hanc ſpeciem Tarbith *Vſuræ* reducunt. De vtraque vide Leuit. 25. 37. Habet *Miſcnaijòth* vndecim.

Caput 6. הַשּׂוֹכֵר אֶת הָאוּמָּנִין וְהִטְעוּ זֶה אֶת זֶה וכו׳ ׃ *Haſſochèr eth haomanin Vehituù ze eth ze Veccullè. Qui conducit operarios, & alter alterum ſeducit &c.* De hominibus, & iumentis, quæ conducuntur ad operandum. An ſi operarij v. g. condictam mercedem augere velint, ex eo quia de præſenti alij non reperiuntur operarij, qui opera perficiant; an in eo caſu decipi poſſint, promittendo eis, quicquid vltra condictum petierint, & poſtea, completo opere, ſolutaque condicta prima mercede, eos technis repelli, & verborum ambagibus à ſe remoueri liceat? Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 7. הַשּׂוֹכֵר אֶת הַפּוֹעֲלִים וְאָמַר לָהֶם לְהַשְׁכִּים וכו׳ ׃ *Haſſochèr eth happoaalim veàmar laèm leaſchim Veccullè. Qui conducit operarios, & dicit ad eos, vt diluculo ſurgant &c,* Si mos Prouinciæ non ſit, vt operarij mane diluculo ſurgant; & vſque ad veſperam non operentur; non eſt licitum eos cogere ad opera ſubeunda vltra conſuetudines regionis, quas obſeruare debent operariorum conductores; de quibus multa in hoc Capite, ſicut & de cuſtodibus fructuum; & an eis liceat de fructibus cuſtoditis comedere. Et de quibus licitum eſt comedere ex Lege. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 8. הַשּׁוֹאֵל אֶת הַפָּרָה וְשָׁאַל

cuſtodiri à depoſitario, & ſuo loco, & tempore reſtitui debeant proprio Domino. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 4. הַזָּהָב קוֹנֶה אֶת הַכֶּסֶף וְהַכֶּסֶף אֵינוֹ קוֹנֶה אֶת הַזָּהָב וכו׳ ׃ *Hazzahàu konè eth haccheſeph, vehaccheſeph enò konè eth hazzahàu Veccullè. Aurum acquirit argentum, & argentum non acquirit aurum &c.* Res non acquiruntur, pecunia etiam ſoluta, niſi ſint in poteſtate emptoris, ſed quàdiu ſunt penes venditorem, ſi pereant, pereunt venditori, non emptori: & hoc, ne à venditore fraudes committantur. Modò aurum reſpectu argenti æſtimatur, ac ſi res quædam eſſet, quia non eſt expendibile, vti eſt argentum. Vnde per argentum non acquiritur aurum, niſi ſit in poteſtate emptoris. Aurum autem acquirit argentum, quia pro pecunia æſtimatur. De his, & alijs commutationibus pecuniarijs, illarumque valoribus hic agitur. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 5. אֵיזֶהוּ נֶשֶׁךְ וְאֵיזֶהוּ תַּרְבִּית וכו׳ ׃ *Ezehù nèſcech Veezehù tarbith Veccullè. Quid eſt Nèſcech; & quid eſt Tarbith &c.* Expenduntur in hoc loco duæ vſuræ ſpecies, quarum prima dicitur נשך *Nèſcech*, & ſecunda vocatur תרבית *Tarbith*. Prima intolerabilis eſt, quia mordetur homo tamquam à ſerpente, cùm cogatur reddere id, quod non recepit, à morſu enim dicitur *Nèſcech*. Secunda tolerabilior ab eis cenſetur, qua etiam mutui intuitu aliquid commodi percipitur; vt ſi quis liberiùs verſaretur in atrio ſocij, cui gratis pecuniam mutuauerat; vel viliori

Baua Batra Porta poſtrema. Tractat de actionibus, quæ occurrunt inter Ciues, occaſione commercij. De emptione, & venditione. De præſcriptione triennali. De hereditatibus, & teſtamentis. Habet Capita 10.

Caput 1. incip. הַשּׁוּתָפִין שֶׁרָצוּ לַעֲשׂוֹת מְחִיצָה בֶּחָצֵר וכו׳ : *Haſciotaphin ſceratzù laasòth mechitzà bachatzèr vecullè. Socij, qui volunt diuidere atrium &c.* Agit quomodo, & quorum ſumptibus fieri debeat murus diuiſorius in atrio communi duorũ Dominorum; & ſi corruat, cæmenta quomodo ſint diuidenda. Et de alijs caſibus, qui occurrere poſſunt circa ſocios habitantes in eodem atrio, vel circa vicinos, quorum domus aliqualem ſeruitutem inter ſe recipiunt. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 2. לֹא יַחְפּוֹר אָדָם בּוֹר וכו׳ : *Lo iachppòr Adàm bor vecullè: Non fodere debet homo puteum &c.* Prohibetur in hoc Capite ne quiſquam puteum fodiat propè puteum vicini ſui, nec aliud ædificium ædificet, vt proximo ſuo ſit impedimento, nec eidem ſeruitutem imponat aquæ ductu, ſtabulo, fimo, & id genus rebus alijs, quòd & de arboribus in villis, & campis plantatis idem intelligendum, quæ vicinis colonis damnum inferre non debent. Habet *Miſcnaijòth* 14.

Caput 3. חֶזְקַת הַבָּתִּים וכו׳ : *Chezkàth habbatìm vecullè. Poſſeſſio domorum &c.* Agitur de præſcriptionibus rerum ſtabilium, & mobilium, ac ſe mouentium. Habet *Miſcnaijòth* 8.

וְשָׁאַל בְּעָלֶיהָ עִמּוֹ וכו׳ : *Haſcioèl eth happarà, veſciaàl bealèa immò vecullè. Qui commodato petit vaccam, & vnà ſimul cum ea petit poſſeſſorem ſuum, &c.* Si cùm iumentũ commodato acceptũ fuerit, Domino iumenti præſente; ſi pereat, perit Domino. Vnde de commodato, & locato, præcipuè in hoc loco agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Cap. 9. הַמְקַבֵּל שָׂדֶה מֵחֲבֵירוֹ וכו׳ : *Hammekabèl ſadè mechauerò vecullè. Qui recipit agrum à ſocio ſuo &c.* Qui agrum conducit, tenetur ſecundùm morem regionis eum colere. Itaque de conducto, & locato, tam de agris, quàm de hominibus, & mutuo dantibus, vel recipientibus hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 10. הַבַּיִת וְהָעֲלִיָּה שֶׁל שְׁנַיִם שֶׁנָּפְלוּ וכו׳ : *Habbàith, vehaaliàh ſcel ſcenàim, ſcenaphelù vecullè. Domus, & cænaculum duorum, quæ ruunt &c.* De domo, cuius aula ſit vnius; cœnaculum verò ſit alterius, ſi ruat, quomodo cœmenta ſint diuidenda inter eos? Itemque de arbore vuæ à vento exagitata, vel alio quocumque accidente eradicata; ſi cadat in via publica, licèt aliquis damnificetur, ad nihilum tenetur Dominus, ſed eidem aſſignari debet tempus cedendi illam, & amouendi. Item de alijs damnis datis ex aliquo accidente ſine culpa illius, qui damnum dat, etiam agitur, & finitur Caput, & Codex. Capitis *Miſcnaijòth* ſunt 6. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 101.

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N tertius Codex dicitur בָּבָא בַּתְרָא

יח

Caput 4 הַמּוֹכֵר אֶת הַבַּיִת לֹא מָכַר הַיָּצִיעַ וכו׳ : *Hammochèr et habbàith lo machàr haijatzìa vecullè. Qui vendit domum, non vendit atrium &c.* De venditionibus rerum ſtabilium cum ſuis acceſſorijs. Et de ijs, quæ in huiuſmodi venditionibus comprehendi non debent: vti vendita domo, ſimul cum ea non cenſetur venditum atrium, aut deambulatorium ante eam, quamuis in domum ingredi non poſſit, niſi tranſeundo per atrium. De quibus quædam exempla afferuntur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 5. הַמּוֹכֵר אֶת הַסְּפִינָה מָכַר אֶת הַתּוֹרֶן וכו׳ : *Hammochèr eth haſſephinà màchar eth hattòren vecullè. Qui vendit nauem, vendit & malum &c.* Sequitur materia de venditionibus, in quibus declaratur, quænam ſint acceſſoria, quæ in principali venditione includi debeant; de quibus quamplurima exempla afferuntur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 6. inc. הַמּוֹכֵר פֵּירוֹת לַחֲבֵירוֹ וכול : *Hammochèr peròth lachauerò vecullè. Qui vendit fructus socio ſuo &c.* Tractat de alijs diuerſarum rerum venditionibus; de fructibus futuris, id eſt adhuc in arbore non extantibus, & de ſeminibus nondum natis; ſi propter ſterilitatem ipſorum collectio tenuis fuerit, nec pretio ſoluto correſpondens; an vendens aliquam pretij portionem teneatur reſtituere. Item de rerum venditionibus, quæ in manu emptoris corrumpi poſſent, vt de vino, quod in acetum poteſt conuerti. Item-que de loco, qui pro ſepulchro venditur, quibus conditionibus id fieri debeat. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 7. הָאוֹמֵר לַחֲבֵירוֹ בֵּית כּוֹר עָפָר אֲנִי מוֹכֵר לָךְ וכול׳ : *Haomer lachauerò, Beth cur aphàr anì mochèr lach vecullè. Qui dicit ſocio ſuo, Corum pulueris ego tibi vendo &c.* Si quis alicui agrum ſatiuum vendiderit, in quo fuerint foueæ, & aceruì lapidum; quæritur, an ſint menſurandæ huiuſmodi foueæ, & lapidum aceruì? an verò detrahendi à tota menſura agri. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 8. יֵשׁ נוֹחֲלִין וּמַנְחִילִין וְיֵשׁ נוֹחֲלִין וְלֹא מַנְחִילִין וכו׳ : *Ieſc nochalìn vmanchilìn, veieſc nochalìn velò manchilìn vecullè. Sunt, qui hereditant, & hereditare faciunt; & ſunt, qui hereditant, & non hereditare faciunt, &c.* Tractat de ijs, qui hereditatem adire poſſunt, & heredes inſtituere valent; adeòque de ipſis hereditatibus, & perſonis, quæ capaces ſunt tam actiuè, quàm paſſiuè in negotio hereditatum. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 9 מִי שֶׁמֵּת וְהִנִּיחַ בָּנִים וּבָנוֹת בִּזְמַן שֶׁהַנְּכָסִים מְרוּבִּין וכו׳ : *Mi ſcemèth vehinnìach banim, uvanòth bizmàn ſcehănechasim meruuìn, vecullè. Si moriatur* (vir) *& relinquat filios & filias eo tempore, quo facultates ipſius multæ ſunt &c.* Si ab inteſtato quis decedat, quomodo inter filios relictos hereditas ſit diuidenda. Vbi iterum de hereditatibus, & heredum qualitate, & differentia. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Digitized by Google

in illis conſtitui poſſit. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 2. כֹּהֵן גָּדוֹל דָּן וְדָנִין אוֹתוֹ וכו׳׃ *Cohèn gadòl dàn vedanìn othò vecullè. Sacerdos magnus iudicat, & iudicatur &c.* Deſcribuntur hìc conditiones, & priuilegia Sacerdotis magni, & Regis Iudaici populi. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Cap. 3. דִּינֵי מָמוֹנוֹת בִּשְׁלֹשָׁה זֶה בּוֹרֵר לוֹ אֶחָד וכו׳׃ *Dinè mamonòth biſcloſcià, ze borèr lo echàd vecullè. Iudicia Ciuilia à tribus, iſte eligit ſibi vnum &c.* Cauſæ Ciuiles à tribus Iudicibus expenduntur; vnaquæque ex partibus Iudicem ſibi eligit, & tertius adſciſcitur. De Iudicibus, qui à partibus allegantur ſuſpecti; & de modo, ac ratione examinandi teſtes, ac ferendi ſententiam à Iudicibus. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. אֶחָד דִּינֵי מָמוֹנוֹת וְאֶחָד דִּינֵי נְפָשׁוֹת וכו׳׃ *Echàd dinè mamonòth, veechàd dinè nephaſciòth vecullè, Idem iudicium eſt tam in cauſis Ciuilibus, quàm in Criminalibus &c.* Idem ſeruandus eſt ordo, & diligentia adhibenda in perquirenda veritate à teſtibus examinandis, tam in cauſis Ciuilibus, quàm Criminalibus. Hoc tamen inter vtraſque cauſas erat diſcrimen, quòd cauſæ Ciuiles decidebantur à tribus Iudicibus; Criminales, ſeù Capitales à viginti tribus. Deſcribitur etiam locus Synedrij, ſeù Aula Senatoria, quæ adinſtar Theatri erat ſemicircularis, vt vnus Senatorum alterum intueri poſſet. Ad dextram, & ad ſiniſtram

Caput 10. incip. גֵּט פָּשׁוּט עֵדָיו מִתּוֹכוֹ וכו׳׃ *Ghet paſciùt, edàu metochò vecullè. Si Teſtamentum ſit apertum, teſtes ſubſcribunt &c.* Si Teſtamentum conficiatur apertum, teſtes ſubſcribere debent; ſi clauſum fiat, teſtes ex aduerſo idem deforis ſubſcribunt; ſi præpoſtero ordine fiat, declaratur nullum. Hìc de varijs modis ſubſcribendi Inſtrumenta agitur, & de numero teſtium in Inſtrumentis requiſito; deque varijs Inſtrumentorum generibus. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 86.

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N Codex quartus vocatur סַנְהֶדְרִין *Sanhedrìn Senatus.* Hìc agitur de Senatu magno Ieroſolymitano, & de minoribus Senatibus aliarum Ciuitatum, ac de Senatoribus, & Iudicijs ipſorum. Habet Capita 11.

Caput 1. incipit דִּינֵי מָמוֹנוֹת בִּשְׁלֹשָׁה וכו׳׃ *Dinè mammonòth biſcloſcià vecullè. Iudicia ciuilia à tribus &c.* In hoc Capite decernitur, quot Iudices ſimul vniri debeant ad ferendas ſententias; & dicitur, quòd in cauſis Ciuilibus à tribus Iudicibus ſententię feruntur; in Criminalibus, præcipuè Capitalibus à tribus & viginti Iudicibus iudicium exercetur. Sacerdos magnus nonniſi à toto Synedrio, id eſt à 71. Senatoribus iudicatur. Tot enim Senatoribus magnũ Synedrium conſtat. Erat hoc quondam Ieroſolymis; ſed erat & aliud Synedrium paruum in alijs Ciuitatibus Terræ Sanctæ. Hìc determinatur incolarum numerus 230. vt Synedrium

bant, tunc reus non condemnabatur, ſed quilibet ex his, qui abſoluerant, diſceptabat cum ſocio ſuo, qui condemnauerat, quouſque ad partem ſuam, & in fauorem rei aliquis pertraheretur, vt reus abſolui poſſet, alioquin non condemnabant. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 6. נִגְמַר הַדִּין וכו׳ ; *Nigmàr haddìn vecullè. Abſoluto iudicio &c.* Modus exequendæ ſententiæ hìc deſcribitur, & ponitur exemplum de eo; qui lapidari debebat: nam ritè peracto iudicio, ducebant reum ad locum lapidationis. Interim ad oſtium magni Synedrij ſtabat quidam habens in manu ſudarium, & alius equitans longè ab eo in via permanebat, ita tamen, vt alter alterum videre poſſet. Tùm ſi aliquis coram Senatoribus cauſam in fauorem rei ſolidam dixiſſet; is, qui ſudarium tenebat, eleuabat, quod ſignum, qui equo inſidebat cernens, currendo reum ad Curiam reducebat, vt iterùm ad iudicium iretur. Quin & ipſe reus, ſi pro ſe aliquid ſolidi habere dixiſſet, reducebatur quater, imò quinquies, ne inſons interficeretur. Dum ad locũ ſupplicij ibatur, præco conclamabat, nomen rei exprimens, & culpam, ob quam damnatus erat, vnà cum nominibus teſtium, vt ſi quis habuiſſet, quòd reus interfici non deberet, ſtatim coram Iudicibus doceret. Prope locũ lapidationis præmittebat Confeſſionem delicti coram Deo; quòd ſi formulã conſuetam neſciret, dicebant ei אֱמוֹר תְּהֵא מִיתָתִי כַּפָּרָה עַל כָּל עֲוֹנוֹתַי ; *Dicito: Sit mors mea expiationi pro omnibus iniquitatibus meis.* Exuebant eum veſtibus: nam mares nudos lapidabant, velatis tamen pudendis; fœminas

ſtram duo Scribæ, qui ſententias annotabant. Tres ordines erant in hoc Iudiciali Theatro, in quibus ſedebant Candidati promouendi ad gradum Senatorium, qui gradatim aſſumebantur, prioribus promotis, ſedebant ſecundi, & ſic de reliquis. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 5. הָיוּ בּוֹדְקִין אוֹתָן בְּשֶׁבַע חֲקִירוֹת וכו׳ ; *Haiù bodekìn othàn beſceùaah chakiròth vecullè. Septem perquiſitionibus teſtes examinantur &c.* De ſeptem interrogationibus, quæ in examine teſtium fieri ſolebant, vt delictum remaneret probatum. 1. Qua hebdomada anni (habita relatione ad annum Iubilei ſcilicet 50. annorum) delictum commiſſum ſit? 2. Quo anno currenti? 3. Quo menſe? 4. Quoto die menſis? 5. Quo die? 6. Qua hora? 7. Quo loco? Sic examinantur teſtes tam contra reum, quàm pro illius defenſione, quibus auditis, ſi rei innocentia fuiſſet manifeſta, abſoluebant; ſin minùs, ad ſuffragia numeranda veniebant. Si ex viginti tribus Senatoribus, duodecim eſſent in fauorem rei, vndecim contra, reum abſoluebant. Si è contra: duodecim condemnabant, & vndecim abſoluebant: aut ſi vndecim abſoluebant, & vndecim condemnabant; & vnus dicebat: Mihi non liquet; aut ſi viginti duo abſoluebant, aut condemnabant, & vnus dicebat: Quo me vertam neſcio; tunc addebant alios duos Iudices, quouſque peruenirent ad numerum 71. Senatorum. Si ex his triginta ſex abſoluebant, & triginta quinque condemnabant, reus abſoluebatur. Si è contra, triginta ſex condemnabant, & triginta quinque abſolue-

nullam in cauſa mortis, habuiſſent poteſtatem iudicandi: *Nobis non licet interficere quemquam*: attamen Imperatoria authoritate aliquando dabatur Iudæis facultas interficiendi; ſic Pilatus eam dedit, quando dixit: *Accipite eum vos, & crucifigite*. Ioan. 18. 6. quamuis renuerint Iudæi eam recipere. In S. Stephani autem lapidatione, credibile eſt, eam habuiſſe a Præſide, vt in Concilio audiretur, & morti addiceretur, ſi reus fuiſſet; ideò putantes eum blaſphemiam dixiſſe, quia dixerat: ſe vidiſſe *gloriam Dei, &* Ieſum *ſtantem à dextris Dei; eijcientes eum extra Ciuitatem, lapidabant: & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua &c.* & lapidabant Stephanum, i. e. teſtes primò, & poſtea vniuerſus populus. Lapidatus ſtatim è Cruce dimittitur, & ſepelitur, non in ſepulchro ſuorum maiorum, ſed in communi ſepulchro ad hæc deſtinato: nam à Curia duo ſepulchreta conſtituta fuerant; vnum pro lapidatis, & combuſtis: alterum pro his, qui gladio, & laqueo ex Iudicum ſententia perierant. Reorum propinqui Iudices, & teſtes ſalutant veluti Iuſtitiæ adminiſtros. Interfectos conſaguineos non lugent, ſed eos mœſtos eſſe non prohibetur, quia mœſtitia in corde eſt. Habet *Miſcnaiiòth* 6.

Caput 7. אַרְבַּע מִיתוֹת נִמְסָרוּ לְבֵית דִּין וכו׳ ; *Arbàa mithòth nimſariè leuèth din vecullè. Quatuor mortes concreditæ ſunt Senatui &c.* Quatuor erant genera capitalium ſuppliciorum, quibus Senatus, & Curia reos puniebat. 1. סְקִלָה *Sekilà Lapidatio*; 2. שְׂרֵפָה *Serephà Vſtio*; 3. הֶרֶג *Hè-*

veſtitas interficiebant. Domus lapidationis, ſeù locus, vbi lapidandus erat reus, altus erat duplici hominis ſtatura. Vnus ex teſtibus impellebat eum, vt in lumbos ſuos caderet, quòd ſi mortuus eſſet, ſatisfactum erat Iuſtitiæ; ſin minùs, teſtium alter, lapidem impingebat in cor illius. Si ita expiraſſet, iam actũ erat: ſi adhuc vixiſſet, à toto populo lapidibus obruebatur, iuxta illud Deuteron. 17. 7. יד העדים תהיה בו בראשונה להמיתו ויד כל העם באחרונה: *Manus teſtium erit in eum priùs ad interimendum eum; & manus vniuerſi populi poſtea*. Reus mortuus ſuſpendebatur, præſertim ſi blaſphemus, & Idololatra fuiſſet, mas facie obuerſa ad populum: mulier ad palũ. Suſpendiũ autem hoc modo fiebat:

משקעין את הקורה בארץ והעץ יוצא ממנה ומקיף שתי ידיו זו על גב זו ותולה אותו : רבי יוסי אומר הקורה מוטה על הכותל ותולה אותו כדרך שהטבחין עושין : *In fundum terræ infigunt trabem & ex ea egreditur lignum; & coniunctis ambabus manibus, altera ſuper alteram, illum ſuſpendunt. R. Iosè dicit: Trabs eſt inclinata ſuper parietem, & ſuſpendunt illum, ſecundùm quod lanij facere conſueſcunt.* Hæc ſuſpendij deſcriptio redditur ſuſpecta, quia varia; nec de viſu loquuntur, qui eam deſcribunt, ideò certam fidem non faciunt. Nihil de Cruce ex hoc loco colligi poteſt, cuius forma, ſecundùm quod in vſu erat apud Romanos, ſeruata fuit in crucifixione Domini; nam milites Præſidis, qui Romani erant, Chriſtum crucifixerunt. Ergo Romano more, non Iudaico. In lapidatione verò Stephani videtur ſeruatus fuiſſe vſus Iudaicus, quia teſtes deponentes veſtimenta ſua, primùm in eum manus iniecerunt. Et licèt Iudæorum Senatus

עליון אלא שדברו חכמים בלשון נקיה, *Ex quo duos pilos produxerint, quouſque barba inferior condenſata fuerit, non autem ſuperior. Ita Sapientes loquuntur lingua honeſta.* Quid mali geſſerint contra parentes, vt inter proteruos, & rebelles accenſeri debeant, vt pœna ordinaria lapidationis puniri poſſint, oſtenditur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 9. וְאֵלּוּ הֵן הַנִּשְׂרָפִין וכו׳ ; *Veèlu en hanniſraphin vecullè. Iſti autem ſunt vrendi &c.* Recenſentur hic omnia delicta, ob quæ exurendi, vel gladio puniendi erant delinquentes. Si quis autem duplici ſupplicio teneretur, grauiori puniri deberet. Vbi contra recidiuos ſtatuitur pœna carceris perpetui, ibi pane hordeaceo tandiù alendos, donec corpora eorũ diſrumpantur. Quòd ſi quis homicidiũ patrauerit, nec teſtibus probari potuerit, ibidem recluſus alitur לחם צר ומים לחץ *Pane arcto*, ſeù *anguſtiæ, & aqua compreſſa*, ex Iſaia cap. 30. ver. 20. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 10. כָּל יִשְׂרָאֵל יֵשׁ לָהֶם חֵלֶק לָעוֹלָם הַבָּא וכו׳ ; *Col Iſraèl ieſc lahèm chèlek leolàm habbà vecullè. Vniuerſus Iſraël habet partem in ſeculo venturo &c.* Quòd omnes Iſraëlitæ ſint ſaluandi, exceptis negantibus reſurrectionem mortuorũ, vel Legem à Deo traditam; & Hæreticis. Hic numerantur Reges, Viri, & Nationes, quas putant, non reſurrecturas in die Iudicij, veluti Ieroboam, Achab, & Manaſſes, Balaam, Doëg, Achithophel, & Giezi. Et ij, qui ab aquis diluuij abſorpti ſunt: qui in diuiſione linguarum fuerunt, Sodomæi, Iſraëlitæ, & reliqui, qui

Hèregh Interfectio, quæ fit gladio; 4. חֶנֶק *Chènek Strangulatio*, Quomodo fiebat lapidatio iam ſupra explicatum eſt.

Vſtionem autem hoc pacto peragebant: Damnatum in fimum immergebant vſque ad genua, accipiebant cintorium durum, & inuoluentes in ſudarium molle, collo damnati imponebant, & à duobus trahebatur hinc inde, quouſque os aperiretur, in illud filum metalli candefacti illiquabant, quouſque in viſcera eius deſcenderet, & vſtularet.

Gladio verò huiuſmodi erat interfectio. Præcidebant caput damnati enſe; ſecundùm quod ſolebant iubere Reges. At Rabbi Iudas ait: Quòd *caput eius imponebant cippo, & ſecuri amputabatur*. Quo genere mortis, nullum turpiùs reputabatur.

Strangulatio tandem hoc modo fiebat: Immergebant reum fimo vſque ad genua. Tum ſudarium durum molli inuolutum collo damnati imponebant, illudque hinc inde in diuerſa tamdiù trahebant, quouſque animam exhalaret.

Poſtea recenſentur delicta, ob quæ rei lapidationi damnabantur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 8. inc. בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה מֵאֵימָתַי וכול׳ ; *Ben ſorèr vmorè meemmathài vecullè. Filius refractarius, & rebellis &c.* Agitur in hoc Capite de filio proteruo, & rebelli, de quo in Deuteron. 21. 18. vbi dicitur; *Cùm fuerit viro filius proteruus, & rebellis &c.* filius non filia; filius non vir. Hinc excluduntur fœminæ, paruuli, & viri: & includuntur tantùm adoleſcentes משיביא שתי שערות ועד שיקיף זקן התחתון ולא

De Aſylo. Habet Capita tria.

Caput 1. כֵּיצַד הָעֵדִים נַעֲשִׂים זוֹמְמִין וכו׳ ; *Chetzàd haedìm neeſsim zomemìn vecullè. Quomodo teſtes conuincuntur eſſe falſarios &c.* De teſtibus falſarijs, & pœnis eis debitis. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 2. אֵלּוּ הֵן הַגּוֹלִין וכו׳ ; *E'lu hen haggolìn vecullè. Iſti ſunt tranſmigrantes &c.* Tractat de ijs, qui imprudenter, & inuoluntariè homicidium perpetrarunt, quibus in aſylum aſſignatæ fuerunt tres Ciuitates in terra Chanaàn, & tres vltra Iordanem. Recenſentur nonnulli caſus eorum, qui hoc priuilegio immunitatis gaudere, vel eo gaudere minimè debent. Et de modo ducendi interfectorem in locum refugij, ne à propinquis occiſi hominis interficiatur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 3. וְאֵלּוּ הֵן הַלּוֹקִין וכו׳ ; *Veèlu en halokìn vecullè. Hi ſunt qui vapulant &c.* Recenſentur delicta, ob quæ, ſi quis ea commiſerit, quadraginta plagis cædendus traditur, ex Deut. 25. 2. 3. Rabbini vnam ſubtraxerunt, quia loco cit. legitur במספר *Numero*, & poſtea ארבעים *Quadragenarij*, id eſt numero, qui proximus eſt quadragenario, id eſt quadraginta vna minùs. Quæ conſuetudo tempore Apoſtoli Pauli vigebat, cùm de ſeipſo Apoſtolus dicat 2. Cor. 11. 24. ſe quinquies à Iudæis plagas accepiſſe quadragenas vna minùs. Hæc flagellatio vocatur מלקות *Malkùth*. Ritus huius flagellationis, ſicut & inſtrumentum flagellationis, hìc plenè deſcribitur. Habet *Miſcnaijòth* 16. Omnes *Miſc-*

qui in deſerto perierunt, Congregatio Choræ, Decem Tribus, Ciues Vrbis depulſæ &c. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 11. אֵלּוּ הֵן הַנֶּחֱנָקִין וכו׳ ; *E'lu en hannechenakìn vecullè. Iſti ſunt qui ſtrangulantur &c.* Cùm ſuprà actum ſit de tribus Capitis ſupplicijs, hìc quartum, quod eſt ſtrangulatio, ſubiungitur; & delicta, quæ huic pœnæ ſubijciuntur, recenſentur.

De Senatore, qui edicto Senatus refragatur, tractat; qua occaſione, tres Domus, ſeù Aulæ Iudicij deſcribuntur. Prima Aula Iudicij, ſeù Curia inferior, erat poſita על פתח הר הבית *Al pètack har habbàith Iuxta portam montis Domus* (Sanctuarij). Altera conſiſtebat על פתח העזרה *Al pètach haazarà Iuxta portam Atrij*; & 3. erat Curia בְּלִשְׁכַּת הַגָּזִית *Beliſccàth haggazìth In Aula ex caſis lapidibus extructa.* In hac habitabant *Sanhedrìn*, id eſt Magni Senatus Senatores, & Iudices Supremi. Cauſæ examinabantur in prima Aula; deindè in ſecunda; poſtea in tertia, à qua ampliùs appellatio non dabatur, ſed cauſis Capitalibus finis imponebatur: nam reliquarum Ciuitatū Synedria, ac ipſum quòd in Vrbe Iaſnè erat, in cauſa ſanguinis non ſe immiſcebant. Habet *Miſcnaijòth* 6. Huius Codicis *Miſcnaijòth* ſunt 71.

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N Codex quintus vocatur מַכּוֹת *Maccòth Plagæ, Verbera.* Tractat de plagis à Iudicibus infligendis, ſecundùm quod determinatur Deuteron. 25, v. 3. De pœna falſis teſtibus inferenda, &

Digitized by Google

hattumaàh ſcetàim, ſcebèn arbàa Vecullè. Cognitiones immunditiei duæ ſunt, ſed reuera ſunt quatuor &c. A iuramentis ad immunditiam digreditur cognitam, vel occultam; & cuinam ex his competat Sacrificium *Beolè, Veiorèd* declaratur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 3. שְׁבוּעוֹת שְׁתַּיִם שֶׁהֵן אַרְבַּע שְׁבוּעָה וכו׳ ׃ *Sceuuòth ſcetàim ſceèn arbaà, ſieuuaà Vecullè. Iuramenta duo ſunt, ſed Vtique ſunt quatuor &c.* Alio modo oſtendit duo iuramenta quatuor eſſe: vt cùm quis dixerit: Iuro me comeſturũ, aut non comeſturum; vel dixerit: Iuro me comediſſe, vel non comediſſe, quatuor iuramenta conſtituunt. Quamplurima exempla, quibus multiplicari iuramenta, vel multiplicari exiſtimant, oſtendunt; & ex his, an multiplicentur transgreſſiones, vel immunes à culpa ſint. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 4. שְׁבוּעַת הָעֵדוּת נוֹהֶגֶת בָּאֲנָשִׁים וְלֹא בַנָּשִׁים וכו׳ ׃ *Sceuuàth haèdùth nohègheth baanaſcìm, velò Vanaſcìm. Vecullè. Iuramentum teſtium in Vſu eſt apud homines, non autem apud fæminas &c.* Fœminæ repelluntur à teſtimonio ferendo; ſicut & propinqui, & ij, qui mala fama laborant. Debent enim teſtes eſſe omni exceptione maiores. Quamplurima iuramentorum exempla adducuntur, à quibus teſtes vel rei conſtituuntur, vel abſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 5. inc. שְׁבוּעַת הַפִּקָּדוֹן נוֹהֶגֶת בָּאֲנָשִׁים וּבַנָּשִׁים וכו׳ ׃ *Sceuuàth happikkadòn nohègheth baanaſcìm*

Miſcnaijòth huius Codicis ſunt 34:

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N Codex ſextus dicitur שְׁבוּעוֹת *Sceuuòth Iuramenta.* Tractat de Iuramentis; quotuplicia ſint? quomodo fiant, & exſoluantur? quæ perſonæ idoneæ ſint ad iurandum; & de quatuor rerum Cuſtodibus. Habet Capita 8.

Caput 1. שְׁבוּעוֹת שְׁתַּיִם שֶׁהֵן אַרְבַּע וכו׳ ׃ *Sceuuòth ſcetàim, ſcèen arbàah Vecullè. Iuramenta* (videntur) *duo, quamuis reuera ſint quatuor &c,* quia iurare poteſt quis affirmatiuè, vel negatiuè, vel de re futura, vel præterita, vt ſi quis dicat: Iuro me feciſſe, vel non feciſſe hanc rem: & iuro me facturum, vel non facturum hanc, vel illam rem. Hinc quatuor iuramentorum genera eſſe decernuntur. Idem ſtatuitur de Immunditia; de exitu Sabbathi; & inſpectione plagarum. Tractat etiam de Sacrificio offerendo pro iuramento non adimpleto per obliuionem. Huiuſmodi autem Sacrificium vocatur hìc בְּעוֹלֶה וְיוֹרֵד *Beolè Veiorèd In aſcenſu, & deſcenſu,* quia illius quantitas ſtat in poteſtate offerentis, ſi maiorem, vel minorem eam eſſe voluerit. Huius oppoſitum vocatur Sacrificium קָבוּעַ *Keuùah Fixum, & determinatum,* quod non poteſt mutari, aut augeri, vel minui. Et declaratur locus Leuit. 5. 4. *Anima, quæ iurauerit, & protulerit labijs ſuis, vt malè quid faceret, vel benè &c* Habet *Miſcnaijòth* ſeptem.

Caput 2. יְדִיעוֹת הַטּוּמְאָה שְׁתַּיִם שֶׁהֵן אַרְבַּע וכו׳ ׃ *Iediòth*

vecullè. Quatuor ſunt (genera) *Cuſtodum ; Cuſtos gratis &c.* Numerantur quatuor genera Cuſtodum, quorum primum eſt eorum, qui gratis rem cuſtodiunt. Secundum, eorum, qui rem ſibi creditam cuſtodiunt, aut commodatum tenent. Tertium, Mercenariorū cuſtodū. Quartum eſt eorum, qui rem conducunt pro qua penſionem ſoluunt. De his quaſdam regulas firmant. Quòd primi iurant de omnibus, quæ cuſtodierant; Secundi reddunt omnia, quæ in cuſtodiam eiſdem tradita fuere; Tertij, & Quarti iurant ſupra fracturam animalis, capturam, & mortē illius; & reſtituunt, ſeù ſoluunt valorem animalis perditi, aut furto ablati. De his omnibus quædam exempla afferuntur, in quibus ſi Cuſtos iurauerit, & rei cuſtoditæ Dominus reſponderit *Amen*, reus abſoluitur, vel condemnatur, ſecundùm quod iuſtitia exigit. Habet *Miſcnaijòth* 6. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt ſexaginta duo.

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N Codex ſeptimus nuncupatur עֵדִיּוֹת *Eduiòth Teſtificationes*. Sunt quamplurimæ Deciſiones diuerſarum rerum, potiſſimùm munditiem concernentes, quæ ſecundùm teſtificationem quorundam Rabbinorum præſtantiſſimorum, & antiquorum determinatæ, & deciſæ fuerunt. Habet Capita 8.

Caput 1. שַׁמַּאי אוֹמֵר כָּל הַנָּשִׁים דַּיָּן שַׁעְתָּן וכו׳: *Sciammài omèr, Col hannaſcìm daijàn ſciaatàn vecullè. Sciammài dicit: Omnes mulieres* (habent) *ſufficientiam momentaneam &c.* Varij caſus præſertim circa im-

ſcim vuannaſcim vecullè. Iuramentum depoſiti vſitatum eſt tam in hominibus, quàm in fœminis &c. Circa depoſita negata, vt Domino reſtitui poſſint, omnia perſonarum genera pro idoneis habentur ad iurandum. Quædam exempla afferuntur de depoſitis negatis; & quomodo in hiſce caſibus offerri debeat iuramentum. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 6. inc. שְׁבוּעַת הַדַּיָּינִין הַטַּעֲנָה שְׁתֵּי כֶּסֶף וכו׳: *Sceuuath haddaianin hattaanàh ſcetè chèſeph vecullè. Iuramentum Iudicum* (tempore) *litis* (non minùs) *duobus argenteis &c.* Determinatur quantitas rei, infra quam non debet Iudex imponere parti iuramentum. Huiuſmodi ſunt res, quarum valor non eſt maior duobus argenteis. Vbi de modo imponendi Iuramentum; & de caſibus, in quibus liberatur reus à iureiurando. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 7. incipit כָּל הַנִּשְׁבָּעִין שֶׁבַּתּוֹרָה נִשְׁבָּעִין וְלֹא מְשַׁלְּמִין וכו׳: *Col hanniſcbain ſcebathoràh niſcbain, velò meſcialemìn, vecullè. Omnes qui iurant ſecundùm præſcriptum Legis* (Moſaicæ) *iurant, & non ſoluunt &c.* Illi, quibus imponitur iuramentum in caſibus explicatis, & numeratis, in libro Exodi 22. 10. nihil poſt iuramentum ſoluere, aut reſtituere debent. Recenſentur etiam omnes, quibus, impoſito iuramento, poſtquam iurauerint, recipiunt quod petierant: de quibus exempla afferuntur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 8. & vltimum אַרְבָּעָה שׁוֹמְרִין הֵן שׁוֹמֵר חִנָּם וכו׳: *Arbaàh ſciomerin en, ſciomèr chinnàm*

immunda ſunt in Tabernaculo, ſi ſeparentur &c. Sancitur in Lege Num. 19. 14. *Quòd ſi homo moriatur in tabernaculo, omnes qui in illud ingrediuntur, & vniuerſa vaſa, quæ ibi ſunt, polluta erunt ſeptem diebus.* Diſputatur in hoc loco, an ſi huiuſmodi vaſa in aliud Tabernaculum aſportentur, contaminent Tabernaculum, ita vt ſi in illud aliquis ingrediatur, pollutus remaneat; & an vaſa ſecundi Tabernaculi polluta cenſenda ſint? De conſimilibus pollutionibus, & immunditijs hìc pertractatur. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 4. אלו דברים מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל וכו׳: *E'lu deuarim mikulè beth Sciammài, vmechomerè beth Hillèl vecullè. Iſtæ ſunt res, de quibus mitiùs ſe habet Schola Sciammài, quàm Schola Hillelis, &c.* Iſtæ duæ celeberrimæ Scholæ in Iudaiſmo, ab Auctoribus ſuis ita ſunt appellatæ. Sciammài diues admodum erat; Hillèl pauper. Hinc omnes deciſiones Sciammài ſtrictiores, Hillelis laxiores, & mitiores eſſe ſolebant, vt paupertati conſuleret. In hoc loco, mutata conſuetudine, referuntur nonnulli caſus, in quibus mitiorem partem ſequitur Schola Sciammài, duriorem & ſtrictiorem Schola Hillelis. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 5. inc. ר׳ יהודה אומר ששה דברים מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל וכו׳: *R. Iehudà omèr, Sciſcià deuarim mikulè beth Sciammài vmechomerè beth Hillèl, vecullè. R. Iudas ait: Sex ſunt res circa* immunditiam, ex Rabbinorum teſtificationibus in hoc Capite deciduntur. Et primò circa immunditiam menſtruatæ mulieris quæritur, quo inſtanti cenſenda ſit immunda; an ipſo momento, quo deprehendit guttulam ſanguinis in ſubucula; an verò inter primam, & ſecundam viſitationem factam poſt interſtitium temporis quorundam dierum; vel etiam מעת לעת *à tempore ad tempus*, hoc eſt ſpatio 24. horarum? Sapientes diligenter inquirunt hos caſus, ſubtiliter inueſtigant & reſoluunt. Habet *Miſcnaijòth* 14.

Cap. 2. ר׳ חנניא סגן הכהנים העיד ארבע דברים וכו׳: *Ribbi Chananiàh Segàn Haccohanìmheid arbaà deuarim vecullè. R. Chananiàh Vicarius Sacerdotum teſtificatus eſt. Quatuor res &c.* Teſtificatur hic Rabbinus, quòd à tempore Sacerdotum, quatuor non fuerant prohibita; ſimul cremari carnē immundam, contracta immunditia ex filio contaminationis: ſimul cum carne, quæ immunditiē contraxit ex patre immunditiei; hoc eſt carnes immundas tam in ſecundo, quàm in primo gradu immunditiei ſimul comburi poſſe; idem dicendum eſſe de oleo lucernæ immundæ, contracta immunditia ex contactu abluti diei, vel ex contactu cadaueris, licèt immunditia addatur immunditiæ. Nonnullæ aliæ teſtificationes aliorum Rabbinorum hìc adducuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 3. כל המטמאין באהל שנחלקו וכול׳: *Col hammitamèin baòhel ſcenechlàku vecullè. Omnia, quæ*

Caput 7. inc. הֵעִיד רַבִּי יְהוֹשֻׁעַ וְרַ' צָדוֹק עַל פִּדְיוֹן פֶּטֶר חֲמוֹר וכו' ׃ *Heid Ribbi Iehoſciùa veRibbi Tzadòk al pidiòn pèter chamòr vecullè. Teſtificatur R. Ioſuè, & R. Sadòc ſuper redemptione primogeniti aſini &c.* Exod. 13. v. 13. Dicitur, quòd primogenitus aſini redimi debeat agno, ſin minùs, interfici. Iſti autem Rabbini Ioſue, & Sadoc teſtimonium perhibent, aſini primogenitum, qui ſpontè moritur, non debere redimi, nec ex eo aliquam vtilitatem Sacerdotem percipere; quamuis R. Eliezer aliter ſentiat; & Sapientes vtramque ſententiam reijciant, & aliam tertiam amplectantur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 8. & vltimum הֵעִיד רַבִּי יְהוֹשֻׁעַ בֶּן בְּתֵירָא וכו' ׃ *Heid Ribbì Iehoſciùa Ben Betherà vecullè. Teſtificatur R. Ioſuè Ben Betherà &c.* Iſte Rabbinus teſtimonium perhibet, quòd ſanguis morticinæ beſtiæ, vel cuiuſcumque cadaueris non ſit immundus: vnde ſi quiſpiam eum tangat, non ob id coinquinatur. Alias quamplurimas teſtificationes afferunt alij Rabbini, ferè omnes pertinentes ad legales immunditias, aut purificationes. Habet *Miſcnaijòth* 7. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 74.

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N Codex octauus appellatur עֲבוֹדָה זָרָה *Auodà Zarà Seruitus extranea*, ſeù אֱלִילִים *Elilim Idolorum*. Hunc ad euitandam inuidiam, & odiũ Chriſtianorum ſolent multoties eum appellare עבודת כוכבים ומזלות *Auodàth cochauim vma-*

ea quas mitior eſt ſententia Sciammài, quàm ſit ſententia Hillelis &c. Quamplurimæ aliæ deciſiones in hoc Cap. aſſeruntur ſecundùm vtriuſq; Scholæ doctriná, in quibus apparet mitiores, quin & laxiores eſſe ſententias Scholę Sciammài, ſtrictiores verò, & aſperiores eſſe ſententias Scholæ Hillelis. Vbi variæ quæſtiones proponuntur, vt de quatuor fratribus, quorum duo accipiunt duas ſorores, & poſtea moriuntur: an alij duo ſuperſtites fratres poſſint accipere huiuſmodi viduas ſorores, vt ſuſcitare poſſint ſemen fratris ſui: & alia quædam, quæ ſubtiliter reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 6. רַ' יְהוּדָה בֶּן בָּבָא הֵעִיד חֲמִשָּׁה דְבָרִים וכול' ׃ *R. Iehudà Ben Babà heid chamiſcià deuarim vecullè. R. Iudas Ben Babà teſtificatus eſt ſuper quinque rebus &c.* Quòd pueri, qui ante vſum rationis à parentibus nuptui traditi ſunt, poſtquam ad ætatem perfectam peruenerunt, renuere poſſunt aſſenſum, & ſic liberi remanent, nec poſſunt cogi ad ratificandum matrimonium. Secundò, quòd mulier poſſit tranſire ad ſecundas nuptias, ſi de morte ſui viri vnicum teſtem ſolummodo habeat. Tertiò, quòd Ieroſolymis Gallus Gallinaceus ſolemniter lapidatus fuerit, pro eo quòd animam hominis interfecerit. Quartò, quòd vinum quadrageſimo die à ſua expreſſione ab vuis, ſit idoneum pro Altari. Et quintò, quòd Iuge Sacrificium, quod hora tertia matutina offerri debuerat, aliquando oblatum ſit hora quarta. Habet *Miſcnaijòth* 3.

ritus, ceremonias, feſtiuitates, & Templa deteſtantur, & maledictis inſectantur, vt in eorum Commentarijs paſsim videre eſt, præſertim in Talmude Babylonico in hunc locum, in Rambàm libro הי״ד *Haijàd Halachòth* ע״ז, & ibidem in Ràu Alphès, & alijs: ideò iure optimo à noſtris factum eſt: vt vbicumque nomen Gentilium reperitur, atramento deletum ſit, & illorum expoſitiones contra nos, & noſtra, in eodem Codice ע״ז abraſæ ſint, & caſſæ. Quamuis hic Codex in Miſcnà incluſus nunquam ſit cenſura notatus, ſed liberè Iudæis omnibus permiſſus, & in Synagogis, & publicis Scholis vbique locorum legatur, & explanetur. Habet hoc Caput *Miſcnaijòth* 6.

Caput 2. אֵין מַעֲמִידִין בְּהֵמָה בְּפוּנְדְּקָאוֹת שֶׁל גּוֹיִם וכול׳; *En maamidin behemà bephondeakòth ſcel Ghoiim vecullè. Non conſiſtere faciunt iumentum in ſtabulo Gentilis &c.* Prohibent, ne iumentum Iudæorum introducant in ſtabulum Gentilium, quia dicunt, Gentiles ſuſpectos eſſe de crimine beſtialitatis. Sic eodem modo prohibent mulierem Hebræam ſolam cum homine alterius nationis conſiſtere, propter periculum fornicationis. Propter periculum homicidij, prohibent virum Hebræum ſolum ſtare cum Gentili. Et de rebus Gentilium, quibus vti nefas eſt Iudæo, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 3. כָּל הַצְּלָמִים שֶׁל גּוֹיִם אֲסוּרִים וכו׳; *Col hatzelamìm ſcel Ghoim aſurim vecullè. Omnes imagines Gentilium ſunt prohibitæ; &c.* Prohibentur omnes imagines Gentiliũ, quia

Vmazalòth Seruitutis Stellarum, & Signorum Zodiaci, quaſi in eo tantùm contra eos, qui Stellas, & Planetas colant, pertractet: cùm reuera contra cuiuſcumque generis Idololatriam, & contra quoſcumque cultus, qui Iudaiſmo aduerſetur, agatur. Habet Capita quinque.

Caput 1. inc. לִפְנֵי אֵידֵיהֶן שֶׁל גּוֹיִם שְׁלֹשָׁה יָמִים וכו׳; *Liphnè edeèn ſcel ghoim ſceloſcià iamìm vecullè. Ante feſtum Gentilium tribus diebus &c.* Prohibetur contractus, aut negotiatio cum Gentilibus, tùm ante ipſorum feſtiuitatem, tùm in rebus, quæ inſeruire poſſent Idololatriæ. Et recenſentur nomina feſtiuitatum Gentilium.

Quo tempore hic Codex ex priſcorum Rabbinorum ſententijs à Rabbì Hakkadòſc compoſitus fuerat, non erat religio Chriſtiana adeò in Orbe conſpicua, vt ad eius ritus, & cultus reſpiciendum eſſet, & Iudæos ab ea, per hunc Codicem retrahendos tamquàm ab Idololatria fore putarint; quia Chriſtiani, primo illo poſt Chriſtũ paſſum ſeculo, pro Iudæis habebantur, cùm & Chriſtiani Idola exhorrerent, & deteſtarẽtur, vnumq; verum Numen colerent: vnde tempore Claudij Imperatoris pro Iudæis habiti fuerunt Chriſtiani, & cum Iudæis Vrbe excedere iuſſi. Quare hic Codex totus contra Gentilium Idololatriam eſt, & in eorum feſtiuitates, ceremonias, & ritus inuehit. Attamen quia poſteriores Rabbini ea, quæ contra Gentiles dicta erant ab antiquis, etiam in Chriſtianos refundunt, & pro antiquis Gentilibus, & Idololatris Chriſtianos quoque intelligunt, eorumque

quæ cum eo permiſcentur. Habet *Miſcnaijòth* 12. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 50.

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N Codex nonus vocatur אָבוֹת *Auòth Patres*. Proponuntur in hoc Codice quædam ſententiæ, & apophtegmata antiquorum Rabbinorum ad mores, & ad pietatem ſpectantia. Diſponuntur ſecundùm catenam Legis oralis, incipientem à Mose Legiſlatore vſque ad Rabbì Ben Bagh Bagh, ſeù Rabbì Ben He, He. Habet Capita 5. quibus additur Caput ſextum collectitium.

Caput 1. מֹשֶׁה קִבֵּל תּוֹרָה מִסִּינַי וכו׳ ׃ *Moſcè kibbèl Thorà miSinài vecullè. Moſes recepit Legem* (à Deo) *in Sinai &c.* De traditione Legis oralis, quam volunt Moſen recepiſſe à Deo, eamque tradidiſſe Ioſue, Ioſue Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetas Viris Synagogæ magnæ, quorum vnus fuit Simeon Iuſtus, non ille, qui puerum Ieſum in vlnis ſuſcepit, ſed alius multò antiquior, qui tempore Alexandri Magni viuebat. Ab eo incipiunt Doctores Thanaìm, ſeù Miſcnici, quamuis aliqui velint, eos incipere ab Hillele Seniore, & deſinere in Rabbènu Hakkadòſc. In hoc Capite, ſicut & in reliquis referuntur dicta iſtorum Patrum: ideò hæc Capita vocantur פרקי אבות *Pirkè Auòth Capitula Patrum*. Dicta, quæ in hoc Capite referuntur, ſunt *Virorum Synagogæ Magnæ. 2. Simeonis Iuſti. 3. Antigoni. 4. Ioſè Ben Ioèzer Iſc Tzeradà, & Ioſè Ben Iochanàn Ieroſolymitani. 5. Ioſuè Ben Perachià, & Nittài Haarbelitæ. 6. Iu-*

quia dicunt, quòd ſemel in anno omnes ſimul ab eis adorentur. Sapientes autem illas non prohibent, niſi in manu teneant baculum, aut auem, aut globum, quæ ſunt Deorum inſignia. Et de vſu rerum ad Idololatriam pertinentibus. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 4. ר׳ יִשְׁמָעֵאל אוֹמֵר שְׁלשָׁה אֲבָנִים זו בְּצַד זו בְּצַד מַרְקוּלִין אֲסוּרוֹת וכו׳ ׃ *R. Iſcmaèl omèr ſceloſcià auanìm zò vetzàd, zò vetzàd Markolin, aſuròth vecullè. Rabbì Iſmaël dicit: Tres lapides ſimul* (poſiti) *apud Mercurium prohibiti ſunt &c.* De Idololatria Mercurij, quæ tribus lapidibus oſtendebatur, quorum duo magni lapides diſpoſiti erant, vnus hinc, alius illinc, quibus tertius imponebatur vtrumque tegens. Sic lapides in aceruum Mercurij mittere, prohibitum erat, quia ad Idololatriam pertinebat. Res quæ in aceruo hoc lapidum reperiuntur, ſi fuerint pecuniæ, veſtes, aut vaſa, permittitur illorum vſus; non autem, ſi fuerint vuæ, ſpicarum corollæ, vinum, oleum, ſimila, & ſimilia, quæ in Altari offerri ſolent. Et de modo, quo aboleri debeat Idolum, aut vſus Idololatriç. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 5. הַשּׂוֹכֵר אֶת הַפּוֹעֵל לַעֲשׂוֹת עִמּוֹ בְּיַיִן נֶסֶךְ וכול׳ ׃ *Haſſochèr eth happoèl laaſsòth immò beijàin nèſech vecullè. Qui mercede conducit operarium vt faciat cum eo vinum libaminis &c.* De vino libaminis præcipuè in hoc Capite agitur, quomodo illicitum ſit eo vti, ſicuti de pecunijs, quæ ab eo proueniunt, vel rebus liquidis,

ſtài Bar Iannài. 10. *R. Chaninà Ben Dosà*. 11. *R. Dosà Ber Harchinàs*. 12. *R. Elazàr Hammoadì*. 13. *R. Iſmaël*. 14. *R. Akiuà*. 15. *R. Elazàr Ben Azaria*. 16. & *R. Elazàr Ben Chiſmà*. Habet *Miſcnaijòth* 18.

Caput 4. בֶּן זוֹמָא אוֹמֵר וכו׳ ׃ *Ben Zomà omèr vecullè. Ben Zoma ait &c.* Sequuntur aliæ viginti quinque Rabbinorum morales ſententiæ, à filio Zomæ vſque ad R. Elazàr. Quorum 1. eſt *Ben Zomà*. 2. *Ben Azài*. 3. *R. Leuitàs Iſc Iaunè*. 4. *R. Iochannàn Ben Berukà*. 5. *R. Iſmaël filius eius*. 6. *R. Tzadòk*. 7. *R. Iosè*. 8. *R. Iſmaël filius eius*. 9 *R. Ionathàn*. 10. *R. Meir*. 11. *R. Eliezer Ben Iaakòb*. 12. *R. Iochannàn Haſſandelàr*. 13. *R. Elazàr Ben Sciamùah*. 14. *R. Iehudà*. 15. *R. Scimòn*. 16. *R. Nehurài*. 17. *R. Ianài*. 18. *R. Mathià Ben Cheràſc*. 19. *R. Iaakòb*. 20. *R. Scimon Ben Elazàr*. 21. *Scemuèl Hakkatàn*. 22. *Eliſciaà Ben Auuiàh*. 23. *R. Iosè Bar Iehudà Iſc Chephàr Habbabelì* 24. *Rabbì*. 25. *R. Elazàr Hakkaphàr*, Habet *Miſcnaijòth* 22.

Caput 5. בַּעֲשָׂרָה מַאֲמָרוֹת נִבְרָא הָעוֹלָם וכו׳ ׃ *Baaſſarà maaròth niurà haolàm vecullè. Decem pronunciatis creatus eſt mundus &c.* De decem dictis, quibus creatus eſt mundus, hic agitur. Item de decem ætatibus à creatione Adami ad Noachum. De totidem à Noacho ad Abrahamum. De decem tentationibus, quibus tentatus fuit Abraham. De decem miraculis à Deo patratis in Ægypto pro Hebræis, & totidem ſuper mare. De decem plagis, quibus percuſſa eſt Ægyptus,

6. *Iudæ Ben Tabbài*, & *Simeonis Ben Sciattàch*. 7. *Scemaaiàh*, & *Autalionis*, 8. *Hillèl*, & *Sciammài*. 9. *Rabbàn Gamlielis*. 10. *Simeonis filij ſui*, qui Chriſtũ ſuſcepit in vlnis. 11. *Et Rabbi Chanania Ben Akaſcià*. Habet *Miſcnaijòth* 18.

Caput 2. רַבִּי אוֹמֵר אֵיזוֹ הִיא דֶּרֶךְ יְשָׁרָה שֶׁיָּבוֹר לוֹ הָאָדָם וכו׳ ׃ *Ribbì omèr, Ezò hi dèrech ieſciarà ſceiauùr lo haadàm vecullè. Rabbi dicit: Quænam eſt via recta, quam ſibi eligere debet homo &c.* Continentur in hoc Capite morales ſententiæ nouem Rabbinorum incipientium à Rabbì, id eſt Rabbènu Hakkadòſc vſque ad R. Tarfòn. Iſtorum nomina ſunt 1. *Rabbì*. 2. *Rabbàn Gamlièl Ben Rabbì*. 3. *Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài*, cum quinque ſuis diſcipulis, qui fuerunt *R. Elièzer Ben Horkanòs*; *R. Iehoſciùah Ben Chananiàh*; *R. Iosè Haccoèn*: *R. Scimòn Ben Nathanèl*, & *R. Elazàr Ben Aràch &c*, Qui omnes aliquam ſententiam moralem protulerunt. Hactenus ſunt 8. Quibus adde R. Tarfòn. Omnes ſunt 9. Habet *Miſcnaijòth* 16.

Caput 3. עֲקַבְיָא בֶּן מַהֲלַלְאֵל אוֹמֵר וכו׳ ׃ *Akauijà Ben Mahalaleèl omèr vecullè. Akauijà Ben Mahalaleèl dicit &c.* Sexdecim ſunt Rabbini, qui in hoc Capite diuerſas morales ſententias proferunt, nempè 1. *Akauijà*, 2. *Rabbì Chaninà Segàn Vicarius Sacerdotum* 3. *R. Chaninà Ben Tardiòn*. 4. *R. Scimòn*. 5. *R. Chananià Ben Chachinài*. 6. *R. Nechunià Ben Hakanà*. 7. *R. Chelpethà Iſc-Chephàr Chanaià*. 8. *R. Elazàr Iſc-Barthutà*. 9. *R. Do-*

Poſt hoc vltimum Caput ſequitur quædam additio ſententiarum moralium, præcipuè in honorem Legis, compilata ex dictis quorundam Rabbinorum, ſecundùm ſtylum, & phraſim præcedentium Capitum. Vnde ex hac additione nonnulli faciunt ſextum Caput; & addunt *Capitibus Patrum*. Cuius *Miſcnaijòth* ſunt 11. Omnes igitur *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 96. quibus additis 11. ſexti Capitis fiunt *Miſcnaijòth* 107.

QVARTI ORDINIS NEZIKI'N Codex decimus, & vltimus vocatur הוריות *Horaijòth Documenta Iudicū*, Vbi de documentis Iudicibus datis à Magno Synedrio, ne errent in iudicando, agitur; & tribus Capitibus abſoluitur.

Caput 1. הורו בית דין לעבור על אחת מכל מצות וכו׳: *Horù beth Din laauòr al achàth miccòl mitzuòth vecullè. Si docuerit Domus Iudicij tranſgredi vnum ex præceptis &c.* Si Magnus Senatus Synhedrinorum, præcipiat aliquid faciendum contra Legis præceptum; ſi aliquis id faciat, ad nihil tenebitur, quia non ſuæ opinioni, ſed publicæ auctoritati innititur; ſi verò ſit vnus ex Senatoribus, aut alius in Lege peritus, & clarè cognoſcat, Senatum erraſſe docendo non ſanam doctrinam, & nihilominus facit id, quod à Senatu decretum eſt, reus erit, quia id non facit innixus auctoritati Senatus, ſed propriæ. Hinc generalem regulam conſtituunt. Qui publicæ auctoritati innititur, ſi errat, reus non eſt; ſi propriæ voluntatis fretus libidine aliquid faciat, etiamſi à publica auctoritate ſit conſtitu-

ptus. De decem tentationibus, quibus Hebræi tentauerunt Deum in deſerto. De decem miraculis à Deo patratis in Templo primo. De quatuor conditionibus, quæ reperiri poſſunt in ijs, qui ad ſtudium pergunt. Et de quatuor alijs, eorum qui ſtant coram Sapientibus. Deque alijs moralibus dictis, & apophtegmatibus valdè vtilibus ad honeſtè, & piè viuendum; quibus adduntur aliæ ſententiæ trium Rabbinorum, nempè R. Iudæ Ben Themà, qui dicebat: Filius quinque annorum ad ſtudium Sacræ Scripturæ eſt deſtinandus, & applicandus; ſtudio Miſcnæ, ætate decem annorum; decimo tertio ætatis anno ad Legis præcepta eſt initiandus; quintodecimo anno, ſtudio Talmudico; decimo octauo, Nuptijs; vigeſimo anno ad proſequendū ſtudium; trigeſimo anno Vir eſt, & fortitudine præualet; quadrageſimo anno intelligentia homo eminere debet; quinquageſimo, Conſilio; ſexageſimo, Senectuti addicitur; ſeptuageſimo, Canitiei; octuageſimo anno, Virtute complexionis præfulget; nonageſimo, Quieti, & Meditationi relinquitur; centum annorum ætate, homo habetur pro mortuo. Item *R. Ben Bagh Bagh*, de Sacræ Scripturæ ſtudio, ita pronunciabat: הפוך בה והפוך בה דכולה בה וכו׳ *Volue, & reuolue eam, quia omnia ſunt in ea.* Et denique *Ben He He* omnia Rabbinorum dicta hoc pronunciato complet לפום צערא אגרא Pro *ratione laboris merces* (erit). Et ſic finit Caput 5. cuius *Miſcnaijòth* ſunt 22.

Et ſic abſoluitur Ordo quartus *Nezikin De Damnis*, cuius מסכתות *Maſ-ſachiòth Codices* ſunt 10. פרקים *Pe-rakim Capita* 73. משניות *Miſcna-ijòth Paragraphi* 672.

ORDO QVINTVS vocatur קדשים KODASCI'M *Sanctita-tum*. In eo agitur de Sacrificijs, mu-neribus, & alijs ad Sacrificia ſpectanti-tibus. De iugulatione animalium pro cibo; & de ipſo Templo Ieroſolymita-no. Cuius Codices ſunt vndecim hoc ordine diſpoſiti.

1. זבחים ; 2. מנחות ; 3. חולין ; 4 בכורות ; 5. ערכין ; 6. תמורה ; 7. כריתות ; 8. מעילה ; 9. תמיד ; 10. מדות ; 11. קנים ;

Huius QVINTI ORDINIS KO-DASCI'M Codex primus vocatur זבחים *Zeuachim Sacrificia*, quia in eo de Sacrificijs, & de his, quæ ad Sa-crificia ſpectant, agitur. Habet Capi-ta 14.

Caput 1. כל הזבחים שנזבחו שלא לשמן כשרים וכו׳ ; *Col hazzeuachim ſcenizbàchu ſcelò liſcmàn cheſ erim vecullè. Omnia Sacrificia, quæ non fiunt nomine* (offerentium) *valida ſunt &c.* Sacrificium à Sacerdote oblatũ, ſed non ſecundùm intentionem illius, qui iubet offerri; decernitur, Sacrificium quidem eſſe validum in ſe, ſed perſonæ illi, quæ iubet offerri, nihil prodeſſe: dempto Sacrificio Paſchali, & alijs qui-buſdam paucis. Habet *Miſcnaijòth* 4.

tutum, reus eſt. De huiuſcemodi de-cretis à Senatu conſtitutis, hic agitur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 2. הורה כהן משיח לעצמו שוגג וכו׳ ; *Horà Cohèn Maſciàch leatzmò ſcioghègh vecullè. Si doceat Sacerdos vnctus ſeipſum ignoran-ter &c.* Si Sacerdos vnctus erret in do-ctrina, ſed ignoranter, decernitur, quòd adducat pro Sacrificio Iuuencum; ſi au-tem ignoranter ſeipſum doceat, & pro-teruè faciat, vel proteruè doceat ſeip-ſum falſitatem, eamque faciat ignoran-ter; liber eſt à culpa, Eandem aucto-ritatem habet in ſeipſum Sacerdos Vn-ctus, ac habet totum Synedrium in vni-uerſum populum. Et de his ſimilibus in hoc Capite tractatur. Habet *Miſc-naijòth* 7.

Caput 3. כהן משיח שחטא ואח״כ עבר ממשיחותו וכו׳ ; *Co-hèn Maſciach ſcechattà veachàr càch a-uàr mimeſcichuthò vecullè. Si Sacerdos Vnctus peccauerit, & poſtea depoſitus fuerit ab officio ſuo &c.* pro peccato ſuo offerre debet Iuuencum. Sed ſi נשיא *Naſsì Princeps* peccauerit, & poſtea à dignitate Principatus fuerit eiectus, of-feret Arietem. Quòd ſi Sacerdos Vnctus poſtquam depoſitus eſt, peccauerit, idemque fecerit Naſsì eiectus, offerre debet ac ſi eſſet vnus ex plebe. Decla-ratur, quòd *Naſsì* ſit idem ac *Rex*, & *Sacerdos Vnctus* ſit ille, qui Oleo Vn-ctionis vnctus eſt: & quædam alia ad-duntur ad præcedentiam perſonarum pertinentia. Habet *Miſcnaijòth* 8. Om-nes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 20.

Ca-

Sedens. 10. *Stans*, ſed innixus ſellæ, alteri inſtrumento mobili, vel iumento, vel pedes tenens ſupra pedes ſocij ſui. Si manu ſiniſtra vas teneat, aliqui improbant, alij permittunt. Si ſanguis ſuper pauimentum effundatur, licèt illum colligat, פָּסוּל *Pasùl* irrita redditur hæc actio. De his, & alijs ad mactationem animalium pro Sacrificio ſpectantibus, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Cap. 3. כָּל הַפְּסוּלִין שֶׁשָּׁחֲטוּ שְׁחִיטָתָן כְּשֵׁרָה וכו׳׃ *Col happeſulìn ſceſciachatù ſcechitatàn caſcerà vecullè. Omnes qui idonei non ſunt ad aliquid faciendum, ſi mactauerint, illorum mactatio idonea cenſetur &c.* quia omnis iugulatio eſt bona, licèt fiat à laico, à muliere, à ſeruo, & ab immundo. De his iugulationibus, & carnium Sacrificiorum contrectationibus, licitis, vel illicitis, hic tractatur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 4. בֵּית שַׁמַּאי אוֹמְרִים וכו׳׃ *Beth Sciammài omerìm vecullè. Domus*, ſeù *Schola Sciammài dicit &c.* Quicunque aſperſerit ſanguinem Sacrificij extra Altare, etiamſi id fecerit vnica tantùm vice, expiatur. In Sacrificio autem pro peccato, opus eſt vt fiant duæ aſperſiones, prout ſentit Schola Sciammài; Schola autem Hillelis dicit. Expiatur etiamſi in Sacrificio pro peccato vnam ſanguinis aſperſionem fecerit. Vnde ſi prima aſperſio ritè facta ſit, & ſecunda extra ſuum tempus; nihilominus expiatur: ſi autem prima ſanguinis aſperſio facta fuerit extra ſuum tempus; & ſecunda extra ſuum locum,

Caput 2. כָּל הַזְּבָחִים שֶׁקִּבֵּל דָּמָן זָר אוֹנֵן טְבוּל יוֹם וכו׳׃ *Col hazzeuachìm ſcekibbèl damàn zar, onèn, tibbùl iom, vecullè. Omnia Sacrificia, quorum ſanguis excipitur ab extraneo, à lugente ob mortuum, ab immerſo diei &c.* Decernitur irrita eſſe illa Sacrificia, quorum ſanguis in vaſe recipitur à perſona non idonea. Debebat vas teneri à Sacerdote, in quo excipiebatur ſanguis hoſtiæ immolandæ, ſeruata quadam corporis honeſta compoſitione: quòd ſi aliter fieret, Sacrificium irritum cenſebatur. Vnde excludebantur ab huiuſmodi actione tenendi vas זָר *Zar Extraneus*, id eſt Iſraëlita non Sacerdos, nempè laicus; 2. אוֹנֵן *Onèn Mærens*; id eſt ille, cuius mortuus adhuc erat ſuper terram, vel eodem die ſepultus; 3. טְבוּל יוֹם *Tibbùl iom Immerſus diei*, id eſt ille, qui lotus erat, ſed vſque ad veſperam ejuſdem diei ſeparatus adhuc manebat, ac ſi immundus eſſet; 4. מְחוּסַר בְּגָדִים *Mechuſàr beghadìm Deſtitutus veſtibus*, id eſt non habens omnes veſtes requiſitas pro Sacerdotio fungendo. 5. מְחוּסַר כִּפּוּרִים *Mechuſàr Chippurìm Deſiciens expiationibus*, id eſt ille, qui tenebatur offerre Sacrificium pro peccato, ſed nondum obtulerat. 6. *Qui non lauit manus, & pedes*. 7. עָרֵל *Arèl Incircumciſus*, intelligitur de Sacerdote, qui ob mortis metum incircumciſus à patre relictus fuerat, quod aliquando accidere ſolebat. 8. *Immundus*. 9.

nem, idem ſit, ac ſi fieret in parte Septentrionali; quòd ſi à medio Altari ad Meridiem, cenſetur, ac ſi in parte Meridionali factum fuiſſet. Si autem loquamur de muneribus, quæ fiunt à pauperibus, de pugillo ſimilæ, & cæteris huiuſmodi, colligi poterant in omni loco Templi, etiam in atrio, & comedi tantùm à maſculis Sacerdotum filijs ſimiliter in omni loco vſque ad ſepta Templi, quæ retibus cingebantur. Licitumque erat eis comedere interdiù, & vſque ad mediam noctem. Eodem modo agit de ritu peragendi alia Sacrificia volatilium, quo in loco, & quomodo mactari debeant; quomodo aſcendendum ſit ad Altare; quomodo, & per quam viam redeundum, & alia his ſimilia. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 7. חַטַּאת הָעוֹף וכול׳׃ *Chatàth haòph Vecullè. Sacrificium pro peccato ex auibus &c.* Si Sacrificium pro peccato fuiſſet ex auibus, & infra Altare ſecundùm ritum huius Sacrificij peractum, nomine eiuſdem Sacrificij idoneum erat. Quòd ſi fuiſſet peractum ſecundùm ritum huius Sacrificij, ſed nomine Sacrificij holocauſti; vel peractum ſecundùm ritum holocauſti, nomine verò Sacrificij pro peccato; vel ſecundùm ritum holocauſti, & nomine ipſius holocauſti; omnia iſta exiſtimantur irrita, & nullius valoris. Iterùm varij caſus proponuntur circa hanc materiam Sacrificiorũ ex auibus, & quomodo idonea eſſe exiſtimentur, vel inutilia fiant. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Cap. 8. כָּל הַזְּבָחִים שֶׁנִּתְעָרְבוּ וכו׳׃ *Col hazzeuachìm ſcenithareuù Vecul-*

cum, profanat Sacrificium, & reus fit כָּרֵת *Carèth Exciſione*, p.m. De his aſperſionibus, & de varijs caſibus, qui in hac actione occurrere poſſunt, in hoc loco agitur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 5. אֵיזֶהוּ מְקוֹמָן שֶׁל זְבָחִים וכו׳׃ *Ezehù mekòm ſcel zeuachìm Vecullè. Quiſnam erat locus Sacrificiorum &c.* Sanctitates ſanctitatum, id eſt Sacrificia primaria, veluti luge Sacrificium, Sacrificium Calendarum, & huiuſmodi, ſicut etiam Hircus diei expiationum, mactabantur in parte Septentrionali, & recipiebatur ſanguis in vaſe ad hæc ordinato, in eadem parte. Spargebant ſanguinem inter duos vectes Arcæ fœderis, & ſuper propitiatorium, & ſuper Altare aureum ſuffimenti vnica aſperſione effundebant. Reliquum, quod erat ſanguinis, effundebatur ſuper fundamentum in Occidentali plaga Altaris externa. Si non ſparſerit, non ob id retardatur Sacrificium, quod non ſit acceptum. Determinatur etiam locus aliorum Sacrificiorum, vbi erant iugulanda. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Cap. 6. קָדְשֵׁי קָדָשִׁים שֶׁשְּׁחָטָן בְּרֹאשׁ הַמִּזְבֵּחַ וכו׳׃ *Kodſcè Kodaſcìm ſceſcechatàn beròſc hammizbèach Vecullè. Sanctitates ſanctitatum, quæ mactantur in capite Altaris &c.* Sacrificia Sanctitatum, primaria Sacrificia ſi ſupra Altare mactentur, R. Ioſè dicit, quòd ſint, ac ſi mactata fuiſſent in parte Septentrionali loco idoneo ad iugulandum. At R. Ioſè Bar Iudæ reſtringit hanc ſententiam, & dicit, quòd ſi id fiat à medio Altaris verſus Septentrio-

ri offeruntur, an ab Altari remoueri poſſint, & ſi remoueantur, an iterum ſuper Altare liceat imponere. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 10. כָּל הַתָּדִיר מֵחֲבֵירוֹ קוֹדֵם אֶת חֲבֵירוֹ וכו׳׃ *Col hattaddir mechauerò kòdem eth cheuerò Vecullè. Omne quod magis iuge eſt ſocio ſuo, anticipat ſocium ſuum &c.* Determinat, quòd illud, quod eſt magis continuum, & frequentiùs fit, præcedere debet illud, quod minùs frequenter occurrit. Sic iuge Sacrificium, quia bis in die quotidiè fit, præcedit מוספין *Muſaphìn*, ea, quæ adduntur qualibet hebdomada in Sabbatho; Sacrificia, quæ adduntur in Sabbatho, præcedunt ea, quæ adduntur in quolibet principio menſis; & Sacrificia, quæ adduntur in quolibet capite menſis, præcedunt ea, quæ adduntur in principio anni noui. Sic fit in alijs partibus Sacrificiorum, vti in ſanguine, in quo datur diſtinctio circa pręcedentiam: ſicut & in ipſis Sacrificijs, quorum pręcedentiæ hìc recenſentur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 11. דַּם חַטָּאת שֶׁנִּיתַּז עַל הַבֶּגֶד וכו׳׃ *Dam chattàth ſcenittàz al habbègbed Vecullè. Sanguis Sacrificij pro peccato, ſi eo aſperſum fuerit veſtimentum &c.* Si ſanguis Sacrificiorum ceciderit ſuper veſtes Sacerdotales, neceſſe eſt vt lauentur; quod idem dicendum eſt de ſacco, & corio. De his enim lotionibus hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 12. טְבוּל יוֹם וּמְחוּסַּר כִּפּוּרִים וכו׳׃ *Teuùl iom, Vmchusàr chippùrim Vecullè. Omnia Sacrificia, quæ fuerant commixta &c.* Omnia Sacrificia, quæ fuerunt commixta cum peccatis mortuis בחטאות המתות moriuntur & ipſa; licèt vnum inter millia animalia Sacrificij permiſceatur, omnia ipſa Sacrificia moriuntur. Vt iſta intelligantur; ſciendum eſt, quòd חטאות המתות *Chataòth hammethòth Peccata mortua*, dicuntur ea animalia, quæ deſtinata erant ad Sacrificium, ſed aliquo accidente ſuperueniente, ſacrificari non poterant. Hæc in aliquo ſpatioſo loco recludebantur vſque ad mortem ipſorum; ſi autem vnum ex his animalibus permiſcebatur cum alijs animalib⁹ ſimiilter ſacrificandis, ita vt clarè non poſſet illud agnoſci; omnia iſta animalia non poterant ampliùs ſacrificari; ſed pariter recludi vſque ad mortem. Vnde & hæc dicebantur חטאות המתות *Chattaòth hammethòth Peccata mortua*, id eſt Sacrificia pro peccato mortua. De hiſce permixtionibus, & de alijs, quæ accidere poterant in Sacrificijs adminiſtrandis; vt ſi vnum Sacrificium cum alio permiſceretur, aut membra animalium diuerſorum Sacrificiorum inter ſe confunderentur, vel ſanguis Sacrificij cum alio ſanguine, aut aqua, aut vino commiſceretur, hìc agitur. De quibus omnibus varij caſus proponuntur, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 9. הַמִּזְבֵּחַ מְקַדֵּשׁ אֶת הָרָאוּי לוֹ וכו׳׃ *Hammizbèach mekaddèſc eth harraùi lo, vecullè. Altare ſanctificat quod ſibi conueniens eſt; &c.* Quicquid ſuper Altare impoſitum eſt ad comburendum, non licitum eſt ab eo auferre. Tractat de his, quæ in Alta-

QVINTI ORDINIS KODA-SCI'M Codex 2. vocatur מְנָחוֹת *Menachòth Munera*, ſcilicet farinarum. Tractat de farinis, quæ in Templo offerebantur, & de illarum ritibus, & ceremonijs. Habet Capita 13.

Caput 1. incipit כָּל הַמְּנָחוֹת שֶׁנִּקְמְצוּ שֶׁלֹּא לִשְׁמָן כְּשֵׁרוֹת וכו׳ ; *Col hammenachòth ſcenikmatzù ſcelò liſcmàn cheſceròth vecullè: Omnia munera* (farinacea) *quæ pugillo ablata ſunt, non tamen nomine oblationis, nihilominus idonea ſunt &c.* Non tamen proderunt offerentibus, neque abſoluuntur ab obligatione offerendi aliud conſimile munus; exceptis quibuſdam caſibus, qui ibi ponuntur. Dicuntur tamen idonea eſſe, tam quoad מנחה *Minchà*, quàm quoad קמיצה *Kemitzà Munus*, & *Pugillationem*: nam pro *Kemitzà* intelligitur quantitas illa farinæ, quæ pugillo Sacerdotis comprehendebatur tribus digitis, nempè Indice, medio, & annulari, excuſſa ea, quæ ſub pollice, & auriculari manebat. De hoc pugillo, & farinæ oblatione aliquot in hoc Capite reſoluuntur caſus: Cuius *Miſcnaijòth* ſunt 4.

Caput 2. הַקּוֹמֵץ אֶת הַמִּנְחָה לֶאֱכוֹל שְׁיָרֶיהָ וכו׳ ; *Hakkomètz eth hamminchà leechòl ſcirèah vecullè. Qui pugillo aufert munus, intentione vt comedat reſiduum, &c.* Proponitur caſus. Si Sacerdos ex vaſe auferat pugillo farinam pro munere, hac tantùm intentione, vt reliquum farinæ, quod in vaſe remanet, comedat; vel quod ablatum eſt pro munere, in craſtinum re-

chippurim vecullè. Lotus diei, & deficiens expiatione &c. Tractat de ijs, qui comedere non poſſunt de carnibus Sacrificiorum. Et de alijs, quibus id permiſſum eſt. Item quomodo, & quibus diſtribuenda ſint coria animalium immolatorum. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 13. הַשּׁוֹחֵט וְהַמַּעֲלֶה בַּחוּץ חַיָּיב וכול׳ ; *Haſciochèt vehammaalè bachùtz chaijàu vecullè. Qui mactat, & aſcendere facit extra, reus eſt, &c.* De ijs, qui non ritè iugulant animalia pro Sacrificijs, vel in loco non deſtinato iugulant, & offerunt, ad quid teneantur. Item de immundis, qui comedunt de Sacrificijs, & de alijs, qui extra locum deputatum comedunt. De his, qui ſi de incenſo, munere, & libaminibus aliquid abſtulerint, rei culpa exiſtimantur. De iſtis, & alijs conſimilibus rebus, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 14. & vltimum, פָּרַת חַטָּאת שֶׁשְּׂרָפָהּ חוּץ מִגִּיתָהּ וכו׳ ; *Paràth chattàth, ſceſeraphà chutz migghithaà vecullè. Vacca Sacrificij pro peccato, quæ extra gregem comburitur &c.* & Hircus emiſſarius, qui extra appropinquatur, licitè extra Templum offeruntur, quia ſunt Sacrificia propria offerenda in loco à Lege præſcripto, vt Vacca rufa extra caſtra, Num. 19. v. 3. & Hircus emiſſarius in deſertum emittendus. Et de alijs rebus aptis, vel ineptis pro Sacrificio, an offerendæ ſint extra locum deſtinatum; & quomodo illorum Domini liberi ſint, & quando. Habet *Miſcnaijòth* 10. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 101.

naceis ; ſimila , & oleum non retardant vinum , quod etiam in hac oblatione interueniebat ; nec vinum retardat aſperſiones , quæ in Altari fiebant ; nec vna ex his aſperſionibus aliam impediebat . De his , & de alijs rebus , quæ ſibi impedimento non ſunt , hic agitur . Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 5. כָל הַמְּנָחוֹת בָּאוֹת מַצָּה וכו׳ ׃ *Col hammenachòth baòth matzà Vecullè. Omnia munera adducuntur infermentata &c.* Omnis oblatio farinacea debebat eſſe abſque fermento , præter munus תודה *Thodà Confeſſionis* , ſeù *Gratiarum actionis* , & *duorum panum* , qui in die Pentecoſtes offerebantur , ex Leuit. 23. 17. Explicantur quamplurimæ ritus varietates , quæ contingere poſſunt in huiuſmodi munerum oblationibus ; & de quadruplici munere farinaceo , quod fiebat vel in ſartagine , vel in cacabo ; & extra ipſum, aut erat placenta , aut laganum . Habet *Miſcnaijòth* 9.

Cap. 6. אֵלּוּ מְנָחוֹת נִקְמָצוֹת וְשִׁירֵיהֶן לַכֹּהֲנִים וכו׳ ׃ *E'lu menachòth nikmatzòth Vſcirehèn laccohanim Vecullè. Iſta ſunt munera pugillo ſublata , quorum reſiduum eſt Sacerdotum &c.* Numerantur omnes perſonæ , & omnia munerum genera , quorum reſiduum comedi à Sacerdotibus debet . Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 7. הַתּוֹדָה הָיְתָה בָּאָה חָמֵשׁ סְאִין וכו׳ ׃ *Hattodàh haiethà baà chamèſc ſein Vecullè. Munus Thodà erat quinque ſatorum &c.* Determinantur menſuræ munerum farinaceorum , & ſeruet offerendum ? Reſoluitur , quòd hoc ſit פִּגּוּל *Pigbùl Abominabile*, & qui tale agit , culpam mortalem committit . De his peccatis , quæ hoc modo committi poſſunt , tractatur . Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 3. הַקּוֹמֵץ אֶת הַמִּנְחָה לֶאֱכוֹל דָּבָר וכו׳ ׃ *Hakkomètz eth hamminchà leechòl dauàr Vecullè. Qui pugillo munus* (remouet) *vt aliquid comedat &c.* Quòd quis pugillo auferat munus, hac intentione , vt comedat id, quod comedi non debet , aut intendat adolere id quod non licet , licitum eſt. Vnde ſi Sacerdos pugillum auferens intendat farinam pugillo acceptam comedere , quod non licet ; ſicut è conuerſo , ſi intendat adolere farinam , quæ in vaſe relinquitur , vtrumque ſi intendat , non ob id munus profanatur , ſed remanet ſacrum . Licèt ſuper hoc quædam paucæ diſtinctiones afferantur à Rabbinis , quæ ibidem videndæ ſunt , ſicut & aliæ *Miſcnaijòth* numero 7.

Caput 4. inc. הַתְּכֵלֶת אֵינָהּ מְעַכֶּבֶת אֶת הַלָּבָן וכו׳ ׃ *Hattechèleth ennà meachèueth eth hallauàn , Vecullè. Hyacinthinum non retardat album &c.* Hìc agitur de illis rebus , quarum alia aliam non retardat , aut impedit , ſicut v. g. filum hyacinthinum non impedit filum album in fimbrijs, nec vice verſa ; vnde vno deficiente , ſubſtitui poteſt aliud eius loco ; eodem modo *Thephillà manus* non impedit *Thephillam capitis* , hoc eſt non eſt neceſſe vt ambæ ſimul ſint , ſed harum altera ſufficit ; ſic in caſu de oblationibus fari-

ſeorſim depſuntur, & coquuntur. Panes autem facierum, ſiuè propoſitionis depſuntur quidem ſinguli ſeparatim, ſed bini & bini coquuntur, & typo formantur. De menſura, & qualitate iſtorum panum, atque menſa, ſuper quam colloeabantur, agitur. Item de duabus menſis marmorea, & aurea, vbi reponebantur panes propoſitionis. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 12. הַמְּנָחוֹת וְהַנְּסָכִים שֶׁנִּטְמְאוּ וכו׳; *Hammenachòth vehanneſachìm ſcenithmàu vecullè. Munera, & libamina, quæ immunda ſunt, &c.* Huiuſmodi munera, quę immunda eſſe reperiuntur, quouſque ſanctificata non fuerint in vaſe, poſſunt redimi; poſtea ampliùs non licet. Volatilia, ligna, thus, & vaſa miniſterij redimi non poſſunt. Varij caſus proponuntur circa vaſa, quorum ratione inualida reddi poterunt munera. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Cap. 13. הֲרֵי עָלַי עִשָּׂרוֹן וכו׳; *Harè alài iſſaròn vecullè. Iam ſit ſuper me pars decima &c.* Plura varia dubia, quæ in promiſſionibus munerum occurrere poterant, hìc reſoluuntur. Vt v. g. Si quis diceret: Huius rei decimam partem offerre volo; debet vnam decimam offerre. Sed ſi diceret: Decimas offeram, ſufficit, vt duas ſaltem decimas partes offerat. Si quis verò diceret: Promiſi offerre aliquid, & ſpecificaui numerum decimarum partium offerendarum, ſed modò illarum non memini; debet in hoc caſu offerre ſexaginta decimas partes, hoc eſt ſex res integras illius rei promiſſæ, quia huiuſcemodi munus maximũ omnium eſt, quod offerri ſoleat. Sed

& præcipuè Sacrificij *Thodà*, de quo hìc multa decernuntur. Habet *Miſcnaijòth* ſex.

Caput 8. כָּל קָרְבְּנוֹת הַצִּבּוּר וכו׳; *Col korbenòth hatzibbùr vecullè. Omnia Sacrificia Congregationis &c.* Determinatur, quòd omnia Sacrificia, ſeù oblationes pro vniuerſo cœtu, fieri poſſunt ex farinis frumentorum tùm Terræ Iſraëlis, tùm alterius terræ extraneæ, tam recentibus, quàm veteribus; exceptis pro oblatione עומר *O'mer Faſciculi*, & *duorum panum*, quæ recentes eſſe debent; & ex Terra promiſſionis, & de præſtantiori frumento. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 9. שְׁתֵּי מִדּוֹת שֶׁל יָבֵשׁ הָיוּ בַּמִּקְדָּשׁ וכו׳; *Scetè middòth ſcel iauèſc haiù bammikdàſc vecullè. Duę menſurę aridorum erant in Sanctuario &c.* Numerantur in hoc loco omnes menſuræ, tam aridorum, quàm liquidorum, quæ in Templo reperiebantur; & de illarum vſu hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 10. ר׳ יִשְׁמָעֵאל אוֹמֵר הָעוֹמֶר הָיָה בָא וכו׳; *R. Iſmaël omèr haòmer haià và vecullè. R. Iſmaël dicit: O'mer faſciculum adducebant &c.* Tractatur de ritu ſecandi, & adducendi faſciculum hordeaceum in Paſchate; & de modo parandi farinam eius vnà cum illius Sacrificio. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Cap. 11. שְׁתֵּי הַלֶּחֶם נִילוֹשׁוֹת וכו׳; *Scetè hallèchem niloſciòth vecullè. Duo panes depſuntur &c* Duo panes, qui die Penteçoſtes offeruntur, ſinguli

Caput 2. הַשּׁוֹחֵט אֶחָד בָּעוֹף וכו׳: *Haſciochet echàd baòph, vecullè. Qui abſcindit vnum in volatili &c.* Cùm in collo animalium tam volatiliũ, quàm quadrupedum duo canales reperiantur; quorum alter reſpirationi inſeruit, & vocatur גַּרְגֶּרֶת *Garghèreth*, à noſtris *Trachea*; & alter, per quem cibus in ventriculũ deſcendit, & dicitur וֶשֶׁט *Vèſcet Oeſophagus*: in hoc loco decernitur, quòd in volatili ſufficit, quòd vnus illorũ abſcindatur; in quadrupedibus ambo abſcindi debent, vel ſaltim maior illorum pars; vnde ſi in volatili dimidia tantùm pars vnius abſciſſa fuerit, & in iumento vterque canalis abſciſſus fuerit, vnus integrè, & alter ſecundùm mediam illius partem, *Scechità Iugulatio* declaratur פסולה *Peſulà Illicita*, & inutilis. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Cap. 3. אֵלּוּ טְרֵפוֹת בִּבְהֵמָה וכו׳: *E'lu terephòth babhemà vecullè. Iſta ſunt, quæ illicita reddunt animalia, &c.* Numerantur omnes infirmitates animalis, quibus iudicatur animal per eas non poſſe viuere, ideòque illicitum ad iugulandum pro cibo redditur, & ad veſcendum ineptum. Inter huiuſmodi infirmitates, aut defectus primò numeratur נְקוּבַת הַוֶּשֶׁט *Nekunàth hauuèſcet Vulnus æſophagi*, id eſt ſi œſophagus aliquo modo maculatus fuerit, aliquo foramine à larynge vſq; ad ventriculum; quod eodem modo dicendum eſt de גרגרת *Gharghèreth Trachea*, ſeù *aſpera arteria*, canalis ſcilicet pulmonis, per quem ſpiritus reciprocus trahitur; ſi enim hic canalis à larynge ſuo principio vſque ad brochi finem inciſus

Sed ſi quis dicat abſolutè: Munus offerre volo, debet offerre id quod ei magis placuerit. R. Iudas dicit: Debet offerre munus ſimilæ, quia hoc cæteris præſtantius eſt. Habet *Miſcnaijòth* 11. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt nonaginta tres.

QVINTI ORDINIS KODASC'IM Codex tertius dicitur חוּלִין *Cholin Profanorum*. Tractat de mactatione animalium, quæ in macello fit, pro communi hominum cibo. Ideò profana cenſetur, licèt quibuſdam ceremonijs hoc fiat, quas præterire nefas exiſtimant. Habet Capita 12.

Caput 1. incipit הַכֹּל שׁוֹחֲטִין וּשְׁחִיטָתָן כְּשֵׁרָה וכו׳: *Haccòl ſciochatin vſcechitathàn cheſcerà vecullè. Omnes iugulant, & illorum iugulatio idonea eſt &c.* Determinatur, omnes poſſe pro cibo mactare animalia; viros, & mulieres, exceptis ſurdo, ſtulto, & puero, quia hi poſſunt errare; quòd ſi coram aliquibus peritis animalia mactauerint, illorum mactatio idonea exiſtimatur. Decernitur, quòd Gentilium mactatio ſit abominabilis, & ſi quis animal hoc modo mactatum ſuſtulerit, immundus fiet. Huiuſmodi animalium iugulatio tam de die quàm de nocte, & quolibet die etiam à cæco fieri poterit: quòd ſi die Sabbathi, aut die expiationũ facta fuerit, licèt is, qui eam fecerit, peccati reus efficiatur, attamen iugulationem non improbant. Determinantur etiam inſtrumenta quibus facienda ſit iugulatio, & recenſentur ea, quæ minimè idonea ſunt ad mactationem. Habet *Miſcnaijòth* 7.

reus ſit exciſionis æternæ mortis, ambæ iſtæ mactationes illicitæ erunt, & ij ambo cædendi ſunt quadraginta plagis, vt ſuprà. Intra Terram Sanctam, & in Sanctuario, ſi pro vſu profano iugulentur, ambæ iugulationes illicitæ ſunt, & reus quadraginta flagris cædendus eſt. Intra Sanctuarium pro vſu ſacro, vna ex iſtis mactationibus idonea eſt, altera illicita; ille liber eſt à pœna, ſecundus pœna flagellationis prædictæ reus erit. Alij conſimiles caſus reſoluuntur circa eandem materiam. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 6. incipit כסוי הדם נוהג בארץ ובחוצה לארץ וכול׳ ׃ *Chiſsùi haddàm nohèg baàretz vuchutzà laàretz vecullè. Opertio ſanguinis, ſeruatur ex conſuetudine tam in Terra* (Iſraëlis) *quàm extra eam &c.* Tractat de ſanguine, qui effunditur in mactatione animalis pro cibo, quomodo puluere ſit operiendus; & conſuetudo hæc ſtatuitur obſeruanda tam in terra, quàm extra eam, domo adhuc extante, aut ea diruta; & hoc in omnibus animalibus ſilueſtribus, ſeù feris, & auibus cuiuſcumque ſint generis, & in כוי *Cauì* quod animal ſingulare eſt, nec facilè dignoſci poteſt, an ſit recenſendum inter iumenta, an inter feras (aliqui dicunt quòd ſit Hircoceruus) quod quidem mactari non debet in die feſto; quòd ſi mactetur, ſanguis eius non operitur, vt inde intelligatur, non vt feram, ſed vt iumentum occiſum fuiſſe. Numerantur etiam omnes illæ res, quæ aptæ ſunt ad huiuſmodi ſanguinem operiendum, veluti fimus minutus, calx, lutum, later comminutus. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Ca-

ſus, aut maculatus fuerit טרף *Tarèph* inutile redditur animal ad cibum. Quamplurima alia huius Tarephiæ, & etiam Chaſceriæ aſſignantur hìc ſigna, tam in animalibus, quàm in volatilibus. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 4. בהמה המקשה לילד והוציא העובר את ידו וכו׳ ׃ *Behemà hammakscià lilèd, vehotzì hauubàr eth iadò vecullè. Iumentum quod difficulter parit, & educit fœtum per manum ſuam &c.* Agitur de mactatione animalis prægnantis, cuius fœtum licitè comedi poſſe volunt, quia pars cenſetur matris. Eandem idoneitatē habere volunt, ſi dum iugulatur mater, brachiū, aut pedem emittat, & retrahat; non autem ſi caput: quia, egreſſo capite animalis, cenſetur totum animal natum, & non ampliùs pars eſſe matris; vnde ſi iterum in vterum immittatur, ineptum ad cibum omninò eſſe volunt. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 5. אותו ואת בנו וכו׳ ׃ *Othò veèth benò vecullè. Ipſum, & filium eius &c.* Decernitur, quòd illud præceptum Leuit. 22. 28. de non occidendo bouem, aut pecudem cum filio ſuo eadem die, ſit ſeruandum tam in Terra promiſſionis, quàm extra illam; tam perſiſtente domo, quàm euerſa; tam in profanis cibis, quàm in ſacris. Vnde ſi duo eadem die mactarent vaccam, & vitulum eius pro cibo profano extra terram, vtraque mactatio licita erit quoad vſum ciborum; at quia contra legem facta eſt, is qui id fecit, debet quadraginta plagis vna minùs cædi. Quòd ſi pro Sacrificio extra Terram Sanctam facta ſit, is qui eam fecit,

Iſta, quæ hic referuntur, nempè corium animalis, ius, ſedimentum iuris, medulla ſpinæ dorſi, oſſa, nerui, cornua, & vngues, ex ſe non recipere immunditiam, docent; ſed ſi aſſociantur alijs rebus immundis, ſic ſimul vnita recipere immunditiam ciborum volunt; & ſi coniunguntur carni immundæ, immunda & ipſa euadunt. Vnde ſi quis mactaret animal immundum pro Gentili, dum adhuc ipſum ſpirat, immunditiam ciborum retinet; ita vt ſi res cibaria illud tangeret immunda redderetur: poſtquam autem ſpirauit, quia tunc verè mortuum eſt, amittit immunditiam morticiniorum, quæ tanta non eſt, vti eſt immunditia ciborum. Præterea de corijs agitur, quæ à carne animalis non diſtinguuntur, vt de corio porcino, & capitis vituli lactantis, & de alijs, quibus aliqua pars carnis adheret &c. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 10. הזרוע והלחיים והקבה נוהגין בארץ וכול׳ ׃ *Hazzeròah vchalechaiàim, vchakkeuàh nohaghìn baàretz veculle. Brachiũ maxillæ, & ventriculum ſeruantur in terra &c.* Lex lata Deuter. 18. v. 3. de dando Sacerdoti brachium, maxillas, & ventriculum animalium ſeruanda decernitur in Terra promiſſionis, & extra, perſiſtente domo, & ea diruta, in mactationibus profanis, ſed non in ſacris. Quomodo hæc munera ſint danda, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 11. ראשית הגז נוהג בארץ וכול׳ ׃ *Reſcìth haghèz nohègh baàretz veculle. Principium tonſionis ſeruatur in terra &c.* Agitur in hoc Capi-

pi-

Caput 7. inc. גיד הנשה נוהג בארץ ובחוצה לארץ וכול׳ ׃ *Ghid Hannaſcè nohèg baàretz Vuachutzà laàretz veculle. Neruus contractionis ſeruatur in terra, & extra terram &c.* ex Gen. 32. 32. Vſque ad hodiernam diem non comedunt Iudæi neruum, qui eſt in curuatura femoris animalis, & hæc conſuetudo ſeruatur tam in Terra promiſſionis, quàm extra eam; tam exiſtente domo, quàm ea euerſa; tam in profanis, quàm in ſacris; tam in iumento, quàm in fera, & in ipſorum fœtibus, & in vtroque femore, tam dextræ, quàm ſiniſtræ partis. De huiuſcemodi femoris neruo hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* ſex.

Caput 8. כל הבשר אסור לבשל בחלב וכו׳ ׃ *Col habbaſàr asùr leuaſcèl bechalàu veculle. Omnem carnem prohibitum eſt coquere in lacte &c.* Ex Lege Moſaica Exod. 23. 19. prohibitum eſt coquere hœdum in lacte matris ſuæ. Extendunt præceptum Rabbini ad eſum carnis, & caſei, nolunt enim quòd Iudæi comedere poſſint carnem, & poſtea caſeum, ſed priùs caſeum, & poſtea carnem, permittunt; & hanc legem intelligunt de omni genere carnium præter carnem piſcium, & locuſtarum. Prohibetur etiam ne apponantur hæc duo ſimul in eadem menſa. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Cap. 9. העור והרוטב והקיפה והאלל וכו׳ ׃ *Haòr, Veharotèu Vehakiphà, Vehaalàl veculle. Pellis, ius, coagulum, ſeù ſedimentum iuris relictum in fundo ollæ, medulla ſpinæ dorſi, &c.*

Caput 2. הַלּוֹקֵחַ עֻבַּר פָּרָתוֹ שֶׁל נָכְרִי וכו׳ : *Hallokèach ouàr Parathò ſcel nochrì vecullè. Qui emit Vaccam prægnantem à viro Gentili &c.* Qui negotiatur cum Gentili circa animalia, non tenetur ſeruare hanc legem primogeniti; vbi etiam de ouibus, & de monſtris, quæ ex his naſcuntur, diſſeritur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 3. הַלּוֹקֵחַ בְּהֵמָה מִן הַנָּכְרִי וכו׳ : *Hallokèach behemà min hannocrì vecullè. Qui emit iumentum à Gentili &c.* Si Hebræus emat animal ab extraneo, & neſciat an pepererit primogenitum; R. Iſmaël dicit: Si capra annicula pariat, nulli dubium eſt, quin partus debeatur Sacerdoti; ab anno, & deinceps dubium eſt. Ouis biennis, partus illius cedit in vſum Sacerdotis, deinceps dubium. Vacca, & aſina triennis parturiens partus eſt Sacerdotis, poſtea dubium. Vbi de eo, qui emit à Gentili iumentum, & pullum lactantem, ſolicitus eſſe non debet, an ſit primogenitum nec ne, quia poteſt eſſe filius alterius iumenti, nec primus partus ipſius. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 4. עַד כַּמָּה יִשְׂרָאֵל חַיָּיבִין לְהִטַּפֵּל בַּבְּכוֹר וכול׳ : *Ad cammà Iſraël chaijauìn lehittaphèl babechòr vecullè. Quouſque Iſraëlita tenebitur apud ſe retinere primogenitum? &c.* In minutis animalibus triginta diebus; in magnis quinquaginta diebus. R. Ioſè ait: In minutis, tribus menſibus. Quòd ſi ei Sacerdos, non completo hoc termino, dixerit: Da mihi primogenitum, ei non dabit; quòd ſi ma-

pite de primitijs tonſionis velleris pecorum Sacerdotibus dandis ex Deuter. 18. 4. quæ Lex ſeruanda eſt tam intra quàm extra terram Iſraëlis, etiamſi domus ſit diruta. Habet *Miſcnaijòth* 2.

Caput 12. שִׁלּוּחַ הַקֵּן נוֹהֵג בָּאָרֶץ וכו׳ : *Scillùach hakkèn nohègh baàretz vecullè. Dimiſſio nidi ſeruari debet in terra &c.* Illud præceptum datum Deuter. 22. 6. ne ſuper nidum capiatur mater cum pullis, dicit, quòd ſeruandum ſit tam in terra Iſraëlis, quàm extra, tam tempore Ædis exiſtentis, quàm euerſæ, & quòd de auibus profanis, & ſilueſtribus, non autem de deſtinatis ad Sacrificia, & domeſticis pullis ſit intelligendum. Habet *Miſcnaijòth* quinque. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt ſeptuaginta quatuor.

QVINTI ORDINIS KODASCI'M Codex 4. vocatur בְּכוֹרוֹת *Bechoròth Primogenita.* De primogenitis animalium offerendis in Templo, vel pecunia redimendis, ſi inepti fuerint, hic agitur. Habet Capita 9.

Caput 1. הַלּוֹקֵחַ עֻבַּר חֲמוֹרוֹ שֶׁל נָכְרִי וכול׳ : *Hallokèach ouàr chamorò ſcel nochrì vecullè. Qui accipit fœtum aſinæ viri Gentilis &c.* Emens aſinam prægnantem à Gentili, aut ſocietatem aliquo pacto cum eo iniens, non tenetur iure primogeniti aſini ſcripto, Exod. 13. 13. Vbi de monſtroſis aſinæ partibus, vel aliorum animalium aſininum monſtrum parturientium. Quę omnia abſoluuntur ab hac eadem Lege primogeniti aſini. Habet *Miſcnaijòth* ſeptem.

nem ineptum &c. Præter animalium maculas in ſuperiori Capite enumeratas, recenſentur hìc aliæ grauiores maculæ, & ſi hæ in homine aliquando contingebant, Sacerdotes irregulares efficiebantur, nec eis licitum erat in Sanctuario miniſtrare. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 8. יֵשׁ בְּכוֹר לְנַחֲלָה וְאֵינוֹ בְּכוֹר לַכֹּהֵן וכו׳ ; *Ieſc bechòr lenachalà, Veenò bechòr lacohen Veculle. Eſt primogenitus ad hereditatem, & non eſt primogenitus pro Sacerdote &c.* Diſponitur in Lege Deuteron. cap. 21. v. 17. quòd primogenitus ex hereditate paterna accipere debeat cuncta duplicia. Et hic primogenitus dicitur בְּכוֹר לְנַחֲלָה *Bechòr lenachalà Primogenitus ad hereditatem*, ſeù hereditatis. Alius primogenitus dicitur בְּכוֹר לַכֹּהֵן *Bechòr laCohèn Primogenitus ad Sacerdotem*, ſeù pro Sacerdote, de quo habetur ſermo in Lege Exod. 13. v. 2. & 13. — 34. 20. — Num. 8. 16. & 17. De vtroque primogenito in hoc loco agitur, & dicitur, quòd primogenitorum hominum alius eſt primogenitus ad hereditatem, ſed non pro Sacerdote; alius primogenitus pro Sacerdote, ſed non pro hereditate; alius eſt primogenitus pro hereditate, & pro Sacerdote; & alius neque pro hereditate, neque pro Sacerdote. Hi caſus explicantur ſeorſim, & diuerſorum Rabbinorum ſententiæ adducuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 9 מַעֲשֵׂר בְּהֵמָה נוֹהֵג בָּאָרֶץ וּבְחוּצָה לָאָרֶץ וכו׳ ; *Maaſer behemà noègh baàretz Vuachuzà* maculoſum fuerit, & illud pro cibo petierit, dabit. Primogenita comedi debent annuatim, neque vltra annum poſſunt ſeruari. De hiſce primogenitis maculoſis, aut mundis hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Cap. 5. כָּל פְּסוּלֵי הַמּוּקְדָּשִׁין נִמְכָּרִים בָּאִיטְלִיז וכו׳ ; *Col peſulè hammukdaſcin nimcarim baiteliz Veculle. Omnia inepta pro ſanctitatibus venduntur in plateis &c.* Quæ maculoſa redduntur, illicita ſunt ea Deo offerri, ſed in plateis, quibus reliqua profana venduntur, vendi debent ad pondus libræ vulgaris, & quod inde retrahitur, in vtilitatem Sacerdotis conuerti debet. De maculis animalium etiam agitur; de his, quæ caſu accidente illatæ ſunt ab homine, & de his, quæ fraude, ac malitia hominis factæ ſunt. Illæ abſoluunt reum, iſtæ non item. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 6. incipit עַל אֵלּוּ מוּמִין שׁוֹחֲטִין אֶת הַבְּכוֹר וכו׳ ; *Al èlu mumin ſciochatin eth habbechòr Veculle. Super hiſce maculis mactant primogenitum &c.* Numerantur, & deſcribuntur omnes maculæ, quæ animalibus contingere poſſunt, ob quas licitum eſt Dominis ſibi reſeruare primogenita, eaque mactare ad proprium vſum, & ob id liberantur à iure primogenitorum. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Cap. 7. מוּמִין אֵלּוּ בֵּין קְבוּעִין בֵּין עוֹבְרִין פּוֹסְלִין בָּאָדָם וכו׳ ; *Mumin èlu ben keuuin, ben ouerin poſelin beadàm Veculle. Maculæ iſtæ, tam fixæ, quàm prætereuntes, reddunt homi-*

bat ſeipſum, aut alios æſtimare minori pretio, quàm ſit Siclus, nec maiori quinquaginta Siclis. Vnde ſi quis dediſſet Sacerdoti pro ſuiipſius pretio vnicum Siclum; poſtea ditior factus, ad nihil ampliùs tenebatur: ſi autem dimidium Sicli dediſſet, factus ditior tenebatur dare pro ſuiipſius pretio quinquaginta Siclos. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 3. inc. יֵשׁ בָּעֲרָכִין לְהָקֵל וּלְהַחֲמִיר וכו׳ : *Ieſc baarachìn leakkèl vlhachamir vecullè. Eſt in æſtimationibus minus, & magis &c.* Vt ſi quis diceret: Æſtimo pulchriorem Iſraëlitarum, & deformiorem ſimul, dabit quinquaginta Siclos, quia iſta ſumma taxatur pro homine, nec excedi poteſt, licèt aliquando deminui poſſit. Valor etiam poteſt augeri, vel minui in alijs quatuor caſibus. 1. In agro hereditario, & poſſeſſorio. 2. In boue cornupeta, qui occiderit ſeruum. 3. In muliere ob vim compreſſa. Et 4. in eo, qui calumniatus eſt proximum ſuum. Omnia iſta hic explicantur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 4. הַשַּׂג יָד בְּנוֹדֵר וכו׳ : *Haſſègh iad benodèr vecullè. Attingens manum in Vouente &c.* Ad Caput 27. ver. 8. libri Leuitici, quatuor alij caſus aſſignantur, in quibus leue, & graue; ſiuè minùs, & magis dari poterunt, ſic. Si quis pauper diuitem æſtimaret, dare debet æſtimationem pauperis; ſi autem diues æſtimaret æſtimationem pauperis, dare debet æſtimationem diuitis &c. Habet *Miſcnaijòth* 4.

tzà laàretz vecullè: Decima animalium eſt in vſu tam intra, quàm extra Terram &c. Vniuerſalis conſuetudo eſt, vt decimæ animalium ſolui debeant tam intra, quàm extra Terram Iſraëlis, etiamſi deſtructum ſit Templum; quod intelligendum eſt pro vſu profano, non verò pro Sacrificijs, cùm extra Terram, & Templum non fiant. Hæc autem decimatio fieri debet de animalibus maioribus, vti de bobus, & de animalibus minoribus, veluti de ouibus; non tamen mutari debet, vt pro decima boum dentur oues, & vice verſa. Volunt tamen, vt oues commutari poſſint in capras. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 73.

QVINTI ORDINIS KODASCI'M Codex quintus vocatur עֲרָכִין *Arachìn Aeſtimationes.* Tractat de æſtimatione, & pretio, quo quis alium, vel ſeipſum æſtimat. Hunc valorem ex præcepto Diuino tenetur æſtimans ſoluere Deo, ſecundùm quod ſcriptum eſt in libro Leuitici cap. 27. ferè per totum. Habet Capita 9.

Caput 1. הַכֹּל מַעֲרִיכִין וְנֶעֱרָכִין וכו׳ : *Haccòl maarichìn veneerachìn vecullè: Omnes æſtimant & æſtimantur &c.* Tractat de his, qui appretiare alios poſſunt, & etiam ſeipſos, & quibus non liceat hoc facere; vbi etiam de his, qui votum emittere poſſunt, vel voto ſubijci non permittuntur. Habet *Miſcnaijòth* quatuor.

Caput 2. אֵין נֶעֱרָכִין פָּחוֹת מִסֶּלַע וכו׳ : *En neheracbin pachùth miſſelàa vecullè. Non æſtimantur minori pretio, quàm ſit Selàa &c.* Non lice-

Caput 5. הָאוֹמֵר מִשְׁקָלִי עָלַי נוֹתֵן מִשְׁקָלוֹ אִם כֶּסֶף כֶּסֶף אִם זָהָב זָהָב וכו׳ : *Haomèr miſckali alài nothèn miſckalò, im chèſeph chèſeph, im zahàu zahàu vecullè. Qui dicit: Pondus meum ſuper me, dat pondus ſuum, ſi argenteum, argenteum; ſi aureum, aureum &c.* Referuntur diuerſi caſus, quibus quis ſe obligare poterit ad ſoluendam æſtimationem, quibuſdam conditionibus à ſe factam; vti ſi quis voluerit æſtimare ſeipſum ſecundùm pondus ſui corporis; vel in argento, vel in auro, ſecundùm quod promiſerat, ſoluere debet: Si autem aliquod ſui corporis membrum æſtimare voluerit, Rab. Iudas tradit modum inueſtigandi pondus ipſius, verbi gratia: Si pondus manus ſcire quis voluerit, vas aquæ plenum parare debet, in illud manum vſque ad cubitum intromittat, & extrahat; ſecundùm quantitatem aquæ, quæ effunditur, tantundem carnis, neruorum, & oſſium aſini in vas inijciat, quouſque vacuitas vaſis impleatur, & ſecundùm pondus harum rerum, æſtimare debet manum & cubitum viri. Sed hic agendi modus nõ probatur à R. Ioſe; quoniam carnis carni, neruorum neruis, & oſſium oſſibus pondus nequaquam hic correſpondere poterunt; ſed manus pondus æſtimandum in hoc caſu ad arbitrium ſapientis viri. Habet *Miſcnaijòth* ſex.

Caput 6. שׁוּם הַיְתוֹמִים שְׁלֹשִׁים יוֹם וְשׁוּם הַהֶקְדֵּשׁ שִׁשִּׁים יוֹם וכו׳ : *Sciòm haijethomìm ſceloſcìm iom, veſciòm haekdèſc ſciſcìm iom vecullè. Aeſtimatio pupillorum triginta diebus, & æſtimatio rei ſanctæ ſexaginta diebus, &c.* Pupillorum bona ſi ære alieno ſint obnoxia, vendi non poſſunt, niſi priùs à Iudice pretium illorum æſtimetur, & poſtea per triginta dies mane, & veſpere proclamationes fient. In rebus Deo deuotis idem eſt faciendum, ſed ſexaginta diebus proclamationes fient. Hinc de rebus, quæ Deo ſacrantur, etiam agitur. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 7. אֵין מַקְדִּישִׁין לִפְנֵי הַיּוֹבֵל פָּחוֹת מִשְּׁתֵּי שָׁנִים וכו׳ : *En makdiſcin liphnè haijouèl pachùth miſcetè ſcanim vecullè. Non ſanctificant ante Iubileum minimum duobus annis, &c.* Non licebat bona ſtabilia Deo tradere infra duos annos ante annum Iubilei, neque ea redimere ante annum poſt completum Iubileum; vt ſaltem per triennium Sacerdotes Templi illorum fructibus vterentur. Vnde hic de varijs caſibus ad bona Deo oblata pertinentibus, & quomodo de his agendum ſit in anno Iubilei, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 8. הַמַּקְדִּישׁ אֶת שָׂדֵהוּ בְּשָׁעָה שֶׁאֵינָהּ יוֹבֵל וכו׳ : *Hammakdìſc eth ſadèhu beſciaàh ſceenà iouèl vecullè. Qui ſanctificat agrum ſuum tempore, quo non eſt Iubileum &c.* Ager Domino conſecratus extra tempus Iubilei à Sacerdotibus Templi vendebatur ſub haſta, & meliorem auctionem facienti adiudicabatur. Auctionabatur autem primò is, qui agrum conſecrauerat, quia ei competebat quintam partem addere, eamque ſoluere Sacerdoti,

ex

homine, vel à muliere id factum fuiſſet, vtrumque animal conſecratum remanebat, nec profanari ampliùs poterat; ſed qui id feciſſet, quadraginta plagis plectendus erat. De huiuſmodi mutationibus licitis, vel illicitis hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth 6.*

Caput 2. יֵשׁ בְּקָרְבְּנוֹת הַיָּחִיד וכו׳ ; *Ieſc bekorbanòth haijachid vecullè. Eſt in appropinquationibus particularibus &c.* Quædam prærogatiuæ reperiuntur in Sacrificijs cœtus, quæ non ſunt in Sacrificijs particularis perſonæ, & vice verſa. In Sacrificijs particularibus fiunt mutationes, quæ fieri non poſſunt in Sacrificijs vniuerſitatis. In Sacrificijs particularibus appropinquari poteſt animal maſculum, & fœmina, quòd in Sacrificijs vniuerſitatis non licet niſi maſculum. In Sacrificijs ſingularis perſonæ tenetur qui offert reſarcire damnum; vti ſi animal perditũ, vel furto ſublatum fuerit, Dominus Sacrificij tenetur aliud animal offerre: quod intelligitur etiam de libaminibus. In Sacrificijs vniuerſitatis non tenetur cœtus reſarcire damnum animalis deperditi. Si autem poſtquam oblatum eſt deperditum fuerit, tunc tenebitur tantùm ad libamina. Sacrificia vniuerſitatis impellunt Sciabbàth, & non recipiunt immunditiam, id eſt, fieri poſſunt in Sabbatho, & à Sacerdoribus immundis, neque ob id redduntur immunda; non autem ſic dicendum de Sacrificijs ſingularis perſonæ. R. Meir dicit: *Nonne reum conſtitui Sacerdotem Magnum, qui vitulum fecit in die expiationum pro ſingulari perſona, Sabbathum impulit, & immunditiam recepit?* Sed hoc factum eſt à R. Meir, quia id requirebat tempus fixum, nec tranſ-

ex Leuit. 27. 19. ſi ager ad eum iterum reuertebatur. Et detegitur fraus, quæ in hac oblatione committi poterat. Habet *Miſcnaijòth 7.*

Caput 9. הַמּוֹכֵר אֶת שָׂדֵהוּ בִּשְׁעַת הַיּוֹבֵל וכו׳ ; *Hammochèr eth ſadèu beſciaàth haijouèl vecullè. Qui vendit agrum ſuum tempore Iubilei &c.* Si quis tempore Iubilei agrum ſuum vendiderit, illum redimere non poterit ante biennium ab illius venditione dicente Scriptura, Leuit. 25. 15. *In numero annorum prouentuum vendet tibi,* id eſt ad minus duorum. Si annus infelix fuerit, & ſegetes vredine tangantur, aut aurigine flaueſcant, vel annus ſit intermiſſionis, iſte non computabitur. Ager verò ſatus, vel non ſatus, computatur in anno. Si autem venditus fuerit ager ante principium anni cum fructibus, emptor, duobus annis, trium annorum prouentibus gaudebit. De huiuſmodi venditionibus hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth 8.* Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 50.

QVINTI ORDINIS KODASCIM Codex 6, appellatur תְּמוּרָה *Themurà Permutatio.* De permutatione animalium deſtinatorum pro Sacrificio non facienda, licèt hæc fiat de animali meliori, niſi tantùm ſeruata Lege in Leuit. lata cap. 27. 10. & ſeqq. Habet Capita 7.

Caput 1. הַכֹּל מְמִירִים אֶחָד אֲנָשִׁים וכו׳ ; *Haccòl memirim echàd anaſcìm vecullè. Omnes mutant, vnum homines &c.* Non licebat mutare animal oblatum pro Sacrificio. Quòd ſi ab

tranſferri poterat Sacrificium. Habet *Miſnaijòth* 3.

Caput 3. incipit אֵלּוּ קָדָשִׁים שֶׁוְּלָדוֹתֵיהֶן וּתְמוּרוֹתֵיהֶן כַּיּוֹצֵא בָּהֶן וכו׳: *E'lu kodaſcim ſceualdothehèn vtmurothehèn caiotzè bahèn vecullè. Iſtæ ſunt ſanctitates, quarum filij, & permutationes earum ſunt ſimiles eis, &c.* Animalia oblata pro Sacrificio pacificorum ſi parturiant, illorum partus, ſequuntur naturam matris, erunt & illi Deo dicati, ac ſi primò fuiſſent Deo ſacrati, veluti matres eorum; & ſacrificari debent eodem ritu. Filij autem filiorum iſtorum, an hanc prærogatiuam ſequantur, diſputant Rabbini. Habet *Miſnaijòth* 5.

Caput 4. וְלַד חַטָּאת וּתְמוּרָה חַטָּאת וְחַטָּאת שֶׁמֵּתוּ בְּעָלֶיהָ וכו׳: *Vàled chattàth vtmurà chattàth ſcemèthu bealèah vecullè. Filius Sacrificij pro peccato, & permutatum animal cum animali Sacrificij pro peccato, & Sacrificium pro peccato cuius Dominus mortuus eſt &c.* Si deperditum fuerit animal determinatum pro Sacrificio, & poſt elapſum annum inuentum fuerit maculoſum, ſi illius Dominus expiatus fuerit à peccato, morietur animal, id eſt occidi non poterit, ſed viuere permittetur quouſque naturali morte moriatur, neque aliquid vtilitatis ex eo percipi debet, neque ſacrilegium committitur ſi furetur; ſi autem priùs expiatus non fuerit Dominus eius, prædictum animal in paſcua emittitur, donec macula in eo naſcatur, poſtea venditur, & pretium in aliud conſimile impenditur, & ſanctificatur. Hoc verò recipit permutationem, & ſacrilegium. Habet *Miſnaijòth* 4.

Caput 5. כֵּיצַד מַעֲרִימִים עַל הַבְּכוֹר וכו׳: *Chetzàd maarimim al hàbbechòr vecullè. Quomodo callide agunt circa primogenitum &c.* Oſtenditur modus, quo quis defraudare poſſit Sacerdotem circa primogenitum, & circa Sacrificium pacificorum. Si quis noluerit dare primogenitum animalis prægnantis, debet dicere. Si maſculum pepererit eſto pro holocauſto, ſi fœmina eſto pro Sacrificio pacificorum. Si maſculum, & fœminam ſimul, mas ſit pro holocauſto, fœmina pro Sacrificio pacificorum. Si pariat maſculum, erit pro holocauſto, & nihil percipiet Sacerdos, ſi fœmina, pectus, & armus dexter erit Sacerdoti, reliquum carnis erit Domino. De his, & alijs determinationibus, quæ fiunt ante partum circa permutationes agitur in hoc loco. Habet *Miſnaijòth* 6.

Caput 6. כָּל הָאֲסוּרִין עַל גַּבֵּי הַמִּזְבֵּחַ אוֹסְרִים כָּל שֶׁהֵן וכו׳: *Col haaſurin al ghabbè hamizbèach, oſcrim col ſcehèn vecullè. Omnia, quæ prohibentur in Altari prohibita etiam ſunt omnia, quæ ad ea ſpectant &c.* Animalia, quæ prohibita ſunt offerri pro Sacrificio, ſi cum alijs, quæ prohibita non ſunt, miſceantur, omnia redduntur immunda, nec offerri poterunt; quæ autem prohibentur offerri, veluti immunda hic numerantur. Habet *Miſnaijòth* 5.

Caput 7. & vltimum. יֵשׁ בְּקָדְשֵׁי מִזְבֵּחַ מָה שֶׁאֵין בְּקָדְשֵׁי בֶּדֶק הַבַּיִת

excidetur. הכרת בעולם הזה תכרת לעולם הבא *Excidendo in hoc ſeculo, excidetur in ſeculo futuro*. Ita R. Moſes Bar Maijmonis in Miſcnà Cod. *Sanhedrìn* cap. חלק *Chèlek*, ex Rabbinis. Habet Capita 6.

Cap. 1. שְׁלֹשִׁים וָשֵׁשׁ כְּרִיתוּת בַּתּוֹרָה וכו׳ ; *Sceloſcìm vaſcèſc cherethòth battorà veculle. Triginta ſex exciſiones* (ſunt) *in Lege &c.* Numerantur omnia delicta Deo reſeruata, & in Lege recenſita, quibus pro pœna aſſignatur כרת *Careth Exciſio animæ*. Et ſunt: Copulam habere cum matre; 2. cum vxore patris; 3. cum nuru; 4. cum maſculo; 5. cum iumento; 6. cum muliere, & filia ipſius; 7. cum muliere nupta; 8. cum ſorore; 9. cum ſorore patris; 10. cum ſorore matris; 11. cum ſorore vxoris; 12. cum vxore fratris ſui; 13. cum vxore fratris patris ſui; 14. cũ menſtruata; 15. probris (Deum) afficere; 16. Idololatriam committere; 17. de ſemine ſuo Idolo Moloch offerre; 18. Pythonicam artem exercere; 19. Sabbathum profanare; 20. comedere de ſancto, ſi quis ſit immundus; 21. ingredi in Sanctuarium, pollutum, 22. manducare adipem, & ſanguinem; 23. manducare id, quod relictum fuit de Sacrificio; 24. carnem abominationis; 25. mactare, & ſacrificare extra locum pro Sanctuario deputatum; 26. comedere fermentatum in Paſchate; 27. manducare, & opera exercere in die expiationum; 28. Præparare oleum pro Vnctione ſancta; 29. conficere ſuffitum ſacrum; 30. vngere oleo vnctionis; 31. non ſacrificare Agnum Paſchalem; 32. non circumcidere, ſeù irritam facere Circumciſionem. Iſta duo vl-

הַבַּיִת וכו׳ ; *Ieſc bekodſcè mizbèach mà ſcèen bekodſcè bèdek habbàith veculle. Eſt* (aliquid) *in ſanctitatibus Altaris, quod non eſt in ſanctitatibus fractura Domus &c.* Quædam prærogatiuæ reperiuntur in Sacrificijs pertinentibus ad Altare, quæ non reperiuntur in Sacrificijs ſpectantibus ad ſarta tecta Templi, & vice verſa. Iſta in hoc loco numerantur, & explicantur. Huius Capitis ſunt *Miſcnaijòth* 6. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 35.

QVINTI ORDINIS KODASCIM Codex 7. dictus כְּרִיתוּת *Cherethòth De exciſionibus*. Tractat de Præceptorum præuaricationibus, quorum tranſgreſſores non puniuntur pœna temporali in hoc mundo à Iudicibus inflicta, ſed punitio ipſi Deo reſeruatur. Hæc autem punitio vocatur כֶּרֶת *Chèreth*, vel כָּרֵת *Carèth Exciſio, amputatio*, de qua dicitur Num. 15. 30. *Anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit &c. quoniam Dominum ipſe* מְגַדֵּף *Meghadèph probris afficit*, וְנִכְרְתָה *Venichrethà & excidetur anima ipſa è medio populi ſui*. Quod excidium intelligunt Rabbinorum nonnulli mortem intempeſtiuam ante annum 50., ita vt ſi quis delictum commiſerit exciſionis, abbreuientur dies eius; vel ſi non abbreuientur, moriatur abſque liberis. Alij volunt per *excidiũ* intelligi & mortem temporalem, eamque intempeſtiuam, & abſque liberis in hoc mundo, & æternam in alio: in hunc ſenſũ exponunt illud Numer. cit. cap. 15. ver. 31. הכרת תכרת *Hiccarèth thiccarèth Excidendo*

cium offerendum, quod eſt minus? Sed ei reſponderunt: Quid ſi ipſe dicat: Per ſuperbiam, & contemptum hoc feci? Tunc enim ſententia R. Meir deluſa remanebit: nam ſi quis adipem comedat, vel quid ſimile faciat proteruè, Iudicum Synedrij non ſubiacet ſententiæ, ſed Dei. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 4. inc. סָפֵק אָכַל חֵלֶב סָפֵק לֹא אָכַל וכו׳׃ *Saphèk achàl chèleu, ſaphèk lo achàl vecullè. Dubitat quis comediſſe adipem, & dubitat non comediſſe &c.* In rebus dubijs vult, vt afferatur Sacrificium pro delicto ſuſpenſo, id eſt dubio. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 5. דַּם שְׁחִיטָה בַּבְּהֵמָה בַּחַיָּה וכו׳׃ *Dam ſcechità babehemà, bachaià vecullè. Sanguis animalis, & feræ &c.* De ſanguine diuerſarum partium animalium, & piſcium hìc agitur, & diſputatur; an omnes ſint ad eſum prohibiti, vel ex his aliqui permitti debeant. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 6. & vltim. הַמֵּבִיא אָשָׁם תָּלוּי וְנוֹדַע לוֹ שֶׁלֹּא חָטָא וכו׳׃ *Hammeuì haſciàm talùi, venodàa lò ſcelò chatà vecullè. Qui offert Sacrificium pro delicto ſuſpenſo, ſeù dubio, & poſtea cognoſcit ſe non peccaſſe &c.* Si dum offertur Sacrificium dubium pro peccato, certè conſtabit, peccatum, pro quo offertur, non fuiſſe commiſſum, ſi nondum occiſum eſt animal, debet iſtud dimitti ad gregem, vt cum reliquis paſcat, & nutriatur, quouſque aliqua macula ei obueniat; poſtea vendi debet, & pecunia in vſum ſacrum inſumi. De dubijs peccatis, quæ poſtea extra dubie-

ta-

vltima præcepta ſunt affirmatiua, reliqua ſunt negatiua. Deficiunt 4. à num. aſſignato 36. quæ iniſtis includuntur. Si quis voluntariè ea commiſerit & ſuperbè reus eſt exciſionis: ſi ignoranter, ferre debet Sacrificium pro peccato; ſi dubitat ſe feciſſe, aut non feciſſe, offeret Sacrificium pro delicto ſuſpenſo, ſiuè dubio. Vnde quædam alia ad hæc ſpectantia habentur in hoc capite. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 2. inc. אַרְבָּעָה מְחוּסְּרֵי כִּפּוּרִים וכו׳׃ *Arbaahà mechuſarè chipp urim vecullè. Quatuor (ſunt) deficientes expiatione &c.* Numerantur hi, qui non ratione culpæ, quam non commiſerint, ſed vt de carne ſancta comedere poſſint, Sacrificium offerunt. De huiuſmodi Sacrificijs hìc agitur, Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 3. inc. אָמְרוּ לוֹ אָכַלְתָּ חֵלֶב מֵבִיא חַטָּאת וכו׳׃ *Amerù lo: acàlta chèleu. Meuì chattàth vecullè. Dixerunt ei: Comediſti adipem. Affert Sacrificium pro peccato &c.* Si quis per errorem adipem comediſſet, poſtquam dictum eſt ei: Tu adipem comediſti, tenetur offerre Sacrificium pro peccato. Vnus teſtis dicit: Comedit (aliquid prohibitum), & alius teſtis dicit: Non comedit, offeret Sacrificium dubium pro delicto. Vnus teſtis dicit: Manducauit. Et ipſe dicit: Non manducaui; immunis eſt. Duo dicunt: Manducauit; ipſe verò dicit: Non manducaui. R. Meir illum reum declarat, ſuæque ſententię rationem affert à maiori ad minus, hoc pacto. Si duo teſtes (inquit) reum condemnant ad mortem, quod eſt maius: non condemnabunt ad Sacrifi-

Leuit. 1. 15. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 3. וָלָד חַטָּאת וּתְמוּרַת חַטָּאת וכו׳׃ *Vàled chattàth vtmuràth chattàth vecullè. Filius animalis oblati pro Sacrificio pro peccato: & animal oblatum pro eodem Sacrificio, ſed mutatum &c.* Si antequam ſacrificetur animal, illius Dominus moriatur, non perficitur Sacrificium, ſed animal ſacrificandum, relinquitur in paſcuis quouſque ex ſe moriatur, neque ex hoc datur præuaricatio. In aliquibus caſibus poterit vendi, & eius pretium conuerti in vſum ſacrum. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. inc. קָדְשֵׁי הַמִּזְבֵּחַ מִצְטָרְפִין זֶה עִם זֶה וכו׳׃ *Kodſcè hammizbèach mitztarephìn ze im ze vecullè. Sanctitates Altaris coniunguntur ſimul &c.* Paruæ tranſgreſſiones, quæ in rebus ſacris, & ad Altare pertinentibus ſæpè fiunt, ſimul coniunguntur, & magna tranſgreſſio euadit; vt ſi profanus de Sacrificio comedat quantum eſt oliuæ quantitas, reus cenſetur: ſi quis verò ex diuerſis Sacrificijs particulas oliua minores decerpat, & comedat, ſimul tamen collectas oliuæ magnitudinem excedant, peccati reus decernitur, & hac lege præuaricationis tenetur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 5. הַנֶּהֱנֶה שָׁוֶה פְּרוּטָה מִן הַהֶקְדֵּשׁ וכו׳׃ *Hannehenè ſciauè perutà min hahekdèſc vecullè. Qui vtilitatem percipit de re ſacra quantum eſt valor minimi quadrantis &c.* Prohibitum eſt vti re aliqua ſacra, licèt minima, ſub pœna præuaricationis מעילה *Meilæ* offerendi Sacrificium. Sunt autem aliquot caſtatem cognoſcuntur non perpetrata, & de præſtantia Sacrificiorum ratione animalium, quorum alterum in Sacrificijs alteri præcedere debeat ſecundùm Legem, potiſſimùm hic agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 38.

QVINTI ORDINIS KODASCI'M Codex 8. vocatur מְעִילָה *Meilà Præuaricatio, tranſgreſſio,* quod intelligitur circa res Deo dicatas, vt nulli liceat de rebus Deo oblatis vſum, vel fructum percipere. Et de ijſdem ſi malè adminiſtrentur, vel non ritè offerantur, quomodo hæc culpa ſit expianda, oſtenditur. Habet Capita 6.

Caput 1. incip. קָדְשֵׁי קָדָשִׁים שֶׁשְּׁחָטָן בַּדָּרוֹם מוֹעֲלִים בָּהֶן וכו׳׃ *Kodſcè Kodaſcìm ſceſcechatàn baddaròm moalìm bahèn vecullè. Sanctitates ſanctitatum, quæ mactantur ad Auſtrum, tenentur hac lege præuaricationis, &c.* Errores, qui committuntur circa adminiſtrationem Sacrificiorum, expiari debent Sacrificio. Habet *Miſcnaijòth* quatuor.

Caput 2. חַטַּאת הָעוֹף מוֹעֲלִין בָּהּ וכו׳׃ *Chatàth haoph moalìn bàha vecullè Sacrificium pro peccato de auibus, recipere poteſt præuaricationes, &c.* In hiſce Sacrificijs ex volatilibus etiam committi poteſt prædicta præuaricatio; vt ſi quis mactaret auem pro Sacrificio ſecundùm ritum cæterorum animalium, committeret hanc præuaricationem, cùm debuiſſet ei contorquere ad collum caput, & rumpere vulneris locum, ex

Caput 2. רָאוּהוּ אֶחָיו שֶׁיָּרַד וכו׳: *Rauhù echàu ſceiaràd vecullè. Viderunt fratres eius quòd deſcenderat, &c.* Qui ſeruitio Altaris deſtinatus erat, celeriter opera ſua peragebat; & reliqui fratres ſui, ſeù ſocij, ablutis manibus, & pedibus idipſum faciebant, & miniſteria circa Altare exercebant, quæ in hoc Capite recenſentur. Habet *Miſcnaijòth* quinque.

Caput 3. אָמַר לָהֶם הַמְּמוּנֶּה בּוֹאוּ וְהָפִּיסוּ וכו׳: *A'mar laèm hammemunè bòu vehappìſu, vecullè. Dicit ad eos Præfectus: Venite, & ſortem mittite &c.* Diſtribuuntur officia per ſortem inter Sacerdotes, cuinam contingat mactare, ſanguinem victimæ colligere, & effundere, excinerare Altare, & cadauera remouere, & cætera præſtare, quæ ad Altaris cultum, & Candelabri ſeruitium pertinebant. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 4. לֹא הָיוּ כוֹפְתִין אֶת הַטָּלֶה וכו׳: *Lo haiù chophethìn eth battalè vecullè. Non incuruant Arietem &c.* Agitur hic de ritibus mactandi victimas, & quomodo non contorquendum ſit totũ animal, nec ligandi pedes illius omnes ſimul, ſed alter anteriorum cum altero poſteriorum eiuſdem lateris; & ſic de altero anteriori, & poſteriori faciendum; quia hoc modo dicunt fuiſſe ligatum Iſaacum, dexteram manum cum dextero pede, & ſiniſtram manum cum ſiniſtro pede. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 5. אָמַר לָהֶם הַמְּמוּנֶּה בָּרְכוּ בְּרָכָה אַחַת וכו׳: *Amar la-*

casus, qui hìc referuntur, in quibus non incurritur hæc pœna. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 6. & vlt. הַשָּׁלִיחַ שֶׁעָשָׂה שְׁלִיחוּתוֹ בַּעַל הַבַּיִת מָעַל וכו׳: *Haſcialiach ſceaſsà ſcelichutò bàal habbàith màal vecullè. Mandatarius, qui mandatum ſibi commiſſum adimplet, Dominus domus, qui mandauit, reus efficitur, &c.* Si quis mandat alicui, vt de re ſacra aliquid auferat, non mandatarius, ſed qui mandat, & iubet, præuaricationis pœnæ ſubijcitur. Si mandatum excedat, vel non adimpleat, ipſe mandatarius reus decernitur. Habet *Miſcnaijòth* 6. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 38.

QVINTI ORDINIS KODASCI'M Codex nonus vocatur תָּמִיד *Thamìd Iuge*, nempè *Sacrificium* quotidianum, duorum Agnorum, quorum alter manè, alter veſperi offerebatur, de quo in libro Numer. cap. 18. v. 3. & 4. Habet Capita 7.

Caput 1. בִּשְׁלוֹשָׁה מְקוֹמוֹת הַכֹּהֲנִים שׁוֹמְרִים וכו׳: *Biſcloſcià mekomòth haccohanìm ſciomerìm vecullè. Tribus in locis Sacerdotes ſunt excubantes &c.* Tria erant loca in Templo Ieroſolymitano, quibus excubabant Sacerdotes. Primus vocabatur בֵּית אַבְטִינָס *Beth Autinàs*; 2. Beth הַנִּיצוֹץ *Hannitzòtz*; 3. Beth הַמּוֹקֵד *Hammokèd*. Deſcribuntur ſitus, & forma iſtorum locorum, & ritus miniſtrandi circa Altare. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Quando Summus Sacerdos accedebat ad ſacra peragenda, tres alij Sacerdotes eum comitabantur, vnus à dextris, alius à ſiniſtris, & tertius ad pectus ipſius vbi erant gemmæ in rationali iudicij, eumque ſuſtentabant, ne ex aliqua parte vacillaret; ingrediebatur in Sanctũ, & adorabat. Cùm autem ij, qui foris erant Sacerdotes, audiebant eum ambulantem, remouebant aulæum, & ſinguli ingrediebantur, adorabant, & recedebant. De ſeruitute facienda Sacerdoti Summo à Sacerdotibus dum rem ſacrã peragebat, & de inſtrumentis muſicis, quę Leuitę pulſabant, atq; Canticis, quæ eo tempore canebant, præcipuè hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 4. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 34.

QVINTI ORDINIS KODASCIM Codex decimus dicitur מִדּוֹת *Middòth Menſura*. Tractat de *Menſuris Templi Ieroſolymitani*, in quo tota ſecundæ Domus ſtructura cum partibus ſuis diſtinctè deſcribitur, & menſuratur, ſecundùm relationem R. Eliezaris Ben Iacobi, qui euerſionem huius Templi vidit cap, 1. huius Codicis num. 2. Vide *Iuchaſsin* pag. 30. b. 51. & 52. Habet hic Codex Capita 5.

Caput 1. בִּשְׁלֹשָׁה מְקוֹמוֹת הַכֹּהֲנִים שׁוֹמְרִים וכו׳: *Biſcloſcià mekomòth Haccohanìm ſciomerìm Vecullè. Tribus in locis Sacerdotes excubias agunt, &c.* Incipit hæc Miſcna eodem prorsùs modo ac incipiat Miſcna prima primi Capitis præteriti Codicis. Itaque de excubijs hìc agitur. De Templi portis, & præcipuè de Porta Orientali, cui שושן *Sciuſciàn Suſan* Ciuitatis imago erat, per

labèm hammemunè, Barechù birchàth achàth vecullè. Dixit eis Præfectus: Benedicite benedictionem vnam &c. Præcipiebat Præfectus, vt antequam opus Diuinum inciperent, præmitterent benedictionem; & inter benedictionem, & opus ſacrum non licebat aliquid operis interponi, nec verbulum quidem proferri. Primò, recitabant decem Dei præcepta; poſtea aliquot paruas Sectiones Legis; veluti שמע *Scemàa Audi Iſraël &c.* (ex Deuteron cap. 16. 4. &c.) *Et erit ſi audiendo* (Deuteron 11. 13. &c) deinde benedicebant populo tribus benedictionibus, quæ incipiunt אמת ויציב ועבודה *Emèth Veijatziu vaauodà*, quas adhuc hodie in ſuis orationibus recitant in oratione matutina. Tandem proferebant benedictionem Sacerdotum ex Numer. 6. 23. *Sic benedicetis filijs Iſraël &c.* & in Sabbatho aliam benedictionem addebant, & ad ſua miniſteria exercenda ſecundùm, quod eis per ſortem contigerat, accedebant. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Cap. 6. הֵחֵלּוּ עוֹלִים בְּמַעֲלוֹת הָאוּלָם וכו׳: *Hechelù olim bamaalòth haulàm vecullè. Incipiebant aſcendere gradus porticus &c.* Aſcendebant Sacerdotes per gradus ordinatim, & eodem modo functionem ſuam obibant, quæ hìc ſecundùm ſuam ſeriem deſcribuntur. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 7. & vltimum בִּזְמַן שֶׁכֹּהֵן גָּדוֹל נִכְנָס לְהִשְׁתַּחֲוֹת וכול׳: *Bizmàn ſceccohèn gadòl nicnàs leiſctachaùoth vecullè. Tempore, quo Sacerdos magnus ingreditur ad adorandum &c.*

Caput 4. inc. פִּתְחוֹ שֶׁל הֵיכָל גָּבְהוֹ עֶשְׂרִים אַמָּה וְרָחְבּוֹ עֶשֶׂר אַמּוֹת וכו׳ ; *Pithchò ſcel Hechàl gabbchò eſrìm ammà, verochbò èſer ammòth vecullè. Porta Templi altitudo erat viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum &c.* De foribus, & valuis Templi, & de duobus oſtiolis, quæ erant in porta magna Templi; de thalàmis, & eius portis; de ſcala Cochlide per quam in thalamorum tecta aſcendebatur. Templum menſuratur, & muri eius. Item porticus, & figura Templi deſcribitur ad modum figuræ Leoninæ; quia dicitur: *Væ Ariel Ariel Ciuitas vbi caſtrametatus eſt Dauid* (Iſai. 29. 1.) Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 5. & vltimum כָּל הָעֲזָרָה הָיְתָה אֹרֶךְ מֵאָה וּשְׁמוֹנִים וְשֶׁבַע וכו׳ ; *Col haazaràh haiethà òrech meàh vſcmonim veſcèua vecullè. Totius atrij longitudo erat centum & octoginta ſeptem* (cubitorum) *&c.* Menſurantur Atrium, Templum, Altare, ambulacrum Sacerdotum, ſpatium inter porticum & Altare; locus propitiatorij, & cætera eiuſmodi. Numerantur Conclauia, & illorum vſus aſſignantur. De veſtibus Sacerdotalibus nigris, & albis; nigras, ſi inquinati fuiſſent, induebant; albas, ſi mundi. In Conclaui הגזית *Haggazìth Cæſi lapidis* ſedebat Senatus magnus Sanhedrinorum, qui & Sacerdotes ipſos iudicabant. Habet *Miſcnaijòth* 4. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 33.

QVINTI ORDINIS KODASCI'M Codex vndecimus & vltimus di-

per quam intuebatur Sacerdos Magnus, dum ex aduerſo in monte Oliuarum comburebatur vacca rufa, de qua in libro Num. c. 19. vbi deſcribitur huius Sacrificij ritus, quod extra Templum fieri decernitur. Item de alijs Portis, Conclauibus, & de his qui in Templo dormiebant, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 2. הַר הַבַּיִת הָיָה חָמֵשׁ מֵאוֹת אַמָּה עַל חָמֵשׁ מֵאוֹת אַמָּה וכו׳ ; *Har habbàith haià chamèſc meòth ammà al chamèſc meòth ammà vecullè. Mons Domus* (Domini erat quadratus, & ſingula latera) *erant quingentorum cubitorum &c.* De ambitu quadrato montis Templi; de ingreſſu, & exitu per portas Templi ſibi obuerſas; de parietibus Templi; de Atrijs, gradibus, eorundemque omnium menſuris ſigillatim tractatur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 3. הַמִּזְבֵּחַ הָיָה שְׁלֹשִׁים וּשְׁתַּיִם עַל שְׁלֹשִׁים וּשְׁתַּיִם וכו׳ ; *Hammizbèach haià ſcloſcìm vſctàim al ſcloſcìm vſctàim vecullè. Altare erat triginta duorum cubitorum ſupra triginta duo cubita &c.* Id eſt Altare erat quadratum, & in vnoquoque latere habebat cubita triginta duo. Singulæ partes Altaris diligentiſſimè dimetiuntur in hoc loco; & annulorum, atque labri, & oſtiorum, quæ circa Altare erant, vſus deſcribuntur, & menſurantur. Vbi de Vite aurea, quæ ſupra portam Templi expandebat palmites, cuius folia ſeù pampini, & botri erant pariter aurei. Habet *Miſcnaijòth* 8.

הרי עלי עולה *Sit ſuper me holocauſtum*; & forma ſpontaneæ oblationis הרי זו עולה *Sit hoc pro holocauſto*. Inter vtrumque hoc intereſt; quòd animalis, aut auis Sacrificium Voto promiſſum, ſi ante mactationem reddebatur ineptũ, non licebat in vſum profanũ, aut ſacrũ illud conuertere; ſed animalia, aut aues ſeorſim ſinebant, quouſque naturali morte morerentur: & ſi fuiſſent furto ablata, alia in locum eorundem ſubſtitui debebant. In ſpontaneis verò Sacrificijs in eo caſu mori quidem ſinebantur, vt ſuprà, ſed ſi eſſent furto erepta, alia in locum priorum ſubſtitui non debebant. Alia ad hunc eundem finem in hoc Capite continentur, cuius *Miſcnaijòth* ſunt 4.

Caput 2. קֵן סְטוּמָה שֶׁפָּרַח מִמֶּנָּה גוֹזָל לָאֲוִיר וכו׳: *Ken ſetumà ſeparach mimmènna ghozàl laauèr vecullè. Nidus occluſus, ex quo pullus columbarum auolat &c.* Nidi occluſi, dicuntur nidi domeſticorum volatilium, vti columbarum, qui intra domeſticos parietes conſeruantur. De pullis iſtorum nidorum hìc agitur. Si itaque aliquis ex illis pullis deſtinatis pro Sacrificio moriatur, illius loco ſufficiendus eſt alius conſimilis. Quòd ſi inter alios profanos aliquis ex eis auolet, omnes redduntur profani. Si iterum in ſuũ nidum reuertatur, profanum reddit ſocium. Idem ferè ſentiendum, ſi ex nido domeſtico pullus deſtinatus pro Sacrificio auolet in nidum publicum, id eſt ex vno columbario in aliud migret; tunc enim alius pullus ſubſtituendus eſt in locum eius. Quòd ſi ille, qui anolauerat reuertatur in priorem nidum, tunc omnes morientur morte naturali, quia

dicitur קִנִּים *Kinim De nidis*, id eſt de pullis ex nido ſublatis offerendis pro Sacrificio à pauperibus: nam perſonæ, quæ offerebant, erant triplicis generis: diuites, mediocres, & pauperes. Diuites pro expiatione ſuorum peccatorum offerebant pro Sacrificio animalia magna, veluti vitulos, aut boues. Mediocres, offerebant animalia mediocria, vti arietes, & oues. Pauperes verò offerebant turtures, aut pullos columbarum. De huiuſmodi Sacrificijs, & oblationibus pauperum in hoc Codice agitur, cuius Capita ſunt 3.

Caput 1. חַטָּאת הָעוֹף נַעֲשֵׂית לְמַטָּן וכו׳: *Chattàth haòph neeſsèth lematàn vecullè. Sacrificium pro peccato in volatilibus fit infernè &c.* Altare Sacrificiorum per circuitum quoad altitudinem erat in duas partes diuiſum. Hæc diuiſio deſignabatur מחוט הסקרא *filo coccineo*. Quando autem in Sacrificio *pro peccato* Sacerdos ſanguinem aſpergebat; ſi Sacrificium erat ex volatilibus, aſpergere debebat infernè, i. e. infra filum rubrum: in eodem Sacrificio pro peccato in animalibus aſpergebat ſupra filum. Si autem fuiſſet Sacrificium holocauſti, è contra fiebat; in volatilibus ſupra filum, in quadrupedibus infra filũ. Si hunc ordinem inuertebat, inutile reddebatur Sacrificium. Si vtraque oblatio, pro peccato, & holocauſti, ſimul permixta fuiſſet, vel mente excidiſſet, quænam eſſet pro peccato, & quænam pro holocauſto, vtraq; cenſenda erat pro holocauſto. Diſtinguitur etiam in materia Sacrificiorum inter נדרים *Nedarim Vota*, & נדבות *Nedauòth Spontaneas oblationes*. Ita vt forma Voti conſiſtat in his verbis

ORDO SEXTVS appellatur טְהָרוֹת *Taharòth Purificationum*. In eo agitur de legalibus Purificationibus, quæ medijs baptiſmatibus, ſiuè intinctionibus, & ablutionibus fiebant, quibus peractis ab immunditijs iam contractis cenſebantur purificati, & ad ſua munera exercenda reddebantur idonei. In hoc Ordine reperiuntur Codices XII. hoc modo ſecundùm communiorem opinionem diſpoſiti.

1. מקואות׃ 2. פרה׃ 3. ידים׃
4. אהלות׃ 5. נגעים׃ 6. זבים׃
7. נדה׃ 8. טהרות׃ 9. כלים׃
10. טבול יום׃ 11. מכשירין׃
12. עוקצים׃

Huius igitur SEXTI ORDINIS Codex 1. vocatur מִקְוָאוֹת *Mikuaòth Conceptacula aquarum*. De balneis hìc agitur, in quibus lauabantur polluti, tam maſculi, quàm fœminæ, vt inde egrederentur purificati. Habet Capita decem.

Caput 1. incipit שֵׁשׁ מַעֲלוֹת בַּמִקְוָאוֹת זו לְמַעְלָה מִזּוֹ וכו׳׃ *Sceſc maalòth bamikuaòth, zò lemaalà mizzò Vecullè. Sex gradus dantur in conceptaculis aquarũ alter altero ſuperior. &c.* A parua foſſa, in qua recipi poſſunt aquæ, vſque ad maiorem, quæ lauacrum vocari poterit, ſex gradus aſſignantur foſſarum, quarum nullus balneum conſtituit, niſi quadraginta ſata contineat aquarum. Et hæc eſt menſura balneorum. Quòd ſi ſatorum quadraginta minor fuerit numerus, balneum inualidum redditur. Bibit ex aqua balnei

quia omnes redditi ſunt profani, & inhabiles ad Sacrificium, nec eis vti licebat. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 3. בַּמֶּה דְבָרִים אֲמוּרִים וכו׳׃ *Bammè deuarìm amurìm Vecullè. In quibus verbis dicta ſunt &c.* Suprà in 1. Capite n. 2. dictum fuerat, quòd pulli columbarum, v. g. deſtinati pro Sacrificio pro peccato, ſi miſceantur cum alijs electis pro holocauſto, vel vice verſa, omnes redduntur inepti pro Sacrificio, & mori debeant morte naturali, ſeparati ab alijs, etiamſi vnus miſceatur inter mille.

Si autem pulli columbarum pro Sacrificio pro peccato deſtinati miſceantur cum alijs pullis pro peccato, non erunt idonei pro Sacrificio, niſi fuerint commixti cum alijs eiuſdem numeri, vt vnus cum altero, duo cum duobus, tres cum tribus &c. tunc enim illorum medietas, ſiuè etiam minor pars erit idonea, alia medietate, vel maiori parte remanente inepta. Hic enucleatiùs iſta expenduntur. Sicut de Sacerdote, qui aliter feciſſet ex ſuo arbitrio, vel caſum huiuſmodi conſuluiſſet cum peritis. Vnde quædam proponuntur de ſpontaneis oblationibus indebitè factis, & à Sacerdotibus malè adminiſtratis. Habet *Miſcnaijòth* 6. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 14. Et ſic -

Finit סדר חמישי שהוא סד׳ קדשים *Ordo quintus de Sanctitatibus*, cuius מסכתות *Maſſachthòth Codices* ſunt 11. פרקים *Perakim Capita* 91. משניות *Miſcnaijòth Paragraphi* 583.

neis, quæ non habent requiſitam menſuram quadraginta ſatorum aquæ, ſi in vtroque לוג *Logh Sextarium* cum dimidio, aquæ mundæ infundatur, & vtriuſque balnei aquæ inter ſe miſceantur, An vtrumque balneum idoneum ſit pro immerſione? De mixtione aquarum mundarum, vel immundarum, quarum ratione balnea redduntur munda, vel immunda in hoc Capite agitur. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 4. הַמַּנִּיחַ כֵּלִים תַּחַת הַצִּנּוֹר וכו׳: *Hammaniach chelìm tàchath hatzinòr vecullè. Qui ſubmittit vaſa ſub canale &c.* Balneorum aquæ, volunt Rabbini, vt non ſint hauſtæ ex puteis, vel ciſternis, vel ex aquis ſtagnantibus, ſed ex fluminibus, vel fontibus per canales in balnea deriuentur; vnde antiquitùs, vt purificarentur Iudæi, immergebant ſe in fluminibus, & baptizabantur. Sic Matth. cap. 3. ver. 6. *Baptizabantur ab eo* (à Ioanne Baptiſta Iudæi) *in Iordane*. Et licèt legatur, Iuditham ſe baptizaſſe in fonte aquæ (Iudith 12. 7.) hoc tamen intelligendum eſt de fonte aquarum viuentium, non verò ſtagnantium. Itaque decernitur in hoc Capite: quòd ſi quis cuiuſcumque generis vas ſubmitteret epiſtomio, vel canali decurrentium aquarum ad lauacrum, aquæ illæ inutiles redderentur ad quempiam immergendum, cùm profanæ redditæ fuiſſent ob moram in vaſe peractã; quia tunc ex interruptione curſus aquç in vaſe, exiſtimatur, aquarum vitam eſſe interruptam, & ſic non à fluuio fluentes, ſed à vaſe procedentes cenſerentur. Vbi de aquis pluuialibus, quæ in balneis miſcentur, & de alijs

nei immundus, & mundus: mundus redditur immundus, quia ex aqua immunda bibit; dum enim bibit immundus, aquæ gutta ex eius ore fortè defluit in balneum, & aqua immunda reddita eſt. Si eadem aqua vas mundum repleatur, immundum redditur. Varij caſus hic proponuntur ad aquas balnei pertinentes, & ad eos, qui immerguntur, quibus oſtenditur validitas, vel inualiditas lotionis, & balneorum vſus. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 2. הַטָּמֵא שֶׁיָּרַד לִטְבּוֹל סָפֵק טָבַל וכו׳: *Hattamè ſceiàrad litbòl ſaphèk tauàl vecullè. Immundus, qui deſcendit ad ſe immergendum, dubitat de immerſione &c.* Proponuntur aliqui caſus circa validitatem immerſionis. Vt ſi quis dubitaret ſe fuiſſe, vel non fuiſſe immerſum; ſed ſi ritè immerſus ſit, dubitet de balnei legalitate, vt ſi non haberet illam quantitatem aquæ, quæ requiritur in Balneo, nempe quadraginta ſatorum. Vel duo ſint balnea, quorum alterum hanc aquæ menſuram contineat, alterum verò nequaquam, nec ipſe recordatur, vbinam iſtorum duorum deſcenderat ad ſe immergendum ספקו טמא *Sephekò tamè Dubium ſuum immundum eſt*, hoc eſt, nihil fecit, immundus remanet, vt priùs erat. Alia quamplurima mouentur dubia de validitate balneorum, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput. 3. ר׳ יוֹסֵי אוֹמֵר שְׁנֵי מִקְוָאוֹת שֶׁאֵין בָּהֶם וכול׳: *R. Iosè omèr ſcenè mikuaòth ſceèn bahèm vecullè. R. Iosè dicit; Duo balnea, quibus non eſt &c.* Agitur de duobus bal-

& aliæ, quæ damnum, & non vtile afſerunt; & aliæ, quæ nec vtile, nec detrimentum inferunt. Quæ vtile, & non damnum afferunt, ſunt nix, grando, glacies, gelu, ſal, creta liquida. Si balneum habeat menſuram quadraginta ſatorum vno minùs, & in eo inferatur vnum ſatum niuis, vtile affert, & non damnum, quia balneum redditur perfectum, & ad vſum idoneum. Eodem modo numerantur res, quæ damnum afferunt, & non vtile &c. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 8. ארץ ישראל טהורה ומקואותיה טהורים וכול׳ : *E'retz Iſraèl tehoràh Vmikuaothèa tehorìm Vecullè. Terra Iſraëlis munda eſt, & balnea ſua munda ſunt &c.* De balneis conſtructis in terra Iſraëlis, & de balneis extra terram, quæ decernuntur eſſe idonea ad lauacrum, & ad purificandum hominem ab immunditia contracta in ſomnijs, & mulierem ab immunditia menſtrui; quod intelligendum eſt maximè de balneis, quæ remotiora ſunt ab Vrbibus; vbi & de ijs, qui dum immerguntur obicem ponunt, ne mundi fiant, vt qui apprehenderit hominem ob aquarum timorem, & manus non immergitur; vel qui nummum in ore retinuerit, & cætera huiuſmodi. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 9. אלו חוצצין באדם וכו׳ : *E'lu chotzetzin baAdàm Vecullè. Iſta excindunt in homine &c.* Ea, quæ impediunt ne aqua percurrere poſſit per quamlibet minimam partem corporis, dicuntur excindere aquam à cute corporis, veluti ſut fila lanea, & linea, & li-

alijs ad aquarum munditiem ſpectantibus, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 5. מעין שהעבירו על גבי השוקת פסול וכו׳ : *Maaiàn ſcheeeuirò al ghabbè haſciòketh pasùl vecullè. Fons* (cuius aquæ) *tranſeunt per aquarium ineptæ ad lauacrum redduntur &c.* Decernitur etiam quòd aquæ aquariorum ſint ineptæ ad lauacrum propter eandem rationem ſuprà allatam; quia cenſentur aquæ mortuæ. Aquæ autem marium ſunt aptæ ad immergendum, quia maria habentur pro balneis, & illorum aquæ viuæ ſunt, dicente Scriptura (Gen. 1. v. 10.) *Et congregationem aquarum vocauit maria, &c.* Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 6. כל המעורב למקוה כמקוה וכו׳ : *Col hammeuràu lammikuè cammikuè vecullè. Omne quod commixtum eſt lauacro, cenſetur veluti lauacrum &c.* V. g. foramina; quæ in ſpelunca ſunt, efficiuntur cum ipſa ſpelunca vnum lauacrum, ſi ſpelunca idoneum lauacrum ſit. De diuerſorum balneorum vſu, agitur; Et quomodo vnum ab alio diſtans ab eo recipere aquas poſſit, & vtrum illæ aquæ mundæ, vel immundæ habendæ ſint. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Cap. 7. יש מעלין את המקוה ולא פוסלין וכו׳ : *Ieſc maalìn eth hammikuè velò poſelìn vecullè. Sunt quædam* (res) *quæ vtilitatem afferunt balneis, & non detrimentum &c.* Recenſentur quædam res, quæ vtile, & non damnum afferunt huiuſmodi lauacris;

zer dicit: Vitula (dicitur) *quæ vnius anni eſt &c.* Determinatur ætas animalibus, vt apta ſint ad Sacrificia: vitula dicebatur vnius anni, & vacca duorum annorum ſecundùm opinionem R. Elièzer. Sapientes verò amplificant huiuſmodi tempus, dum volunt, quòd vitula eſſe poſſit duorum annorum, & vacca trium, aut quatuor annorum; quòd ſi quinque annorum ſit, R. Meir eam idoneam facit. Iuuencos duorum annorum, R. Iosè Galilæus pro Sacrificijs vult eos eſſe debere; Sapientes verò, licèt tres annos habeant, tamen aptos ad Sacrificia eos eſſe decernunt. R. Meir, etiam ſi ſint quatuor, aut quinque annorum, illos non reſpuit, ita tamen, vt non ſint ætate confecta, & hoc propter honorem Sacrificij. Agnos vnius anni, arietes duorum annorum debere eſſe, volunt. Annum computant à die ad diem. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 2. inc. ר׳ אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר פָּרַת חַטָּאת הַמְעוּבֶּרֶת וכול׳: *R. Elièzer omèr, Paràth chatàth hammeubèreth vecullè R. Elièzer dicit: Vacca Sacrificij pro peccato grauida &c.* Hìc R. Eliezer, vaccam prægnantem ad huiuſmodi Sacrificium aptam eſſe exiſtimat; Sapientes eam ineptam habent. Idem R. Eliezer reijcit vaccam Gentilium pro Sacrificio; Sapientes verò illam recipiunt. Et non ſolùm in hoc caſu, ſed & in omnibus Sacrificijs tam priuatis pro vna perſona, quàm publicis pro toto cœtu Iſraëlis; tam ex terra Iſraëlis, quàm extra terram ex terris Gentilium adductam, eam intelligunt recipiendam. Nihil enim reijciunt ex terris Gentilium pro oblationibus

& ligula quæ in capite ſunt fœminarum, licet R. Iudas ligulas laneas, & alias ex capillis contextas non ſcindere, quia aquæ ab his non retinentur, ſed permeant; qui autem cum his impedimentis immergitur, immerſio inualida eſt. Idem iudicium faciunt de alijs rebus immundis, quæ in quibuſdam corporis partibus plerumque inueniuntur, quæ in hoc loco nominatim recenſentur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 10. & vltimum כָּל יְדוֹת הַכֵּלִים שֶׁהִכְנִיסָן שֶׁלֹּא כְּדַרְכָּן וכו׳: *Col iedòth hacchelìm ſcehichnisàn ſcelò chedarcàn vecullè. Omnia manubria vaſorum, quæ immerguntur non ſecundùm conſuetudinem ſuam &c.* Præter hominum baptiſmata, baptizantur etiam vaſa, inſtrumenta fabrilia cuiuſcumque generis, & veſtes. Si autem huiuſmodi immerſiones vaſorum præpoſtero ordine fiant, immerſio iſta inualida redditur. Oſtenditur in hoc loco, quomodo prædictæ vaſorum immerſiones fieri debent. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 71.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex 2. vocatur פָּרָה *Parà Vacca*. In eo agitur de vacca rufa, quæ extra Templum in monte Oliueti immolabatur, ex cuius cineribus purificabantur ij, qui ex contactu mortui erant immundi, ex Num. cap. 19. Huius Codicis Capita ſunt 12.

Cap. 1. ר׳ אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר עֶגְלָה בַּת שְׁנָתָהּ וכו׳: *R. Elièzer omèr, Eghlà bath ſcenathàa vecullè. R. Eliè-*

שֶׁלֹּא לִשְׁמָהּ וכו׳ ; *Paràth chattàth ſcéſciachataà ſcelò liſcmaà vecullè. Vacca huius Sacrificij pro peccato, quæ mactatur ſine intentione ad eam &c.* Requirebatur in hoc Sacrificio vaccæ comburendæ, quòd actiones omnes fierent nomine, & intentione huius vaccæ, alioquin inane reddebatur totum Sacrificium ſecundùm aliquos; alij validum illud faciunt. Veſtibus albis fieri debebat; quòd ſi aliqua ex his veſtibus defeciſſet, erat inualidum Sacrificium. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 5. הַמֵּבִיא כְּלִי חֶרֶס לְחַטָּאת טוֹבֵל וכול׳ ; *Hammeuì chelì chères lechattàth touèl vecullè. Qui adducit vas teſtaceum pro huiuſmodi Sacrificio immergit &c.* Omnia vaſa teſtacea, quæ adducuntur pro ſeruitio huius functionis vaccæ comburendæ, cenſentur idonea, licèt per ſecundam, & tertiam manum, ſecundæ, vel tertiæ perſonæ, tranſierint; quia omnes perſonæ cenſentur fideles, & bona fide ſe gerere circa Sacrificium vaccæ rufæ, ideò non indigent niſi tantùm immerſione in aquis idoneis. De vaſis igitur ſanctificatis in hoc Sacrificio agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 6. incip. הַמְקַדֵּשׁ וְנָפַל הַקִּדּוּשׁ וכו׳ ; *Hammekaddèſc venaphàl hakkidùſc vecullè. Qui ſanctificat & cadit aliquid de ſanctificato &c.* Referuntur nonnulli caſus pertinentes ad aquas ſanctificatas, quæ ſi cadant, certo, vel certo modo redduntur profanæ; alio vel alio modo, illarum ſanctitas conſeruatur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Ca-

bus in Templo faciendis, niſi tantùm faſciculum ſpicarum offerendarum in Paſchate, & duorum panum offerendorum in Pentecoſte, quæ fieri debebant ex hordeo, & frumento ſato in terra Iſraëlis. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 3. שִׁבְעַת יָמִים קוֹדֶם לִשְׂרֵיפַת הַפָּרָה וכו׳ ; *Sciuàth iamim kòdem liſrephàth happarà vecullè. Septem diebus ante combuſtionem Vaccæ, &c.* Separabatur vacca comburenda diebus ſeptem antequam combureretur, & Sacerdos, qui hoc munus obire debebat, eam ducebat in conclaue, quod erat inter Septentrionalem, & Orientalem plagam extra Baſilicam, & vocabatur בית אבן *Beth èuen*, ibique eam nutriebat ſeptem diebus cum reliquis deſtinatis ad Sacrificia, quæ ibidem ſeruabantur. R. Iosè affirmat; pabulum non ei dabat Sacerdos eam mactaturus, niſi tantum die tertio, & ſeptimo. R. Chanania Vicarius Sacerdotum dicit; ſingulis diebus eam nutriebat Sacerdos ſacrificaturus: at in die expiationum non pabulum ei præbebat niſi tantùm die tertio, & ſeptimo. Quædam loca deſcribuntur, quæ ædificata erant in Monte Domus. Numerantur hi, qui vaccam rufam immolarunt, & combuſſerunt à Moſe ad Iſmaëlem filium Phebij. De modo ducendi vaccam rufam in montem Oliuarum, vbi immolabatur. Quomodo ſtrues lignorum componebatur, & quibus generibus lignorum, quibuſuè ceremonijs mactanda, excipiendus ſanguis, & perficiendum totum Sacrificium. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Cap. 4 פָּרַת חַטָּאת שֶׁשְּׁחָטָהּ

Caput 7. inc. חֲמִשָּׁה שֶׁמִּלְּאוּ חֲמִשָּׁה חָבִיּוֹת לְקַדְּשָׁה וכו׳ ׃ *Chamiſcià ſcemaleù chamiſcià chauiòth lekaddeſcià vecullè. Quinque, qui replent quinque cados, vt eos ſanctificent &c.* De pluribus, qui inter ſe vniuntur ad ſanctificandum determinatum numerum cadorum aquæ, ſi poſtea mutent voluntatem, nec velint vt ſanctificetur niſi tantùm vnus cadus; vel voluerint omnes ſanctificare vnum cadum, & poſtea, mutata ſententia, velint, vt ſanctificentur quinque cadi; omnes iſti ſunt legitimi & boni, quia voluntates eorum ſunt vnitæ. Si verò vnus ex his viris repleat quinque cados aqua, vt ſancta ſit tota, poſtea mutet voluntatem, nec velit vt ſanctificetur niſi tantùm aqua vnius cadi, ſanctificata cenſetur tantùm aqua cadi vltimo loco repleti. Sic ſi vult, vt ſancta ſit aqua vnius tantummodo cadi, poſtea, mutata voluntate, vult vt aqua quinque cadorum tota ſit ſancta, non reputabitur ſancta niſi tantùm aqua cadi primo loco repleti. His, & ſimilibus quæſtiunculis ad aquam ſanctificandam pertinentibus repletur totum hoc Caput, cuius *Miſcnaijòth* ſunt 12.

Caput 8. שְׁנַיִם שֶׁהָיוּ שׁוֹמְרִים אֶת הַשּׁוֹקֶת וכו ׃ *Scenàim ſcehaiù ſciomerim eth haſciòketh vecullè. Duo, qui cuſtodiunt aquarium &c.* Duo qui electi ſunt cuſtodes labri, vbi aſſeruantur aquæ Sacrificij pro peccato, ſi horum alter polluatur, non ob id aquæ redduntur immundæ, quia remanent ſub cuſtodia alterius, qui immundus non eſt; ideòq; ab hoc immundo immunditiam non recipiunt. Si immundi fiant ambo pariter, immundæ fiunt & aquæ. Quomodo, & quibus modis immundæ fieri poſſint huiuſmodi aquæ, agitur hìc; & an immunditia contrahatur à Sacerdote cremante vaccam rufam, & emittente hircum Azazelo in deſertum. Vbi etiam numerantur aquæ, præſertim terræ ſanctæ, & declarantur quæ mundæ, vel immundæ ſint. Habet *Miſcnaijòth* vndecim.

Caput 9. incipit צְלוֹחִית שֶׁנָּפַל לְתוֹכָהּ מַיִם וכו׳ ׃ *Tzelochìth ſcenaphàl letochaà màim vecullè. Amphora, in quâ cadunt aquæ &c.* Agitur, quomodo aquę ſanctę reddi poſſint immundę, veluti ſi corrumpantur; ſi aliquid immundum vti reptile, vel quid ſimile, in eas cadat &c. Si aquæ iſtæ Sacrificij pro peccato factæ immundæ, tangantur à mundo, immundus fit &c. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 10. כָּל הָרָאוּי לִיטַּמֵּא מִדְרָס מִדָּף לְחַטָּאת וכול׳ ׃ *Col harraùi leitamè Midderàs Middàph lechattàth vecullè. Omne quod conueniens eſt pollui, immunditia Middràs, Middàph pro Sacrificio peccati &c.* Per *Middràs* intelliguntur omnia vtenſilia, quæ apta ſunt recipere hominem ſedendo, vel cubando, vti ſedilia, ſellæ, & lectiſternia, quæ ad immunditiam recipiendam apta ſunt. Dicitur igitur: omne quod aptum eſt recipere immunditiam, veluti recipiunt ſedilia, & lectiſternia, recipiunt etiam immunditiam *Middàph*, per quod intelligitur pallium, vel etiam ſtratum, quod eſt ſub profluuio ſeminis laborante. Cuius quidem indumenta omnia erunt polluta, quam-

auroræ, functio iſta declaratur idonea. Ferè totum Caput de hyſſopo eſt. Habet *Miſcnaijòth* 11. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 97.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex tertius vocatur יָדַיִם *Jadàim Manus*. De manuum ablutione ante & poſt refectionem facienda. De vaſis, & aqua ad id ſaciendum apta. Habet Capita 4.

Caput 1. מֵי רְבִיעִית נוֹתְנִין לְיָדַיִם לְאֶחָד אַף לִשְׁנַיִם וכו׳ ׃ *Mereuiìth nothenìn leiadàim leechàd, af liſcnàim vecullè. Aquarum quarta pars* (ſextarij) *dant ad manus vnius, & ad* (manus) *duorum &c.* De quantitate aquę, quę neceſſariò requiritur in abluendis manibus ante refectionem. Pro vna, vel duabus perſonis manus ſimul abluentibus, ad minimùm quartá partem לוג *Log Sextarij* volunt aſſumi debere, nempè ouum vnum cum dimidio aquæ. *Log* autem ſex oua continet. Pro tribus, vel quatuor perſonis dimidium *Log*, tria oua. Pro quinque, decem, aut centum perſonis *Log vnum*, videlicet ſex oua aquæ; & hoc intelligendum eſt de aquis prioribus, & non de poſterioribus. Aquæ priores, dicuntur illæ, quę ad abluendas manus inſeruiunt ante refect ionem; aquæ poſteriores, quæ poſt refectionem. Prioribus aquis exiſtimant ablui, & purificari manus ab immunditia à Rabbinis decreta, & varijs Rabbinicis doctrinis explicata. Poſterioribus aquis, volunt eos purificari ciuiliter, & non ob aliquam immunditiam contractam, quæ iam exiſtimatur à prioribus aquis purificata, ſed ab il-

uis decem veſtibus indutus, vel totidem pallijs eſſet opertus; illud enim quod exterius fluentem tegeret, licèt tamen eum non tangeret, nihilominus ſi aliquis huiuſmodi extrinſecum indumentum tangeret, quia pollutum מדף *Middàph* cenſetur, pollueretur & ipſe, leuiſſima tamen pollutione; de qua in hoc loco præcipuè agitur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 11. צְלוֹחִית שֶׁהִנִּיחָהּ מְגוּלָּה וּבָא וּמְצָאָהּ וכו׳ ׃ *Tzelochìth ſcehinnìcha meghulà, vuà vmtzaàh vecullè. Amphora, qua relicta fuit diſcooperta, & reperitur &c.* Si quis amphoram relinquat, orificio diſcooperto, & inueniat coopertam, immunda æſtimatur. Proponuntur, & reſoluuntur diuerſi caſus circa aquam Sacrificij pro peccato, quibus aqua redditur immunda. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 12. & vltim. הָאֵזוֹב הַקָּצָר מְסַפְּקוֹ בְּחוּט וּבְכוּשׁ וכו׳ ׃ *Haèzòu hakkatzèr meſappekò bechùt vbecòſc, vecullè. Hyſſopus breuis ligatur filo in fuſo &c.* Non poterat fieri mundatio iſta ex cineribus vaccæ, niſi per aquam ſanctificatam, qua immundus aſpergebatur per hyſſopum: vnde ſi hyſſopus eſſet breuior, ligabatur filo ad fuſum, ſeù bacillum, & immergebatur in aquas ſanctificatas, & ſic aſpergebant. Alij reprobant hanc ſententiam, & volunt aſperſionem factam hyſſopo, ligato filo ad bacillum, vel ad ramuſculos hyſſopi, eſſe irritam. Debebat fieri intinctio, & aſperſio de die. Si intinctio facta fuiſſet de nocte, & aſperſio fieret tempore, quo incipit aſcendere columna

connumerandę ſint. Veluti; ſi quis immittat manum in domum plagatam, & pollutam, aliqua pollutione; vti cauſa cadaueris hominis, manus redduntur pollutæ; an in primo gradu pollutionis, vel in ſecundo? R. Akibà dicit in primo. Sapientes communiter decernunt in ſecundo. Inquiritur etiam, an Liber Legis aliqua ex parte immunditiam manibus afferat. An idem faciant reliqui libri Sacri, veluti Hagiographorum, Eccleſiaſtes, Cantici Canticorum. Et an idem præſtent corrigiæ Thephillinorum. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 4. & vltim. בו בַּיּוֹם נִמְנוּ וְגָמְרוּ עַל עֲרִיבַת הָרַגְלַיִם וכו׳; *Vo vaijòm nimnù, veghamerù al areuàth barraglàim vecullè. In illo die numerauerunt* (ſuffragia), *& decreuerunt de ſorditie pedum &c.* Eo die quo Magiſterium ſuſcepit R. Eleazar Ben Azariæ, eumque ſuper Cathedram in Academia ſedere fecerunt, vt in præcedenti Capite, num. 5. dicitur, multa decreta fuerunt, quę in hoc Capite referuntur, quorum primum eſt, de ſordibus pedum, quomodo eæ ſint detergendę. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 22.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex 4. dicitur אָהֳלוֹת *Ohalòth Tabernacula.* Tractat de coinquinatione contracta, & relicta in Tabernaculis, domibus, ædificijs vacuis, & ſimilibus, quę tecta ſunt. Et quomodo ingredientes in ea polluantur. Habet Capita 18.

Caput 1. שְׁנַיִם טְמֵאִים בְּמֵת אֶחָד

la coinquinatione ex tactu epularum in manibus oborta, quæ ad vrbanitatem potiùs ſpectat, quàm ad religionem. Tractat etiam de vaſis recipientibus has aquas, quæ niſi fuerint confracta, omnia idonea eſſe volunt. Non licet autem è manibus ſocij ſui ad modum ſcutellæ curuatis, & aquis repletis ſuper manus alterius ſocij eas effundere. Aquæ autem huiuſmodi ſi mutauerint colorem natiuum ob immerſionem chalcanthi, vel alterius generis coloris, ineptæ ad ablutionem redduntur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 2. inc. נָטַל יָדוֹ אַחַת מִשְּׁטִיפָה אַחַת יָדוֹ טְהוֹרָה וכו׳; *Natàl iadò achàth miſcetiphà achàth, iadò tehorà vecullè. Alteram manuum abluens vnica gutta* (aquæ idoneæ) *manus illa remanet munda, &c.* Si autem vnam tantùm guttam ſuper ambabus manibus quiſquam effundat, vtraque manus immunda redditur, quouſque quartam partem *Log Sextarij* ſuper eaſdem manus idem effundat. Si autem aliquid de Therumà cadat, ſeù tingatur in huiuſmodi aquis, an reddatur immundum, quæritur. Habet *Miſcnaijòth* quatuor.

Caput 3. הַמַּכְנִיס יָדוֹ לְבַיִת הַמְּנוּגָע יָדָיו תְּחִילּוֹת וכול׳; *Hammachnis iadò lebàith hammenughaà, iadàu techillòth, vecullè. Qui intromittit manum ſuam in domum plagis affectam, eius manus ſunt primæ, &c.* Agitur in hoc Capite de immunditijs manuum, & quomodo, & à quibus rebus manus reddantur pollutæ, & immundæ, & in quo gradu immunditiei

tur immunda immunditia hebdomadaria; & homo qui vaſa tangit, & cętera vaſa, quę tangunt hominem, immunda redduntur vſque ad veſperam. De huiuſmodi immunditijs hominis, & vaſorum hìc agitur. In *Miſcnà* octaua dicitur, quòd in homine ſint 248. membra, quę hoc pacto ibidem numerantur.

שלשים בפיסת הרגל *Triginta in planta pedis*, id eſt *Sex in ſingulis digitis*.

עשרה בקורסל *Decem in talo*.

שנים בשוק *Duo in crure*.

חמשה בארכובה *Quinque in genu*.

אחד בירך *Vnum in femore*.

שלשה בקטלית *Tria in coxa*.

אחד עשרה צלעות *Vndecim coſtæ*.

שלשים בפיסת היד *Triginta in vola manus*; *ſex* nempè *in ſingulis digitis*.

שנים בקנה *Duo in çalamo brachij*.

שנים במרפק *Duo in axilla*.

אחד בזרוע *Vnum in brachio*.

וארבעה בכתף *Et quatuor in humero*. En centum & vnum ab vno latere, & totidem ab altero, ſimul faciunt 202.

Vlterius.

שמונה עשר חוליות בשדרה *Octodecim vertebræ in ſpina dorſi*.

תשעה בראש *Nouem in capite*.

שמונה בצואר *Octo in collo*,

ששה במפתח של לב *Sex in thorace*.

וחמשה בנקביו *Et quinque in foraminibus ſuis*. Conficiunt n. 46.

Omnia in vnam ſummam collecta ſunt 248.

Inueniant hunc numerũ noſtri Anatomici ſi poſſunt. Auctor צדה לדרך *Hamaamàr* Tract. 1. Concluſ. 1. c. 10. eadẽ membra in corpore humano paulò diſtinctiùs numerat, & ad eundem numerum 248. redigit, aſſignato ſigno

אחד טמא טומאת שבעה וכו׳ *Scenàim temeim bemèth, echàd tamè tumàth ſcivà vecullè. Duo polluuntur ſuper mortuum; Vnus polluitur pollutione ſeptima &c.* Non homines ſolùm contrahunt apud Iudæos immunditiam, ſed omnia alia, quę ad vſum hominum ſunt deſtinata, vti ſunt tentoria, habitationes, vaſa cuiuſcunque generis, quę omnia præcipuè polluta redduntur ex contactu hominis mortui. Hic enim, quomodo res multipliciter pollui poſſint, oſtenditur. Primò dicitur, quòd duo pollui poſſunt ſuper mortuum, ſiuè occaſione mortui; vnus pollutione ſeptima, id eſt pollutione, quę per ſeptem dies perdurat, & alius pollutione ערב *E'reu Veſpertina*, quæ ad veſperam perficitur, ac finitur.

2. Tres pollui poſſunt ſuper mortuum; duo pollutione hebdomadaria, & vnus veſpertina.

3. Quatuor pollui poſſunt ſuper mortuum; tres pollutione hebdomadaria, & vnus veſpertina.

Exemplum duorum. Duo ſunt, quorum alter tangit cadauer hominis, & alter tangit eum, qui cadauer tetigerat. Primus immundus eſt ſeptem diebus; & ſecundus vſque ad veſperam.

Exemplum trium. Sunt tria vaſa, quę tangunt cadauer hominis, omnia iſta redduntur immunda ſeptem diebus; tertium verò, quod eſt inter hominem, & vas, redditur immundum vſque ad veſperam.

Exemplum quatuor. Sunt quatuor vaſa, quę tangunt cadauer hominis; & homo tangit illa vaſa, & alia vaſa tangunt hominem. Priora vaſa reddun-

extrahens reddatur immundus, vel mundus remaneat? De his immunditijs hoc modo diſtractis, variæ ſunt ſententiæ, & varij proponuntur caſus, & quibuſdam ſubtilitatibus, & argutijs reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 4. מִגְדָּל שֶׁהוּא עוֹמֵד בָּאֲוִיר וכו׳ ; *Migdàl ſcehù omèd baauèr Vecullè. Turris, quæ ſtat in aëre &c.* Turris inflexa cùm aërem occludat, habet rationem tentorij, ſi ſub inflexione ipſius ſit immundities, vaſa quæ in craſſitie turris exiſtunt, munda ſunt: ſi in craſſitie ſit immundities, vaſa, quæ ſub inflexione ſunt, munda cenſentur. Eadem ferè quæſtio proponitur circa domum, arcam, &c. & de eo, qui ſtat in medio oſtij, an reddatur immunda domus, ſi immunditia ſit extra domum? Et ſi ſit domi; an immunditia permeare poſſit per oſtium, & coinquinare omnia, quę domi, & in oſtio ſunt? Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 5. תַּנּוּר שֶׁהוּא עוֹמֵד בְּתוֹךְ הַבַּיִת וכו׳ ; *Tanùr ſcehù omèd betòch habbàith Vecullè. Clibanus, qui ſtat in medio domus, &c.* Si clibanus domi reperiatur, & habeat caminum, per quem vapor egredi poſſit, ſi ſupra caminum aliquid apponatur, vt tentorium fiat, id eſt taliter tegatur, vt vapor, aut fumus per eum exhalare non poſſit: quæritur, an ſi domus polluta ſit ob mortuum, clibanus polluatur; Schola Sciammài immundum eſſe exiſtimat; Schola Hillelis putat, clibanum reddi immundum ex parte conuexa, ex parte verò concaua eum ab immunditia eximit; R. Akibbà ab vtraq; parte, clibanũ ab

gno רמ״ח. Hìc decernitur, quòd quodlibet iſtorum immunditiam afferat, tam ſi tangatur in cadauere, vel ſeorſim, quàm ſi de loco ad locum aſportetur, vel in tentorio relinquatur; quando videlicet carnem ſibi conuenientem habet; quòd ſi carnem non habeat, introducit quidem immunditiam, ſed tantùm dum tangitur, vel aſportatur, non autem polluit tentorium. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 2. אֵלּוּ מְטַמְּאִין בָּאֹהֶל הַמֵּת וכו׳ ; *Elu metammein baòhel* (vulgus legit *Bahèl* abbreuiatè) *hammèth Vecullè. Iſta ſunt quæ polluunt tentorium. Mortuus &c.* Recenſentur ea, quibus tentoria, domus, & cætera huiuſmodi redduntur polluta. Hæc ſunt: Cadauer hominis, vel deciduum cadaueris attingens quantitatem oliuæ; vel caro à cadauere euulſa ad quantitatem oliuæ; vel cochlear plenum puluere oſſium corporis putrefacti; os ſacrum; membrum cadaueris; membrum à viuente præciſum; quarta pars oſſium; vel maior pars omnium membrorum hominis, quæ numerum רמ״ח 248. conſtituunt, vt ſuprà nominatim numerata ſunt. Huius numeri maior pars eſt 125. De his nonnullæ difficultates proponuntur, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 3. כָּל הַמְטַמְּאִין בָּאֹהֶל וכו׳ ; *Col hammetamein baòhel Vecullè. Omnia quæ immunda ſunt in tabernaculo &c.* Tractat de rebus, quæ immunda ſunt in tabernaculo, ſeu habitaculo, ſi minima illarum pars extrahatur, & inferatur in medio domus; quæritur, an

quo immunditia aſſeruatur. Agitur etiam de domo habente plura oſtia, in qua cadauer hominis ſit; ſi illa omnia aperta fuerint, omnia immunda erunt; ſi vnum tantùm apertum, reliqua clauſa; quæ clauſa ſi ſunt munda, munda eſſe volunt, quod autem apertum, immundum. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 8. inc. יֵשׁ מְבִיאִין אֶת הַטּוּמְאָה וְחוֹצְצִין וכו׳ *Ieſc meviin eth hattumàh vechotzezin vecullè. Sunt* (res) *quæ afferunt immunditiam, & diuidunt &c.* ſeù ſeparant, aut obſiſtunt immunditiei. Aliæ, quæ afferunt, & non ſeparant; & aliæ, quæ ſeparant, & non afferunt; & aliæ denique, quæ non afferunt, & non ſeparant immunditiam. Res, quæ afferunt immunditiam, & non tollunt, ſunt Arca, capſa, turris lignea, & alia, quæ hìc nominantur. Vnde totum hoc Caput in ſupradictis quatuor diuiſionibus explicandis impenditur. Habet *Miſcnaijòth* ſex.

Caput 9. כַּוֶּרֶת שֶׁהִיא בְתוֹךְ הַפֶּתַח וכו׳ *Couèreth ſcehì vetòch happètach vecullè. Sporta, quæ eſt in medio portæ &c.* Sporta, capſa, ſeù alueare, quod habet fundum; ſi in medio portæ alicuius domus in tranſuerſum collocetur, ita vt os illius extra portam, reliquum intra portam exiſtat, & ſub huiuſmodi capſa, vel ſupra illius dorſum ponatur ex cadauere hominis quantitas oliuæ, ea omnia, quæ è regione huius particulæ cadaueris ſunt, tam ſuprà, quàm infra huiuſmodi ſportã, immunda cenſentur; quæ verò non ſunt è regione huius particulæ cadaueris infra do-

ab immunditia liberat. Idipſum quæritur de cataracta, alijſque rebus, per quas vapor immunditiei pertranſire poteſt. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 6. אָדָם וְכֵלִים נַעֲשִׂין אֹהָלִין לְטַמֵּא אֲבָל לֹא לְטַהֵר וכו׳ *Adàm vechelìm neeſsin ohalin letamè, auàl lo letahèr vecullè. Homo, & vaſa faciunt tentoria ad immunditiã, non vero ad munditiam &c.* Quomodo hoc ſit intelligendum, declaratur. Si 4. homines portent ſtruem lignorum, vel lapidum, & ſubter ipſam ſit immundities; vaſa, quæ ſunt ſuper ſtruem, fiunt immunda: ſi immundities ſit ſuper ſtruem; vaſa, quæ ſunt ſubter ſtruem immunda fient ratione hominum, qui tentorium faciunt cum immunditia. Quamplurimi caſus ad hanc immunditiem quoquo modo pertinentes proponuntur, & reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 7. הַטּוּמְאָה בְכּוֹתֶל וּמְקוֹמָהּ טֶפַח עַל טֶפַח וכו׳ *Hatumàh bacothel vmkomàh tèpach al tèpach vecullè. Immundities, quæ eſt in pariete, cuius altitudo ſit palmaris in quadro &c.* De pariete polluto, ſuper quem ſi innitatur domus, exiſtimabitur polluta: alia verò ædificia ſupra hanc domũ poſita munda erunt. Si paries medius, cui innititur domus, ſit ſciſſus, & ſciſſura ab imo vſque ad ſummum aſcendat, ſi ex lateribus tangatur, non contrahitur immunditia; quia hæc ex lateribus non diffunditur, ſed ſurſum aſcendit, vel deorſum deſcendit: ſi autem hæc ſciſſura quaquauerſum palmaris ſit, tunc cenſetur veluti ſepulchrum clauſum, in

lel affirmat, quomodocunq; ſit hæc ſciſſura, vaſa iſta immunda ſemper exiſtere. Hanc propoſitionem Scholæ Hillelis modificat R. Ioſè, eamque intelligendā eſſe de fiſſura palmaris quantitatis, non de fiſſura minori. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 12. נֶסֶר שֶׁהוּא נָתוּן עַל פִּי תַנּוּר חָדָשׁ וכו׳: *Nèſer ſcehù nathùn al pi thanùr chadàſc vecullè. Aſſer, qui poſitus eſt ſuper os furni noui &c.* Tabula poſita ad oſtium furni, ſeù fornacis, ſi ex quolibet latere ſuperfuerit, & furnus ſit nouus, partes illæ, quæ ſuperfluunt, non recipiunt immunditiam, nec vaſa, quæ ſupra, vel ſubter ipſam poſita ſunt, reputantur immunda. Si autem furnus non ſit nouus, tabula hoc modo ſuper os furni poſita recipiet immunditiam; vnde vaſa, quæ ſunt tam ſupra, quàm infra hanc tabulam immunda exiſtimantur, ſi ibi immunties fuerit. Quod idem dicendum, ſi inter duos furnos eadem immunditia extiterit; quamuis R. Iochanàn Ben Nurì omnia iſta munda eſſe dicat; quia (inquit) calore clibani omnis immunditia tollitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 13. incip. הָעוֹשֶׂה מָאוֹר בַּתְּחִלָּה וכו׳: *Haoſè maòr batechillà vecullè. Qui facit foramen in principio &c.* De feneſtris nouiter factis, & de foraminibus feneſtralium cancellorum, & portarum, an, & quomodo immunditiam recipere poſſint. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 14. הַזִּיז מֵבִיא אֶת הַטּוּמְאָה וכו׳: *Hazziz meuì eth hat-*

domum, ſicut & ipſa domus munda exiſtimantur. De huiuſmodi vaſis mundis, vel immundis, quomodo ex ipſis reliqua reddantur munda, vel immunda, in præſenti agitur. Habet *Miſcna-ijòth* 16.

Caput 10. אֲרוּבָּה שֶׁהִיא בְּתוֹךְ הַבַּיִת וכו׳: *Aruuà ſcehì vetòch habbàith vecullè. Cataracta, quæ eſt in medio domus &c.* Si in medio domus, & in tecto ſit feneſtra veluti cataracta, palmari quantitate aperta, & ſub ea perpendiculariter ſit res, quæ immunditiam affert, tam vaſa, quę infra cataractam ſunt, quàm domus ipſa cenſetur munda, quia immunditia recta aſcendit per cataractam; ſi verò res immunda non ſit ſub cataracta perpendiculariter, ſed declinet ad angulum domus, domus immunda æſtimabitur. Et de his immunditijs domi exiſtentibus, quæ pede calcantur, vel reliquis rebus miſcentur, quomodo afferant immunditiam, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 11. incip. הַבַּיִת שֶׁנִּסְדַּק טוּמְאָה בַחוּץ וכו׳: *Habbàith ſcenìſdàk tumàh vachùtz vecullè. Domus, quæ fiſſa eſt, & immunditiam afferens, ſit extra &c.* Si immunditia ſit extra domum, cuius murus eſt ſciſſus, vaſa, quæ intra domum ſunt, munda exiſtimantur; quia vapor immunditiei non ingreditur per fiſſuras domus, ſed per aërem diſpergitur: ſi autem immundities ſit intra domum, & vaſa ſint extra; diſputat Schola Sciammài contra Scholam Hillelis. Sciammài dicit huiuſmodi vaſa eſſe munda quouſque fiſſura dilatetur quatuor palmorum ſpatio. Hil-

Caput 17. הַחוֹרֵשׁ אֶת הַקֶּבֶר וכו׳ ; *Hachorèſc eth hakkèuer vecullè. Qui arat ſepulchrum &c.* Si ſupra ſepulchrum ducatur aratrum in longum, & in latum per centum cubitos, huiuſce terræ ſpatium cultum vocatur בֵּית הַפְּרָס *Beth Happères Domus*, ſiuè *locus expanſus, & ſepulchrum confractum*, cuius oſſa contrita ſunt, & per campum ſparſa. Locus iſte quatuor menſurarum ſeminum capax quaquauerſum erit immundus: quòd ſi in eo domus ædificetur cum cœnaculo, quomodo cœnaculum aliquando mundum cenſeri poſſit, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 18. כֵּיצַד בּוֹצְרִים בֵּית הַפְּרָס וכו׳ ; *Chetzàd botzerim beth happères vecullè. Quomodo vindemiant Beth happères &c.* Si in loco immundo vbi ſepulchrum extiterat, nuncupato *Beth Happères*, de quo in ſuperiori Capite, vites plantatæ fuerint, vua exiſtimabitur immunda, ſi locū immundum tangat. Quomodo ergo vindemiari poſſit, vt vinum immune ſit ab immunditia, hic oſtenditur. Et de eodem quædam dubia proponuntur; ſicut & de agro longè à ſepulchretis diſtante, vbi feretrum deponitur, plangenteſq; mortuum conueniunt, luctum, & eiulatū emittentes; num hic locus cenſendus ſit immundus? Et de alijs his ſimilibus caſibus peragitur. Habet *Miſcnaijòth* 10. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis 143.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex 5. vocatur נְגָעִים *Neghaim Plagarum*. Tractat de lepra, &

hattumà vecullè. Tigillum affert immunditiam &c. Tigilla, quæ prominent extra murum ſub tecto, & deorſum incuruantur, ſi ſub ipſis immunditia ſit, coinquinationem recipiunt. De his in hoc loco agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 15. סְגוֹס עָבֶה וְכִיפַּת עָבֶה אֵינָן מְבִיאִין אֶת הַטּוּמְאָה עַד שֶׁיְּהוּ וכו׳ ; *Segùs auàh vechippàth auàh, enàn meuiìn eth hattumàh ad ſceihù vecullè. Sagum craſſum, & cucullus denſus non afferunt immunditiam vſque dum ſint &c.* Tractat de pannis denſioribus, de aſſerum ſtrue, menſa, dolijs, domo paleis, vel puluere repleta, & alijs id genus ſimilibus; an, & quomodo immunditiem afferant, vel recipiant. Habet *Miſcaijòth* 10.

Caput 16. inc. כָּל הַמִּטַּלְטְלִין מְבִיאִין אֶת הַטּוּמְאָה וכול׳ ; *Col hammetaltelìn meuiìn eth hattumàh vecullè. Omnia ſupellectilia afferunt immunditiam &c.* Omnia ſupellectilia ſi de loco ad locum transferantur, etiam ſi ſint denſa, vti eſt ſtimulus, quo boues punguntur, afferre poſſunt immunditiem; quia ſtimulus eſt infixus haſtæ, quam ſi agricola ſuper ſcapulas ferat, ſi tranſit iuxta ſepulchrum, retrorſum tentorium facit, & immunditiam recipit, quæ alijs rebus communicari poterit. Rabbì Tarphoni hæc deciſio non placet, ideò eam eſſe ſepultam hac imprecatione exoptat אקפח בני שזו הלכה מקופחת *Sepeliam filium meum, niſi hæc lectio, & iuris deciſio ſit ſepulta*; ideò eam modificat, & explicat R. Akibbà. Habet *Miſcnaijòth* 5.

& purificatione ipſius, de qua in Leuitico cap. 13. & 14. Habet Capita 14.

Caput 1. מַרְאוֹת נְגָעִים שְׁנַיִם שֶׁהֵן אַרְבָּעָה וכו׳ : *Maròth neghaìm ſcenàim, ſcehèn arbaà vecullè. Viſiones plagarum lepræ duæ* (videntur) *ſed reuera quatuor ſunt &c.* Percutiebat aliquando Dominus populum Iudaicum lepra, ſpeciali plaga Iudaica, quæ duobus modis apparebat: vel vt papula alba; vel vt tumor. Prima vocabatur בַּהֶרֶת *Bahèreth*, ex Leuit. c. 13. v. 1. quæ vel apparebat candida vt nix; vel alba vt calx. Hinc duæ ſpecies papulæ albæ habentur. Si verò lepra apparebat vt tumor, vocabatur שְׂאֵת *Seèth*, ex Leuit. ibidem ver: 10. & tunc vel apparebat veluti membrana oui; vel tamquam lana alba. Hinc aliæ duæ ſpecies lepræ numerantur, quæ omnes quatuor ſunt. Ex hac lepræ in ſuas ſpecies diuiſione intelligitur *Miſcnà* quando dicit: duas videri eſſe viſiones lepræ, quamuis ſint quatuor. Quòd ſi iſtæ ſpecies inter ſe commiſcerentur, (nam poterant inter ſe commiſceri) alię ſpecies reſultabant, & numerus earum ita augebatur, vt R. Chaninà Vicarius Sacerdotum leprę ſpecies ſexdecim conſtituerit; R. Doſà Ben Archinàs triginta ſex; & R. Akibbà numerum auxerit vſq; ad ſeptuaginta duas leprę ſpecies. De his, & de pilo albo, qui in lepræ plaga apparebat; deque modo viſitandi hanc lepræ plagam, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 2. בַּהֶרֶת עַזָּה נִרְאֵית כְּגַרְמָנִי וכו׳ : *Bahèreth azàh nirèth chegharmanì vecullè. Macula alba valida apparet candida veluti oſſis candor, &c.* De viſitatione iſtarum plagarum, & quomodo cognoſci, & diſtingui debeant inter ſe, & de tempore, ſeù quibus horis hæc viſitatio ſit facienda, & à quibus. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 3. incipit הַכֹּל מִיטַּמְּאִין בַּנְּגָעִים חוּץ וכו׳ : *Haccòl mitamìn banneghaìm chutz vecullè. Omnes apti ſunt ad declarandum immundos in plagis, præter &c.* Decernitur, omnes Iſraëlitas aptos eſſe declarare has lepræ immunditias, exceptis ijs, qui Deos alienos colunt, & Proſelytis. Proprium autem officium eſt Sacerdotum has plagas inſpicere, & eas eſſe lepras declarare. De varijs plagarum ſpeciebus, & de ſignis, quibus diſcernuntur à lepra, & de his, quæ vna hebdomada, vel duabus hebdomadibus inſpici debent, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. יֵשׁ בִּשְׂעַר לָבָן מַה שֶּׁאֵין בְּפִשְׂיוֹן וכו׳ : *Ieſc beſeàr lauàn ma ſceèn bapiſciòn vecullè. Eſt in pilo albo aliquid, quod non eſt in* פשיון *Piſciòn diffuſione &c.* Duo primaria ſigna erant ad cognoſcendum, an plaga, quæ in homine apparuerat, eſſet vera lepra; nec ne. Primum erat שער לבן *Seàr lauàn Pilus albus*, & ſecundum פשיון *Piſciòn Diffuſio* dilatatio plagę. Pilus niger in album verſus in plaga, tam in prima, quàm in alijs inſpectionibus, ſignum lepræ erat; pilus autem albus niger factus, ſignum bonum erat, nihil lepræ ineſſe in plaga. Sed פשיון *Piſciòn Dilatatio plagæ* non ita vniuerſale ſignum leprę erat. Differentia inter vtrumque, &

ante conuerſionem leproſus fuiſſet, huiuſcemodi lepra munda eſſe cenſebitur. Vnde de varijs macularum generibus, quæ mundæ iudicantur, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 8. הַפּוֹרֵחַ מִן הַטָּמֵא טָהוֹר וכו׳ ; *Happorèach min hattamè tahòr vecullè. Florens, ex immundo fit mundus &c.* Si lepra floruerit, & totum corpus leproſi inuaſerit, lepra munda erit: quia dicitur Leuit. 13.12. *Sin autem effloruerit, diſcurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem à capite vſque ad pedes, quidquid ſub aſpectu oculorum cadit: Conſiderabit eam Sacerdos, & teneri lepra mundiſſima iudicabit; eò quòd omnis in candorem verſa ſit, & idcircò homo mundus erit.* De hac lepra eﬄoreſcente in vna, vel pluribus partibus corporis, vel etiam totum corpus inuadente, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 9. inc. הַשְּׁחִין וְהַמִּכְוָה מִיטַמְּאִין בְּשָׁבוּעַ רִאשׁוֹן וכו׳ ; *Haſcechìn vehammichuà mitamein beſciauùa riſciòn vecullè. Vlcus, & aduſtio munda redduntur prima hebdomada &c.* Vlcus, de quo Leuit. 13. v. 18. & aduſtio ignis, Ibid. ver. 24. declarantur à Sacerdote prima hebdomada, an per eam homo ſit leproſus, vel mundus. Et ſufficit tantùm inſpectio duorum ſignorum, nempè *pili albi, & dilatationis plagæ.* שחין *Scechin Vlcus,* & מכוה *Michuà Aduſtio* hoc modo deſcribuntur, vt שחין *Scechìn Vlcus* ſit לקה בעץ או באבן או בגפת או במי טבריא *percuſſio facta ligno, lapide, pice, & aquis Tiberiadis.* Itaque omnis puſtula, ſeù apoſtema, & vlcus, quod non

alia ſigna lepræ mundæ, vel immundæ, in hoc loco aſſignatur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Cap. 5. כָּל סָפֵק נְגָעִים טָהוֹר חוּץ וכו׳ ; *Col ſaphèk neghaim tahòr chutz vecullè. Omne dubium plagarum mundum exiſtimandum, præter &c.* Quamuis in rebus dubijs tutior pars ſit eligenda; in materia tamen de lepra, in dubijs ſtandum eſt in fauorem hominis, & mundus eſt iudicandus, exceptis quibuſdam caſibus, qui in hoc loco afferuntur. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 6. inc. גּוּפָהּ שֶׁל בַּהֶרֶת כִּגְרִיס הַקִּלְקִי וכול׳ ; *Guphà ſcèl bahèreth cheghàris hakkalki vecullè. Corpus papulæ albæ eſt tanquam faba Cilicina &c.* Deſcribitur quantitas papulæ, quæ in primo aſpectu debet eſſe ad inſtar fabæ Cilicinæ. Hæc in quadro habet nouem lentes: lens habet quatuor pilos quaquauerſum. Repeгiuntur itaque in faba Ciliciæ triginta ſex pili, & tanta debet eſſe quantitas papulæ primò viſæ, ad hoc vt iudicari debeat, an immunda ſit macula alba, nec ne. Hinc variæ minutiæ circa magnitudinem papulæ, inſpectiones, & maculæ mutationem, afferuntur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Cap. 7. אֵלּוּ בֶּהָרוֹת טְהוֹרוֹת שֶׁהָיוּ בוֹ קוֹדֶם לְמַתַּן תּוֹרָה בַּגּוֹי וכו׳ ; *E'lu beharòth tehoròth ſcehaiù vò kòdem lemathàn Toràh bagòi vecullè. Iſta ſunt papulæ mundæ, quæ erant ante dationem Legis in Gentili &c.* Si Proſelytus ad Iudaiſmum conuerſus

מִיטַמְּאִים בַּנְּגָעִים חוּץ וכול׳;
Col habbathim mitameim baneghaim chutz vecullè. Omnes Domus immundantur plagis (lepræ) *præter Gentilium ædes &c.* Iudæorum Domus in terra promiſſionis lepra quandoque à Deo percutiebantur. Domus Gentilium ab hac plaga immunes erant, ſicut & nonnullæ aliæ; veluti, Domus rotunda, trigona, & quæ in naui ædificata erat, vel ſupra trabes: hæ enim lepræ immunditiam non recipiebant. De his in hoc loco tractatur, & quomodo Iudæus in his habitans, ſe gerere debebat. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 13. עֲשָׂרָה בָתִּים הֵן וכו׳; *Aſſarà batìm en vecullè. Decem domus ſunt &c.* Tractat de domibus, in quibus apparuerunt ſigna lepræ, quomodo decem modis ſecundùm diuerſas apparitiones, & aſpectus lepræ in pariete poterant viſitari, & iudicari; an lepra contaminatæ eſſent, vel mundæ exiſterent. Itaque de leproſis domibus, & quomodo mundus à lepra, ſi caput, & maiorem corporis partem in domum leproſam immiſerit, reddatur immundus; & vice verſa, domus munda reddatur immunda, ſi leproſus caput, & maiorem corporis partem in eam immittat. Et de leproſo ſub arbore exiſtente, quomodo mundus ante eum pertranſiens, immundus fiat; & de his ſimilibus aliquot alia. Habet *Miſcnaijòth* duodecim.

Caput 14 בֵּיצַד מְטַהֲרִין אֶת הַמְּצוֹרָע וכו׳; *Chetzàd metaharin eth hammetzoràa vecullè. Quomodo mundant leproſos &c.* Deſcribitur ritus mundan-

non prouenit ex aduſtione ignis, eſt שחין *Scechìn*. מכוה *Michà* verò eſt aduſtio facta prunis; vel cinere ignito. Quicquid igne aduſtum eſt, מכוה *Michuà Aduſtio* eſt. Quomodo in his duobus plagarum generibus cognoſci poſſit, lepram ineſſe, hic agitur. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 10. הַנְּתָקִים מִיטַמְּאִין בִּשְׁנֵי שָׁבוּעוֹת וכו׳; *Hannethakìm mitamein biſcnè ſceuuòth vecullè. Porriginoſi mundantur perquiſitione duarum hebdomadarum &c.* Scabies illa, quæ in cute capitis inter capillos enaſcitur, ex qua capilli diffluunt, vocatur נֶתֶק *Nèthek*, Italicè *Tigna*; & aliquando barbam inuadit, & ſupercilia, ſed raró. Hæc dijudicatur duabus hebdomadibus, & eiſdem ſignis, quibus dijudicantur leproſi in cute carnis. De hiſce ſignis quatenus ad porriginem dijudicandam pertinent, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 11. incipit כָּל הַבְּגָדִים מִיטַמְּאִין בַּנְּגָעִים וכו׳; *Col habbeghadìm mitamein canneghaim vecullè. Omnia Veſtimenta immunda fiunt plaga lepræ &c.* Omnia veſtimenta eodem prorsùs modo ac homines lepra percutiuntur, exceptis veſtimentis Gentilium. Item de pilis Cameli, qui commiſceri poſſunt cum lana ouina; ſi maior pars filorum panni ſit ex pilis cameli, hanc lepræ immunditiam pannus, & veſtimenta non recipiunt; ſecùs ſi conſtent ex maiori parte ouinæ lanæ. De hiſce veſtimentorum immunditijs, & lepra, hic ſermo eſt. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 12. incipit כָּל הַבָּתִּים

nem patiatur, ſi ſtatim ad Iudæorum ſectã tranſierit, pollutus exiſtimandus, & iuxta ritum ſtatutum mundandus. Et de quinque modis, quibus fluens immundum reddat cubile. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 3. הַזָּב וְהַטָּהוֹר שֶׁיָּשְׁבוּ בִסְפִינָה וכו׳: *Hazzàu vehattahòr ſceiaſceuù viſphinà vecullè. Semine fluens, & mundus, qui ſedent in nauicula &c.* Si qui fluxum ſeminis laborant, fuerint in nauicula, vel ſederint ſuper puluinari, vel inſederint iumento, vnà ſimul cum viris mundis, licèt hi fluentium veſtimenta non tangant, tamen ratione מִדְרָס *Midràs calcationis* immundi fiunt. Itemque de his immundis ſedentibus inſimul cum mundis in maiori naui, ſuper aſſere, ſella, ligno lecti oblongo, pertica, arbore robuſta, tabernaculo firmo, ſcala tyria, vel etiam viminea, quando firma eſt, ponte tabulato, trabe, oſtio luto incruſtato, etiam tantùm ab vna parte, omnes illi cenſentur mundi. Mundus immundum percutiens mundus remanet; immundus percutiens mundum, percuſſus immundus redditur. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 4. ר׳ יְהוֹשֻׁעַ אוֹמֵר נִדָּה שֶׁיָּשְׁבָה וכו׳: *R. Iehoſciuà omèr, Niddà ſceiaſceuàh vecullè. R. Ioſuè dicit: Menſtruata, quæ ſedet &c.* Si menſtruata, vnà ſimul cum munda muliere in lecto ſedeat; calantica, ſiuè linteum quo caput eius operitur, immundũ eſt, ratione מדרס *Midràs*. Agitur quoq; quomodo ex conſortio menſtruatæ mulieris fluxum ſeminis patientis, vtenſilia reddantur immunda. Habet *Miſcnaijòth* 7.

dandi leproſum; vbi de rebus, quæ ad emundationem leproſi interueniebant: de qualitate paſſerum; de ligni Cedrini quantitate, & de hyſſopi qualitate. Reſpuitur hyſſopus *Græca*; hyſſopus כוחלי *Cochalì fucata*; hyſſopus רומי *Romì Romana*, ſylueſtris, & alia, cui cognomen adiunctum eſt, ſed hyſſopus debebat eſſe ſimpliciter hyſſopus, communiter nota. Et de Sacrificio quod offerri debebat pro leproſo mundato, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 13. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 114.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex ſextus dicitur זָבִים *Zauim Fluxus ſeminis*. Tractat de fluxum ſeminis nocturnum, & gonorrhæam patientibus; cuius Capita ſunt quinque.

Caput 1. הָרוֹאֶה רְאִיָּה אַחַת שֶׁל זוֹב וכו׳: *Harroèh reijàh achàth ſcel zòu vecullè. Qui videt viſionem vnam fluentis &c.* De his, qui incipiunt fluxum ſeminis pati, quomodo prima vice tempus fluxus obſeruare debent, itemq; ſecunda vice, & tertia, vt deinde poſſit ſtatui, huiuſmodi patientem, gonorrhæa laborare. De qua inſpectione, & huius immunditiei deciſione, non conueniunt inter ſe Schola Hillelis & Sciammài. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 2. הַכֹּל מְטַמְּאִין בְּזִיבָה וכו׳: *Haccòl mitamìn beziuà vecullè. Omnes immundi fiunt ſeminis fluxu &c.* Quomodo omnes ſubiecti ſint huic immunditiei, ſiuè Proſelytus, ſiuè ſeruus, ſiuè liber &c. De ſeptem modis, quibus viſitari poteſt fluens. Vbi ſtatuitur, quòd ſi Gentilis nocturnam pollutio-

Ca-

tur menſtruatæ; virgines; prægnantes; lactantes; & vetulæ. Virgines (ait) eas eſſe, quæ ſanguinem menſtruū nunquam habuerunt. Quænam ſint reliquæ deſcribuntur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 2. כָּל הַיָּד הַמַּרְבָּה וכו׳; *Col haijàd hammarbè vecullè. Omnis manus, quæ multiplicat &c.* Dicitur, quòd manus mulieris, quæ perquiſitionem circa pudenda frequentat, ſit laudanda; hominis verò, quæ idem facit, ſit abſcindenda; quia illa vt ſanguinem menſtruum obſeruet, id facit, hæc autem non item. Vbi de ſignis huius immunditiei, & de quinque ſpeciebus ſanguinis menſtruati, atque immundi agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 3. הַמַּפֶּלֶת חֲתִיכָה וכו׳; *Hammapèleth chathichà vecullè. Abortum faciens diſſectum &c.* De varijs generibus abortuum in hoc loco tractatur; Et an mulier abortiens reddatur immunda tamquam ex menſtruo; vbi de fœtu maſculeo, aut fœmineo; & quot dies requirantur, vt animetur, inquiritur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 4. בְּנוֹת כּוּתִים נִדּוֹת מֵעֲרִיסָתָן וכו׳; *Benòth Cuthìm niddòth mearìſathàn vecullè. Filiæ Cuthæorum ſunt menſtruatæ ab incunabulis &c.* Cenſentur hæ puellæ tamquam menſtruatæ; filiæ autem Sadducæorum, quando in hereſi parentum permanebant, exiſtimabantur tamquam Cuthæitæ: ſed poſtquàm adhæſerunt legi Iſraëlitarum pro Iſraëlitis habentur. De his, & de ſanguine mulieris alienigenæ, atque ſimilibus menſtruis hic agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 5. הַנּוֹגֵעַ בַּזָּב וכו׳; *Hannoghèa bazàu vecullè. Qui tangit fluentem &c.* Qui tangit patientem ſeminis fluxum, aut è contra, quomodo reddatur immundus? De immunditia, quæ contrahitur ex contactu fluentis, menſtruatæ, & reptilis: & de his, qui redduntur immundi, & inepti ad comedendum Therumà. Habet *Miſcnaijòth* 12. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 32.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex ſeptimus vocatur נִדָּה *Niddà Menſtruata.* Agitur de muliere menſtruata, vel ratione partus immunda, ex lege Leuit. cap. 15. ver. 25. & ſeqq. — & 12. 2. & ſeqq. deque illius purificatione. Habet Capita 10.

Caput 1. inc. שַׁמַּאי אוֹמֵר כָּל הַנָּשִׁים דַּיָּין שְׁעָתָן וכו׳; *Sciammài omèr, Col hannaſcìm daijàn ſciaatàn vecullè. Sciammài dicit: Omnibus mulieribus ſatis eſt illarum tempus &c.* Diſtrahuntur in diuerſas ſententias Sciammai, Hillel, & Sapientes circa determinationem temporis initij, quo mulier dicenda ſit menſtruata. Sciammai dicit, Conſiderandum eſt tempus menſtrui, & ſecundum diem, qua incœpit menſis menſtruum, eadem obſeruanda eſt alio menſe, à quo incipiendum eſt menſtruum tempus, & immunditia. Hillel verò dicit: A perquiſitione ad perquiſitionem. Et Sapientes vtrumque negant, ſed aiunt: A tempore ad tempus, per quod intelligitur ſpatium 24. horarum, incipientium ab hora, qua mulier ſanguinem aſpexerit, &c. Quatuor genera mulierum non cenſen-

Caput 5. יוצא דופן אין יושבין עליו וכו׳ : *Iotzè dòphen en ioſceuin alàu Vecullè. Qui egreditur ex latere, non habitant ſuper eum &c.* Quæ, cęſo vtero, emittunt partum, non tenentur legi parturientium latæ Leuit. 12. v. 2. *Mulier, ſi ſuſcepto ſemine pepererit &c. triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ &c.* neque offerre agnum, aut duos turtures, vel duos pullos columbarum, vt ibidem ver. 6. & ſeqq. nec ad alias leges purificationum. Vbi de immunditia mulieris, & immunditia hominis fluxum ſeminis patientis, vel ex accidente, vel ex caſu nocturno. Vbi & de ſignis pubertatis in puellis pertractatur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 6. בא סימן התחתון עד שלא בא העליון וכול׳ : *Ba ſimàn hattachthòn, adſcelò ba haëlijòn vecullè. Venit ſignum infernum vſque dum non venit ſupernum &c.* Duplex decernitur ſignum pubertatis in puellis, inferius, & ſuperius. Signum inferius, inquit Rabbi Bartenora, ſunt שתי שערות שהוא סימן נערות עד שלא בא העליון סימן של דדין והוא בוחל : *Duo pili, quouſque veniat ſuperius ſignum mammarum, quod eſt Bochàl.* Quid ſit בוחל *Bochàl*, declaratur in ſuperiori Cap. *Miſcnæ* n. 7. vbi parabolicè tribus nominibus puella nominatur, videlicet פגה בוחל צמל *Peghà, Bochàl, Tzamèl.* Tria iſta nomina deſumuntur à fructu ficuum, qui in triplici ſtatu conſiderantur. Primò, quando ſunt virides, qui & *Groſſi* dicuntur; ſecundò, quando matureſcere incipiunt; tertiò, quando perfectè maturi ſunt. Si puella antequam pubes oriantur, & mammæ appareant, ceù immatura viro, dicitur פגה *Peghà Groſſulus,* & ex Cant. Cantic. 2. v. 13. התאנה חנטה פגיה *Ficus protulit groſſulos ſuos.* Id probare contendunt in Ghemarà, hoc eodem loco pag 47. poſt medium. Poſtquam pubes apparuerint, & mammæ intumeſcere cæperint, vocatur בוחל *Bochàl Matureſcens,* tunc enim incipit eſſe apta viro. Si mammæ inclinare cæperint, & papilla digito depreſſa non ſtatim reuertitur, tunc appellatur צמל *Tzamèl Matura* viro. Et vox צמל ibidem explicatur יצתה מלאה *Egreſſa eſt plena.* Alia quamplurima ſigna pubertatis mulieris traduntur à diuerſis Rabbinis, quæ in Ghemaræ cenſuris ſuo loco, ea fortaſſe non pigebit referre. Inſuper in hoc Capite varia immunditiarum genera inter ſe conferuntur. Et quomodo puellæ, & pueri, quibus prædicta ſigna pubertatis infernè apparuerint, teneantur ad obſeruantiam omnium præceptorum, quę in Lege ſtatuuntur. Habet *Miſcnaijòth* 14.

Cap. 7. דם הנדה ובשר המת וכו׳ : *Dam hannidàh Vusàr hammèth Vecullè. Sanguis menſtruatæ, & caro mortui &c.* De rebus, quæ immunditiam afferunt, tam ſi recentes ſint, quàm vetuſtæ, vti ſanguis menſtruatæ, & caro mortui hominis. Item de rebus, quæ ſi recentes ſint, immunditiam afferunt, veluti eſt ſemen fluens, ſputum: reptile verò & cadauer immundi animalis; ſi arida ſint, immunditiã non afferunt. De reptilis cadauere in via inuento; & de maculis variegatis, & de alijs, quæ in ſubucula reperiuntur, an immundæ, vel mun-

ſanguine menſtruo, nec puella immunda. Vbi de muliere menſtruata, à fluente ſemine, & de ea, quæ poſt mortem ſanguine fluit, quomodo reddat res immundas. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 79.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH. Codex 8. vocatur טַהֲרוֹת *Taharòth Purificationes*. Tractat de purificationibus ab immunditijs leuioribus, & aliunde contractis, quàm ab humano cadauere, quarum duratio non datur vltra occaſum Solis, de quibus quædam in lib. Leuit. cap. 11. 34. & ſeqq. Habet Capita 10.

Caput 1. שְׁלֹשָׁה עָשָׂר דְּבָרִים בְּנִבְלַת הָעוֹף הַטָּהוֹר וכול׳ ׃ *Scelòſcià aſàr denaiim beniulàh haòph hattahòr vecullè. Tredecim res (numerantur) in cadauere volatilis mundi &c.* Volatile mundum debet occidi ritè, & rectè, quòd ſi non ſeruentur tredecim conditiones hic recenſitę, dicetur נפלה *Nephelà cadauer immundum*, & alia contaminabit. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 2. הָאִשָּׁה שֶׁהָיְתָה כּוֹבֶשֶׁת יָרָק בַּקְּדֵרָה וכו׳ ׃ *Haiſcià ſcehaietha coueſcèth iaràk bakkederà vecullè. Mulier, quæ ſubijcit olera in olla &c.* Muliere contrectante olera dū in olla coquuntur; ſi extra ollam foliorum aliqua pars reſilierit, & venerit vir ſuus immundus, eamque tetigerit; ſi huiuſmodi folij pars ſit arefacta ad quantitatem oui, tangens confirmatur in immunditia, & reliqua, quæ ſunt in olla, munda ſunt. Si verò tangat folij partem in loco humido, hoc eſt folij partem

mundæ cenſendæ ſint. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 8. הָרוֹאָה כֶּתֶם עַל בְּשָׂרָהּ כְּנֶגֶד בֵּית הַתּוֹרְפָה טְמֵאָה וכו׳ ׃ *Haroàh chèthem al beſaràh chenèghed beth hattorphà temeàh vecullè. Mulier, quæ videt maculam in carne contra pudendum, immunda eſt &c.* De maculis ſanguineis, quæ in partibus abſconditis mulierum, vel in ſubucula ab vmbilico, & infra, vel in alijs partibus corporis, aut induſij; an immundæ cenſendæ ſint? Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 9. הָאִשָּׁה שֶׁהִיא עוֹשָׂה צְרָכֶיהָ וְרָאֲתָה דָם וכול ׃ *Haiſciàh ſcehì oſà tzerachèah, veraathàh dam vecullè. Mulier, quæ facit neceſſaria (naturæ) & viderit ſanguinem &c.* Quæritur, an immunda cenſeatur, nec ne? De diuerſis poſituris mulierum, dum quieſcunt, vel aliquid operantur; ſi interim ſanguinis macula appareat, quomodo mundæ, vel immundæ exiſtimandę ſint? Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 10. תִּינוֹקֶת שֶׁלֹּא הִגִּיעַ זְמַנָּהּ לִרְאוֹת וְנִישֵּׂאת וכו׳ ׃ *Tinòketh ſcelò highia zemanàha liròth veniſèeth vecullè. Puella, cui tempus (menſtrui non aduenit) & violenter compreſſa eſt &c.* Puella, ſi ante tempus pubertatis violetur, & ſanguis appareat per quatuor noctes, cenſetur ſanguis ex vulnere procedens, non menſtruus, ſententia eſt Scholæ Sciammài: at Schola Hillelis dilatat tempus; & quouſque plaga totaliter non ſit ſanata, ſi ſanguis interim fluat, non habetur pro

tumàh mimakòm lemakòm vecullè. Qui ſpargit immunditiam de loco in locum &c. Si quis de loco ad locũ proijcit immunditiam, vti tortam panis immundi inter claues mundas; vel clauem immundam inter tortas panis mundi; non contaminat claues, nec panem, quia per accidens clauis, & panis immundus inter res cecidit; cùm in proiectione nõ deſignetur loc⁹ prçcisè, vbi res quieſcere debeat. Hinc res, quæ alioquin immundæ cenſerentur, in ijs, quæ accidentaliter eueniunt, immundæ non exiſtimantur; vt cùm reptile in ore muſtelæ, aut fruſtum cadaueris in ore canis fuerit, ſi vterque ſuper res mundas tranſierit, res illæ immundæ non redduntur propter eandem cauſam. Habet *Miſcnaijòth* 13.

Caput 5. inc. הַשֶּׁרֶץ וְהַצְּפַרְדֵּעַ בִּרְשׁוּת הָרַבִּים וכו׳: *Haſcèretz vehat zephardèa birſciùth harrabìm vecullè. Reptile, & rana in via publica &c.* Si reptile, & rana, quæ ſunt animalia immunda, in via publica ſint proiecta; ſic pariter quantum eſt oliuæ quantitas de mortuo homine; aut tantundem de cadauere; aut os mortui; aut os cadaueris; item ramentum terræ mundæ; ramentum terræ בית הפרס *Beth Happères*, (quid ſit *Beth Happères*, vide ſuprà cap. 17. Cod. *Ohalòth*) & ramentum terrę Gentilium; aut ſi ſint duę ſemitæ, quarum altera ſit immunda, altera munda, & vadat aliquis per vnam, nec ſcit per quam ex his eat; figat tentorium in vna ex eis, nec ſciat, in quanam ex iſtis tentorium fixerit; declinet ab vna ex iſtis, ſed neſciat, ex qua ipſe declinet: R. Akibbà immundum facit, ſed Sapientes mundum eſſe exiſtimant.

tem madidam etiam ad menſurã quantitatem oui; per hanc humiditatem pertranſibit immundities; & omnia, quæ in olla ſunt, immunda reddentur. Si verò folij pars madefacta ſit minor oui quantitate, ipſe qui tangit, in immunditia confirmatur, reliqua munda erunt. Iterum ſi ille, qui tetigerat, reuertatur, & tangat, omnia immunda reddentur. Si verò ille, qui tangit, ſit immundus ſuper mortuum, & tangat tam in parte humida, quàm in parte arida eiuſdem ad quantitatem oui; omnia, quæ ſunt in olla, reddentur immunda: ſi non eſt in ea quantitas oui; ipſe, qui tangit, immundus remanebit; & ea, quæ ſunt in olla, munda reputabuntur. De his, & ſimilibus alijs immunditijs hìc tractatur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 3. inc. הָרוֹטֶב וְהַגְּרִיסִין וְהֶחָלָב בִּזְמַן שֶׁהֵן מַשְׁקֶה וכו׳: *Harrotèu vehagherisìn, vehachèleu bizmàn ſcehèn maſckè vecullè. Ius fabæ fractæ, & pinguedo eo tempore, quo ſunt liquidæ &c.* De pulmentis, quæ cùm ſunt calida, liquida ſunt, & dum frigeſcunt condenſantur, an, & quomodo immunditiam recipiunt. Vbi de quibuſdam rebus, quæ munda decernuntur, vti v. g. de floribus in manu pueri repertis, dum in cœmeterio verſatur, decernitur, quòd ſint mundi; quia licèt tantùm ea liliorum ſpecies reperiatur in cœmeterio, attamen potuit dari puero à quopiam, qui mundus ſit, & in loco mundo flores decerpſerit. Idem iudicium fertur de clitellis in dorſo aſini apud cœmeterium reperti. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. inc. הַזּוֹרֵק טוּמְאָה מִמָּקוֹם לְמָקוֹם וכו׳: *Hazorèk*

redduntur immunda; quia ruſtici non ita ſe cuſtodiunt ab immunditia, vt aliquando mundi exiſtimari poſſint. Idipſum, & magis intelligendum eſt, ſi vaſa apud plebeium relinquantur. Item ſi vaſa amittantur, & eodem die reperiantur pro immundis non habentur. Si interdiu perdantur, & internoctu inueniantur, vel è contra, immunda exiſtimantur. Vnde regula firmatur: quòd quicquid de die amittitur, ſi poſt maiorem partem noctis inueniatur, immundum eſt. De his, & ſimilibus immunditijs hìc tractatur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 9. inc. זֵיתִים מֵאֵימָתַי מְקַבְּלִין טוּמְאָה וכו׳ ׃ *Zethìm meemathài mekabelìn tumàh vecullè. Oleæ quando recipiunt immunditiam? &c.* Determinatur, quòd oleæ recipere poſſunt immunditiam, ſed non priuſquam oleum ſudare incipiant. De oleis præcipuè in hoc Capite agitur, & de oleo, ac loco, in quo exprimitur, an ex contactu reptilis contaminari poſſit. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 10. הַנּוֹעֵל בֵּית הַבַּד וכו׳ ׃ *Hannoèl Beth habbàd vecullè. Peſſulo claudens locum torcularis &c.* Si vaſa coinquinata coinquinatione מדרס *Midràs Conculcationis* in loco vbi torcularia, ſeù molæ oleariæ poſitę ſunt; diſputant inter ſe R. Meir, & R. Iudas, an vniuerſa domus torcularis olearij reddatur immunda, nec ne? De torcularibus olearijs, & de illorum domibus prout aptæ ſunt recipere immunditiam, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 92.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH

mant. De immunditijs dubijs in præſenti inquiritur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 6. מָקוֹם שֶׁהָיָה רְשׁוּת הַיָּחִיד וְנַעֲשָׂה רְשׁוּת הָרַבִּים וכו׳ ׃ *Makòm ſcehaiàh reſciùth haijachid, veneesà reſciùth harrabbìm vecullè. Locus, qui quondam erat priuatus, & poſtea factus fuit publicus &c.* Si hic locus iterum fiat priuatus, & dum eſt locus priuatus dubitatur an ſit immundus, & quando eſt locus publicus dubitatur an ſit locus mundus; quomodo ſoluendus ſit hic caſus, & alij nonnulli conſimiles de munditia, & immunditia dubia in locis publicis, vel priuatis, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 7. incipit הַקַּדָּר שֶׁהִנִּיחַ קְדֵרוֹתָיו וְיָרַד לִשְׁתּוֹת וכו׳ ׃ *Hakkadàr ſcehinniach kederothàu, veiàrad liſcetòth vecullè. Figulus, qui relinquit ollas ſuas, & deſcendit ad bibendum &c.* Si venditor ollarum aliò diuertens relinquat ollas in via; poſtea rediens, ſi aliquas ex his ruptas, aut inciſuras habentes repererit, mundæ ſunt: ſi expanſæ, immundę cenſentur; ſi in faſciculos colligatę omnes mundę exiſtimabuntur. De vaſis, qui caſu, vel conſilio relinquuntur vel apud plebeium, vel domi, aperto oſtio, vel in feneſtra, vel alibi, an cenſenda ſint immunda, nec ne? Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 8 הַדָּר עִם עַם הָאָרֶץ בֶּחָצֵר וכו׳ ׃ *Haddàr im am haàretz bechatzèr vecullè. Qui habitat cum plebeio in atrio &c.* Qui in eodem atrio cum plebeijs, & ruſticis habitat, & vaſa ſua in atrio relinquit, tam ipſe, quàm vaſa

aſperſio fieri non poſſit, tunc enim ſi tangantur, immundus redditur ille, qui eas tangit. Iſti ſunt quinque patres immunditiei, ſeù capitales coinquinationes; quibus coinquinantur homines, & vaſa per contactum; itemque vaſa fictilia per aërem ingredientem, & immunditiam afferentem in parte concaua vaſis; in parte verò conuexa, huiuſmodi vaſa immunditiem non recipiunt, ſed tangi, & aſportari de loco ad locum poterunt. Recenſentur etiam in hoc Capite decem ſanctitates, quæ olim erant tùm in terra Iſraëlis, cùm in Templo, & eius partibus; cur ſcilicet terra Iſraëlis, reliquis terris ſanctior diceretur, & eſſet. Et cur vna pars Templi ſanctior altera fuiſſet. Habet *Miſcnaijòth* nouem..

Caput 2. inc. כְּלֵי עֵץ וּכְלֵי עוֹר וּכְלֵי עֶצֶם וּכְלֵי זְכוּכִית וכול׳ ׃ *Chelè etz, vchlè or, vchlè ètzem, vchlè zechochìth vecullè. Vaſa lignea, vaſa coriacea, vaſa oſſea, & vaſa vitrea, &c.* Si hæc vaſa plana ſint, & extenſa in latus, ita vt eorum labrum non emineat per circuitum, immunditiam recipere non cenſentur; ſecus eſt, ſi illorum figura ſubleuetur, & corpus reſtringatur, aëremque occludant: quòd ſi frangantur, ex immundis munda fient. De his enim hìc abundè tractatur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 3. inc. שִׁיעוּר כְּלִי חֶרֶס לִיטַּהֵר וכו׳ ׃ *Sciuùr chelì chères litaher vecullè, Menſura vaſorum fictilium. Vt mundari poſſint, quanta debeat eſſe? &c.* Determinatur quantitas vaſis, ad hoc, vt immunditiem recipere poſſit, & pu-

ROTH Codex nonus vocatur כֵּלִים *Chelìm Vaſa*. In hoc Codice agitur de vaſis, inſtrumentis, veſtimentis, & ſupellectilibus cuiuſque generis; quomodo munda, vel immunda cenſeantur, deque illorum purificatione. Habet Capita 30.

Caput 1. אֲבוֹת הַטּוּמְאוֹת הַשֶּׁרֶץ וְשִׁכְבַת זֶרַע וכו׳ ׃ *Auòth hattumeòth haſcèretz, veſcichuàth zeràa vecul. Patres immunditiarum ſunt, reptile, concubitus ſeminis &c.* In immunditijs dant Talmudiſtæ tres gradus generationis, præter patrem patris immunditiei. Primum vocant patrem; ſecundum filium; tertium, nepotem. Sit exemplum. Cadauer hominis, quia immundum cenſetur, eſt pater patris immunditiei. Si tangatur v. g. ab Abrahamo, Abraham dicetur pater immunditiei; quòd ſi tangatur Abraham ab Iſaaco, Iſaac reddetur immundus in ſecundo gradu; quòd ſi Iſaac tangat Iacobum, vel res ſacras, vti Therumam; vel reliquias Sacrificiorum, iſtæ in tertio gradu reddentur immundæ, nec in rebus ſacris vlterius extenditur immunditia. In rebus profanis, ad tres alios gradus propagatur pollutio, poſt quos ſiſtit coinquinatio, & euaneſcit, eo modo, quo explicatum eſt in Leuit. c. 11. ver. 33. & ſeqq. Ex quibus intelligi poteſt, quomodo reptile dicatur pater immunditiei. In hoc igitur Capite de his patribus agitur, qui ſunt, *reptile*; ſecundò, *concubitus ſeminis*; tertiò, *immundus per contactum mortui*; quartò, *leproſus in diebus lepræ*, dum hi dies numerantur; quintò, *aquæ purificationis peccati*, ſi adeò paucæ ſint, vt ex his

baàh vecullè. Clibanus in principio quatuor, & reſidua eius quatuor &c. Clibanus minor ſexdecim digitis quaquauerſum eſſe non debet, vt immunditiam recipere poſſit; & fragmenta illius ſi minora eiuſdem menſuræ ſint, munda erunt. De clibani, & furnuli quantitate, menſura, & ſitu, vt ſint apti ad immunditiem recipiendam; agitur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 6. הָעוֹשֶׂה שְׁלשָׁה פִּטְפּוּטִים בָּאָרֶץ וְחִבְּרָן בְּטִיט וכו׳ ׃ *Haoſsè ſceloſcià pitputìm baàretz vechiberàn betìt vecullè. Qui facit tres pedes* (tripodem) *in terra, & coniungit luto &c.* De furnulis, qui fiunt, vt ſuper eos ollas imponant ad coquendum cibum, quomodo recipiant immunditiem. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 7. הַקַּלְתּוֹרֶת שֶׁל בַּעֲלֵי בָתִּים וכול׳ ׃ *Hakallathùt ſcel baalè vathìm veculiè. Baſis, ſeù pes furni patrumfamilias, ſeù domeſtici &c.* Foci fictiles, quos patresfamilias in cubiculis ad cibaria coquenda parant, & duo foramina habent, vnum inferius, quo ignis accenditur, & aliud ſuperius, cui olla imponitur; ſi ſint minores duodecim digitis vndequaque, tunc, cùm rationem vaſis habeant, immunditiem recipiunt; ſi ſint prædicta menſura maiores, mundi. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 8. incipit תַּנּוּר שֶׁחֲצָצוֹ בִּנְסָרִים אוֹ בִירִיעוֹת וכו׳ ׃ *Tannùr ſcechatzarzò binſarim, ò viriòth vecullè. Clibanus, qui medijs aſſeribus, aut cortinis partitus eſt &c.* Si in vnum ex his

purificationem. Dicitur, quòd ſi vas ad cibum recipiendum ſit deſtinatum, quantitatem duarum oliuarum in ſe recipere debeat; vas verò ad poculum, tantum poculi capere debeat, quantum ad hauſtum ſufficiat: ſi autem vas in vtrumque vſum aſſumi poſſit, ſufficit vt habeat menſuram cibi, id eſt duarum oliuarum capacitatem. Vaſa ſi frangantur ex immundis fiunt munda, ex Leuit. cap. 11. ver. 33. Quanta igitur erit menſura fractionis, vt inter munda connumerari poſſint? Si fractio tanta ſit, vt fragmenta nomen vaſis deperdant, munda eſſe cenſeantur. Si fragmenta nomen, & vſum vaſis quoquomodo retinere queant, vt ſi dolium in duas partes ſcindatur, quarum altera tanta ſit, vt liquorem, aut res aridas retinere poſſit, quia nomen vaſis adhuc retinet, coinquinatum vas exiſtimatur. De his menſuris in hoc loco agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. הַחֶרֶס שֶׁאֵינוֹ יָכוֹל לַעֲמוֹד מִפְּנֵי אָזְנוֹ וכו׳ ׃ *Hacheres ſceenò iacòl laamòd mipenè oznò vecullè. Vas teſtaceum, quod conſiſtere non poteſt ratione manubrij &c.* Si vas fictile, quia habet manubrium confractum, aut infernè ita acuminatum ſit, vt ſuper pedem ſtare non poſſit; quæritur, vtrum immundum ſit iudicandum? Idem quæritur de dolio fiſſo, vel etiam ſciſſo, vt ſupra in præterito Capite. De his vaſis confractis; aut ſciſſis etiam agitur. Habet *Miſcnaijòth* 4.

Caput 5. incipit תַּנּוּר תְּחִלָּתוֹ אַרְבָּעָה וּשְׁיָרָיו אַרְבָּעָה וכול׳ ׃ *Tannùr techillathò arbaàh, veſciràu ar-*

פְּשׁוּטֵיהֶן וּמְקַבְּלֵיהֶן טְמֵאִין וכו' ; *Chelè mattachòth peſciutchèn vmkaulehen temein Vecullè. Vaſa metallica tam exſpanſa, quàm collecta immunda ſunt &c.* Vaſa fuſilia omnia immunda eſſe decernuntur; quia metallum, ſiuè planum, ſiuè profundum immunditiam recipit, & conſeruat; ſi frangantur, munda euadunt; ſi iterum conflentur in vaſa, immunditiei redduntur. Agitur & de vaſis, & inſtrumentis, quæ partim conflata ſunt ex ferro mundo, & partim ex ferro immundo, an munda, vel immunda cenſeri debeant? Item de Inſtrumentis muſicis, an & ipſa immunditiam recipiant, & quomodo? Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 12. טַבַּעַת אָדָם טְמֵאָה וכו' ; *Tabàath adàm temeàh vecullè. Annulus hominis immundus eſt &c.* Annuli omnes recipiunt contaminationem, non tamen circuli ferrei, qui in naſo animalium, & iumentorum apponuntur. Vbi de varijs inſtrumentis agitur, & determinatur, quænam ex iſtis ſint munda, vel immunda. Habet *Miſcnaijòth* octo.

Caput 13. inc. הַסַּיִף וְהַסַּכִּין וְהַפִּגְיוֹן וְהָרוֹמַח וכו' ; *Haſſaiph vehaſſachìn Vehapighiòn, Veharòmach vecullè. Enſis, gladius, pugio, lancea, &c.* Recenſentur in hoc Capite quamplurima inſtrumenta potiſſimùm inciſiua, de quibus decernitur quomodo ſint immunda. Vt exempli gratia, falx manualis, ſiuè putatoria, falx meſſoria, forfex tonſorum, fuſcinulæ, cochlear, quo agitatur coctum in olla, ſtylus ſcriptorius, & alia his ſimilia; an, & quomodo his loculis reptile repertum fuerit, totus clibanus immundus exiſtimatur. De clibanis, in quibus reptile, vel aliquid aliud immundũ reperitur; an non ſolùm clibanus, ſed & alia vaſa in eo reperta immunda fiant? Vbi varij caſus proponuntur; & de fornacibus etiam agitur. Habet *Miſcnaijòth* 11.

Caput 9. inc. מַחַט אוֹ טַבַּעַת שֶׁנִּמְצְאוּ בְּנְחוּשְׁתּוֹ שֶׁל תַּנּוּר וכו' ; *Machàt ò tabbàath ſcenimtzàu Vinchuſthò ſcel tannùr Vecullè. Acus, aut annulus inuentus in fundo clibani, &c.* Tractat de inſtrumentis, quæ recipiunt immunditiam, ſi inuenta fuerint in clibano, & tetigerint maſſam paſtæ, an hæc immunda reddatur? Sicut & de ſpongia plena liquore immundo, ſi in clibano reperiatur, reddetur immundus. Non ſolùm de clibanis, ſed & de alijs vaſis, vti de dolio pleno mundo liquore, cuius os benè obturatum ſit, ſi in tenterio mortui reperiatur; decernitur, quòd liquor ſit mundus, ſicut & pars interna dolij. Plura de his ſimilibus immunditijs. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 10. אֵלּוּ כֵלִים מַצִּילִין בְּצָמִיד פָּתִיל וכול' ; *E'lu chelim matzilin betzamid pathìl vecullè. Iſta ſunt vaſa, quæ liberant ob affixum operculum &c.* Vaſa, quæ operculum affixum non habent, ſed aperta ſunt, cenſentur immunda ex Num. 19. 15. quæ autem operculum faſcia alligatum habent, munda exiſtimantur. In hoc loco omnia vaſa, quæ ratione huius operculi alligati munda ſunt, recenſentur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 11. incipit כְּלֵי מַתָּכוֹת

Cap. 17. כָּל כְּלֵי בַעֲלֵי בָתִּים שִׁיעוּרָן כְּרִמּוֹנִים וכו׳ ; *Col chelè vaalè vatìm ſciuuràn cherimmonim vecullè. Omnia Vaſa domeſtica, illorum menſura ſecundùm malum punicum &c.* Menſura vaſorum, quæ ad vſum domeſticum ſunt deſtinata, vt ratione vaſis immunditiam recipiant, tanta eſſe debet, vt malum punicum in ſe continere queant. Sportæ ruſticorum includere debent ad minus faſciculum olerum; & ſportæ domeſticæ faſciculum palearum. R. Ioſue omnium iſtarum rerum menſuram ſecundùm quantitatem mali punici determinat. Vnde & de quantitate mali punici quæritur, & de alijs menſuris, quibus vtuntur Iudæi ad aliquid menſurandum, vti de quantitate oui, oliuæ, & reliquis. Habet *Miſcnaijòth* 17.

Caput 18. הַשִּׁידָה בֵּית שַׁמַּאי אוֹמְרִים נִמְדֶּדֶת מִבִּפְנִים וכו׳ ; *Haſcidàh, Beth Sciammài omerim, nimdèdeth mibiphnìm vecullè. Arca, Schola Sciammài dicit: Menſuratur intus &c.* Agitur de quantitate arcæ domeſticæ, ad hoc vt immundum vas dici poſſit; & quomodo menſuranda, vtrum ex parte interna, an externa? Sciammaitæ volunt internè; Hillelitæ externè. Vtraque Schola in vnum concurrit, quod pedum, & tabularum ſpiſſitudo non ſit computanda. De hiſce & ſimilibus immunditijs, multa in hoc capite adducuntur. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 19 הַמְפָרֵק אֶת הַמִּטָּה לְהַטְבִּילָהּ וכול׳ ; *Hammeparèk eth hammittà lehatuilàh vecullè. Qui le-*

modo ſint immunda. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 14. כְּלֵי מַתָּכוֹת כַּמָּה הוּא שִׁיעוּרָן וכו׳ ; *Chelè mattachòth cammà hu ſciuuràn vecullè. Vaſa metallica quam menſuram habeant? &c.* Inquiritur de vaſis fuſilibus æneis, cuius capacitatis eſſe debeant ad hoc, vt immunditiem recipere poſſint. Vbi de alijs vaſis, & inſtrumentis, an, & quomodo immunda fiant. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 15. inc. כְּלֵי עֵץ כְּלֵי עוֹר כְּלֵי עֶצֶם כְּלֵי זְכוּכִית וכול׳ ; *Chelè etz, chelè or, chelè ètzem, chelè zechochìth, vecullè. Vaſa lignea, vaſa coriacea, vaſa oſſea, & vaſa chryſtallina &c.* Si huiuſmodi vaſa plana, & expanſa ſint, immunditiam non recipiunt; ſi curua, & concaua erunt, immunda exiſtimantur: nam immundities intra vas recipitur, non extra. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 16. כָּל כְּלֵי עֵץ שֶׁנֶּחֱלַק לִשְׁנַיִם טָהוֹר וכול׳ ; *Col chelè etz ſcenechlàk liſcnàim tahòr vecullè. Omnia vaſa lignea, quæ in duas partes diuiſa ſunt, munda* (cenſentur) *&c.* quia ampliùs vaſa non ſunt: nam fracta nomen, & officium vaſis deperdunt: exceptis, menſa dupla, paropſide, ſeù ſcutella magna, & ſcabello domeſtico: quia iſta in duas partes diuiſa officium vaſis præſtare poſſunt. Vbi quædam alia vaſa, & inſtrumenta numerantur, quæ aliquando immunda, vel munda exiſtimari debent. Habet *Miſcnaijòth* octo.

& abacus, qui confractus eſt: &c. Agitur de menſa, & abaco, vbi vaſa menſalia, & pocularia exponuntur, an ſi ea frangantur, immunditiem deperdant? Idem de alijs diuerſorum generum vaſis, & vtenſilijs inquiritur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 23. inc. הַכַּדּוּר וְהָאִמּוּם וְהַקָּמִיעַ וְהַתְּפִלִּין שֶׁנִּקְרְעוּ וכו׳: *Haccadùr, vehaamùs, vehakamìa, vehatephilìn, ſcenikràuu, vecullè, Pila luſoria, calcei forma, amuletum, & philacteria, quæ fracta ſunt &c.* Iſta & his ſimilia; an immunditiam recipiant, & ſi fracta fuerint, an eandem retineant. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 24. שְׁלֹשָׁה תְּרִיסִין הֵם תְּרִיס הַכָּפוּף טָמֵא מִדְרָס וכו׳: *Sceloſcià terisin hem, taris haccaphùph tamè midràs vecullè. Tres ſunt clypei; clypeus curuus immundus eſt immunditia Midràs calcationis &c.* De tribus clypeorum ſpeciebus, an, & cuiuſnam ſpeciei immunditiam recipiant. Item de alijs vaſis, & inſtrumentis quælibet in tres ſpecies diſtinctis, vti de tribus curruum generibus &c. Habet *Miſcnaijòth* ſeptemdecim.

Caput 25. כָּל הַכֵּלִים יֵשׁ לָהֶם אֲחוֹרַיִם וְתוֹךְ כְּגוֹן הַכָּרִים וכו׳: *Col hacchelìm ieſc lahèm achoràim, vetòch chegòn haccarìm, vecullè. Omnia vaſa habent tergum, & intus, ſicut ceruical &c.* De vaſis, & vtenſilibus, quæ à tergo, & intus recipiunt, vel non recipiunt coinquinationem; & de ijs, quæ non cenſentur habere anteriorem, & poſteriorem partem. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Ca-

lecti partes diſiungit, vt eas abluat &c. Volens quis purgare lectiſternia, & lecti aſſeres mundare, atque abluere, non eſt neceſſe, vt lauentur funes, quibus partes lecti vniuntur, quia iſtæ immunditias regulariter non recipiunt. Quomodo autem funes, & nodi eorundem immunditiam recipere poſſint, hìc declaratur, ſicut & alia quædam dubia de munditie, & coinquinatione cubilium reſoluuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 20. הַכָּרִים וְהַכְּסָתוֹת וְהַשַּׂקִּין וְהַמַּרְצוּפִין שֶׁנִּפְחֲתוּ הֲרֵי אֵלּוּ טְמֵאִין וכו׳: *Haccarìm vehacchesathòth vehaſſakin vehammarſuphìn ſcenniphchathù harè èlu temein vecullè. Puluinaria, culcitræ, ſacci, & bulgæ; quæ aliquantulum diſſutæ ſunt, immunditiam contrahunt, &c.* Prædicta vtenſilia ratione מדרס *Midràs Calcationis* immunda exiſtimantur, quia ſi parum diſſuta ſunt, de facili reſuuntur, nec ita facilè nomen, & vſum vaſis deperdunt. De his, & alijs ſimilibus vaſis hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 7.

Caput 21. incipit הַנּוֹגֵעַ בְּכוֹבֵד הָעֶלְיוֹן בְּכוֹבֵד הַתַּחְתּוֹן וכול׳: *Hannoghèa bechouèd haèliòn bechouèd hattachtòn vecullè. Qui tangit liciatoriũ ſuperius cum liciatorio inferiori &c.* De inſtrumentis textorijs, & alijs ad cuiuſcumque generis panni, & purpuræ texturam pertinentibus; an, & quomodo recipiant coinquinationē. Habet *Miſcnaijòth* 3.

Caput 22. הַשֻּׁלְחָן וְהַדַּלְפְּקִי שֶׁנִּפְחֲתוּ וכו׳: *Haſciulchàn vehaddalophki ſceniphchàthu vecullè: Menſa,*

haſſadin Vehaſſudarin, Vehattaratin Vecullè Fila ſindonis, ſudariorum, & capitiorum &c. Fila, quæ in pannis lineis ex textura hinc inde in extremitatibus, vel in medio telæ tamquam flocci relinquuntur: quæritur, an hæc munda, vel immunda ſint. De filis, & bilancium funiculis etiam hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Cap. 30. & vltimum כְּלֵי זְכוּכִית פְּשׁוּטֵיהֶן טְהוֹרִין וכו׳ : *Chelè zechochìth peſciutehèn tehorìn Vecullè. Vaſa chryſtallina, quæ expanſa ſunt, munda exiſtimantur &c.* Si profunditatem aliquã habeant, vel in extremitate oram prominentem, immunditiam recipiunt; ſi frangantur, munda euadunt; ſi iterum fundantur, & alia vaſa efformentur, immunda pariter, vt prius, erunt. Specula verò, etſi aliquando concaua ſint, tamen munda cenſentur, quia ita efformata ſunt, non ad aliquid ibi recipendum, ſed tantùm ad faciem inſpiciendam; & de alijs quibuſdam conſimilibus, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 4. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 254.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex 10. dicitur טְבוּל יוֹם *Teuùl iom Ablutus diei.* Tractat de illo, qui cùm eſſet immundus abluitur, & cui ex balneo redeunti, neq; complete mundato, non conceditur ingreſſus in ſancta, nec ei de ſanctificatis manducare permittitur, niſi poſt Solis occaſum eiuſdem diei, quia tunc perfectè mundatus eſt ובא השמש וטהר *Et ingredietur Sol, & ſic mundabitur.* Leu. 22. 7. De hac immunditia agitur Leuit. c. 11. 24. 25. &c. Ibidem c. 14. 46. cap. 15. 5. & ſeqq. cap. 22. 6. Habet Capita 4.

Caput 26. סַנְדָּל עַמְקִי וְכִיס שֶׁל שְׁנָצוֹת וכו׳ : *Sandàl amkì, Vechìs ſcel ſcenatzùth Vecullè. Sandalia (villæ) Amkì, & crumena cum loro &c.* De alijs vaſis, quæ aliquomodo recipere poſſunt immunditiam, deque fractis, ſi reſtaurentur; an immunditiam recipiant, de quibus multa hìc. Habet *Miſcnaijòth* 9.

Caput 27. inc. הַבֶּגֶד מְטַמֵּא מִשּׁוּם חֲמִשָּׁה שְׁמוֹת וכו׳ : *Habbèghed metamè miſciùm chamiſcià ſcemòth Vecullè. Veſtis immunda (redditur) ob quinque nomina &c.* Hic recenſentur quamplurimi modi, quibus veſtimenta, ſacci, vaſa coriacia, lignea, & fictilia, reddi poſſunt immunda. Habet *Miſcnaijòth* 12.

Caput 28. inc. שָׁלֹשׁ עַל שָׁלֹשׁ שֶׁנְּתָנָהּ בַּכַּדּוּר אוֹ שֶׁעֲשָׂאָהּ כַּדּוּר בִּפְנֵי עַצְמָהּ טְהוֹרָה וכו׳ : *Scialòſc al ſcialòſc ſcenethanàh baccadùr, ò ſceaſaàh cadùr biphnè atzmahà tehorà Vecullè. Ter ſuper ter, quod poſitum eſt in pila luſoria; aut facta ſit pila luſoria, munda eſt &c.* Si pannus trium digitorum in quadrũ conſuatur ſuper pilam luſoriam, aut ex eo fiat pila luſoria; cùm hæc nullam vaſis formam habeat, non recipit immunditiam; vnde munda iudicatur. Hìc de veſtimentorum & palliorũ quantitate panni, vt ex ea iudicari debeat, an ſint munda, vel per immunditiam coinquinari valeant, pertractatur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 29. incipit נִימֵי הַסָּדִין וְהַסּוּדָרִין וְהַטַּרְטִין וכו׳ : *Nimè*

tionibus à *Teuùl iom* prouenientibus. Habet *Miſcnaijòth* 5.

Caput 2. מַשְׁקֵה טְבוּל יוֹם כְּמַשְׁקִין שֶׁהוּא נוֹגֵעַ וכול׳ ׃ *Maſckè Teuùl iom chemaſckìn ſcehù noghèa vecullè. Liquidum Teuùl iom* (eſt) *ſicut ſunt liquida, quæ tangunt &c.* Liquida *Teuùl iam* immundi diei ſunt ſputũ, vrina, lachrymæ, ſanguis è corpore ſuo egrediens, & lac mulieris. Hæc ſunt veluti liquida aliarum rerum, quæ immunda non ſunt. Reliqua verò, quæ immunda ſunt, tam leuia, quàm grauia vti repetile, hominis cadauer &c. Si ex his liquida prædicta exeant, & tangantur, conſtituunt primũ gradum immunditiei, excepto liquore exeunte à patre immunditiei. Itaque de liquoribus tactis à *Teuùl iom abluto diei*, an, & quomodo immunda fiant, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 3. כָּל יְדוֹת הָאוֹכָלִים שֶׁהֵם חִבּוּר בְּאַב הַטּוּמְאָה וכו׳ ׃ *Col iedòth haochalìm ſcehèm chibbùr beàu hattumàh vecullè. Omnes pedioli comeſtibilium, qui ſunt iuncti patri immunditiei &c.* Pedioli fructuum iuncti patri immunditiei coniunguntur *Teuùl iom Abluto diei*. Vnde cùm quis comedere vult fructum, puta pyrum, cui cortex detractus ſit, nec tamen à pyro omnimodè auulſus; ſi accipiatur maior pars pyri, & cum maiori parte veniat minor; hoc eſt, cum pulpa aſcendat cortex; vel ſi accipiatur minor pars veluti cortex, & cum cortice aſcendat pyrum à cortice non perfectè purgatum: an mundũ, vel immundum cenſeri debeat pyrum ratione huius pedioli? Reliqua verò comeſtibilia ſecundùm communem vſum accipiun-

Caput 1. הַמַּכְנִיס חַלּוֹת עַל מְנָת לְהַפְרִישׁ וכו׳ ׃ *Hammechinnès chalòth al menàth leaphriſc vecullè. Qui introducit placentas hac intentione vt eas diuidat &c.* Qui ex maſſa panes conficit, & ex ordine vnum iuxta alium diſponit, hac tamen intentione, vt poſtquam in clibano cocti fuerint, eos ad inuicem ſeparet; ſi in hac ſeparatione, panis panem mordeat, videlicet ſi panis ex pane ſibi coniuncto, dum euellitur, fruſtum attrahat, quæritur: An ſi iſti panes à *Teuùl iom* tangantur, id eſt, ab eo, qui propter pollutionem iam ablutus eſt, ſed cùm adhuc dies ſit, nondum perfectè mundatus eſt, an (inquam) ex contactu vnius panis omnes iſti panes cenſeantur immundi; an verò ſolus ille panis, qui per contactum immundus factus eſt? Schola *Sciammài* omnes illos ſimul coniungit cum *Teuùl iom*, eoſque ſimul contaminat: quia exiſtimat omnes illos eſſe vnum corpus in fruſta diſſectum. Schola *Hillelis* contrarium cenſet, quia prima intentio panes conficientis fuit illos diuidere, neque ex illa coniunctione panum inter ſe intentionem habuit vnam maſſam panum conficere, aut omnes in vnum corpus reducere. Itaque ex contactu vnius panis à tota ſerie panum præciſi, licèt fruſtum alterius panis ei coniungatur, non ob id tota ſeries panum immunda redditur per contactum *Teuùl iom*, ſed ſolùm primus panis contactus. Tractat etiam de olla ebulliente, & vino nouo in ſpumam efferueſcente; an per contactum ſpumæ, inquinetur vinum, ſicut & legumina, quæ in olla coquuntur, & alijs his ſimilibus coinquina-

Quare ſi ſemel poſtquam ab arbore præciſi ſunt fructus, liquore aliquo humectentur, redduntur parati ad immunditiam recipiendam, ſi ab aliqua re immunda tacti fuerint. Quæ dicuntur de fructibus arborum, intelliguntur etiam de frugibus, & leguminibus à palea & folliculis purgatis. Hæc fundata eſſe volunt ſuper illud Leuit. capite 11. ver. 34. & 38. Quare etiam משקין *Maſckìn Liquida* vocant, quia de huiuſmodi liquidis in hoc Codice agitur. Habet Capita 6.

Caput 1. כָּל מַשְׁקֶה שֶׁתְּחִלָּתוֹ לְרָצוֹן וכו׳ ; *Col maſckè ſcettechillathò lcratzòn vecullè. Omne liquidum, cuius principium eſt voluntarium &c.* Septem liquida ſunt, quæ vehiculum immunditiei eſſe poſſunt ſecundùm; R. Moſen Ægyptium, & Bartenoram iſta ſunt: *Aqua, vinum, oleum, lac, mel, ſanguis, ros.* Si aliquo ex iſtis perfundantur fructus voluntariè quidem in principio effuſionis, inuoluntariè verò in fine effuſionis, aut vice verſa; iam huiuſmodi fructus apti ſunt ad recipiendam immunditiam, & includuntur ſub ea lege promulgata Leuit. 11. v. 38. וכי יתן מים על זרע ונפל מנבלתם עליו טמא הוא לכם *Vechì iuttàn Et cùm data fuerit aqua ſuper ſemen, & ceciderit de cadauere ſuper illud, immundum iſtud erit vobis.* Ex hoc loco firmant hanc *Miſcnam.* Si data fuerit aqua cum intentione, vel præter intentionem, ſuper ſemina, nempe à folliculis purgata (per ſemina veniunt etiam fructus) huiuſmodi aqua iam erit perfectũ vehiculum ad immunditiem introducendam in ſemina, & in fructus. Si deinde aliquod immundum, vti eſt cadauer hominis, vel aliqua pars

piuntur, vel per folia, vti olera, vel per caulem, vti alia olerum genera, v. g. braſſicę, apium hortenſe, & id genus ſimilia; quomodo coniungantur cum *Teuùl iom.* Et quamuis *Ablutus diei* non coinquinet ea, quę profana ſunt per contactum, nihilominùs ſi ſacrum tangat, vti eſt, verbi gratia, *Therumà*, immundum illud reddit eodem modo, quo pedioli fructuum profanant ſanctificatum. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 4. incipit אוֹכֶל מַעֲשֵׂר שֶׁהוּכְשַׁר בְּמַשְׁקֶה וכו׳ ; *Ochèl maasèr ſcehuchſciàr bemaskè vecullè. Qui manducat decimam, quæ conueniens eſt liquidum recipere &c. Teuùl iom Ablutus diei* ſi decimã tetigerit à qua non fuerat eleuata Theruma: aut immundis manibus Therumam à decima eleuauerit; immundam non reddit; quia hæc immunditięs eſt in tertio gradu: at tertius gradus in rebus ſacris iunctis profanis vlterius non progreditur. Declaratur etiã, quomodo in tertio gradu in profanis ſiſtat immunditiès, de qua nonnulla exépla afferuntur. Habet *Miſcnaijòth* 7. Omnes *Miſcnaijòth* huius Cod. ſunt 26.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex vndecimus nuncupatur מַכְשִׁירִין *Machſcirìn Præparatiua* ad introducendam coinquinationem in fructus: nam fructus quamdiù ſunt in arbore, non cenſentur immunditie aliqua coinquinati, licèt aquis de cœlo, vel hominis induſtria perfuſi fuerint; ſed poſtquam lecti ſunt, mundi etiam exiſtimantur quouſque aliquo liquore fuerint madefacti; huiuſmodi autem liquor dicitur præparatiuus, & via, per quam introducitur immunditiès in fructus,

inquinationem recipiendam, nec eſſe *Bechì iuttàn*. Alia nonnulla exempla in hoc capite ponuntur, quæ ad eandem rem ſpectare cenſentur. Habet *Miſcnaijòth* 8.

Caput 4. הַשּׁוֹחֶה לִשְׁתּוֹת הַמַּיִם הָעוֹלִים בְּפִיו וכו׳ ׃ *Haſſochè liſctòth hammàim haolìm bephiu vecullè. Qui curuatur vt bibat; aquæ aſcendentes in os eius &c.* Si quis curuatis genibus bibat; aquæ, quæ ex eius ore, aut ex myſtace defluunt, eas *Bechì iuttàn* aquas aptas ad introducendam immunditiam in fructus eſſe volunt. Si ex naſo, capite, aut barba defluere deprehendantur, eas non eſſe *Bechì iuttàn* exiſtimant. De aquis, quæ ab alijs aquis procedunt, vel cum alijs commixtę ſunt; an ſint *Bechì iuttàn*, nec ne, quamplurima exempla afferuntur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 5. מִי שֶׁטָּבַל בַּנָּהָר וְהָיָה לְפָנָיו נָהָר אַחֵר וכו׳ ׃ *Mi ſcetaùal bannahàr vehaiàh lephanàu nahàr achèr, vecullè. Qui abluit ſe in fluuio, & erit coram eo fluuius alter &c.* Proponuntur alij caſus de aquis præparantibus ingreſſum immunditiei, quæ vt ſępè dictum eſt, vocantur *Bechì iuttàn*. Sic dicitur: quòd ſi quis, vt abluat ſe, deſcendat in fluuium, & indè egreſſus in alium illi propinquum ingredi voluerit, iam aquæ illæ priores, quæ diffuſæ ſunt ſuper corpus eius, ſunt *Bechì iuttàn*, quia ſpontè in primum fluuium ingreſſus eſt. Si autem poſteà in ſecundum fluuium ingrediatur, aquæ, quibus ſecundò madefactum eſt corpus ſuum; non cenſentur *Bechì iuttàn*, nec ſunt idoneę ad parandā viam immunditiei. Et pars ipſius, ſemina, & fructus tangat, redduntur immundi. De cadaueribus iumentorum, & auium, de panibus profanis, & ſacris, an, & quomodo dare poſſint immunditiem, & illam recipere, agitur. Habet *Miſcnaijòth* 6.

Caput 2. זֵיעַת בָּתִּים בּוֹרוֹת שִׁיחִין וּמְעָרוֹת טְהוֹרָה וכו׳ ׃ *Ziàth batìm, boròth, ſcichìn, vmaròth tehoràh vecullè. Sudor ædium, ciſternarum, fouearum, & ſpeluncarum mundus eſt &c.* Sudor comprehenditur ſub aqua; quæritur igitur hìc, an ſudor ſit liquor aptus ad introducendam immunditiam: vnde decernitur, quòd ſi quis bibat aquam immundam, & poſtea è corpore ipſius ſudor erumpat, iſte ſit ſudor mundus: e contra, ſi aquam mundam quis bibat, & poſtea ſudet, ſudor immundus erit. Sudor hominis abſolutè mundus eſt. De huiuſmodi ſudore, & de alijs ad eandem præparationem immunditiei introducendæ ſpectantibus, agitur. Habet *Miſcnaij.* 11.

Caput 3. inc. שַׂק שֶׁהוּא מָלֵא פֵּירוֹת וּנְתָנוֹ עַל גַּב הַנָּהָר וכו׳ ׃ *Sak ſcehù malè peròth unthanò al ghàu hannahàr vecullè. Saccus fructibus repletus, poſituſq; ſuper fluminis ripâ &c.* Si, vt hìc dicitur, ponatur ſaccus, quæritur; an huiuſmodi liquor diſponat tales fructus ad recipiendam immunditiam, & ſint *Bechì iuttàn* i. e. comprehendantur ſub illis verbis Leuitici 11. v. 38. וכי יתן *Vechì iuttàn Et ſi data fuerit aqua &c.* R. Iudas dicit: quòd ſint *Bechì iuttàn* illi tantùm fructus, qui tacti fuerunt ab aquis; reliqui, qui è regione aquæ non fuerunt, non cenſentur diſpoſiti ad co-

יח

Et hoc eſt, quod in textu dicitur טהרו שניים את הראשונים (aquæ) *ſecundæ primas mundificant*, id eſt primæ aquæ primi fluminis, quibus corpus erat ablutum, & aptę erant ad immunditiam introducendam, mundantur ab aquis ſecundi fluminis, id eſt tollitur aptitudo illa, quam ad introducendam immunditiam habebant. Quamplurimi his ſimiles caſus reſoluuntur in hoc Capite, cuius *Miſcnaijòth* ſunt 11.

Caput 6. הַמַּעֲלֶה פֵּירוֹתָיו לַגַּג מִפְּנֵי הַכְּנִימָה וכו׳ ׃ *Hammaalèh perothàu lagàgh mipenè bachenimà vec. Qui aſcendere facit fructus ſuos in tectum propter vermiculos &c.* Si ſuper eos deſcendat ros, non ob id fiunt בכי יותן *Bechì iuttàn* apti ad immunditiam recipiendam: ſi autem intentio illius fuerat vt ſuper huiuſmodi fructus ros deſcenderet, tunc *Bechì iuttàn* reddentur. Alij caſus aſſignantur, & exempla nonnulla afferuntur, à quibus *Bechì iuttàn* remouetur, vel in eis firmatur, & aſſeritur. Recenſentur etiam 7. liquores, per quos diſponuntur fructus, & ſemina, aut legumina ad immunditiam recipiendam; hi ſunt טל *Tal ros*; 2. מים *Màim aquę*; 3. יין *Iàin vinum*; 4. שמן *Scèmen oleum*; 5. דם *Dam ſanguis*; 6. חלב *Chalàu lac*; & 7. דבש דבורים *Deuàſc deuorim mel apum*. Exceptiones aliquot dantur in ijſdem, per quas ſecernuntur ab alijs, quæ aptæ non ſunt ad prædictam immunditiá introducendam. Habet *Miſcnaijòth* 8. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 54.

SEXTI ORDINIS TAHAROTH Codex duodecimus, & vltimus totius Miſcnę nuncupatur עֻקְצִים *Okatzim Petioli*. In eo agitur de petiolis fructuum, quomodo recipere immunditiam poſſunt ex contactu aliorum fructuum. Habet Capita tria.

Caput 1. כָּל שֶׁהוּא יָד וְלֹא שׁוֹמֵר וכו׳ ׃ *Col ſcehù iad velò ſciomèr vecullè. Omne, quod habet manum, & non cuſtodem &c.* Pedioli, quibus fructus pendent, vocantur in hoc loco עוקצים *Okatzim*, aliàs ידות העצים *Iedòth haetzìm manus ligneæ* fructuum; putamina verò fructuũ, quibus fructuum caro conſeruatur, dicuntur שומר *Sciomèr Cuſtos*, ſiuè *cuſtodes* fructuum. Si itaque fructus petiolum habeant, & non habeant *Cuſtodem*, ſeù putamina, immunditiam dare, & recipere poſſunt. Non enim aſſociatur putamen cum petiolo; ſicut etiam ſi petiolus non exiſtat in fructu, exiſtat tamen putamen, immunditiam dare, & recipere poterit. Si vtrumq; in fructu non exiſtat, neque dare, neque recipere immunditiam poterit. De his petiolis, & putaminibus in hoc capite agitur, cuius *Miſcnaijòth* ſunt 6.

Caput 2. incipit זֵיתִים שֶׁכִּבְּשָׁן בְּטַרְפֵיהֶן טְהוֹרִין וכול׳ ׃ *Zethìm ſcechìbeſciàn betarpehèn tehorin vecullè. Oleæ, quæ conduntur cum folijs ſuis mundæ ſunt &c.* Oleæ, quæ vna cum folijs, & ramulis in ſalmuria, aceto, vel alijs liquoribus conduntur, ſi huiuſmodi folia à reptili, vel alio immundo tangantur, non ob id oleæ, aut eius folia, vel etiam earundem petioli, & putamina redduntur immunda, de huiuſmodi fructibus liquore conditis, de flore cucurbitarum, & peponum, de folijs ceparum, & alijs conſimilibus, an munda, vel

Horum Capita ſunt 74. In fine Capitis *Biccurim* additur *Baraijethà* pro Cap. 4. Sic omnia erunt capita 75. & *Miſcnaijòth* 649. cum *Miſcnaijòth Baraijethà* numero 5. omnes erunt 654.

2. Ordo *Moëd* habet Codices 12. Capita 88. Poſt Caput 4. *Peſachìm* additur parua *Baraijethà*, cuius vnica eſt *Miſcnà*, iuncta reliquis: erunt *Miſcnaijòth* huius Ordinis 679.

3. Ordo *Naſcìm* habet Codices 7. Horum Cap. ſunt 71. *Miſcnaijòth* 578.

4. Ordo *Nezikìn* habet Codices 10. Horum Capita ſunt 73. In *Auòth* additur vnum extra ordinem, fiuntque 74 Horum *Miſcnaijòth* 684. quibus additis 11. *Miſcnaijòth* capitis 6. extra ordinem in *Auòth* fiunt *Miſcnaijòth* 695.

5. Ordo *Kodaſcìm* habet Codices 11. Horum Capita ſunt 90. Quorum *Miſcnaijòth* ſunt 590.

6. Ordo *Taharòth* habet Codices 12. Capita 126. *Miſcnaijòth* 1012.

Summa ſtrictior.

סך כל המסכתות שלש וששים :

Summa omnium *Maſſachthòth Codicum* 63.

סך כל הפרקים חמש מאות ושנים ועשרים :
עם ברייתות תקכ״ד:

Summa omnium *Perakìm Capitulorum* 522. cum *Baraijethis* 524.

סך כל המשניות ד׳ אלפים קצ״א :

Summa omnium *Miſcnaijòth Paragraphorum* 4191.

immunda ſint, hìc agitur. Habet *Miſcnaijòth* 10.

Caput 3. inc. יֵשׁ צְרִיכִין הֶכְשֵׁר וְאֵינָן צְרִיכִין מַחֲשָׁבָה וכו׳ : *Ieſc tzerichìn hechſcèr veenàn tzerichìn machaſciauàh vecullè. Sunt quædam res, quæ recipiunt coinquinationem ſine vlla cogitatione &c.* Dicitur, quòd ſint quædam res, quæ indigent præparatione ad hoc, vt coinquinatio introduci poſſit, ſed non indigent vlla cogitatione hominis: aliæ, quæ cogitatione, & præparatione indigent; aliæ, quæ cogitatione, ſed non præparatione; & denique aliæ, quæ non præparatione, neque cogitatione. Quæ indigent præparatione, ſunt omnes cibi accommodati naturę humanæ. De his quatuor rebus ſingillatìm agitur; exempla adducuntur, & tota hæc Rabbinica doctrina clarè explanatur, & 12. *Miſcnaijòth* totum Caput abſoluitur. Omnes *Miſcnaijòth* huius Codicis ſunt 28.

Et ſic vniuerſæ Miſcnæ Codicibus, Capitibus, & *Miſcnaijòth*, ſiuè *Paragraphis* finis imponitur, quorum omnium ſumma eſt, vt ſequitur:

Summa Ordinum, Codicum, Capitum, & Paragraphorum vniuerſæ Miſcnæ.

Sedarìm Ordines Miſcnæ ſunt 6.

1. Ordo *Zeraìm* habet Codices 11.

DE

DE PRIMA VOCE OMNIVM CAPITVM MISCNAE.

§. VII.

Capita *Miſcnæ* ſolent quandoque ab Auctoribus citari per primam, aut alteram Capitis vocem; nullo alio, vel Codicis titulo, vel Capitis numero citato, ita vt difficile admodum ſit, niſi quis in iſtis Miſcnicis Capitibus benè verſatus exiſtat, illud adinuenire. Vnde viſum eſt, faciliorem hunc vſum reddere, diſponendo huiuſmodi Capitum primas voces ordine Alphabetico. Itaque eas diſpoſui, vt in ſequenti Indice apparet; quibus addidi Capitis numerum, Codicis titulum, & Ordinis item numerum.

Index Alphabeticus omnium Capitum ſex Ordinum Miſcnæ.

Cap. oſtendit initium Capitis. C. Titulum Codicis, & O. Ordinis numerum.

א

אבות הטומאות	*Capitis* 1.	*Codicis*	*Chelìm*.	*Ordinis* 6.
אדם זכלים	*cap.* 6.	c.	*Ohalòth.*	o. 6.
אוכלין עראי	*cap.* 3.	c.	*Chalà.*	o. 1.
אור לארבעה עשר	*cap.* 1.	c.	*Peſachim.*	o. 2.
אותו ואת בנו	*cap.* 5.	c.	*Cholin.*	o. 5.
אחר דיני ממונות	*cap.* 4.	c.	*Sanhedrin*	o. 4.
אוכל מעשר	*cap.* 4.	c.	*Teuùl Iom.*	o. 6.
איזהו מקומן	*cap.* 5.	c.	*Zeuachim.*	o. 5.
איזהו נשך	*cap.* 5.	c.	*Bauà Metzijà.*	o. 4.
איזהו ערים	*cap.* 6.	c.	*Chilàim,*	o. 1.
אין אסור	*cap.* 9.	c.	*Eodem.*	
אין בין המודר	*cap.* 4.	c.	*Nedarim.*	o. 3.
אין דורשין	*cap.* 2.	c.	*Chaghighà.*	o. 2.
אין מעמידין	*cap.* 2.	c.	*Auodà Zarà.*	o. 4.
אין מקדישין	*cap.* 7.	c.	*Arachìn.*	o. 5.
אין נותנין	*cap.* 11.	c.	*Therumòth.*	o. 1.
אין נערכין	*cap.* 2.	c.	*Arachìn.*	o. 5.
אין עומדין	*cap.* 5.	c.	*Berachòth.*	o. 1.
אין צדין	*cap.* 3.	c.	*Betzà, ſeù Iom Tòu*	o. 2.
אין תורמין	*cap.* 2.	c.	*Therumà.*	o. 1.
אלו בהרות	*cap.* 7.	c.	*Negaìm.*	o. 6.
אלו דברים שבין בית שמאי	*cap.* 8.	c.	*Berachòth.*	o. 1.
אלו דברים בפסח	*cap.* 6.	c.	*Peſachim.*	o. 2.

אלו

אלו דברים מקולי ב״ש	*Capitis* 4.	*Codicis*	*Eduijòth*.	*Ordinis* 4.
אלו דברים שאין להם שעור	*cap*. 1.	*c*.	*Peà*.	*o*. 1.
אלו הן הגולין	*cap*. 2.	*c*.	*Maccòth*.	*o*. 4.
אלו הן הממונין	*cap*. 5.	*c*.	*Scekalim*.	*o*. 2.
אלו הן הנחנקין	*cap*. 11.	*c*.	*Sanhedrin*.	*o*. 4.
אלו חוצצין	*cap*. 9.	*c*.	*Mikuaòth*.	*o*. 6.
אלו טרפות	*cap*. 3.	*c*.	*Cholin*.	*o*. 5.
אלו כלים	*cap*. 10.	*c*.	*Chelim*.	*o*. 6.
אלו מטמאין	*cap*. 2.	*c*.	*Ohalòth*.	*o*. 6.
אלו מנחות	*cap*. 6.	*c*.	*Menachòth*.	*o*. 5.
אלו מפסיקין	*cap*. 2.	*c*.	*Peà*.	*o*. 1.
אלו מציאות	*cap*. 2.	*c*.	*Bauà Metzijà*.	*o*. 4.
אלו נאמרין	*cap*. 7.	*c*.	*Sotà*.	*o*. 3.
אלו נדרים	*cap*. 11.	*c*.	*Nedarim*.	*o*. 3.
אלו נערות	*cap*. 3.	*c*.	*Chetuuòth*.	*o*. 3.
אלו עוברין	*cap*. 3.	*c*.	*Peſachim*.	*o*. 2.
אלו קדשים	*cap*. 3.	*c*.	*Themurà*.	*o*. 5.
אלו קשרים	*cap*. 15.	*c*.	*Sciabbàth*.	*o*. 2.
אלמנה לכהן גדול	*cap*. 7.	*c*.	*Ieuamòth*.	*o*. 3.
אלמנה ניזונת	*cap*. 11.	*c*.	*Chetuuòth*.	*o*. 3.
אם אינן מכירין	*cap*. 2.	*c*.	*Roſc Haſcianà*.	*o*. 2.
אמר להם הממונה בואו	*cap*. 3.	*c*.	*Tamìd*.	*o*. 5.
אמר להם הממונה ברכו	*cap*. 5.	*c*.	*Eodem*.	
אמר להם הממונה צאו	*cap*. 3.	*c*.	*Iomà*.	*o*. 2.
אמר ר׳ עקיבא	*cap*. 9.	*c*.	*Sciabbàth*.	*o*. 2.
אמרו לו	*cap*. 3.	*c*.	*Cherethòth*.	*o*. 5.
אנדרוגינוס	*cap*. 4.	*c*.	*Biccurim*.	*o*. 1.
אף על פי שאמרו	*cap*. 5.	*c*.	*Chetuuòth*.	*o*. 3.
ארבע אבות	*cap*. 1.	*c*.	*Bauà Kammà*.	*o*. 4.
ארבעה אחין	*cap*. 3.	*c*.	*Ieuamòth*.	*o*. 3.
ארבע מיתות	*cap*. 7.	*c*.	*Sanhedrin*.	*o*. 4.
ארבעה מחוסרי כפורים	*cap*. 2.	*c*.	*Cheretòth*.	*o*. 5.
ארבעה נדרים	*cap*. 3.	*c*.	*Nedarim*.	*o*. 3.
ארבעה ראשי שנים	*cap*. 1.	*c*.	*Roſc Haſcianà*.	*o*. 2.
ארבעה שומרין	*cap*. 8.	*c*.	*Sceuuòth*.	*o*. 4.
ארוכה	*cap*. 10.	*c*.	*Ohalòth*.	*o*. 6.
ארוסה	*cap*. 4.	*c*.	*Sotà*.	*o*. 3.
ארץ ישראל	*cap*. 8.	*c*.	*Mikuaòth*.	*o*. 6.

באחד

ב

באחר באדר	*Capitis* 1.	*Codicis*	*Scekalim.*	*Ordinis* 2.
בא לו כהן גדול	*cap.* 7.	*c.*	*Iomà.*	*o.* 2.
בא סימן	*cap.* 6.	*c.*	*Niddà.*	*o.* 6.
בגד שצבעו	*cap.* 3.	*c.*	*Orlà.*	*o.* 1.
בהמה המקשה	*cap.* 4.	*c.*	*Cholin:*	*o.* 5.
בהרת עזה	*cap.* 2.	*c.*	*Negaiim.*	*o.* 6.
בו ביום	*cap.* 4.	*c.*	*Iadàim.*	*o.* 6.
בזמן שכהן גדול	*cap.* 7.	*c.*	*Tamid.*	*o.* 5.
ביצה שנולדה	*cap.* 1.	*c.*	*Betzà, ſeù Iom Tòu.*	*o.* 2.
בית שמאי אומרים אין ממאנים	*cap.* 13.	*c.*	*Ieuamòth.*	*o.* 3.
בית שמאי אומרים כל הניתנין	*cap.* 4.	*c.*	*Zeuachim.*	*o.* 5.
בית שמאי אומרים הפקר	*cap.* 6.	*c.*	*Peà.*	*o.* 1.
בית שמאי אומרים הקדש	*cap.* 5.	*c.*	*Nazir.*	*o.* 3.
בכל מערבין	*cap.* 3.	*c.*	*Eruuin.*	*o.* 2.
במה אשה	*cap.* 6.	*c.*	*Sciabbàth.*	*o.* 2.
במה בהמה	*cap.* 5.	*c.*	*Eodem.*	
במה דברים אומרים בכהן	*cap.* 3.	*c.*	*Kinim.*	*o.* 5.
במה טומנין	*cap.* 4.	*c.*	*Sciabbàth.*	*o.* 2.
במה מדליקין	*cap.* 2.	*c.*	*Eodem.*	
בן זומא	*cap.* 4.	*c.*	*Auòth.*	*o.* 4.
בן סורר ומורה	*cap.* 8.	*c.*	*Sanhedrin.*	*o.* 4.
בני העיר	*cap.* 3.	*c.*	*Meghilà.*	*o.* 2.
בנות בותים	*cap.* 4.	*c.*	*Niddà.*	*o.* 6.
בנות שוח	*cap.* 5.	*c.*	*Sceuiìth.*	*o.* 1.
בעשרה מאמרות	*cap.* 5.	*c.*	*Auòth.*	*o.* 4.
בצל שנתנו	*cap.* 10.	*c.*	*Therumòth.*	*o.* 1.
בראשונה	*cap.* 2.	*c.*	*Iomà.*	*o.* 2.
בראשונה היו אומרים	*cap.* 4.	*c.*	*Sceuiìth:*	*o.* 1.
בשלשה מקומות הכהנים	*cap.* 1.	*c.*	*Tamid.*	*o.* 5.
שומרים וכו׳	& *cap.* 1.	*c.*	*Middòth.*	*o.* 5.
בשלש׳ פרקים בשנה כהנים	*cap.* 4.	*c.*	*Taaniòth:*	*o.* 2.
בשלש׳ פרקים בשנה תורמין	*cap.* 3.	*c.*	*Scekalim.*	*o.* 2.
בתולה נישאת	*cap.* 1.	*c.*	*Chetuuòth.*	*o.* 3.

ג

גדיש שלא לוקט	*cap.* 5.	*c.*	*Peà.*	*o.* 1.
גופה של בהרת	*cap.* 6.	*c.*	*Negaiim.*	*o.* 6.
גט פשוט	*cap.* 10.	*c.*	*Bauà Batrà.*	*o.* 4.
גיד הנשה	*cap.* 7.	*c.*	*Cholin.*	*o.* 5.

		ד		
דיני ממונות בשלשה גזילות	*Capitis 1.*	*Codicis*	*Sanhedrin.*	*Ordinis 4.*
דיני ממונות בשלשה זה	*cap. 3.*	*c.*	*Eodem.*	
דם הנדה	*cap. 7.*	*c.*	*Niddà.*	*o. 6.*
דם חטאת	*cap. 11.*	*c.*	*Zeuachìm.*	*o. 5.*
דם שחיטה	*cap. 5.*	*c.*	*Cherethòth.*	*o. 5.*
		ה		
האוכל תרומה מזיד	*cap. 7.*	*c.*	*Therumòth.*	*o. 1.*
האוכל תרומה שוגג	*cap. 6.*	*c.*	*Eodem.*	
האומר התקבל	*cap. 6.*	*c.*	*Ghittìn.*	*o. 3.*
האומר לחבירו בית כור	*cap. 7.*	*c.*	*Bauà Batrà.*	*o. 4.*
האומר לחבירו צא	*cap. 3.*	*c.*	*Kidduſcin.*	*o. 3.*
האומר משקלי	*cap 5.*	*c.*	*Arachìn.*	*o. 5.*
האזוב הקצר	*cap. 12.*	*c.*	*Parà.*	*o. 6.*
האיש מקדש	*cap. 2.*	*c.*	*Kidduſcin.*	*o. 3.*
האשה בזמן	*cap. 8.*	*c.*	*Peſachìm.*	*o. 2.*
האשה נקנית	*cap. 1.*	*c.*	*Kidduſcìn.*	*o. 3.*
האשה שהיא עושה	*cap. 9.*	*c.*	*Niddà.*	*o. 6.*
האשה שהיתה אוכלת	*cap 8.*	*c.*	*Therumòth.*	*o. 1.*
האשה שהיתה כובשת	*cap. 2.*	*c.*	*Taaròth.*	*o. 6.*
האשה שהלך בעלה למדינ' הים	*cap. 10.*	*c.*	*Ieuamòth.*	*o. 3.*
האשה שהלך בעלה וצרתה	*cap. 16.*	*c.*	*Eodem.*	
האשה שהלכה היא	*cap. 15.*	*c.*	*Eodem.*	
האשה שנפלו לה	*cap. 8.*	*c.*	*Chetuuòth.*	*o. 3.*
האשה שנתארמלה	*cap. 2.*	*c.*	*Eodem.*	
הבא על יבמתו	*cap. 6.*	*c.*	*Ieuamòth.*	*o. 3.*
הבגד מטמא	*cap. 27.*	*c.*	*Chelìm.*	*o. 6.*
הבונה	*cap. 12.*	*c.*	*Sciabbàth.*	*o. 2.*
הבית והעליה	*cap. 10.*	*c.*	*Bauà Metzijà.*	*o. 4.*
הבית שנסדק	*cap. 11.*	*c.*	*Ohalòth.*	*o. 6.*
הגוזל ומאכיל	*cap. 10.*	*c.*	*Bauà Kamà.*	*o. 4.*
הגוזל עצים	*cap. 9.*	*c.*	*Eodem.*	*o. 4.*
הגוים אין להם	*cap. 9.*	*c.*	*Nazìr.*	*o. 3.*
הדר עם הנכרי	*cap. 6.*	*c.*	*Eruuìn.*	*o. 2.*
הדר עם עם הארץ	*cap. 8.*	*c.*	*Taaròth.*	*o. 6.*
הוציאו לו	*cap. 5.*	*c.*	*Iomà.*	*o. 2.*
הורו בית דין	*cap. 1.*	*c.*	*Oraijòth.*	*o. 4.*
הורה כהן משיח	*cap. 2.*	*c.*	*Eodem.*	
הזב והטהור	*cap. 3.*	*c.*	*Zauìm.*	*o. 6.*
הזהב	*cap. 4.*	*c.*	*Bauà Metzijà.*	*o. 4.*

הזורע תרומה	*Capitis* 9.	*Codicis*	*Therumòth*.	*Ordinis* 1.
הזורק גט	*cap*. 8.	*c*.	*Ghittin*.	*o*. 3.
הזורק טומאה	*cap*. 4.	*c*.	*Taaròth*.	*o*. 6.
הזורק מרשות	*cap*. 11.	*c*.	*Sciabbàth*.	*o*. 2.
הזיז מביא	*cap*. 14.	*c*.	*Ohalòth*.	*o*. 6.
הזרוע והלחיים	*cap*. 10.	*c*.	*Cholìn*.	*o*. 5.
החובל	*cap*. 8.	*c*.	*Bauà Kammà*.	*o*. 4.
החולץ ליבמתו	*cap*. 4.	*c*.	*Ieuamòth*.	*o*. 3.
החורש את הקבר	*cap*. 17.	*c*.	*Ohalòth*.	*o*. 6.
החטים והזונין	*cap*. 1.	*c*.	*Chilàim*.	*o*. 1.
החלו עולים	*cap*. 6.	*c*.	*Tamìd*.	*o*. 5.
החליל חמשה	*cap*. 5.	*c*.	*Succà*.	*o*. 2.
החרס שאינו יכול	*cap*. 4.	*c*.	*Chelìm*.	*o*. 6.
הטומאה בכותל	*cap*. 7.	*c*.	*Ohalòth*.	*o*. 6.
הטמא שירד	*cap*. 2.	*c*.	*Mikuaòth*.	*o*. 6.
היה מביא	*cap*. 2.	*c*.	*Sotà*.	*o*. 3.
היה נוטל	*cap*. 3.	*c*.	*Eodem*.	
היה עובר	*cap*. 2.	*c*.	*Maaseròth*.	*o*. 1.
היה קורא	*cap*. 2.	*c*.	*Berachòth*.	*o*. 1.
היו בודקין	*cap*. 5.	*c*.	*Sanhedrìn*.	*o*. 4.
הישן תחת המטה	*cap*. 2.	*c*.	*Succà*.	*o*. 2.
הכדור	*cap*. 23.	*c*.	*Chelìm*.	*o*. 6.
הכובש השולק	*cap*. 4.	*c*.	*Maaſſeròth*.	*o*. 1.
הכותב לאשתו	*cap*. 9.	*c*.	*Chetuuòth*.	*o*. 3.
הכונס	*cap*. 6.	*c*.	*Bauà Kamà*.	*o*. 4.
הכל חייבין בראייה	*cap*. 1.	*c*.	*Chaghighà*.	*o*. 2.
הכל מיטמאין בזיבה	*cap*. 2.	*c*.	*Zauim*.	*o*. 6.
הכל מיטמאין בנגעים	*cap*. 3.	*c*.	*Negaim*.	*o*. 6.
הכל ממירים	*cap*. 1.	*c*.	*Themurà*.	*o*. 5.
הכל מעריכין	*cap*. 1.	*c*.	*Arachìn*.	*o*. 5.
הכל שוחטין	*cap*. 1.	*c*.	*Cholìn*.	*o*. 5.
הכרים והכסתות	*cap*. 20.	*c*.	*Chelìm*.	*o*. 6.
הלקח בהמה	*cap*. 3.	*c*.	*Bechoròth*.	*o*. 5.
הלוקח מן הנחתום	*cap*. 5.	*c*.	*Demài*.	*o*. 1.
הלוקח עובר חמורו	*cap*. 1.	*c*.	*Bechoròth*.	*o*. 5.
הלוקח עובר פרתו	*cap*. 2.	*c*.	*Eodem*.	
הלוקח פירות	*cap*. 4.	*c*.	*Demài*.	*o*. 1.
המביא אשם	*cap*. 6.	*c*.	*Cheretòth*.	*o*. 5.
המביא גט ממדינת הים צריך	*cap*. 1.	*c*.	*Ghittin*.	*o*. 3.
המביא גט ממדינת הים ואמר	*cap*. 2.	*c*.	*Eodem*.	

המביא כדי יין	Capitis 4.	Codicis	Betzà.	Ordinis 2.
המביא כלי חרס	cap. 5.	c.	Parà.	o. 6.
המבריך	cap. 7.	c.	Chilàim.	o. 1.
המגרש	cap. 9.	c.	Ghittin.	o. 3.
המדיר	cap. 7.	c.	Chetuuòth.	o. 3.
המוכר את הבית	cap. 4.	c.	Bauà Batrà.	o. 4.
המוכר את הספינה	cap. 5.	c.	Eodem.	
המוכר את שדהו	cap. 9.	c.	Arachin.	o. 5.
המוכר פירות לחיכרו	cap. 6.	c.	Bauà Batrà:	o. 4.
המוליך פירות	cap. 4.	c.	Maaſsèr ſcenì.	o. 1.
המוציא יין	cap. 8.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
המוצא תפלין	cap. 10.	c.	Eruuin.	o. 2.
המוכח היה	cap. 3.	c.	Middòth.	o. 5.
המוכח מקדש	cap. 9.	c.	Zeuachim.	o. 5.
המזמין את חבירו	cap. 7.	c.	Demài.	o. 1.
המכנס חלות	cap. 1.	c.	Teuùl iom.	o. 6.
המכניס ידו	cap. 3.	c.	Iadàim:	o. 6.
המניח את הכר	cap. 3.	c.	Bauà Kamà.	o. 4.
המניח כלים	cap. 4.	c.	Mikuaòth.	o. 6.
המנחות	cap. 12.	c.	Menachòth.	o. 5.
המעביר תאנים	cap. 3.	c.	Maaſſeròth.	o. 1.
המעלה פירותיו	cap. 6.	c.	Macſcirin.	o. 6.
המפלת	cap 3.	c.	Niddà.	o. 6.
המפקיד	cap. 3.	c.	Bauà Metzijà.	o. 4.
המפרק את המטה	cap. 19.	c.	Chelim.	o. 6.
המפריש מקצת	cap. 4.	c.	Therumà.	o. 1.
המצניע	cap. 10.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
המקבל שדה מחבירו	cap. 9.	c.	Bauà Metzijà.	o. 4.
המקבל שדה מישראל	cap. 6.	c.	Demài.	o. 1.
המקדיש את שדהו	cap. 8.	c.	Arachin.	o. 5.
המקדש ונפל	cap. 6.	c.	Parà.	o. 6.
המקנא לאשתו	cap. 1.	c.	Sotà.	o. 3.
הנהנה שוה פרוטה	cap. 5.	c.	Meilà.	o. 5.
הנוגע בזב	cap. 5.	c.	Zauim.	o. 6.
הנוגע בכוכב	cap. 21.	c.	Chelim.	o. 6.
הנודר מן הירק	cap. 7.	c.	Nedarim.	o. 3.
הנודר מן המבושל	cap. 6.	c.	Eodem.	
הנוטע לסייג	cap. 1.	c.	Orlà.	o. 1.
הנועל בית הבד	cap. 10.	c.	Taaròth.	o. 6.
הנושא את האשה	cap. 12.	c.	Chetuuòth.	o. 3.

הנזקים

הנוקים	*Capitis 5.*	*Codicis*	*Gittin.*	*Ordinis 3.*
הנתקים מיטמאין	*cap. 10.*	*c.*	*Negaiim.*	*o. 6.*
תסייף והסכין	*cap. 13.*	*c.*	*Chelim.*	*o. 6.*
תעוקר שתלים	*cap. 5.*	*c.*	*Maaſſeroth.*	*o. 1.*
העור והרוטב	*cap. 9.*	*c.*	*Cholin.*	*o. 5.*
העושה מאור	*cap. 13.*	*c.*	*Ohalòth.*	*o. 6.*
העושה שלשת	*cap. 6.*	*c.*	*Chelim.*	*o. 6.*
העיד ר' יהושע בן בתירא	*cap. 8.*	*c.*	*Eduijòth.*	*o. 4.*
העיד ר' יהושע ורבי צדוק	*cap. 7.*	*c.*	*Eodem.*	
הערל	*cap. 8.*	*c.*	*Ieuamòth.*	*o. 3.*
הפאה ניתנת	*cap. 4.*	*c.*	*Peà.*	*o. 1.*
הפורח מן הטמא	*cap. 8.*	*c.*	*Negaiim.*	*o. 6.*
הפיגם והירבוזין	*cap. 9.*	*c.*	*Sceuiith.*	*o. 1.*
הקדר שהנית	*cap. 7.*	*c.*	*Taaròth.*	*o. 6.*
הקומץ את לאכול דבר	*cap. 3.*	*c.*	*Menachòth.*	*o. 5.*
הקומץ את לאכול שירית	*cap. 2.*	*c.*	*Eodem.*	
הקורא את המגילה למפרע	*cap. 2.*	*c.*	*Meghilà.*	*o. 2.*
הקורא את המגילה עומד	*cap. 4.*	*c.*	*Eodem.*	
הקלין שבדמאי	*cap. 1.*	*c.*	*Demài.*	*o. 1.*
הקלתות של בעלי בתים	*cap. 7.*	*c.*	*Chelim.*	*o. 6.*
הר הבית	*cap. 2.*	*c.*	*Middòth.*	*o. 5.*
הרואה כתם	*cap. 8.*	*c.*	*Niddà.*	*o. 6.*
הרואה מקום	*cap. 9.*	*c.*	*Berachòth.*	*o. 1.*
הרואת ראית	*cap. 1.*	*c.*	*Zabim.*	*o. 6.*
הרוטב והגריסין	*cap. 3.*	*c.*	*Taoròth.*	*o. 6.*
הרי עלי עשרון	*cap. 13.*	*c.*	*Menachòth.*	*o. 5.*
הרני נזיר	*cap. 2.*	*c.*	*Nazir.*	*o. 3.*
השג יד	*cap. 4.*	*c.*	*Arachin.*	*o. 5.*
השואל	*cap. 8.*	*c.*	*Bauà Metzijà.*	*o. 4.*
השוחה לשתות	*cap. 4.*	*c.*	*Macſcirin.*	*o. 6.*
השוחט אחד	*cap. 2.*	*c.*	*Cholin.*	*o. 5.*
השוחט והמעלה	*cap. 13.*	*c.*	*Zeuachim.*	*o. 5.*
השוכר את האומנין	*cap. 6.*	*c.*	*Bauà Metzijà.*	*o. 4.*
השוכר את הפועל	*cap. 5.*	*c.*	*Auodà Zarà.*	*o. 4.*
השחין והמכוה	*cap. 9.*	*c.*	*Negaiim*	*o. 6.*
השוכר את הפועלים	*cap. 7.*	*c.*	*Bauà Metzijà.*	*o. 4.*
השולח גט	*cap. 4.*	*c.*	*Ghittin.*	*o. 3.*
השותפין שנדרו	*cap. 5.*	*c.*	*Nedarim.*	*o. 3.*
השותפין שרצו	*cap. 1.*	*c.*	*Bauà Batrà.*	*o. 4.*
השחין והמכוה	*cap. 9.*	*c.*	*Negaiim.*	*o. 6.*

השירה

השירה כש' אומרים	*Capitis* 18.	*Codicis*	*Chelim*.	*Ordinis* 6.
חשלחן	*cap.* 22.	*c.*	*Eodem*.	
חשליח	*cap.* 6.	*c.*	*Meilà*.	*o.* 5
השרץ וחצפרדע	*cap.* 5.	*c.*	*Taaròth*.	*o.* 6.
התודה	*cap.* 7.	*c.*	*Menachòth*.	*o.* 5.
התורם קישות	*cap.* 3.	*c.*	*Therumà*.	*o.* 1.
התכלת	*cap.* 4.	*c.*	*Menachòth*.	*o.* 5.
התנור שחצצו	*cap.* 8	*c.*	*Chelìm*.	*o.* 6.
התרומה והבכורים	*cap.* 2.	*c.*	*Bicurim*.	*o.* 1.
התרומה ותרומת מעשר	*cap.* 2.	*c.*	*Orlà*.	*o.* 1.
התרומה מה היו עושין	*cap.* 4.	*c.*	*Scekalim*.	*o.* 2.
ו				
ואלו דברים	*cap.* 2.	*c.*	*Demài*.	*o.* 1.
ואלו הן הלוקין	*cap.* 3.	*c.*	*Maccòth*.	*o.* 4.
ואלו הן הנשרפין	*cap.* 9.	*c.*	*Sanhedrìn*.	*o.* 4.
ואלו מגלחין	*cap.* 3.	*c.*	*Moëd katàn*.	*o.* 2.
ואלו מותרין	*cap.* 2.	*c.*	*Nedarìm*.	*o.* 3.
ואלו מפסיקין	*cap.* 2.	*c.*	*Peà*.	*o.* 1.
ואלו נדרים	*cap.* 11.	*c.*	*Nedarìm*.	*o.* 3.
ולד הטאט ותמורת חטאת	*cap.* 4.	*c.*	*Temurà*.	*o.* 5.
ולד חטאת ותמורת ושנאבדת	*cap.* 3.	*c.*	*Meilà*.	*o.* 5.
ז				
זה בורר	*cap.* 3.	*c.*	*Sanhedrìn*.	*o.* 4.
זיעת בתים	*cap.* 2.	*c.*	*Maſchirìn*.	*o.* 6.
זתים מאימתי	*cap.* 9.	*c.*	*Taaròth*.	*o.* 6.
זתים שבבשן	*cap.* 2.	*c.*	*Okatzìn*.	*o.* 6.
ח				
חבית שנשברת	*cap.* 22.	*c.*	*Sciabbàth*.	*o.* 2.
חזקת חבתים	*cap.* 3.	*c.*	*Bauà Batrà*.	*o.* 4.
חטאת העוף שעשאה	*cap.* 7.	*c.*	*Zeuachim*.	*o.* 5.
חטאת העוף מועלין	*cap.* 2.	*c.*	*Meilà*.	*o.* 5.
חטאת העוף נעשית	*cap.* 1.	*c.*	*Kinim*.	*o.* 5.
חלון	*cap.* 7.	*c.*	*Eruuin*.	*o.* 2.
חלק	*cap.* 10.	*c.*	*Sanhedrìn*.	*o.* 4.
חומר בקדש	*cap.* 3.	*c.*	*Chaghighà*.	*o.* 2.
חמשה דברים	*cap.* 1.	*c.*	*Challà*.	*o.* 1.
חמשה לא יתרומו	*cap.* 1.	*c.*	*Therumòth*.	*o.* 1.
חמשה שמלאו	*cap.* 7.	*c.*	*Parà*.	*o.* 6.
חמש עשרה נשים	*cap.* 1.	*c.*	*Ieuamàth*.	*o.* 3.
חנניא סגן הכהנים	*cap.* 2.	*c.*	*Eduijòth*.	*o.* 4.

Digitized by Google

חרש שנשא פקחת	Capitis 14.	Codicis	Ieuamòth.	Ordinis 3.
		ט		
טבול יום	cap. 12.	c.	Zeuachim.	o. 5.
טבעת אדם	cap. 12.	c.	Chelim.	o. 6.
טרף בקלפי	cap. 4.	c.	Iomà.	o. 2.
		י		
ידיעות הטומאה	cap. 2.	c.	Sceuuòth.	o. 4.
יום הכפורים	cap. 8.	c.	Iomà.	o. 2.
יום טוב שחל	cap. 2.	c.	Betzà.	o. 2.
יום טוב של ר'ה'	cap. 4.	c.	Roſc Haſcianà.	o. 2.
יוצא דופן	cap. 5.	c.	Niddà.	o. 6.
יציאות השבת	cap. 1.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
יש בכור	cap. 8.	c.	Bechoròth.	o. 5.
יש בערכין	cap. 3.	c.	Arachin.	o. 5.
יש בקדשי המזבח	cap. 7.	c.	Temurà.	o. 5.
יש בקרבנות	cap. 2.	c.	Eodem.	
יש בשער לבן	cap. 4.	c.	Negaiim	o. 6.
יש מביאין בכורים	cap. 1.	c.	Biccurim.	o. 1.
יש מביאין הטומאה	cap. 8.	c.	Ohalòth.	o. 6.
יש מותרות	cap. 9.	c.	Ieuamòth.	o. 3.
יש מעלין	cap. 7.	c.	Mikuaòth.	o. 6.
יש נוחלין	cap. 8.	c.	Bauà Batrà.	o. 4.
יש צריכין	cap. 3.	c.	Okatzim.	o. 6.
		כ		
כהן גדול דן	cap. 2.	c.	Sanhedrin.	o. 4.
כהן גדול ונזיר	cap. 7.	c.	Nazir.	o. 3.
כהן משיח שחטא	cap. 3.	c.	Horaijòth.	o. 4.
כוורת שהיא	cap. 9.	c.	Ohalòth.	o. 6.
כיצד אשת אחיו	cap. 2.	c.	Ieuamòth.	o. 3.
כיצד בוצרים	cap. 18.	c.	Ohalòth.	o. 6.
כיצד העדים	cap. 1.	c.	Maccòth.	o. 4.
כיצד הרגל	cap. 2.	c.	Bauà Kamà.	o. 4.
כיצד מברכין	cap. 6.	c.	Berachòth.	o. 1.
כיצד מטהרין	cap. 14.	c.	Negaiim.	o. 6.
כיצד מעברין	cap. 5.	c.	Eruuin.	o. 2.
כיצד מערימים	cap. 5.	c.	Temurà.	o. 5.
כיצד מפרישין	cap. 3.	c.	Biccurim.	o. 1.
כיצד משתתפין	cap. 8.	c.	Eruuin.	o. 2.
כיצד צולין	cap. 7.	c.	Peſachim.	o. 2.
בירה	cap. 3.	c.	Sciabbàth.	o. 2.

כל גגות	*Capitis* 9.	*Codicis*	*Eruuin*.	*Ordinis* 2.
כל גט	*cap.* 3.	*c.*	*Ghittin*.	*o.* 3.
כל האסורין	*cap.* 6.	*c.*	*Temurà*.	*o.* 5.
כל הבגדים	*cap.* 11.	*c.*	*Negaiìm*.	*o.* 6.
כל הבשר	*cap.* 8.	*c.*	*Cholin*.	*o.* 5.
כל הבתים	*cap.* 12.	*c.*	*Negaiìm*.	*o.* 6.
כל הזבחים שנזבחו	*cap.* 1.	*c.*	*Zeuachìm*.	*o.* 5.
כל הזבחים שנתערבו	*cap.* 8.	*c.*	*Eodem*.	
כל הזבחים שקבל	*cap.* 2.	*c.*	*Eodem*.	
כל היד	*cap.* 2.	*c.*	*Niddà*.	*o.* 6.
כל הכלים יש להם	*cap.* 25.	*c.*	*Chelìm*.	*o.* 6.
כל הכלים ניטלין	*cap.* 17.	*c.*	*Sciabbàth*.	*o.* 2.
כל המטלטלין	*cap.* 16.	*c.*	*Ohalòth*.	*o.* 6.
כל המיטמאין בחהל שנחלקו	*cap.* 3.	*c.*	*Eduijòth*.	*o.* 4.
	& *cap.* 3.	*c.*	*Ohalòth*.	*o.* 6.
כל המנחות	*cap.* 1.	*c.*	*Menachòth*.	*o.* 5.
כל המנחות באות	*cap.* 5.	*c.*	*Eodem*.	
כל המעורב	*cap* 6.	*c.*	*Mikuaòth*.	*o.* 6.
כל הניתנין	*cap.* 4.	*c.*	*Zeuachìm*.	*o.* 5.
כל הנשבעים	*cap.* 7.	*c.*	*Sceuuòth*.	*o.* 4.
כל העזרה	*cap.* 5.	*c.*	*Middòth*.	*o.* 5.
כל הפסולין	*cap.* 3.	*c.*	*Zeuachìm*.	*o.* 5.
כל הצלמים	*cap.* 3.	*c.*	*Auodà Zarà*.	*o.* 4.
כל הראוי ליטמא	*cap.* 10.	*c.*	*Parà*.	*o.* 6.
כל הרוקין	*cap.* 8.	*c.*	*Scekalìm*.	*o.* 2.
כל התדיר	*cap.* 10.	*c.*	*Zeuachìm*.	*o.* 5.
כל זית	*cap.* 7.	*c.*	*Peà*.	*o.* 1.
כל ידות האוכלים	*cap.* 3.	*c.*	*Teuùl iom*.	*o.* 6.
כל ידות הכלים	*cap.* 10.	*c.*	*Mikuaòth*.	*o.* 6.
כל ישראל	*cap.* 10.	*c.*	*Sanhedrin*.	*o.* 4.
כל זית	*cap.* 7.	*c.*	*Peà*.	*o.* 1.
כל כלי בעלי בתים	*cap.* 17.	*c.*	*Chelìm*.	*o.* 6.
כל כלי עץ	*cap.* 16.	*c.*	*Eodem*.	
כל כנויי נדרים	*cap.* 1.	*c.*	*Nedarìm*.	*o.* 3.
כל כנויי נזירות	*cap.* 1.	*c.*	*Nazìr*.	*o.* 3.
כל כתבי הקודש	*cap.* 16.	*c.*	*Sciabbàth*.	*o.* 2.
כל משקה	*cap.* 1.	*c.*	*Macſchirin*.	*o.* 6.
כל סאה	*cap.* 2.	*c.*	*Chilàim*.	*o.* 1.
כל ספק	*cap.* 5.	*c.*	*Negaiìm*.	*o.* 6.
כל פסולי המוקדשין	*cap.* 5.	*c.*	*Bechoròth*.	*o.* 5.

כל קרבנות הצבור	*Capitis* 8.	*Codicis*	*Menachòth.*	*Ordinis* 5.
כל שהוא יד	*cap.* 1.	*c.*	*Okatzin.*	*o.* 6.
כל שעה	*cap.* 2.	*c.*	*Peſachim.*	*o.* 2.
כלאי הכרם	*cap.* 8.	*c.*	*Chilàim,*	*o.* 1.
כלי זכוכית	*cap,* 30.	*c.*	*Chelìm.*	*o.* 6.
כלי חרס	*cap.* 5.	*c.*	*Parà.*	*o.* 6.
כלי מתכות	*cap.* 11.	*c.*	*Chelìm.*	*o.* 6.
	& *cap.* 14.	*c.*	*Eodem.*	
כלי עץ וכלי עור	*cap.* 2.	*c.*	*Eodem.*	
	& *cap.* 15.	*c.*	*Eodem.*	
כלל אמרו	*cap.* 1.	*c.*	*Maaſſeròth.*	*o.* 1.
כלל גדול אמרו בשבת	*cap.* 7.	*c.*	*Sciabbàth.*	*o.* 2.
כלל גדול אמרו בשביעית	*cap.* 7.	*c.*	*Sceuiìth.*	*o.* 1.
	& *cap.* 8.	*c.*	*Eodem.*	
כסוי הדם	*cap.* 6.	*c.*	*Cholin.*	*o.* 5.
כרם רבעי	*cap.* 5.	*c.*	*Maaſsèr ſcenì.*	*o.* 1.
כרם שחרב	*cap.* 5.	*c.*	*Chilàim.*	*o.* 1.
בשם שהמים	*cap.* 5.	*c.*	*Sotà.*	*o.* 3.
		ל		
לא היו כופתין	*cap.* 4.	*c.*	*Tamid.*	*o.* 5.
לא יאמר אדם	*cap.* 3.	*c.*	*Maaſsèr ſcenì.*	*o.* 1.
לא יחפור	*cap.* 2.	*c.*	*Bauà Batrà.*	*o.* 4.
לולב הגזול	*cap.* 3.	*c.*	*Succà.*	*o.* 2.
לולב וערבה	*cap.* 4.	*c.*	*Eodem.*	
לפני אידיהן	*cap.* 1.	*c.*	*Auodà Zarà.*	*o.* 4.
		מ		
מאימתי כל אדם	*cap.* 8.	*c.*	*Peà.*	*o.* 1.
מאימתי מוציאין	*cap.* 3.	*c.*	*Sceuiìth.*	*o.* 1.
מאימתי מזכירין	*cap.* 1.	*c.*	*Taaniòth.*	*o.* 2.
מאימתי קורין	*cap.* 1.	*c.*	*Berachòth*	*o.* 1.
מאכילין את העניים	*cap.* 3.	*c.*	*Demài.*	*o.* 1.
מבוי שהוא גבוה	*cap.* 1.	*c.*	*Eruuin.*	*o.* 2.
מגדל שהוא עומד	*cap.* 4.	*c.*	*Ohalòth.*	*o.* 6.
מגילה נקראת	*cap.* 1.	*c.*	*Meghilà.*	*o.* 2.
מה היו עושין	*cap.* 4.	*c.*	*Scekalim.*	*o.* 2.
מומין	*cap.* 7.	*c.*	*Bechoròth.*	*o.* 5.
מחט או טבעת	*cap.* 9.	*c.*	*Chelìm.*	*o.* 6.
מי רביעית	*cap.* 1.	*c.*	*Iadàim.*	*o.* 6.
מי שאחזו	*cap.* 7.	*c.*	*Ghittin.*	*o.* 3.
מי שאמר הריני נזיר ושמע	*cap.* 4.	*c.*	*Nazir.*	*o.* 3.

מי שאמר הרני נזיר מגלח	Capitis 3.	Codicis	Nazir.	Ordinis 3.
מי שהחשיך	cap. 24.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
מי שהיה טמא	cap. 9.	c.	Peſachìm.	o. 2.
מי שהיה נשוי	cap. 10.	c.	Chetuuòth.	o. 3.
מי שהוציאוהו	cap. 4.	c.	Eruuìn.	o. 2.
מי שהפך את זיתיו	cap. 2.	c.	Moëd katàn.	o. 2.
מי שטבל	cap. 5.	c.	Maſchirìn.	o. 6.
מי שמת	cap. 9.	c.	Bauà Batrà.	o. 4.
מי שמתו	cap. 3.	c.	Berachòth.	o. 1.
מי שקינא	cap 6.	c.	Sotà.	o. 3.
מלכנות התבואה	cap. 3.	c.	Peà.	o. 1.
מעות שנמצאו	cap. 7.	c.	Scekalìm.	o. 2.
מעין שהעבירו	cap. 5.	c.	Mikuaòth.	o. 6.
מעשר בהמה	cap. 9.	c.	Bechoròth.	o. 5.
מעשר שני אין	cap. 1.	c.	Maaſsèr ſcenì.	o. 1.
מעשר שני ניתן	cap. 2.	c.	Eodem.	
מפנין	cap. 18.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
מצות חליצה	cap. 12.	c.	Ieuamòth.	o. 3.
מציאת האשה	cap. 6.	c.	Chetuuòth.	o. 3.
מצרפין שקלים	cap. 2.	c.	Scekalìm.	o. 2.
מקום שהית רשות היחיד	cap. 6.	c.	Taaròth.	o. 6.
מקום שנהגו	cap. 4.	c.	Peſachìm.	o. 2.
מראות נגעים	cap. 1.	c.	Negaiìm.	o. 6.
מרובה	cap. 7.	c.	Bauà Kamà.	o. 4.
משה קבל	cap. 1.	c.	Auòth.	o. 4.
משוח מלחמה	cap. 8.	c.	Sotà.	o. 3.
משילין פירות	cap. 5.	c.	Betzà.	o. 2.
משקה טבול יום	cap. 2.	c.	Teuùl iom.	o. 6.
משקין בית השלחין	cap. 1.	c.	Moëd katàn.	o. 2.
נ				
נגמר הדין	cap. 6.	c.	Sanhedrìn.	o. 4.
נוטל ארם	cap. 21.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
נושאין על האנוסת	cap. 11.	c.	Ieuamòth.	o. 3.
נטל ידו	cap. 2.	c.	Iadàim.	o. 6.
נימי הסדין	cap. 29.	c.	Chelìm.	o. 6.
נסר שהוא נתון	cap. 12.	c.	Ohalòth.	o. 6.
נערה המאורסה	cap. 10.	c.	Nedarìm.	o. 3.
נערה שנתפתתה	cap. 4.	c.	Chetuuòth.	o. 3.
ס				
סאת תרומה	cap. 5.	c.	Therumòth.	o. 1.

סגוס

סנוס עבה	Capitis 15.	Codicis	*Ohalòth.*	Ordinis 6.
סדר תעניות אלו	cap. 3.	c.	*Taaniòth.*	o. 2.
סדר תעניות כיצד	cap. 2.	c.	*Eodem.*	
סוכה שהיא גבוה	cap. 1.	c.	*Succà.*	o. 2.
סנדל עמקי	cap. 26.	c.	*Chelim.*	o. 6.
ספק אכל חלב	cap. 4.	c.	*Cherethòth.*	o. 5.
ע				
עגלה ערופה	cap. 9.	c.	*Sotà.*	o. 3.
עד אימתי חורשין בשדה האילן	cap. 1.	c.	*Sceuiith.*	o. 1.
עד אימתי חורשין בשדה הלבן	cap. 2.	c.	*Eodem.*	
עד כמה ישראל	cap. 4.	c.	*Bechoròth.*	o. 5.
עושין פסין	cap. 2.	c.	*Eruuin.*	o. 2.
על אלו מומין	cap. 6.	c.	*Bechoròth.*	o. 5.
עקביא בן מהללאל	cap. 3.	c.	*Auòth.*	o. 4.
ערבי פסחים	cap. 10.	c.	*Peſachim.*	o. 2.
ערוגה	cap. 3.	c.	*Chilàim.*	o. 1.
עשרה בתים	cap. 13.	c.	*Negaiim.*	o. 6.
עשרה יוחסין	cap 4.	c.	*Kidduſcin.*	o. 3.
פ				
פירות חוצה לארץ	cap. 2.	c.	*Chalà.*	o. 1.
פרת חטאת ששחטה	cap. 4.	c.	*Parà.*	o. 6.
פרת חטאת ששרפה	cap. 14.	c.	*Zeuachim.*	o. 5.
פתחו של היכל	cap. 4.	c.	*Middòth.*	o. 5.
צ				
צלוחית שהניחה	cap. 11.	c.	*Parà.*	o. 6.
צלוחית שנפל	cap. 9.	c.	*Eodem.*	
ק				
קדשי המזבח	cap. 4.	c.	*Mehilà.*	o. 5.
קדשי קדשים ששחטן בדרום	cap. 1.	c.	*Eodem.*	o. 5.
קדשי קדשים ששחטן בראש	cap. 6.	c.	*Zeuachim.*	o. 5.
קונם יין	cap. 8.	c.	*Nedarim.*	o. 3.
קן סתומה	cap. 2.	c.	*Kinim.*	5. 5.
קרחת הכרם	cap. 4.	c.	*Chilàim.*	o. 1.
ר				
ראוהו אחיו	cap. 2.	c.	*Tamid.*	o. 5.
ראוהו בית דין	cap. 3.	c.	*Roſc Haſcianà.*	o. 2.
ראשית הגז	cap. 11.	c.	*Cholin.*	o. 5.
רבי אומר	cap. 2.	c.	*Auòth.*	o. 4.
רבן גמליאל אומר אין גט	cap. 5.	c.	*Ieuamòth.*	o. 3.
ר׳ אליעזר אומר אם לא	cap. 19.	c.	*Sciabbàth.*	o. 2.

ר׳ אליעזר אומר פרת חטאת	Capitis 2.	Codicis	Parà.	Ordinis 6.
ר׳ אליעזר אומר עגלה	cap. 1.	c.	Eodem.	
ר׳ אליעזר א׳ האורג	cap. 13.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
ר׳ אליעזר א׳ פותחין	cap. 9.	c.	Nedarim.	o. 3.
ר׳ אליעזר אומר תולין	cap. 20.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
ר׳ חנניא	cap. 2.	c.	Eduijòth.	o. 4.
ר׳ יהודה בן בבא העיד	cap. 6.	c.	Eodem.	
ר׳ יהודה אומר ששה דברים	cap. 5.	c.	Eodem.	
ר׳ יהושע אומר	cap. 4.	c.	Zauìm.	o. 6.
ר׳ יוסי אומר שני	cap. 3.	c.	Mikuaòth.	o. 6.
ר׳ ישמעאל אומר העומר	cap. 10.	c.	Menachòth.	o. 5.
ר׳ ישמעאל א׳ שלשה אבנים	cap. 4.	c.	Auodà Zarà.	o. 4.
ר׳ מאיר אומר	cap. 6.	c.	Auòth.	o. 4.
		ש		
שבועת הדיינין	cap. 6.	c.	Sceuuòth.	o. 4.
שבועת הערות	cap. 4.	c.	Eodem.	
שבועות שתים שהן ארבע ידיעות	cap. 1.	c.	Eodem.	
שבועות שתים שהן ארבע שבועה	cap. 3.	c.	Eodem.	
שבועת הפקדון	cap. 5.	c.	Eodem.	
שביעית משמטת	cap. 10.	c.	Sceuiìth.	o. 1.
שבעת ימים קודם יום הכפורים	cap. 1.	c.	Iomà.	o. 2.
שבעת ימים קודם לשריפה	cap. 3.	c.	Parà.	o. 6.
שואל אדם	cap. 23.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
שום היתומים	cap. 6.	c.	Arachìn.	o. 5.
שור שנגח ארבע	cap. 4.	c.	Bauà Kamà.	o. 4.
שור שנגח את הפרה	cap. 5.	c.	Eodem.	
שיעור כלי חרס	cap. 3.	c.	Chelìm.	o. 6.
שלש ארצות	cap. 6.	c.	Sceuiìth.	o. 1.
שלוח הקן	cap. 12.	c.	Cholìn.	o. 5.
שלשה מינין	cap. 6.	c.	Nazìr.	o. 3.
שלשה עשר שופרות	cap. 6.	c.	Scekalìm.	o. 2.
שלשה שאכלו	cap. 7.	c.	Berachòth	o. 1.
שלשה עשר דברים	cap. 1.	c.	Taaròth.	o. 6.
שלשה תריסין	cap. 24.	c.	Chelìm.	o. 6.
שלשים ושש	cap. 1.	c.	Cherethòth.	o. 5.
שלש על שלש	cap. 28.	c.	Chelìm.	o. 6.
שמאי אומר כל הנשים דיין	cap. 1.	c.	Eduijòth.	o. 4.
	& cap. 1.	c.	Niddà.	o. 6.
שמונה שרצים	cap. 14.	c.	Sciabbàth.	o. 2.
שני דייני גזירות	cap. 13.	c.	Chetuuòth.	o. 3.

שני נזירים	*Capitis* 8.	*Codicis*	*Nazir*,	*Ordinis* 3.
שני שעירי יום	*cap.* 6.	*c.*	*Iomà*.	*o.* 2.
שנים אוחזין	*cap.* 1.	*c.*	*Bauà Metzijà*,	*o.* 4.
שנים שהיו	*cap.* 8.	*c.*	*Parà*.	*o.* 6.
שנים טמאים כמת	*cap.* 1.	*c.*	*Ohalòth*.	*o.* 6.
שק שהוא מלא	*cap.* 3.	*c.*	*Macſchirin*.	*o.* 6.
שש מעלות	*cap.* 1.	*c.*	*Mikuaòth*.	*o.* 6.
שתי הלחם	*cap.* 11.	*c.*	*Menachòth*.	*o.* 5.
שתי מדות	*cap.* 9.	*c.*	*Eodem*.	
		ת		
תינקת	*cap.* 10.	*c.*	*Niddà*.	*o.* 6.
תמיד נשחט	*cap.* 5.	*c.*	*Peſachim*.	*o.* 2.
תנור שהוא	*cap.* 5.	*c.*	*Ohalòth*.	*o.* 6.
תנור שחצצו	*cap.* 8.	*c.*	*Chelim*.	*o.* 6.
תנור תחנתו	*cap.* 5.	*c.*	*Eodem*.	
תפלת השחר	*cap.* 4.	*c.*	*Berachòth*.	*o.* 1.

תם:

De תנאים *Thanaim Tanaitis, ſeù* Δευτερώσεως *, & Miſcnicis Doctoribus.*

§. VIII.

T*Anaitæ* dicuntur Doctores Hebręi, qui ante, & poſt deſolationem vltimi Templi floruerunt, facto initio ab Antigono Viro Sochæo trecentis circiter annis ante natiuitatem Domini, vſque ad Rabbènu Hakkadòſc, poſt quem inualuit alia Claſſis Doctorum circa annum Domini 219. qui אמוראים *Amoraim* dicti fuerunt, de quibus alibi.

Tanaitæ ita dicti ſunt, quaſi *Docentes* non quamlibet doctrinam, ſed Miſcnicam. Miſcnicam enim doctrinam, cùm oralem Legem, à Deo Moſi traditam in Monte Sina continerę velint Iudæi, eam à Deo per Moſen ad poſteros emanaſſe docent. Illi autem Doctores, qui fuerunt poſt Simeonem Iuſtum, quorum primus fuit prædictus Antigonus Sochæus, & huiuſmodi Legem oralem, ſeù ceremonias Iudaicas docebant, ne obliuioni traderentur, in chartulas, & ſchedas, vti à maioribus receperant, referebant, vocati fuerunt Doctores תנאים *Thanaim Tanaitæ*. Horum ſchedulas collegit Rabbènu Hakkadòſc, & in elegantes Aphoriſmos redegit, eiſque ſecundùm exigentiam materiarum, diuerſa Capita compoſuit; Capitibus quamplurimos Codices condidit; Codicibus ſex Ordines, ceù principales Tractatus diſpoſuit, & ordinauit, quos in vnum librũ redegit, quem Miſcnam nuncupauit. De his omnibus hactenus à me ſatis dictum fuiſſe, puto. Nunc operæ pretium duxi, eos omnes Doctores Tanaitas, ſeù Miſcnicos, quorum ope hoc Miſcnicum Opus compoſitum eſt, hìc recenſere, eorumque nomina, & cognomina, vel etiam patrias, prout in Miſcna citantur, ordine Alphabetico, exponere, & de eis breuem notitiam exhibere. Quibus addidi nonnullos alios Tanaitas inſigniores, quamuis de his in Miſcnaijòth nulla extet notitia.

ואלה שמות התנאים וכנוית אשר הוזכרו במשנה והם על דרך אותיות האלפא ביתא :

Index Alphabeticus nominum, & cognominum omnium Tanaitarum, quorum mentio fit in Miſcnà; quibus adduntur nonnulli alij inſigniores; quamuis illorum nomina in Miſcnicis Codicibus non reperiantur.

אבא אלעזר בן דולעאי

נזכר בפרק שני דמקואות בזמן תלמידי רבי עקיבא ר' מאיר ורבי יהודה ורבי שמעון ורבי אלעזר בן שמוע אם כן הוא היה בשנת כמו ג' אלפים תתפ״ :

ABBA' ELEAZAR BEN DOLEA'I. De eo fit mentio in Miſcnà capite 2. *Mikuaòth* num. 10. Putat Auctor *Iuchaſsin* pag. 51. b. quòd iſte fuerit contemporaneus R. Meir, R. Iudæ, R. Simeonis, & R. Eleazaris Ben Sciamùa diſcipulorum R. Akibæ. Quòd ſi ita eſt, viuebat hic circa annum mundi 3880. Chriſti 120. Hoc enim anno R. Akibà interfectus eſt.

אבא

אבא נוריא ואבא גוריין איש צידן נזכרו בלוח שמות התנאים אשר נמצא בתוך המשניות דפוס ויניציאה שנת ונדפסה תי״ז לפ״ק בי״ב:

ABBA' GHVRIA'; & *Abbà Ghuriàn Iſc Tzaijdàn*. Horum mentio fit in Tabula Alphabetica nominum Tanaitarum, quæ reperitur in medio Miſcnaijòth impreſſionis Venetæ anno 417. min. ſupput. 1657. in 12.

אבא יוסי חלי קופרי איש טבעון נזכר בריש מכשירין משנה ג׳ אמר ר׳ יהושע משום אבא יוסי חלי קופרי איש טבעון פירש הערוך כינוי שם הוא איש טבעון ראש מקום ששמו טבעון והוא מבית הלל ופירש הלכה כבית הלל:

ABBA' IOSE' CHALI' KVPHRI' ISC TABBAO'N. Huius meminit Miſcnà in principio Cod. *Macſchirin* num. 3. *Dixit R. Ieoſciùa de nomine Abbà Iosè Chali Kuphrì Iſc Tabbaòn*. Explicat Auctor libri Arùch *Chali Kuphri* eſſe cognomen; & *Iſc Tabbaòn* eſſe huius Rabbini patriam, in qua primarium locum occupabat, & Hillelis Scholam ſequebatur. Vide *Iuchaſsin* pag. 61. b. Rabbì Ieoſciùa intelligitur R. Ieoſciùa Ben Chanania, vt infrà videbimus.

אבא יוסי בן חנן נזכר במסכת מדות פרק ב׳ משנה ו׳.

ABBA' IOSE' BEN CHANE'N loquitur in Miſcnà Cod. *Middòth* cap. 2. num. 6. Iſte eſt idem cum *Abbà Iosè* בן יוחנן *Ben Iochanàn Iſc Ieruſcialàim*, de quo in *Ghemarà* cap. 5. *Ieuamòth*, qui nomine R. Meir loquitur, vnde videtur poſterior ipſo R. Meir, qui anno mundi 3881. Chriſti 121. viuebat ſecundùm R. David Ganz. Vide *Iuchaſsin* pag. 61. b.

אבא שאול בן בטנית נזכר בשבת פרק כ״ד משנה ה׳:

ABBA' SAV'L BEN BOTNI'TH, de quo in Cod. *Sciabbàth* cap. vlt. n. 5. Videtur poſterior R. Abbà Iosè Ben Chanèn, quia in *Ghemarà* Cod. *Peſachìm* cap. 4. pag. 57. paulò poſt med. loquitur Abbà Saùl Ben Botnìth nomine Abbatis Iosè Ben Chanèn. Parùm autem refert, quòd in *Ghemarà* pro *Abbà Iosè* ſcriptum ſit אבא יוסף *Abbà Ioſeph*, quia יוסי *Iosè*, nil aliud ſignificat, quàm Ioſeph abbreuiatum. Et ſicut nomen Iosè in hoc loco in Ioſeph mutatur, ita & eius patris nomen *Chanèn*, in *Ghemarà* Cod. *Ieuamòth* cap. 5. pag. 53. b. circa fin. in בן יוחנן *Ben Iochanàn* commutatur, vbi nomine R. Meir loquitur. Idem igitur eſt R. Iosè Ben Chanèn, ac R. Ioſeph Ben Iochanàn. Scimus autem R. Meir poni à R. David Ganz ſub annum 881. quarti millenarij, hoc eſt Chriſti 121. Sequitur inde, quòd Abbà Iosè Ben Chanèn poſt annum Chriſti 121. vixerit, & Abbà Saul Ben Botnìth poſt eum, quamuis tempus præciſum, quo is in viuis erat, ignoremus.

אבא שאול מבית מרמשא והוא כמו תלמיד חבר לר׳ יוחנן בן זכאי ונזכר שמו בפרק הר הבית משנה ה׳ ושהוא היה ארוך עד מאד וקובר מתים ורואה לעצמות ולאבשלום עיין בגמרא מסכת נדה פרק ג׳ דף כ״ד ע״ב בסוף:

ABBA' SAVL DE BETH MARME'SCIA ſæpè in Miſcnà vocatur abſolutè *Abbà Saul*, vt cap. *Har Habbàith* Cod. *Middòth* num. 5. Volunt eum fuiſſe procerrimæ ſtaturæ, vt nullus ſua ætate eo maior inuentus ſit. Mortuos ſepeliebat, qua occaſione ſe, & crus, ſeù

os

probari non poteſt, quia Templum ſecundum fuit ædificatum anno mundi 3408. ſecundùm communem opinionem Hebræorum, vt in Tabulis ſupra poſitis in Par. I. pag. 81. & Par. II. pag. 322. hoc eſt ann. 352. ante natiuitatem Domini. Et Templum fuit dirutum an. mun. 3828. Chr 68. Vnde Autaliòn viuebat an. mun. 3722. ante Chriſtum annis 38. quibus ſi addantur anni 68. Chriſti, & deſolationis Templi fiet ſumma annorum 106. ante deſolationem Templi ſecundi, quo viuebat Autaliòn 24. annis propiùs, quàm decernat *Iuchaſsin*. Sed quid mirum! Nimis oſcitanter agunt Rabbini Chronologici, dum ſuas texunt Chronologias, vel temporum rationem inquirunt. Cæterùm de Autalione dicitur, quòd fuerit pater Domus Iudicij, & Scemaaiàh Princeps, & ſimul gubernabant Iudæos. De eo vide Par. I. loco citato.

אדמון הוא היה גם כן דיין בזמן אבטליון בי״ד בני דיינים בירושלם ראשון ושכן כן אבישלום כמו שנראה במסכת כתובות פרק י״ג:

ADMO'N fuit Iudex vnà ſimul cum Chanèn Ben Auiſcialòm, qui Ieroſolymis tempore prædicti Autalionis iudicabant, circa annum 32, De eo in *Miſcnà* Cod. *Chetuuòth* cap. 13. num. 1. quòd fuerit *Ben* גראי *Ghadài* habetur ex *Ghemarà* loco citato.

אילא היה חכם ביבנה כמו שנראה במסכת בכורות פ״ד משנה ה׳:

ELA' fuit Sapiens in Vrbe Iaunè, cuius meminit *Miſcnà* Cod. *Bechoròth* cap. 4. num. 5.

os tibiæ Og Regis Baſan, & oculum Abſalonis vidiſſe imaginantur Talmudiſtæ; per medullam enim huius oſſis tribus leucis inſequitur capreolum; & in pupilla oculi Abſalonis abſconditur vſque ad naſum. Vide Ghemarà Codice *Niddà* cap. 3. pag. 24. b. in fine.

Cæterùm hoc pronomen אבא *Abbà*, הוא לשון כבוד כמו רבי *eſt honorificum veluti eſt Rabbi*, inquit Auctor *Iuchaſsin*, pag. 31. b. Eſt enim nomen Chaldaicum, quod *Patrem* ſignificat: *In quo clamamus Abbà Pater*, ad Rom. 8. 15. Hinc Pater Monachorum *Abbà*, ſeù *Abbas* vocatur.

אבטולס עיין אבטליון:

AVTOLA'S. Vide *Autaliòn*.

אבטולמוס נזכר בעירובין פג׳: מ׳ ד׳.

AVTOLMO'S. Eius mentio fit in *Eruuìn* capite 3. num. 4. אמר ר׳ יוסי העיד אבטולמוס משום חמשה זקנים שספק העירוב כשר: *Dixit R. Iosè. Teſtimonium perhibuit Autolmòs nomine quinque Sapientium, quòd Erùb dubium ſit Caſcèr idoneum*.

אבטליון כבר אמרנו כי הוא אב בית דין מבני סנחריב: עיין חלק ראשון של זה הספר סימן כ״ג דף ט׳:

AVTALIO'N. De eo egimus in I. Parte num. 23. pag. 9. vnde hic nihil addendum puto, niſi quòd corrigenda ſit Chronologia Iudaica: nam in *Ghittin* habetur, quòd anno 314. ab ædificatione ſecundi Templi vixerit Autaliòn, & *Iuchaſsin* pag. 50. in בבטולם dicit, quòd fuerit Magiſter Hillelis, & Sciammài circa annum 130. ante deſolationem Templi ſecundi, quod quidem

אליהועני

אליועיני בן הקוף היה כהן הגדול

ועשה פרה אחת במסכת פרק ג׳: ה׳:

ELIOENI' BEN HAKKO'PH fuit Sacerdos Magnus, fecit vitulam vnam, vt in Cod *Parà* cap. 3. num. 5. Floruit tempore Chonì Hammaaèl, Iudæ Ben Tabbài, & Simeonis Ben Sciatàch.

ר׳ אליעזר הגדול בן הורקנוס.

כבר כתבתי למעלה בחלק ראשון וה הספר סימן רכ״ה דף קפ״ד עמוד ב׳ ובמשנה ר׳ אליעזר סתם הוא רבי אליעזר בן הורקנוס:

R. ELIE'ZER MAGNVS filius Hircani. De eo ſatis dixi ſuprà Par. I. huius Bibliothecæ num. 225. pag. 184. col. 2. ita vt nil repetendum duxi in hoc loco. Solùm notandum; quòd ſatis frequenter de hoc Tanaita fit mentio in *Miſcnà*, ita vt neceſſe non ſit locum aliquem citare: & ferè ſemper abſolutè citatur *R. Elièzer*, pro quo intelligitur R. Elièzer Magnus Hircani *filius*. Vide infrà in *R. Iochanàn Ben Zaccài*.

ר׳ אליעזר חסמא: עיין ר׳ אלעזר חסמא:

R. ELIE'ZER CHISMA'. Vide *R. Eleàzar Chiſmà*.

ר׳ אליעזר בן יהודה: עיין ר׳ אלעזר בן יהודה:

R. ELIE'ZER BEN IEHVDA'. Vide *R. Eleàzar Ben Iuda*.

רבי אליעזר בנו של יוסי הגלילי

היה בזמן ר׳ עקיבא ור׳ אלעזר בן עזריה כסברת ה׳ אלפים תתרנ״ב כמו שאמר בעל ס׳ יוחסין דף כב׳ ; וחבר ל״ב מדות לתורה לב חכם לימינו וגו׳ :

R. ELIE'ZER BEN IOSE' HAGGALILI' GALILÆI. Fuit contemporaneus R. Simeonis Ben Gamlielis patris Rabbènu Hakkadòſc, ſcripſitque ל״ב מדות 32. *Middòth Proprietates* Legis ſecundùm 32. ſemitas Sapientię, de quibus agunt Cabaliſtę ſecundùm illud Eccleſ. c. 10. 2. לב חכם לימינו *Cor Sapientis ad dexterā eius &c.* De eo dicunt כל מקום שתמצא דבריו באגדה עשה אזניך כאפרכסא : *Quotieſcumque inueneris verba eius in myſticis eloquijs, fac aures tuas veluti Aparchesà Aqualiculum*. אפרכסא eſt vas irrigatorium infernè foraminibus refertum, ſuprà vnum foramen habens anguſtum, quod ſi digito oppleatur, aqua perſtat: remoto digito, aqua guttatim inſtar pluuiæ effluit, inquit Buxtorſius, vt per hanc metaphoram, huic Rabbino attributam, intelligamus eius ſapientiam fuiſſe apud eos magnæ æſtimationis. Viuebat circa annum Domini 121. Vide *Iuchaſin* pag. 44. & 52, vbi dicitur, in viuis fuiſſe tempore R. Akibæ, & R. Eleazaris Ben Azariæ.

ר׳ אליעזר בן יעקב

המכונה קב ונקי היה בזמן בית המקדש והוא האחד מקבל מדות המקדש יותר מכל החכמים והאריך ימים עד רבי עקיבא כי כתוב במסכת כלאים פרק ה׳ משנה ח׳ ; כי רבי אליעזר בן יעקב אומר משום חנניא בן חכינאי וידוע שרבי חנינא בן חכינאי חברו של רבי שמעון בן יוחאי והוא תלמיד רבי עקיבא ואחי אמו היה לוי במקדש ופעם אחת מצאוהו ישן במשמרתו ושרפו את כסותו : בפרקא קמא דמדות משנה ב׳ ; וכבר דברנו על זה ר׳ אליעזר בן יעקב ; עיין חלק א׳ מזה הספר סימן רנ״ג ; דף קפ״ם :

R. ELIE'ZER BEN IACOBI dictus *Kau Venakì*. Viuebat adhuc perſiſtente ſecundo Templo, cuius auunculus cùm eſſet Leuità, & dormiuiſſet in cuſtodia ſua, pallij combuſtione ab ex-

cubiarum luſtratoribus punitus fuit. Codice *Middòth* cap. 1. n. 2. & forſan ab eo exactam notitiam partium Templi habuit ille, qui ſcripſit Codicem *Middòth De menſuris* Templi, quia Sapientum nullus fuit eo doctior in his rebus, quæ ad Templi, & eius manſionum ſtructuram, & menſuram ſpectabant. Vixit enim annis ferè octuaginta, quia in Codice *Chilàim* capite 4. num. 8. ſententiam ſuam profert ex nomine *Chanania Ben Chachinài*; at certum eſt, quòd *Chananià &c.* fuit ſocius R. Simeonis Ben Iochài, qui fuit diſcipulus R. Akibæ. *Iuchaſsin* pag. 30. b. in fin. Rabbi autem Akibà obijt ſub Hadriano Cæſare, & in principio ſui Imperij, vt dicemus in R. Akibà. A deſolatione autem Templi vſque ad R. Akibam fluxerunt anni 52. Dauid Ganz ad annum 880. quibus ſi addantur anni iuuentutis huius R. Eliezaris, ſtante Templo, & anni, quibus ſuperuixerat ipſi R. Akibæ, non erit inconueniens, ſi dicatur R. Eliezarem vixiſſe annis circiter 80. vſque ad annum Domini 130. Alia, quæ de R. Eliezare Ben Iacobi dicenda eſſent, vide ſuprà Par. I. num. 232. pag. 188.

ר׳ אליעזר בן מתיא
עיין ר׳ אלעזר בן מתיא :

R. ELIE'ZER BEN MATHIA'. Vide *R. Eleàzar Ben Mathià*.

ר׳ אליעזר
סתם הוא ר׳ אליעזר הגדול בן הורקנוס : עיין שם .

R. ELIE'ZER abſolutè, ipſe eſt *R. Eliezer Magnus Ben Hircani*. Vide eundem.

ר׳ אליעזר בן עזריה
עיין ר׳ אלעזר בן עזריה :

R. ELIE'ZER BEN AZARIA'. Vide *R. Eleàzar Ben Azarià*.

ר׳ אליעזר בן בילה
עיין ר׳ אלעזר בן פילא .

R. ELIE'ZER BEN BILA'H. Vide *R. Eleàzar Ben Pilà*.

ר׳ אליעזר חסמא
עיין ר׳ אלעזר חסמא :

R. ELIE'ZER CHISMA'. Vide *R. Eleàzar Chiſmà*.

ר׳ אליעזר בר צדוק
עיין ר׳ אלעזר בר צדוק :

R. ELIE'ZER BEN TZADO'K. Vide *R. Eleàzar Bar Tzadòk*.

ר׳ אליעזר בן שמעון
עיין ר׳ אלעזר בן ר׳ שמעון בן יוחאי :

R. ELIE'ZER BEN SCIMO'N. Vide *R. Eleàzar Ben R. Simeonis Ben Iochài*.

אלישע בן אבויה
היה רבו של רבי מאיר ונקרא אחר לפי שהוא היה אחד מאלו שנכנסו לפרדס עם רבי עקיבא ובן עזאי ובן זומא בחייו וחשב היה בו שתי רשויות ונעשה אפיקורוס ועל כן נקרא אלישע אחר ובכל כך אמרו אלא מפניא לתלמידיו אבל היה שלמדם תורה אפילו אחר שיצא מן הציבור לתרבות רעה ואמר לרבי מאיר תלמידו עד כאן תחום השבת והודיע ליהודים סודות שכ״ב יותר מן ספר החכמים והיה משנה לו עקיבא והאריך ימים שהיה אחריו ואמר עוזו ל׳ מאיר שתפלל בעדו ויצא עשן מקברו כמו שאמרו לעולם בחלק שני דף תקל״א עמוד ב׳ :

ELISCIAA' BEN AVVIA'H cognomento אחר *Achèr Alius*, quia à Iudaiſmo cùm defeciſſet *Alter* effectus fuerat. Volunt Talmudiſtæ in Codice

Cha-

(olim ſcriptam, poſtea) *abraſam*. Et Auctor libri *Iuchaſsìn* pag. 23.q. in laudem huius Apoſtatæ Iudæi dicit:

וזה גלה לנו סוד העולם הבא יותר מכל החכמים ׃

Et iſte (Eliſæus Ben Auuiàh) *nobis reuelauit ſecretum futuri ſeculi meliùs, quàm fecerint reliqui Sapientes*. Ipſe enim docuit R. Iacobum Tanaitam circa bonorum operum retributionem in venturo ſeculo futuram, quam ſub veſtibulo, & Triclinio delineauit in *Pirkè Auòth* capite 4. num. 16. Ex his collige, inter Iudæos ipſorum Apoſtatas, & Hæreticos eſſe doctiores ipſis Rabbinis, rectiùſque docere de futura vita æterna, quàm doceant Sapientiſſimi Rabbinorum Magiſtri.

Cæterùm hic Rabbinus alio nomine non dignoſcitur apud plebem Iudaicam, quàm ſub nomine *Eliſciaà Achèr*; ideò ſententiæ, quæ ab eo prolatæ ſunt, & vniuerſaliter à Synagoga receptæ, non ſub nomine *Achèr* adducuntur, ne videantur ab Hæretico homine doctrinam, & dogmata, præſertim de ſeculo futuro recepiſſe; ſed ne gloria, & honore defraudetur, præſertim quia exiſtimant pœnitentem obijſſe, eum proprio nomine *Eliſciaà Ben Auuiàh*, nominant. Sententiæ verò R. Meir diſcipuli ſui in concurſu ſententiarum aliorum Rabbinorum, ob ſuſpiciónem hæreſeon non recipiuntur. Vide infrà in *R. Meir*, & in *R. Nehorài*: *De opinione probabili in concurſu probabilioris*.

ר' אלעזר איש ברתיתא ׃

עיין ר' אלעזר בן יהודה איש כפר ברתותא ׃

R. ELEA'ZAR ISC BARTITHA. Vide *R. Eleàzar Ben Iudæ Iſc Chephàr Bartothà*.

Chaghighà cap. 2. pagina 15. quatuor Rabbinos adhuc viuentes ingreſſos fuiſſe in Paradiſum, videlicet *Ben Azài*; *Ben Zomà*; *R. Akibà*; & *Eliſciaà Achèr*. Hic poſtquam egreſſus eſt, efficitur Hæreticus, & credidit duo eſſe principia rerum creatarum. In hæreſi tamen perſiſtens non reliquit docere diſcipulos ſuos Iudaicas lectiones, & dogmata iuxta Rabbinorum placita, & præcipuè R. Meir inter Rabbinos laudatiſſimum, quem de itinere Sabbathico aliquando inſtruxit. Poſt mortē Achèr idem Rabbì Meir pro eo preces effudit, eumque ab igne purgatorio liberauit. Ita referunt Iudæi loco cit. pag. 15. b. & nos vt probaremus dari Purgatorium ignem, etiam ex ſententia Iudęorum locum hunc exſcripſimus Par. II. p. 152. vbi reliqua de hoc Rabbino videnda ſunt. Cur autem vocatus ſit *Achèr*, præter cauſam iam aſſignatam, aliç recenſentur in lib. *Iuchaſs*. pag. 23. vbi refertur, R. Meirum poſt mortem aſcendere feciſſe fumum ex ſepulchro Achèr in ſignum liberationis ipſius. Aliæ etiam congruentię ibidem aſſignantur, quibus hic Auctor nititur perſuadere hunc Rabbinum Eliſciaà Eliſęum Achèr poſt mortem fuiſſe ſaluatum. Illas tamen religio Chriſtiana reſpuit, docetque extra Catholicæ fidei Arcam nullam eſſe ſalutem. Laudatur hic Rabbinus in *Pirkè Auòth* cap. 4. 20. vbi ſic legitur:

אלישע בן אבויה אומר הלומד ילד למה הוא דומה לדיו כתובה על נייר חדש והלומד זקן למה הוא דומה לדיו כתובה על נייר מחוק ׃

Eliſæus Ben Auuiàh dicit: A pueritia qui diſcit, cui ſimilis eſt? Atramento quo ſcribitur in folio albo. Et qui diſcit in ſenectute, cui aſſimilatur? Atramento impoſito ſuper chartam

der olàm Rabbà, quia in eo cap. 5. ſit mentio de Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài, cap. 6. de R. Eliezer Ben Iacobi, & cap. 9. de morte Herodis, quæ omnia licèt fuerint circa tempus huius Auctoris, attamen videntur excerpta ex *Ghemarà*, ſicut & alia, quæ in hoc libello continentur, vti cap. 12. de morte Luliani, & Papos in Laodicæa Turriani fraude à duobus Romanis Principibus illata; ſicut & de cæde Nikanoris, quæ prolixè referuntur Cod. *Taanìth* pag. 18. b. ſicut infrà in Nikanore videbimus. Vnde apparet, huiuſmodi Opuſculum *Meghilàt Taanìth* fuiſſe compilatum ex maiori Codice huius nominis Ghemaræ Babylonicæ. Quando igitur dicitur, hunc Tanaitam cum ſuo Collegio ſcripſiſſe *Meghilàth Taanìth*; intelligendum de Codice *Taanìth Afflictionum*, quem poſtea Rabbènu Hakkadòſc in Aphoriſmos redegit, & in *Miſcnà* inſeruit, & hodie ſub nomine תעניות *Taaniòth* circumfertur. Hinc collige, *Maſſechèt Taanìth*, & *Taaniòth* vnum, & eundem Codicem hodie exiſtere, vt patet ex Talmudis titulo, & ex פסקי תוספות nu. 20. vbi hic Codex vocatur מגילת תענית ſicut & ego quandoque vocaui.

ר' אלעזר חסמא

תלמיד ר' עקיבא וחבירו של ר' יוחנן בן גודגדא ושל ר' אליעזר בן יעקב ושל ר' יוחנן בן ברוקא ושל ר' יוחנן בן נורי : והוא היה תוכן גדול ובעל מספר ותשבורת שהיא חכמה גדולה לתקופות ; וכבר הזכרנו בו בחלק ראשון זה בספר סימן רנ"ג דף קכ"ב :

R. ELEA'ZAR CHISMA' diſcipulus R. Akibæ, & ſocius RR. Iochanàn Ben Gudgadà, Elièzer Ben Iacobi, R. Iochanàn Ben Berukà, & R. Iochanàn Ben Nuri. De eo ſatis dictum eſt in I. Par.

ר' אלעזר בן בילא

עיין ר' אלעזר בן פילא ;

R. ELEA'ZAR BEN BILA'. Vide *R. Eleàzar Ben Pilà*.

ר' אלעזר בן דמא

ואולי הוא בן אחותו של ר' ישמעאל הנזכר בפרק ב' דע"ז והוא היה אחד מעשרה הרוגי מלכות בזמן ר' יהושע בן חנניה בשנת ג' אלפים תתל"ג לבריאת עולם :

R. ELEA'ZAR BEN DAMA'. De eo *Iuchaſsìn* dubitando multa profert p. 39. b. Dubitat, an ſit filius ſororis R. Iſmaelis, cuius meminit *Miſcnà* in Cod. *Auodà Zarà* cap. 2. n. 5. Dicit, quòd hìc Rabbinus cùm à venenato ſerpente fuiſſet morſus, potiùs mori voluerit, quàm per quædam verba magica prolata ſanari, quod factum laudauit R. Iſmaël. At in Cod. *Auodà Zarà* pagina 16 b. mutatur nomen Eleazaris Ben Damà in יהושע בן דאמה Ioſuè Ben Damà filium ſororis R. Iſmaëlis, qui morſu aſpidis enecatur, cùm medelam in nomine Ieſu Nazareni à Iacobo eius diſcipulo recipere noluerit.

ר' אלעזר בן חנניה בן חזקיה בן גרון

עם סיעתו כתבו מגילת תענית שהיא במגלת כמסכת על שם תעניות :

R. ELEA'ZAR BEN CHANANIA' BEN CHIZKIA'H BEN GARO'N vnà cum Collegis ſuis ſcripſit - מגילת תענית *Meghilàth Taanìth Volumen Ieiuniorum*. De eo ſit mentio in *Iuchaſsìn* pag. 20. Pro Volumine Ieiuniorum, non eſt intelligendum illud paruum Opuſculum, quod ſub nomine מגלת תענית *Meghilàth Taanìth* circumfertur cum alijs annexis in סדר עולם רבא *Sé-*

בארתותא אומר תן לו משלו שאתה ושלך שלו וכן דוד הוא אומר כי ממך הכל ומידך נתנו לך:

R. Eleàzar Iſc Bartothà dicit : Da ei (Deo) *quod ſuum eſt , quoniam tu , & quod tuum eſt , ipſius eſt. Et ita Dauid dicit* (1. Paralip. 29. 14.) *Quoniam à te* (ſunt) *omnia , & de manu tua dedimus tibi*. Quod ſpectat ad cognomen huius Rabbini , notat Auctor *Iuchaſsin* loco cit. quòd Rabbini , qui à propria patria pronomen recipiunt , fuerunt inſigniores, & notiores in ijſdem locis, veluti איש צרידה *Iſc Tzeredà* , איש ירושלם *Iſc Ieruſcialàim* , איש כפר חנניה *Iſc Chephàr Chananià*, & exemplum affert de ſeipſo, qui à patria *Salamanca* אברהם זכות איש שלאמנקה *Abraham Zacutus Iſc Salamanca Vir Salamanticenſis* vocari voluit. Ex hoc enim apparet, inſcriptionem appoſitam in ſuo Almanacho ab Alphonſo Hiſpalenſi de Corduba , qua eum vocat Salmanticenſem , veram eſſe. Vide Pr. Par pag. 54.

Cæterùm de hoc Tanaita aliquoties fit mentio in *Miſcnà* , vt Cod. *Zabim* capite 1. n. 1. & in Cod. *Orlà* c. 1. n. 4. Eius nomine loquitur R. Scimòn Ben Gamlièl , vbi איש ברתותא *Iſc Bartothà* ipſius cognomen oſtendit.

ר' אלעזר המודעי

תלמיד ר' יוחנן בן זכאי חבירו של ר' טרפון ונהרג בביתר שהרגו המלך בן כוזיבא וכו ביום שנכבש ביתר:

R. ELEA'ZAR HAMMODAI' diſcipulus R. Iochanàn Ben Zaccài , & ſocius R. Tarphòn, interficitur à Ben Cozibà Pſeudomeſſia regnante in Bithèr, quia credidit cuidam Gentili dicenti R. Eleazarem voluiſſe cū Hadriano Imperatore pacem componere , & tradere il-

Ii

I. Par. num. 253. pag. 222. cuius mentio fit in Cod. *Therumòth* cap. 3. n. 5. & in Cod. *Bauà Metzijà* cap. 7. num. 5. & alibi ſæpè.

ר' אלעזר בן חרסום

היה תלמיד ר' יוחנן בן זכאי החריף שבכולם ונקרא ר' נהוראי אבל האמת כי ר' נחמיה הוא ר' נהוראי:

R. ELEA'ZAR BEN CHARSO'M diſcipulus R. Iochanàn Ben Zaccài , reliquis acutior , quando vocatur R. Nehorài ; verùm non hic, ſed R. Nachmià eſt R. Nehorài , vt infrà videbimus. Cùm autem hic Rabbinus vixerit ætate ריב"ז R. Iochanàn Ben Zaccài, inter Tanaitas numeratur ab Auctore libri *Iuchaſsin* pagina 50. b.

ר' אלעזר בן יהודה איש כפר ברתותא

והוא חבר לר' עקיבא בפרק ג' דאבות משנה ו': רבי אלעזר איש ברתותא אומר תן לו משלו וכו':

R. ELEA'ZAR BEN IVDÆ ISC CHEPA'R BARTOTHA' ſocius R. Akibæ , viuebat anno mundi 3870. Chriſti 110. Scribunt Auctores, eum in eleemoſynis erogandis adeò addictum fuiſſe , vt גבאי צדקה היו בורחים ממנו לפי שהיה נותן להם כל מה שיש לו *Collectores eleemoſynarum ab eo fugerent, quia omnia, quæ habebat , in eleemoſynas erogabat* , inquit *Iuchaſsin* pag. 51. b. ex Cod. תענית *Taanith* c. 3. pag. 24. vbi iactant, quòd poſt euacuatū granariū , frumento inter pauperes diſtributo , שנתמלא כל ביתו חטה *tota domus eius frumento repleta inuenta eſt*. Et in *Pirkè Auòth* cap. 3. num. 7. circa eleemoſynam , huius Rabbini ſententia hoc modo legitur רבי אלעזר איש

li Ciuitatem; eo autem die, quo occiditur, capitur Bither, *Iuchaſsìn* pag. 32. & 51. b. anno mundi 3880. Chr. 120. In Cod. *Pirkè Auòth* cap. 3. num. 11. hæc ab eo pronunciata referuntur -

ר' אלעזר המודעי אומר המחלל את הקדשים והמבזה את המועדות והמלבין פני חבירו ברבים והמפר בריתו של אברהם אבינו והמגלה פנים בתורה שלא כהלכה אף על פי שיש בידו תורה ומעשים טובים אין לו חלק לעולם הבא :

R. Eleàzar Modæus dicit: Qui profanat Sacrificia, & Altare, & contemnit ſolemnitates ſacras; & qui albeſcere facit ſocij ſui facies coram pluribus; quique irritum facit fœdus Abrahami Patris noſtri, & proterue ſpatiatur in Lege non ſecundùm communem ſententiam (eam interpretando) *quamuis Legem in manu ſua habeat, ſimul cum bonis operibus, nihilominus non habebit partem in ſeculo futuro.*

ר' אלעזר בן מתיא

נזכר בפרק עשירי דיבמות : והוא היה מד' חכמי יבנה בן עזאי ובן זומא וחנניה בן חכינאי :

R. ELEA'ZAR BEN MATHI'A MATTHIÆ fuit vnus ex quatuor Sapientibus Academiæ Vrbis Iaunè, qui fuerunt Ben Azài, Ben Zomà, & Chachinài. Eius mentio fit in *Miſcnà* cap. 10. Cod. *Ieuamòth* num. 3. Vide infrà in *R. Ioſuè Ben Matthia*.

ר' אלעזר

סתם הוא ר' אלעזר בן שמוע הכהן : עיין שם :

R. ELEA'ZAR abſolutè, eſt *R. Eleàzar Ben Sciamùa*. Vide ibidem.

ר' אלעזר בן עזריה הכהן

עשירי לתורה ונשיא ישראל נזכר בספר דברכות : ובמס' יומא ובמס' דאבות :

R. ELEA'ZAR BEN AZARIÆ SACERDOS, diues in opitulando, fuit Naſsì Princeps in Iſraële. De eo non rarò fit mentio in *Miſcnà*, vt cap. 4. 7. Cod. *Berachòth*, cap. 8. 9. Cod. *Iomà*, ſed præcipuè in *Auòth* cap. 3. 17. quædam præclara ſententia ab eo prolata refertur, quæ eſt huiuſmodi -

ר' אלעזר בן עזריה אומר אם אין תורה אין דרך ארץ אם אין דרך ארץ אין תורה אם אין חכמה אין יראה אם אין יראה אין חכמה אם אין בינה אין דעת אם אין דעת אין בינה אם אין קמח אין תורה אם אין תורה אין קמח : הוא היה אומר כל שחכמתו מרובה ממעשיו למה הוא דומה לאילן שענפיו מרובין ושרשיו מועטין והרוח באה ועוקרתו והופכתו על פניו שנאמר והיה כערער בערבה ולא יראה כי יבא טוב ושכן חררים במדבר ארץ מלחה ולא תשב אבל כל מעשיו מרובין מחכמתו למה הוא דומה לאילן שענפיו מועטין ושרשיו מרובין שאפילו כל הרוחות שבעולם באות ונושבות בו אין מזיזות אותו ממקומו שנאמר והיה כעץ שתול על מים ועל יובל ישלח שרשיו ולא יראה כי יבא חום והיה עלהו רענן ובשנת בצורת לא ידאג ולא ימיש מעשות פרי :

R. Eleàzar Ben Azariæ ait: Vbi non eſt lex, nulla vrbanitas eſt; & vbi non eſt vrbanitas, nulla lex eſſe poteſt. Vbi non eſt ſapientia, ibi non eſt timor (Dei), *& vbi non eſt timor* (Dei), *ibi non eſt ſapientia. Vbi non eſt intelligentia, ibi non eſt ſcientia: & ſi non eſt ſcientia, nulla ibidem erit intelligentia. Si nulla eſt farina, nulla eſt lex; & vbi non eſt lex, farina nulla eſt. Ipſe ſolebat dicere: Cuius ſapientia excedit opera ſua, cui ſimilis eſt? Similis eſt arbori, cuius rami multi ſunt, radices verò paucæ. Flat ventus, illam eradicat & euertit S. D.* (Ierem. 17. 6.) Et erit tanquam myrica in ſolitudine, & non videbit, cùm venerit bonum, & habitabit in ſiccitatibus in deſerto terra ſalſuginis, quæ non habitatur.

Ve-

ר' אלעזר בן פרטא

תלמיד של ר' אלעזר המודעיסיה בזמן רבי חנינא בן תרדיון ונתפס עמו על שהוא עוסק בתורה ובגמילות חסדים וניצול: והיה זקן מאד: ויש לו בן נקרא רבי שמעון בן אלעזר בן פרטא: וכן היה לו בן שנקרא ר' פרטא נקיה לפני רבינו הקדוש נפטר כמו ג' אלפים תתע״:

R. ELEA'ZAR BEN PARTA' diſcipulus R. Eleazaris Modæitæ, viuebat tempore, quo R. Chaninà Ben Tardiòn à Regno Romanorum eſt interſectus. Fuit & ipſe cum eo captus, ſed miraculosè, inquiunt Rabbini, liberatur ab Elia Propheta, eò quòd continuò occupabatur in Lege, & in operibus miſericordiæ. Vide *Iuchaſin* pagina 31. Pater ipſius vocabatur פרטא *Partà*, & eius filius *R. Simeon Ben Eleàzar Ben Partà*. Iſte ſuſcepit filium, cui nomen impoſuit *Partam*, qui ante Rabbènu Hakkadòſc diem ſuum obijt. Hic autem *R. Eleàzar Ben Partà* admodum ſenex perijt: nam tempore Ædis ſecundæ grandæuus erat, & anno 52. poſt deſtructionem Templi, & Bitheris euerſionem fatis ceſſit. De hoc Tanaita mentio fit in Cod. *Ghittìn* c. 3. num. 4.

ר' אלעזר בן ר' צדוק כהן

וראה חרבן הבית ונזכר שנו בכמה פעמים במשנה:

R. ELEA'ZAR BEN TZADO'K SACERDOS vidit euerſionem Templi, & vt habetur in *Ghemarà* cap. ד' מיתות vidit filiam Sacerdotis in adulterio deprehenſam Senatus decreto igni comburi. Atqui דיני נפשות בטלו קודם החרבן מ' שנה: *Sententiæ capitales* 40. *annis ante euerſionem Templi ceſſarunt*, quia eo anno Sanhedrìn ab Aula *Liſcàth haggazìth* receſſerat. Vide Cod. *Sciabbàth* cap. 1. Er-

Verum ſi opera ſua plura ſint quàm ſua ſapientia, cui ipſe aſſimiliabitur? Similis erit arbori, cuius rami pauciores ſunt, quàm ſint ſuæ radices, & quamuis omnes Venti, qui ſunt in mundo, in eam efflauerint, non commouebunt eam è loco ſuo, S. D. (Ibid. ver. 8.) Et erit arbor plantata ſecus aquas, & ſecus riuum mittet radices ſuas, & non timebit cùm venerit æſtus; & erit folium eius viride, & in anno caritatis non ſolicitum erit, nec recedet à faciendo fructum.

Viuebat tempore R. Gamlièl de Iaunè, cui ſucceſſit in Principatu Academiæ circa annum mundi 3836. Chriſti 76. octo circiter annis poſt exuſtum Templum. De eo dicitur in *Miſcnà* Cod. *Sotà* cap. 9. num. 15. משמת ר' אלעזר בן עזריה פסק העושר מן החכמים: *Mortuo R. Eleazaro Ben Azariæ, ſublatæ ſunt diuitiæ à Sapientibus.*

ר' אלעזר בן ערך

עיין בחלק ראשון זה הספר סימן רנ״ו דף רכ״ד:

R. ELEA'ZAR BEN ARA'CH. Sufficienter de eo actum eſt ſuprà Prima Parte huius Bibliothecæ num. 256. pag. 224. Vide & infra in *R. Iochanàn Ben Zaccài*.

ר' אלעזר בן פילא

ויש נוסחאות בן בילא או בן פילאי והוא משיב על דברי רבי עקיבא בפרק ז' דטהרות משנה ט' בסוף:

R. ELEA'ZAR BEN PILA', aut BEN BILA', ſiuè BEN PHEBA'I. In Cod. *Tabaròth* capite 7. num. 9. reſpondet verbis R. Akibæ. Videtur contemporaneus eſſe ipſius circa ann. mundi 3870. Chriſti 110.

Ergo dicendum eſt : Hunc Eleazarum, ſi iſta viderit, & mente retinuerit, ad minùs 10. ætatis annos habuiſſe, vt notat etiam *Iuchaſsìn* pag. 26.. Et quia in cap. 7. *Chilàim* loquitur nomine Rabbì Meir, qui anno mundi 3881. Chr. 121. viuebat poſt exuſtum Templum an. 53. Si hiſce annis addantur anni 50. ante deſolationem Templi, fiet ſumma annorum 103. quos ad minùs R. Eleàzar Ben Tzadòk vixiſſe, dicendum eſt. Vide cap. 2. num. 4. Cod. *Sceuiìth*, vbi ſuam ſententiam ex ſe profert. Hic fuit diſcipulus R. Iochanàn Ben החורונית Hachoronìth. *Iuchaſsìn* pag. 26.

ר' אלעזר הקפר נזכר בפרקי אבות פרק ד'

סימן כ"א בסוף אומר הקנאה והתאוה' וכו' : והוא היה בזמן ר' יהושע בן לוי שהיה בדור רבן יוחנן בן זכאי כמו שאמר בעל ס' שלשלת הקבלה דף כ"ו:

R. ELEA'ZAR הקפר HAKKAPHA'R viuebat paulò poſt deſolationem Templi tempore quo viuebat R. Ioſuè Ben Leuì, quandoquidem hic veſtigia premebat huius noſtri R. Eleàzar. Vide *Ghemarà* Cod. כל הצלמים *Col Hatzelamìm*, & *Scialſcèleth Hakkabalà* pag. 27. In cap. 4. num. 21. & 22. *Capitum Patrum*, hæc quæ ſequuntur effata, ab eo prolata leguntur -

ר' אלעזר הקפר אומר הקנאה והתאוה והכבוד מוציאין האדם מן העולם : *R. Eleàzar Hakkaphàr dicit : Inuidia, libido, & honor hominem interimunt.* הוא היה אומר הילודים למות והמתים להחיות והחיים לידון לידע להודיע ולהוודע שהוא אל הוא היוצר הוא הבורא הוא המבין הוא הדיין הוא עד הוא בעל דין והוא עתיד לדון ברוך הוא שאין לפניו לא עולה ולא שכחה ולא משוא פנים ולא מקח שוחד שהכל שלו ודע שהכל לפי החשבון ואל יבטיחך יצרך שהשאול בית מנוס לך שעל כרחך אתה נוצר ועל כרחך אתה נולד ועל כרחך אתה חי ועל כרחך אתה מת ועל כרחך אתה עתיד ליתן דין וחשבון לפני מלך מלכי המלכים הקדוש ברוך הוא :

Ipſe ſolebat dicere : Ij, qui nati ſunt, morientur; & qui mortui ſunt, ſuſcitabuntur; & qui viuunt, iudicabuntur. Sciendum eſt, notificandum, & ab omnibus cognoſcendum, quòd ipſe eſt Deus, ipſe eſt Formator, ipſe eſt Creator, ipſe eſt, qui intelligit, ipſe eſt Iudex, Teſtis, & pars, & ipſe in futurum paratus erit ad iudicandū. Benedictus ſit ipſe, cui non eſt iniquitas, neque obliuio, nec reſpicit perſonas, nec accipit munera, quia omnia ſua ſunt. Et ſcito, quòd omnia ſunt numerata. Neque fiduciam habeas in eo, quod tibi perſuadet fomes peccati, quòd domus tua ſit ſepulchrum, ibique requieſces; quia Dei voluntate tu creatus es, natus, viuis, morieris, & rationem factorum tuorum reddes coram Rege Regum Deo ſancto benedicto.

ר אלעזר בן שמוע הכהן רבו של רבי

נזכר שאמרו עליו במגלה דף כ"ו והוא היה אחרון מעשרה הרוגי מלכות ובגליל שבת נהרג ונזכר בפרקי אבות פרק ד' : משנה י"ב :

R. ELEA'ZAR BEN שמוע SCIAMV'A, fuit Magiſter Rabbenu Hakkadòſc, vti dictum eſt ſuprà pag. 76. Volunt Talmudiſtæ, quòd ipſe fuerit vltimus ex decem interfectis à Regno, videlicet Romano. De qua re miratur Auctor libri *Iuchaſsìn* pagina 53. quomodo id verum eſſe potuerit, cùm poſt Hadrianum nulla alia facta ſit perſecutio Iudæorum ab Imperatoribus Romanis, quia cùm ipſe fuiſſet Magiſter Rabbì, conſequenter dicendum eſt, vel quòd fuerit occiſus viuente ipſo Rabbì, vel poſt mortem Rabbì; non viuente Rabbì, quia tunc temporis Impera-

monia celebris apud omnes, vt iactant Talmudiſtæ. Huius ſit mentio in Cod. *Negaiìm* capite 12. numero 3.

אנטיגנוס איש סוכו ראש התנאים

אחר שמעון הצדיק ורבו ובעבור דבריו שדבר במסכת אבות תלמידיו צדוק וביתוס הוציאו משם המינות : ותלמידיו תלמידים היו יוסי בן יועזר ויוסי בן יוחנן הוא נשיא והשני אב בית דין ;

ANTIGONO'S ISC SOCO' SOCHÆVS Princeps, & Caput Tanaitarum poſt Simeonem Iuſtum, propter ſententiam, quam frequenter dictitabat, & à duobus diſcipulis ſuis Tzadòk, & Baithòs malè interpretatam hæreſim Sadducæorum, & Baithuſæorum inuexit in mundum. De eo plura dixi Pr. Par. num. 278. pag. 376. vnde hìc non eſt opus, vt aliquid aliud addam, niſi quòd boni illius diſcipuli fuerunt *Iosè Ben Ioèzer*, & *Iosè Ben Iochanàn*, alter Princeps, & alter Pater Domus Iudicij, Senatus.

אנקלוס הגר

בר אחתיה דטיטוס הוא תנא דברייתא בפרק המוכר פירות הוא קיבל מרבי אליעזר ומרבי יהושע ותרגם ה' חומשי תורה מפיהם ואינו מן המשנה ;

ONKELO'S HAGGHE'R PROSELYTVS, filius ſororis Titi. De quo ſatis ſuperq; dictũ eſt ſuprà I. Par. num. 281. pag. 405. & ſeqq. Hic autem tantùm addam, quòd Onkelos Tanaita quidem ſit, ſed Baraijetanus, & non Miſcnicus. Cap. *Hammochèr peròth.* Traditionem accepit à R. Elièzer, & à R. Ioſuè, & Pentateuchum Moſis Chaldaicè vertit. *Iuchaſsìn* pag. 52. b.

אנשי מירבא

היו חכמים של ישיבה אחר מיתה בלכן ישראל ונזכרו כמה פעמים במשנה ;

ratores miro amoris affectu proſecuti ſunt Iudæos, vti Talmudiſtæ volunt. Non poſt mortem Rabbì, quia poſt huius mortem non legitur, quòd aliquis Imperator contra Iudęos perſecutionem ſuſcitauerit. Vnde apparet, quòd Ben Sciamùa non fuerat Magiſter Rabbì, vel quòd à Regno non ſit interfectus. Huius Tanaitæ breuis, ſed notabilis ſententia reperitur in Cod. *Auòth* cap. 4. num. 12. qua dicitur יהי כבוד תלמידך חביב עליך כשלך וכבוד חברך כמורא רבך ומורא רבך כמורא שמים : *Sit honor diſcipuli tui tibi charus ceù tuus; & honor ſocij tui ſit tibi veluti eſt timor præceptoris tui; & timor tui præceptoris ſit tibi tamquam timor Dei.* *Iuchaſsìn* ſuſpicatur, hunc fuiſſe fratrem *R. Iudæ Ben Sciamùa* pag. 41. b.

ר' אלעזר בן ר' שמעון בן יוחאי

היה חברו של רבי אבל מת קודם רבי שהיה הרבה ;

R. ELEA'ZAR BEN R. SIMEON BEN IOCHA'I fuit ſocius Rabbènu Hakkadòſc coram R. Simeone Ben Gamlielis patre ſuo, & coram R. Ioſuè Ben Korchàh. Tradunt Talmudiſtæ in cap. במה מדליקין pag. 33. b. circa med. quòd per 13. annos in ſpelunca cum patre ſuo Simeone Ben Iochài latuerit, vt perſecutionem Hadriani Imperatoris euitaret, ſicut prolixè in *Simeone Ben Iochài* dicetur. Vide quæ de eo dicta ſunt ſuprà Par. I. num. 257. pag. 226. Mortuus eſt ante Rabbènu Hakkadòſc, quod patet ex eo, quia Rabbi voluit ſibi deſponſare viduam relictam ab hoc R. Simeone, quæ illum reſpuit, tamquam imparem ſuo priori ſponſo. *Iuchaſsìn* pag. 48. b. in principio. Non erat igitur Rabbenu Hakkadòſc ſancti-

ANSCE' MEDAVA' VIRI MEDAVITÆ erant Sapientes cuiuſdam Academiæ exiſtentis in Terra Iſraëlis, cuius mentio aliquoties fit in *Miſcnà*, vt Cod. *Mikuaòth* cap. 7. num. 1. In quibuſdam exemplaribus legitur *Anſcè* מִירְבָּא *Mirbà*, ſed perperam.

אריסטון נזכר במסכת חלה פרק ד׳ סימן י״א :

ARISTO'N. Huius mentio fit in *Miſcnà* Cod. *Chalà* cap. 4. num. 11. Hic adduxit primogenita ſua ex Apamea, & ea receperunt; quia dixerant: qui acquirit in Soria, eſt ac ſi acquiſiuiſſet in ſuburbio Ieroſolymitano.

בבא בן בוטא תלמיד שמאי הזקן ונזכר במסכת בפרק אחרון מכריתות והיה בזמן רבן גמליאל הזקן קרוב לחרבן הבית :

BAVA' BEN BOTA' diſcipulus Sciammài Senioris, fuit valdè acceptus Herodi, qui cùm initio Regni ſui interfeciſſet omnes Sapientes, id eſt omnes Senatores Synedrij magni, ipſe conſilium dedit Regi, vt pro expiatione tanti facinoris Templum Dei ædificaret, ſicut & fecit. *Bauà Batrà* cap. 1. pag. 3. b. Liberauit quoſdam innocentes, ne interficerentur, detecta fraude accuſatoris, qui albumen oui ſparſerat in lecto vxoris ſuæ, & ab eodem inebriati, dormientes in eo inuenti ſunt, vt ſic occaſionem haberet repudiandi vxorem, & dotem ipſius lucrifaciendi. Ita Codice *Ghittin* cap. 5. pag. 57. non longè à fine. Dum enim à Synedrio huiuſmodi cauſa ageretur, affuit *Bauà Ben Botà*, qui dixit eis: כך מקובלני משמ״אי הזקן לובן ביצה סולד מן האור ושכבת זרע דוחה מן האור בדקו ומצאו כדבריו והביאוהו לבית דין והלקוהו : *Sic tradidit mihi Sciammài ſenex, quòd albumen oui coagulatur ex* (calore) *ignis, concubitus autem ſeminis repellitur à* (calore) *ignis. Probarunt, & inuenerunt ſicut dixerat. Detulerunt hoc in Senatu, & flagellauerunt* (accuſatorem). Fuit etiam Iudex, vt ex cap. *Elièzer* Cod. *Nedarim* apparet, vbi faciunt illum humilem, patientem, & pacificum. Cùm enim aliquando mulier quædam non ſecundùm voluntatem viri ſui cibum paraſſet, iuſſit vt ollam percuteret, eamque frangeret ſuper caput domus ipſius. Inuenit ibi ſedentem *Bauà Ben Botà*, percuſſitque eam ſuper caput ipſius, ac fregit. Dixitque ei: Cur ita feciſti? Reſpondit: כך ציוני בעלי *Sic mihi præcepit maritus meus*. Subiunxit ille את עשית רצון בעליך המקום יוציא ממך שני בנים כבבא בן בוטא : *Tu feciſti voluntatem Viri tui. Et Dominus ex te exire faciet duos filios ſicut Bauà Ben Botà*. Non ſignum humilitatis eſt efferre ſeipſum, ſed ſuperbiæ. Hic quamuis diſcipulus Sciammài fuiſſet, eiuſque doctrinam, & ſectam ſequeretur, attamen in verba Magiſtri non iurauerat, præſertim circa ea, quæ ad ordinationem per manuum impoſitionem pertinebant, ſed in his opinionem Hillelis ſequebatur. Hæc maniſeſtè apparent ex cap. 2. *Bezà*. In *Ghemarà*. Vide *Iuchaſsin* pag. 19. b. 52. b.

בית הלל ובית שמאי :

BETH HILLE'L, VVETH SCIAMMA'I *Domus*, ſeù *Schola Hillelis, & Sciammài*, fuerunt duæ Scholæ perpetuò inter ſe diſſidentes in quibuſdam rebus ceremonialibus, de quibus paſsim in *Miſcnà*, & de his non ſemel ſu-

צערא אגרא ׃ *Ben He He dicit: Vti eſt paſſio, ita eſt merces.*

בן ברוקא עיין ר׳ יוחנן בר ברוקא ׃

BEN BERVKA'. Vide *R. Iochanàn Ben Berukà.*

ברוריה בת ר׳ חנניה בן תרדיון אשת

רבי מאיר ׃ והיא חכמה מאד נזכרת בברייתא שאמרו עליה בתוספתא דמסכת כלים פרק י״א ׃

BERVRIA'H BATH R. CHANANIA'H BEN TERADIO'N vxor R. Meir, cuius mentio fit in *Baraijethà Toſiphtæ* Codicis *Chelìm* cap. 11. Vide *Iuchaſsin* pag. 31. Fuit ſapiens mulier, & poſtquam eam R. Iehoſciùa audiuiſſet, ſententiam tulit in hunc modum - יפה אמרה *Egregiè dixit*; ideòque nomen eius inter Tanaitas recenſetur ibidem. De eâ vide Cod. *Peſachìm* c. 5. p. 62. b. vbi 300. lectiones à totidem Magiſtris didicit die vno. Alia de eadem ſuprà dicta ſunt I. Par. pag 697. num. 370.

בן ביתירא נזכר במשנה מסכת פסחים פרק

ד׳ סימן ג׳ ׃ עיין ר׳ יהושע בן בתירא ׃

BEN BETHERA', cuius meminit *Miſcnà* Cod. *Peſachìm* cap. 4. num. 3. Vide infrà in *R. Iehoſciùa Ben Betherà.*

בן הא הא עיין בן בג בג ׃

BEN HE HE. Vide ſuprà *Ben Bagh Bagh.*

רבן גמליאל הזקן עיין בחלק ראשון

זה ספר קרית ספר סימן ש״ע ׃ דף תרצ״ז ׃ ע״ש ׃

RABBA'N GAMLIE'L SENEX. De hoc Tanaita abundè dictum eſt Par.

 Pri-

ſuprà mentio facta eſt. Vide I. Par. pagina 784. & ſeqq.

בן אנטינוס נזכר בחלה פרק ד׳ סימן י״א ׃

BEN ANTINO'S, cuius mentio fit in *Miſcnà* Cod. *Chalà* cap. 4. n. 11. adduxit primogenita ex Babel, & non ea receperunt, quia ex terra prohibita.

בן בג בג הוא ר׳ יוחנן בן בג בג בן זכאי ויש אומרים

שהוא עצמו בן הא הא כי בן בג הוא חמשה כמנין הא ׃ עיין ר׳ יוחנן בן בג בג ׃

BEN BAGH BAGH ſecundùm quod tradit Auctor *Iuchaſsin* pag. 53. eſt ipſemet *R. Iochanàn Ben Bagh Bagh Ben Zaccài*. Et quia בג *Bagh* in numeris numerat quinque, & litera ה eundem numerum efficit, ideò idem *Ben Bagh* fuit etiam nuncupatus בן הא הא *Ben He He*, iuxta *Iuchaſsin* pag. 55. Viuebat in diebus הלל *Hillèl*, & *Sciammài*, ſed non vidit euerſionem Templi: vnde videtur, viuente adhuc Chriſto Domino, vel nonnullis annis poſt huius mortem fatis ceſſiſſe. Reperitur in *Pirkè Aubòth Capitulis Patrum* capite 3. n. 22. & 23. præclara illius ſententia -

בן בג בג אומר הפוך בה והפוך בה דכולה בה ובה תחזי וסיב ובלה בה ומינה לא תזוע שאין לך מדה טובה הימנה ׃ *Ben Bagh Bagh dicit: Volue, & reuolue* (librum Legis) *quoniam omnia ſunt in eo: Stude, conſeneſce in eo, & conſumere, neque ab eo mouearis; quia partem ea meliorem nunquam habebis*. Ex eodem loco videtur, quòd *Ben He He* fuerit alius à *Ben Bagh Bagh*, quia eo nomine diſtincta hæc ſententia ibidem legitur - בן הא הא אומר לפום

argenteam in auream commutauerat. Cod. *Maaſsèr ſcenì* cap. 2. num. 7. Eius aduerſarij fuerunt R. Elièzer, & R. Ioſuè.

רבן גמליאל הגדול בנו של ר׳ יהודה

הנשיא הוא רבינו הקדוש ומפני שהיה צוה רבון אביו שיהיה נשיא אחריו קראו במשנה בשם רבן וקראו הוא בן כי הזקנים אינם קורין לבנים ובחורים אפם בשמם לא רב ולא רבן והוא היה אחרון התנאים :

RABBA'N GAMLIE'L HAGGADO'L MAGNVS maior natu Rabbènu Hakkadòſc, poſt ſui mortem locum patris in Principatu impleuit, & ob reuerentiam, & obedientiam, quam erga patrẽ ſemper exhibuit, meruit etiam ab ipſo ſuo parente honorem tituli *Rabbàn* in *Miſcnà* obtinere, alioquin non decuiſſet inferiorem à maiori hoc ſpecioſo titulo condecorari. Dictus fuit magnus, vel ob ſcientiam, vel ob humilitatem. Vltimus omnium Tanaitarum fuit; qui non ſolùm agmen iſtorum Doctorum clauſit, ſed & nominum Gamlielum; nam tres tantùm Gamlieles in hac Doctorum claſſe nominantur. Gamlièl Senex, Gamlièl de Iaunè, & Gamlièl Magnus. Hic fuit pater R. Iudæ Hannaſsì, & auus R. Hillèl Hannaſsì, de quo ſuprà Par. II. pagina 797.

ר׳ דוסא בן הרכינס עיין בחלק שני

זה הספר סימן תכ״א דף רפ״ד ע״ב ׳

R. DOSA' BEN HARCHINA'S. Vide Par. II. pag. 284. & ſeqq. Eius mentio fit in *Miſcnà* Cod. *Chetuuòth* capite 13. num. 1. *Ohalòth* cap. 3. n. 1. *Neghaìm* cap. 3. n. 4. & alibi paſsìm.

Prima num. 399. pag. 727. ibi videndum. Hic ſolùm additur illud, quod legitur in *Miſcnà* Cod. *Sotà* c. 9. n. 15. משמת רבן גמליאל הזקן בטל כבוד התורה ומתה טהרה ופרישות : *Mortuo Rabbàn Gamliele Sene, euanuit gloria Legis, ſimulque mundities, & ſanctimonia.*

רבן גמליאל דיבנה היה נשיא אחר

חרבן הבית אחר רבן יוחנן בן זכאי והוא בן בנו של רבי גמליאל הזקן והוא ראה זקנו וראה הבית : ורבן גמליאל סתם הוא רבן גמליאל דיבנה והוא היה בר פלוגתיה דר׳ אליעזר ודרבי יהושע: ובהחרב הבית הצילו ר״יבז מיד הקיסר שלא נהרג :

RABBA'N GAMLIE'L DE IAVNE' ita dictus; quia poſt deſolationem Templi fuit primus electus Princeps Academiæ, & in Vrbe Iaunè vnà cum Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài habitauit. Fuit nepos, id eſt filius filij Rabbàn Gamlielis Senioris. Vidit auum ſuum, & Templum Ieroſolymitanum. Quo tempore parùm abfuit quin à Cæſare interficeretur, precibus tamen Rabbàn Iochanàn à morte liberatur. Habuit doctum ſeruum nomine טבי *Tauì*, cuius mores, & doctrinam aliquando laudauit, vt in *Miſcnà* Cod. *Berachòth* capite 1. num. 7. & Cod. *Succà* cap. 2. num. 1. Ex quibus locis deducit R. Samuel Ben Meir dictus רשב״ם *Riſbàm*, quòd quando abſolutè ponitur Rabbàn Gamlièl ſine aliquo addito, intelligitur de Rabbàn Gamliele de Iaunè, quamuis ſemper hoc verum non ſit, vt patet ex Cod. *Peà* cap. 2. n. 6. Vide *Iuchaſsìn* pag. 53. b. Vnde illud dictum Rabbàn Gamlielis in *Miſcnà* Cod. *Peſachìm* c. 3. n. 4. de hoc Rabbàn Gamliele de Iaunè, intelligendum videtur. Viuebat tempore R. Akibæ, cui ipſe Akibà pecuniam

TA'L SACERDOS, viuebat paulò ante deſolationem Templi. Sapiens Tanaita fuit, qui, nocte Ieiunij expiationis legit in libro Danielis coram Sacerdote Magno, vt dicitur in *Miſcnà* Cod. *Iomà* c. 1. num. 6. Præter hunc locum, alium de eo in *Miſcnà* me vidiſſe non memini. Vide *Iuchaſsìn* pag. 57.

ר׳ זכריה בן הקצב הכהן ונראה שהיה בזמן הבית כמ״ש דכתובות אמר ר׳ זכריה בן הקצב המעון הזה וכו׳ :

R. ZECHARIA'H BEN HAKATZA'V *Lanij filius* SACERDOS, ex quodã iuramento, quod ipſe fecerat, *Per Templum hoc &c.* arguunt ex cap. 2. Cod. *Chetuuòth*, eum vixiſſe tempore perſiſtentis Templi, eiuſque exuſtionem vidiſſe, ſed illationem iſtam nullius eſſe momenti, inde apparet, quòd Bauà Ben Botà, & Rabbàn Gamlièl Haggadòl diù poſt vaſtationem Templi vixerunt, & eandem Iuramenti formulam vſurparunt, vt in fine Codicis *Cheretòth*, & in principio eiuſdem liquet euidenter. Erat enim per id temporis vſus hoc modo iurandi. De eo vide, in *Miſcnà* Cod. *Eduijòth* cap. 8. num. 2. & *Sotà* cap. 5. num. 1. *Iuchaſsìn* pag. 56.

חוני המעגל הידוע בתפלות בסוף תעניות : ובפרק ג׳ ממגילת תענית כאמר כי פעם אחת שנה זו אחר זו היה בצורת ולא ירדו גשמים וחוני המעגל התפלל וירדו גשמים על רוב אמר נעל זה הקבלה עיין בחלק שני זה הספר דף תש״ד : עמוד א׳ :

CHONI' HAMMAAGHE'L vir apud Hebræos ſanctimonia inſignis, ſed reuera potiùs Magus dicendus eſt, vt oſtendi ſuprà in II. Par. huius Bibl. pag. 704.

ר׳ דוסתאי איש כפר יתמה עיין למעלה בחלק שני דף ר״צ : סימן תנ״ב ע״ב :

R. DOSTA'I ISC CHEPHA'R ITHMA'. Vide Par. II. pag. 290.

ר׳ דוסתאי ברבי ינאי עיין למעלה דף רצ״א סימן תנ״ג : ע״א :

R. DOSTA'I BERABBI' IANNA'I. Vide Par. II. pag. 291. n. 453.

הורקנוס בן ר׳ אליעזר בן הורקנוס והוא נזכר בין התנאים בספר יוחסין דף נ״ו :

HORKANO'S HYRCANVS BEN ELIE'ZER BEN HYRCANI, cuius meminit Auctor *Iuchaſsìn* pagina 56. & inter Miſcnicos reponit.

הלל הזקן עיין בחלק שני זה הספר דף תשפ״ד ע״ג סימן תש״ו :

HILLE'L HAZAKE'N *Hillèl Senex*. Vide Par. II. pag. 784. & ſeqq. Eius mentio ſæpiſſimè in *Miſcnà*.

בן זומא עיין ר׳ שמעון בן זומא :

BEN ZOMA'. Vide *R. Scimòn Ben Zomà*.

בן זכאי עיין ר׳ יוחנן בן זכאי :

BEN ZACCAI'. Vide *R. Iochanàn Ben Zaccài*.

זכריה בן קבוטל הכהן היה קרוב לכהן הבית וביומא במשנה כי הוא היה קורא בליל יום הכפורים בדניאל לפני כהן גדול כמו שאמר בעל ספר יוחסין דף נ״ו :

ZECHARIA'H BEN KABV-

יהוה אלהי השמים מלך העולם כולו אשר נפש כל הי בידך ויצר מחשבות לבב אנוש עמך וכהניך והכן לבבם אליך ואל תענה אלה על אלה לרעה כי אם לטובה כי אלה עמך ואלה הם כהניך ׃

Domine Deus cælorum Rex vniuerſi, in cuius manu ſunt omnes viuentes, & hominum voluntates, atque cogitationes cordis populi tui, & Sacerdotum tuorum; dirige eorum corda ad te, neque eos exaudias niſi in bonum, quoniam iſte populus tuus, & illi Sacerdotes tui ſunt. Cùm autem hæc audiuiſſent viri nequam ex Iudæis, irruerunt in eum, & interfecerunt. Si *Choni* occiſus eſt, quomodo poſt dormitionem 70. annorum, mente turbata, mortuus eſt? Dicendum itaque eſt, vel duos Chonì fuiſſe, vtrumque miraculorum pluuiæ, & ſerenitatis patratorem; vel Ioſephum Ben Gurionis mendacij redarguendum; vel falſitatis Talmudem. Niſi velis dicere, quod probabiliùs eſt, vtrumque fabellas componere, eaſque ſuis Iudæis diuendere, ſicuti paſſim facere conſueſcunt. Si autem admittamus, quòd *Choni* tempore Hyrcani, & Ariſtobuli vixerit, proculdubio, circa annum mundi 3697. ante Chriſti natiuitatem annis 63. eum vixiſſe fatendum eſt. De eo in *Iuchaſsìn* pag. 17. & pag. 56. b.

ר׳ חוצפית התורגמן לפני רבן גמליאל

היה א׳ מעשרה הרוגי מלכות ונזכר במסכת שביעית פרק י׳ משנה ו׳ ׃

R. CHVTZEPHITH HATTORGHEMA'N *coram Rabbàn Gamlièl*. Fuit Interpres verborum, quæ à Principe dicebantur; & ad populum ea referebat. Numeratur inter interfectos à Regno. De eo in *Miſcnà* Codice *Sce-*

704. col. 1. circa deſcenſionem aquarum tempore ſiccitatis, ab eo facto circulo in terra, & in medio eius conſiſtens, è circulo non egrediebatur, niſi pluuiæ deſcenderent. Hæc magica hiſtoria fusè narratur in Talmude Codice *Taanith* cap. 3. pag. 19. circa med. & ibid. pag. 23. ferè per totum, vbi narratur eum per 70. annos dormijſſe miraculosè, quia capere non potuerat ſenſum illius Pſalmi 126. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion* היינו כחולמים *facti ſumus ſicut ſomniantes*, quibus verbis (inquit Gloſſa) innuere voluit, quòd captiuitas Babylonica fuit tamquam ſomnium, licèt 70. annis perdurauerit. Hoc, experimento, didiciſſe *Chonì Hammaaghèl*, qui poſtquam per 70. annos dormijſſet, tandem à nepotibus, & à ſuorum diſcipulorum diſcipulis per coniecturas ſuæ doctrinæ cognitus, honorificè habitus eſt. Sed non diù poſt, memoria, & mente ipſius debilitata, orauit Dominum, vt eum ab hoc mundo liberaret, mortuus eſt. Hæc ſuccinctè ex Talmude loco cit. Aliter legitur in Ioſeph Ben Guriòn lib. 5. cap. 37. circa fin. quòd cùm pugnantes inter ſe duo fratres Machabæi filij Alexandræ Hyrcanus, & Ariſtobulus, alter extra, alter intra Ieruſalem; *Chonì* hic noſter in exercitu Hyrcani obſidentis Ieruſalem latitabat; qui cognitus, & coram Principibus exercitus adductus, & rogatus, vt Deum pro exercitu Iudæorum oraret, & pro Hyrcano, vt in manus eius traderet Ariſtobulum, Sacerdotes, & Vrbem Ieroſolymorum, ipſe nunquam acquieſcere voluit, ſed expanſis manibus, & eleuatis oculis in cælum hoc modo orauit.

cap. 9. num. 2. Hinc patet, quòd *R. Chelpethà pater R. Ioſè*, & *R. Chelpethà Iſc Chephàr Chananiàh* ſint dùo diuerſi Rabbini Tanaitæ, quamuis R. Moſes Bar Maijmòn in ſuo Prooemio ad primum Ordinem Miſcnæ capite 2. vnius tantùm meminerit.

In Cod. *Sciabbàth* cap. 13. pag. 105. b. poſt medium, quia R. Simeon Ben Eleàzar dicit de nomine חילפא *Chelpà Bar* אגרא *Agrà*, qui & ipſe nomine R. Iochanàn Ben נורי *Nurì* loquitur; quidam putarunt hunc eſſe R. Chelpathà patrem R. Ioſè; ſed notandum, quòd in *Ghem.* non ſcribitur חלפתא, ſed חילפא vnde ex diuerſitate ſcriptionis intelligitur diuerſitas nominis, quæ arguit diuerſitatem perſonæ, potiſſimùm cùm & vtriuſque cognomen diuerſum ſit, vti eſt אגרא *Agrà*, & איש צפורי *Iſc Tzippurì*. Quare non eſt concludendum, quòd hic *Chelpà* ſit idem cum *Chelpethà*.

Eſt & *Abbà Chelpethà*, qui citatur capite 7. Cod. *Sotà* pag. 34. vnà cum R. Iuda, R. Elièzer Ben מתיא *Mathià*, & Chananià Ben Chachinài, ſed an iſti ſimul, & eodem tempore vixerint; vel Abbà iſte Chelpetà ſit idem cum Rabbì Chelpethà patre R. Ioſè, adhuc incertum eſt.

ר' חלפתא איש כפר חנניא

כבר זכרנו בו למעלה שהוא היה בדור הרביעי אחר החרבן תלמיד ר' מאיר והוא נזכר בפרק ג' דאבות עשרה היושבין וכו' :

R. CHELPETA' ISC CHEPHA'R CHANANIA'H; iam ſuprà dictum eſt, hunc diuerſum eſſe à R. Chelpetà patre R. Ioſè, qui vidit deſolationem Templi, & hic diſcipulus fuit R. Meir quarta generatione poſt Templi euerſio-

Sceuììth cap. 10. num. 6. & *Iuchaſsin* pag. 44. b. & 58.

ר' חלפתא אביו של ר' יוסי

היה בציפורי נזכר בפרק ב' דתעניות : והיה חבירו ר' חנניה בן תרדיון :

R. CHALPATHA', vel CHELPETHA' pater R. Ioſè, habitabat in Tzippurì, in fine Cod. *Roſc Haſcianà*. Eius ſocius fuit R. Chananià Ben Teradiòn, Cod. *Taaniòth* cap. 2. num. 5. tam in *Miſcnà*, quàm in *Ghemarà* pag. 15. b. in principio. Valdè perplexus redditur Lector, dum non vnus, ſed plures *Tanàim* ſub nomine *Chelpethà* inueniuntur in Tanaitarum Commentarijs, inter quos vnus eſt hic noſter *Rabbì Chelpethà Iſc Tzippurì pater R. Ioſè*. Alter eſt *R. Chelpethà* איש כפר חנניה *Iſc Chephàr Chananiàh*, de quo ſtatim. Alius *Chelpethà* בר אגרא *Bar Agrà*; & alius denique eſt *Abbà Chelpethà* הקדמון *Hakadmòn*. De *Chelpethà patre Ioſè* iam dictum eſt, eum fuiſſe de Tzippurì. De *Chelpethà Iſc Chephàr Chananiàh* dicitur etiam, quòd fuerit pater R. Ioſè, ſed hoc eſt error manifeſtus: nam pater R. Ioſè fuit tempore Ædis ſecundæ ſecundùm quod dicitur in cap. 16. כל כתבי *Col Chitubè* Cod. *Sciabbàth* pag. 15. circa fin. & *Chelpethà Iſc Chephàr Chananiàh* quarta ætate poſt exuſtam Ædem fuit diſcipulus R. Meir. Inſuper, ille erat *Iſc Tzippurì*, & hic eſt *Iſc Chephàr Chananiàh*. Sephora patria Rabbènu Hakkadòſc nota eſt, ex qua erat *Chelpethà pater R. Ioſè*, vt patet ex Codice *Taaniòth* cap. 2. nu. 5. & *Chephàr Chananiàh* erat terminus inter Galilæam ſuperiorem, & inferiorem, Cod. *Taanìth*

ſententia de faſciculo, apud Oſeam probant, quia faſciculum fundatum ſuper terram intelligunt tria elementa, ignem, aërem, & aquam, quæ ſuper terram fundata ſunt.) *Et vnde probatur de duobus?* (ex Malachia 3. 16.) Tunc locuti ſunt timentes Dominũ, vir ad ſocium ſuum: & attendit Dominus, & audiuit &c. *Et vnde probatur, quòd etiam vnus, ſi loquatur inter ſe, & meditetur in Lege Diuina, Diuinitas ſit cum eo?* (ex Exod. 20. 24.) In omni loco, in quo memorare faciam nomen meum, veniam ad te, & benedicam tibi.

חמשה הדנין לפני חכמים:

עיין חנינא בן חכינאי:

CHAMISCIA' HADDANI'N *liphnè Chachamim, Quinque Iudices, qui coram Sapientibus iudicabant.* Vide *Chaninà Ben Chachinài.*

חנינא בן רבן גמליאל דיבנה

ונראה שהוא היה בזמן דרבי מאיר כי חולק עמו בפרק שלישי דמסכת קדושין:

CHANINA' BEN RABBA'N GAMLIE'L DE IAVNE', alij legunt *R. Chananià*, vt Cod. *Maccòth* capite 3. num. 15. videtur vixiſſe tempore R. Meir circa annum Domini 121. quia cum eo diſputat in cap. 3. Codicis *Kidduſcìn* pag. 61. b. propè finem.

ר' חנינא בן דוסא

היה בימי רבן גמליאל ולמד תורה עם ר' יוחנן בן זכאי ונראה שהרבן ואמרו שהוא היה תלמיד חכמים שבכל יום יצא בת קול ואומרת כל העולם כולו ניזון בשביל חנינא בני וחנינא בני די לו בקב של חרובין מערב שבת לערב שבת:

R. CHA-

ſionem circa annum Domini 120. De hoc Tanaita in Cod. *Pirkè Auòth* cap. 3. numero 6. hæc ſententia legitur -

ר' חלפתא איש כפר חנניא אומר עשרה שיושבין ועוסקין בתורה שכינה שרויה ביניהם שנאמר אלהים נצב בעדת אל: ומנין אפילו חמשה שנאמר ואגודתו על ארץ יסדה: ומנין אפילו שלשה שנאמר בקרב אלהים ישפוט: ומנין אפילו שנים שנאמר אז נדברו יראי ה' איש אל רעהו ויקשב יהוה וישמע וגו': ומנין אפילו אחד שנאמר בכל המקום אשר אזכיר את שמי אבא אליך וברכתיך:

R. Chelpetà Iſc Chephàr Chananià Vir Villæ Chananiæ dicit: Decem, qui ſedent, & operam dant Legis ſtudio, Diuinitas eſt in medio eorum, S. D. (Pſal. 82. 1.) Deus ſtat in congregatione Dei: (quia minùs decem hominibus congregatio non conſtituitur. Hoc probatur ex Numerorum libro capite 14. v. 27. עד מתי לעדה הרעה הזאת *Vſquequo congregatio hæc peſſima &c.* Ex hac duodecim exploratorum eximuntur Ioſue, & Caleb iuſti: ergo pro congregatione hominum remanent decem viri, ex qualibet Tribu vnus). *Et ſi quinque viri ſimul dent operam Legi, Diuinitas in medio eorum eſt. Et vnde probatur? Ex* (Amos c. 9. 6.) Et faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. (De hominibus intelligitur; faſciculum enim quinq; digitorũ manus eleuant.) *Et de tribus vnde probatur?* (Ex eodem Pſal. 82. 1.) In medio Iudicum iudicabit. (Iudices enim minùs quàm tres eſſe non debent ad iudicandum, vt ſententia à maiori parte lata valida ſit, quod fieri non poteſt niſi votum ferentes impares ſint, tres ad minùs. Alij ex hoc loco probant inter 5. Diuinitatem reperiri; quia Iudices ſunt tres, & partes litigantes ſunt duæ, omnes ſunt 5. Et inter tres ex ſuprà allata

tur, quæratur ſub nomine חנניא vel חנניה *Chananiàh*, & vice verſa.

חנינא בן חכינאי ולא חנניא בן חכינאי

כמו שכתבו בכמה משניות בפרק ד׳ דכלאים סימן ח׳ ובמשניות דפוס קוסטאנדינא שנת התד״ש ובתלמוד דפוס קראקא באותו מקום נכתב חנינא כמו שנכתב בכל ספרים בפרקי אבות פרק ג׳ סימן ד׳ : והוא היה מתלמידי רבי עקיבא ונזכר בכמה מקומות במשנה ובתלמוד :

CHANINA' BEN CHACHINA'I. Quòd legatur in multis Codicibus חנניא *Chanania* pro חנינא *Chaninà*, Librariorum errorem eſſe puto. Primùm fuiſſe ſcriptum in *Miſcnà* Cod. *Chilàim* cap. 4. numero 8. *Chaninà*, non *Chananià*, colligimus ex emendatioribus exemplarijs, vti ex *Miſcnà* editionis Conſtantinopolitanæ anno 5404. Chriſti 1644. & ex Talmude editionis Cracouienſis, & ab omnibus Codicibus *Pirkè Auòth* cap. 3. num. 4. vbi hæc ſententia ab eo prolata, legitur.

ר׳ חנינא בן חכינאי אומר הנעור בלילה והמהלך בדרך יחידי והמפנה לבו לבטלה הרי זה מתחייב בנפשו :

R. Chaninà Ben Chachinài dicit: Qui de nocte vigilat, & ſolus per viam incedit, & mentem ſuam otioſam tenet: en iſte reus eſt animæ ſuæ. Fuit vir ſapiens, diſcipulus R. Akibæ, ſed ſocius R. Simeonis Ben Iochài. Item vnus ex quinque Iudicibus, qui in Iaunè coram Sapientibus iudicabant. Iſti ſunt: 1. Ben Azài, 2. Ben Zumà, 3. Eleàzar Ben Mathià, 4. R. Chananià Iſc Onò, & 5. Chaninà Ben Chachinài, ſed in cap. 2. Cod. *Maaſsèrſceni*, & in alijs locis hi quinque Iudices hoc modo numerantur, videlicet 1. Ben Azài, 2. Ben Zomà, 3. Ben Nanàs, 4. Chanèn, & 5. Cha-

R. CHANINA' BEN DOSA' contemporaneus Rabbàn Gamlièl, Legem didicit cum Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài, & vidit deſolationem Templi, anno natiuitatis Domini 68. De eo iactant Iudæi, quòd quotidiè audiebatur oraculum de eo, & dicebat: *Vniuerſus mundus ob meritum Chaninæ filij mei alitur, & ſuſtentatur, & Chaninæ filio meo à veſpera Sabbathi ad aliam veſperam Sabbathi ſufficit ei Cabus Ceraun iarum, ſiuè ſiliquarum vnus.* Vide Cod. *Cholìn* cap. 6. pag. 86. circa med. De hoc Rabbino intelligitur illud quod habetur in Cod. *Sotà* cap. 9. num. 15.

משמת ר׳ חנינא בן דוסא בטלו אנשי מעשה :

Mortuo R. Chaninà defecerunt viri operatores (prodigiorum). Et de eodem in *Pirkè Auòth* cap. 3. num. 9. ſequens ſententia legitur.

ר׳ חנינא בן דוסא אומר כל שיראת חטאו קודמת לחכמתו חכמתו מתקיימת וכל שחכמתו קודמת ליראת חטאו אין חכמתו מתקיימת : הוא היה אומר כל שמעשיו מרובין מחכמתו חכמתו מתקיימת וכל שחכמתו מרובה ממעשיו אין חכמתו מתקיימת :

R. Chaninà Ben Doſa dicit: Cuicumque timor peccati præcedit ſapientiam, ſapientia ſua ſtabilis eſt: ſed cuius ſapientia præcedit timorem peccati, ſapientia ipſius inſtabilis eſt. Ipſe ſolebat dicere: Cuius opera (bona) *plura ſunt, quàm ſit ſapientia, ſapientia eius firma eſt; cuius verò ſapientia maior eſt, quàm ſint eius opera, ſapientia illius imbecillis erit.*

Cæterùm hic notandum, quòd nomen חנינא *Chaninà*, & nomen חנניא *Chananiàh* in quibuſdam *Miſcnæ* exemplaribus indifferenter ſcriptum reperitur, & vnũ pro alio ſine differentia ſumptum. Si igitur in hoc loco aliquis Tanaita ſub nomine חנינא *Chaninà* non reperia-

R. CHANINA' BEN AKASCIA' alijs *R. Chananiàh Ben Akaſcia*, de eo hæc leguntur in fine additionis ad Cod. *Pirkè Auòth* -

אמר ר' חנינא בן עקשיא רצה המקום לזכות את ישראל לפיכך הרבה להם תורה ומצות שנאמר יהוה חפץ למען צדקו יגדיל תורה ויאדיר :

Dixit Rabbì Chaninà Ben Akuſcià : Voluit Dominus meritum Iſraëlis, idcircò multiplicauit illi Legem, & pracepta S. D. (Iſai. 42. ver. 21.) Dominus voluit propter iuſtitiam ſuam: magnificabit legem, & illuſtrabit. Omnes interpretes conſentiunt in hoc, quòd hæc ſententia non ſit propria huius loci, ſed aliunde huc tranſlata, nec mirùm, quia caput quod putant ſextum *Pirkè Auòth* eſt addititium, & ſententiæ, quæ in eo continentur, hinc inde ſunt excerptæ, & compilatæ, & ſecundùm ſtylum Miſcnæ ordinatæ. Vnde prænotata ſententia ex cap. 3. Codicis *Maccòth*, & ex 16. & vltimo num. dicti capitis Miſcnæ fuit vſurpata.

ר' חנינא בן תרדיון עיין ר' חנניא בן תרדיון :

R. CHANINA' BEN TARDIO'N. Vide *R. Chananià Ben Tardiòn*.

חנמאל המצרי כהן גדול

עשה פרה אחת : מסכת פרה פרק ג' : ה' :

CHANAME'L HAMMITZRI' Ægyptius Sacerdos magnus, in Domo ſecunda ante Iſmaëlem Ben פיאבי *Peaui* Sacerdotali officio functus eſt, vitulamque rufam fecit vnam. Cod. *Parà* cap. 4. num. 5. in *Miſcnà*.

חנן בן אבישלום וארמון

שני דייני היו בירושלים והם גוזרו על גזילות והיה נוטל מכתליון :

CHAnania Iſc Onò. Aliter verò recenſentur in Cod *Sanhedrin* cap. 1. 1. Simeon Hattemani, 2. Chanèn Hamitzrì, 3. Chaninà Ben Chachinài, 4. Ben Azai, 5. Ben Zomà, & non Iſc Onò, neque Ben Nanàs.

Nupſit iuuenis cuidam puellæ, ſed poſtquam matrimonium ſolemniter celebrauerat, relicta Sponſa, ad ſtudium Legis ſub magiſterio R. Akibæ vnà cum R. Simeone Ben Iochài ſe contulit, vbi per aliquot annos moratus, adeò mentem ſtudio Legis applicuit, vt poſt duodecim, vel 13. annos in patriam rediens, neque propriam domum, neque ipſam vxorem ſuam recognouerit. Ita *Ghemarà* cap. אף על פי *Aph al pi* Codice *Chetuuòth*. Vixit circa annum Domini 121.

ר' חנינא בר חמא אחר פטירת רבינו

הקדוש ישב בראש ישיבה שכן צוה רבינו הקדוש ובימיו נכתבו התוספתא והברייתות והמכילתות והוא היה בסוף התנאים בדור החמישי :

R. CHANINA' BAR CHAMA' poſt mortem Rabb. Hakkadòſc Academiam rexit, ſocios habuit filios eiuſdem Rabbènu Hakkadòſc ipſo viuente, & in eius Schola compoſitæ fuerunt Thoſaphtà, Baraijethòth, & Mechilthòth, de quibus vide Paragraph. *De Baraijethà*. In hoc Rabbino finis imponitur Rabbinis Tanaitis, ſiuè Miſcnicis quinta eorum generatione. Poſt quos, ſecuti ſunt alij Doctores dicti *Amoraìm Ghemaratici*:

ר' חנינא בן עקשיא נוסחא אחריתא

ר' חנניה בן עקשיא ונזכר שמו בסוף מסכת מכות : אמר ר' חנינא בן עקשיא רצה המקום לזכות וכו' :

CHANE'N BEN AVISCIALO'M vnà cum Admòn fuerunt duo Sapientes Iudices tempore Ædis ſecundæ, qui de furtis, & rapinis Ieroſolymis ſimul iudicabant, viuente Autalione. Laudantur in Cod. *Chetuuòih* cap. 13. à R. Iochanàn Ben Zaccài. Floruerunt ante Chriſti natiuitatem annis 38. aut 39.

חנניה איש אונו
בפרק ה' מעשר שני נזכר הוא בין חמשה הדנין לפני חכמים : והוא חלק עם ר' מאיר ועם ר' יוסי : בפרק המגרש בגיטין :

CHANANIA'H ISC ONO', ab aliquibus numeratur inter quinque Iudices, qui ſententiam ferebant coram Sapientibus Cod. *Maaſsèr ſcenì* cap. 2. & in cap. 6. Cod. *Ghittìn* dicitur, quòd de carcere aſcendere fecit doctrinam legalem, & diſceptauit contra R. Meir, & R. Iosè. Vide *Iuchaſsìn* pag. 58. b.

ר' חנניא בן אנטיגנוס הכהן
נזכר במשנה שהוא בזמן ר' עקיבא ור' ישמעאל והיה חכם גדול ושומר טהרות : ונזכר במשנה שביעית פ"ו סימן ג' ובגמרא נדה כ"ג :

R. CHANANIA' BEN ANTIGHENO'S HACCOHE'N SACERDOS, qui aliquando ſcribitur *R.* חנינא *Chaninà*, ſed mirum non eſt, quia hæc duo nomina non raró confunduntur, vt ſuprà notatum eſt. Vixit tempore R. Akibæ, & R. Iſmaëlis circa annum Domini 120. In materia munditiei magnus Sapiens habitus fuit à Talmudiſtis, vt videre eſt in *Ghemarà* cap. 3. Codicis *Niddà* pag. 23. longè ante finem; & in *Miſcnà* Cod. *Sceuìith* cap. 6. num. 3.

חנניה בן גמליאל
עיין ר' חנינא בן גמליאל :

R. CHANANIA'H BEN GAMLIE'L. Vide *Chaninà Ben Rabbàn Gamlièl*.

ר' חנניא בן דוסא
עיין ר' חנינא בן דוסא :

R. CHANANIA'H BEN DOSA'. Vide *R. Chaninà Ben Dosà*.

ר' חנניה בן חזקיה בן גרון :
עיין בחלק שני זה הספר סימן תקנ"ט עב :

R. CHANANIA'H BEN CHIZKIA'H BEN GARO'N. Vide Par. II. num. 559. pag. 849. col. 2. & ſuprà in *Eleàzare Ben Chananiàh* pagina 258. col. 1.

ר' חנניא בן חכינאי
עיין ר' חנינא בן חכינאי :

R. CHANANIA'H BEN CHACHINA'I. Vide *R. Chaninà Ben Chachinài*.

ר' חנניה סגן הכהנים :
סגן ר"ל משנה הכהן גדול : ואביו היה חכם שהביא הלכה משמו בפרק ט' זבחים סימן ג' :

R. CHANANIA'H SEGA'N HACOHANI'M *Vicarius Sacerdotum*, habuit patrem doctum, vt apparet ex Cod. *Zeuachim* cap. 9. num 3. vbi nomen patris ſui commendat, doctrinamque eiuſdem laudat. De hoc Miſcnico Doctore, non raró in *Miſcnà* fit mentio, ſed præcipuè in *Pirkè Auòth* c. 3. n. 2. vbi hæc ſententia ab eo promulgatur - ר' חנניה (נ"א חנינא) סגן הכהנים אומר הוי מתפלל בשלומה של מלכות שאלמלא מוראה איש את רעהו חיים בלעו: *R. Chananiàh* (aliàs Chaninà) *Præfectus Sacerdotum dicit: Ora pro Imperio* (Romano) *quia niſi fuiſſet terror ipſius, vnuſquiſq; proximum ſuum viuum deglutiſſet.* Et in Cod. *Eduijòth* cap. 2.

Rabbàn Gamliel, audiente R. Iuda. R. Iudas abſolutè eſt R. Iudas Bar Elai, qui Hadriano Imperatore in Tiberiade claruit. Per idem tempus, dicendum, quòd vixerit hic noſter Tanaita, puta circa annum Domini 120.

ר' חנניא בן עקיבא עיין ר' חנניא בן עקביה :

R. CHANANIA' BEN AKIBA'H. Vide *R. Chananià Ben Akauiàh* ſuprà.

ר' חנניא בן עקשיא עיין רבי חנינא בן עקשיא :

R. CHANANIA' BEN AKASCIA'. Vide ſuprà *R. Chaninà Ben Akaſcià*.

ר' חנניא בן תרדיון הוא

היה אחד מעשרה הרוגי מלכות ונהרג אחר שנהרג ר' עקיבא בזמן שנכנסה ביתר :

R. CHANANIA' ſeù CHANINA' BEN THARDIO'N, vel THERADIO'N. Fuit vnus ex decem interfectis à Regno Romanorum poſt captam Bitherem, cæſoque Rab. Akibà circa annum Domini 120. ob lectam, & explicatam Moſaicam Legem publicè contra Romanorum edictum. Vnde & Liber Legis vnà ſimul cum hoc Rabbino combuſtus eſt. Cuius memoriam ſingulis annis ieiunio recolunt ad diem 27. *Siuàn* Iuniæ Lunationis. In *Pirkè Auòth* capite 3. numero 2. De Studio Legis huius Rabbini tale encomium legitur -

ר' חנינא בן תרדיון אומר שנים שיושבין ואין ביניהם

דברי

numero 1. vbi videtur fuiſſe tempore Ieroſolymitani Templi. Sed poſt Templi caſum, eum in viuis fuiſſe, colligitur ex eo, quia in cap. 1. *Iomà* diſputat cum R. Meir, & R. Ioſè. Et in fine eiuſdem cap. pag. 21. b. poſt medium, teſtificatur ſe vidiſſe ignem Altaris ſub figura canis his verbis -

אמר רבי חנניה סגן הכהנים אני ראיתיה (האש על המזבח) ורבוצה ככלב :

Dixit Rabbì Chananiàh Segàn Haccohanìm Vicarium Sacerdotum; Ego vidi (ignem ſuper Altare) *cubantem vt canem*, cum tempore Domus primæ cubaſſet veluti Leo, vt ibidem dicitur. Ex quo loco colligitur, hunc Tanaitam vidiſſe Templum, & Sacrificia, & poſt Templum diù vixiſſe; cùm aduerſus R. Meir, & R. Ioſè, qui tempore Hadriani Imperatoris viuebant, diſputaſſet, vt dictum eſt.

Cæterùm cognomen *Segàn* non ſolùm ſignificat Vicarium Summi Sacerdotis, ſupplentem defectum ipſius in functionibus ſacris; ſed etiam ſignificat Præfectum Sacerdotum; vt quando dicitur in cap. 3. & 5. Cod. *Tamid*, & cap. 3. Cod. *Iomà* אמר להם הממונה *Dixit ad eos Præfectus &c.* R. Salomon explicat סְגָן *Segàn*. Ita refert *Iuchaſsin* pagina 57.

ר' חנניא בן עקביה נוסחא אחרינא בן

עקיבא כמו נראה בפרק ח' דכתובות : ונראה היה בזמן ר' יהודה ור' גמליאל :

R. CHANANIA' BEN AKAVIA'H. Quædam exemplaria habent *R. Chananià Ben* עקיבה *Akibàh*, & in *Miſcnà* Cod. *Chetuuòth* cap. 8. num. 1. vbi ſententiam ſuam proferebat coram

דברי תורה הרי זה מושב לצים שנאמר ובמושב לצים לא ישב : אבל שנים שיושבין ויש ביניהם דברי תורה שכינה שרויה ביניהם שנאמר אז נדברו יראי יהוה איש אל רעהו ויקשב יהוה וישמע ויכתב בספר זכרון לפניו ליראי יהוה ולחושבי שמו : אין לי אלא שנים , מנין שאפילו אחד שיושב ועוסק בתורה שהקדוש ברוך הוא קובע לו שכר שנאמר ישב בדד וידום כי נטל עליו :

R. Chaninà Ben Theradiòn dicit : Duo, qui ſimul ſedent , nec ſunt inter eos verba Legis , iſte eſt conſeſſus detractorum, S. D. (Pſal. 1. 1.) Et in conſeſſu detractorum non ſedit. *At ſi duo ſimul conſiſtunt, & de verbis Legis inter eos ſit ſermo ; Diuinitas inter eos eſt, S. D.* (Malach. 3. 16.) Tunc locuti ſunt timentes Dominũ, vnuſquiſque ad ſocium ſuum : & attendit Dominus , & audiuit : & ſcriptus eſt liber memoriæ coram eis timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius . *Non habeo in hoc loco niſi duos Sed vnde habebimus quòd vni, qui ſolus eſt , & ſtudio Legi incumbit , Deus ſanctus benedictus determinat mercedem ? S. D.* (Thren. 3. v. 28.) Sedebit ſolitarius , & ſilebit , quia portauit (*iugum Legis*) ſuper ſe .

טבי עבד של רבן גמליאל

היה תלמיד חכם ויודע שעבדים פטורין מן הסוכה לפיכך הוא ישן תחת המטה ולפי דבריו למדו חכמים שהישן תחת המטה לא יצא ידי סוכתו : בפ׳ ב׳ דסוכה :

TABBI' SERVVS RABBA'N GAMLIELIS meretur locum habere inter Tanaitas, quia licèt ſeruus eſſet, attamen teſtimonio domini ſui Rabbàn Gamlielis Cod. *Succà* cap. 2. num. 1. erat תלמיד חכם *doctus diſcipulus*, & ex facto ipſius , didicerunt Sapientes ; eos, qui in Tabernaculo ſub lecto dormiunt, non ſatisfacere præcepto dormitionis in

Tabernaculo : nam Tabbì , qui probè ſciebat , ſeruos non teneri præceptis ad feſtiuitatem Tabernaculorum ſpectantibus , ideò ſub lecto in Tabernaculo dormiebat . Hinc prudentiores facti ſunt Iudæorum חכמים *Chachamìm Sapientes* , ab hoc ſeruo Tabbì edocti.

ר׳ טרפון כבר

דברנו עליו בחלק שני סימן תקפ״א ; דף תתס״א ; עמוד ב׳ :

R. TARPHO'N . De eo dictum eſt ſuprà Par. II. num. 581. pag. 861. col. 2. & ſeqq. Eius mentio aliquando fit in *Miſcnà* , vti in Codice *Therumòth* cap. 4. num. 5.

ר׳ ידוע הבבלי

תלמיד ר׳ מאיר נזכר בפרק השוכר את הפועלים סימן ט׳ :

IADVA' HABBAVLI' BABYLONIVS , cuius mentio fit in *Miſcnà* Cod. *Bavà Metzijà* cap. 7. num. 9. vbi dicitur , quòd שני כלבים אינו אונס *Duo canes non vrgent* , id eſt , non vim imponunt cuſtodibus , ſi duo ſimul ex vno latere in illum impetum faciant . Ipſe verò nomine Magiſtri ſui R. Meir diſtinguit : מרוח אחת אינו אונס משתי רוחות אונס *Ex vno latere non vrgent , ex duobus lateribus vrgent* . Hinc colligitur, quòd vixerit circa annum Domini 121.

ר׳ יהודה ; עיין ר׳ יהודה בר אלעאי :

R. IVDAS . Vide *R. Iudas Bar Elài* .

ר׳ יהודה בן אבא

ה״ה חבירו של ר׳ יהודה הכהן והיה מבכר הראשונה אחר הכהן ואולי הוא ר׳ יהודה בן בבא כי הכל היו שם אחד וזמן אחד :

R. IV-

R. IVDAS BEN BABA' fuit vnus ex 71. Senatoribus, qui poteſtatem habebant inſtituendi, & ordinandi Senatores Magni Synedrij, & niſi ipſe alios inſtituiſſet, deperdita fuiſſet poteſtas judicandi cauſas criminales in Iſraële. Cùm enim Imperator iuſſiſſet ſub capitali pœna, ne ampliùs inſtituerentur Senatores, neque in Synedrio collocarentur; ipſe, ſpreto Imperiali decreto, inter Vſciam, & Sciapharaam quinque Rabbinos in Senatores per manuũ impoſitionem, quam Chirotoniam vocant, ordinauit. Hiſtoriola iſta hoc modo refertur in Talmude Cod. *Sanhedrìn* c. 1. pag. 13. b. in fine, & ſeq. pag. 14.

ר' יהודה בן בבא שמו שאילמלא הוא נשתכחו דיני קנסות מישראל: פעם אחת גורה שמד על ישראל שכל הסומך יהרג וכל הנסמך יהרג ועיר שסומכין בה תיחרב ותחומין שסומכין בהן יעקרו מה עשה יהודה בן בבא הלך וישב לו בין שני הרים גדולים ובין שתי עיירות גדולות ובין שני תחומי שבת בין אושא לשפרעם וסמך שם חמשה זקנים ואלו הן רבי מאיר ר' יהודה ורבי שמעון ורבי יוסי ורבי אלעזר בן שמעון רב אויא מוסיף אף רבי נחמיה כיון שהכירו אויביהם בהן אמר להן בניי רוצו אמרו לו רבי מה תהא עליך אמר להן הריני מוטל לפניכם כאבן שאין לה הופכים אמרו לא זזו משם עד שנעצו בו שלש מאות לונביאות של ברזל ועשאוהו ככברה:

Niſi fuiſſet R. Iudas Ben Babà, intermiſſa fuiſſent iudicia criminalia in Iſraële. Accidit quòd aliquando decreta fuit perſecutio contra Iſraëlem, vt ſi quis eſſet, qui manus imponeret (& Senatorem ordinaret) *interficeretur; & qui fuiſſet per manuum impoſitionem ordinatus, interficeretur; & Ciuitas, in qua hæc functio facta fuiſſet, deſtrueretur; & termini euellerentur. Quid fecit R. Iudas Ben Babà? Abijt, ſeditque inter duos montes ma-*

R. IVDAS BEN ABBA' ſocius R. Iudæ Haccohèn Sacerdotis ætate prima poſt exuſtum Templum. Forſan eſt idem cum R. Iuda Ben Babà, quia concordant in eum & tempus, & nomen, mutata tantùm litera א in ב. Viuebat enim tempore Hadriani Imperatoris circa annum Chriſti 120. Ordinauit per manuum impoſitionem Rabbì Iudam Bar Elài, de quo ſtatim.

ר' יהודה בר אלעאי הוא רבי יהודה סתם רבו המובהק רבי אלעזר בן עזריה והוא נסמך מרבי יהודה בן בבא: ועליו אמרו החסיד הזה אשר לא חטא מימיו כמו שאמרו גם כן ברבי יהודה בן בבא: וכל מעשה שאמרו בחסיד אחד הוא רבי יהודה בר אלעאי או רבי יהודה בן בבא: ועליו עיין לעיל בערך דמקובלים סימן תר"ה דף כ"ח, עמוד ב':

R. IVDAS BAR ELA'I: quando in *Miſcnà*, vel in *Ghemarà* abſolutè legitur: *Dicit R. Iudas*, quod frequentiſſimè contigit, intelligitur de R. Iuda Bar Elài. Fuit Magiſter R. Eleazaris Ben Azariæ, Chirotoniam accepit à R. Iuda Ben Babà. De eo ſolebant dicere: Tota vita ſua nunquam peccauit iſte pius. Idem dicebant de R. Iuda Ben Babà, qui eum ordinauerat. Quotieſcumque igitur narratur aliqua hiſtoriola cum hoc titulo: מעשה בחסיד אחד *Opus* (quod accidit) *alicui pio*, ſemper intelligitur vel de R. Iuda Bar Elài, vel de R. Iuda Ben Babà. De hoc noſtro *R. Iuda Bar Elài* ſatis dictum eſt ſuprà in hac Parte III. num. 605. pag. 28. colum. 2.

ר' יהודה בן בבא ועליו אמרו במסכת סנהדרין פרק קמא שאילמלא הוא נשתכחו דיני קנסות מישראל וכו' והוא סמך חמשה זקנים כ"ל ר' מאיר וכו' ונהרג בג' מאות חנית וכו':

ר׳ יהודה חסיד עיין ר׳ יהודה בר אלעאי:

R. IVDAS CHASID. Vide ſuprà *R. Iudas Bar Elài.*

יהודה בן טבאי חבירו של שמעון בן שטח והיה ספק אם הוא אב בית דין או נשיא וקבלו שניהם מיהושע בן פרחיה ומהם קבלו האחרים בשנת קרכ״א ליצירה: ונזכר בפרק אבות פרק א׳:

IVDAS BEN TABBA'I ſocius Simeonis Ben Sciattàch oralem Legem recepit ab Ioſuè Ben Perachià an. mundi 3621. ante Chriſti natiuitatem annis 139. & ab ædificatione Templi ſecundi annis 213. Horum alter fuit אב בית דין *Au Beth Din Pater Domus Iudicij Summus Senator*, & alter נשיא *Naſsì Princeps*: ſed incertum eſt, quis ex his duabus dignitatibus alteram obtinuerit. De eo fit mentio in *Miſcnà* Cod. *Chaghighà* cap. 2. num. 2. Et in *Pirkè Auòth* cap. 1. num. 8. vbi hæc ſententia pro Iudicum eruditione, reperitur.

יהודה בן טבאי אומר אל תעש עצמך כעורכי הדיינין וכשיהיו בעלי דינים עומדים לפניך יהיו בעיניך כרשעים וכשנפטרים מלפניך יהיו עיניך כזכאין כשקבלו עליהם את הדין:

Iudas Ben Tabbài dicit: Ne ſis ſicut ordinatores Iudicum (hoc eſt Procuratores partium). *Et cùm litigantes ſtant ante te, ſint apud te veluti impij: & cùm diſcedunt à te, recepta ſententia, ſint tanquam iuſti.*

ר׳ יהודה הכהן חבירו של ר׳ יהודה בן אבא וראה שמדת הראשון אחר החרבן:

R. IVDAS HACCOHE'N SACERDOS ſocius R. Iudæ Ben Abbà, vi-

magnos, & inter duas Ciuitates magnas, & inter duos terminos Sabbaticos; inter Vſcià, & Sciapharaam, & per Chirotoniam ordinauit ibi quinque Seniores: hi ſunt R. Meir, R. Iudas, R. Simeon, R. Iosè, & R. Eleàzar Ben Simeonis. Ràu Vià addit etiam Rabbì Nachmiàh. Quando cognouerunt hoſtes eorum eos; dixit ad eos (R. Iudas Ben Babà) *Filij mei currite. Reſponderunt ei: Rabbì, quid erit de te? Dixit eis: Ecce ego ferar ante eos, ſicut lapis, cui non eſt conuerſio. Dixerunt: Non receſſerunt inde, donec fixerunt in eum 300. lanceas ferreas, & fecerunt eum veluti cribrum.* Ideò inter decem à Regno Romanorum interfectos hunc Rabbinum Iudam Ben Babà annumerant, cui cognomen חסיד *Chaſid Pij* attribuunt: vnde quando dicunt מעשה בחסיד אחד *Opus*, ſeù *factum cuiuſdam pij*, intelligunt hunc Rabbinum; aut R. Iudam Bar Elài. *Iuchaſsin* pag. 60. Prædicta inuenies etiam in I I Par. libri *En Iſraèl* Cod. *Sanhedrìn* cap. 1. num. 15. col. 2. pag. 98. b. Eius mentio fit in *Miſcnà* Cod. *Eruuìn* cap. 2. num. 4. *Eduijòth* cap. 6. num. 1. *Ibid.* cap. 8. numero 2. & alijs quibuſdam locis.

ר׳ יהודה בן בתירה שהיה בנציבין בבבל והיה בזמן הבית ואחר החרבן ונזכר בפ׳ השחין סימן ג׳ במשנה:

R. IVDAS BEN BETHERA' vidit euerſionem Templi, poſtea proficiſcitur in Babylonem. Fuit magnæ auctoritatis in ea Regione. Eius mentio fit in *Miſcnà* Cod. *Neghaiim* cap. 9. num. 3. & Cod. *Chetuuòth* cap. 6. num. 1. Vide *R. Iehoſciuà Ben Betherà*.

uis alij dicant, non hunc, ſed R. Eleazarem Ben Damà fuiſſe vnum ex decem interfectis à Regno. Sed R. Iſaac Abrauanèl in ſuo libro נחלת אבות *Nachalàth Auòth* (referente R. Dauid Ganz) dicit, eundem eſſe hominem *R. Iudam Ben Themà*, & *R. Eleazarem Ben Damà*. Huius Auctoris fit mentio in 5. capite *Pirkè Auòth* num. 20. vbi ſequens ſententia legitur.

יהודה בן תימא אומר הוי עז כנמר וקל כנשר ורץ כצבי וגבור כארי לעשות רצון אביך שבשמים ׃ הוא היה אומר עז פנים לגיהנם ובושת פנים לגן עדן יהי רצון מלפניך י"י אלהינו שתבנה עירך במהרה בימינו ותן חלקנו בתורתך ׃ כ"א הוא היה אומר בן חמש שני למקרא בן עשר למשנה בן שלש עשרה למצות בן חמש עשרה לתלמוד בן שמנה עשרה לחופה בן עשרים לרדוף בן שלשים לכח בן ארבעים לבינה בן חמשים לעצה בן ששים לזקנה בן שבעים לשיבה בן שמונים לגבורה בן תשעים לשוח בן מאה כאלו מת ועבר ובטל מן העולם ׃

Iudas Ben Themà dicit: Eſto audax vt Leopardus, velox vt Aquila, currens vt Hinnulus, robuſtus vt Leo, vt facias voluntatem patris tui, qui eſt in cælis. Ipſe ſolebat dicere: Perfrictus fronte ad Gehennam, & verecundus ad Paradiſum. Sit beneplacitum coram te Domine Deus noſter, vt ædificetur Vrbs tua citò in diebus noſtris; & pone partem noſtram in Lege tua.

Hæc, quæ ſequuntur, aliqui attribuunt *R. Samueli* הקטן *Hakkatàn Paruo*, ſed perperàm: nam in correctioribus exemplaribus vnà cum Talmude Cracouienſis editionis ſine vlla appoſitione nominis Samuelis Hakkatàn, ſequitur Textus הוא היה אומר *Ipſe* (id eſt idem Iudas Ben Themà) *dicebat: Filius quinque annorum* (applicandus eſt) *Sacræ Scripturæ &c.* vt ſuprà videre eſt pagina 180.

viuebat ætate prima poſt exuſtum Templum, circa annum Domini 125. Eius mentio fit in *Miſcnà* Cod. *Eduijòth* capite 8. num. 2.

ר' יהודה הנשיא הוא רבינו הקדוש שהוא רבי סתם ;

R. IVDAS HANNASSI', ipſe eſt Rabbènu Hakkadòſc, idem quòd *Rabbì* abſolutè. De quo in præſenti numero agitur.

ר' יהודה ; סתם הוא רבי יהודה בר אלעאי ;

R. IVDAS abſolutè, ipſe eſt *Rabbì Iudas Bar Elài*. Vide ſuo loco.

ר' יהודה בן שמוע תלמיד ר' מאיר והוא ביטל הגזרה של שמד כדאיתא בפרקא קמא דר"ה הסכה שלא יעסקו בתורה ושלא ימולו בניהם ושיחללו שבתות ואולי היה אחיו של ר' אלעזר קטן ממנו ;

R. IVDAS BEN SCIAMV'A diſcipulus R. Meir, ipſe ceſſare fecit decretum Imperiali auctoritate promulgatum, ne Iudæi operam darent Legis lectioni; ne filios circumciderent; neque Sabbatha ſanctificarent. Vide Cod. *Roſc Haſcianà* cap. 1. Forſan R. Eleàzar erat frater minor huius Rabbini, vt aliqui putant cum Auctore libri *Iuchaſsìn* pag. 41. b.

ר' יהודה בן תימא יש אומרים שהוא היה מעשרה הרוגי מלכות ויש אומרים כי רבי אלעזר בן דמא מעשרה הרוגי מלכות ולא רבי יהודה ; והוא נזכר באבות פ"ה ; ביוחסין עיין שם ;

R. IVDAS BEN THEMA'. Sunt, qui putant eum fuiſſe vnum ex decem interfectis à Regno Romanorum, quam-

qui iterum viuendo vxores duxerint, & filios procrearint. En verba *Ghemaræ*.

ר' אליעזר בנו של ר' יוסי הגלילי אומר מתים שהחיה יחזקאל עלו לארץ ישראל ונשאו נשים והולידו בנים ובנות עמד ר' יהודה בן בתירא על רגליו ואמר אני מבני בניהם והללו תפלין שהניח לי אבי אבא מהם וכו':

R. Elièzer Ben, seù filius R. Iosè Galilei dicit: Mortui, quos ſuſcitauit Ezechiel, aſcenderunt in terram Iſraëlis, duxerunt vxores, & genuerunt filios, & filias. Stetit R. Iudas Ben Betherà ſuper pedes ſuos, & dixit: Ego ſum de filijs filiorum eorum; & hæc ſunt Thephillin, quæ pater patris mei mihi reliquit, & ipſorum erant &c. Volunt præterea, quòd antequam ordinatus fuiſſet, proprio nomine nuncupabatur R. Ioſuè, poſt ordinationem abſolutè *Ben Betherà* fuerit nuncupatus.

ר' יהושע בן הורקנוס

אולי הוא אחיו הקטן של ר' אליעזר בן הורקנוס וה״ה בזמן ר' עקיבא כמו שנראה בפרק ה' דסוטה:

R. IOSVE' BEN HORKANO'S *Hircani filius*, forſan fuit frater natu minor R. Eliezeris Ben Horkanòs. Viuebat tempore R. Akibæ, quo Præceptore eſt vſus ipſe Akibà. Hinc capite 5. Cod. *Sotà* num. 5. in fine vocatur R. Akibà diſcipulus diſcipuli Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài, vt Magiſtro ſuo Rabbì Ioſuè filio Hircani exiſtimatio addatur.

ר' יהושע בן חנניה

הוא ר' יהושע סתם והוא היה תלמיד ריב״ז ואב ב״ד של רב״ג הנשיא והוא לוי ומשורר במקדש ואמרו שכל ימיו הושחרו פניו מפני תעניותיו:

R. IOSVE' BEN CHANANIA'H, iſte eſt R. Ioſuè, quando abſolutè, & ſine aliquo additamento ponitur. Fuit

140. vnde non ſunt repetenda ea, quæ ibidem dicta ſunt.

ר' יהושע סתם

הוא ר' יהושע בן חנניה עיין שם:

R. IEHOSCIV'A IOSVE' abſolutè, ipſe eſt *R. Iehoſciùa Ben Chanannià*. Vide ibi.

ר' יהושע בן ברוקא

נזכר במשנה מסכת סוכה פרק ד': סימן ו':

R. IOSVE' BEN BEROKA' citatur in *Miſcnà* Cod. *Succà* c. 4. n. 6.

ר' יהושע בן בתירה

והוא בן בתירה סתם והם ג' בני בתירה הא' ר' יהושע בן בתירה השני ר' שמעון בן בתירה והג' ר' יהודה בן בתירה וכולם נזכרו בעדיות פרק ח' והם ממשפחת הנשיאים שהיו בירושלם קודם הלל ושמאי ומהם משמשים מתים דיחזקאל וזה ר' יהושע בן בתירה קודם שנסמך נקרא בשמו ואחר נקרא בן בתירה סתם והוא חולק עם ר' יהושע בן חנניה בפרק זובחים:

R. IOSVE' BEN BETHERA', ipſe eſt, qui abſolutè in *Miſcnà* aliquando vocatur *Ben Betherà*: nam tres Rabbini ſunt, qui *Ben Betherà* nuncupantur. Primus eſt hic noſter R. Ioſuè; ſecundus eſt R. Simeon Ben Betherà; tertius eſt R. Iudas Ben Betherà. Horum trium meminit *Miſcnà* in eodem loco, nimirùm primi, & ſecundi in *Eduijòth* cap. 8. num. 1. & tertij ibidem num. 3. Fuerunt iſti nobiles viri ex familia Principum in Ieruſalem, antequam per Titum euerteretur, ante Hillelem, & Sciammài; quinimò volunt Rabbini in Talmude cap. חלק *Chèlek* pag. 92. b. ante medium, quòd fuerint ex poſteris eorum, quos ſuſcitauerat Ezechiel,

אמר ר' יהושע בן לוי בכל יום ויום בת קול יוצאת מהר חורב ומכרזת ואומרת אוי להם לבריות מעלבונה של תורה שכל מי שאינו עוסק בתורה נקרא נזוף שנאמר נזם זהב באף חזיר אשה יפה וסרת טעם ואומר והלוחות מעשה אלהים המה והמכתב מכתב אלהים הוא חרות על הלוחות אל תקרי חרות אלא חירות שאין לך בן חורין אלא מי שעוסק בתלמוד תורה וכל מי שעוסק בתורה הרי זה מתעלה שנאמר וממתנה נחליאל ומנחליאל במות ׃

Dixit R. Ioſuè Ben Leuì: Quotidie oraculum egreditur è monte Oreb, & proclamat, atque ait: Veh iis, qui contumelia afficiunt Legem. Quoniam quiſquis operam non dat ſtudio Legis, vocatur reprehenſibilis S. D. (Prou. 11. ver. 22.) Inauris aurea in nare porci, mulier pulchra, & deficiens conſilio. *Et dicitur* (Exod. 32. 16.) Et tabulæ opus Dei erant; & ſcriptura, ſcriptura Dei erat ſculpta ſuper tabulas. *Ne legas* חרות *Charùth ſculpta, ſed lege* חירות *Cherùth Libertas ſuper tabulas. Quandoquidem hominem liberum tu non habes niſi illum, qui operam dat ſtudio Legis. Et quiſquis ad hoc ſtudium incumbit, exaltatur. S. D.* (Num. 21. 19.) Et de Mathanà Nechalièl, & de Nechalièl Bamòth, *id eſt ex dono* (Legis peruenitur) *ad hereditatem* (Dei), *& ab hac Dei hereditate peruenitur ad ſublimitatem.*

Fuit Præceptor *R. Iochanàn*, qui compilauit Talmud Ieroſolymitanum. Academiam habuit in Terra promiſſionis ad auſtralem plagam. Volunt eum adhuc viuentem ingreſſum fuiſſe in Paradiſum, in Hortum Eden, vt habetur ſub finem capitis 7. המדיר *Hammadìr* Cod. *Chetuuòth*.

Hæc fabella prolixè narratur in fine libelli מעשה תורה *Maaſsè Thorà* Rabbènu Hakkadòſc, qui ſeorſim excuſus eſt vnà

diſcipulus Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài; Pater Domus Iudicij tempore Rabbàn Gamlielis Principis perpetuus Antagoniſta R. Eliezeris, quorum frequens mentio fit in *Miſcnà*. Secunda Domo adhuc perſiſtente, ipſe viuebat, ex ſtirpe Leuitica prognatus, Muſicæ addictus, vndè Cantoris munus in Domo Domini exercuit, licèt ob ieiuniorum frequentiam, debilitato calore naturali, macies in ipſius vultu continuò appareret. Vide infrà in *R. Iochanàn Ben Zaccài*.

ר' יהושע בן לוי

אביו נקרא לוי והוא היה לוי כדאיתא בפ' הזרוע והיה בדרום ארץ ישראל ישיבתו והיה בזמן ר' חנינא בר' חמא ואמרו שנכנס לגן עדן בחייו ׃ ויש אומרים כי הוא מהאמוראים כמו אמר רש״י בפרק כל היד אבל הרמב״ם מנאו עם התנאים בהקדמתו בסדר זרעים ׃ והוא היה בסוף המשנה ונזכר בפרק ו' דאבות משנה ב' אמר ר' יהושע בן לוי בכל יום ויום וכו' ׃

R. IEHOSCIV'A IOSVE BEN LEVI', quia eius pater ita vocabatur, & erat de ſtirpe Leuitarum. Fuit coætaneus R. Chaninà Bar Chamà, qui paulò poſt Rabbì in fine *Miſcnæ* viuebat; vnde aliqui cum R. Salomone Iarchì cap. *Col haijàd* Cod. *Niddà* inter *Hammoraim* eũ recenſent; at R. Moſes Ægyptius inter *Tanaitas* connumerat in Præfat. ad *Sèder Zerahìm*. R. Dauid Ganz ad annum 980. quarti millenarij, hòc eſt ad annum Dom. 220. etiam inter *Hammoraim* eum refert. Nos ſequentes opinionem Ægyptij eum inter *Miſcnicos* collocamus Auctores, propterea quòd eius nomine quædam ſententia de laudibus Legis, eiuſque ſtudij promulgata ſit in *Miſcnà* cap. 6. num. 2. licèt ſit additio Cod. *Auòth*, eſtque huiuſmodi

vnà cum Alphabeto Ben Sirà Venetijs anno ל"ט 304. min. ſupput. Chr. 1544. pag. 37. b. in 8.

ר' יהושע בן מתיא
והוא א' מג' אחים קדושים הם ר' אלעזר בן מתיא ורבי יוחנן בן מתיא : וזה קבל פירש ג' דברים לפני ר' ישמעאל ואם כן הוא היה בזמנו :

R. IOSVE' BEN MATHIÆ, vnus ex tribus fratribus filijs R. Mathiæ, quorum primus fuit R. Eleàzar Ben Mathiæ, vnus ex quatuor Sapientibus Vrbis Iaunè, de quo dictum eſt ſuprà. Secundus R. Iochanàn Ben Matthiæ, de quo infrà. Hic noſter Tanaita tria explicauit coram R. Iſmaële, quæ videnda ſunt Cod. *Eduijòth* cap. 2. num. 5. De R. Iſmaële intelligendum eſt, qui in eodem c. 2. num 4. memoratur, qui quidem eſt R. Iſmaël Auctor tredecim regularum interpretandi Sacram Scripturam. *Hic autem à R. Dauid Gans* collocatur inter Sapientes, qui viuebant R. Akibæ æuo, circa annum 840. quarti millenarij, id eſt Chriſti 80. Ergo circa idem tempus fuit & hic Rabbinus.

ר' יהושע סתם
הוא ר' יהושע בן חנניה: עיין שם :

R. IOSVE' abſolutè poſitus, intelligitur *R. Ioſuè Ben Chanaiàh*. De quo ſuprà ſuo loco.

ר' יהושע בן פרחיא
עיין בזה הספר ענין יהושע בן פרחיה :

R. IOSVE' BEN PERACHIA'. Vide ſub eodem nomine ſecundùm ordinem numericum huius III. Partis.

ר' יהושע בן קרחה
והוא היה בן ר' עקיבא כמו שאמרו רש"י ורשב"ם ובעל הערוך והיה קרח: ע"כ נק' והאריך ימים הרבה ונזכר בפרק היה קורא במשנה :

R. IOSVE' BEN KORCHA'. ſecundùm quod docet *Raſcì* in fine *Becuròth*, *Riſcbàm* cap. *Aruè Peſachim*, & *Baàl Arùch*, fuit filius R. Akibæ. Nuncupatus autem fuit filius Korchæ, quia R. Akibà à caluitie קרחה *Korchà* cognominabatur. Vide infrà in *R. Simeone Ben Azài*. Fuit Magiſter Rabb. Hakkadòſc, & longiſſimam vitam duxit. Eius mentio fit in *Miſcnà* cap. 2. *Haiàh Korè* numero 2. Cod. *Berachòth*.

ר' יוחנן בן בג בג
עיין למעלה בן בג בג :

R. IOCHANA'N IOANNES BEN BAGH BAGH. Vide ſuprà *Ben Bagh Bagh*.

יוחנן בן ברוקא
ואביו של ר' ישמעאל בן ר' יוחנן בן ברוקא והיה בזמן ר' אלעזר בן עזריה ונזכר בפרקי אבות פרק רביעי ר' יוחנן בן ברוקא אומר כל המחלל וכו' :

R. IOCHANA'N BEN BEROKA', fuit pater R. Iſmaëlis, & contemporaneus R. Eleazaris Ben Azariæ in Iaunè circa annum Domini 80. Huius Tanaitæ eſt illa præclara ſententia, quæ refertur in *Pirkè Auòth* cap. 4. num. 4. his verbis -

רבי יוחנן בן ברוקא אומר כל המחלל שם שמים בסתר נפרעין ממנו בגלוי אחד שוגג וא' מזיד בחלול השם :

R. Iochanàn Ben Berokà dicit: Quiſquis profanat nomen Dei in occulto, retegetur in publico, tam is, qui per errorem, quàm is, qui data opera facit.

ר׳ יוחנן בן גודגדה הלוי היה בזמן
בית שני ונזכר במסכה פרק אין דורשין פרק ב׳ סימן ו׳ בסוף :

R. IOCHANA'N BEN GVDGHADHA' floruit antequam euerſum fuiſſet Templum, de genere Leuitarum fuit, & in Templo officium portarij, ſeù oſtiarij exercebat, vt apparet ex capite 6. Cod. *Eruuin*, & cap. 2. *Sceka. lìm*. Fuit etiam doctus Arithmeticus, & Aſtronomus. Eius mentio fit in *Ghemarà* Cod. *Horaijòth* cap. 3. & in *En Iſrael* Par. II. Cod. & cap. eod. pag. 160. col. 1. nu. 4. quòd numerum guttarum Marium computare poterat; & curſum ſtellæ 70. annorum ſpatio recurrentem præcognoſcebat, & tamen pauperrimus erat, cùm nec victum, nec veſtitum niſi ex eleemoſynis habuiſſet. Eiuſdem quoque meminit Auctor Cod. *Chaghighà* c. 2. n. 7. in fine. Videtur autem eſſe idem cum R. Nechunià Ben Gudghadhà. Vide infrà in *R. Nechunià*.

ר׳ יוחנן בן זכאי הכהן תלמיד של
הלל הזקן ושמאי והיה לו בן שנקרא ר׳ יהודה והיה נשיא ופרנס ישראל ארבעים שנה ורובם היו בזמן הבית ולפחות היה ה׳ שנים אחר החרבן כמו שפירש רש״י בסוף ראש השנה ואם כן בימי רבן גמליאל הזקן קודם החרבן ובימי רבי שמעון בן גמליאל שנהרג בחרבן היה פרנס גם הוא או יהיה אב בית דין כמו שהיו האחרים בשולים : ובתוספות בפרק בעה בהמות נראה כי רבי יוחנן בן זכאי מלך שנתים אחר החרבן ורבן גמליאל (ר״ל השני שנקרא דיבנה) אלא שנים אחרין קודם שימלוך רבי אלעזר בן עזריה בתוספות עמו : ובחרבן הבית היה גדול עם קיסר ושאל יבנה וחכמיה והרופאים שריפאו לר׳ צדוק וכל ימי חייו ק״כ שנה במשא שהיה במצרים ובמדין מ׳ שנה ומלך ארבעים שנה : וכמו הלל הזקן שעלה מבבל בן מ׳ שנה ושימש חכמים מ׳ שנה ופרנס ישראל מ׳ שנה : כמו ר׳ עקיבא שלמד מ׳ שנה : ושימש מ׳ שנה : ופרנס מ׳ שנה : ורבי יוחנן בן זכאי עסק בפרקמטיא מ׳ שנה : ושימש מ׳ שנה : ופרנס ישראל מ׳ שנה ונקבר בטבריה חוץ לעיר כמו נראה באגרת שמסרת ישמועה דצדיקי דארעא דישראל :

R. IOCHANA'N BEN ZACCA'I SACERDOS, diſcipulus Hillelis Senioris, & Sciammài, habuit doctum filium nuncupatum R. Iudam. Fuit Princeps, & rexit Iſraëlem 40. annis, quorum maiorem partem, imò ferè omnes, perſiſtente adhuc Templo Ieroſolymitano, inſumpſit, & poſt Templi caſum ad minùs 5. ann. ſicut docet Raſcì in ſuis Commentarijs circa fin. Cod. *Roſc Haſcianà*. Si ſic eſt (nam quibuſdam videtur inueriſimile 35. annis ante Templi euerſionem Rabbì Iochanàn Ben Zaccài Principatum gubernaſſe) neceſſariò dicendum; ne dum tempore Rabbàn Gamlielis Senioris, & Simeonis filij ſui (non illius, qui Chriſtum ſuſcepit in vlnis, ſicut typographico mendo ſuprà ad pag. 179. colum. 1. ſcriptum eſt, cùm ille, qui Chriſtum ſuſcepit, non filius, ſed pater fuerit Rabbàn Gamlielis Senioris, vt non ſemel docuimus ſuprà I. Par. in *Rabbàn Gamlièl Seniore* num. 399. pag. 727. col. 2. Par. II. in *Hillèl Hannaſsì* num. 478. pag. 797. col. 2. & in præſenti Par. III. in hoc *Iuda*, ſeù *Rabbènu Hakkadòſc* n. 673. p. 75. col. 1. ſed eius nepotis, qui à Tito, dum Vrbs, & Templum vaſtaretur, occiſus eſt) ſed & alterius Rabbàn Gamlielis tempore Iunioris, dicti Iaunenſis, quem, ne ab eodem Imperatore Tito occideretur, vt iuſſerat, à morte liberarat, aliquandiu Principatum geſſiſſe, tùm ante, tùm poſt Templi vaſtationem: ante quidem ſimul cum Rabbàn Gamliele Seniore, poſt verò cum Rabbàn Gamliele Iuniore, quia hic mos erat, vt in regimine populi tunc temporis duo Principes vnirentur. Niſi velis dicere, quòd R. Iochanàn Ben Zaccài fue-

chanàn Ben Zaccài, eius miſertus eſt, & in gratiam Ben Zaccài vitam R. Gamlieli conceſſit, permiſitque, vt vnà cum eodem R. Iochanàn Iaunam Vrbem non longè ab Ieroſolymis diſtantem transmigraret, vbi iam pridem Synedrium tranſlatū fuerat, ibidemq; Iudaicum populum inſimul regerent. Hoc enim totum factum eſt, vt R. Iochanano Ben Zaccài Imperator gratificaretur. Igitur in Vrbe Iaunè poſt Templi euerſionem habitauit; populum Iſraëliticum rexit; & Principatum in Synedrio exercuit, vbi & mortuus eſt anno ad minùs ſecundo à Templi euerſione; à creat. mundi 3830. vel 3833. & à Chr. natiu. 70. vel 73. ſepultuſq; in Tiberiade extra Vrbem, vt notauimus ſuprà Par. II. pag. 422. col. 2. Longæuam vitam eum duxiſſe volunt Rabbini 120. annorum, vti Moſen, Hillelem Seniorem, & R. Akibam. Et ſicut Moſes octoginta annos partim in Ægypto, partim in Madian, & reliquos quadraginta in deſerto inſumpſerat: Hillèl quoque cùm egrederetur de Babylone quadraginta annorum ætatis erat; quadraginta annis Scholæ inſeruiuit, & quadraginta annis Iſraëlem gubernauit: Rabbi item Akibà quadraginta annis in addiſcendo Legis doctrinam inſumpſit; quadraginta docuit; & quadraginta populum rexit, quamuis de hac tripartita annorum R. Akibæ diuiſione Rabbinorum nonnulli dubitent. Sic R. Iochanàn Ben Zaccài primis quadraginta annis vitæ ſuæ in mercatura, vt plurimùm tranſegit; alijs quadraginta in ſtudio Legis; alijs denique annis quadraginta Principatum tenuit, iuſtitiam adminiſtrauit, populumque Iudaicum guberna-

fuerit אב בית דין *Au Beth Din Pater Domus Iudicij* Princeps in adminiſtranda iuſtitia, & Rabbàn Gamlièl Rector Academiæ circa doctrinam. In Toſaphòth cap. 5. *Bammè Behemà* Cod. *Sciabbàth* reſtringitur tempus, quo R. Iochanàn Ben Zaccài poſt exuſtum Templum Principatū geſſerat, nempè ad bienniū, & Rabbàn Gamlielis (id eſt Iunioris, & Iaunen.) ad trienniū antequam R. Eleàzar Ben Azariæ eandem Principatus dignitatem vnà cum eodem ſuſcepiſſet, de quo vide ſuprà. Itaque hic R. Iochanàn valdè acceptus fuerat Tito Imperatori. Si autem ſcire deſideras cauſam huius beneuolentiæ, legas librum Cabalæ R. Abrahami Leuitę Ben Daùd Generatione nona, eamque ſuccinctè ibi relatam, hoc modo reperies. Tempore, quo Veſpaſianus Vrbem Ieroſolymorum obſeſſam tenebat, nepos quidam filius ſororis *R. Iochanàn Sacerdotis*, clam Vrbe egrediens Veſpaſianum adijt, eumq; rogat, vt auunculum ſuum Iochanàn Sacerdotem ad ſe aſciſcat. Aſſentitur Veſpaſianus: cùmque doctrinam Iochananis, aliaſque animi ſui dotes audiuiſſet Veſpaſianus, in ſui gratiam recepit, eumque magno cum honore in Vrbem remiſit. Deinde mortuo Romanorum Imperatore, & in eius locum ſuffecto Veſpaſiano, in expeditionem Ieroſolymitanam filium ſuum Titum miſit, eique præcepit, vt R. Iochanàn honore proſequatur, eique quicquid petijſſet, concedat. Hinc eſt, quòd deſolata Vrbe Ieroſolymorum, incenſoque Templo à Tito, atque interfecto R. Simeone filio R. Gamlielis Senioris, voluit etiam interficere Rabban Gamlielem Iuniorem, ſed deprecante R. Io-

nauit. Multas conſtitutiones promulgauit, quæ poſtea inter *Baraijethòth* fuerunt recenſitæ, vt explicat *Raſci* in cap. עושין פסים *Oſsìn paſsìm*. Et de eo dictum eſt in *Miſcnà* cap. עגלה ערופה *Eghlà aruphà* משמת רבן יוחנן בן זכאי בטל זיו החכמה : *Mortuo Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài, ceſſauit ſplendor Sapientiæ*. De hoc Rabbino fit mentio in *Miſcnà* præter locum allatum etiam Cod. *Succà* cap. 3. num. 12. & Cod. *Chetuuòth* cap. 13. num. 1. vbi indifferenter quandoq; legitur *Rabbì*, quandoque *Rabbàn*. In *Pirkè Auòth* cap. 2. num. 8. hæc, quæ ſequuntur de *Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài* habentur:

רבן יוחנן בן זכאי קבל מהלל ומשמאי הוא היה אומר אם למדת תורה הרבה אל תחזיק טובה לעצמך כי לכך נוצרת ׃ חמשה תלמידים היו לרבן יוחנן בן זכאי ואלו הן רבי אליעזר בן הורקנוס ורבי יהושע בן חנניה ורבי יוסי הכהן ורבי שמעון בן נתנאל ורבי אלעזר בן ערך הוא היה מונה שבחן רבי אליעזר בן הורקנוס בור סיד (נ״א סוד) שאינו מאבד טפה רבי יהושע בן חנניה אשרי יולדתו יוסי הכהן חסיד שמעון בן נתנאל ירא חטא ורבי אלעזר בן ערך מעין המתגבר הוא היה אומר אם יהיו כל חכמי ישראל בכף מאזנים ואליעזר בן הורקנוס בכף שניה מכריע את כלם ׃ אבא שאול אומר משמו אם יהיו כל חכמי ישראל בכף מאזנים ואליעזר בן הורקנוס אף עמהם ורבי אלעזר בן ערך בכף שניה מכריע את כלם ׃ ט׳ אמר להם צאו וראו איזוהי דרך ישרה שידבק בה האדם רבי אליעזר אומר עין טובה רבי יהושע אומר חבר טוב רבי יוסי אומר שכן טוב רבי שמעון אומר הרואה את הנולד רבי אלעזר אומר לב טוב אמר להם רואה אני את דברי אלעזר בן ערך מדבריכם שבכלל דבריו דבריכם אמר להם צאו וראו איזוהי דרך רעה שיתרחק ממנה האדם רבי אליעזר אומר עין רעה רבי יהושע אומר חבר רע רבי יוסי אומר שכן רע רבי שמעון אומר הלוה ואינו משלם אחד הלוה מן האדם כלוה מן המקום שנאמר לוה רשע ולא ישלם וצדיק חונן ונותן (תהלם ל״ז ׃ כ״ב) רבי אלעזר אומר לב רע אמר להם רואה אני

את דברי אלעזר בן ערך מדבריכם שבכלל דבריו דבריכם ׃ י׳ הם אמרו שלשה דברים רבי אליעזר אומר יהי כבוד חברך (ס״א תלמידך) חביב עליך כשלך וכו׳ ׃ עיין בערך פעותיסס ׃

Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài recepit (Legem oralem) *ab Hillele, & Sciammài. Ipſe dicebat: Si multam Legem didiciſti, ne bonitati tuæ id attribuas; quandoquidem propter eam creatus fuiſti.*

Quinque diſcipulos habebat Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài: ſunt autem hi; R. Elièzer Ben Horkanòs, R. Iehoſciùa Ben Chananià, R. Ioſè Sacerdos, R. Scimòn Ben Nathanaèl, & R. Eleàzar Ben Aràch. Ipſe narrabat eorum laudes, (atque dicebat:) *R. Elièzer Ben Horkanòs filius Hircani eſt tamquam puteus* (benè) *incruſtatus, à quo nec aquæ guttula diffluit. Iehoſciùa Ben Chananià, Beata ſit ſua genitrix. Ioſè Sacerdos eſt pius; Scimòn Ben Nathanèl timet peccatum; Eleàzar Ben Aràch, eſt tamquam fons, qui* (ſemper) *validior fit.*

Ipſe dicere ſolebat: Si omnes Sapientes Iſraëlitæ in vna bilaucium vola poſiti fuiſſent, & Elièzer Ben Horkanòs in altera, iſta præponderaret omnibus illis. Abbà Saul dicit: Ipſius (R. Iochanàn) *nomine: Si omnes Sapientes Iſraëlitæ in vna bilanciū vola poſiti eſſent, vnà ſimul cum Eliezare Ben Hircani; & R. Eleàzar Ben Aràch in altera, præponderaret iſte omnibus illis.*

Num. 9. Dixit ad eos (Rabbàn Iochanàn): *Egredimini, & videte: Quænam eſt via recta, per quam incedere debet homo? Elièzer dicit: Oculus bonus. R. Iehoſciùa dicit: Socius bonus. R. Ioſè dicit: Vicinus bonus. R. Scimòn dicit: Qui prævidet* (ex facto) *quid poſtea oriri poſſit? R. Eleàzar dicit: Cor bonum.*

Di-

care, dummodo caput, & maior pars corporis intra Tabernaculum exiſteret? Schola Sciammài id negabat; Schola Hillelis permittebat. Tandem inter ſe conuenerunt, audire ſententiam huius doctiſſimi Rabbini. Itaque vtriuſque Scholæ Seniores ad R. Iochanàn Ben Hachoranì perrexerunt, inueneruntque eum manducantem, tenentem caput vnà cum maiori corporis parte intra Tabernaculum, menſa exiſtente extra, ſed intra domum: Ex facto huius Rabbini didicerunt ſententiam Scholæ Hillelis ſolidiorem eſſe ſententia Scholæ Sciammài. Refertur hoc in *Miſcnà* Cod. *Succòth* cap. 2. num. 7. Diſcipulus eius fuit R. Eleazar Ben Tzadòk, vt dicitur circa finem capitis primi libri *Ieuamòth*, de quo egimus ſuprà.

ר׳ יוחנן בן ישוע בן חמיו של ר׳

עקיבא פרק ג׳ ידים אמר כדברי בן עזאי זהו היה חתנו של ר׳ עקיבא ולא בן אשה אחרת כמו שר׳ עקיבא היה אח אביו רבות ולא כן לקחות ג׳ נשים היו לו בת כלבא שבוע ואחות ואשת טורנוס רופוס שר מעלכי אדום ונתגיירה :

R. IOCHANA'N BEN IESV'A, BEN SOCERI R. AKIBÆ cap. 3. Cod. *Iadàim* fit eius mentio illis verbis: *Dixit ſecundùm verba Ben Azài*. Iſte fuit gener R. Akibæ, vt infrà videbimus. Si igitur hæc ſunt, vt referuntur, procul dubio dicendum eſt, R. Akibam tres habuiſſe vxores, primam, filiam *Chaleuà Sauùa*; ſecundam, ſororem huius *Ieſùa*; & tertiam, viduam relictam à Turno Rufo Principe exercitus Romanorum, quæ Proſelyta facta fuerat: nam R. Akibà diù vixit, eumq; has tres mulieres ſucceſſiuo tempore habuiſſe, tradunt Rabbini. De hoc Rabbino ferè idem habet Auctor *Iuchaſin* pag. 61.

Dixit eis (Rabbàn Iochanàn): *Puto, quòd verba R. Eleazaris Ben Aràch verbis veſtris ſint meliora, quia in ſumma verborum illius verba veſtra includuntur. Dixit iterum* (diſcipulis ſuis) *Egredimini, & videte: Quænam eſt via mala, à qua recedere debet homo? R. Elièzer dicit: Oculus malus. R. Iehoſciùa dicit: Socius malus. R. Ioſè dicit: Vicinus malus. R. Scimòn dicit: Qui mutuum accipit, & non reddit: nam mutuum accipere ab hominibus idem eſt, ac ſi à Deo mutuo acciperetur, S. D.* (Pſal. 37. 22.) Mutuum accipit impius, & non reddet: iuſtus autem miſeretur, & dat. *R. Eleàzar dicit: Cor malum. Dixit eis* (Rabbàn Iochanàn): *Exiſtimo ſententiam R. Eleazaris Ben Aràch reliquis eſſe meliorem: cùm in ea omnia, quæ vos dixiſtis, veluti ſummatim contineantur.*

Num. 10. *Ipſi dederunt tria documenta. R. Elièzer dixit: Sit honor ſocij tui tibi charus ac tuus &c.* Horum quinque diſcipulorum Rabbàn Iochananis Ben Zaccài ſententias, & moralia documenta inuenies apud nomina ipſorum in præſenti Catalogo Tanaitarum.

רבי יוחנן בן החורני היה בזמן הבית

שנחלקו לבקרו זקני בית שמאי וזקני בית הלל בסוכה כמו שהוא בפרק היישן ותלמידו היה רבי אלעזר בן צדוק כדאיתא בפרק קמא דיבמות בסוכה ובמשנה כמה פעמים :

R. IOCHANA'N BEN HACHORANI' viuebat antequam Domus ſecunda euerteretur. Sed poſtquam diuiſa fuit Schola Sciammài à Schola Hillelis, diſputarunt aliquando iſtæ duæ Scholæ inter ſe; An licitum eſſet tempore feſtiuitatis Tabernaculorum extra סוכה *Succà Tabernaculum* mandu-

uit, vt annuli ferræi figerentur in pauimento, ad quos ligari debuiſſent victimæ, vt ſic de facili, & ſine periculo occiderentur. Quartò prohibuit, ne interfeſtis diebus fabrorum ſtrepitus per Ieruſalem audiretur: nam antea permiſſum erat, vt fabri ferrarij aliquid ſui operis diebus infrà octauas ſolemnitatum efficere poſſent; ſed quia malleorũ ſtrepitus per Vrbem paſſim audiebatur cum ſcandalo, ideò illum prohibuit. Quintò ſub pœna mortis etiam prohibuit, ne fructus, aut prouentus terræ venderentur, niſi priùs fuiſſent decimati ſecundùm Legem; vnde non fuit neceſſe dubitare circa דמאי *Demài:* vtrum fuiſſent fructus decimati, nec ne: Et ſic conſtitutio דמאי *Demài De dubietate* tempore huius Principis non fuit in vſu. Qui & fecit duas Vaccas rufas. Vide in fine capitis vltimi Codicis *Maaſsèr ſcenì*, & Cod. *Parà* cap. 3. num. 5.

ר' יוחנן בן מתיא

היה בזמן ר' עקיבא והם שלשה אחים ר' אלעזר בן מתיא ורבי יהושע בן מתיא שנזכרו במסכת בבא מציעא :

R. IOCHANA'N BEN MATHIA' vixit tempore R. Akibæ. Fuerunt tres fratres omnes Doctores Tanaitæ. Primus *R. Eleàzar Ben Matthiæ*, de quo in *Miſcnà* Cod. *Ieuamòth* cap. 10. num. 3. Secundus *R. Ioſuè Ben Matthiæ* in *Eduijòth* cap. 2. numero 5. Et tertius hic noſter, cuius meminit *Miſcnà* Cod. *Bauà Metzijà* cap. 7. num. 1.

ר' יוחנן בן נורי

היה בזמן ר' יהושע ורבי אליעזר והוא חולק עם רבן גמליאל בקידוש החדש אבל אחר שמת רבן גמליאל רצה ר' יהושע לבטל דבריו זה עמד כנגדו ופסק שהלכות כרבן גמליאל :

יוחנן כהן גדול בן מתתיה

היה בשנת ג' אלפים תרכח: קודם ביאת משיחנו שנת קלב ועשה תקנות רבות שהעביר הודיות המעשר אף הוא בטל את המעוררים את הנוקפים ועד ימיו היה פטיש מכה בירושלם ובימיו אין אדם צריך לשאול על הדמאי כמו שנאמר במסכת פרק כרם רבעי : ועשה שתי פרות :

IOCHANA'N COHE'N GADO'L *Sacerdos Magnus filius Mathathiæ, & frater Iudæ Machabæi*, floruit an. mundi 3628. ante Chriſti natiuitatem annis 132. Fuit vir iuſtus, pius, & Legis Diuinæ zelator. Ordinauit quædam, quæ ad tollendos abuſus paulatim in rebus ſacris introductos, neceſſaria videbantur. Quando Eſdras ex Babylonica captiuitate populum reduxit in Ieruſalem, noluerunt Leuitæ cum eo aſcendere; vnde ipſe ordinauit, vt decimæ, quæ ex præſcripto Legis Leuitis debebantur, darentur Sacerdotibus, & nihilominus à formula illa Deuter. 26. 13. tradita, quà paterfamilias, vel colonus profitebatur ſe dediſſe decimas Leuitis, nihil mutatum fuit. Hic autem Iochanàn Summus Sacerdos, auctoritate, qua fungebatur, iuſſit, vt in recitatione huius formulæ omitterentur illa verba וגם נתתיו ללוי *Et etiam dedi illam Leuitæ*, ne falſum videretur proferri. Secundò, prohibuit, ne in ſuggeſtu Leuitæ Cantores ampliùs canerent illa verba Pſal. 44. ver. 24. עורה למה תישן ארני וגו' *Euigila, quare obdormis Domine? &c.* ne ſcandalum eſſet puſillis, quaſi Iudæorum Deus obdormiret. Tertiò prohibuit his, qui mactabant Sacrificia, ne antequam iugularent animalia, ea percuterent in fronte, vt faciliùs ſubinde poſſent occidere, & hoc, ne viderentur offerri Sacrificia maculoſa ob concurſum ſanguinis in locum percuſſum; ſed ordina-

R. IOCHANA'N BEN NVRI' viuebat tempore R. Ioſuè, & R. Elièzer, qui inter ſe fuerunt perpetui antagoniſtæ. Et hic R. Iochanàn etiam ipſe pugnauit contra Rabbàn Gamlièlem de Iaunè circa ſanctificationem nouæ Lunæ, ſeù Menſis Lunaris. Sed mortuo Rabbàn Gamliele voluit R. Ioſuè reſcindere, quæ inter R. Iochanàn Ben Nurì, & Rabbàn Gamliele *tranſacta erant*. Conatibus his violentis ſe oppoſuit R. Iochanàn, & audaciam Rabbì Ioſuè repreſſit. Vide Cod. *Eruuin*, cap. *Becol Maauerin*. Et in *Miſcnà* Codice *Therumòth* cap. 10. num. 11. & Cod. *Eduijòth* cap. 2. num. 10. vbi videtur negare æternas pœnas impijs debitas, ſed eas omnes eſſe purgatorias, & breui tempore duraturas, videlicet per ſeptem tantùm hebdomadas, nempè à Paſchate vſq; ad Pentecoſten מפסח ועד העצרת שנאמר ומדי שבת בשבתו: *Et à tempore Sabbathi in Sabbathum eius*. Iſai. 66. ver. 23. Sed huic falſæ opinioni, ac ſententiæ refragratur id, quod docent communiter Rabbini in Codice *Sanhedrin* cap. חלק, quod multi non habebunt partem in ſeculo futuro, id eſt æternæ damnationi adiudicabuntur, vti ſunt, qui negant reſurrectionem mortuorum, & alij impij, qui ibidem recenſentur, & ſine pœnitentia ab hac vita diſcedunt; quæ non diſcordant à noſtra fide Catholica, quæ æternas pœnas ab impijs impœnitentibus, & purgatorias temporales ſecundùm exigentiam peccatorum reatus ſubeundas à pœnitentibus docet.

ר' יוחנן הסנדלר

חבר רבי מאיר ורבי יהודה והיה תלמידו של ר' עקיבא ועשה סנדלין וסמכו ר' עקיבא בקטנותו כאשר פירש רש"י בפרק מי שמתו : ובפרקי אבות נמצא מאמרו בפרק רביעי סימן י"א :

R. IOCHANA'N HASSANDALA'R Sandaliorum ſutor, ſocius Rabbì Meir, & Rabbì Iudæ, diſcipulus Rabbì Akibæ, à quo cùm adhuc paruulus eſſet, Chirotoniam accepit, ſicut explicat *Raſcì* ad cap. מי שמתו Cod. *Berachòth*. Sequens ſententia eidem attribuitur in *Pirkè Auòth* capite 4. numero 11.

ר' יוחנן הסנדלר אומר כל כנסיה שהיא לשם שמים סופה להתקיים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקיים :

R. Iochanàn Haſſandalàr ſutor dicit: Omnis ſocietas, quæ in nomine Domini fundata eſt, perſiſtet: quæ autem non in nomine Domini congregatur, diſſipabitur. Quia amicitia in virtute fundata diù durat; quæ in vitio, citò diſſoluitur. Viuebat tempore R. Iudæ Bar Elài, cuius ſocius fuit circa annum Domini 130.

רבי יונתן

ואולי הוא זה המוזכר בפרקי אבות בפרק ד' משנה ט' ר' יונתן אומר וכו' :

R. IONATHA'N ſine alio coniuncto cognomine, neſcitur quiſnam fuerit, aut quo tempore vixerit. In *Pirkè Auòth* cap. 4. num. 9. cuiuſdam Tanaitę fit mentio cum hoc nomine *Ionathàn*, quem vixiſſe tempore Akibæ, Auctor *Iuchaſsìn* pag. 49. credit. Ibi hanc ſententiam profert.

ר' יונתן אומר כל המקיים את התורה מעוני סופו לקיימה מעושר וכל המבטל את התורה מעושר סופו לבטלה מעוני :

R. Ionathàn dicit: Quicumque ſtabilit legem in paupertate, finis ipſius erit, vt ſtabiliat eam in diuitijs: & quiſquis intermittit Legem ob diuitias, finis eius erit, vt eam intermittat ob paupertatem. In *Ghemarà* cap. בסוי הרם pag. 83. b. vocatur *R. Ionathàn Ben Ioſeph*, de quo idem *Iuchaſsìn* pag. cit. Vide ibi.

num. 3. *Parà* cap. 3. num. 4. & alibi frequenter.

ר' יוסי בן דורמסקית ר"ל מדמשק

תרגום דמשק דורמסקית היה תלמיד ר' אליעזר הגדול ושמו נזכר בפרק ד' דידים משנה ג' בעסקם על עינין מעשר עני בשביעית.

R. IOSE' BEN DORMASKI'TH filius Damaſceni, ſiuè Damaſcenus (ita vertitur vox iſta Chaldaica) fuit diſcipulus *R. Eliezeris Haggadòl Magni*. Eius mentio fit in *Miſcnà* occaſione decimæ pauperum, quas ab Ammonitis, & Moabitis ſoluendas eſſe pauperibus decreuerunt. Vide in *Miſcnà* Cod. *Iadàim* cap. 4. n. 3. & cap. 1. *Chaghighà* in Talmude pag. 3. b. circa finem indignatur R. Elièzer contra eum, eiqueـ eruit oculos, & poſuit eos in manus ipſius; ſed poſtea ei miſertus, orauit pro eo, & oculos eius in locum ſuum repoſuit. Ita affectant miracula Talmudiſtæ, vt iactent in manu ipſorum eſſe ea patrare, poſſe etiam ob odium, iracundiam, & rancorem contra proximum, quod ſancti non efficiunt, ſed malefici: Diaboli ope oculos perſtringere; vt ea, quæ inania ſunt, miracula videantur.

רבי יוסי בן החוטף אפרתי

תלמיד ר' ישמעאל ושמו נזכר בפרק ג' דכלאים בסוף הפרק :

R. IOSE' BEN HACHOTEP'H EPHRATÆVS, diſcipulus R. Iſmaëlis, & ſynchronus R. Meir, qui & ipſeـ diſcipulus R. Iſmaëlis in principio fuit; ſed hic noſter R. Iosè Ben Hachotèph eiuſdem R. Iſmaëlis auditor fuit in fine vitæ ipſius. Vide Auctorem *Halichòth Olàm*ـ. De eo fit mentio in *Miſcnà* Codice *Chilàim* cap. 3. in fine.

ר' יוסי עיין ר' יוסי סתם ;

R. IOSE' abſolutè. Vide *R. Iosè Setàm*ـ.

ר' יוסי הגלילי היו לו שלשה בנים חכמים ר' אליעזר ור' חנינא ור' ישמעאל והוא היה מד' זקנים שנכנסו במקום

ר' אליעזר הוא ורבי אליעזר בן עזריה ורבי טרפון ורבי עקיבא בפ' החובל ;

R. IOSE' HAGGALILI' GALILÆVS habuit tres filios, omnes doctos Rabbinos, R. Eliezarem, R. Chaninà, & R. Iſmaëlem. Poſt mortem R. Elièzer, R. Iſmaël fuit vnus ex quatuor Senioribus, qui locum ipſius occuparunt, nempè R. Elièzer Ben Azariæ, R. Tarfòn, R. Akibà, & ipſe R. Iosè Galilæus, Cod. *Bauà Kamà* cap. 8. Et in fine Codicis *Moèd katàn* refertur inter eoſdem, quando occaſione mortis filiorum R. Iſmaëlis ingreſſi ſunt ad eum, eumqueـ conſolati ſunt. Hinc patet, quòd hic Tanaita viuebat ſub Hadriano Cæſare, quo tempore R. Akibà interfectus eſt, an. ſcil. Dom. 120. In *Pirkè Auòth* cap. 2. num. 12. fit mentio cuiuſdam R. Iosè, qui cùm non longè à R. Tarphone, & R. Akibà recenſeatur, non erit inconueniens opinari, hunc eundem eſſe R. Iosè Galilæum. Huius Rabbini ſequens ſententia ibidem legitur -

רבי יוסי אומר יהי ממון חבירך חביב עליך כשלך התקן עצמך ללמוד תורה שאינה ירושה לך : וכל מעשיך יהיו לשם שמים :

R. Iosè dicit: Sit tibi res proximi tui cara veluti eſt tua. Diſpone teipſum, vt Legem addiſcas. Non enim ipſam poſſidebis, veluti poſſidentur hæreditates. Et omnia opera tua ſint in nomine Domini. De hoc R. Iosè Haggalili paſſim fit mentio in *Miſcnà*, vti in Cod. *Berachòth* cap. 7.

ר' יוסי בן חוני

נראה כי בסוף ימיו היה בזמן שנית באחרונה כי בפרק קמא דזבחים סימן ב' חולק עמו שמעון אחי עזריה שהיה בזמנו זמן :

R. IOSE' BEN CHONI', ex cap. 1. num. 2. Codicis *Zeuachìm* in *Miſcnà* apparet, quòd fuerit circa extrema tempora Ædis ſecundæ, quia contra eum diſputat Simeon frater Azariæ, qui quidem circa eandem ætatem viuebat, nimirùm paulò antequam Ædes ſacra euerteretur.

ר' יוסי בן חלוקה

היה בזמן ר' אליעזר ור' יהושע והוא חכם חשוב ואינו מן המשנה :

R. IOSE' BEN CHALVKA', fuit contemporaneus R. Elièzer, & R. Iehoſciùa, vir doctus & magnæ exiſtimationis, ſed de eo nulla memoria in *Miſcnà*.

ר' יוסי בן חלפתא

עיין ר' יוסי סתם:

R. IOSE' BEN CHELPETA'. Vide *R. Iosè Sethàm*.

ר' יוסי בר יהודה בר אלעאי

כמו נראה בסוף פרק קמא דעירובין במשנה היה חבירו של רבי :

R. IOSE' BAR IVDÆ BAR ELA'I, in *Miſcnà* abſolutè vocatur *Bar Iudæ*; *Rabbì* autem *Iudas* ſine addito, intelligitur de *R. Iuda Bar Elài*. Eius mentio fit multis in locis *Miſcnæ*; ſed præcipuè in Cod. *Eruuìn* cap. 1. circa finem Cod. *Peſachim* cap. 4. num. 6. Et *Bauà Metzijà* cap. 7. num 3. Fuit ſocius *Rabbènu Hakkadòſc* in Academia, vt dicit Auctor *Iuchaſsin* p. 62. b.

ר' יוסי בר יהודה איש כפר

הבבלי

הוא נזכר בפרק דאבות על דברי אלישע בן אבויה :

R. IOSE' BAR IVDÆ ISC CHEPHA'R HABBABLI' *Vir de Villa Babylonica*. Eius reperitur ſententia in cap. 4. num. 20. *Pirkè Auòth*, quæ videtur continuata ex dictis *Eliſai Ben Auuiàh*; & eſt huiuſmodi -

ר' יוסי בר יהודה איש כפר הבבלי אומר הלומד מן הקטנים למה הוא דומה לאוכל ענבים קיהות ושותה יין מגיתו והלומד מן הזקנים למה הוא דומה לאוכל ענבים בשולות ושותה יין ישן :

R. Iosè Bar Iudæ Iſc Chephàr Habbablì dicit: Qui diſcit à pueris, cui ſimilis eſt? Comedenti vuas acerbas, & bibenti vinum è Torculari. Et qui diſcit à Senioribus, cui ſimilis? Comedenti vuas maturas, & bibenti vinum vetus.

יוסי בן יוחנן איש ירושלם

חבירו של יוסי בן יועזר הכהן וידעת מחלקתם בזאת כי אמרו עליהם בטלו האשכולות ר"ל אנשים שהכל בהם :

IOSE' BEN IOCHANA'N ISC IERVSCIALA'IM *Vir Ieroſolymitanus*, ſocius *R. Iosè Ben Ioèzer Sacerdotis*, cum quo diſputat de impoſitione manuum ſuper animalia ſacrificanda in die feſto, An videlicet ſit licita, vel illicita: nec hactenus huiuſmodi lis deciſa eſt. In Cod. *Chaghighà* cap. 2. n. 2. in *Miſcnà* recenſentur ij, qui pro ſententia tam negatiua, quàm affirmatiua militant. Primi ſunt Principes Senatus; ſecundi ſunt Patres Domus Iudicij, primi Iudices; hinc quia hic noſter Iosè Ben Iochanàn inter ſecundos nominetur, ſequitur inde, quòd Pater Domus Iudicij fuerit. Ita *Bartenorà* ibidem. Poſt horum obitum, de eis dicere ſolebant -

בטלו

בטלו האשכולות *Batelù haëſcolòth Ceſſauerunt botri*, hoc eſt אנשים שהכל בהם *Anaſcìm ſcehacòl bahèm Viri, in quibus omnia erant*. Hinc horum Doctorum excellentia vtcumque percipi poteſt. De Ioſè Ben Iochanàn hæc præclara dicta leguntur in *Pirkè Auòth* cap, 1. num. 5.

יוסי בן יוחנן איש ירושלם אומר יהי ביתך פתוח לרוחב ויהיו עניים בני ביתך ואל תרבה שיחה עם האשה באשתו אמרו קל וחומר באשת חבירו מכאן אמרו חכמים כל זמן שאדם מרבה שיחה עם האשה גורם רעה לעצמו ובוטל מדברי תורה וסופו יורש לגיהנם :

Ioſè Ben Iochanàn Iſc Ieruſcialàim Vir Ieroſolymitanus dicit: Sit domus tua aperta ad latitudinem, & pauperes ſint filij domus tuæ. Neque multiplices verba cum muliere. Cum vxore ſua hoc dixerunt; quanto magis cum vxore proximi ſui? Hinc Sapientes dicunt: Quotieſcumque homo multiplicat ſermones cum muliere, adducit ſuper ſe mala, deuiat à Verbis Legis, & tandem hereditabit gehennam.

יוסי בן יועזר איש צרידה

חבירו של יוסי בן יוחנן איש ירושלם והוא נשיא וכהן וחסיד והוא תחלת הזוגות והיה עד זמן ינאי מלכא בפרקא יש נוחלין :

R. IOSE' BEN IOEZER ISC TZEREDA', ſocius τȣ̃ Ioſè Ben Iochanàn Iſc Ieruſcialàim, fuit Princeps, & Sacerdos, atque pius Vir. In eo cæpta fuit ſocietas duorum, qui Synedrio præſiderent, & Academiam regerent, quorum alter vocabatur, & erat נשיא *Naſsì Princeps*, & alter חביר *Chauèr Socius*, qui *Au Beth Din Pater Domus Iudicij* primus Senator in litibus decidendis erat. Hos ponit *Harauàd* in quarta generatione Tanaitarum ante Templi euerſionem. Vide librum Cabalæ ipſius. Auctor *Iuchaſsìn* pag: 61.b. dicit ex cap. יש נוחלין *Ieſc nochelin*, quòd peruenerit vſque ad tempora Iannài Regis, quod & ipſe miratur: nam omnes conueniunt, cum cum ſocio ſuo recepiſſe traditionem ab Antigono, & Simeone Iuſto, qui tempore Alexandri Magni Synagogam regebant initio Æræ Contractuum, anno videlicet mundi 3448. Iannài autem cæpit regnare anno mundi 3642. ſecundùm omnes Chronologos Iudæos cum R. Dauid Ganz. Ergo inter vtrumque tempus 194. annorum interceſſit. Quis vnquam mortalium audiuit quempiam per 200. annorum ſpatium, & ampliùs ita vegetem inter viuos habuiſſe ſenectutem, vt & Synedrium, & Scholæ Rectoratum regere, & alia munia in Repub. exercere potuerit? Connumerentur & iſta inter alia anachronica Talmudica. Huius Miſcnici Doctoris mentio non ſemel fit in *Miſcnà* viz, Cod. *Chaghighà* cap. 2. numero 2. Cod. *Eduijoch* cap. 8. num 4. & alibi. In libro *Pirkè Auòth* hæc, quæ ſequitur ſententia, de eo legitur c. 1. n. 4.

יוסי בן יועזר איש צרידה אומר יהי ביתך בית ועד לחכמים והוי מתאבק בעפר רגליהם והוי שותה בצמא את דבריהם :

Ioſè Ben Ioèzer Iſc Tzeredàh dicit: Sit domus tua domus congregationis pro Sapientibus, & puluere pedum ipſorum puluerulentũ te reddas; & ſitibundus illorum verba bibe.

ר' יוסי הכהן

שנקרא חסיד בפ' קמא דמסכת סוס· תלמיד רבי יוחנן בן זכאי ויודע בתרגבה ואין זה ר' יוסי הגלילי כאשר חשב בעל דורות עולם כי ר' יוסי הגלילי היה חביר ר' עקיבא: וכן כתב הרא"ש בפרק אלו נערות שהלכה כרבי עקיבא משום שרבי יוסי הגלילי חברו : ונזכר במשנה בעדיות פרק ח' לבד ;

R. IO-

והיו לו חמשה בנים חכמים ומת לו בן בחייו שמו. רבי חלפתא עיין ר' חלפתא אביו של יוסי :

R. IOSE' SETHA'M abſolutè, ipſe eſt *R. Ioſè Ben Chelpetà* ſocius R. Simeonis, R. Iudæ, R. Meir, & R. Eleazaris Ben Sciamùa Rabbinorum, qui ætate tertia poſt exuſtum Templum Academiam rexerunt, poſt annum Domini 120. vſque ad Rabbènu Hakkadòſc. Hic relegatus fuit ab Hadriano Cæſare in Tzippuri, quia ad laudes Romanorum tacuit. Vide *Ghemaram* capite 2. Cod. *Sciabbàth* pag. 33. b. Habuit quinque filios omnes Rabbinos; eo viuente, vnus ex his nomine Rabbì Chelpetà obijt. De hoc R. Ioſè admodum frequens fit memoria in *Miſcnà*, ſed ſine adiuncto nomine patris; vnde quando abſolutè ponitur *R. Ioſè*, intelligitur de *R. Ioſè Ben Chelpethà*. Exempla non afferuntur, quia obuia ſunt. Vide ſuprà in *R. Chelpetà patre R. Ioſè.*

ר' יוסי קטנותא

או קטונתה או קטנתה המכונה חסיד בירושלמי פ' המניח נקרא יוסי קטונתא ואומר כי הוא יוסי הבבלי יוסף בן יהודה חבר רבי ואם כן הוא מהמשנה ר' יוסי בן יהודה איש כפר הבבלי :

R. IOSE' KATNVTA', vel KATVNTA', aut KATANTHA', dictus PIVS, non ſatis liquet ex Talmude Babylonico quiſnam ille fuerit. In Ieroſolymitano cap. המניח Cod. *Bauà Kamà* pag. 3. col. 4. circa medium, dicitur, quòd Ioſè Katantà ſit *Ioſè Ben Iudæ*, ſiuè *Ioſè* הבבלי *Habbablì*. Si *Ioſè Katnutà* ſit Ioſè Ben Iudæ, ſocius Rabbì Meir, cuius mentio fit in *Miſcnà* ſub nomine *R. Ioſè Ben Iudæ Vir Chephàr Habbablì*, erit hic noſter R. Ioſè Katnutà iu-

יח

R. IOSE' HACCOHE'N SACERDOS cognomento *Pius* capite 1. Cod. *Sciabbàth*, diſcipulus R. Iochananis, alius tamen à Rabbì Ioſè Galilæo, quia Ioſè Galilæus fuit ſocius R. Akibæ, vt ſcribit Rab. Aſcèr in cap. אלו נערות *Elù naaròth* Cod. *Chetuuòth*. In *Miſcnà* eum ſemel tantùm nominatum reperimus, videlicet in Cod. *Eduijòth* cap. 8. num. 2. Volunt enim eum magnum fuiſſe Cabaliſtam in Cabala מרכבה *Marcheuæ Currus Dei*, videlicet illius, quem vidit Ezechiel, cuius excellentia narratur cap. 2. Cod. *Chaghighà*. Vide ſuprà in *R. Iochanàn Ben Zaccài*.

ר' יוסי בן חלפתא

עיין ר' יוסי סתם :

R. IOSE' BEN CHELPETHA'. Vide infrà *R. Ioſè Sethàm*.

ר' יוסי בן משולם

היה בזמן ר' שמעון בן אלעזר תלמיד ר' מאיר כי חולק עמו בפרק אלו טרפות וחולק עם זה גם במשנה פרק המעשרים ואם כן הוא היה קודם רבי :

R. IOSE' BEN MESCIVLLA'M in *Miſcnà* Cod. *Terumòth* cap. 4. num. 7. diſputat cum R. Elièzer, & R. Ieoſciùa, & in cap. 3. Cod. *Bechoròth* numero 3. ponitur poſt R. Simeonem Ben Gamlielis, & poſt R. Eliezarem Ben Iacobi. Et in Talmude cap. אלו טרפות referente Auctore *Iuchaſsin* pag. 62. b. diſputat cum R. Simeone Ben Eleazaris diſcipulo R. Meir. Hinc apparet, quòd hic Rabbinus fuerit tempore Rabbènu Hakkadòſc, circa annum Domini 160.

ר' יוסי סתם

הוא רבי יוסי בן חלפתא והיה חבירו של ר' שמעון ור' יהודה וגם של ר' מאיר ור' אלעזר בן שמוע :

dum iter faceret : cùm verò circa ſtudium Sacrarum literarum auro, & argento præ fereudũ contineat documentum, illud hic ex cap. 6. num. 9. Cod. *Pirkè Auòth* excerptum, exſcribere non pigebit. Itaq; *R. Iosè Ben Kiſmà* ita effatur:

ר׳ יוסי בן קיסמא פעם אחת הייתי מהלך בדרך ופגע לי אדם אחד ונתן לי שלום והחזרתי לו שלום אמר לי רבי מאיזה מקום אתה אמרתי לו מעיר גדולה של חכמים ושל סופרים אני אמר לי רבי רצונך שתדור עמנו במקומנו ואני אתן לך אלף אלפים דינרי זהב ואבנים טובות ומרגליות אמרתי לו בני אם אתה נותן לי כל כסף וזהב ואבנים טובות ומרגליות שבעולם איני דר אלא במקום תורה לפי שבשעת פטירתו של אדם אין מלוין אותו לא כסף ולא זהב ולא אבנים טובות ומרגליות אלא תורה ומעשים טובים בלבד שנאמר (משלי ו׳ : כ״ב :) בהתהלכך תנחה אותך בשכבך תשמור עליך והקיצות היא תשיחך : בהתהלכך תנחה אותך בעולם הזה בשכבך תשמור עליך בקבר והקיצות היא תשיחך לעולם הבא וכן כתוב בספר תילים על ידי דוד מלך ישראל (קי״ט : ע״ב) טוב לי תורת פיך מאלפי זהב וכסף ואומר (חגי ב׳ : ח׳ :) לי הכסף ולי הזהב אמר יהוה צבאות :

R. Iosè Ben Kiſmà (ait) *Aliquando iter facienti occurrit mihi quidam, & ſalutauit me: & ego reſtitui illi ſalutem. Qui ita me alloquitur : Vnde es tu ? Reſpondi, Ex Vrbe magna, Sapientibus, & Scribis referta, ego ſum. Subdit : Rabbì, Vis venire mecum ad habitandum nobiſcum in loco noſtro, & ego dabo tibi millia millium denariorum aureorum, lapides pretioſos, & margaritas? Reſpondi ei : Fili mi, ſi tu dares mihi omne argentum, & aurum, lapideſque pretioſos, & margaritas omnes, quæ ſunt in mundo, non ego habitarem alibi, quàm vbi datur opera ſtudio Legis; propterea quòd in hora diſceſſus hominis* (ex hoc mundo) *eum non aſſociant argentum, aut aurum, lapides*

iunior ipſo R. Meir. Et iſta tria nomina eundem Rabbinum ſignificabunt. Cur autem vocetur nomen eius קטונתא *Katuntà Minorennis* ? Reſp. *Ghemarà* Ieroſolymitana loco cit. שהיה קטן חסידים *Quoniam erat minimus inter pios*, ſeù religioſos viros. Rabbini autem, quibus in Talmude pietatis, & religionis virtus attribuitur, ſunt quatuor: *R. Iudas Bar Elài*, ſecundus, *R. Iudas Ben Babà*, tertius *R. Iosè Haccohèn Sacerdos*, & quartus eſt hic noſter, cum quo tota pietas, & religionis vmbra, ſi quæ ſuperfuerat in Iudaiſmo, eo mortuo, omninò à Synagoga euanuit, teſte *Miſcnà*, Codice *Sotà*, cap. 9. num. 15. vbi non admodum diuerſa à ſuperiori, huic voci קטנותא *Katnuthà*, traditur etymologia. Ita ſiquidem hic Rabbinus *Katnuthà* nuncupatur שהיה קטנותן של חסידים *Quia in eo fuit diminutus* (numerus) religioſorum, & eo mortuo פסקו חסידים *Euulſi ſunt pij*, id eſt *religioſi viri* omninò à Synagoga.

ר׳ יוסי בן קיסמא והיה בזמן הבית ואחריו ואוהב התורה ולא כסף וזהב ועליו נאמר בפרקי אבות פ״ו על זאת המשנה : ר׳ יוסי בן קיסמא פעם אחת וכו׳ :

R. IOSE' BEN KISMA' vidit euerſionem Templi : valdè dilexit ſtudium Legis, pretioſumque ei fuit ſuper aurum, & argentum, ſed ex eo tempus aduentus Meſſię neſciuit agnoſcere, cùm iam natus fuiſſet, paſſus, mortuus, & à mortuis reſurrexiſſet, quæ omnia ab eo videri, vel ab alijs teſtimonium perhibentibus de viſu, doceri potuerit; & nihilominus in incredulitate firmatus, ſignum aduentus Meſſiæ aſſignare non erubuit, teſte *Iuchaſsìn* pag. 62. De eo narratur, quod ei aliquando occurrerat,

R. IOE'ZER ISC HABBIRA' vnus ex diſcipulis Scholæ Sciammài, cuius meminit *Miſcnà* Cod. *Orlà* cap. 2. num. 12. *R. Ioèzer &c.* dixit: *Petij à Rabbàn Gamliele Seniore, qui ſtabat in Porta Orientali &c.*

ר׳ ינאי הוא קדמון ובניו תנאים ר׳ דוסתאי בר ינאי ורבי אלעזר בר ינאי ואל יעלה בדעתך כי זה רבי ינאי רבו של רבי יוחנן כי הוא מהאמוראים שלאחריהם וזה היה בזמן רבי עקיבא ורבי מאיר :

R. IANNA'I antiquus Tanaita, habuit duos doctos filios *R. Doſtài Bar Iannài*, de quo ſuprà: & *R. Eleàzar Bar Iannài*, cuius meminit *Iuchaſsin* pag. 61. Neque putandum, hunc Rabbì Iannài eſſe illum, qui fuerat Magiſter R. Iochanàn, quia hic Magiſter R. Iochanàn inter Amoraitas refertur, & vocabatur R. Iannài Rabbà. Rabbì autem Iannài, de quo modò loquimur, eſt Tanaita, contemporaneus R. Akibæ, & R. Meir, & in *Miſcnà* eius mentio fit in *Pirkè Auòth* cap. 4. n. 15. vbi de animi tranquillitate non perturbanda hæc breuis ſententia ab eo profertur -

ר׳ ינאי אומר אין בידינו לא משלות הרשעים ואף לא מיסורי הצדיקים :

R. Iannài dicit: Non eſt in noſtra poteſtate impiorum quieti obſiſtere, neque iuſtorum tribulationibus obuiare.

ר׳ יעקב עדיין נשאר לי ספק אם הוא בן בתו של אלישע אחר שהכחיש בכל מקום חיי העולם הבא או אם הוא אביו של רבי אליעזר בן יעקב ; או אם ר׳ יעקב דכפר חטיא תלמיד רבי עקיבא ; ויש אומרים כי ר׳ יעקב סתם הוא ר׳ יעקב רבו של ר׳ יהודה הנשיא כמו נראה בסוף פרק ראשון דביצה׳ דף י״ד : עמוד ב׳ ; ונרא׳ כי הוא האמור באבות פ׳ ד׳ מדבר בענין בחיי העה״ז :

R. IACOB. Dubitatur an ſit filius

des pretioſi, & margaritæ, ſed ſolùm Lex, & opera bona S. D. (Prou. 6. 22.) In ambulando te, ducet te; in dormiendo te, cuſtodiet te; cùm expergefactus fueris, ipſa alloquetur te. *In ambulando te, ducet te in hoc mundo; in dormiendo te in ſepulchro; & cùm expergefactus fueris, ipſa alloquetur te in ſeculo futuro. Et ſic ſcriptum eſt in libro Pſalmorum per manus Dauid Regis Iſrael* (Pſal. 119. 72.) Bonum mihi Lex oris tui, ſuper millia auri, & argenti. *Et alius dicit* (Aggæi 2. 8.) Mihi eſt argentum, & mihi eſt aurum, dixit Dominus exercituum. Hic Rabbinus adhuc ſupererat, & interfuit altercationi R. Eleazaris cum R. Iosè, quando in Synagoga Tiberienſi ita efferbuit animus vtriuſque Rabbini, vt præ indignatione lacerarent ס״ת *Sèpher Thorà Librum Legis*. Hæc eſt magna reuerentia, quam docent Rabbini exhibendam eſſe libro Legis Moſaicæ. Vide Cod. *Ieuamòth* cap. 10. האשה pag. 96. b. non longè à fine.

ר׳ יוסף הכהן נזכר במשנה מסכת חלה פרק ד׳ סימן י״א ;

R. IOSE'PH HACCOHE'N SACERDOS. Eius meminit *Miſcnà* Cod. *Chalà* cap. 4. num. 11. Hic adduxit primitias vini, & olei, & noluerunt eas recipere. Etiam aſcendere fecit filios, & vernaculos domus ſuæ in Ieruſalem, vt paruum Paſcha celebrarent, & eos remiſerunt, ne hoc in exemplum traheretur.

ר׳ יועזר איש הבירה מתלמידי בית שמאי והוא נזכר בפרק ב׳ דערלה במשנה ואמר שאלתי את רבן גמליאל הזקן עומד בשער המזרח וכו׳ :

R. IACOB BEN KORSCIA'I: Huius meminit Auctor *Iuchaſsin* pag. 63. in principio paginæ; eumque refert inter Tanaitas.

ר׳ יקים איש הדר הוא בזמן רבי יהושע כמו״ דעדיות :

R. IAKI'M ISC HADDA'D, ſeù הדיד HADDI'D, ſynchronus R. Ioſuè Ben Chananiæ, vt videre eſt Cod. *Eduijòth* cap. 7. num. 5. Viuebat circa annum Domini 50.

ר׳ ישבאב הסופר חבירו של רבי עקיבא ונזכר בחולין פרק ב׳ : והוא מי׳ הרוגי מלכות והרגוהו בזמן ק״ש כשהוא אומר ועשו להם ציצית והיה בתענית והשליכוהו לכלבים ולא הוספד ולא הוקבר :

R. ISCBAB SCRIBA ſocius R. Akibæ, fuit vnus ex decem interfectis à Regno; ſub Hadriano Imperatore occiſus eſt, tempore lectionis שמע *Sciemà Audi Iſraël &c.* dum illa verba pronunciaret ועשו להם ציצית *Et facient ſibi fimbriam*, in ieiunio; & proiecerunt eum canibus; ſine luctu, & ſine ſepultura cadauer eius permanſit. Eius nomen memoratur in *Miſcnà*, Cod. *Cholìn* cap. 2. num. 4.

ר׳ ישמעאל היה חבירו ר׳ עקיבא כמו שאמר בעל ספר דורות עולם ולא תלמיד ר׳ עקיבא כמו נזכר הרמב״ם ואם הוא כהן ככר בשאר הדבר בספק : ויש ר׳ ישמעאל דרש י״ב מדות שהתורה נדרשת בתחלת תורת כהנים והוא עשה ספר עולם שמות עד סוף התורה נקרא מכילתא : ונזכר באבות פרק ג׳ : סימן י״ב : ובתרומות ד׳ : ה׳ : והוא היה בעל פותר חלומות :

R. ISMAE'L ſocius R. Akibæ iuxta ſententiam Auctoris *Doròth Olàm*, & non diſcipulus ipſius, vt putat *Harram.* lius filiæ R. Eliſcià Achèr, qui vbique locorum loquitur de vita futuri ſeculi, eamque confirmat; An verò ſit pater R. Eliezaris Ben Iacobi; vel R. Iacob de Chephàr Chatià diſcipulus R. Akibæ. Sunt qui dicunt: quòd R. Iacob abſolutè poſitus ſit Magiſter Iudæ Principis, id eſt רבינו Rabbènu Hakkadòſc, vt ex cap. 1. Cod. *Ghittìn* circa finem colligere exiſtimant. Non tamen videtur improbabile, R. Iacobum, cuius ſententia habetur in cap. 4. num. 16. Cod. *Pirkè Auòth* eſſe filium filiæ R. Eliſcià Achèr, quia & de futuri ſeculi vita egregiè loquitur hoc modo -

ר׳ יעקב אומר העולם הזה דומה לפרוזדור בפני העולם הבא התקן עצמך בפרוזדור כדי שתכנס לטרקלין:

R. Iacob dicit: Mundus hic ſimilis eſt Veſtibulo coram mundo futuro: præpara te in veſtibulo, vt poſſis ingredi in triclinium.

הוא היה אומר יפה שעה אחת בתשובה ומעשים טובים בעולם הזה מכל חיי העולם הבא ויפה שעה אחת של קורת רוח בעולם הבא מכל חיי העולם הזה:

Ipſe dicebat: Meliùs eſt momentum pœnitentiæ, & bonorum operum in hoc mundo, quàm ſit vniuerſa vita ſeculi futuri. Et meliùs eſt vnicum momentum refrigerij animi in ſeculo futuro, quàm tota vita ſæculi præſentis. Præfert pœnitentiam, & opera bona vitæ æternæ, quia hæc poſſideri non poteſt ſine pœnitentia, & bonis operibus. *Non (enim) intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium.* Apocal. 21. 27.

ר׳ יעקב בן קורשאי והוא הוזכר ביוחסין דף ס״ג בתחלת הדף :

Imperatoris, non tempore Ædis ſecundæ, vt aliqui putant, ſed poſt euerſum Templum, ſicut prolixè, & plenè probat Auctor *Iuchaſsin* pag. 25. b. contra R. Abrahamum Ben Dauid, & alios. Cauſa, cur fuerit interfectus, non liquet ex Talmude, quod ſciam Commentator tamen Cod. *Auodà Zarà* cap. 1. propter venuſtatem vultus huius Rabbini fuiſſe interfectum autumat. Vidit hanc formoſitatem Imperatoris filia, inuidia, vel in Iudæos odio agitata, obtinuit à patre vt interficeretur. Verba Commentatoris pagina 11. b. ſunt -

ומתוך יופיו נכנס בלב בת קיסר שהפשיטו עור פניו וחנטה אותו באפרסמון שתהא מקויימת ולא משונת ותיתה מונחת בגנזי רומא :

Propter venuſtatem vultus, iuſſit Cæſaris filia excoriari pellem vultus eius, eamque condiuit balſamo, vt permaneret, & non mutaretur, eamque Romæ inter theſauros reſeruauit. Ita R. Sal. ad locum Talmudis, vbi de quodam feſto à Romanis ſingulis 70. annis celebrato loquitur, in quo virum robuſtum, & corpore incolumem equitare iubebant ſuper hominem debilem, & claudum; volentes per hoc innuere עדיין עשו שליט על יעקב: *Quòd adhuc Eſau dominaretur in Iacob*, videlicet Romani fortes in Iudæos debiles. Hunc virum Romanos ſignificantem induebant veſtibus pretioſis, quibus olim primus noſter pater Adam indutus fuerat, & quas Eſau tamquam primogenitus, iure hereditario à Iacobo ſibi vendicauerat, & Romani à patre ſuo Eſau (volunt enim Romanos eſſe filios Eſau) eodem iure acceperant. Hiſce pretioſis veſtibus indutum, *eidem* ומניחין לו בראשו קרקיפלו של ר' ישמעאל : *imponebant ſuper caput ipſius cutem cranij*

rambàm; quia quando vterque nominatur in *Miſcnà* primus locus datur R. Iſmaëli, quod eſt æqualitatis Magiſterij ſignum, & non diſcipulatus, vt in Codice *Therumòth* cap. 4. num. 5. Edidit hic Auctor -

שלש עשרה מדות שהתורה נדרשת *Tredecim regulas interpretandi Legem*, quæ habentur in initio libri ספרא *Siphrà*. Scripſit -

Commentarium תורת כהנים *Thorath Cohanìm* in *Legem Sacerdotum*, hoc eſt in Leuiticum, & eſt ipſemet lib. *Siphrà*.

Compoſuit etiam ex toto, vel maiori ex parte Commentarium in Exodum à cap. 12. vſque ad caput 35. eiuſdem libri, quem vocauit -

מכילתא *Mechiltà*, de qua ſuprà in II. Parte pag. 781. col. 2. nonnulla dixi. Fuit interpres ſomniorum, vt dicit Auctor *Iuchaſs.* pag. 63. Et hanc breuem, ſed grauem, & morigeratam ſententiam docuiſſe, dicit Compilator *Capitulorum Patrum* capite 3. numero 12. -

ר' ישמעאל אומר הוי קל לראש ונוח לתשחורת והוי מקבל את כל האדם בשמחה :

R. Iſmaël dicit: Humilia teipſum coram maiore; inter iuuenes ſerius eſto; & omnes recipito cum lætitia.

ר' ישמעאל בן אלישע כהן גדול

קבל הקבלה של נחוניה בן הקנה כמו שכתב בספר שלשלת הקבלה דף כ"ט והוא מעשרה הרוגי מלכות והפשיטו עור קרקפלו בחיים מפני יופיו ונתנו בראש מלכים כמו שנאמר בפרק כסוי בחולין בגמרא :

R. ISMAE'L BEN ELISCIA'A SACERDOS MAGNVS recepit Cabalam, ſeú oralem traditionem à R. Nechunià Ben Hakkanà, teſte Auctore libri *Scialſcèleth Hakkabalà* pag. 29. Fuit vnus ex decem interfectis iuſſu Romani

R. Iſmaëlis. Gloſſa: *R. Iſmaëlis Ben Eliſciàa Sacerdotis Magni interfecti à Regno*. Idem tranſcriptum eſt in *En Iſraël* Par. II. cap. eodem, pagina 153. col. 4. num. 28. Præclarum pilei genus ex cute humani capitis efformati effingunt Romanis Viris Rabbini; & quidem non vnicum, quod ad ſpeciem pretioſi indumenti ob tanti Rabbini memoriam inter cimelia, & gazas reſeruatur. Enimuerò huiuſce generis indumentum in vſu fuiſſe apud Romanos, præcipuè inter milites, probant ex *Ghemarà* Cod. חולין cap. 9. pag. 123. non longè à principio, vbi domus, quas legionum milites proficiſcentes, ingreſſi fuiſſent, pollutas eſſe decernebant, quia ſuſpicabantur, milites habuiſſe pileos ex cute humani capitis effictos, שאין לך כל לגיון ולגיון שאין לו כמה קרקפלין ואל תתמה שהרי קרקפלו של רבי ישמעאל מונח בראש מלכים: *Quia non eſt legio* (inquit Ghemarà) *quin in ea multi pilei ex cute humani capitis efformati reperiantur; nec tibi mirum videatur; quia cutem cranij R. Iſmaëlis ſuper caput Regum imponunt*. Hactenus Ghemaræ ſtultitia de cute cranei R. Iſmaëlis, cuius non raro fit mentio in *Miſcnà*.

ר' ישמעאל בנו של ר' יוחנן בן ברוקה

הוא חבירו של רבינו הקדוש בזמן רשב״ג אביו עם רבי חנינא בנו של רבי יוסי הגלילי:

R. ISMAE'L *filius filij R. Iochanàn Ben Berukàh* fuit ſocius Rabbènu Hakkadòſc tempore R. Simeonis Ben Gamlielis patris ſui, vnà cùm R. Chaninà Ben Ioſè Haggalilì Galilæi. Huius Rabbini in *Pirkè Auòth*, hæc, quæ hìc tranſcribitur, ſententia reperitur -

ר' ישמעאל בן ר' יוחנן אומר הלומד על מנת ללמד

מספיקין בידו ללמוד וללמד. והלומד על מנת לעשות מספיקין בידו ללמוד וללמד לשמור ולעשות:

R. Iſmaël Ben R. Iochanàn Ben Berukà dicit: Qui diſcit, vt doceat; ſuppeditant ei (cælites neceſſaria) *vt diſcat, & doceat. Qui verò diſcit, vt faciat; ſuppeditant ei, vt diſcat, & doceat, cuſtodiat, & faciat*. cap. 4. num. 5.

ר' ישמעאל בן רבי יוסי בן חלפתא

הוא היה הראשון לחמשה אחיו והיה שוטר המלך ואחר כך היה חברו של רבי וכן היה חבירו של רבי אלעזר ברבי שמעון: אמן וכבר היה יותר מרבי אלעזר עד שאמרו כי היה איבריו כחמת בת ט' קבין: והוא נזכר במשנה פרק בא סימן:

R. ISMAE'L BEN R. IOSE' BEN CHELPATHA' maior natu ex quinque fratribus ſatellitiam artem exercebat, quam hortatu Eliæ Prophetæ (quem ei apparuiſſe iactant) deſeruit. Poſtea ad Legis ſtudiũ incumbens adeò profecit, vt ſocius Rabbènu Hakkadòſc in Academiæ Rectoratu adhiberetur, & à quo vnicè diligebatur. Subinde eumdem ſocij officium exercuit ſub Rectore Eleazare Ben R. Simeonis Ben Iochài, cuius corporis obeſitas celebratur in *Ghemarà* Cod. *Auodà Zarà* cap. 5. & nos eam retulimus ſuprà Par I. pagina 226. col. 2. ſed pudendi huius noſtri Rabbini infamis enormitas (parcant pudicæ aures pudori Rabbinico) tanta fuit, vt כחמת בת ט' קבין *Vtris nouem caborum æquaretur magnitudini*. Cabus enim menſura eſt ſecundùm Ràu Alphès *de Paſchate* capite 5. continens viginti quatuor oua; & licet Rabbènu Barùch conetur hunc Talmudicum obſcœniſſimum commentum vtcumque ad mores reducere: ſed eò peiùs animali, quo eis veſci non licèt, in luto ſuarum obſcœnita-

R. ISMAE'L BEN פיאבי PHE-ABI' SACERDOS MAGNVS tempore ſecundæ Ædis, vbi Sacerdotio functus eſt decem annis, & Vitulam rufam vnam tantummodo fecit, Codice *Parà* cap. 3. n. 5. Quo mortuo בטל זיו הכהונה *Euanuit ſplendor Sacerdotij*. Codice *Sotà* cap. vltimo, num. 15. in *Miſcnà*.

ר' לויטס איש יבנה

נזכר בפרק ד' דאבות והוא איש דשם ביבנה עיר החכמים והיה קודם רבי אליעזר הגדול שהזכיר אותו בפרקיו פרק נ״ב : במופת השלישי : כמו שכתב שלשת אלפים ת״ת ליצירה :

R. LEVITA'S ISC IAVNE' *Vir Iauneita*, quia notiſſimus, & inſignis fuit inter Sapientes huius Vrbis. Floruit paulò poſt mortem Domini circa annum eiuſdem Dom. 40. videlicet mundi 3800. Eius meminit R. Elièzer magnus in ſuis *Perakim* cap. 52. *Miraculo tertio*, vbi dicit, quòd canities in mundo nulla fuerit vſque ad Abrahamum Patriarcham; vnde mirati ſunt omnes, quando eum canũ viderunt, cùm numquam quid tale antea vidiſſent: quia dicitur אברהם זקן בא בימים *Abraham ſenex venit in diebus*. Gen. 24. 1. In laudem verò canitiei hic item R. Leuitàs hoc modo ibidem effatur -

ר' לויטס איש יבנה אומר ככתר שהוא הדור בראשו של מלך כך השיבה הדר וכבוד לזקנים שנאמר (משלי כ' : כ״ט) תפארת בחורים כחם והדר זקנים שיבה :

R. Leuitàs Vir Iaunenſis dicit: Sicuti corona eſt ornamentum in capite Regis; ita quoquè canities eſt decus, & gloria ſenum, S. D. (Prou. 20. 29.) Gloria iuuenum eſt robur eorum; & decor ſenum eſt canities.

Hinc quia R. Elièzer viuebat anno 73. ætatis Chriſti, nempè mundi 3833.

tatum iſte nobiliſſimus Commentator volutatur. Quid ni? Nonne ſubtilis, & moralis commentatio eſt illorum auctorum, qui in vnum congregati Talmudi additiones addiderunt, & תוספות *Thoſaphòth* nuncuparunt? Hi enim, referente Auctore *Iuchaſ.* pag. 48. b. prope fin. hunc locũ hiſce verbis leniunt -

אלו הדברים נכתבו שלא להוציא לעז על בני אדם שהם כך *Iſta* (ad hunc finem) *ſcripta ſunt, ne homines eos irrideant, quos talia* (fortaſſe monſtroſa membra) *habere contingit*. Moralitas planè Rabbinica! Sed ad noſtrum Iſmaëlem redeamus. Eius memoria reperitur in *Miſcnà* Cod. *Niddà* c. 6. num. 12. & in *Pirkè Auòth* c. 4. n. 7. non contemnenda documenta quędam nobis reliquit, quæ ſunt -

ר' ישמעאל ברבי יוסי אומר החושך עצמו מן הדין פורק ממנו איבה וגזל ושבועת הוא והגס לבו בהוראה שוטה רשע וגס רוח :

R. Iſmaël Berabbi Iosè inquit: Qui abſtinet à iudicio ferendo (inter partes) *exonerat ſeipſum inimicitia, fraude, & falſo iuramento; & qui eleuat cor ſuum, oſtendit ſe eſſe ſtultum, impium, & ſuperbum*. Et ſequitur -

הוא היה אומר אל תהי דן יחידי שאין דן יחידי אלא אחד ואל תאמר קבלו דעתי שהן רשאין ולא אתה :

Ipſe ſolebat dicere: Non ſis vnicus Iudex (in iudicando) *ſed vnus* (ex tribus Iudicibus). *Neque dicas* (litigantes) *conſtituerunt me Iudicem, quia ipſi hoc facere poſſunt, ſed non tu* (debes hoc permittere, aut acceptare).

ר' ישמעאל בן פיאבי כהן גדול

משמת בטלה זיו הכהונה בפרק עגלה ערופה : והיה כהן גדול עשר שנים ועשה פרה אחת :

vt in I. Par. notaui pag. 186. inde conijcitur, quòd hic Auctor prior R. Eliezeris fuerit ætate. Aliam item ſententiam pronunciauit, quam habes in *Pirkè Auòth* capite 4. numero 4. & eſt.

ר' לויטס איש יבנה אומר מאד מאד הוי שפל רוח שתקות אנוש רמה :

R. Leuitàs Iſc Iaunè inquit: Eſto humilis ſpiritu nimis valdè; quia hominis expectatio, eſt Vermis, per quem hominis cadauer in puluerem reducitur.

ר' מאיר ונקרא גם כן רבי מאישה והוא מזרע נירון השר הגדול של קיסר ששלחו קיסר להחריב ירושלם קודם ששלח לאספסיינוס ואמרו כי הוא שאל פסוק לתינוק ואמר ונתתי את נקמתי באדום (יחזקאל כ"ה : י"ד) ואמר כמה קודשא בריך הוא לאחריבו ביתיה ובעא לכפורי ידיה בההוא גברא ובתגייר ויצא ממנו זה ר' מאיר שהיה בראשונים תלמיד ר' עקיבא ועוד היה רבו אלישע בן אבויה הנקרא אחר כי כופר בתורה ועל כן בשלוקות לא היה הלכה כר' מאיר אף על פי כן שהוא היה לבלר כ"ל סופר כמו נחום חלבלר והיה יודע כל התורה בדקדוק על פה והלכה כרבי מאיר בגזרותיו אבל לא במחלוקותיו ומכריזין עליו ברקיע הוספה כרבי מאיר . ובמשנה רבי מאיר היה עושה לו רפואה ר' שמעון בר אלעזר תלמידו . ואשתו היה ברוריה החכמה וכל מעשה ברוריה בתחלת מסכת ע"ז ובמעשה אשתו ירד לבבל מפני הבושה של אשתו : והיה איש יפה תואר : ונסמך מרבי עקיבא ולא קבלוהו מפני דקטן הוא ואחר כך סמכו ר' יהודה בן בבא עם ה' זקנים חביריו של ר' מאיר : ועם ר' מאיר קודם ר' יהודה ור' יוסי חבירו וכמה דורות היה אחר החורבן ר' מאיר תלמיד ר' עקיבא תלמיד ר' אליעזר ורבי אליעזר תלמיד רבן יוחנן בן זכאי שבימיו נחרב הבית :

R. MEIR inſignis Doctor Miſcnicus ex genere Proſelytorum; volunt eum fuiſſe ex poſteris cuiuſdam Principis exercitus Romanorum nomine Neronis, qui ad delendam Ieroſolymam miſſus fuerat ante Veſpaſianũ; ſed cùm puerum legentem illa verba Ezech. ונתתי את נקמתי באדום ביד עמי ישראל : *Et dabo vltionem meam in Edom per manum populi mei Iſraël* (Ezech. 25. 14.) audiuiſſet, veritus ne in caput ſuum Vrbis deſolatio verteretur, abſtinuit à pugna, & Romanorum exercitus derelicto ducatu, ad caſtra Iudæorum tranſiuit, factuſque eſt Proſelytus. Ita *Iuchaſsin* pag. 63. b. Samuèl autem Sciullam in Annotatiunculis ſuis ad eundem librum pag. 40. iniurijs afficit noſtros Auctores, qui rident fabuloſas iſtas hiſtorias Talmudicas: nam in Cod. *Ghittin* cap. 5. חנזקים pag. 56. circa med. & refertur in *En Iſraël* Par. II. loco cit. pag. 27. col. 2. n. 17. narratur plenè quod ſummatim innuimus: quomodo Nero Cæſar expeditionem ſuſceperat contra Ieruſalem, & cùm appropinquaret Ciuitati, emiſit ſagittam Orientem verſus, & cecidit intra Ieruſalem, ſic fecit ad Occidentem, & ad reliquas mundi partes, & ſemper ſagitta intra Ieruſalem immiſſa eſt, ex quo intellexit, eſſe Dei voluntatem, vt Ieruſalem deſtrueretur, audiuit tamen à puero legente locum Ezechielis, daturam vltionem Deum contra Edom, dixitque: *Deus feſtinat deſtruere Domum ſuam, & accelerat abſtergere manus ſuas in virum illum*, (i. e. refundere vult delictum in Edom). *Aufugit* (Nero) *abijt, & Proſelytus factus eſt, & ex eo egreſſus eſt R. Meir*. Hactenus *Ghemarà*. Ex qua euidenter oſtenditur, Neronem Cæſarem à Senatu miſſum contra Ieruſalem, vt hæc *Ghemaræ* verba oſtendunt שדר עלוויהו לנירון קיסר *Miſit* (puta Romanorum Senatus) *contra* (Iudæos) *Neronem Cæſarem*. Eodem modo legit R. Dauid Ganz pagina 179. ex verſione Vorſtij. Eadem phraſi vtitur *Ghemarà*, in expeditione Veſpaſiani Cæſaris (vt ipſi volunt) ſtatim ibidem שדרים עילוויהו לאספסיינוס קיסר וכו' : *Mi-*

ſpecialiùs librum indicat, vt de fuga Neronis certi ſiamus. Citat *Auguſtinum magnum Presbyterum*, per quem certè intelligit S. Auguſtinum Eccleſiæ Doctorem, ſed locum non indicat. Auguſtinus quidem lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 19. de Nerone loquitur, & refert opinionem quorundam, qui propter primam perſecutionem Eccleſiæ Chriſtianæ à Nerone illatam, illud quod Apoſtol. ad Theſſ de Antichriſto ſcribit ep. 2. c. 2. v. 7. *Iam enim myſterium iniquitatis operatur*, Neronem voluerint intelligi, cuius opera iam facta velut Antichriſti videbantur. *Vnde* (inquit Auguſtinus) *nonnulli ipſum reſurrecturum, & futurum Antichriſtum ſuſpicantur. Alij verò, nec eum occiſum putant, ſed ſubtractum potiùs, vt putaretur occiſus: & viuum occultari in vigore ipſius ætatis, in qua fuit, cùm crederetur extinctus, donec ſuo tempore reueletur, & reſtituatur in Regnum. Sed* (ſubiungit S. Doctor) *multum mihi mira eſt hæc opinantium tanta præſumptio*. Hæc erat quorundam antiquorum opinio de Nerone, quam Sanctus Auguſtinus refellit, & Samuel Sciullàm verba Auguſtini non intelligens, putat *Auguſtinum* dicere, Neronem Cæſarem יחיה *victurum*, & ſtatim lacuna relicta, fortaſſis per hoc ſpatium indicare volens, Neronem recepiſſe Chriſtianam fidem, & poſtea eam deſeruiſſe, quia dictiones, quibus repleri poterat, ita explicat רוצה לומר הפך דתם *Vult dicere: Mutauit Legem eorum*, id eſt apoſtatauit à fide. Sed mirum non eſt, Sciullàm non intellexiſſe Auguſtinum, vel eum non legiſſe, cùm ſuum Talmudem aut non legerit, aut non intellexerit, cùm tam fœdè eum deprauauerit

Miſerunt (Romani) *contra eos* (Iudæos) *Veſpaſianum Cæſarem &c.* At Auctor *Iuchaſsin* Ghemaram interpretatur, dicitque hunc Neronem fuiſſe השר הגדול של קיסר ששלחו קיסר להחריב בירושלם קודם ששלח לאספסיינוס, *Principem magnum Cæſaris, quem Cæſar miſerat ad deſolandam Ieroſolymam, antequam miſiſſet Veſpaſianum.* pag. 63. b. Sed *Sciullàm* in animaduerſione ſua pag. 40. ſuprà cit. reſpondens ad argumenta noſtrorum Auctorum, qui hanc fabulam improbant, Ghemaram deprauat his verbis.

כי לא אמר בגיטין נירון קיסר רק נירון שר צבאו
ואיפשר שזה נתגייר: אחר כך ראיתי בספר זכרון דיי
המלכים העשוי אחר כך וזמן רב שקצתם אמרו שמת
נירון קיסר וקצתם אמרו שברח ולא נודע מקומו אף
ע׳ שאמר אגוסטין הכומר הגדול שנירון קיסר יחיה,
רוצה לומר הפך דתם.

Quoniam non dicitur in Ghittìn, Nero Cæſar, ſed Nero Princeps exercitus eius. Et poſſibile eſt, quòd iſte ſit factus Proſelytus. Deinde vidi librum de vitis Imperatorum longè ab hoc tempore compoſitum, quòd nonnulli eorum dicunt, mortuum quidem fuiſſe Neronem Cæſarem; alij verò aufugiſſe, nec cognitum eſſe locum, quo ſe receperat. Quin & Auguſtinus Presbyter magnus dicit: Quòd Nero Cæſar viuat - - - - hoc eſt mutauerit Legem eorum. Ita iſte egregius ſui Talmudis deprauator; & cùm dicat: *Miſit* (puta S. P. Q. R.) *contra eum* (ſcilicet populum Iudaicum) *Neronem Cæſarem*; iſte perfricta fronte ſcribit: *Non dicit* (Talmud: Miſit) *Neronem Cæſarem, ſed Neronem Principem exercitus eius*, corruptor, & impudens Auctor, qui Talmudem fortaſſe non vidit. Citat librum de Vitis Imperatorum (vt ipſe aſſerit) ſed Auctorem illius non nominat, neque

ua-

4. *R. Simeonem*, & 5. *Ràu Auià*, alij addunt *R. Nechemiàh*. Quod ſi ita eſt, diſtinctus eſt R. Meir à R. Nechemiàh: nam aliqui vtrumque confundunt, & eumdem Rabbinum faciunt. Horum tamen diſtinctio ex communi illa loquendi formula, & vniuerſali regula apparet, qua dicitur סתם רבי מתניתין רבי מאיר סתם בתוספתא רבי נחמיה ׃ *Rabbì abſolutè poſitus in Miſcnà intelligitur R. Meir; abſolutè poſitus in Toſaphtà eſt R. Nehemiàh.* Alij confundunt hunc Rabbinũ non ſolùm cum R. Nehemiàh, ſed etiam cum R. Nehoràì, & conſequenter cũ R. Eleàzar Ben Aràch, quia legitur capite חבית in *Ghemarà* pag. 147. b. longè à fine –

לא רבי נהוריא שמו אלא רבי נחמיא שמו ואמרי לה רבי אלעזר בן ערך שמו ולמה נקרא שמו רבי נהוראי שמנהיר עיני חכמים בהלכה ׃

Nomen R. Nehoràì, non eſt Nehoràì, ſed R. Nechemià eſt nomen ſuum; & dixerunt: R. Eleàzar Ben Aràch eſt nomen ſuum. Et quare vocatur eius nomen R. Nehoràì, quoniam illuminare facit oculos Sapientium in lectione (Talmudica). Ex hoc loco habetur, quòd R. Nechemià ſit ipſemet R. Nehoràì, ſic vocatus, quia *illuminare facit &c.* Hoc idipſum dicitur de R. Meir, qui alio nomine vocabatur מיאשה *Meiſciàh*, vnde capite 1. Codicis *Eruuìn* dicitur לא ר׳ מאיר שמו אלא רבי מיאשה ונקרא ר׳ מאיר שהיה מאיר עיני חכמים בהלכה, *Non R Meir eſt nomen eius, ſed R. Meiſciàh; atqui vocatur R. Meir, quoniam illuminabat oculos Sapientum in lectione Talmudica*. Ex etymologia nominum נהוראי *Nehoràì*, & מאיר *Meir*, ab אורה *Orà Luce* deducta exiſtimant vnum eſſe hominem diuerſis cognominibus appellatum, neque ex cognominibus, quæ communia ſunt pluribus, vt ſauerit, vt oſtenſum eſt. Nos de morte Neronis Cæſaris Suetonium Tranquillum adducimus, qui eam cum funere ſplendidè peracto cap. 49. & 50. luculenter deſcribit, eumque (ait) *Domitiorum monumento condiderunt, quod proſpicitur è Campo Martio impoſitum colle hortulorum.* Verùm noſtra parùm refert, an Nero Cæſar, an alius quiſpiam Romani exercitus Princeps Nero nomine, factus ſit recutitus, & ex eius poſteris natus ſit R. Meir. Hanc tñ cenſuram addidimus, vt pius, & prudens Lector videat, quàm varij ſint, & inconſtantes in ſuis hiſtorijs texendis Iudæi, in quibus niſi fabularum congeriem immiſceant, pulchritudinem hiſtoriæ ſe habere non putant. Itaque volunt, Rabbì Meir fuiſſe de ſtirpe Imperiali, vel ſaltem de familia Romanorum nobiliſſima natum, & poſt Templi excidium ætate tertia floruiſſe, quia cap. 1. Cod. ראש השנה *Roſc Haſcianà* dicitur –

ר׳ מאיר כמה דורות אחר החרבן רבי מאיר תלמיד ר׳ עקיבא ורבי עקיבה תלמיד ר׳ אליעזר ורבי אליעזר תלמיד רבן יוחנן בן זכאי שבימיו נחרב הבית וכו׳ ׃

R. Meir, qua generatione poſt exuſtum Templum floruit? R. Meir fuit diſcipulus R. Akiba; R. Akibà fuit diſcipulus R. Eliezaris; R. Elièzer fuit diſcipulus R. Iochanàn Ben Zaccài, cuius ætate fuit diruta Domus ſancta &c. primò ſub Magiſterio R. Akibæ, à quo cùm adhuc puer eſſet Chirotoniam regendæ, & adminiſtrandæ iuſtitiæ ſuſcepit, ſed illum non receperunt propter iuuenilem ætatem Cod. *Sanhedrìn* cap. 1. Quare ſubinde alios quinque Rabbinos per eandem manuum impoſitionem ordinauit, nempè 1. *R. Iosè*, 2. *R. Eleazarem Ben Sciamùa*. 3. *R. Iudam Bar Elài*,

Rabbini Meir in *Miſcnà* ſunt potiſſimū *R. Iudas*, *R. Scimòn*, & *R. Scimòn Ben Gamlielis*, pro R. Iuda intelligitur R. Iudas Ben R. Elài, & pro R. Scimòn R. Scimòn Ben Iochài; horum tamen dicta ſemper præualent dictis R. Meir, & *Halachà* eſt ſecundùm eos. Ex ætate horum trium Antagoniſtarum huius Rabbini colligitur, eundem R. Meirum diù vixiſſe: nam Rabbàn Scimòn Ben Rab. Gamlielis 2. fuit pater Rabb. Hakkadòſc, & R. Meir fuit diſcipulus *R. Eliſciàa Achèr*; & *R. Akiba*, & Magiſter Rabbènu Hakkadòſc. Hinc dicunt -

ר׳ מאיר אור העולם : והוא תלמיד אור העולם הוא ר׳ עקיבא ; ותלמידו אור העלום רבינו הקרוש :

R. Meir lux mundi; fuit diſcipulus lucis mundi, qui eſt R. Akibà; & diſcipulum habuit lumen mundi, nempè Rabbènu Hakkadòſc. Alios Rabbinos, cum quibus diſputat R. Meir, referemus infrà in *R. Nehorài*.

Habuit duas vxores, quarum prima nomine Berurià fuit filia R. Chananiæ Ben Thardiòn, doctiſſima mulier inter Hebræos, quæ à viro decepta ſeipſam ſtrangulauit; vti memini in I. Par. numero 370 pag. 698. Huius rei euentu pudore ſuffuſus R. Meir fugit in Babylonem, vbi videtur aliam vxorem accepiſſe, quia legitur in princ. Cod. *Cholìn*

העיר ר׳ יהושע בן זירון בן חמיו של ר׳ מאיר וכו׳ :

Teſtificatur R. Iehoſciùa Ben Ziròn Ben Soceri τ͂ *R. Meir &c.* Itemque in cap. חביות Cod. *Sciabbàth*, referente *Iuchaſìn* pag. 40. b. Videtur rediſſe in Terram Iſraël, & ibidem vita ceſſiſſe, priuſquam moreretur eius aduerſarius in doctrina R. Iudas Ben R. Elài. Cod. *Kidduſcìn* cap. 2. & Cod. *Nazir* cap. *Cohèn Gadòl*, quia

ſapiens, doctus, ingenuus &c. idcircò deduci debet, quòd illi homines ſint vnus, & idem homo: ſatis enim conſtat, quòd R. Meir alijs cognominibus vocatus fuerit. In *Miſcnà* abſolutè, quando citatur *Rabbì*, intelligitur *R. Meir*. Sic quando dicitur אחרים *Acherìm Alij dicunt*, plerumque intelligitur *R. Meir*. Cur autem vocetur R. Meir nomine *Acherìm*, vide infrà in Catalogo Rabbinorum Miſcnicorum R. Moſis Ægyptij cap. 6. in explanat. nominum, quæ abſolutè in *Miſcnà* ponuntur. At Rabbì Scimſciòn מקינין *Mikinìn* in ſuo libro כריתות pagina 58. his verbis aliam rationem aſſignat, inquit enim -

כשהיה ר׳ מאיר אומר דבריו בשם רבו אלישע בן אבוית שנקרא אחר הוא אומר עליו אחרים אומרים :

Quòd cùm fuiſſet R. Meir aliquando diſcipulus R. Eliſciàa Ben Auuiàh nuncupati אחר *Achèr Alterius, & nomine huius ſui Præceptoris ſententias ſuas protuliſſet, ideò ſub nomine* אחרים *Acherìm Aliorum de eo loquitur*. Non audet tamen proprio nomine Magiſtrum ſuum nominare, quia cùm in hæreſin lapſus fuiſſet (de quo vide ſuprà in *Eliſciàa Ben Auuiàh*) noluit ſuæ doctrinæ ſententiam nomine Hæretici proponere, vnde factum eſt, quòd licèt R. Meir magnæ ſit exiſtimationis apud Rabbinos, eumque paſſim vocent אור העולם *Lumen mundi*; attamen quando eius effata concurrunt cum alijs Rabbinorum pronunciatis, nunquam הלכה *Halachà Deciſio* eſt ſecundùm doctrinā R. Meir; & meritò quidem; quia nunquā aſſentiri debemus doctrinæ prolatæ nomine Hæreticorum, licèt videatur, in ea errorem aliquem non contineri: nam anguis non rarò latet in herba.

Antagoniſtæ autem huius famoſi

quam tibi dabit. Tempore huius Rabbini reperta fuit ab habitatoribus Montis Gherizìm imago Columbæ in cacumine ipſius montis, quam illorum prędeceſſores adorauerant. Hic autem Rabbinus decreuit, vt habitatores huius montis, qui erant Cuthæi, haberentur tanquam Gentiles, & Idololatræ. Vide Cod. *Cholìn* cap. 1. pag. 6. longè à principio. Et *En Iſrael* Par. II. pag. 169. col. 3. num. 3. Volunt in Cod. *Chaghighà* cap. 2. אין דורשין eum in cauſa fuiſſe, vt Magiſter ipſius *Eliſciàa Achèr* culpas in Purgatorio igne purgaret. De quo abundè dixi ſuprà Par. II. pagina 151. quò Lector remittitur.

ר' מיאשה

היה בזמן האחרונים בבית שני וקבל ממנו נחום הלבלר וכן בתלמוד קראו לרב מאיר רבי מיאשה כמו שכתבתי למעלה: דף ש': עמוד ב':

R. MEISCIA' viuebat poſtremis illis temporibus, quibus adhuc ſecunda Ædes Ieroſolymitana perſiſtebat. Traditionem ab eo recepit Nachùm Hallaulàr, vt dicitur in *Miſcnà* cap. 2. num. 6. Cod. *Peà*. An in alijs locis Miſcnæ nominetur hic Rabbinus, non memini. Inuenitur aliquando in Talmude R. Meiſcià, ſed tunc intelligitur R. Meir, qui & ipſe hoc nomine aliquando appellatur, vt ſuprà notaui pag. 300. col. 2.

מנחם

זה נזכר ביומא ואולי הוא בנו של ר' יוסי וזה לא נודע:

MENACHE'M memoratur in *Miſcnà* Cod. *Iomà* cap. 4. num. 4. ſine aliquo adiuncto, fortaſſis erit filius R. Ioſè, ſed hoc incertum; certum tamen eſt, quòd in תוספתא *Toſaphtà* legitur אמר ר' יוסי מנחם בני וכו' *Dixit R. Ioſè : Me-*

quia tunc in locum ſuum ingreditur סומכוס *Somechòs* in Academiam, & docet coram *R. Iuda*, ſuperſtite adhuc R. Ioſè Ben Chelpetà ſuo ſocio, qui & ipſe ante R. Iudam mortuus eſt, cap. 1. Codice *Succà*. Mortuus eſt igitur R. Meir, nihil ei proficiente medicina, ſibi propinata à R. Simeone ſuo diſcipulo, Cod. *Sciabbàth* cap. 12. in *Toſaphtà*, circa annum mundi 3890. Chriſti 130. Fuit ſuæ gloriæ proſtitutor, & tamquam glorioſus miles de ſua ſcientia ita prædicabat: Notum eſſe coram Deo, quòd æuo illo nullus alius doctior ſe fuerit. Sed eius ſocij eius doctrinæ profunditatem non intelligebant, cum illud, quod erat mundum, immundum probaſſet, & immundum mundum fuiſſe quampluribus modis oſtendiſſet; intellexiſſetque parabolas vulpium. Et hinc eſt quod in vlt. cap. *Sotà* num. 15. de eo dicitur משמת רבי מאיר בטלו מושלי משלים, *Mortuo Rabbi Meir, defecerunt viri, qui doctas parabolas docerent*. Addunt Interpretes שהיה יודע שלש מאות משלות שועלים *Quoniam ſciebat 300 parabolas vulpiũ*. *Iuchaſ.* pag. 40. b. Papæ, quàm magna eſt huius Rabbini doctrina! Laudanda tamen eſt ab eo prolata ſententia in *Pirkè Auòth* c. 4. n. 10. relata his verbis

רבי מאיר אומר הוי ממעט בעסק ועסוק בתורה והוי שפל רוח בפני כל אדם ׃ אם בטלת מן התורה ישלך בטלים הרבה כנגדך ואם עמלת בתורה יש לו שכר הרבה ליתן לך׃

R. Meir ait : Subtrahe te ab occupatione (mercaturę) *& operam da Legis* (ſtudio) *& eſto humilis ſpiritu coram omnibus hominibus. Si ceſſaueris à* (ſtudio) *Legis, erunt tibi multæ ceſſationes contra te; & ſi laboraueris in* (ſtudio) *Legis, habet ipſe* (Deus) *mercedem multam*.

Exiuit extra terram Iſraëlis cauſa nobis ignota, ſed fortaſſis parum accepta; quia antequam egrederetur, ſcidit veſtimenta ſua. De eo iactant miraculum Iudæi in *Ialkùt* ad cap. 49. Geneſ. ver. 22. *Filius accreſcens Ioſeph*. Qui cùm abhorreret aſpectum mulierum, apparuit ei Sathan in forma pulcherrimæ mulieris, at hic clauos ignitos in oculos infigens, obcœcatur. Sed Angelus Raphaël ei viſum reſtituit. Hoc prolixè narratur in *Ialkùth* Par. I. pag. 99. editionis Liburnenſis in fine. Huius Rabbini ſequens ſententia in *Pirkè Auòth* capite 4. num. 15. reperitur, qua ad ſectandam humilitatem cum prudentia homo inſtruitur.

ר' מתיא בן חרש אומר הוי מקדים בשלום כל אדם והוי זנב לאריות ואל תהי ראש לשועלים :

R. Mathià Ben Charàſc inquit: Eſto primus cuilibet hominum in ſalutem precando: Leonibus fac te caudam, Vulpibus autem nec caput te facito.

מתיא בן שמואל נוסחא אחריתא מתתיה

והוא בסוף בית שני והיה ממונה על הפייסות דל הגורלות בבית המקדש כדאמרינן ביומא פרק ב' : בפרק ה' דשקלים כי הוא היה אחד מהט"ו פקידים שהיו ממונין במקדש ולא ידענו אם הוא כהן כי גם מרדכי שנקרא פתחיה היה אחד מהם שהוא ממונה על הקינים :

MATHIA' BEN SAMVELIS, ſeù (vt quædam exemplaria habent) *Mathathiàh* videtur vixiſſe circa extrema tempora ſecundi Templi, vbi præpoſitus erat ſortibus mittendis inter Sacerdotes per vices ſeruientes in Templo ad diuerſa munia exercenda, vt ex *Miſcnà* Cod. *Scekalìm* cap. 5. num. 1. Non tamen certum eſt, eum fuiſſe Sacerdotem; quia loco citato, in quo quindecim

Menachèm fili mi &c. Eſt & alius Menachèm, qui fuit ſocius Hillelis, vt apparet ex Cod. *Chaghighà* cap. 2. num. 2. in *Miſcnà*, vbi ſine pronomine Rabbì dicitur יצא מנחם ונכנס שמאי *Exiuit Menachèm, & introiuit Sciammài*, quæ verba hoc modo explicantur à Bartenora.

יצא מנחם לעבודת המלך ופירש מלהיות חברו של הלל וכו' : *Exiuit Menachèm, & ſeparatur à ſocietate Hillelis, & Aulicus factus eſt, ſeruiuitque* (Herodi) *Regi &c.* ונכנס שמאי במקומו להיות אב ב"ד תחתיו וכו' : *Et ingreſſus eſt Sciammài in locum ſuum, vt eſſet Pater Domus Iudicij pro eo &c.* Addunt alij: ſeptimo anno Herodis Regis prædixiſſe eidem ſe regnaturum ſupra triginta annis, & ampliùs, ob quam rem diuitias multas eidē Herodem dediſſe autumant.

מנחם בן סיגנאי נראה שהוא היה בזמן ר'

נחוניא בן גודגדא בפרק שמיני דעדיות במשנה :

MENACHE'M BEN SIGHNA'I videtur extitiſſe tempore R. Nechuniæ Ben Gudghadà, quia in *Miſcnà* Codice *Eduijòth* cap. 7. numero 8. & 9. illorum duorum alter alterum conſequitur, & *Miſcnæ* conſuetudo eſt, vt Auctores eiuſdem ætatis ſimul iungat.

ר' מתיא בן חרש תלמיד ר' אליעזר הגדול

כמו נראה במכילתא והיה בזמן ר' שמעון בן יוחאי כמו אמר בעל ספר יוחסין דף ס"ג : ואמר שם כי ישיבתו ובית דינו היה ברומי חוץ ישראל וכשיצא הונה לחוץ קרע בגדיו :

R. MATHIA' BEN CHARASC diſcipulus R. Eliezeris Magni. Habuit Academiam, & Domum Iudicij, qua cauſæ ciuiles iudicabantur in Oppido Romì in terra Iſraëlis, vbi aliquando moratus eſt Rabbì Simeon Ben Iochài.

gnomen attributum quibuſdam Rabbinis. Primò, R. Eleazaro Ben Arach; ſecundò, R. Meiro ſecundùm ſententiam R. Moſis Bar Maijmonis; & tertiò, R. Nachmiæ, cui fixum, & firmum cognomen fuiſſe vult R. Salomon Iarchi cap. *Cohèn gadòl*, & id certum eſſe putat Auctor *Iuchaſsìn* pag. 64. quod probatur non ſolùm ex cap. cit. ſed etiam ex cap. *Nazìr*, vbi diſputat cum R. Iosè, ſicut facit cum R. Meir, & cum R. Iuda in fine *Kidduſcìn*. Fuit igitur hic Rabbinus antiquior patre Rabb. Hakkadòſc. In *Pirkè Auòth* cap. 4. n 14. hanc præclaram ſententiã profert Rabbì Nehorài -

ר' נהוראי אומר הוי גולה למקום תורה ולא תאמר שהיא תבא אחריך שחבריך יקיימוה בידך ואל בינתך אל תשען :

R. Nehorài dicit: Transfer te ad locum (vbi) *Lex* (addiſcitur), *& ne dicas, quòd illa poſt te veniet, vel quod ſocij tui tradent eam in manu tua; neque prudentiæ tuæ innitaris.* Auctor breuiſſimi Commentarij כף נחת in hunc locum perperam hanc ſententiam attribuit R. Eleazaro Ben Aràch, quia aliquando eidem hoc cognomen נהוראי *Nehorài* inditum fuerat; & cur, ob eandem rationem, non R. Meiro, cùm & ipſi idem cognomen non ſemel attribuatur? Adde, quòd de R. Eleazaro Ben Aràch Magiſter ipſius, Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài iam egerat in *Pirkè Auòth*, & ipſius ſententiam protulerat cap. 2. numero 8. & ego Hebraicè eam exhibui Par. I. num. 256. pag. 224. colum. 2. ſed quia ibi in verſione Latina tota ſententia non reperitur, ideò eam per extenſum Latinam feci ſuprà in *Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài*, vbi, ſi placuerit, erit vi-

cim Præfecti diuerſis rebus præpoſiti numerantur, non omnes Sacerdotes fuerunt, vt apparet in Mardochæi progenie, ex qua aſſumebatur is. qui de nomine Mardochæi vocabatur Mardochæus, ſeù Petachià pullorum oblationibus præpoſitus; Mardochæus autem non ex Sacerdotum familia, ſed de ſtirpe Iemini erat, ſeù Tribu Beniamin, Eſther capite 2. ver. 5. Et Cod. *Iomà* cap. 3. num. 1. in *Miſcnà* recipitur illius ſententia: nam Præfectus Sacrificijs aliquando cùm præcepiſſet obſeruandam auroram, vtrùm apparere inciperet in Oriente; ipſe præcepit, ne Sacrificio matutino operam darent, quouſque aurora diffunderetur per totum Orizontem vſque ad Hebron; & hoc ideò fecit, quia quidam imperiti Aſtronomiæ videntes alborem Lunæ de proximo emerſurę, putantes fuiſſe auroram, mactauerunt iuge Sacrificium. Ideò ne in poſterum tale quid ſequeretur inconueniens, recepta ab omnibus fuit deciſio huius Rabbini, qua decernebatur, ne Præfectus Sacrificiorum, & alij ad hoc munus deſtinati nullo modo pararent Sacrificium matutinum, niſi aurora per horizontem diffuſa fuiſſet vſque ad Hebronem. Vide Cod. *Tamìd* capite 3. num. 2.

ר' נהוראי הוא כינוי שהה רבנים כי נקרא בזה השם ר' אלעזר בן ערך ור' מאיר לדעת הרמב"ם אבל הפירוש האמיתי שהוא ר' נחמיה : וכן פירש"י בפרק כהן גדול דקיימא לן ר' נחמיה הוא ר' נהוראי וזה האמת וכן נראה בסוף נזיר כי חולק עם רבי יוסי וכן בסוף קדושין חולק ר' נהוראי עם רבי מאיר ור' יהודה וזה לפני אביו של רבינו הקדוש : עד כאן בעל ספר יוחסין ; דף ס"ד :

R. NEHORA'I videtur eſſe co-

mentum, & minùs probabilem opinionem ad præſtandam conſcientijs ſecuritatem, nullo vnquam tempore, nullis vnquam ab hominibus iudicatam fuiſſe, oſtendit. Tamen ſi Rabbinorum mentem hac in queſtione libet audire, video eos ferè omnes propendere in fauorem eorum, qui aſſerunt ſequendam in moralibus opinionem probabiliorem. Hanc doctrinam inquiram in Rabbinis, & modum eam cognoſcendi ex eiſdem, vt fas erit, oſtendam. Sciendum primùm eſt, omnes Rabbinorũ opiniones dependere ab auctoritate Doctorum: verùm cùm iſti tam in *Miſnà*, quàm in *Ghemarà* frequenter inter ſe de rebus ceremonialibus, & iudicialibus diſputent, & eorum quilibet ſuam ſententiam proferat, eamq; vtplurimùm auctoritate Script. firmare contendat, nullo tamen relicto ſigno, quo recognoſci poſſit, quis eorum probabiliorem ſententiam proferat, aut cuinam ipſorum adhærere quis debeat, veluti Auctori doctiori, & magis ad veritatem accedenti: huic incommodo occurrerunt ſubſequentes Rabbini, decernentes eas eſſe probabiliores opiniones, quæ à doctioribus Rabbinis prolatæ ſunt. Doctiores autem Rabbini cenſentur ij, quorum ſententiæ approbatæ, & tamquam firma decreta ab vniuerſitate Rabbinorum recepta ſunt. Firmum decretum, ſeù deciſam controuerſiam vocant Rabbini הלכה *Halachà*. Duorum enim Rabbinorũ inter ſe diſputantium, illius ſententia, quæ præualet, & tamquam probabilior recipitur, dicitur *Halachà* eſſe ſecundùm ipſum. Et ne aliquis decipiatur in deligendis Rabbinorum ſententijs, Catalogum antiquorum Rabbinorum inter ſe diſputantium tam

videnda pagina 284. colum. 2.

NOTA. In hac ſententia R. Nehorài reperiuntur illa verba Prou. cap. 3. ver. 5. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*, quæ in Decretal. Greg. cap. 5. cum expoſitione D. Hieronymi referuntur. *Innititur* (inquit Hieronymus) *ſuæ prudentiæ, qui ea, quæ ſibi agenda, vel dicenda videntur, Patrum decretis præponit*.

Occaſione huius ſententiæ ſcripſit Proſper Fagnanus integrum Tractatum *De opinione probabili*, in quo ſpecialiter quærit in materia morum. *Vtrum ſequi liceat quamcumque opinionem probabilem*. Et quamuis varijs quæſtionibus, diſtinctionibus, limitationibus, & concluſionibus materiam hanc pertractet, tandem concludit in materia morum ſequendam eſſe opinionem illorum Doctorum, quæ probabilior eſt, & ſaluti animarum conducibilior, ac Reipublicæ Chriſtianæ minimè noxia, aut pernicioſa exiſtit. Mei quidem inſtituti non eſt de hac quæſtione in hiſce meis lucubrationibus Rabbinicis peragere, circa quam non pauci ſunt Viri docti, qui calamum ſtrinxerunt, vel pro vna, vel pro alia parte, hoc eſt vel pro mitiori, vel pro tutiori, aut ſeueriori ſententia acerrimè pugnarunt. Si quis eos colligere voluerit Auctores *De Opinione probabili* diſſerentes citatos reperiet, apud Patrem Franciſcum Bordonum, qui hac de re integrum Volumen, & quidem magnum edidit. Legendus eſt etiam Illuſtris Vir Abbas Stephanus Gradius Raguſinus, qui & ipſe *De opinione probabili* elegantiſſimum, ac doctiſſimum Opuſculum ſuperiori anno euulgauit, in quo perpetua, & remota à formulis Scholaſticis oratione tractat hoc argu-

in *Miſcnà*, quàm in *Ghemarà* contexuerunt nonnulli, apponentes *Halachà Deciſionem* ſecundùm probabiliorem ſententiam illi Rabbino, qui doctior cenſetur, & veritatem propiùs aſſecutus eſſe exiſtimatur. Catalogum horum diſputantium Doctorum habes apud *R. Samuelem Hannaghìd* in fine lib. הליכות עולם *Halichòth Olàm*; ſed & alibi inuenies, præſertim apud *Samſonem* מקינין *Mekinìn* in ſuo libro כריתות *Cherithòth* Par. IV. pag. 60. & eſt huiuſmodi. Quando diſputant inter ſe in *Miſcnà* -

ר׳ אליעזר ור׳ יהושע הלכה כר׳ יהושע :

1. *R. Elièzer, & R. Iehoſciùa Halachà Deciſio eſt ſecundùm R. Iehoſciùa*, vti probabilior.

ר׳ אליעזר ור׳ גמליאל הלכה כר׳ גמליאל :

2. *R. Elièzer & Rabbàn Gamlièl Halachà ſecundùm R. Gamlièl.*

ר׳ אליעזר ור׳ עקיבא הלכה כר׳ עקיבא :

3. *R. Elièzer, & R. Akibà, Halachà ſecundùm R. Akibà.*

ר׳ מאיר ור׳ יהודה הלכה כר׳ יהודה :

4. *R. Meir, & R. Iudas, Halachà ſecundùm R. Iudam.*

ר׳ מאיר ור׳ יוסי הלכה כר׳ יוסי :

5. *R. Meir, & R. Ioſè, Halachà ſecundùm R. Ioſè.*

ר׳ מאיר ור׳ שמעון הלכה כר׳ שמעון :

6. *R. Meir, & R. Scimòn, Halachà ſecundùm R. Scimòn.*

ר׳ מאיר ור׳ שמעון בן רבן גמליאל הלכה כר׳ שמעון בן גמליאל :

7. *R. Meir, & R. Scimòn Ben Rabbàn Gamlielis, Halachà ſecundùm R. Scimòn Ben Gamlielis.*

ר׳ מאיר ור׳ אליעזר בן יעקב הלכה כר׳ אליעזר בן יעקב :

8. *R. Meir, & R. Elièzer Ben Iaakòu, Halachà ſecundùm R. Eliezerem Ben Iacobi.* Hic in *Miſcnà* vocatur Kàu & Nakì, id eſt cabus purus, & immunis à dubio. Sunt qui dicunt, quòd Kau & Nakì ſit R. Nathàn. Sic in מבא התלמוד.

ר׳ נחמיה ור׳ יוסי הלכה כר׳ יוסי :

9. *R. Nachmià, & R. Ioſè, Halachà ſecundùm R. Ioſè.*

ר׳ שמעון ור׳ יוסי הלכה כר׳ יוסי :

10. *R. Scimòn, & R. Ioſè, Halachà ſecundùm R. Ioſè.*

ר׳ יהודה ור׳ נחמיה הלכה כר׳ נחמיה :

11. *R. Iudas, & R. Nachmiàh, Halachà ſecundùm R. Nachmiàh.*

ר׳ אליעזר בר׳ שמעון ורבי הלכה כרבי ר״ל כרבינו הקדוש :

12. *Diſſident inter ſe R. Elièzer Ben R. Scimòn, & Rabbì, Halachà eſt ſecundùm Rabbì*, id eſt ſecundùm Rabbènu Hakkadòſc.

רבי ור׳ שמעון בן אלעזר הלכה כרבי :

13. *Rabbì, & R. Scimòn Ben Eleazaris Halachà ſecundùm Rabbì.* Ita in *Halichòt Olàm* apud *Samuelem Hannaghìd*:

רבי ור׳ יוסי בר יהודה הלכה כרבי :

14. *Rabbì, & R. Ioſè Bar Iudæ, Halachà ſecundùm Rabbì.*

רבי ור׳ ישמעאל בר׳ יוסי הלכה כרבי :

15. *Rabbì, & R. Iſmaël Bar Ioſè, Halachà ſecundùm Rabbì*; & quando loquitur nomine patris ſui; Deciſio eſt ſecundùm ſententiam patris ſui.

רבי

ſequitur plures, quia Tanaitæ omnes exiſtimantur docti. Sed plurium Doctorum opinio, præualere debet opinioni vnius Doctoris, cùm hic faciliùs poſſit decipi quàm multi. Opinio itaque multorum Doctorum circa eandem quæſtionem magis probabilis eſſe debet, quàm opinio vnius.

Item attendebant ad qualitates Magiſtrorum, qui docebant; quo enim non ſolùm in doctrina, ſed & in moribus erant præſtantiores, eò etiam illorum doctrina, qua diſcipuli fuerunt imbuti, præſtantior, & probabilior reddebatur, licèt diſcipulus, qui eam proferebat non fuiſſet adeò doctus, ſicuti illius ſocius cum quo diſputabat; & quò Magiſtri circa mores minùs probati fuerant, eò magis etiam diſcipulorum doctrina deſpectui habebatur, etiamſi aliàs doctiſſimi fuiſſent. Hinc licèt R. Meir inter doctiſſimos haberetur, nunquam tamen, aut raró eius ſententia præualet, aut probabilior exiſtimatur, quia eius Magiſter Eliſcia Ben Auuiàh, à quo ſuam doctrinam aliquando hauſerat, in hæreſim lapſus eſt. Quòd ſi quandoque eius doctrina præualeat, id accidit in quibuſdam tractatibus tantùm, quorum traditionem, & doctrinam habuerat à R. Akibà eius etiam aliquando Magiſtro.

Non tantùm inter Miſcnicos Doctores, ſeù Tanaitas hæ regulæ de probabiliori opinione dignoſcenda ſeruantur, ſed etiam inter *Amoraitas*, ſeù *Ghemaricos* idem fit, & ſecundùm doctiorem Amoraitam, habita quoque ratione doctrinę, & dignitatis aduerſarij prǫualet opinio, & ſecundùm hanc declaratur deciſio, & conſtitutio. Vnde inſignio-

res

רבי ור׳ שמעון בן גמליאל הלכה כר׳ שמעון בן גמליאל;

16. *Rabbì. & Rabbàn Scimòn Ben Gamlielis; Halachà ſecundùm Rabbàn Simeonis Ben Gamlielis.*

רבי ור׳ יהודה הלכה כרבי,

17. *Rabbì, & R. Iudas; Halachà ſecundùm Rabbì.*

רבי ור׳ מאיר הלכה כרבי:

18. *Rabbì, & R. Meir; Halachà ſecundùm Rabbì.*

Si verò duæ Scholæ Hillelis, & Sciammài diſcordent inter ſe, *Halachà* eſt ſecundùm Scholam Hillelis. Exceptis quibuſdam paucis, quæ à Sapientibus vtriuſque Scholæ, Hillelis ſententiæ reprobantur, vt notatur in *Miſcnaijòth*.

Ex deciſionibus receptis ſecundùm doctrinam ſupradictorum Rabbinorum arguitur qualitas doctrinæ, & dignitatum præſtantia eorumdem. Probabilior itaque eſt illa ſententia eorum Auctorum, quibus maior exiſtimatio doctrinæ à communi, & vniuerſali Rabbinorum turba, & præſtantior habetur. R. Iehoſciùa, R. Ioſè, R. Iudæ, R. Simonis, R. Eliezeris Ben Iacobi, Rabbì Nachmiæ, Rabbènu Hakkadòſc, & Rabbàn Simonis Ben Gamlielis doctrina probabilior eſſe cenſetur, quàm ſit doctrina, & ſententia ſuorum Antagoniſtarum. Maior, vel minor probabilitas opinionis etiam ex alijs capitibus attenditur apud Rabbinos. Docent enim in libello מבא התלמוד *Meuò Hattalmùd* R Samuelis: quòd ſi vnus contra plures pugnet, opinio multorum præualere debet, cæteris paribus, vt ſi מחלוקת התנאים יחיד ורבים הלכה כרבים: *Controuerſia eſt inter Vnum, & plures Tanaitarum, deciſio*

V bicumque loquitur (docendo) *R. Eleàzar Ben R. Simeonis ſine aduerſarij oppoſitione; Halachà Deciſio* (doctrinæ) *eſt ſecundùm ipſum* . In libro כריתות pagina 61. Ibidem והלכה כר׳ יהושע בן לוי בכל מקום : *Et vbicumque reperitur ſententia R. Iehoſciùa Ben Leuì , ſemper Halachà deciſio eſt ſecundùm ipſum* . Ex his paucis viſere eſt, quid Hebræi ſentiant de opinione probabili ſecundùm ſe; de probabili in concurſu probabilioris, & quomodo illud Prouerbiorum cap. 3. v. 5. ולא בינתך אל תשען, *Et prudentia tuæ ne innitaris* , intelligant, non aliter ac intelligit, & explicat S. Hieronymus, ne videlicet, *Quæ ſibi agenda , vel dicenda videntur , ſuorum patrum decretis, nunquam præponant* .

נחום הלבלר ופירש בעל ספר יוחסין הסופר והיה תלמיד ר׳ מיאשה בדור אחרון מבית שני ובפרק ב׳ דפיאה שהיה בימי רבן גמליאל הזקן בלשכת הגזית כי לערך הוא מ׳ שנה קודם חרבן הבית כדאיתא בפרק היו בודקין בסנהדרין ובברייתא נחום הזקן ולא ידענו אם הוא זה או נחום המדי כי נחום סתם הוא נחום המדי כמו שאמר לעמם :

NACHV'M HALBALA'R, id eſt *Libellarius Scriba* , vt interpretatur Auctor libri *Iuchaſin* , fuit diſcipulus R. *Meiſciah* alterius à R. Meir. Hic Nachùm fuit circa vltima tempora Ædis ſecundæ, vt apparet ex cap. 2. num. 6. Cod. *Peà* , vbi coram Rabbàn Gamliele Seniore aſcendit ללשכת הגזית *Leliſcàth haggazìth In Aulam cæſi lapidis* in Templum, vbi Synedrium conuocabatur, & ibidem teſtatus eſt ſe recepiſſe à R. Meiſciàh quandam traditionẽ pertinentem ad angulum agri ſati pro pauperibus relinquendum. Hoc autem accidit 40. annis circiter ante euerſionem Templi, ni-

res Antagoniſtæ inter *Amoràim* ſunt -

Ràu , & *Samuel* , ſed *Halachà* deciſio eſt ſecundùm *Ràu*; quia Ràu doctior Samuele habetur, maximè in quęſtionibus, quæ ad res prohibitas pertinent; quamuis Samuèl in decidendis cauſis ciuilibus inter partes agitatis peritior ipſo Ràu exiſtimetur. Ita *R. Samuèl Hannaghì* in *Meuò Hattalmùd* .

Ràu Chaſdà , & *Ràu Hunà* ; *Halachà deciſio* eſt ſecundùm *Ràu Hunà* .

Ràu , & *Ràu Nachmàn* ; *Halachà* ſecundùm *Ràu* in prohibitis; ſecundùm *Ràu Nachmàn* in cauſis ciuilibus.

Ràu Iehuda , & *Rauà* ; *Halachà* ſecundùm *Ràu Iudam* .

Rauà , & *Ràu Ioſèph* ; *Halachà* ſecundùm *Rauà* , exceptis tribus deciſionibus.

Ràu Achà , & *Rauinà* ; *Halachà* ſecundùm *Rauinà* exceptis tribus deciſionibus.

Ràu Aſcè , & *Rauinà* , & *Mar Bar Ràu Aſcè* ; *Halachà* ſecundùm ipſum eo nempè tempore, quò diuiſus non erat à Patre ſuo. Ex his apparet, quòd Iudæi in *Miſcnà* , & in *Ghemarà* , ſemper attendunt ad id, quod probabiliùs eſt circa doctrinam, nec vnquam dicunt: Probabile eſt; ſed firmiter adhærent ſententiæ doctioris Auctoris, & ſententiam Auctoris inferioris doctrinæ, & exiſtimationis minoris reſpuunt. Hoc tamen intelligendum eſt de opinione probabili in concurſu probabilioris; quòd ſi aliquis doctus Rabbinus ſuam opinionem proferat, nullo alio ſibi contradicente Doctore, eius doctrina vt vera, aut ſaltem probabilis recipitur ſine controuerſia, vnde dicunt -

כל מקום שאמר ר׳ אלעזר בר׳ שמעון בלא מחלוקת הלכה כמותו :

R. NECHVNIA' BEN ELNATHA'N *Vir Villæ Babylonicæ* vnà cum R. Elièzer diſputat cum R. Ieoſciùa de immunditia membri demortui animalis; vnde apparet, quòd circa annum mundi 3833. Chriſti 73. in viuis fuerat, quo anno deceſſerat R. Elièzer Haggadòl Hircani filius, cum quo diſputationem inierat cum R. Ieoſciùah, Codice *Eduijòth* cap. 6. num. 2.

ר' נחוניא בן גודגדה בפרק ז' דעדיות

הוא עצמו ר' יוחנן בן גודגד שהעדות עצמו אמר בגטין פרק ה' ולכן לא הביאו הרמ"בם ונזה אין חשש כי אותיות דדין אותיות דדין כי נכלל באותיות יוחנן כמו שמצאנו בפסוק ובכיה בכיהו ויאמינו: עיין למעלה ערך יוחנן בן גודגד:

R NECHVNIA' BEN GVDGADA' in Cod. *Eduijòth* cap. 7. numero 9. teſtimonium perhibet de muliere ſurda, & puella, quæ à patre nuptui tradita eſt, quòd exierit cum libello repudij, & ijſdem prorsùs verbis idem teſtificatur in Cod. *Ghittìn* cap. 5. num. 5. ſub nomine R. Iochanàn, vnde videtur vnus, & idem Rabbinus, & fortaſſis hæc fuit cauſa, cur ſub hoc nomine R. Bar Maijmòn de eo nullam mentionem facit: nec mirùm, quia aliquando in nominibus proprijs literæ tranſponuntur, vt anagramma efficiatur, quod nomen eundem hominem notat; ſic נחוניא idem eſt ac יוחנן.

ר' נחוניא בן הקנה שם הוא רבי נחוניא

הגדול תלמיד ריב"ז ורבו של ר' ישמעאל בן אלישע כהן גדול בסודות הקבלה כי היה חכם גדול בקבלה וחבר ספר הבהיר על הקבלה הפסוקים ועל השמות והיה בזמן הבית: ונזכר בפרק תפלת השחר ובפרק בני העיר:

R. NECHVNIA' BEN HAKKA-

nimirùm circa annum Domini 28. vt ex cap. חיו בודקין Cod. *Sanhedrìn*. Et in *Baraijethà* vocatur Nachùm Senior, ſed neſcimus, an iſte Nachùm Senior ſit hic, de quo modo loquimur, an alius, qui vocatur Nachùm Hammadì Medus, quoniam Nachùm abſolutè eſt Nachùm Hammadì, vt ſtatim videbimus.

נחום המדי בפרק ה' דנזיר ד' במשנה נראה כי

הוא היה בזמן הבית ולאחר חרבנה כי התיר הנזירים שעלו מן הגולה ומצאו בית המקדש חרב ואמר להם אילו הייתם יודעים שבית המקדש עתיד ליחרב הייתם נוזרים אמרו לו לא והתירן נחום המדי וטעות טעה כי אמרו חכמים כל שנזר עד שלא חרב בית המקדש נזיר ומשחרב בית המקדש אינו נזיר: ויש בגמרא מי שאומר כי הוא משלשה דייני גזרות שהיו בירושלם:

NACHV'M HAMMADI' MEDVS, vidit Templum ſecundum, & deſolationem ipſius, vt apparet ex Cod. *Nazìr* cap. 5. num. 4. in *Miſcnà*, vbi abſoluit à voto Nazireatus quoſdam, qui venerant è captiuitate, antequam Ædes ſacra deſtrueretur, & cùm Sacrificium vellent offerre, atque Ieruſalem veniſſent, inuenerunt Ædem ſuccenſam, & Sacrificia ſublata. Huiuſmodi voti Nazireatus abſolutio facta ab hoc Rabbino improbatur à *Sapientibus captiuitatis*, & eum erraſſe affirmant. Liquet ex hoc, quod ante Templi, & poſt Templi euerſionem vixerit hic Rabbinus. De quo non deſunt in *Ghemarà*, qui dicunt, hunc fuiſſe vnum ex tribus Iudicibus, qui Ieroſolymis decreta Iudicialia conficiebant.

נחוניא בן אלנתן איש כפר הבבלי

בפרק ו' דעדיות חולק עם ר' אליעזר ועם ר' יהושע (נוסחא אחריתא ר' נחמיה) ונראה שהוא טעות בדפוס:

KANA'H dictus *Nechunià Magnus* diſcipulus R. Iochanàn Ben Zaccài, & Magiſter R. Iſmaëlis Ben Eliſcià Sacerdotis Magni. Fuit magnus Cabaliſta, & primus omnium, qui de nominibus Cabalicis, & alijs huiuſmodi profunditatibus Pſeudotheologiæ Iudaicæ pertractauerit, compoſito libro ſub nomine בהיר *Bahìr Nitidi* cæpit clareſcere ante euerſionem Templi. In longum dies protraxit, vt colligitur ex cap. *Thephilàth Haſciàchar* Cod. *Berachòth*, in *Miſcnà*. Et cap. 3. num. 5. Cod. *Auòth* ſequens ſententia ab eo prolata legitur:

רבי נחוניא בן הקנה אומר כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה נותנין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ:

R. Nechunià Ben Hakkanà dicit: Quicumque recipit ſuper ſe iugum Legis, auferunt (Cælites) *ab eo iugum Regium, & iugum mundanum; & qui exonerat ſe iugo Legis, imponunt ei iugum Regis, & iugum mundanum.*

ר׳ נחמיה

הוא היה חבר רבי מאיר ולא ר׳ מאיר כמו אמר הרמב״ם אף על פי שרבי מאיר נקרא ר׳ נחמיה כמו שערכו למעלה: עיין ר׳ מאיר: ונזכר זה התנא במעשרות פרק ג׳: סימן ה׳ במשנה:

R. NECHEMIA'H *Nehemias* ſocius R. Meir, & non ipſe R. Meir, vt aliquando deceptus eſt R. Bar Maijmonis, vt ſuprà in R. Meir notaui, & probaui R. Meir fuiſſe diuerſum Rabbinum à R. Nechemiàh, cuius meminit *Miſcnà* Cod. *Maaſſeròth* cap. 3. num. 5. Hic Rabbinus vocatus fuit *Nehorài*, vt ſuprà in *Nehorài* dictum eſt.

ר׳ נחמיה איש בית דלי

ורבי עקיבא מצאו כשירד לנהרדעא לעבר השנה ואמר לו ששמע מרבן גמליאל הזקן בזמן הבית כי עד א׳ כשר להעיד אשה: ולו אמר לו כי ר׳ יהודה בן בבא אומר כמוהו: ובא ר׳ עקיבא והעיד זה ששמעו ושמח רבן גמליאל נכדו של רבן גמליאל הזקן: עיין בסוף יבמות פרק י״ו סימן ו׳

R. NECHEMIA'H ISC-BETH DELI' *Nehemias Vir de Domo Situlæ*, viuebat tempore R. Akibæ, qui cùm deſcendiſſet in Vrbem נהרדעא *Nehardeà*, vt annum intercalaret, inuenit ibi Nechemiàh Iſc Beth Delì dicentem ſe audiuiſſe à Rabbàn Gamliele Seniore Templo Ieroſolymitano adhuc extante, vnum teſtimonium perhibentem de morte viri eſſe idoneum teſtem, vt vidua contrahere poſſet matrimonium; ex quo colligitur, hunc Tanaitam vidiſſe deſolationem Templi, & poſt deſolationem deſcendiſſe in Babyloniam, vbi Vrbs Nehardeà ſita erat, ibique floruiſſe Academiam Rabbinorum, à quibus Rabbì Akibà forſan conſilium recipere voluerat de intercalatione anni, & ibi inueniſſe hunc Rabbinum Nechemiàh Iſc Beth Delì, à quo didicit doctrinam de vno teſte teſtimonium perhibente de morte viri, vt mulier ad ſecundas nuptias tranſire poſſet; quod cùm audiſſet R. Akibà, retulit Rabbàn Gamlieli iuniori nepoti Rabbàn Gamlielis ſenioris, & lætatus eſt, ſe inueniſſe ſocium R. Iudæ Ben Bauà, qui in terra Iſraëlis idem docebat: vnde firmatum eſt decretum de vnico teſte ſufficiente pro ſtatu libero probando ex parte mulieris, non tantùm de viſu teſtificante ſe mortuum vidiſſe virum mulieris, ſed etiam de auditu; ad quod teſtimonium perhibendum non excludi mulieres, nec ſer-

Vel propterea, quòd æs earundem ſummè coruſcaret, vt ait *Miſnà* Cod. *Middòth* cap. 2. num. 3. Talis eſt natura metalli Corinthij, vt ſummè coruſcet. Hoc ære antiqua Roma repleta erat, & adeò eo abundabat, vt Templorum portæ, laquearia, & alia publicorum ædificiorũ ornamenta ex hoc ære fuerint fabrefacta. Adhuc reliquiæ cernuntur in valuis Pantheonis Templi, & aliarum ſacrarum Ædium, quas ſingulas recenſere huius loci non eſt; quin & priuatorum ædificiorum vtenſilia, vel etiam publicorum, tam ſacrorum, quàm profanorum, vti guttaria, clepſydræ, diſci, cami, vrnæ, lecythi, ſtlengides, cyathi, amphoræ, hydriæ, crateres, lebetes, ſyphones, ſtateræ, & ſi quæ alia id genus eſſent inſtrumenta, ex hac metalli Corinthij materia fuiſſe, ex reliquijs, quæ in dies Romæ inter rudera effodiuntur, manifeſtum eſt. Referam ego de quadam antiquiſſima ſtatera æris Corinthij in Thermis Diocletianis à me inuenta. Cùm enim aliquando Præfecturam in Monaſterio S. Bernardi Romæ ad Thermas Diocletianas geſſiſſem, anno videlicet Dom. 1644. animum applicui ad ædificium Monaſterij in commodiorem formam redigendũ; & cùm totum clauſuræ ſpatium ſubterraneis ſubſtructionibus, & ædificiorum ruderibus occuparetur, placuit ei, cui nouæ fabricæ conſtruendæ cura commiſſa erat, vt ſaxa, lapides, & alia cæmenta ex ſubterraneis iſtis ruinis pararentur. Nec multùm eſt ab operarijs effoſſum, quin ſtatim apparuerint magnificentiſſimarum ædium ſtructuræ Tiburtinis lapidibus innixæ, columnarum, ac ſtatuarum fragmenta, plumbi, & metalli igne liqua-

ſeruos, neque ancillas. Vide caput vltimum Codicis *Ieuamòth* numero 7. Et *Eduijòth* capite 8. num. 5. Idem refert R. Akibà nomine huius Rabbini.

נקנור היה איש חסיד בבית שני שהוא מוזכר במשנה פעמים רבות ודוקא בפרק ה' דעדות וכן בפ' ב' ריש מדות א' לבד בעזרה במזרח והוא שער ניקנור ושני פשפשים היו לו א' מימין וא' משמאל : וכן אומר בסוף ברכות לא יקל את ראשו כנגד שער המזרח שהוא שער ניקנור כדי היה מכוונת כנגד בית קודש הקדשים שהיה במערב שהשכינה שם : ועל אותם הדלתות נעשו נסים כמו שזכר בגמרא פרק ג' דיומא :

NIKANO'R, nomen eſt Viri pij, qui tempore Ædis ſecundæ opera ſua, & opes pro Templi ædificatione, & ornamento, impendit. Valuas portæ Orientalis atrij virorum æreas fecit; & cùm artifices ad id faciendum Ieroſolymitani apti non eſſent, contulit ſe Alexandriam Vrbem Ægypti, tunc temporis celeberrimam, vbi à peritis artificibus נחשת כאלוניתא *Nechòſceth Kalonitha* ære perpolito, & terſo, vel ære Corinthio, eas fieri curauit, vt opinatur Wagenſeilius, ex voce קלוניתא deprauatè ſcripta pro קורינתא, & innui *Corinthiũ æs*, nec probabilitate caret, vt ipſe ibidem oſtendit. At cùm æs קלוניתא *Kalonithà*, Radàk מזוקק *Aes expurgatum*, vel מוקרת *ſplendidum* explicet, & æs Corinthium auri fuluam naturam imitetur ex Plin. lib. 34. H. N. c. 2. vt quamplurimę huius æris reliquię, quæ adhuc Romæ ſuperſunt, & in dies ſub ruinis antiquæ Vrbis eruuntur, fidem Plinio conciliant, & addunt; dicendum eſt, has Nicanoris valuas maiori in pretio habitas, licèt ex auro non eſſent, vt reliquæ Templi erant, & hoc vel מפני שנעשה בהן נס ויש אומרים מפני שנחשתן מציבב :

Propter miraculum, quod in eis factum eſt;

miraculum in eis patratum. Non refert *Miſcnà*, quale, vel quid miraculum hoc fuerit. Sed Talmudici diſertè illud referunt Codice *Iomà* capite 5. pagina 38. in ipſo principio his verbis -

ניקנור נעשו נסים לדלתותיו : תנו רבן מה נסים
נעשו לדלתותיו אמרו כשהלך ניקנור לחביא דלתות
מאלכסנדריא של מצרים בחורתו עמד עליו נחשול
שבים לטבעו נטלו אחת מהן וחטילוה לים ועדיין לא
נח הים מזעפו בקשו לחטיל את חברתה עמד הוא
וכרכה אמר להן הטילוני עמר מיד נח הים מזעפו והית
מצטער על חברתה כיון שהגיע לנמלר של עכו היתה
מבצבצת ויוצאה מתחת דפני הספינה ויש אומרי' בריה
שבים בלעתו והקיאתו ליבשה ועליה אמר שלמה (שיר
השירים א׳, י״ז) קורות בתינו ארזים רהיטנו ברותים
אל תקרי ברותים אלא ברית ים לפיכך כל השערים
שהיו במקדש נשתנו להיות של זהב חוץ משערי ניקנור
מפני שנעשו בו נסים ויש אומרים מפני שנחושתן
מוצהבת היתה ר׳ אליעזר בן יעקב אומר נחושת
קלוניתא היתה והיתה מאירה כשל זהב :

Nikanoris Valuis, facta fuerunt miracula. Tradunt Rabbanàn Magiſtri: Quæ miracula facta ſunt portis eius? Dixerunt: Quando abijt Nikanòr, vt adduceret portas ex Alexandria Aegypti, dum rediret, facta eſt tempeſtas maris ita vt demergeretur. Acceperunt (nautæ) *portam vnam, & proiecerunt in mare, vt alleuiarent nauim; nec adhuc mare quieſcebat à furore ſuo. Voluerunt alteram proijcere. Stetit ipſe* (Nikanòr) *& ligauit eam* (id eſt complexus eſt illam). *Dixit eis: Proijcite me cum illa* (in mare), *ſtatim mare à furore quieuit; at* (Nikanòr) *dolebat de porta compare proiecta. Quando venit in portum Acco, prodijt* (porta) *& egreſſa eſt de ſub naui. Et ſunt, qui dicunt: Creatura quædam eſt in mare, quæ illam deglutiuit, & poſtea in*

ti maſſæ aliquot, ferramentorum quoque, quibus laquearia connectebantur igni ferè conſumptorum non modica copia. Inter tanti incendij, & ruinarum reliquias ad latus cuiuſdã muri ab igne, vt videbatur illæſi, in plano pauimenti lapidibus ſectis, & variorum colorum ac formarum perpulchrè ſtrati, apparuit quædam quadrangularis virga ænea, quatuor circiter palmorum in longitudine; quam diligenter inſpectam, libris, & vncijs in tribus angulis ſignatã agnouerunt Non longè ab ea in eodem plano inuentæ ſubinde fuerunt duæ catenæ, quarum quælibet octodecim firmiſſimis annulis erat compacta, addito cuique earum vnco, vt ponderibus ſuſtentatis, rerum congeries faciliùs librari poſſent. Vnum inueniendum reſtabat, nempè ſacoma; ſed non diù poſt, laborantibus operarijs, inter rudera, pulcherrimum æquipondium, caput mulieris galeatæ cum thorace, nempè Romæ effigiem repræſentans, apparuit. Ex hac Vrbis Romanæ imagine antiquitùs expreſſa in pondere, quo ad æquilibrium faciendum vtebantur, deduci poteſt nominis origo, quo *Sacoma* vulgò ſonat: nam hodie Romæ huiuſmodi pondus *Il Romano* nuncupatur. Omnes huius ſtateræ partes erant ex eadem materia, nempè ex Corinthio ære, quas Monachi Franciſco Barberino Cardinali dono dederunt; facta ab eo recompenſatione ſcutorum ſumma non modica. Eadem ſtatera extat adhuc hodie in Muſæo propè Bibliothecam in ædibus Barberinorum in cliuo Occidentali Quirinalis. Redeo ad portas Nicanoris; quæ ob æris coruſcantis præſtantiam auro tectæ non erant; vel ob

ſuſpenderunt eos in portis Ieruſalem, & dixerunt: In os; quod locutum eſt ſuperbiam, & in manus, quæ comminatæ ſunt Ieroſolymæ, exerceatur vltio. Eandem inuenies in *En Iſraël* Par. I. pag. 134. numero 41. Idem, ſed aliquantulum diuerſum à *Ghemarà*, habet Ioſeph Ben Gurionis in ſuo libro, qui poſtquam Nicanoris pugnam, & cædem narrauerat lib. 4. his verbis caput 24. complet. -

ויתיזו את ראש ניקנור ואת חורועות אשר נטה אל ההיכל ויתלו אותם נגד השער על כן קראו שם השער ההוא שער ניקנור עד היום הזה וישמח העם מאד ויהללו את י"י על ידי שיר דוד מלך ישראל בהודו לי"י כי טוב כי לעולם חסדו : ומהיום ההוא והלאה עשו את היום ההוא חג וי"ט ומשתה היין ושמחה והיום ההוא בוא יום י"ג לחדש אדר לפני הפורים יום אחד:

Et amputauerunt caput Nikanoris, & brachia, quæ extenderat contra Templum, & ſuſpenderunt è regione portæ. Idcircò vocauerunt nomen portæ illius; Portam Nikanoris vſque in hodiernum diem. Et lætatus eſt populus valdè, & laudauerunt Dominum per manus Cantici Dauidis Regis Iſraël, in Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. *Ab eo tempore, & deinceps celebrauerunt diem illum ſolemniter, conuiuijs, vino, & lætitiæ indulgentes; dies autem ille eſt dies 13. Menſis Adàr, pridie quàm feſtum Purim celebretur.* Siuè ab vno, ſiuè ab altero Nicanore, porta hæc fuerit appellata *Nicanoris*; omnes affirmant, nonnulla priuilegia huic portæ fuiſſe conceſſa, quæ nulli alteri. Ea verò ſunt -

1. Habuiſſe מזוזה *Mezuzà* ſchedulam illam oſtiariam כל השערים שהיו שם לא היה להם מזוזה חוץ משער ניקנור, *Iomà* cap. 1. pag. 11. in ipſo principio in *Ghemarà*.

in aridam euomuit; & hoc eſt illud, quod Salomon dixerat (Cant. Cantic. 1. 17.) Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra abiegna. (R. Salom. *Portæ à currendo, in aperiendo, & claudendo.*) *Ne legas* ברותים *Cupreſſina, ſed* ברית ים *Pactum maris. Idcircò omnes portæ, quæ erant in Sanctuario, mutatæ ſunt vt eſſent ex auro præter portas Nikanoris, propterea quòd facta ſint in ipſis miracula: & ſunt, qui dicunt; Propterea quòd earum æs coruſcaret. R. Elièzer Ben Iacobi dicit: Aes Corinthium erat, clarum, terſum, & lucebat veluti aurum.* Idem refertur in *En Iſraël* Par. I. pag. 104. col. 2. num. 31.

Alia adhùc ratio aſſignatur, cur hæc porta Orientalis atrij vocetur *Porta Nicanoris*; dicitur enim id factum eſſe ob memoriam Nicanoris Principis Græcorum genti Iudæorum infenſiſſimi inimici, qui à Machabæis *occiſus fuit*, polliceſque manuum, & pedum eius abſciſſi in portis Ieruſalem fuerunt ſuſpenſi. Hiſtoria habetur in *Ghemarà* circa finem cap. 3. *Taanìth* pag. 18. b. quæ ſic ſe habet -

מאי ניקנור : ניקנור אחד מאפרכי יונים היה ובכל יום ויום היה מניף ידו על יהודה וירושלם ואומר אימתי תפול בידי וארמסנה וכשגברה מלכות בית חשמונאי ונצחום קצצו בהונות ידיו ורגליו ותלאום בשערי ירושלם ואמרו פה שהיה מדבר בגאות וידים שהיו מניפות על ירושלם תעשה בהם נקמה :

Quiſnam fuit Nikanòr? Nikanòr fuit quidam Eparchus Græcus. Quotidie manum leuabat contra Iudam, & Ieruſalem, & dicebat; Ecquando cadet in manum meam, & conculcabo eam! Sed quando præualuit Regnum domus Haſmonæorum, & vicerunt (Græcos), *abſciderunt ei pollices manuum, & pedum, &*

grum terræ promiſſæ, non extra terram. Videtur hic *Nittài* diuerſus à noſtro, quia eorum patriæ diſcordant: *Arbèl* videtur eſſe in Samaria, vel ſaltem non longè à *Tiberiade*, & à *Sephorà*, vt mox videbimus: & תקוע *Tekòa* eſt Vrbs in Tribu Iuda, ſex milliaribus à Bethleem diſtans conſtructa à Roboàm 2. Sam. c. 14. v. 2. Ergo non ſunt vnus, & idem homo. *Et quia Nittài Arbelites* in Arbele habitabat, ibi obijt, & ibidem ſepultus eſt בין צפורי לטבריה *inter Sephoram & Tiberiadem*, inquit Auctor *Iuchaſsin* pag. 65. Et confirmatur in epiſtola itineraria Terrę Sanctæ in ארבל *Arbèl*, vbi addit: ועוד שם קבורת שת בן אדם הראשון *Et inſuper ibidem* (in Arbele) *reperitur ſepulchrum Seth filij Adami primi hominis*.

Huius Tanaitę mentio fit aliquoties in *Miſcnà*, ſed præcipuè Cod. חגיגה capite 2. num. 2. vbi permittit in die feſto impoſitionem manuũ ſuper Sacrificia. Ex quo colligitur eum fuiſſe אב בית דין *Patrem Domus Iudicij*, quia *ſecundus* ex eadem *Miſcnà* in fine.

ננס או בן ננס עיין ר׳ שמעון בן ננס :

NANA'S ſeù BEN NANA'S. Vide *R. Scimòn Ben Nanàs*.

ר׳ נתן הלבלר הוא אב בית דין חבירו של ר׳ מאיר והוא נקרא לפעמים יש אומרים :

R. NATHA'N HALBALA'R *Libellarius Scriba*, fuit Pater Domus Iudicij, ſocius R. Meir, qui aliquando vocatur יש אומרים *Ieſc omerim Sunt qui dicunt*. Viuebat tempore Rabbènu Hakkadòſc in fine *Miſcna*.

סומכוס בן יוסי והוא תלמידו של ר׳ מאיר ואוהב

2. Ibi mulieri ſuſpectæ de adulterio propinabant aquas amaras משם משקין את הסוטות *Sotà* cap. 1. num. 5. in *Miſcnà*.

3. Ibi purificabant puerperas ומטהרות את היולדות Ibidem.

4. Ibidem mundos reddebant leproſos, ומטהרין את המצורעים Ibidem.

5. Synedrium 23. Senatorum ibidem congregabatur, & iudicia capitalia exercebat, *Tria Tribunalia erant ibi &c.* ואחד יושב על (פתח) העזרה *Sanhedrìn* cap. 11. num. 2. in *Miſcnà*.

ניתאי הארבלי חבירו של יהושע בן פרחיה והוא אב בית דין והוא מן הזוגות : והארבל שם מקום כשוד שלמן בית ארבאל (הושע י׳ , יד׳) והוא שומרון וי״א כי הוא מקום אחר סמוך לנינוה שנקרא כן ושמו גדול מרבן ובסוף חלה יש ניתאי איש תקוע הביא חלות מביתור ולא קבלו ממנו שהיה בחוצה לארץ : ניתאי הארבלי קבור בארבל בין ציפורי לטבריה : וזה לשון בעל ספר יוחסין :

NITTAI' HAARBELI' *Arbelites*, fuit ſocius τ͠ꝰ Ioſuè Ben Perachià, & Pater Domus Iudicij, id eſt Summus Iudex, quòd & quædam ſocietatis ſpecies erat. *Harbelita* dictus fuit à patria, quæ ita vocabatur, id eſt *Arbèl*. Huius mentio fit apud Prophetam (Hoſeah 10. ver. 14.) *Secundùm quod vaſtaui, Salman domum* ארבאל *Arbeèl*, hoc eſt Samariam. Sunt qui dicunt, hunc eſſe locum Niniue coniunctum à Magiſtris nobilitatum. In fine Codicis חלה cap. 4. numero 10. in *Miſcnà* legitur -

נתאי איש תקוע הביא חלות מביתר ולא קבלו ממנו:

Nittài Iſc-Tekòa, adduxit placentas de Bither, & noluerunt (Sacerdotes) *eas recipere*. Bartenorà: *quia extra terram*. In Lege autem ſcriptum eſt Exod. 23. ver. 16. וחג הקציר *Et ſolemnitatem meſſis &c. quæ ſeminaueris in agro*: innuit a-

num. 4. vbi viſiones plagarum lepræ multiplicat vſque ad numerum 72. Et in *Pirkè Auòth* capite 3. numero 1. eius mentio fit in hac memoranda ſententia.

עקביא בן מהללאל אומר הסתכל בשלשה דברים ואי אתה בא לידי עבירה דע מאין באת ולאן אתה הולך ולפני מי אתה עתיד ליתן דין וחשבון מאין באת מטפה סרוחה ולאן אתה הולך למקום עפר רמה ותולעה ולפני מי אתה עתיד ליתן דין וחשבון לפני מלך מלכי המלכים הקדוש ברוך הוא :

Akauiàh Ben Mahalalèl dicit: Tria conſidera, & non peccabis. Scito vnde veniſti; quo vadis; & coram quo redditurus es rationem factorum tuorum. Vnde veniſti? E' gutta fœtida. Quo vadis? Ad locum pulueris, & vermium. Et coram quo tu redditurus es rationem factorum tuorum? Coram Rege Regum Deo ſancto benedicto.

ר׳ עקיבא בן יוסף

עיין בערך חלק ד׳ בסוף הספר :

R. AKIBA' BEN IOSEPH. Vide infrà Par. IV. in ordine Scriptorum, vbi prolixè de eo agetur. In hoc loco tantùm aduertimus, eum vidiſſe deſolationē Templi, & ſub Hadriano Imperatore pectinibus ferreis excarnificatum obijſſe circa annum Domini 120. Hic fuit vnus ex decem interfectis à Regno; tempore quo Bithera fuit penitùs deleta. Huius meminit *Miſcnà* adeò frequenter, vt neceſſe non ſit aliquem locum hùc afferre.

ר׳ פפוס בן יהודה

היה בזמן ר׳ עקיבא ונזכר במס׳ יומא דף פו :

R. PAPO'S habitus eſt magnus ſapiens

ואומר משום ר׳ מאיר והיה חכם גדול כמו שנראה בפרק ראשון דעירובין :

SOMACHVS BEN IOSE' fuit diſcipulus R. Meir, de quo alicubi fit mentio in *Miſcnà*. Commendatur illius ſapientia in *Ghemarà*, Cod. *Eruuin* cap. 1. pagina 13. b. circa medium, vbi -

אמר ר׳ אבהו אמר רבי יוחנן תלמיד היה לו לרבי מאיר וסומכוס שמו שהיה אומר על כל דבר ודבר של טומאת ארבעים ושמונה טעמי טומאה ועל כל דבר ודבר של טהרה ארבעים ושמנה טעמי טהרה :

Dicit R. Abàhu: Dixit R. Iochanàn: Fuit quidam diſcipulus ipſi R. Meir, cuius nomen erat Somachus, qui de qualibet re immunda 48. ſenſus, & rationes immunditiei dicebat; & in qualibet re munda 48. ſenſus munditiei afferebat. Quis ergo audeat proferre Rabbinos non eſſe doctos, ſi tam ſubtiles diſcipulos habeant? Deinde, quid mirum ſi diſcipulus 48. modis munditiem, vel immunditiem probare ſciebat; ſi Magiſter ſuus R. Meir, id quod mundum erat, immundum eſſe; & quod erat immundum mundum fuiſſe, tot, tantiſque rationibus demonſtraſſet? Vide *R. Meir*.

בן עזאי

עיין ר׳ שמעון בן עזאי :

BEN AZA'I. Vide *R. Scimòn Ben Azài*.

עקביא בן מהללאל

היה בזמן הלל הנזכר שמו בפרק ה׳ דעדיות : ובפרק מראות נגעים לומר כי הם שנים ושבעים , ובפרקי אבות פרק ג׳ :

AKAVIA' BEN MAHALALE'L viuebat tempore Hillelis Senioris. Eius mentio fit in *Miſcnà* Cod. *Eduijòth* capite 5. num. 6. & Cod. *Neghaiim* cap. 1.

lationem Templi 40. annis ceſſauit auctoritas Synedrij in cauſis capitalibus. Cod. *Sciabbàth* cap. 1. pag. 15. circa finem in *Ghemarà*. Ergo R. Eleazar filius huius R. Tzadòk, quando vaſtatum eſt Templum, erat ætatis 50. annorum. Igitur hic R. Tzadòk eodem anno vaſtationis ſexagenario maior dicendum eſt, quod fuerat. Vixit & poſt Templi deſolationem aliquot annos, ſed eos, quot præciſè fuerint, deſignare non valeo. Fuit contemporaneus R. Eliezaris Magni Ben Hyrcani, & R. Ioſuè eius antagoniſtæ. R. Eliezer obijt anno Domini 73. vt vidimus I. Par. pag. 186: col. 1. Circa hoc æuum humanos artus reliquiſſe hunc Rabbinum credibile eſt. Interfuit deſponſationi filij Rabbàn Gamlielis, vt dicitur in Cod. *Kidduſcìn* cap. 1. De eodem R. Tzadòk vide in *Miſcnà* Cod. *Eduijoth* cap. 7. num. 1. Et in *Pirkè Auòth* capite 4. num. 5. hæc non contemnenda ſententia legitur.

ר׳ צדוק אומר אל תעשם עטרה להתגדל בהם ולא קרדום לחפור בהם :

R. Tzadòk dicebat: Ne vtaris (verbis Legis) Vt ex eis tibi coronam pares magnificam; neque ex eis bipalium facias ad fodiendum.

קטיעה בר שלום

היה שר אצל קיסר והתגייר וכל עשרו בחייו ונתן ממונו לר׳ עקיבא וחביריו ולקח החצי ר׳ עקיבא והחצי נתן לתלמידיו :

KATTIA'H BAR SCIALO'M Princeps apud Cęſarem, qui Proſelytus factus ex Gentiliſmo, omnes ſuas diuitias donauit Rabbì Akibæ, & ſocijs eius. Harum omnium facultatum dimidiam partem pro ſe accepit Rabbì Akibà, reliquam inter diſcipulos ſuos diſtri-

piens tempore R. Akibæ. De eo vide *Iuchaſsin* pag. 66.

ר׳ פפייאס

ראה חרבן הבית ; ובפרק ד׳ דשקלים חולק עם רבי עקיבא ורבי אליעזר והוא דרשן :

R. PAPIA'S vidit euerſionem Templi. Diſputauit cum R. Akibà, & cum R. Elièzer. Cod. *Scekalìm* cap. 4. num. 7. Eius mentio habetur etiam in Cod. *Eduijòth* cap. 7. n. 5. & Cod. *Themurà* cap. 3. n. 1. Fuit Concionator.

ר׳ צדוק אביו של ר׳ אלעזר בר צדוק :

גם אביו של ר׳ צדוק היה חכם כמו נראה במשנה בשבת פרק כ״ד בסוף ; וזה ר׳ צדוק ובנו היו בעת החרבן ובעת החרבן היה זקן אשר כי כבר התענה ארבעים שנה קודם שיחרב הבית ואחר החרבן היה עם ר׳ אליעזר ורבי יהושע בחופת בנו של רבן גמליאל כמו נראה בפרקא קמא דקדושין :

R. TZADO'K PATER R. ELEAZARIS BAR TZADOKI docti Rabbini, de quo ſuprà actum eſt. Habuit & patrem Virum doctum, cuius meminit *Miſcnà* Cod. *Sciabbàth* capite 24. & vltimo, num. 5. in fine. Vterque tam R. Tzadòk, quàm filius eius R. Eleàzar, fuerunt antequam vaſtaretur ſecunda Domus. Eo anno, quo deſolata fuit Ædes, ſenex erat R. Tzadòk, quia iam per 40. annos ieiunauerat. Et R. Eleàzar filius eius vidit filiam cuiuſdam Sacerdotis igni tradi ex S. C. qui tunc temporis erat ætatis ad minùs decem annorum, vt putat *Iuchaſsin* pagina 26. quia in Cod. *Sanhedrìn Ieroſolymitano*, ipſe hoc teſtimonium perhibet.

אני הייתי תינוק וראיתי בת כהן שנשרפה וכו׳ :

Ego eram puer, & vidi filiam Sacerdotis, quæ cremata fuerat &c. Ante verò deſo-

נקרא שמאי הזקן והיה לעולם מחלוקת עם הלל אף על פי שאמרו בפ״ק דשבת כי לא היה מחלוקת עם הלל כי אם בשלשה הלכות ;

SCIAMMAI', dictus etiam SCIAMMAI' HAZAKE'N SENEX, ſocius Hillelis Senioris, & perpetuus antagoniſta eiuſdem. Ambo in eadem Academia Iudaicas traditiones docebant, Hillel erat נשיא *Naſsì Princeps*, & Sciammài אב בית דין *Au Beth Din Pater Domus Iudicij*; quòd perpetuò in vnaquaque ſocietate ſeruatum eſt, vt ſociorum primus Dux, & Princeps Synedrij eſſet; & ſecundus eſſet Pater Domus Iudicij, ſeù primus Senator in decidendis litibus. De *Sciammài*, eiuſque Schola plura dixi ſupra Par. II. in Hillele Hazakèn pagina 784. & ſeqq. quæ illic videnda ſunt. Hic ſolùm addam, quod dicunt, Sciammài in tribus tantùm deciſionibus fuiſſe contrarium Hilleli cap. 1. de Sabbatho, cùm conſtet ex *Miſcnà* ferè per omnes Codices, & capita diſſentire ab Hillelis ſententia. Hillelis tamen ſententiæ tamquam probabiliores plerumque recipiuntur, & approbantur.

Sciammài erat admodum diues, & quidquid in hebdomada optimum occurrebat, pro Sabbathino conuiuio reſeruabat; Hillel è contra, quia pauper erat, de die in diem victum quæritabat. De vtroque ita legitur in *Ghemarà* Codice ביצה capite 1. pagina 16. longè à principio.

תניא אמרו עליו על שמאי הזקן כל ימיו היה אוכל לכבוד שבת מצא בהמה נאה אומר זו לשבת מצא אחרת נאה הימנה מניח את השנית ואוכל את הראשונה אבל הלל הזקן מדה אחרת היתה לו שכל מעשיו לשם שמים שאמר ברוך אדני יום יום (תהלים ס״ח : כ׳) ;

Eſt traditio. Dixerunt de Sciammài ſeniore: quòd quotidie comedebat in honorem Sabbathi. Inueniebat pulchrum animal

ſtribuendam reliquit. Volunt ex deuotione Circumciſionis proprijs dentibus ſeipſum circumcidiſſe, vt ſuprà retuli pag. 76. col. 2. Inter Tanaitas refertur ab Auctore *Iuchaſsin* pag. 66. b. ideòque eundem in hoc loco retuli.

רבי סתם הוא רבינו הקדוש :

RABBI' abſolutè, & ſine aliquo addito, quamuis aliquando intelligatur R. Meir, pluriès tamen intelligitur Rabbènu Hakkadòſc, de quo ſub hoc numero 673. modò agimus. Vnde de eo intelligendum eſt, quod dicitur in principio capitis 2. *Auòth*, vbi ſic habetur.

רבי אומר אי זו היא דרך ישרה שיבחר לו האדם כל שהיא תפארת לעושה ותפארת לו מן האדם הוי זהיר במצוה קלה כבמצוה חמורה שאין אתה יודע מתן שכרן של מצות והוי מחשב הפסד מצוה כנגד שכרה ושכר עברה כנגד הפסדה והסתכל בשלשה דברים ואין אתה בא לידי עבירה דע מה למעלה ממך עין רואה ואזן שומעת וכל מעשיך בספר נכתבין:

Rabbì dicit: Quanam eſt via recta, quam ſibi eligere debet homo? Eam, quæ in gloriam ipſius redundet, & ab hominibus ſit glorificanda. Eſto ſolicitus in præceptis, tam leuioribus, quàm grauioribus; quoniam tibi nota non eſt retributio præceptorum; & computa iacturam præcepti cum ipſius lucro; & lucrum præuaricationis cum iactura lucri præcepti. Tria recole memoria, & nunquam præuaricabis: quid ſit ille, qui ſupra te eſt: qui oculum habet videntem, & aurem audientem: & quòd omnia opera tua in libro ſcripta ſunt.

שמאי נקרא שמאי הזקן הוא חבירו של הלל ושניהם היו לעולם בבית המדרש ביחד האחד נשיא והאחד אב בית דין וכן היו כל הזוגות ; ונראה שהצריך יהיה כמו הלל חבירו כי לעולם

& Hillèl non admodum diſcrepat ab eo, quod de eiſdem tradunt Talmudiſtæ: ſed quæ adduntur de reliquis Rabbinis, planè quidem diſcordant à Chronologia Talmudiſtarum, vt ſuprà ex hiſce meis ſcriptis colligi poteſt. Quod verò ſpectat ad interpretationem nominis שמאי *Sciammài*, benè interpretatur *Diſſipator* à שמם *deſolari, diſſipare. Terra Veſtra* שממה *deſolata*, Iſai. c. 1. v. 7. הלל *Hillèl* autem nulli intelligenti dubium eſt, quin *laudare* ſignificet; at fortaſſis Hieronymus literam ה *He* in ח *Cheth* mutare voluit in ignominiam, vt pro הלל legendum eſſet חלל *Chillel Prophanus*, vt apud Hebræos frequens eſt vſus, vt cum עברי *Iurì Hebræus*, ad oſtendendam mentis cœcitatem Hebræorum cùm nolint Chriſti Domini agnoſcere veritatem, vocatur עורי *Iurì Cæcus* mutato ב *Beth* in ו *Vàu*. Quod autem legatur *Delphon*, crediderim legendum eſſe *Tarphòn*, qui fuit inſignis Rabbinus, de quo egi ſuprà Par. II. pag. 862.

שמואל הקטן

ונקרא הקטן בערך שמואל הנביא כמו פירש רש"י באבות : והוא היה בזמן רבן גמליאל הזקן קודם חרבן הבית ואמרו כי בשעת פטירתו נתנבא על רבן שמעון בן גמליאל ורבי ישמעאל לקטלא ונהרג בחרבן רבן שמעון בן גמליאל כדאיתא בגטין אם כן הוא היה קודם החרבן : ושם שמואל הקטן היה יודע בחכמת התכונה והוא נכנס לפני רבן גמליאל הזקן לעבר את השנה : והוא תיקן ברכת המינין ביבנה : ומת בלי בן ורבן שמעון בן גמליאל ורבי אלעזר בן עזריה הספידוהו ותלו מפתחו ופנקסו בארונו מפני שלא זכה לבן :

SCIEMVE'L HAKKATA'N *Samuel paruus*, ita dictus in comparatione Samuelis Prophetæ, ſecundùm explicationem R. Salom. in *Auòth*. Fuit ſynchronus Rabbàn Gamlielis ſenioris ante euerſionem ſecundi Templi; quòd ita

mal, dicebat: Hoc ſit pro die Sabbathi. Inueniebat aliud melius, hoc ſecundum reſeruabat pro Sabbatho, & primum comedebat. At Hillel ſenior aliam Viam tenebat. Omnia enim opera ſua ad Deum dirigebat, dicebatque: Benedictus ſit Dominus die die. (Pſalm. 68. ver. 20.) quandoquidem, quolibet die cùm Deus det eſcam eſurientibus, quolibet etiam die de ſuis donis, ac datis ſit benedicendus, nec quoad victum aliquid cogitandum de craſtino.

Cæterùm huius Sciammài, & Hillelis meminit Hieronymus ad c. 8. Iſaiæ in Comment. ver. 14. *Et erit Vobis in ſanctificationem. In lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus Domibus Iſraël, in laqueum, & in ruinam habitantibus Ieruſalem. Duas Domus* (inquit Hieronymus) *Nazaræi* (qui ita Chriſtum recipiunt, vt obſeruationes Legis veteris non amittant) *duas familias interpretantur, Sammai, & Hillel: ex quibus orti ſunt Scribæ, & Phariſæi: quorum ſuſcepit Scholam Akibas, quem Magiſtrum Aquilæ Proſelyti autumant: & poſt eum Meir: cui ſucceſſit Iochanan filius Zachai: & poſt eum Eliezer, & per ordinẽ Delphon* (forſan Tarphòn): *& rurſum Ioſeph Galilæus: & vſque ad captiuitatem Hieruſalem Ioſue. Sammai igitur, & Hillel non multò priùs, quàm Dominus naſceretur, orti ſunt in Iudæa, quorum prior Diſſipator interpretatur, ſequens Prophanus: eò quòd per traditiones & Δευτερώσεις ſuas Legis præcepta diſſipauerint, atque maculauerint. Et has eſſe duas Domus, quæ Saluatorem non receperint, qui factus ſit eis in ruinam, & in ſcandalum.* Hactenus D. Hieronymus. Quod Hieronymus dicit de Sciammài,

יח

ſcianà capite 4. pagina 31. in fine.

מלשכת הגזית לחנויות ומחנויות לירושלם ומירושלם ליבנה ומיבנה לאושא ומאושא ליבנה ומיבנה לאושא ומאושא לשפרעם ומשפרעם לבית שערים ומבית שערים לציפורי ומציפורי לטבריא וכו׳ :

1. *E' Liſciàth Haggazìth, ad Chanuiòth: 2. A Chanuiòth in Ieruſalem: 3. A Ieruſalem in Iaunè: 4. A Iaunè in Vſcià: 5. Ab Vſcià in Iaunè: 6. Ab Iaunè in Vſcià: 7. Et ab Vſcià in Scepharàm: 8. A Scepharàm in Beth Sciaarìm: 9. A Beth Sciaarìm in Tzippurì: 10. A Tzippurì in Tiberiadē &c.* Tranſlatum itaque fuit Synedrium ab Ieruſalem in Iaunè ante exciſum Templum, & ante mortem Samuelis katàn; & in ea Vrbe precationem illam contra מינין *Minìn Hæreticos* coram Rabbàn Gamliele ſeniore ab eodem *Samuele katàn paruo* compoſita fuit, & recitata, vt habetur Codice *Berachòth* capite 4. pagina 28. b. & addita decem & octo benedictionibus in eadem Vrbe, & coram eodem Rabbàn Gamliele ordinatis à Simone הפקולי *Happakulì Goſſypiario*. Cur autem octodecim tantùm benedictiones, & non plures, neque pauciores conſtitutæ fuerint, *Ghemarà* ibidem circa finem, rationes nonnullas hoc modo adducit.

הני י״ח כנגד מי א״ר הלל בריה דר׳ שמואל בר נחמני כנגד י״ח אזכרות שאמר דוד בהבו ליהוה בני אלים (תהלים כ״ט :) רב יוסף אמר כנגד י״ח אזכרות שבקרית שמע : אמר ר׳ תנחום אריב״ל כנגד שמנה עשרה חליות שבשדרה וא״ר תנחום אריב״ל המתפלל צריך שיכרע עד שיתפקקו כל חליות שבשדרה עולא אמר עד כדי שיראה איסר כנגד לבו ר׳ חנינא אמר כיון שנענע ראשו שוב אינו צריך אמר רבא והוא דמצער נפשיה ומחזי כמאן דכרע הני תמני סרי תשסרי הויין אמר רבי לוי ברכת המינים ביבנה תקנוה כנגד

ita probant: Dicunt, eum in articulo mortis prophetaſſe de nece Rabbàn Simeonis Ben Gamlielis, & Rabbì Iſmaëlis: at Rabbàn Simeon Ben Gamlielis interfectus eſt in ipſa euerſione Templi, quo Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài Principatum tenebat in doctrina, vt dicitur in Cod. *Ghittin*. Ergo ante euerſionem Templi ſecundi floruit Samuel iſte katàn. Rurſum, eodem Rabbàn Gamliel volente declarare annum eſſe emboliſmicum, aſſumptis quibuſdam ſocijs, inter alios repertus eſt Samuel katàn, cui data eſt facultas, veluti Aſtronomorum peritiſſimo declarandi; an annus tunc temporis decurrens tredecim Lunationum eſſe deberet, Cod. *Sanhedrìn* cap. 1. pag. 11. in principio. Ergo coëtaneus Rabbàn Gamlielis fuit Samuel iſte katàn.

Antequam Templum deſtrueretur annis 40. ceſſauerunt *iudicia* קנסות *kenasòth criminalia* in Iudaiſmo, quia tunc receſſit Synedrium à ſede ſua à לשכת הגזית *liſcàth haggazìth Ab Aula cæſi lapidis*, & abijt לחנויות *Lachanuiòth Ad Tabernas*, Cod. *Sciabbàth* cap. 1. pag. 15. circa finem. Nam Synedrium, quod intra Templi limites conſtitutum erat, vbi maximam, & ſupremam gladij poteſtatem exercebat, à Sede ſua eiectum, decem tranſmigrationibus inſtabile factū eſt; nihil in his ſtationibus priſtinæ dignitatis, aut ſplendoris habuit; niſi tantùm in cauſis ciuilibus, aut pœnalibus quibuſdam leuioribus ius, & iuſtitiam adminiſtrabat, aut circa ritus, & ceremonias Moſaicas, iura, quæ ſibi competere exiſtimabat, in plebem Iudaicam dicebat. Prima igitur tranſlatio, vt habetur in *Ghemarà Roſc Ha-*

מי תקנות אמר רבי לוי בריה דרבי שמואל בר נחמני לרבי הלל כנגד אל הכבוד הרעים לרב יוסף כנגד אחד שבקריאת שמע לרבי תנחום אמר רבי יהושע בן לוי כנגד חוליא קטנה שבשדרה : תנו רבנן שמעון הפקולי הסדיר שמנה עשרה ברכות לפני רבן גמליאל על הסדר ביבנה אמר להם ר״ג לחכמים כלום יש אדם שיודע לתקן ברכת המינים עמד שמואל הקטן ותקנה לשנה אחרת שכחה והשקיף בה שתים ושלש שעות ולא העלוהו אמאי לא העלוהו והאמר רב יהודה אמר רב טעה בכל הברכות כלן אין מחזירין אותו בברכת המינים מחזירין אותו חיישינן שמא מין הוא שאני שמואל הקטן דאיהו תקנה וניחוש דילמא הדר ביה אמר אביי גמירי טבא לא הוי בישא ולא והכתיב (יחזקאל יח״ : כד״ :) ובשוב צדיק מצדקתו ועשה עול ההוא רשע מעקרו אבל צדיק מעקרו לא ולא והתנן אל תאמן בעצמך עד יום מותך שהרי יוחנן כהן גדול שמש בכהונה גדולה שמונים שנה ולבסוף נעשה צדוקי אמר אביי הוא יוחנן הוא ינאי רבא אמר ינאי לחוד יוחנן לחוד ינאי רשע מעקרו יוחנן צדיק מעקרו : לאביי ניחא אלא לרבא קשיא אמר לך רבא צדיק מעקרו נמי דילמא הדר ביה איהו הכי אמאי לא אסקוה שאני שמואל הקטן דאתחיל בה דאמר רב יהודה אמר רב ואיתימא רבי יהושע בן לוי לא שנו אלא שלא התחיל בה אבל התחיל בה גומרה :

Cur decem & octo ſunt (benedictiones) *cuiuſnam gratia tot numero ſunt ordinatæ? Dixit R. Hillèl Ben R. Samuelis Bar Nachmanì reſpectu 18. nominum Diuinorum, quæ Dauid in Pſalmo* (29. v. 1.) Afferte Domino filios arietum, *pronunciauit. Ràu Ioſeph dixit: Reſpectu 18. nominum Diuinorum, quæ habentur in Kiriàth ſcemàa* Audi Iſraël &c. *Dixit R. Tanchùm: Dixit R. Ieoſciùa Ben Leuì propter decem & octo ſpondylos, qui ſunt in ſpina dorſi* (hominis), *& dicebat R. Tanchùm. Dixit R. Ieoſciua Ben Leuì: Qui orat, neceſſe eſt, quòd adeò incuruet ſe, vt abiungantur, ſeù diſſocientur omnes ſpondyli, qui ſunt in ſpina dorſi* (hominis). *Vulà dicit: Eatenus homo incuruare ſe debet, vt poſſit inſpicere monetam contra cor ſuum. R. Chaninà aiebat: Quando mouerit caput ſuum nihil vltra exigitur. Dixit Rauà: Qui etiam licèt laboraret dolore, vt lumbos flectere non poſſet, dolebat nihilominùs, oſtendebat ſe, veluti ſe incuruaſſet. Ha 18. orationes fuerunt 19. Dixit Ràu Leuì: Benedictionem* (hoc eſt maledictionem contrario ſenſu) *hæreticorum in Iaunè ordinauerunt; reſpectu cuius eam inſtituerunt? Dixit R. Ieoſciùa Ben Leuì: Reſpectu ſpondyli parui, qui eſt in ſpina dorſi* (hominis). *Tradiderunt Rabbini: Scimòn Happakulì goſſypiarius inſtituit 18. benedictiones coràm Rabbàn Gamliel ordine ſuo in Iaunè. Dixit Rabbàn Gamliel Sapientibus: Numquid eſt homo, qui norit ordinare benedictionem* המינים *Hamminim Hæreticorum? Stetit Samuel hakkatàn paruus, & ordinauit illam. Altero anno obliuioni data eſt, & proſpexit in ea* (id eſt cogitauit reuocare eam ad memoriam) *duabus, aut tribus horis. & non reuexerunt eum. Sed quare non reuexerunt eum? Et nonne dicit R. Iudas: Dixit Ràu: Si quis errat in omnibus benedictionibus, redire eum non faciunt; in benedictione Hæreticorum redire eum faciunt* (ad hoc vt iterùm repetat lectionem benedictionis) *quia ſuſpicamur eum fuiſſe hæreticum. Sed alia ratio eſt de Samuele hakkatàn, qui ordinauit illam. Sed ſuſpicamur, quòd fortè pœnituerit. Dixit Auijè: Bonus fuit, & non malus. Et nonne ſcriptum eſt* (Ezech. 18. 24.) Et cùm conuertit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, *ſed qui fuit impius à principio, non autem qui iuſtus à principio. Sed quomodo? Et nonne legitur*

Ne

18. benedictiones recitarat, non erat neceſſe vt eas iterum repeteret; at qui huiuſmodi execrationem contra Hæreticos recitando erraſſet, iterum eum recitare cogebant, vt omnis ſuſpicio hæreticæ prauitatis ab eo remoueretur. Cur autem non ſic fecerunt in Samuele paruo, nec illum coëgerunt, vt iterum ſuam in Hæreticos execrationem repeteret, cauſam aſſignant. Vbi notanda amara, & intolerabilis blaſphemia contra Chriſtum Dominum, & Doctorem veritatis prolata à R. Salomone Iarchì in Comment. ad vocem ברכת המינים *Benedictionem contra Hæreticos* ביבנה תקנוה *in Iaunè eam ordinauerunt*; ait enim -

לאחר זמן מרובה קרוב לתרבותו של הנוצרי שלמד לחפוך דברי אלהים חיים :

Poſt longum tempus, propè educationem Nazareni, qui docuit peruertere verba Dei viuentis. Sed non eſt nouum in Rabbì Salomone, & in alijs huius farinæ ſimilibus impijs, & peruerſis Rabbinis, iſta contra Chriſtum Deum, & Dominum Iudæorum huiuſmodi proferre execrandas blaſphemias, ſed Dominus Ieſus, ipſe de ſe vindictam ſumet. Colligitur tamen ex hiſce verbis R. Salomonis, hanc precationem contra Hæreticos fuiſſe compoſitam quidem in Iaunè, *poſt longum tempus*, nimirùm à tranſlatione Synedrij, *propè educationem Nazareni*, hoc eſt non longè à natiuitate Domini, & conſequenter ante exciſionem Templi, prout benè exiſtimauimus Par. I. pag. 731. col. 1. id acciſſe anno mundi 3790. & ante mortem Chriſti annis tribus, quo tempore, vix Chriſti prædicatio cæpta erat, neque Euangelium adeò propagatum, vt execrationibus in Synagogis promulgandis;

Ne fidas tibi ipſi vſque ad diem mortis tuæ. Quia ecce Iochanàn Sacerdos Magnus, obiuit Sacerdotium magnum 80. annis, & in extremis factus eſt Saducæus. Dixit Auijè: Hic eſt Iannài, vnum & idem cum Iochanàn. Rauà dixit: (Non ſunt vnum & idem, ſed) *Iannài per ſe, & Iochanàn per ſe. Iannai impius à principio ſuo* (radicum eius), *Iochanàn iuſtus à principio ſuo. Benè quidem eſt ſecundùm Auijè; ſed hoc non ſtat ſecundùm Rauà. Dixit enim Rauà: Iuſtus à principio ſuo, & fortaſſe pœnituit. Si ſic, quare non rurſus admiſerunt eum? Sed de Samuele hakkatàn alia eſt ratio, quia inchoauit illam. Quia dixit Ràu Iudas: Dicit Ràu: Obſtupeſco. Dixit R. Ieoſciua BenLeuì: Non mutant niſi illius, qui non incæpit eam; ſed ſi eam incæpit, perficit.* Ex hoc Talmudico ratiocinio, obſcuro quidem, ſed ſecundùm Talmudiſtarum ſtylum, eleganti, intelligitur quiſnam fuerit Auctor illarum precum numero octodecim, quæ ſub nomine שמונה עשר ברכות 18. *benedictionum* quotidiè recitant Iudæi; fuit enim Simeon Pakulita, ſeù Goſſypiarius. Secundò, Cur octodecim, & nec plures, aut pauciores inſtituerit. Tertiò, A quo adiuncta fuerit execratio contra Hæreticos, itemque nomine *benedictionis*, vt omnes eſſent numero 19. Hæc enim compoſita, & addita eſt ab hoc noſtro Tanaita *Samuele katàn paruo*. Quartò, Quomodo poſt annum obliuioni tradita ſit ab Auctore, neque eam, vt compoſuerat, proferre valuerit; & duabus, vel tribus horis de ea cogitando, nunquam ad memoriam potuerit reuocare; nec tamen coëgerunt illum, vt iterum illam repeteret, ſicuti ſolebant: nam ſi erraſſet is, qui

dis, & inter publicas preces recitandis eos, qui illud ſequerentur, cohibere neceſſe fuiſſet. Non igitur hæc maledictio contra Hæreticos ab hoc Samuele katàn in odium Chriſtianæ religionis compoſita fuit, quamuis hodie Iudæi ita exiſtiment, & contra Chriſtianos, vel nouiter ad fidem ex Iudaiſmo conuerſos, vel etiam contra Chriſtianos genericè acceptos, tam publicè, quàm priuatim recitent. Hanc in libris precum Iudæorum non poſt 18. benedictiones inſtitutas à Simeone Happakulì, ſed inter iſtas inſertas 11. loco inuenies: nam prima ex hiſce 18. benedictionibus incipit.

ברוך אתה י׳י אלהינו ואלהי אבותינו אלהי אברהם וכו׳: *Benedictus tu Domine Deus noſter, Deus Patrum noſtrorum, Deus Abraham &c.* & finit ברוך אתה י׳י מגן אברהם: *Benedictus tu Domine ſcutum Abrahæ.*

2. Incipit אתה גבור לעולם י׳י וכו׳: *Tu potens es in æternum Domine &c.* & finit ברוך אתה י׳י מחיה המתים: *Benedictus tu Domine viuificans mortuos.*

3. Incipit לדור ודור נמליך לאל וכו׳: *A generatione in generationem &c.* & finit ברוך אתה י׳י האל הקדוש: *Benedictus tu Domine, Deus ſancte.*

4. Incipit אתה חונן לאדם דעת וכו׳: *Tu gratis largiens homini ſcientiam &c.* & finit ברוך אתה י׳י חונן הדעת: *Benedictus tu Domine gratis largiens ſcientiam.*

5. Incipit השיבנו אבינו לתורתך וכו׳: *Conuerte nos Pater noſter ad Legem tuam &c.* & finit ברוך אתה י׳י הרוצה בתשובה: *Benedictus tu Domine, qui vis reſipiſcentiam.*

6. Inc. ראה נא בענינו וריבה ריבנו וכו׳: *Vide quæſo afflictionem noſtram, & litiga cauſam noſtram &c.* & finit ברוך אתה י׳י גואל ישראל: *Benedictus tu Domine, redemptor Iſraël.*

7. Incipit רפאנו י׳י ונרפא וכולי: *Sana nos Domine, & ſanabimur &c.* & finit ברוך אתה י׳י רופא חולי עמו ישראל: *Benedictus tu Domine, ſanans infirmos populi tui Iſraëlis.*

8. Inc. ברכנו אבינו בכל מעשה ידינו וכו׳, *Benedic nos Pater noſter in omni opere manuum noſtrarum &c,* & finit, ברוך אתה י׳י מברך השנים: *Benedictus tu Domine, benedicens annos.* Hanc tempore æſtiuo dicunt; ſequentem verò tempore hiemali.

ברך עלינו י׳י אלהינו את השנה הזאת וכו׳: *Benedic nobis Domine Deus noſter hunc annum &c.* & finit ברוך אתה י׳י מברך השנים: *Benedictus tu Domine, qui benedicis annos.*

9. Incipit תקע בשופר גדול וכולי: *Clange buccina magna &c.* & finit ברוך אתה י׳י אלהינו מקבץ נדחי עמו ישראל: *Benedictus tu Domine Deus noſter congregans diſperſos populi tui Iſraël &c.*

10. Inc. השיבה שופטינו כבראשונה וכו׳: *Reſtitue Iudices noſtros ſicut à principio &c.* & finit ברוך אתה י׳י מלך אוהב צדקה ומשפט: *Benedictus tu Domine Rex diligens iuſtitiam, & iudicium.*

11. In hoc loco ponitur execratio contra Hæreticos edita à *Samuele katàn paruo*, quamuis poſt omnes alias fuerit compoſita, & eſt.

ולמלשינים אל תהי תקוה וכל הזדים כרגע יאבדו וכל אויביך וכל שונאיך מהרה יכרתו וכל עושי רשעה מהרה תעקר ותשבר ותכלם: ותכניעם במהרה בימינו ברוך אתה י׳י שובר איבים ומכניע זדים:

Et proditoribus ne ſit vlla ſpes (ſcilicet vitæ æternæ), *& omnes arrogantes* (ſuperbi) *momento pereant. Et omnes inimici tui, omnes odio te habentes citò abſcindantur. Et omnes facientes mala feſtinanter extirpentur, frangantur, & conſum-*

ſum-

ſummentur, ac deprimantur properè in diebus noſtris. Benedictus tu Domine, qui inimicos frangis, & ſuperbos deprimis. Hæc formula differt ab antiqua, quæ Iudæos ad fidem conuerſos, & Romanum Imperium impetebat: nam pro ולמלשינים *& Proditoribus* poſitũ erat ולמשומדים *& perditis* (Iudæos Chriſti fidem amplexos משומדים *Meſciumadìm perditos* appellant, ſingulariter משומד *Meſciumàd*) & proſequebatur אל תהי תקוה והמנים כרגע יאבדו וכל אויבי עמך מהרה יכרתו ומלכות זדון תעקר ותגמר וכו': *ne ſit ſpes* (ſalutis), *& Hæretici* (intelligunt Chriſtianos omnes) *momento pereant. Et omnes hoſtes populi tui citò excindantur. Et Regnum ſuperbum* (id eſt Imperium Romanum, quod aliquando etiam מלכות הרשעה *Regnum impium*, & ſceleratum vocant) *eradicetur, comminuatur, & laceretur &c.*

12. Incipit על הצדיקים ועל החסידים וכו': *Super iuſtos, & pios, &c.* & finit בא״י משען ומבטח לצדיקים: *Benedictus tu Domine* (qui es) *ſcipio, & fiducia iuſtorum.*

13. Inc. תשכון בתוך ירושלם עירך וכו': *Habitato tu in medio Ieruſalem Ciuitatis tuæ &c.* & finit ברוך אתה י״י בונה ירושלם: *Benedictus tu Domine* (qui) *ædificas Ieruſalem.*

14. Incipit את צמח דוד עבדך וכו': *Germen Dauid ſerui tui &c.* & finit ברוך אתה י״י מצמיח קרן ישועה: *Benedictus tu Domine* (qui) *germinare facis cornu ſalutis.*

15. Incipit עננו אבינו עננו וכו': *Exaudi nos Pater noſter, exaudi nos &c.* & finit ברוך אתה י״י שומע תפילה: *Benedictus tu Domine* (qui) *audis orationem.*

16. Incipit רצה י״י אלהינו בעמך וכו': *Beneuolus eſto Domine Deus in populum tuũ &c.* & finit ברוך אתה י״י המחזיר שכינתו לציון: *Benedictus tu Domine, qui redire facis Diuinitatem tuam in Sion.*

17. Incipit מודים אנחנו לך וכו': *Confitemur tibi &c.* & finit ברוך אתה י״י הטוב שמך ולך נאה להודות: *Benedictus tu Domine: Bonum eſt nomen tuum, te enim decet confeſſio.*

18. Incipit שים שלום וכו': *Pone pacem &c.* & finit ברוך אתה י״י המברך את עמו ישראל בשלום אמן: *Benedictus tu Domine: qui benedicis populo tuo Iſraëli in pace, Amen.*

Iſtæ ſunt 18. benedictiones, quas quotidiè recitant Iudæi. Ex *Ghemarà* Cod. *Berachòth* ſuprà citato, nouemdecim eſſe debuiſſent, quia *Simeon Happakulì* 18. inſtituit; & *Samuel katàn* vnam addidit contra Hæreticos; ſed in libris Precum, hodie non numerantur niſi tantùm octodecim, vt recenſui. Cur autem octodecim ſint, & non nouemdecim, videant ipſi Iudæi. De hac imprecatione contra Hæreticos vide ampliùs Par. I. pag. 730. colum. 2.

Cæterùm hæc, quæ ſequitur ſententia, de huiuſmodi *Samuele paruo* in *Pirkè Auòth* cap. 4 numero 19. habetur. שמואל הקטן אומר בנפול אויבך אל תשמח ובהכשלו אל יגל לבך פן יראה י״י ורע בעיניו והשיב מעליו אפו:

Samuel Hakkatàn paruus dicit: Cùm ceciderit inimicus tuus ne lætificeris; & cùm corruerit, ne exultet cor tuum; ne fortè videat Dominus, & diſplicеat (hoc) *in oculis ſuis, & auertat ab eo furorem ſuum.* Tandem, quia prolem poſt ſe non reliquit, in arca, vbi poſt mortem corpus ipſius iacebat, poſuerunt clauem, & librum ſubducendi rationes.

ר׳ שמעון איש המצפה היה בזמן

הנית כמו כרלס במסכת בפרק סני דפלס לפני רבן גמליאל ועלו ללשכת סגוית וכו':

R. SCI-

R. SCIMO'N SIMEON ISC HAMMISPA' viuebat tempore Ædis ſecundæ; quia aſcendit in Templum cum Rabbàn Gamliele in Aulam *Liſcàth Haggazìth Cæſi lapidis*, vbi Senatores magni Synedrij congregabantur. Cod. *Peà* cap. 2. num. 6. Vide ſuprà in *Nachùm Albauàr*.

ר׳ שמעון בן אלעזר חבר רבי ותלמיד ר׳ מאיר ונקרא בראשי תבות רשב״א כלו׳ רבי שמעון בן אלעזר ואמר בעל ספר יוחסין כשבא ממגדל עדר מבית רבו היה בשמחה גדולה שלמד תורה הרבה ונזדמן פגע עם איש מכוער ביותר ואמר לו ריקה אם כל בני מדינתו כן ואמר לו שילך לאומן שעשאו ויאמר לו למה עשאו כך עד שיבאו כל אנשי העירה לקראת רשב״א וזה האיש לא רצה למחול עד שפייסוהו הרבה ואמרו מחול לו על מנת שלא יהיה רגיל בכך ויצא ודרש לעולם יהא אדם רך כקנה לפיכך זכה קנה ליטול ממנו קולמוס לספר תורה :

R. SCIMO'N BEN ELAZA'R, ſocius *Rabbì*, id eſt R. Iudæ Ben Scimòn Simeonis cognomento *Rabbènu Hakkadòſc*, & diſcipulus R. Meir, circa ann. Domini 130. Abbreuiatè per initia dictionum vocatur רשב״א *Riſcbà* hoc eſt *R. Simeon Ben Eleazàr*. Auctor libri *Iuchaſsìn* huic Rabbino applicat illam Talmudicam hiſtoriam, quæ legitur in Talmude Cod. *Taanìth* cap. 3. pagina 20. in fine, quamuis in editione Cracouienſi legatur ſub nomine ר׳ אלעזר בן שמעון R. Eleazaris Ben Scimòn Simeonis, attamen quia *Iuchaſsìn* pag. 48. b. & pagina 68. b. eam huic Rabbino tribuit, eius nomine hìc referam, quia forſan erit error in ſcriptione patris loco filij; dicitur enim -

מעשה שבא רבי אלעזר בן שמעון ממגדל גדור מבית רבו והיה רכיב על החמור ומטייל על שפת נהר ושמח שמחה גדולה והיתה דעתו גסה עליו מפני שלמד תורה הרבה . נזדמן לו אדם אחד שהיה מכוער ביותר אמר לו שלום עליך ר׳ ולא החזיר לו אמר לו ריקא כמה מכוער אותו האיש שמא כל בני עירך מכוערין כמותך אמר לו איני יודע אלא לך ואמור לאומן שעשאני כמה מכוער כלי זה שעשית כון שידע בעצמו שחטא ירד מן החמור ונשתטח לפניו ואמר לו נעניתי לך מחול לי אמר לו איני מוחל לך עד שתלך לאומן שעשאני ואמור לו כמה מכוער כלי זה שעשית היה מטייל אחריו עד שהגיע לעירו יצאו בני עירו לקראתו והיו אומרים לו שלום עליך ר׳ ר׳ מורי מורי אמר להם למי אתם קורין ר׳ רבי אמרו לו לזה שמטייל אחריך אמר להם אם זה רבי אל ירבו כמותו בישראל אמרו לו מפני מה אמר להם כך וכך עשה לי אמרו אלו אעפ״כ מחול לו שאדם גדול בתורה הוא אמר להם בשבילכם הריני מוחל לו ובלבד שלא יהא רגיל לעשות כן מיד נכנס ר׳ אלעזר בן ר׳ שמעון ודרש לעולם יהא אדם רך כקנה ואל יהא קשה כארז :

Factum quod (acciderat) *R. Eleazaro Ben Simeonis, Venienti è Migdàl ghedùth, è domo Magiſtri ſui. Equitabat hic ſuper aſinum, & ambulabat iuxta ripam fluminis, & lætabatur lætitia magna, & erat mens eius elata, propterea quòd multam Legem didicerat. Inuenit quendam Virum, qui admodum deformis erat, cui dixit: Pax tibi Rabbì. Et non reſpondit ei. Dixit: Fatuus eſt. Quàm fœdus eſt Vir iſte! Forſan omnes Viri Vrbis tuæ turpes ſunt Vti tu es? Reſpondit ei: Ego neſcio, ſed ito ad artificem, & dicito ei, qui me formauit; quàm deforme eſt Vas iſtud quod tu feciſti! Quòd cùm audiſſet, cognouit peccatum ſuum, & de aſino deſcendens cecidit in faciem ſuam, eique dixit: Exoratus ſum te, parce mihi. Reſpondit ei: Non tibi parcam quouſque adeas artificem, qui me effinxit, dicaſque ei: Quàm turpe eſt vas iſtud quod formaſti! Poſt eum pergit, donec pertingat ad Vrbem Viri iſtius. Exierunt Ciues in occurſum eius, ſalutauerunt eum di-*

בתירה וכולם הם משמשכחת הנשיאים שהיו בזמן הלל וכלם ראו הבית ואחר הבית :

SCIMO'N SIMEON BEN BETHERA'. Fuerunt tres fratres filij Betherà: R. Ioſua, abſolutè dictus Ben Betherà; 2. R. Iudas; & 3. hic noſter R. Simeon: ex Principum familia floruerunt omnes tempore Hillelis, perſiſtente Templo, qui & illud exuſtum viderunt. Eorum omnium fit mentio capite העיד ר׳ יהושע בן בתירא num. 1. & 3.

רבן שמעון בן גמליאל דיבנה הוא

היה אביו של רבינו הקדוש הנקרא רשב״ג הנזכר בכל המשנה והלכה כמותו חוץ מהלכות ידועות : והיה רבן אלעזר איש ברתותא והיה עמו ר׳ יהושע בן קרחה בן ר׳ עקיבא ובן ר׳ נתן אב בית דינו ור׳ מאיר ור׳ אלעזר בן ר׳ שמעון ורבינו הקדוש בנו לפניו וכל אלו היו נשיאים מבית הלל מצד האם מיהודה אבל לא היו ראשי גליות כי אם בבבל מצד האב מיהודה וכל אלו נקראו רבן : והיה בר פלוניתיה דר׳ יהושע בן חנניא :

RABBA'N SCIMO'N SIMEON BEN GAMLIELIS de Iaunè, pater Rabbènu Hakkadòſc, abbreuiatè vocatur רשב״ג *Riſcbàgh*, hoc eſt *Rabbàn Simeon Ben Gamlielis*. Huius meminit *Miſcnà* ferè per totum, & concluſio, quibuſdam paucis exceptis, & notis locis, ſemper eſt ſecundùm ſuam ſententiam, vtpotè probabilior reliquis. Eius Magiſter fuit R. Eleàzar Iſc Barthòta, ſimulque cum eo fuerunt R. Ioſuè Ben Korchà Ben R. Akibæ. R. Nathàn fuit Pater Domus Iudicij, itemque R. Meir, R. Eleàzar Ben R. Simeonis, & Rabbènu Hakkadòſc filius eius, coram eo docebat. Omnes enim iſti fuerunt Principes de Domo Hillelis ex parte matris de ſtirpe Iudæ. Verùm non fuerunt capita captiuitatis, quia huiuſmodi Principes captiuitatis fuerunt in Babylone ex parte

dicentes: Pax tibi Rabbì, Rabbì, Morì, Morì, Magiſter, Magiſter, Domine, Domine. Dixitque eis: Quare vos vocatis Rabbì, Rabbì? Reſponderunt ei: Propter eum, qui venit poſt te. Dixit ad eos. Si iſte eſt Rabbì, alius ſicut iſte, non creſcat in Iſraël. Dixerunt ei: Cur hoc? Reſpondit eis: Sic, & ſic fecit mihi. Dixerunt ei: Idcircò parce ei, quia homo magnus eſt in Lege. Reſpondit eis: Propter vos, nunc ei parco. Sed talia facere ne aſſueſcat. Statim ingreditur R. Elazàr Ben Scimòn, & effatus eſt: Semper homo ſit lenis ſicut arundo; & non ſit durus ſicut cedrus. Moraliter. Homo ob doctrinam humiliari, non ſuperbire debet: naturales proximi defectus patienter ſufferre: & læniter, non durè ſe præbere: vnde volunt, quòd cùm arundo lænis ſit, idcircò vt ex ea fiat calamus ſcriptorius, quo Liber Legis ſcriptis exaretur, mereatur. Ibidem.

Tandem eius mentio fit in *Pirkè Avòth* cap. 4. num. 18. vbi ſequens illius ſententia refertur -

ר׳ שמעון בן אלעזר אומר אל תרצה את חבירך בשעת כעסו ואל תנחמנו בשעה שמתו מוטל לפניו ואל תשאל לו בשעת נדרו ואל תשתדל לראותו בשעת קלקלתו :

Rabbì Scimòn Simeon Ben Eleàzar dicit: Ne complaceas ſocio tuo in hora indignationis eius; neque conſolaberis eum in hora, qua defertur mortuus eius coram eo; neuè petieris aliquid ab eo (ad emendum) *tempore, quo votum emiſit* (abſtinendi à cibo). *Et ne coneris videre illum ea hora, qua eſt vaſtatus* (hoc eſt ſine veſtibus eſt, & denudatus).

שמעון בן בתירא והם ג׳ אחים בני בתירה

וכולם נזכרו בעדויות פרק ח׳ ; והם ר׳ יהושע הנקרא בן בתירה סתם ; הב׳ הוא ר׳ יהודה בן בתירה ; והשלישי זה ר׳ שמעון בן

vnus ex decem interfectis à Regno, videlicet Romanorum, tempore euerſionis Templi. Eius memoria habetur in *Miſcnà*, licèt in ea nunquam declaretur, cuiuſnam filius Gamlielisſue ſenioris, an iunioris ſit; colligitur tamen eſſe filium ſenioris, Gamlielis, quando in eo aliquid correlatiuum ad Templum reperitur; quia cum perſiſtente Templo ipſe extiterit, ſi cum de eo agitur, etiam de Templo, aut de Sacrificijs, aut de alijs ad Templum ſpectantibus agatur, vti fit in cap. 1. Cod. *Cherethòth* in fine, certum eſt de hoc Rabbàn Simeone Ben Gamlielis ſenioris intelligendum: nam Rabbàn Simeon Ben Gamlielis de Iaunè, dum longè poſt Templi exuſtionem vixerit, nihil de Templo, aut de Sacrificijs, & alijs functionibus in eo actis, veluti teſtis oculatus ſcire potuit. Docent etiam omnes Commentatores Capitum Patrum, qui de hoc Simeone egerunt, quòd illa ſententia cap. 1. numero 17. ſit huius Simeonis, qua in commendatione ſilentij dicitur -

שמעון בנו אומר כל ימי גדלתי בין החכמים ולא מצאתי לגוף טוב אלא שתיקה (נ״א משתיקה) ולא המדרש הוא העקר אלא המעשה וכל המרבה דברים מביא חטא :

Scimòn Simeon filius ſuus (id eſt Rabbàn Gamlielis ſenioris) *dicit : Omnibus diebus* (vitæ meæ) *enutritus ſum inter Sapientes, & nihil meliùs adinueni quàm ſilentium. Non enim ſermo eſt fundamentum* (virtutis) *ſed opus. Qui autem multiplicat verba, peccatum inducit.*

רבן שמעון בנו של הלל הזקן נשיא ישראל

כאביו בברייתא בפרק קמא דשבת לא נזכר במשנה כמו שאמר בעל ספר יוחסין דף ס״ו: עמוד ב׳ :

RAB-

te patris de Domo Iudæ, & Dauidis. Hactenus a Rabbàn Simeone ſene vſque ad præſentem Simeonem omnes præcipui Doctores dicti ſunt *Rabbàn*. Inuenitur tamen aliquando hic Simeon cum pronomine *Rabbì* in quibuſdam exemplaribus, niſi forſan ſit error typographicus, vti in *Pirkè Auòth* cap. 1: num. 18. in illius præclara ſententia, quæ ſic ſe habet -

רבי שמעון בן גמליאל אומר על שלשה דברים העולם קיים על הדין ועל האמת ועל השלום שנאמר אמת ומשפט שלום שפטו בשעריכם :

Rabbì Simeon Ben Gamliel dicit : Tribus rebus vniuerſum ſubſiſtit; Iudicio, Veritate, & Pace, S. D. (Zachariæ 8. v. 16.) Veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis veſtris. De Simeone Ben Gamlielis ſecundi patre Rabbènu Hakkadòſc intelligitur, teſte Iſaaco Abrauanelo in Comment. ad hunc locum. Et antecedens ſententia ab eodem tribuitur Simeoni filio Gamlielis ſenioris, vt & ego l. Par. pag. 732. col. 1. attribui. De hoc Tanaita fit mentio in *Miſcnà* Cod. *Berachòth* cap. 2. num. 8: Cod. *Bauà Metzijà* cap. 8. num. 6. & num. 8. ac alibi ſæpè. Viuebat anno Domini 120. Eius Antagoniſta fuit R. Ioſue Ben R. Chananià. De eo fit mentio in *Miſcnà* Cod. *Bauà Metzijà* cap. 7. num. 1. & alibi.

רבן שמעון בן גמליאל הזקן

הוא נשיא ישראל והוא מעשרה הרוגי מלכות שנהרג בחורבן הבית והוא נזכר באבות פרק ראשון שמעון בנו אומר וכו׳ ובפרק ראשון דכריתות בסוף הפרק נראה שהוא שמעון בן גמליאל הזקן :

RABBA'N SCIMO'N SIMEON BEN GAMLIELIS SENIORIS, etiam ipſe fuit Princeps in Iſraële, &

meonis Iuſti Euangelici conſiſtere que-ant. His enim ex Talmudiſtarum teſti-monijs denudatis, in notitiam huius Si-meonis Euangelici deueniemus: & an ſit idem cum Rabbàn Simeone filio Hillelis, cognoſcemus.

Quoad temporis rationem, recole quę de Hillele Seniore in I. Par. dicta ſunt pag. 784. videlicet: Hillelem natum eſ-ſe in Babylone an. mun. 3648. ante na-tum Chriſtum annis 112. Anno circiter ſuæ ætatis vigeſimo vxorem duxiſſe, ex qua ſuſcepit filiũ Simeonem noſtrum; Anno ætatis ſuæ 40. mundi 3688. ante Chriſti natiuitatem annis 72. Babylone egreſſum cum vxore, & filio ſuo Simeo-ne, & veniſſe in terram Iſraël. Ibidem alijs 40. annis ſtudio Legis operam de-diſſe vſque ad annum mundi 3728. ante Chriſti natiuitatem annis 32. quo an-no conſtitutus fuit Princeps Synedrij, ætate filij ſui Simeonis minimùm 40. Gubernaſſe Iſraëlem alijs 40. annis, aſ-ſumpto ſibi ſocio filio ſuo Rabbàn Si-meone, *Iuchaſsin* pag. 22. & pag. 66. b. Itaut per centum annorum ſpatium ante euerſionem Templi à quatuor Sy-nedrij Principibus gubernatus fuerit Iſ-raël; nimirùm ab Hillele, Simeone, Gamliele, & Simeone: nam הילל ושמעון גמליאל ושמעון נהגו נשיאותן לפני הבית מאה שנה, *Hillèl & Simeon; Gamliel & Simeon du-xerunt Principatum ante* (excidium) *Templi centum annis.* Inquit *Ghemarà* Cod. *Sciabbàth* cap. 1. pag. 15. in fine, vbi Gloſſa מאה שנה אחרונים שלפני החורבן התחיל נשיאותו של הלל ופרנסו אלו ארבעה דורות מאה שנה; *Centum annis vltimis ante euerſionem* (Templi) *cæptus eſt Principa-tus Hillelis; & gubernarunt quatuor iſtæ generationes centum annis.* Iſte compu-tus

RABBA'N SCIMO'N SIMEON BEN HILLELIS SENIORIS Prin-ceps Iſraëlis, ſicut & eius pater Hillèl. Vterque ſimul geſſerunt Principatum ante euerſionem ſecundæ Ædis, Cod. *Sciabbàth* cap. 1. pag. 15. in fine. Hic eſt ille Simeon, de quo in Euangelio apud Lucam cap. 2. 25. dicitur: quòd erat homo iuſtus, & timoratus, expe-ctabat conſolationem Iſraël, & Spiritus Sanctus erat in eo. Hic *eſt ille*, *qui* à Spiritu Sancto reſponſum acceperat, non viſurum ſe mortem, niſi priùs vi-deret Chriſtum Domini. Vidit, & eum accepit in vlnas ſuas, & præ gaudio ce-cinit Canticum: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundùm verbum tuum in pace. &c.* De hoc Sancto Simeone iuſto quæri poteſt, an ſit idem cum Rabbàn Simeone filio Hillelis. Et vi-detur quòd non; quia cùm iſte Rabbàn Simeon filius Hillelis *Princeps Senatus* eſſet, certè *in politicis* Reipubl. nego-tijs occupatus erat. Non autem videtur credibile, eum in Templum tamquam priuatam perſonam iuiſſe, aut in pue-ruli Ieſu circumciſione ſe immiſcere vo-luiſſe. Quod ſi feciſſet, & tam præcla-rum teſtimonium Princeps Senatus de IESV reddidiſſet, certè nihil abeſſet, quin hic infans ab vniuerſo populo reci-peretur pro legitimo Rege. Temporis quoque ratio nihil certi nobis ſuggerit; cùm de tempore, quo ſui Principatus initium ſumpſerit, & poſtea perdurauc-rit, altum ſilentium in Auctoribus re-periatur. Ergo vt de hac re valdè ob-ſcura aliquam luminis veritatis ſcintil-lam percipere valeamus, temporis ra-tionem primò inueſtigare debemus; & an circumſtantiæ rei, cum perſona Si-

iuſtus, & timoratus ſolus, ſine comite aulico, & ſine teſte Phariſaico, venit in ſpiritu in Templum. Et cùm inducerent puerum IESVM parentes eius, non vt eum circumciderent, cùm iam circumciſus eſſet octauo die à natiuitate, ſed vt facerent ſecundùm conſuetudinem Legis pro eo, videlicet vt offerrent eum Sacerdoti tamquam primogenitum, & ceremoniam illam legalem פדיון הבן *Pidiòn habbèn Redemptionis filij primogeniti*, adimplerent. Hanc ceremoniam contendunt Iudæi hodie obſeruandam eſſe à ſuis, eiuſque determinant tempus מיום השלשים ולמעלה *à die trigeſimo, & deinceps à partu puerperæ;* ואם פדאו קודם אינו פדיה *& ſi redimant priùs, nulla eſt redemptio*. Si longè poſtea; craſſa eſt negligentia. Obſeruata fuit à Domino huiuſmodi legalis ceremonia die 40. à partu Virginis, & hodie Eccleſia Catholica eam recolit die 2. Februarij ſub nomine Purificationis Beatæ Marię Virginis. Ex his, quæ dicta ſunt, apparet nihil contrariorum argumenta valere: non rationem temporis, quia hæc adamuſſim cum Simeone Euangelico, & Talmudico egregiè conuenit; non argumentum deſumptum ex publica perſona, & Principe Synedrij in res politicas diſtracto, quia Rabbàn Simeon etſi nomen Principis haberet, gerebat tamen priuatam perſonam; neque quæ agebantur ab eo, præſertim dum pergeret in Templum, obſeruabantur à plebe. Non ſe immiſcuit Circumciſioni Domini, cùm Ieſus poſtquam conſummati ſunt dies 8, circumciſus ſit, & præſentatus in Templo die 40. Nec ſatis conſtat, Dominũ in Templo fuiſſe circumciſum. Itaque concluditur, quòd Rabbàn Simeon,

tus R. Salomonis Commentatoris videtur rectus, quia ab anno mundi 3728. quo cæpit Principatum regere Hillèl vſque ad Templi incenſionem, quæ anno mundi 3828. facta eſt, centum anni rotundè intercedunt. In his Principes Synedrij fuerunt Hillel cum filio ſuo Simeone; & Gamliel cum filio ſuo Simeone. Hillel ſuperuixit poſt Simeonem filium ſuum octo annis, obijt enim anno Chriſti 8., mundi 3768. cùm vixiſſet annis 120. *Iuchaſsin* pag. 22. cit. *Scialſcèleth Hakkabalà* pag. 26. *Dauid Ganz* ad annum 3768. quamuis in hoc erret, quòd putet Rabbàn Simeonem Ben Hillelis ſuperuixiſſe poſt patrem, & poſt mortem illius non diù produxiſſe dies in Imperio ſuo; itaq; annos eius complectitur ſub annis filij eius Rabbàn Gamlielis ſenioris; ſed reuera antequam Hillel moreretur, Rabbàn Simeon ad cælos euolauit anno eodem, quo Chriſtus natus, vti deſiderauerat, quia iam viderant oculi eius ſalutare Domini. Non itaq; comprehenduntur anni Principatus huius Sancti Viri ſub annis filij eius Gamlielis ſenioris, ſed includuntur ſub annis Principatus patris ſui Hillelis, qui vti vir politicus, & totus deditus traditionibus Seniorum, omnia pro lubitu gubernabat, relicto filio ſuo Simeoni tantùm nomine Principis Synedrij. Hinc eſt quòd cùm iſte ſaniùs ſapuerit circa traditiones, & altiùs ſpectaret, quàm hominum traditiones, idcircò לא נזכר במשנה *eius nulla memoria in Miſnà*, inquit Auctor *Iuchaſsin* pag. 66. b. Sed cùm expectaret conſolationem Iſraël, & Spiritus Sanctus fuiſſet in eo, non tamquam Princeps huius ſeculi, miniſtris, & ſatellitibus ſtipatus, ſed veluti homo

mendacia nequaquam firmabitur coram oculis meis. *Ben Azài proſpexit, & mortuus eſt.* [Raſcì: *Curioſiùs intuitus eſt Diuinam Maieſtatem.*] *Et de eo dicit Scriptura* (Pſalmo 16. v. 15.) Pretioſa in oculis Domini, mors piorum eius. [Raſcì: *Fuit grauis mors eius illi, quia mortuus eſt iuuenis, nihilominus non potuit non mori, quia dicitur* (Exod. 33. 20.) Non me videbit homo, & viuet.] *Ben Zomà proſpexit, & occurrit* [Raſcì: *Abſorta eſt ratio eius*] *& de eo Scriptura dicit* (Prou. 25. 16.) Mel inueniſti, comede quod tibi ſatis eſt, ne fortè ſaturatus illo, euomas illud. *Achèr præcidit plantas. R. Akibà exiuit in pace. &c.* Iſta leguntur in Cod. חגיגה cap. 1. pagina 14. b. circa finem. Fuit inter Tanaitas egregius Concionator, vnde de eo dicitur in *Miſcnà* cap עגלה ערופה numero 15. משמת בן זומא בטלו הדרשנים *Mortuo Ben Zomà, ceſſauerunt Concionatores.* Hic numeratur inter quatuor Sapientes Iaunè, & inter quinque Iudices, qui coram Sapientibus iudicabant. Nondum Templum erat vaſtatum, quando hic Tanaita inter Doctores connumerabatur; & cùm ſæpè Ieroſolymis verſaretur, vidit aliquando in הר הבית *in Monte Templi* ingentem אוכלוסא *Ochlosa Turbam* hominum venientium adoratum Dominum in ſancto Dei habitaculo. *Ochlosà* dicitur *Turba* hominum ſexaginta myriadum, hoc eſt hominum ſexcenta millia. Tot enim ex Ægypto olim egreſſi ſunt Iſraëlitarum, quot ab hoc noſtro Ben Zomà numerati ſunt in Monte Domus Domini. Fides remaneat penes Iudæos, quæ talia ſcribunt: in *Pèrek Harroè.* Eius meminit *Miſcnà* in *Pirkè Auòth* cap. 4. num. 1. vbi hæ

meon, ſit Simeon ille Iuſtus, de quo in Euangelio Lucæ 2.25. qui & Canticum compoſuit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundùm Verbum tuum in pace. &c.*

שמעון בן זומא הוא על שם אביו והוא מארבעה שנכנסו לפרדס ונפגע כמו שאמרו בתלמוד פרק אין דורשין דף יד" : ועליו נאמר דבש מצאת אכול דייך והיה דרשן גדול בתורה ועליו אמרו במשנה פרק עגלה ערופה משמת בן זומא בטלו הדרשנים : והוא מד' חכמי יבנה ומחמשה הדנים לפני חכמים וראה אכלוסא שהם ששים רבוא בהר הבית ואמר ברוך שברא כל אלה לשמשני אבל כבבל קבל מלכותיו שלא והיה שם אוכלוסא מישראל כדאיתא בפ' הרואה :

SCIMO'N SIMEON BEN ZOMA' ita vocabatur eius pater. Imaginantur Talmudiſtæ, quatuor Rabbinos adhuc viuentes ingreſſos eſſe in Paradiſum, inter quos connumeratur hic noſter *Ben Zomà*, vti videre eſt Cod. *Chaghighà* cap. אין דורשין pagina 14. *b. circa finem.* Eius verba ſunt -

תנו רבנן ארבעה נכנסו בפרדס ואלו הן בן עזאי בן זומא אחר ורבי עקיבא אמר להם ר' עקיבא כשאתם מגיעין אצל אבני שייש טהור אל תאמרו מים מים משום שנאמר דובר שקרים לא יכון לנגד עיני : בן עזאי הציץ ומת עליו הכתוב אומר יקר בעיני יהוה המותה לחסידיו : בן זומא הציץ ונפגע ועליו הכתוב אומר דבש מצאת אכול דייך פן תשבענו והקאתו : אחר קיצץ בנטיעת : ר' עקיבא יצא לשלום וכו' :

Tradunt Rabbanàn: Quatuor (Sapientes adhuc viuentes) *ingreſſos fuiſſe in Paradiſum: hi ſunt, Ben Azài; Ben Zomà; Achèr; & Rabbi Akibà. Dixit ad eos R. Akibà: Quando vos perueneritis ad lapides marmoreos mundos, ne dicatis, Aqua, aquæ hic ſunt* [Raſcì: *Quomodo ergo ambulabimus?*] *Propterea quòd dictum eſt* (Pſal. 101. 7.) Loquens

Rabbâ, Sect. צו *Tzàu*, relata ab Auctore *Iuchaſsin* pag. 68. b. Percrebrò fingunt miracula Iudæi, eaque plerumque inſulſa, ſuiſque Rabbinis affingunt, vti prædicant de hoc Rabbino in capite ארבעה מיתות, quod cùm in via occurriſſet ei Leo famelicus, ne ab eo deuoraretur, de cælo delapſa eſt ante eum caro, qua ſaturatus Leo, incolumis ſeruatur Rabbinus. Aliquando præ paupertate, Sabbatinam refectionem parare non poterat: egreditur foras, orat, & ſtatim de cælo lapis pretioſus in eius manus deſcendit, tradit Numulario, à quo accepta pecunia, menſam ſternit, & opiparè manducat. Quibus ab vxore auditis, factum improbat, & eum hortatur, vt lapidem reſtituat, ne menſa ſua, quæ in Sabbatho erat plena, ſocio vacua fuiſſet. Reuertitur ad locum, vnde acceperat lapidem pretioſum, extendit manum ſuam in cælum, & ſtatim lapis pretioſus amplius non apparuit. Hinc duo facta ſunt miracula, inquiunt Rabbini circa finem Commentariorum שמות רבה *Scemòth Rabbà*, & חנס האהרון היה קשה מהראשון *Miraculum vltimum maius fuit primo*. Iſta, & ſimilia affectant Iudæi in ſuis Rabbinis conficta miracula, vt aliqua religionis vmbra in Synagoga reperiri videatur.

ר׳ שמעון בן יהודה נקרא איש כפר עכו

או איש כפר עיכוס והוא אומר משם ר׳ יוסי בפרק ג׳ דמסכת שני ואולי הוא אח לר׳ יוסי בר יהודה והיו בניו של ר׳ יהודה בר אלעאי : והיה חבירו של רבי :

R. SCIMO'N SIMEON BEN IVDÆ, cognomento *Iſc Chephàr Accò Vir Villæ Acconis*, vel etiam *Iſc Chephàr Ecòs*. Fuit ſocius Rabbi. Memoratur in hæ, quæ ſequuntur ſententiæ ab eo prolatæ, dicuntur -

בן זומא אומר איזהו חכם הלמד מכל אדם שנאמר מכל מלמדי השכלתי : איזהו גבור הכובש את יצרו שנאמר טוב ארך אפים מגבור ומושל ברוחו מלוכד עיר : איזהו עשיר השמח בחלקו שנאמר יגיע כפיך כי תאכל אשריך וטוב לך אשריך בעולם הזה וטוב לך לעולם הבא : איזהו מכובד המכבד את הבירות שנא׳ כי מכבדי אכבד ובוזי יקלו :

Ben Zòmà dicit: Quiſnam eſt ſapiens? Qui diſcit ab omnibus. S. D. (Pſal. 119. v. 99.) Ab omnibus docentibus me intellexi. *Quiſnam eſt fortis? Qui ſubijcit fomitem ſuum*, *S. D.* (Prou. 16. v. 32.) Melior eſt tardus ad iram, quàm fortis: & qui dominatur ſpiritui ſuo, quàm is qui capit Vrbem. *Quiſnam eſt diues? Eſt ille, qui lætatur in portione ſua*, *S. D.* (Pſal. 128. 2.) Laborem manuum tuarum quia manducabis, beatus es tu, & benè tibi erit. *Beatus es tu, in hoc ſeculo: & benè tibi erit in ſeculo futuro. Quiſnam eſt* (vir) *honoratus? Eſt ille, qui alios honorat*, *S. D.* (1. Sam. 2. v. 30.) Quoniam honorantes me, honorabo: & cotemnentes me, contemnentur.

ר׳ שמעון בן חלפתא כנראה שהוא

אחיו הקטן של רבי יוסי בן חלפתא : ובזמן רבי ואנטונינוס היה זקן מאד ובכל כך היה כתלמיד לפניהם כנראה בויקרא רבה פרשה צו ואמרו כי הימים רבים בעסו עליו כמו שאמר בעל יוחסין דף ס״ח עמוד ב׳ :

R. SCIMO'N BEN CHELPETA', videtur quòd fuerit frater natu minor R. Ioſè Ben Chelpetà. Viuebat tempore Rabbènu Hakkadòſc, & Antonini Imperatoris, coram quibus, quamuis fuiſſet admodum ſenex, ſtabat tamquam diſcipulus, vt dicitur in ויקרא רבה *Vaikrà*

dicitur (Ibidem 17. 6.) Corona ſenum filij filiorum : & gloria filiorum patres eorum. *Et iterum* (Ibidem 20. v. 29.) Gloria iuuenum fortitudo eorum : & decor ſenum canities. *Et dicitur* (Iſai. c. 24. v. 23.) Et erubeſcet Luna, & pudore afficietur Sol : quia regnauit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ieruſalem, & coram ſenibus ſuis gloria.

In longum protraxit dies ſuos, itaut videret filios ſuos Rabbì, id eſt Rabbènu Hakkadòſc : nam ibidem numero 9. ſubiungit אלו שבע מדות שמנו חכמים לצדיקים כלם נתקיימו ברבי ובניו : *Omnes iſtas ſeptem prærogatiuas, quas Sapientes numerant in Iuſtis, omnes eas repertas fuiſſe in Rabbì, & filios ſuos.* Aduerte huiuſmodi cap. 6. additum eſſe in fine *Pirkè Auòth*, & compilatum ex diuerſis ſententijs Rabbinorum ex Talmude, præſertim Ieroſolymitano, veluti ſunt iſta, quæ à R. Simeone Ben Menaſià dicuntur. Hæc enim ex prædicto Talmude Ieroſolymitano Cod. *Sanhedrìn*, cap. ואלו הן הנחנקין *Halachà* 4. pag. 30. col. 1. longè ante finem deſumpta ſunt.

רבי שמעון בן ננס

הוא בן ננס סתם וקודם שנסמך נקרא בן ואחר שנסמך נקרא בשמו רבי שמעון וחביב אותו רבי ישמעאל והוא חבר לבן עזאי ולבן זומא ולר' עקיבא וחולק עמו בפ' דבכורים ואם כן הוא חבר לר' ישמעאל ולר' עקיבא : והוא מתמעט הדבים לפני חכמים :

R. SCIMO'N SIMEON BEN NANA'S, ipſe eſt quando abſolutè inuenitur in *Miſcnà Ben Nanàs*, antequam Chirotoniam accepiſſet, hoc modo communiter vocabatur, poſt ordinationem, nomine proprio vocatus eſt R. Simeon Ben Nanàs. Fuit charus R. Iſmaëli, quem laudat in Cod. *Bauà Batrà* in *Miſcnà* Cod. *Maaſsèr ſcenì*, c. 3. numero 6. vbi nomine R. Iosè loquitur; & forſan erit frater Rabbì Iosè Bar Iudę: ſi ſic; ambo erunt filij R. Iudæ Bar Elài.

ר' שמעון בן יוחאי

עיין בסק וס ספר קרית ספר בחלק ד' במקומו :

R. SCIMO'N SIMEON BEN IOCHA'I. Vide in ſerie Scriptorum Hebræorum huius libri קרית ספר Par. IV. ſuo loco.

ר' שמעון בן מנסיא

היה בזמן רבי שמעון בן יוחאי כי חולק עמו בפרק קמא דחגיגה ובאבות פרק ו' אומר משום ר' שמעון בן יוחאי וצריך עיון אחר רבי כי הם ז' מדות שמנו חכמים בצדיקים וכלם נתקיימו ברבי ובבניו וכו' :

R. SCIMO'N SIMEON BEN MENASIA` fuit tempore R. Simeonis Ben Iochài, quoniam cum eo diſputat Cod. *Chaghighà* cap. 1. num. 7. Et in *Pirkè Auòth* cap. 6. auctario nomine R. Simeonis Ben Iochài hoc modo numero 8. loquitur.

ר' שמעון בן מנסיא אומר משום רבי שמעון בן יוחאי הנוי והכח והעושר והכבוד והחכמה והזקנה והשיבה והבנים נאה לצדיקים ונאה לעולם שנאמר עטרת תפארת שיבה בדרך צדקה תמצא ואומר עטרת זקנים בני בנים ותפארת בנים אבותם ואומר תפארת בחורים כחם והדר זקנים שיבה ואומר וחפרה הלבנה ובושה החמה כי מלך יהוה צבאות בהר ציון ובירושלם ונגד זקניו כבוד :

R. Simeon Ben Menaſià dicit nomine R. Simeonis Ben Iochài : Pulchritudinem, fortitudinem, diuitias, gloriam, ſapientiam, ſenectutem, canitiem, & liberos habere decorum eſt Iuſtis, & ipſi ſeculo, S. D. (Prou. 16. 31.) Corona gloriæ canities : in via iuſtitiæ inuenietur. *Et*

in fine. Viuebat tempore Chriſti Domini.

ר' שמעון בן עזאי

קודם שנסמך נקרא בן עזאי סתם ואחר שנסמכו קראוהו בשמו ר' שמעון בן עזאי והיה תלמיד חבר לרבי עקיבא וארוס עם בתו ולא נשאה כדאיתא בסוטה : ותפס נפשו בתורה ונעשה חכם גדול ועל כן בכל דבר חכמה שזכירו שבתלמוד ונשא כוס כל חכמים חוץ לרבי עקיבא רבו : ובסוף פרק שני דבכורות אמר בן עזאי כל חכמי ישראל לפני כקליפת השום חוץ מן הקרח הזה שהוא רבי עקיבא : והוא שהשמש הדנים לפני חכמים : ואמרו עליו שנכנס לפרדס עם בן זומא אחר ורבי עקיבא : והוא מת כמו שאמרנו למעלה בערך ר' שמעון בן זומא : ובשמת שמעון בן עזאי בטלו השקדנים בסוף סוטה כי היה שקדן , והוא נזכר בשבריס :

R. SCIMO'N SIMEON BEN AZA'I, antequam inter Doctores Synedrij cooptaretur, vulgò vocabatur abſolutè *Ben Azài*, poſtea dictus proprio nomine, *Simeon Ben Azài*. Fuit diſcipulus, & ſocius in doctrina Rabbi Akibæ, cuius filia in matrimonium ei deſignata fuit, & ſponſalia promiſſa, ſed matrimonium per קרושין *Kidduſcìn* celebratum non fuit, & hoc vt faciliùs ſtudio Legis adhærere poſſet, quod ſummopere coluit, & doctus Vir euaſit, ita vt in doctrinis abſtruſioribus, ferè ſemper eius ſententia in Talmude audiatur. Hanc ingenij ſui perſpicuitatem cognoſcens, alios Rabbinos adeò parui fecit, imò ſpreuit, vt eos reſpectu ſui tamquam alliorum induuia exiſtimaret, ex cap. 2. Cod. *Bechuròth* in fine, referente *Iuchaſsìn* pag. 44. b. his verbis ſuperbiam animi ſui oſtendit -

אמר בן עזאי כל חכמי ישראל לפני כקליפת השום חוץ מן הקרח הזה שהוא רבי עקיבא . בסוף פרק שני דבכורות :

Dixit Ben Azài: Omnes Sapientes Iſraëlitæ reſpectu mei, excepto hoc caluo, (in-

trà cap. vltimo num. 8. Diſputat cum R. Akibà Cod. *Biccurìm* cap. 3. num. 9. vnde colligitur, eum iſtorum Doctorum fuiſſe ſocium. Alij volunt, quòd ſocius etiam fuerit RR. Azài, & Ben Zomà: Viuebat in fine primi ſeculi poſt natum Dominum. Et fuit vnus ex quinque Iudicibus, qui coram Sapientibus iudicabant: reliqui fuerunt; 2. R. Simeon Ben Azài; 3. R. Simeon Ben Zomà; 4. R. Chanàn Ægyptius; & 5. Admòn. Vide ſuis locis.

ר' שמעון בן נתנאל

תלמיד ריב"ז אחד מהתלמידיו וכולם ראו הבית ומרכבה ונתבשרו בחיי העולם הבא :

R. SCIMO'N SIMEON BEN NATHANE'L vnus ex quinque diſcipulis R. Iochanàn Ben Zaccài, qui omnes viderunt Ædem Ieroſolymitanam perſiſtentem, & poſtea euerſam. Nupſit filiæ Rabbàn Gamlielis ſenioris, vt habetur ex cap. 3. *Auodà Zarà* in *Toſaphtà*. Prædicauit vitam futuri ſeculi, ante aduentum Domini paucis notam.

ר' שמעון בן הסגן

ר"ל בן רבי חנניה סגן הכהנים וכמו אביו שראה הבית בן בנו ראה את בית המקדש : בפרק ב' דכתובות רבן שמעון בן גמליאל אומר משום רבי שמעון בן הסגן וכן בסוף דשקלים : ובפרק י"א דמנחות :

R. SCIMO'N SIMEON BEN HASSEGHA'N, id eſt *Filius Rabbi Chananiæ Segàn Haccohanìm*, de quo dictum eſt ſuprà pag. 273. col. 2. Hic etiam Templum Ieroſolymitanum vidit. Fuit antiquior Rabbàn Gamliele de Iaunè, qui eius nomine aliquando loquitur in *Miſcnà*, vti Codice *Chetuuòth* cap. 2. num. 8. *Scekalìm* cap. vltimo, num. 5. & *Menachòth* cap. 11. num. 9.

ſio trahit (aliam) *tranſgreſſionem. Merces ſiquidem præcepti, præceptum aliud ſanè eſt. Et merces tranſgreſſionis, tranſgreſſio eſt.* Item num. 3. *Ipſe dicere ſolebat: Ne quempiam ſpernas; neque diſſentias ab omni re; quoniam ſicut non eſt homo, qui horam ſuam non habeat; ita non eſt res, quæ locum non habeat ſuum.*

שמעון הפקולי

הסדיר שמונה עשרה ברכות לפני רבן גמליאל הזקן על הסדר ביבנה עיין לעיל בשמואל הקטן : דף : שי״ט : עמוד ב׳ :

SCIMO'N SIMEON HAPPAKVLI' goſſypiarius inſtituit octodecim benedictiones coram Rabbàn Gamliele ſeniore ordine ſuo in Iaunè. De eo actũ eſt ſuprà in *Samuele Hakkatàn paruo*, pag. 319. col. 2.

ר׳ שמעון בנו של רבי

והוא הקטן באחיו וגדול בחכמה והוא נכדו של רבן שמעון בן גמליאל כי הם ארבעה היו שמעון כלם שמם כשם זקנם וכיון שזכרנו שם רבן שמעון בנו של הלל שהיה בזמן הבית וזכרנו כל השלשלת : ונזכר בסוף סוטה בגמרא והוא ראוי לנשיאה אבל בסוף פרקא קמא דתענית בספר בתיקום אם זה היה נשיא או לא ,

R. SCIMO'N SIMEON BEN RABBI', id eſt *Rabbènu Hakkadoſc*, inter alios eius fratres ætate quidem minimus, ſed doctrina maximus fuit. Iſte eſt nepos Rabbàn Simeonis Ben Gamlielis dicti de Iaunè: quoniam in ſerie genealogiæ Rabbènu Hakkadòſc vſque ad Hillelem ſeniorem quatuor Simeones fuerunt, omnes de nomine ſui aui ita vocati. Cùm enim primò nominauerimus Rabbàn Simeonem filium Hillelis ſenioris, qui viuebat perſiſtente Templo, habebimus catenam genealogiæ iſtorũ Simeonum: nam Rabbàn Gamliel filius

(intelligit R. Akibam) *ſunt tamquam tegumentum allij*. in fine cap. 2. Codicis *Bechuròth*. Hæc eſt humilitas huius Rabbini, & nihilominus de eo prædicant, quòd ingreſſus fuerit adhuc viuens in Paradiſum, vnà cum Ben Zomà, Achèr, & R. Akibà, ſed cùm curioſiùs, quàm par erat, intuere volens Diuinitatem, iuuenis mortuus ſit; arroganter de eo dictum volunt illud (Pſal. 16. 15.) *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*. Vide ſuprà in R. Simeone Ben Zomà. Fuit vnus ex quinque Iudicibus, qui coram Sapientibus iudicabant. Erat vigil in literis; vnde poſt eius mortem dicere ſolebant: משמת בן עזאי בטלו השקדנים *Mortuo Ben Azài ceſſauerunt Vigiles in literis*. *Sotà* cap. vltimo, num. 15. Dum viueret, eius domicilium fuit Tiberias Vrbs iuxta mare, quod ab eadem Vrbe Mare Tiberiadis appellatur in *Euangelio Ioannis* 21. 1. Vide Cod. *Kidduſcin* c. 1.

אמר אביי אני כבן עזאי בשוקי טבריה וכו׳ ,

Dixit Auijè: Ego (ſum) *ſicut erat Ben Azài in plateis Tiberiadis*. Cùm Ben Azài frequentaſſet plateas, & vicos Vrbis Tiberiadis, in ea Vrbe habitaſſe dicendum eſt. Quædam ſententia de hoc Rabbino reperitur in *Pirkè Auòth* capite 4. numero 2. & eſt -

בן עזאי אומר הוי רץ למצוה קלה כבחמורה ובורח מן העבירה שמצוה גוררת מצוה ועבירה גוררת עבירה ששכר מצוה מצוה ושכר עבירה עבירה : ג׳ הוא היה אומר לא תהי בז לכל אדם ואל תהי מפליג לכל דבר שאין לך אדם שאין לו שעה ואין לך דבר שאין לו מקום:

Ben Azài dicit: Currito tam poſt leue, quàm poſt graue præceptum, & fuge à tranſgreſſione; quoniam præceptum trahit (aliud) *præceptum. Et tranſgreſ-*

capite 8. circa finem Præfationis ſuper ordin. *Zeraim* in *Miſcnà*; vel à patria, in qua natus, vel educatus fuerat, vel habitauerat. Eſt enim שזור *Scizùr* Villa Galilææ ſuperioris non longè ab Vrbe Saphèth, vbi ſepultus eſt hic Rabbinus; vt dicit Auctor *Iuchaſin* pag. 68. Tandem de eo fit mentio in *Miſcnà* Codice *Chelim* cap. 18. num. 1.

ר' שמעון בן שטח הנשיא

והוא חבר יהודה בן טבאי ותלמיד שמעיה ואבטליון : ותלה פ' נשים מכשפות ביום אחד : ואחותו היתה נשואה לינאי המלך מחשמונאים והוא עשה תקנות כדאיתא בפ"ק דשבת : ובפרק אחד דיני ממונות על הורג איש לחבירו בלא עדים התפלל הוא עליו ובא נחש ונשכו והרגו : גם כשהרג עבד המלך לאיש אחד עשה שובא המלך לפניו ועמד לפני הסנהדרין והם כבשו פניהם ואמר שמעון בן שטח בעל מחשבות יפרע מהם ובא גבריאל וחבטן בקרקע ומתו גזרו מלך לא דן ולא דנין אותו : בסנהדרין פרק ב' סימן ב' :

R. SCIMO'N SIMEON BEN SCIATAC'H Princeps, fuit ſocius Iudæ Ben Tabài, & diſcipulus *Scemaaia*, & *Autalionis*. Octoginta maleficas mulieres vno die laqueo ſtrangulauit. Eius ſoror nupſit Regi Iannài ex familia Haſſamoneorum, qui & nonnullas Conſtitutiones ordinauit, vt habetur Codice *Sciabbàth* cap. 1. Et Cod *Sanhedrin* cap 4. refertur, quòd quidam, nemine vidente, occidit virum, & cùm non poſſet homicida ad mortem condemnari, orauit R. Simeon Ben Sciatàch; venit vipera, homicidam momordit, & interfecit. Rurſus: Cùm aliquando interfectus fuiſſet quidam, conniuente Rege, auctoritate huius Simeonis Ben Sciatàch, Rex pœnitentia ductus, coram vniuerſo Synedrio veniam petijt. At cùm ingrederetur Senatum, & ſtando lius huius Simeonis (quem diximus eſſe Simeonem Iuſtum in Euangelio nominatum) habuit filium nomine Simeonem interfectum à Regno. Eius filius alter Rabbàn Gamliel dictus Iaunenſis ſuſcepit filium pariter nomine Simeonem, qui fuit pater Rabbènu Hakkadòſc, & auus huius noſtri Simeonis: & quamuis omnium ſuorum fratrum doctiſſimus eſſet, attamen in dignitate Principatus Rabbàn Gamliel, veluti maior natu ei præfertur. An verò poſtea ad hanc eandem dignitatem aſcenderit, ſpem idipſum credendi textus Talmudicus, qui eum נשיא *Naſsì Principem* vocat, nobis reliquit, in fine cap. גיטין *Ghittin* pag. 15. Habuit vxorem, ex qua ſuſcepit filiam, & licèt ipſe admodum diues eſſet, nihilominus in tantam animi ægritudinem corruit, vt vix à patre ſuo Rabbènu Hakkadòſc, qui eum continuò ſolabatur, conſolationem reciperet: adeò aduerſantur Iudæorum plerique fœmineos fœtus, vt eos potiùs odiſſe crederes, quàm abhorrere. De hoc Tanaita nulla alia illuſtrior memoria apud Auctores habetur, niſi quòd tantùm eius meminerunt הרא"ב"ר in fine Tanaitarum. *Iuchaſsìn* pag. 67. *Scialſcèleth Hakkabalà* pag. 33. b.

ר' שמעון שזורי

כן נקרא או על שם מלאכתו כמו כתב הרמב"ם או על שם מקומו כי בגליל העליון קרוב לצפת יש כפר אחד שנקרא שזור עד יום הזה ושם קבורתו כאשר אמר בעל ספר יוחסין דף ס"ח : והוא נזכר במשנה בפרק י"ח דכלים בקבלת הפרק :

R. SCIMO'N SIMEON SCEZORI' ita vocatus, vel ab opificio, quod exercebat, nempè ab arte contortuplicandi fila, vt vult *Harrambàm*,

Digitized by Google

tendunt. De quo ampliùs in *Ioſuè Ben Perachià*, & in Cenſuris ad Talmud.

שמעון התימני

הוא היה מארבעה חכמי יבנה ר' אליעזר ורבי יהושע ור' עקיבא ושמעון התימני דן לפניהם בקרקע : ונזכר פרק ג' דתעניות סימן ז' :

SCIMO'N HATHEMANI' *Simeon Themanita* vnus ex quatuor Doctoribus Vrbis Iaunæ, hi ſunt *R. Elièzer*, *R. Iehoſciùa*, *R. Akibà*, & *Simeon Themanita*, qui coram eis iudicabat humili loco ſedendo in pauimento. De hoc Tanaita fit mentio in *Miſcnà* Cod. *Taaniòth* cap. 3. num. 7. *Ieuamòth* cap. 4. num. 13. *Iadàim* cap. 1. num. 3.

Iſti ſunt Sapientes Miſnici, quos etiam recenſet R. Moſes Ægyptius in Præfatione ad *Sèder Zeraìim*, eoſque in decem capita diſpertitur ſecundùm diuerſas rationes nominis, traditionis, vel alterius rei, ob quas in diuerſis claſſibus reponuntur. Itaque

Caput I. complectitur illos Miſcnicos Doctores אשר בשמם נכתבו כל הדינים והקושיות והתקנות והגזירות בכל המשנה אחד ותשעים איש : *Quorum nomine ſcripta ſunt iudicia, oppoſitiones difficiles, conſtitutiones, & decreta per vniuerſam Miſcnam. Iſti ſunt numero* 91. videlicet

1. *Rabbì Elièzer Ben Horkanòs filius Hircani.*
2. *R. Elièzer Bèn Iacobi.*
3. *R. Elièzer Ben R. Iosè Galilæi.*
4. *Iehoſciùa ben Perachià.*
5. *R. Iehoſciùa ben Chananiàh.*
6. *R. Iehoſciùa ben Korchà.*
7. *R. Iehoſciùa ben Betherà.*
8. *R. Iehoſciùa ben Horkanòs.*
9. *R. Eleàzar ben Azariæ.*
10. *R. Eleàzar ben Iehudà Iſc Bartùta.*

do culpam confiteretur, omnes Senatores demiſſis vultibus in terram, Regem videre non audebant. Simeon verò Ben Sciatàch, veluti reliquis honoratior, receſſit ab Aula, venitque Gabriël Angelus, eoſque omnes proſtrauit in terram. Tunc decretum eſt מלך לא דן ולא דנין אותו : *Rex non iudicat, neque iudicatur*; quod relatum fuit in Corpore Iuris Cod. *Sanhedrìn* cap. 2. num. 2. Egregium quidem humilitatis exemplum Regibus reliquit, quod quidem in eo præluxit quouſque in religione Catholica Iudæorum permanſit; ſed relicta religione, & hæreſi Sadducæorum admiſſa, omnes virtutes ab eo receſſerunt, & vitijs omnibus repletus, eiſq; exagitatus in enormia facinora lapſus eſt. Occidit omnes Senatores (excepto Simeone Ben Sciatàch eius cognato, & Ioſuè Ben Perachià, qui & ipſe induſtria Ben Sciatàch in viuis ſeruatur, & fugit in Ægyptum, de quo aliquid ampliùs vide ſuprà Parte II. pag. 317. ad ann. mundi 3670.) perſecutionem intulit religioni Iudaicæ, ita vt cogeret omnes Sadducæorum ſuperſtitionem amplecti, & illorum ritus, & ceremonias ſeruare. Quòd ſi aliquis clàm antiquam religionem ſequi deprehenſus fuiſſet, exquiſitiſſimis tormentis eum cruciabat, donec animam efflaret. Viuebat hic Simeon ben Sciatàch an. 70. ante Chriſti natiuitatem, vt apparet ex computo Chronologico Rabbinorum relato à R. Dauid Ganz ſuprà Parte II. loco citato. Vnde ſolemne mendacium eſt Talmudiſtarum in Cod. *Sotà* cap. 8. pag. 47. vbi Ieſum Nazarenum ſtatuunt diſcipulum huius Ioſuè Ben Perachià, & hunc ſuum Magiſtrum fugientem in Ægyptum comitatum fuiſſe, con-

50. *R. Iosè.*
51. *R. Iosè ben Meſciullàm.*
52. *R. Iosè ben Hachotèph Ephratì.*
53. *R. Iosè Haggalilì.*
54. *Iosèph ben Ioètzer.*
55. *Iosèph ben Iochanàn.*
56. *R. Iosè beR Iehudà.*
57. *R. Iosè Haccòhen.*
58. *Iosèph ben Chonì.*
59. *Rabbàn Gamlièl.*
60. *Rabbàn Gamlièl Hazakèn.*
61. *Doſtài Iſc Chephàr Damài.*
62. *R. Doſtài ben Iannài.*
63. *Abbà Sciaùl.*
64. *R. Tarphòn.*
65. *R. Meir.*
66. *R. Akibà.*
67. *R. Chotzaphìth.*
68. *R. Nathàn.*
69. *Nachùm Halbalàr.*
70. *R. Meiſcià.*
71. *R. Tzadòk.*
72. *Nachùm Hammadì.*
73. *R. Dosà ben Harchinàs.*
74. *R. Elài Couerì.*
75. *R. Papiàs.*
76. *Mathià ben Charàſc.*
77. *Nittài Haarbelì.*
78. *Scemaaià*, 79. & *Autaliòn.*
80. *Hillèl*, 81. & *Sciammài.*
82. *R. Zechariàh ben Hakatzàn.*
83. *Admòn.*
84. *Chanàn ben Auſcialòm.*
85. *R. Iadùa Habbablì.*
86. *Akauià ben Maalalèl.*
87. *R. Iakim Iſc Chadìd.*
88. *Menachèm ben Chantài.*
89. *R. Iaakòu.*

In his non eſt obſeruatus ordo tempoporum. A num. 91. aſſignato à Rambàm deficiunt duo; ſunt enim iſti 89. In

11. *R. Eleàzar ben R. Tzadòk.*
12. *R. Eleàzar ben Sciamùa.*
13. *R. Eleàzar Chaſmà.*
14. *R. Eleàzar ben Partà.*
15. *R. Eleàzar ben R. Scimòn.*
16. *R. Eleàzar ben Phabì.*
17. *R. Iehudà bar R. Elài.*
18. *R. Iehudà ben Betherà.*
19. *R. Iehudà ben Babà.*
20. *R. Iehudà ben Abà.*
21. *Iehudà ben Tabài.*
22. *Rabbàn Scimòn ben Gamliel.*
23. *R. Scimòn ben Iochài.*
24. *R. Scimòn Haſciazurì.*
25. *R. Scimòn ben Nanàs.*
26. *R. Scimòn ben Haſſegàn.*
27. *Scimòn ben Sciatàch.*
28. *Scimòn Hatemanì.*
29. *R. Scimòn ben Azài.*
30. *R. Scimòn ben Zomà.*
31. *R. Scimòn ben Elàzar.*
32. *R. Scimòn ben Iehudà.*
33. *R. Scimòn ben Betherà.*
34. *R. Scimòn frater Azariæ.*
35. *R. Chananià Segàn Haccohanim.*
36. *R. Chaninà ben Antighenòs.*
37. *Chananià ben Chachinài.*
38. *R. Chananià ben Gamlièl.*
39. *R. Nechunià ben Elnathàn Iſc-Chèpher Habbablì.*
40. *R. Iſcmaël.*
41. *R. Nachmìhà.*
42. *Nechamiàh Iſc beth Delì.*
43. *R. Iochanàn ben Nurì.*
44. *Iochanàn Còhen gadòl.*
45. *Rabbàn Iochanàn ben Zaccài.*
46. *R. Iochanàn bar Berokà.*
47. *Iochanàn ben Gadghedà.*
48. *R. Iochanàn Haſſandalàr.*
49. *R. Iochanàn ben Ieoſciùa ben Soceri R. Akiba.*

28. *Ben Bagh Bagh*.
29. *Ben He He*.
30. *Eliaunì ben Hakàph*.
31. *Chanamèl Hammitzrì*.
32. R. *Scimòn ben Menaſià*.
33. *Abbà Sciaùl ben Batanìth*.
34. *Zachariàh ben Keuutàl*.
35. *Bauà ben Botà*.
36. R. *Iſmaël benò ſcel* Rabbì *Iochanàn ben Berukà*.
37. R. *Iſmaël be*R. *Iosè*.

Nec iſti ſunt numerati ordine ætatum; deficiunt duo, *Eliſcià Achèr* ob apoſtaſiam, & *Menachèm* ſocius *Sciammài*, quia nihil dictum ab eo eſt in *Miſcnà*. Omnes iſti ſunt Doctores Miſcnici, qui conficiunt ſummam Virorum 128. additis prædictis duobus *Achèr*, & *Menachèm* omnes ſunt 130.

In Capite 3. recenſentur Doctores Miſcnici, quorum genealogiæ notæ ſunt; vti eſt.

Rabbàn Gamlièl ben R. Iudæ Principis.

R. Iudas Princeps ben Rabbàn Gamlielis, ben Rabbàn Simeonis, ben Rabbàn Gamlielis ſenioris ben Rabbàn Simeonis ben Hillèl Principis. Iſte eſt Hillèl Babylonicus, ex quo orta eſt Schola Hillelis. Fuit Hillèl ex filijs שפטיה *Scephatiæ*, filij Auitalis filij Dauidis. Iſti enim Sapientes ſunt de familia Dauidis. Sunt & quatuor Sapientes, qui è Synagoga Proſelytorum orti ſunt, nempè *Scemaaiàh*, & *Autaliòn*; R. *Akibà*, & R. *Meir*. Sunt & alij ex ſtirpe Sacerdotali, veluti *Simeon Iuſtus*, & R. *Eleàzar ben Azariæ* decimus ab Ezra, & *Simeon* patruus eius notus nomine *Simeonis fratris Azariæ*. Et R. *Eleàzar ben Sciamuà*: R. *Chaninà Segàn Hacco*-

In Capite 2. numerantur Sapientes, quorum mentio fit in *Miſcnà*, vel propter aliquod factum, quod recenſetur accidiſſe eorum tempore; vel propter aliquam ſententiam moralem, cuius is Auctor fuit; aut propter aliquem verſiculum Sacræ Scripturæ ab eo explicatum. Hæc enim non ſpectant ad aliquam concluſionem circa illicitum, vel licitum. Nomina autem iſtorum ſunt numero 37. videlicet

1. R. *Ieoſciùa ben Leuì*.
2. R. *Eleàzar Hakaphàr*.
3. R. *Eleàzar ben Aràch*.
4. R. *Eleàzar Hammodaì*.
5. *Iehudà ben Themà*.
6. R. *Scimòn ben Nethanèl*.
7. R. *Scimòn ben Akaſcià*.
8. R. *Scimòn ben Chelpatà*.
9. *Chaninà ben Dosà*.
10. *Chaninà ben Chizkiàh ben Garòn*
11. R. *Chananià ben Tardiòn*.
12. R. *Nechunià ben Hakanà*.
13. R. *Iſmaël ben Pauì*.
14. *Iochanàn ben Hachoronì*.
15. R. *Iosè be*R. *Iehudà Iſc Chephàr Habbablì*.
16. R. *Iosè ben Dormaskìn*.
17. R*abbàn Gamlièl benò ſcel* R. *Iehudà, Hannaſì*.
18. R. *Scimòn Iſc Hamiſphà*.
19. *Chonì Hammaël*.
20. R. *Horkanòs*.
21. R. *Iannài*.
22. R. *Nehorài*.
23. *Antigonòs Iſc Soccò*.
24. R. *Chelpatà Iſc Chephàr Chananià*.
25. R. *Leuitàs Iſc Iaunè*.
26. R. *Ionathàn*:
27. *Scemuèl Hakkatàn*.

Rabbàn Gamlièl Hazakèn, & Nachùm Halbalàr.

Iſtæ ſeptem Societates fuerunt ſub Templo ſecundo, à principio vſque ad finem ipſius, & non viderunt eius deſolationem.

Alia Societas Doctorum fuit, qui & Templum perſiſtens, & eius vaſtationem viderunt. Hi ſunt -

R. *Elièzer ben Iacobi.*

R. *Tzadòk*, *&* R. *Elièzer filius ſuus.*

R*abbàn Iochanàn ben Zaccài*, *& eius diſcipuli.*

R. *Iſmaël ben Eliſai Sacerdos magnus.*

Abbà Saùl, *&* R. *Elièzer Hamodaita.*

R. *Chaninà Segàn Haccohanim.*

R*abbàn Gamlièl*, *&* R. *Simeon filius ſuus.*

R. *Chaninà ben Antigonòs.*

R. *Chananià ben Dosà.*

R. *Chananiàh ben Theradiòn.*

Samuel Hakkatàn.

R. *Elièzer ben Partà.*

R. *Eleàzar ben Damà.*

Chananiàh ben Chachinài, *&*

R. *Iudas ben Abbà.*

Secunda Societas Doctorum Miſcnicorum poſt deſolatum Templum, eſt eorum qui ſequuntur.

R. *Tarphòn*, *&* R. *Akibà.*

R. *Eleàzar Hammodài.*

R. *Eleàzar ben Azaria.*

R. *Iſmaël*, *&* R. *Ioſuè ben Korchà.*

Chananiàh Iſc Onò, *& Simeon ben Nanàs.*

Iochanàn ben Berokà, *&* R. *Iſmaël filius ſuus.*

R. *Iochanàn ben Gudgadà.*

R. *Eleàzar Chaſmà*, *&* R. *Iudas Themà.*

Tertia Societas poſt Templi vaſtationem: R. *Meir*, *hanim*, R. *Simeon* filius eius notus nomine *Ben Haſſegàn.*

Iſmaël ben Pauì.

Iochanàn Còhen gadòl.

Rabbàn Iochanàn ben Zaccài.

Iosè ben Ioètzer.

R. Iosè Haccohèn.

R. Tarphòn.

Elionenì ben Hakàph.

Chanmaël Hammitzri.

Reliqui ſunt Iſraëlitæ, ſed illorum genealogia ignota eſt.

Caput 4. tractat de Sapientibus, qui ſynchroni inter ſe fuerunt, vel tamdiù vixerunt, vt attingerent tempora ferè vltimorum Tanaitarum, ſic -

Simeon Iuſtus, & R. *Dosà ben Harchinàs* eadem ætate fuerunt. Et tamdiù vixit R. Dosà ben Harchinàs, vt pertingeret tempora R. Akibę, & Virorũ iſtius generationis. Et hæc eſt prima Societas.

Secunda Societas *Antigonòs Iſc Soccò*, & R. *Eleàzar ben Charſùm.*

Tertia Societas *Iosè ben Ioètzer Iſc Tzaredà*, & *Iosè ben Iochanàn Iſc Ieruſcialàim.*

Quarta Societas *Iochanàn ben Mathathiàh*, & *Ioſuè ben Perachià*, & *Nittài Haarbelì.*

Quinta Societas *Chonì Hammanghàl*, & *Iehoenì ben Hakàph*, *Iudas ben Tabài*, & *Scimòn ben Sciatàch.*

Sexta Societas *Akaniàh ben Mahalalèl*, & *Scemaaiàh*, & *Autaliòn*; *Chanàn*, & *Admòn*, & R. *Meaſcià.*

Septima Societas *Sciammài* & *Hillèl*, & *Menachèm*; *Iudas ben Betherà*, & R. *Papiàs*; R. *Iochannàn ben Bagh bagh*, & *Chananiàh ben Chizkia ben Garòn*; *Chananiàh ben Hakanà*, & *Babà ben Botà*: R. *Iochanàn ben Hachoronì*, &

hic illius Magiſter, ſed ſocius, atque honorabat R. Tarphonem, eumque vocabat *Rabbi*, & viciſſim R. Tarphòn vocabat ipſum abſolutè *Akibà*.

R. Meir, & R. Scimòn ben Iochài fuerunt diſcipuli R. Akibæ, qui fuit præcipuus Magiſter illorum. Didicerat aliquid R. Meir à R. Akibà, & ab alijs quibuſdam, &

R. Iudas legit apud R. Eleazarem ben Azariæ. Ben Azariæ iſte præcipuus Rabbì ipſius fuit.

Quotieſcumque inueneris ſcriptum in *Miſcnà* dicit *R*. *N*. nomine *R*. *N*. ſcito quòd ille ſit diſcipulus iſtius, & ab eo recepit id, quod ipſe enunciat. Rabbènu etiam Hakkadòſc aliquid didicit apud R. Eleazarem ben Sciamùa. Et Somacòs diſcipulus R. Meir, cogitauit docere poſt mortem R. Iudæ, ſed non ita accidit.

Capite 6. explicantur nomina, quæ in *Miſcnà* abſolutè ponuntur. Veluti R. Elièzer סתם *Sethàm* abſolutè, eſt R. Elièzer ben Horkanòs diſcipulus Rabbàn ben Zaccài.

R. Ieoſciùa Sethàm abſolutè eſt R. Iehoſciùa ben Chananiàh diſcipulus Rabbàn Iochanàn ben Zaccài.

R. Iehudàh Setàm abſolutè, ipſe eſt R. Iudas bar Elài. Et cùm de eo dicitur in Talmude מעשה בחסיד אחד *Opus* (quod accidit) *alicui pio*, de eo intelligitur.

R. Eleàzar Sethàm abſolutè, ipſe eſt R. Eleàzar ben Sciamùa Hoccohèn, qui fuit ætate Rabbàn Gamlièl, qui deſiderauerat legere coram Rabbènu Hakkadòſc, & non ſciuerunt diſcipuli eius legere coram eo niſi parumper.

R. Scimòn Sethàm abſolutè eſt R. Scimòn ben Iochài diſcipulus R. Akibæ,

R. *Meir*, R. *Iudas*, & R. *Iosè*.

R. *Nathàn*, & R. *Iochanàn Haſſandalàr*.

R. *Iosè Haggalili*, & R. *Eleàzar ben Scimòn*.

Scimòn ben Azài, & *Scimòn ben Zomà*, & R. *Chotzaphìth Hattorgamàn*.

Quarta Societas:

R. *Iudas Hannaſsì*, & *Rabbàn Gamliel*, & *R*. *Scimòn filij eius*.

R. *Scimòn ben Iochài*, & *R*. *Eleàzar filius ſuus*.

R. *Scimòn ben Eleàzar*, & *R*. *Iſmaël ben R*. *Iosè*, & R. *Ionathàn*. Et hæc eſt vltima Societas Tanaitarum, & Miſcnicorum Doctorum.

Caput 5. eſt eorum diſcipulorum, quorum Magiſtri notificantur. Et cùm ex diſcipulis facti ſunt Magiſtri, illorum diſcipuli recenſentur.

Iam dictum eſt, quòd Rabbènu Hakkadòſc fuerit compilator *Miſcnæ*, & patris ſui diſcipulus, & ſic ſurſum progrediendo vſque ad Hillelem, filij patrum ſuorum fuerunt diſcipuli: eodemque modo vſque ad Simeonem Iuſtum. Itemque Rabbàn Iochanàn ben Zaccài fuit diſcipulus Hillelis.

Diſcipuli autem Rabbàn Iochanàn ben Zaccài fuerunt quinque, ſcilicet R. Elièzer ben Horkanòs famoſus, & R. Ieoſciùa ben Chananiàh. R. Iosè Haccohèn, & R. Scimòn ben Nathanèl, & R. Elièzer ben Aràch. Et hæc eſt prima Claſſis, cui annunciata eſt vita futuri ſeculi, ſicut explicatur in Talmude, ipſis, & ipſorum diſcipulis.

R. Akibà fuit diſcipulus R. Elièzer ben Horkanòs, & hic fuit illius præcipuus Magiſter. Legit etiam R. Akibà apud R. Tarphonem; verùm non fuit

Verùm quòd dicitur in *Miſcnà* חכמים *Chachamìm Sapientes* aliquando intelliguntur plures Sapientes, licèt vnus ſit, qui loquatur: aliquando intelliguntur omnes omninò Sapientes, qui præceſſerunt.

Quando verò dicitur Beth Sciammài. & Beth Hillèl, intelligitur Schola Sciammài, vel Hillelis, hoc eſt ij, qui partem, & ſententiam Sciammài, vel Hillelis ſequuntur.

Quando nominatur Rabbì eſt Rabbènu Hakkadòſc, iſte eſt R. Iudas *Hanaſsì Princeps* ſextus ab Hillele ſeniore compilator Miſcnæ.

Cùm autem dicitur in *Miſcnà* באמת *reuera*, *in veritate*, tunc eſt הלכה באמרו למשה מסיני *Conſtitutio Moſis è* (monte) *Sinai*. Vbi abſolutè dicitur משנה *Miſcnà*, illud eſt, in quo conueniunt omnes, & nullum dubium, aut diſcordia circa illud oritur, quia à maioribus ita acceperunt, vt credatur, eam traditionem vſque ad Moſen perueniſſe. Aliquando per *Miſcnà* R. Meir intelligitur conſimilis *Miſcnà*, de qua plerumque datur diſſenſio. Quando verò id accidat, explicatur in Talmude.

Capite 7. ponitur Ordo graduum, & dignitatum Rabbinorum, prout poſitus eſt ab Auctore *Miſcna*.

Gradus dignitatum Doctorum Miſcnicorum (ſunt enim iſti Doctores numero 128. vti ſuprà dictum eſt) in tres ſpecies diſtinguuntur. Primus & nobilior gradus eſt eorum, qui proprio nomine ſine vlla additione prænominis, vel cognominis, nominantur, vt exempli gratia *Hillèl*, & *Sciammài*; *Scemaaiàh*, & *Autaliòn*: & hæc nominis magnificentia conſiſtit in hoc, quòd inue-

bæ, cuius fama nota eſt apud Cæſarem.

R. Eleàzar, & R. Scimòn eſt filius prædicti R. Scimòn ben Iochài, & R. Scimòn eſt pater ipſius R. Eleazaris.

Ben Azài, & Ben Zomà, & Ben Nanàs; ſunt Scimòn ben Azài, & Scimòn ben Zomà, & Scimòn ben Nanàs.

Betherà, ipſe eſt R. Iehoſciùa ben Betherà.

Ben Bagh Bagh eſt R. Iochanàn, & Iochanàn Cohen gadòl, eſt Iochanàn ben Matathià notus, cuius mentio fit in precibus, & in prælijs Regum Græcorum.

Cùm autem voluiſſent R. Meir, & R. Nathàn pudore afficere Rabbàn Gamliel patrem Rabbènu Hakkadòſc, nimis autem longum eſſet cauſam huius rei in hoc loco narrare, eos Rabbàn Gamlièl extra Academiam ſuam eiecit. Quando igitur profertur ſententia nomine alterius ex iſtis; ſi dicatur nomine R. Meir, dicunt אחרים אומרים *Acherìm omerim Alij dicunt*. Si verò pronuncietur nomine R. Nathàn, dicunt יש אומרים *Ieſc omerim Sunt qui dicunt*. Si autem dicatur in *Miſcnà Rabbì* nomine R. Iſmaël אמר תלמיד אחד *A'mar Talmìd echàd Dixit quidam diſcipulus* לפני ר' עקיבא *coram* R. *Akibà* ipſe eſt R. Meir. Quando autem dicitur: *Dixerunt Iudices* לפני חכמים *Liphnè Chachamìm Coram Sapientibus*, iſti ſunt quinque Iudices, videlicet

1. R. Scimòn ben Azài, 2. R. Scimòn ben Roma, 3. R. Scimòn ben Nanàs; 4. Chanàn, & 5. Chananià Iſc Onò.

R. Meir vocatur etiam R. Nehorài, & vtriuſque nominis idem eſt ſignificatum. Nomen autem eius primariò fuit R. Nachmià.

notiores eſſent aliqui ex his Doctoribus, Auctor *Miſcna* eos deſcripſit nonnullos ab opificio, quod exercebant, vt *Nachùm Halbalàr Librarius*. *R. Scimòn Haſcezorì Contortuplicator filorum*. Alios à patria, vt quando dixit: *Iſc Chadìd*, *Iſc Onò*, & *Iſc Bartutà*. Quando autem dixit: *Iſc Tzeredà*, & *Iſc Ieruſcialàim*, & ſimilium, voluit indicare præſtantiam loci, & Doctoris, ac ſi diceret: Vir iſte, qui inter Viros loci illius doctiſſimus eſt, dignus vtique eſt vt *Vir* inter reliquos denominetur. Alij ſunt, qui à nomine patris ſui, vel fratris, vti cùm dicit: *R. N. filius N.* aut R. *N. frater N.* quod frequenter occurrit. Alij tandem à familia, vt cùm dicit; *N. Talis Sacerdos*.

Capite 9. De Doctoribus Miſcnicis, qui inter ſe diſcordant in ſententijs. Quos in quamplurimis Miſcnæ locis inter ſe pugnare inuenies, ſunt R. Meir, R. Iudas, R. Scimòn, & R. Ioſè. Hos quatuor inuenies diſcrepare in doctrina binos inter ſe, vel etiam ſingulos contra ſingulos. Rabbì Eleazarem pugnantem cum ſingulis iſtorum quatuor deprehendimus; verùm rariùs quàm faciant reliqui inter ſe. Sic inter R. Akibam, R. Eleazarem, & R. Iehoſciùa inuenies diſcrepantiam tam inter vnumquemque ex iſtis, quàm à reliquis, rariùs tamen quam à prædictis quatuor. Inuenies etiam diſſenſionem inter Rabbi Akibam, R. Iſmaëlem, Rabbì Tarphòn, & Rabbi Eleazarem ben Azariæ, ſed minorem prædicta. Et poſt prædictos inuenies etiam diſcrepantiam inter Scholam Sciammài, & Scholam Hillelis; & poſt eos aliquando diſcrepat etiam Rabbàn Gamlièl, aut

uenìri non potuit aliquod cognomen, aut pronomen, quo meliùs quàm ipſo nomine proprio, honor Doctoris explicari potuerit. Idem obſeruatū videmus in Prophetis, quorum dignitas nomine proprio, & non adiuncto aliquo pronomine declaratur. Proximè accedit huic honori, pronomen רבן *Rabbàn Magiſtri*, quo multi inſigniti ſunt, veluti Rabbàn Gamlièl, & Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài. Inferior iſto, eſt pronomen רבי *Rabbì*, vel *Ribbì*, per quod ſignificatur etiam *Magiſter*, ſiuè *Præceptor*, vt v. gr. Rabbì Meir, & R. Iuda. Eodem gradu ſunt ij, qui nomine אבא *Abbà* appellantur, ſicuti Abbà Saùl. Aliquando tamen omittunt illud dignitatis pronomen, & ſimpliciter nominant nudum nomen, ſicut quando dicunt Simeon frater Azariæ, & Eleàzar Iſc Bartutæ. Hi autem, qui nominibus ſuis honoris gratia appellantur, *ſunt*: 1. Scimòn Iuſtus; 2. *Antigonòs Iſc* Soccò; 3. Ioſè ben Ioètzer; 4. Ioſè ben Iochanàn Sacerdos magnus; 5. Ieoſciùa ben Perachia; 6. Nittài Haarbeli; 7. Chonì Hammaghèl. 8. Eliauenì ben Hakàph; 9. Chanamèl Hammitzrì; 10. Iudas ben Tabài; 11. Scimòn ben Sciatàch; 12. Scemaaià; 13. & Autaliòn; 14. Chanàn; 15. & Admòn; 16. Akauià ben Maalalel; 17. Hillèl; 18. & Sciammài; 19. Nachùm Habbalàr; 20 Chananiàh ben Chizkià ben Gharòn; 21. Bauà ben Botà. Si qui alij præter hos ſine prænomine reperti fuerint, ſcito ab eis eorum prænomina fuiſſe ablata.

Capite 8. de Miſcnicis Auctoribus cum eorum cognominibus ratione patriæ, opificij, virorum, & familiæ. Vt

10. Nachùm Hammadì in *Sciabbàth* tantùm. 11. & 12. R Eleàzar, & R. Doſtài be Rabbi Iannài in *Iruuin*. 13. & 14. R. Scimòn Haſſagàn, & Ben Cheuarì, in *Scekalìm* tantùm. 15. 16. 17. 18. 19. & 20. Iudas ben Tabbài, Scimòn ben Sciatàch, Iosè ben Ioètzer, Iosè ben Iochanàn, Nitài Haarbelì, & Iehoſciùa ben Perachià, in *Chaghighà* tantùm. 21. & 22. Scimòn Hathemanì, & Nachmià Iſc Beth Delì, in *Ieuamòth tantùm*. 23. 24. & 25. R. Elàzar filius Rabbì, Iosè Haggalilì, & R. Iehoſciùa ben Horkanòs, in *Sotà* tantùm. 26. Iaduà Habbablì, in *Metzijà* tantùm. 27. R. Scimòn ben Iudæ, in *Sceuuòth* tantùm. 28. 29. 30. 31. & 32. R. Scimòn ben Betherà, R. Nechunià ben Elnathàn Iſc Chephàr Habbablì, R. Iosè Haccòhen, R. Iakìm Iſc Chadìd, & Menachèm ben Saganài, in *Eduijòth* tantùm. 33. & 34. Scimòn frater Azariæ, & Iosè Ben Chonì, in *Zeuachìm* tantùm. 35. R. Eleàzar ben R. Scimòn, in *Themurà* tantùm. 36. R. Akibà, in *Negaiim* tantùm. 37. R. Eleàzar ben Pabi, in Codice *Taharòth* tantùm. 38. R. Iochanàn ben Ieſciùa filij Soceri R. Akibæ, in *Iadàim* tantùm. In his Doctoribus numeratis non vnus ex his in omnibus Iudicijs *Miſcnæ* reperitur, niſi tantùm vnica Deciſio in Codice, quem memorauimus &c.]

Hæc ſunt excerpta ex Præfatione R. Moſis Bar Maijmonis in *Miſcnà* ad *Sèder Zeraim*; non omnia, quæ in Hebræo ſunt, traducendo, ſed tantùm ea, quæ ad rem noſtram facere viſa ſunt, latinè ſunt reddita, ad ſenſum propriùs reſpiciendo, quàm ad verba. In hac tamen verſione eſt animaduertendum, Nu-

aut Rabbàn Scimòn ben Gamlielis, aut Rabbì cum vnoquoque ex prædictis. Et hæc eſt diſcrepantia, & diſſenſio, quæ inter Doctores Miſcnicos reperitur in maxima *Miſcnæ* parte, in materia tamen extranea.

Cap. 10. De partitione Deciſionum ſecundùm multitudinem, aut paucitatatem iſtorum Sapientum, qui receperunt Miſcnam, ſicut partiti ſumus. Sunt aliqui ex ipſis, quorum nomine ſcriptæ ſunt Deciſiones multæ, veluti Rabbì Meir, & Rabbì Iudæ. Et ſunt alij, quorum nomine paucæ ſcriptæ ſunt Deciſiones veluti R. Eleazaris Ben Iacobi, Vnde dixerunt: *Miſcnà* τȣ̃ R. Eleàzar ben Iacobi קב ונקי *Kau venaki* eſt *Cabus*, *& purus*, id eſt paucæ ſunt Miſcnæ ipſius, ſed Deciſiones ſunt ſecundùm ipſum. Ordo autem multitudinis & paucitatis Deciſionum ipſorum, ſunt, ſecundùm quod in præcedenti capite meminimus, iuxta multitudinem, aut paucitatem diſcrepantiarum (quæ inter Doctores contigerunt) nam aliqui ſunt inter eos, quorum Deciſio vnica tantùm ſcripta in *Miſcnà* reperitur. Et non ampliùs illorum nomen legitur in materia ſpectante ad iudicium præceptorum. Iſti ſunt numero triginta ſeptem, nempè 1. Nachùm Hallabalàd, & 2 R. Meiſcià, in Cod. *Peà* tantùm, ita vt nullo alio in loco repetatur illorum dictum. 3. & 4. Chananiàh ben Chachinài, & R. Ioſeph ben Hachòteph Ephratæi in Cod. *Chilàim* tantùm. 5. & 6. R. Eleàzar Chiſmà, & R. Iosè ben Meſciulàm in *Therumòth* tantùm. 7. Et R. Chotzaphìth in *Sceuiìth*. 8. & 9. R. Elièzer ben Iudæ Iſc Bartùta, & Doſtài Iſc Caphardamà in *Orlà* tantùm.

ferè ſemper additur expoſitioni *Rambami*.

Sæpè hoc Opus Miſcnicum, tam ſine, quàm cum Commentarijs excuſum fuit. Neapoli in magno folio, & egregio charactere, ac quadrato cum Commentarijs R. Moſis Bar Maijmonis, charactere Rabbinico craſſiori, prodijt anno mundi 252. min. ſupput. Chriſti 1492. regnante Ferdinando Aragonio, apud *Iehoſciuà Scelomòh* de Soncino. Eodem charactere cum Commentarijs eiuſdem Rambami, & Rabbènu Scimſciòn prodijt Venetijs apud Marcum Antonium Iuſtinianum anno mundi 306. min. ſupput. Chriſti 1546. in fol.

Excuſum etiam fuit Riuæ Tridenti cum Commentarijs eiuſdem *Rambàm*, & *Obdiæ Bartenoræ* anno 319. minoris ſupputationis, Chriſti 1559. in fol.

Item Venetijs cum ijſdem Commentarijs, & charactere quadrato anno משׁוך 366. min. ſupput. Chriſti 1606. opera, & ſtudio Abrahami Ben Ruben Ben Nachmàn de Maroco Barbariæ Metropoli, apud Zanetum Zaneti. Et Mantuæ anno 322. m. ſupp. Chriſti 1562. Cum Commentario eiuſdem Obdię Bartenoræ, & תוספת יום טוב *Toſèpheth Iom Tòu Additione boni diei* ſecundò impreſſum reperitur Cracouiæ anno mundi ת״ג 403. Chriſti 1643. in 4. cùm priùs impreſſum fuiſſet Pragæ anno שׁע״ה 375. Chr. 1615. in 4. *Iom Tòu* eſt pronomen Auctoris huius *Toſèpheth Additionis*, qui vocabatur ליפמן וולדשטיין לוי *Liphmàn Waldeſtàin Leuì* Ben R. Nathàn Ben R. Moſis Waldeſtàin Leuì.

Cum paruo Commentariolo ad exteriorem marginem appoſito, quo potiſſimùm difficiliores voces explicantur, quod Numerum Auctorum Miſcnicorũ non correſpondere numero aſſignato à Moſe Bar Maijmonis. Ait enim, Auctores in prima Claſſe recenſitos eſſe numero 91. qui tamen numerum 89. non excedunt, quibus ſi addantur Auctores Miſcnici ſecundæ Claſſis num. 37. fiet ſumma Auctorum 126. præter *Eliſciaà Achèr* Apoſtatam, & *Menachèm* Aulicum, deſertorem Academiæ, quibus prædictis ſi & ipſi vniantur, fit ſumma omnium Auctorum, qui ſymbola contulerunt in compilatione *Miſcnæ*, centum viginti octo, cùm aliàs fuiſſet 130. ſecundùm numerum aſſignatum à R. Bar Maijmonis. Et hæc de *Miſcnà* à Rabbènu Hakkadòſc compilata.

Cæterùm, vt huiuſce *Miſcnæ* opus per ſe quidem difficile, & obſcurum facile, & planum redderetur, præclariora Iudæorum ingenia deſudarunt.

רמב״ם *Rambàm*, hoc eſt R. Moſes Bar Maijmonis primus Arabicis Commentarijs illuſtrauit, quæ poſtea in linguam Hebræam tranſlata ſunt à R. Iuda ben Salomonis Hiſpano, cognomento חריזי *Charizi*, an omnia, incertum eſt. Vide, quid de eo dixi ſuprà num. 630. pag. 27.

R. Salomon Iarchì, vulgò dictus *Raſci*, expoſitionem ſuam *Miſcnæ* adiecit. Idem fecerunt nonnulli recentiores Rabbini, veluti *Rabbènu Scimſciòn*, qui ſcripſit tantùm ſuper primum, & vltimum ordinem Miſcnæ; *Toſèphet Iom Tou*; *Rabbì Iacob Ben Chaghèz*. Sed ſuper omnes alias, laudatur expoſitio Obdiæ Bartenoræ, vtpotè reliquis clarior, & in explicandis vocibus, & rebus obſcurioribus illuſtrandis, exactior, & facilior. Quapropter hæc expoſitio

ה״ר״ב רמ״ב״ם *Rambàm*, חר״ש *Harràſc*, ה״ר״ב *Harràu*, & ת״י״ט *Thaiàt*, hoc eſt Moſis Ægyptij Bar Maijmonis; R. Samſonis; R. Bartenoræ, Thosèphet Iom Tòu &c. ſimulque iunctis cum aliorum nouellis additionibus iuſtum Commentarium compoſuit R. Iacob Ben חאגי״ז *Chaghèz*, cui nomen indidit עץ חיים *Etz Chaiim* *Lignum Vitæ*, deſumpto tit. ex cap. 3. ver. 18. Prouerbiorum, eique præfixit eruditam Præfationem, in qua *Miſcna* origo, compoſitio, ordo, Codicum inter ſe connexio, regulæ ſeruandæ pro illorum intelligentia, & aliarum rerum ad exactam *Miſcna* notitiam pertinentium, recenſentur. Totum hoc opus in tres columnas diſpertitum eſt. In columna, quæ eſt in parte exteriori paginæ, poſitus eſt Commentarius עץ חיים *Etz Chaiim*. In ſecunda, quæ media eſt, diſpoſitus eſt textus *Miſcna* minuſculis characteribus, ſed formæ quadratæ. In parte interna paginæ, quando adeſt Commentarius רש״י *Raſci*, id eſt *R. Salomonis Iarchì* ibidem collocatur, vel vbi deficit, totam paginam occupat prædictum Commentarium עץ חיים *Etz Chaiim*. Et ſi quidquam de R. Salomonis Iarchì expoſitione reſiduum fuerit, ſub textu *Miſcna* immediatè collocatur. Excuſum autem fuit opera, & ſumptibus Rabbì Abrahami Iſraëlis Amnonis; Impreſſore Iedidiah Ben R. Iſaaci Gabbài Auctoris paruæ expoſitionis כף נחת *Caph nàchath*, in 8.

Nec ex Latinis defuerunt in rebus Miſcnicis Viri docti, qui *Miſcna* Codices nonnullos in linguam Latinam verterunt, vel etiam notis illuſtrarunt. Ex his quamplurimis paucos tantùm veluti illuſtriores, & eruditiores in medium afferam. Ex

quod כף נחת *Caph Nàchath Volam contractam* appellitant, compilato à R. Iſaaco גבאי *Ghabbài* prodijt Venetijs an. שפ״ה 385. Chr. 1625. apud Petrũ Aloyſiũ, & Laurentium Bragadinos, in Ædibus Ioannis Coleonis, in 8. Et cum eodem Commentariolo iterum excuſum fuit Conſtantinopoli an. mun. הקד״ש 5404. Chriſti 1644. apud Salomonem פראנקו *Francum*. Impreſſoribus Abrahamo Franco eius filio, & Iacobo גבאי Ghabbài eius genero, regnante Ibrahimo Turcarum Sultano, in 4. Textus huius Operis eſt cum punctis vocalibus, ſed characteres ex praua qualitate atramenti, & chartæ ſunt malè efformati. In eodem reperiuntur diuiſiones correſpondentes *Paraſcis* Pentateuchi, quæ in fronte Commentarioli כף נחת annotatæ ſunt. Has per hebdomadas ſolent legere ij Iudæi, qui alijs magis pij ſe eſſe oſtendere volunt.

Sine huiuſmodi Commentariolo, ſed cum punctis vocalibus iterum excuſum fuit Amſtelodami in Officina Ioſephi Ben Iſraëlis patris R. Menaſsè Ben Iſraël anno mundi ת״ו 406. min. ſupput. Chriſti 1646. in 8. Venetijs quoque conſimile exemplar vltimò prodijt cum punctis vocalibus, ſed non ita diligenter, vti eſt prælaudatum Amſtelodamenſe, quamuis iactanter illud extollat R. יהוסף *Iehosèph* Ben R. Abrahami אלואלאנסי *Alualansì* in ſuo Epiſtolio ad Lectorem excuſo in fine libri תכ״ו 426. Chriſti 1666. in 8. apud Bragadinos.

Liburni quoque in Etruria in ſex Tomos diſtinctos ſecundùm ſex Ordines *Miſcna* huiuſmodi *Miſcnaijòth* prodierunt cum integro Commentario רש״י *Raſci*, & ſpicilegijs aliorum Auctorum ex

Latinam linguam iam à Philippo Aquinate conuerſum, Pariſijs in vtraque lingua euulgari curauit anno 1620. in 12. Idem fecit Ioannes Druſius. Et nuper prodijt eadem verſione Latina vnà cum duobus Capitibus Danielis à Ioanne Leuſden latinè redditis, Vltraiecti anno 1665. in 4. Præter hos, neſcio an alij ex Codicibus Miſcnicis aliquem latinitate donauerint. Scio quidem Eduardum Pocockium Anglum ex lingua Arabica in Latinam vertiſſe quaſdam Pręfationes R. Moſis Bar Maijmonis, eaſque cum textu Arabico, characteribus Hebraicis, ob penuriam Arabicorum expreſſo, euulgaſſe Oxoniæ 1655 in 8. nempè Præfationem in *Sèder Zeràim*; aliam in *Sèder Kodaſcìm*; & tertiam in *Sèder Taharòth*, in quibus totius Miſcnici operis redditur ratio; de oblationibus, deque munditie, & immunditie luculenter, & diffusè agitur. Sed illæ ſunt potiùs Explanationes, & Commentarij Miſcnicæ doctrinæ, quàm verſiones ipſius *Miſcnæ*, ideò has miſſas facimus, & ſolùm addemus Codicem מדות *Middòth De menſuris Templi* Ieroſolymitani ex Ordine quinto *Kodaſcìm* in Latinum conuerſum, & figuris, ac Commentarijs illuſtratum fuiſſe à Conſtantino L'Empereur, publici iuris factum Lugduni Batauorum anno 1630. in 4.

Ex Ordine ſecundo *Moëd* duos Codices שבת *Sciabbàth*, & עירובין *Eruuìn* Sebaſtianus Schmidius non ſolùm Latinos fecit, ſed & in eoſdem R. Moſis Bar Maijmonis, & Bartenoræ Commentarios in eandem Latinam linguam vertit. Prodierunt Lipſiæ anno Domini 1670. in 4.

Ex tertio Ordine *Naſcìm* Ioannes Chriſtophorus Wagenſeilius Codicem סוטה *Sotà* de Vxore adulterij ſuſpecta, vnà cum libri *En Iacob* excerptis Ghemaræ latinitate donauit, & perpetuo Commentario illuſtrauit. Excuſ. Altdorfi Noricorum anno Domini 1674. in 4.

Ex Ordine quarto duos Codd. סנהדרין *Sanhedrìn*, & מכות *Maccòth* non tantùm ex *Miſcnà*, quantum ex *Ghemarà* ex parte Latinos fecit, & annotationibus ex eadem *Ghemarà*, & ex Hebræorum Commentarijs depromptis illuſtrauit Ioannes Coch Bremenſis. Excuſ. Amſtelodami anno 1629. in 4.

Ex eodem Ordine quarto, Codicem ע"ז *Auodà Zarà De Idololatria* Guſtauus Peringerus Suecus dum Altdorfi apud ſuprà laudatum Ioannem Chriſtophorum Wagenſeilium hoſpitaretur, Paraphraſi Latina, latinè reddidit. Cui & Codicem תמיד *Tamìd De Sacrificio iugi* eadem lingua conuerſum addidit ex quinto Ordine. Vtrumque vnico volumine complexus publici iuris fecit Altdorfi Noricorum anno Domini 1680. in 4.

Codex אבות *Auòth* pariter ex quarto Ordine pluriès factus eſt Latinus. Anno 1541; Hebraicè, & Latinè cum Scholijs Pauli Fagij Iſnæ excuſus eſt. Ludouicus Henricus Daquin, in eandem

De ברײתא *Baraiethà*, תוספתא *Toſaphtà*, & מכילתא *Mechiltà*.

§. IX.

ABſoluto *Miſcnæ* Syntagmate, ſtatim in Academia Rabbènu Hakkadòſc illud cæptum eſt explicari ab eodem, & quod nimis perſtrictũ, dubium, aut obſcurum videbatur, viua voce à Magiſtro, & Auctore, fuſè, diſtinctè, & clarè explicatum eſt. Porrò ipſe Rabbènu Hakkadòſc in præfectura, & doctrina quamplurimos laborum ſuorum habuit ſocios הרא״בר *Harrauàd* quatuordecim numerat; 1. R Iſmaëlem Ben Iosè; 2. R. Scimòn filium R. Eleazaris Ben Berokà; 3. R. Eleazarem Ben R. Scimòn Ben Iochài; 4. R. Eleazarem; 5. & R. Scimòn filios R. Iudæ; 6. R. Iehoſciùa Ben Korchà; 7. Pelemòs; 8. Iſsì Ben Iudæ; 9. R. Reubèn Ben Atztrubali; 10. Chanàn Ben Pinchàs; 11. R. Padàth; 12. Eleazarem Ben Parthà; 13. R. Iacobum Iſc Chephàr Chananiàh; 14. & R. Pinchàs Ben Iàir. Ex iſtis primus diſcipulus, qui fuit R. Iſmaël Ben Iosè, ſeorſim, & extra Scholam Rabbènu Hakkadòſc alias traditiones non incluſas in *Miſcnà* collegit, & explanauit. Inter quas vna eſt: De 13. modis, quibus Sacra Scriptura explicanda venit, de qua ſuo loco in *R. Iſmaële Ben Iosè* agemus in ordine Scriptorũ. Et quia primò tunc factum eſt, vt extra Academiam Rabbènu Hakkadòſc, ipſo viuente, in terra Iſraëlis, in Tiberiade

aliæ traditiones fuerint promulgatæ, hinc præter vocabulum *Miſcnæ*, quòd Legis repetitionem audit, cæptum eſt audiri vocabulum בריתא *Baraijethà*, & pluraliter ברייתות *Baraijethòth*, quod à בר *Bar*, ſiuè ברא *Barà* voce Chaldaica *extra*, *extraneum* ſignificat, & à quo Græci videntur ſumpſiſſe ſuum vocabulum Βάρβαρος, & ita extraneos, & peregrinos homines Athenas aduentantes hac voce בר *Bar* בר *Bar* bis repetita *Barbaros* nuncuparunt.

Poſt mortem Rabbènu Hakkadòſc.

רבי חנינא ישב בראש הוא רבי חנינא בר חמא שכן צוה רבינו הקדוש והיו חביריו בניו מרבינו הקדוש רבי אושעיא ורבי שמעון ורבן גמליאל ורבי אלעזר הקפר. ורבי חייא ובר קפרא ורבי לוי ורבי אפס ׃ בר קפרא כתב התוספתא ורבי חייא ורבי אושעיא בר״ ורבי שמעון בר״ כתבו הברייתות והמכילתות אלו הם סוף התנאים׃ הרי אלו ה׳ דורות של תנאים׃

Rabbì Chaninà (inquit Harrauàd) *ſedit in capite* (Academiæ) *ipſe eſt R. Chaninà Ben Chamà, quia ſic præceperat Rabbènu Hakkadòſc. Fuerunt autem ſocij eius filij Rabbènu Hakkadòſc, ſcilicet R. Oſciaaià, R. Scimòn, & Rabbàn Gamlièl; R. Eleàzar Hakaphàr, R. Chijà, R. Kaphrà, R. Leuì, R. Apàs; BeRabbì Kaphrà ſcripſit Toſaphtà; & R. Chijà vnà cum R. Oſciaaià BeRabbì & R. Scimòn ben Rabbì ſcripſerunt* ברייתות *Baraijethòth, & Mechilthòth. Et iſti ſunt vltimi ex Tanaitis; ſicque quinque generationibus, Tanaitis finis imponitur.* Hactenus *Harrauàd* in ſuo libro Cabalæ. De *Toſaphtà*, & *Mechiltòth* ſatis dictum eſt in Par. II. num. 473. pagina 779.

Scriptæ igitur fuerunt *Baraijetà*, & *Baraijethòth* extrauagantes iſtæ lectiones,

ſeù

תְּנָא אָמַר מָר Si periodus incipiat ab vna ex iſtis תְּנַן *Tenàn*, aut מַתְנִיתָא *Mathnithà*, illud quod ſequitur eſt משנה *Miſcnà* Rabbènu Hakkadòſc.

2. Si incipiat ab vna ex iſtis תַּנְיָא *Tanià*, ſeù תָּנוּ רַבָּנָן *Tanù Rabbanàn*, contextus, qui ſequitur, eſt *Baraiiethà R. Chijà*. Vide *Iuchaſ.* pag. 84.b.

3. Si verò incipiat ab vna ex his vocibus תְּנָא *Tenà*, vel אָמַר מָר *A'mar Mar*, doctrina, quæ ſequitur, eſt *Toſaphthà R. Oſciaaià*, vel *R. Kaphrà*.

Aduerte, omnes iſtas *Baraijethòth extrauagantes Lectiones* vocari ab Auctoribus *Miſcnaijòth ghedolòth Miſcnas magnas*, teſte Talmude Ieroſolymitano Codice הוריות *Horaijòth* pag. 48. b. circa medium, vbi verſu 2. capite 7. Eccleſ. *Vir, cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantias, & gloriam. & non ipſe deficit anima ſuæ ex omnibus, quæ deſiderabit: non dabit poteſtatem ei Deus comedendi ex eo, ſed vir extraneus comedet illud*. explicatur à R. Leuì, & applicatur Sacræ Scripturæ, alijſque Tractatibus Miſcnicis, & Talmudicis ſcriptis. Verba Ieroſolymitani ſunt.

רבי אבא בר כחנא אול לחד אתר אשכח רבי לוי ותיב דרש איש אשר יתן לו האלהים עושר ונכנסים וכבוד ואיננו חסר לנפשו מכל יתאוה ולא ישליטנו האלהים לאכול ממנו כי איש נכרי יאכלנו :

R. Abbà Bar Cahanà abiit in quendam locum, inuenit ibi R. Leuì explicantem (verſ. 2. Eccleſ. 7.) *Vir, cui dedit ei Deus diuitias, & ſubſtantias, & gloriam, & non deficit anima ſuæ ex omnibus, quæ deſiderabit: & non dabit poteſtatem ei Deus*

ſeù traditiones à R. Chijà, vnà ſimul cum R. Oſciaaià Ben Rabbì, & R. Simeone Ben Rabbi, hoc eſt Rabbènu Hakkadòſc, vt clarè ſcriptum eſt ſuprà. Attamen valdè dubitatur, an Rabbi Oſciaaià fuerit filius Rabbènu Hakkadòſc. Luculenter enim oſtenditur ab Auctore libri *Iuchaſsin*, eum fuiſſe filium Bar Chamà Bar Biſnà pagina 84. poſt medium, quam ſententiam ſequutus ſum Par. II. pag. 778. in *R. Hoſciaahià Rabbà*, & rationem reddidi ex *Ghemarà*, cur aliquando vocatus ſit filius Rabbì: vnde mendum eſſe videtur vel Scriptoris, vel Typographi in libro Cabalæ Harrauad. Et רבי אושעיא *Rabbi Oſciaaià* reponendum poſt רבן גמליאל *Rabbàn Gamlielem*, qui certò certiùs eſt filius Rabbènu Hakkadòſc. Vide *R. Dauid Ganz* ad annum 3979.

Hiſce *Baraijethòth* extrauagantibus traditionibus magnam *auctoritatem* attribuerunt, Miſcnicis æqualem, æſtimantes hanc eandem prorſùs eſſe תורת שבעל פה *Thoràth ſcebàal Pe Oralem Legem*, ac exiſtimant eſſe totum Miſcnicum Corpus eiuſdem Rabbènu Hakkadòſc, & quam intra Iuris Corpus referentes, Talmudicis doctrinis miſcuerunt, conſtituentes vnam continuatam, & æqualem lectionem, cum *Miſcna*, & *Ghemarà* (de qua poſtea) vt nullo modo ex ſtylo, aut characteris qualitate, cùm eadem ſit, vna ab altera dignoſci poſſit; cognoſcitur autem *Baraità*, & diſtinguitur à *Miſcnà*, & *Ghemarà* ſequentibus notis obſeruatis.

Solet in contextu Talmudico inueniri aliquando vna ex iſtis vocibus תְּנַן מַתְנִיתָא : תַּנְיָא תָּנוּ רַבָּנָן :

docet etiam R. Samuèl Hannaghid in ſuo Opuſculo מבוא התלמוד *Meuò Hattalmùd De ingreſſu in Talmudem*, vbi de Baraithà diſſerens, hæc habet -

והבריתא : כל הספרים שהעתיקו הקדמונים ז״ל אחר המשנה כמו משנת ר׳ חייא ומשנת ר׳ אושעיא ומשנת ר׳ אליעזר בן יעקב ומכילתא דר׳ ישמעאל ואותיות דר׳ עקיבא ותורת כהנים הוא ספרא והוא ספר ויקרא לבדו : וספרי במדבר סיני ואלה הדברים וכיוצא בהם; וסמן הברייתא : תנו רבנן ותני חדא ותניא אידך ׃

Baraithà. Omnes libri, qui compoſiti ſunt ab antiquis b. m. poſt Miſcnà, Vti eſt Miſcnà R. Chijà, Miſcnà R. Oſciaaià, Miſcnà R. Elièzer ben Iacobi, Mechiltà *R. Iſmaëlis, Literæ R. Akibæ, Lex Sacerdotum, ſeù Siphrà, qui eſt liber* (id eſt expoſitio) *Leuitici ſeorſum, Siphrè libri Numeri, & libri Deuteronomij, & ſimiles* (iſti ſunt, & dicuntur *Baraijethòth Extrauagantes*.) *horum ſignum eſt* (dictio) תנו רבנן *Tanù Rabbanàn*, תני חדא *Tannè chadà*, & תניא אידך *Tanià Idàch*. Has traditionales Scripturas nituntur magnifacere auctoritate ſacra. Et licèt huius verſiculi literalis expoſitio longè diſtet à commento iſto Talmudico, etiam ſecundùm Paraphraſim Chaldæam, R. Salomonem, & alios expoſitores Hebræos: attamen concedamus eis pro nunc, præfatam allegoricam expoſitionem, & (dempta *Sacra Scriptura*) dicamus huiuſcemodi verſiculum Eccleſ. 6. 2. totum intelligendum eſſe de *Miſcnà*, *Halachòth*, & *Toſaphtà* Rabbinorum. Conſequenter ex eodem verſiculo in quanam exiſtimatione has Iudaicas Scripturas habendas eſſe intelligemus: nam concludit verſiculus זה הבל וחלי רע הוא *Hoc Vanitas, & infirmitas mala eſt*. Quaſi diceret: O' Iudæi,

Deus comedendi ex eo, ſed vir extraneus comedet illud. עושר זה המקרא Diuitiæ, *iſta eſt Sacra Scriptura*. נכסים Subſtantias, אילו הלכות *iſta ſunt Lectiones deciſæ, ſeù Conſtitutiones*. וכבוד Et gloriã, זה התוספת *iſta eſt Thosèpheth Additio*. ואיננו חסר לנפשו מכל אשר יתאוה ׃ Et non deficit animę ſuę ex omnibus, quę deſiderabit. *Iſtæ ſunt Miſcnaijòth magnæ, veluti eſt Miſcnà R.* חונה *Chunà* (corrige, & lege חייא *Chijà*, vti corrigit, & legit Auctor libri כריתות *Cherethòth* Par. 4. pag. 55. b.) *Miſcnà R. Oſciaaiàh, & Miſcnà Bar Kaphrà*. Et non dabit poteſtatem ei Deus comedendi ex eo. *Iſte eſt ſtudioſus & ſermocinator* אגדה *Agadàh eloquij myſtici, qui nihil prohibet, aut permittit, & nullum polluit, aut mundat*. Sed vir extraneus comedet illud. *Iſte eſt ſtudioſus Talmudis*. Habes hac auctoritate, quòd R. Chijà, R. Oſciaaiàh, & Bar Kaphrà, *Miſcnaijòth* compoſuerint. Pro *Miſcnaijòth*, procul dubio intelligit *Miſcnaijòth Baraijtòth Miſcnas extrauagantes*, & extra Scholam Rabbènu Hakkadòſc poſt eius mortem à prædictis Auctoribus compilatas. Habes etiã quòd תוספתא *Thoſaphtà* ſit etiam *Miſcnà*; quia Bar Kaphrà, qui compoſuit *Thoſaphtà*, vt dicit *Harrauàd*. in hoc loco eam vocat *Miſcnà*. Dicuntur autem omnes iſtæ compoſitiones, *Miſcnaijòth ghedolòth Magnæ*, quia eiuſdem auctoritatis ſunt cum reliquis Rabbènu Hakkadòſc; & quia ſimul ſumptæ non ſolùm adæquant, ſed mole ſua longè ſuperant prænominatas *Miſcnaijòth* Rabbènu Hakkadòſc, ideò Magnæ à Talmudiſtis vocantur. Quòd prędictę compoſitiones extra Scholam Rabb. Hakkadòſc compilatę dicantur *Baraijethòth*,

ſimul iunctæ Ghemaram complent: & *Ghemarà* verò iuncta *Miſcnæ* תלמוד *Talmudem* conſtituit. Vox autem *Talmùd* doctrinam audit, illam videlicet, quæ à docente accipitur: quamuis pro Talmude aliquando tam *Miſcnà*, quàm *Ghemarà* ſeorſim vſurpetur. *Miſcnà* pro Talmude ſumitur, vt cùm dicunt

אין לומדין הלכה מפי תלמוד רוצה לומר מן המשנה׃

Non diſcunt lectionem ex ore Talmudis, hoc eſt ex Miſcnà. Ita Auctor תש״ב *Tiſcbì*. *Ghemarà* item ſeorſim aliquando vocatur *Talmùd*, vt ad ver. 1. capitis 1. Cantic. ישקני מנשיקות פיו *Oſculetur me oſculis oris ſui*. Targum habet שיתא סידרי משנה ותלמודא בנירסא׃ *Et ſex Ordines Miſcnæ, & Talmudis* (id eſt Ghemaræ) *cum explicatione*, hoc eſt cum פירוש *Piruſc*. Et ad locum Prouerb. 15. v. 15. *Omnes dies afflicti* (ſunt) *mali; & bonus corde, conuiuium iuge*. Ghemarà in *Bauà Batrà* capite 9. pagina 145. b. longè poſt medium habet -

אמר רב מאי דכתיב כל ימי עני רעים זה בעל תלמוד׃
וטוב לב משתה תמיד זה בעל משנה׃

Dixit Ràu: Quare ſcriptum eſt: Omnes dies afflicti mali ſunt? *Iſti ſunt ſtudioſi Talmudis* (in editione Baſileenſi teſtatur Buxtorfius legi בעלי גמרא *ſtudioſi Ghemaræ*) & cor lætum conuiuium iuge. *Iſti ſunt ſtudioſi Miſcnæ*. Ibidem explicatur illud Eccleſ. capite 10. ver. 9. *Qui transfert lapides, affligetur in eis. &c.*

מאי דכתיב מסיע אבנים יעצב בהם בוקע עצים יסכן בם׃ מסיע אבנים יעצב בהם אלו בעלי משנה בוקע עצים יסכן בם אלו בעלי תלמוד׃

Cur ſcriptum eſt: [*Qui transfert lapides, affligetur in eis: qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis?* Qui transfert lapides affli-

dæi, qui hæc mea verba ad veſtras Traditiones à vobis ſcriptas trahitis, dico, quòd iſta commenta à vobis excogitata omnia vana ſunt, cùm poſt aduentum Meſſiæ ampliùs in eis quicquam ſolidi, aut recti non contineatur, & qui in eis occupantur, cerebri infirmitate laborent, quæ infirmitas peſſima eſt. Iſta ſunt verba Sapientis, quibus Talmudiſtæ ad ſua deliria firmanda abutuntur, ſed Scriptura eos redarguit etiam iiſdem locis, à quibus auxilia petunt.

Ex dictis collige, omnia Opuſcula compoſita ab illis priſcis Rabbinis poſt Rabb. Hakkadòſc venire ſub nomine *Miſcnaijòth*, & vocari *Baraijcthòth*.

De גמרא *Ghemarà, &* תלמוד *Talmude*.

§. X.

גמרא *Ghemarà* à גְּמַר *Ghemàr*, quod perficere, & abſoluere, ſeù conſummare ſignificat, deriuatur. Sumitur à Talmudiſtis pro complemento totius Iuris Talmudici: nam totum Ius Iudaicum duabus partibus integratur, משנה *Miſcnà*, & גמרא *Ghemarà*. *Miſcnà* eſt purus & primarius textus Vtriuſque Iuris Iudæorum, quo ſuccinctè, & per elegantes Aphoriſmos totum Ius Iudaicum exhibetur. *Ghemarà* verò eſt altera pars Iuris Iudaici, qua *Miſcnæ* variæ explicationes, & variarum opinionum diſcuſſiones exhibentur. Huiuſmodi autem *Ghemarà* quibuſdam alijs partibus componitur, vt ſtatim videbimus, quæ

פירוש המשנה *quàm explanatio Miſcnæ*, inquit *Rambàm* in Epiſtola ad R. Pinchàs Magiſtrum in Alexandria Ægypti pag. 30. b. in fine. Hæc Ghemarica expoſitio vnà cum ipſo *Miſcnæ* Paragrapho dicitur propriè *Talmùd*. In hac prolixa *Ghemarà* aliquot, vel bona pars *Miſcnaijòth ghedolòth* introducuntur, quæ ſunt *Baraijethòth Extrauagantes* prænominatorum Auctorum, quæ hoc pacto diſtinguuntur. Incipit *Ghemarà* תנא היכא קאי דקתני מאימתי וכו׳; *Tenà eſt Traditio. Vbinam eſt, qui annunciat: Meemathài A quando? &c.* id eſt A quo tempore &c. Ergo quia incipit à תנא *Tenà* tota, quæ ſequitur *Baraiethà*, eſt *Toſaphtà*, ſeù *Miſcnà ghedolà* דר׳ *R. Oſciaaià*, & confirmatur ab alio ſigno dato אמר מר *A'mar Mar*, quod pagina verſa inuenies linea nona. Tota iſta *Baraiethà* continuatur vſque ad pag. 3. lin. 4. vbi verba *Miſcnæ* עד סוף האשמורת *Vſque ad finem cuſtodiæ* reaſſumuntur, & explicantur à *Baraiethà*, vſque dum occurrit dictio דתניא ר׳ אליעזר וכו׳ *De Tanià R. Elièzer &c.* à qua indicatur, verba ſequentia eſſe *Baraiethà R. Chijà*, vbi narratur doctrina Talmudica de tribus cuſtodijs nocturnis, & de rugitu Dei, & pœnitudine ſe vaſtaſſe Templum ſuum. Ingreditur *Talmùd* cum alia *Baraiethà* eiuſdem R. Chijà, quæ ab eadem voce תניא incipit, vbi lingua Iudaica (vti ſolent eſſe *Baraijethòth* R. Chijà, quia in terra Iſraëlis ea ſcripſerat) narratur alia hiſtoriuncula de R. Iosè, qui ingreſſus fuerat in ſpeluncam vt oraret, & ibidem audierat vocem Domini lugentis, vt Columbæ &c. & ſequitur vſque ad penultimam lineam, vbi poſitæ ſunt duæ aliæ dictiones תנו רבנן *Tanù Rabbanàn*, quarum

fligetur in eis; *illi ſunt ſtudioſi Miſcnæ*: Qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis; *illi ſunt ſtudioſi Talmudis*. In his locis diſtinguitur Talmùd à *Miſcnà*, & identificatur cum *Ghemarà*. Communiter tamen pro Talmude intelligitur *Ghemarà Miſcnæ vnita*. Huiuſmodi autem *Ghemarà*, quæ eſt totius Talmudis complementum, ipſa quoque perfectionem, & complementũ à ſuis partibus recipit, quæ ſunt ברייתות *Baraijethòth Extrauagantes lectiones* compoſitæ extra Scholam Rabbènu Hakkadòſc à RR. Chijà, Oſciaaià, & Bar Kaphrà. Hæc omnia in vtroque Talmude, tam Ieroſolymitano, quàm Babylonico conſimili charactere impreſſa ſunt; diſtinguuntur autem iſtæ compoſitiones, & vna ab altera dignoſcitur quibuſdam vocibus interiectis, de quibus iam ſuprà diximus; eiuſmodi enim voces annotauimus; & quorum Auctorum ſint, ſignis explicauimus. Hoc loco nonnulla exempla ex Ghemarà petita afferamus, vt res omninò plana fiat, & clara. Accipiamus verbi gratia primum Codicem Ordinis Primi Talmudis Babylonici, & primum Caput ipſiuſmet Codicis, inueniemus ordiri his vocibus מאימתי קורין את שמע בערבית וכו׳; *Quandonam legunt lectionem Audi Iſraël &c. Veſpertinam? &c.* Totus hic primus Paragraphus eſt ex *Miſcnà* vſque מן העבירה *A tranſgreſſione*. Poſtea ſequuntur 2. characteres in medio parui ſpatij cum accentu גמ׳, quæ eſt vox decurtata, perficiturque ita גמרא *Ghemarà*; quę enim poſtea ſequuntur, ſunt longiores explicationes, & deciſiones Rabbinorum ſuper prænotatum Paragraphum *Miſcnæ*: nam התלמוד *Talmùd* quando ſumitur pro Ghemarà, *nil aliud eſt*

tantùm in terra Iſraëlis, alia quæ & extra terram. Horum omnium regula generalis traditur à *Ghemarà* Ieroſolymitana Cod. שביעית *Sceuiith* pag. 36. poſt *Miſenà*. Et eſt מצות שהן תלויות בארץ אינן נוהגות אלא בארץ: *Præcepta, quæ dependent à terra* (Iſraëlis) *non ſunt in vſu niſi in terra* (Iſraëlis). Præceptum autem de Thephillìn, & ת״ת *Talmùd Thorà Doctrina Legis* vbique obſeruatur. Vnde paulò poſt ſubdit -

מה תפילין ותלמוד תורה שאינן תלויין בארץ נוהגין בין בארץ ובין לחוצה להרץ אף כל דבר שאינו תלוי בארץ יהא נותג בארץ ובחוצה לארץ:

Sicut enim Thephillìn, & Talmùd Thorà, quæ non ſunt affixa terræ (Iſraëlis) *& ſunt in vſu tam intra, quàm extra terram; ita quicquid non dependet à terra, erit in vſu in terra, & extra terram* (ſcilicet Iſraëlis). Cùm enim ea præcepta, quæ etiam extra terram erant obſeruanda, quamplurimis difficultatibus implicita eſſent, diuerſis etiam commentationibus, & reſolutionibus, explananda, & dilucidanda erant. Hoc autem fieri non poterat, niſi media Ghemarà, quæ *Miſcnæ* explanatio eſt. Ita loquuntur nonnulli, ſed in hoc modo loquendi non reſoluitur difficultas, nec quæſitum, quo quæritur, cur in quibuſdam tantùm Codicibus ſit *Ghemarà*, & non in omnibus *Miſcnæ* Codicibus? Quia ſunt multi Codices Miſcnici, in quibus agitur de materia, ſiuè præceptis ceremonialibus quæ affixa ſunt tantùm Terræ promiſſæ, vti ſunt Codices זבחים *Zeuachim De Sacrificijs*, מנחות *Menachòth De muneribus*, ſeù *Oblationibus*; סוטה *Sotà Muliere adulterij ſuſpecta*, & alij, & tamen de his fuſiſſimè agitur in vtroque Talmude, in *Ghemarà* hiſce Co-

rum textus ſubſequens eſt pariter Rabbi Chijà, & verſa pagina linea 8. iterum eodem ſigno תנו רבנן continuatur doctrina de Cuſtodijs nocturnis, de oratione veſpertina, nocturna, & matutina, & alijs doctrinis Talmudicis extra Chorum vagantibus vſque ad pag. 7. lin. 7. vbi occurrit iterùm dictio תניא א״ר ישמעאל *Tanià dixit Rabbì Iſmaël*, & ſequens doctrina eſt eiuſdem R. Chijà, vſq; ad pag. 8. b. longè poſt medium, ad vocem תניא, quæ ipſum R. Chijà indicat cum tota ſubſequente doctrina ſua Talmudica, vſque ad finem explanationis primi Paragraphi *Miſcnæ*, circa medium pag. 9. b. ibi inuenies vocem מתני׳ decurtatam à voce מתניתא *Mathnithà*, quę *Miſcnam* notat. Vnde ſecundus Paragraphus *Miſcnæ* hic apponitur, qui ita incipit מאימתי קורין את שמע בשחרית וכו׳: *Quandonam legunt Scemaà Lectionẽ Audi Iſraël & ... matutinam &c.* eoque abſoluto illis vocibus כאדם הקורא בתורה *Sicut homo, qui legit in Pentateucho*. Statim incipit explicatio Talmudica indicata à duabus literis גמ׳ *Gàm*, quæ ſignificant גמרא *Ghemarà*, vt ſuprà dictum eſt, Et hoc modo, totum Corpus Talmudicum à *Ghemarà* perficitur, & conſummatur.

Non tamen *Ghemarà* in omnibus Codicibus *Miſcnæ* reperitur, ſed tantùm in quibuſdam. Cur autem non in omnibus Codicibus reperiatur, veram cauſam aſſignare non poſſunt Iudæi. Quidam illorum ponunt, id accidiſſe, quia Auctores Ghemaræ voluerunt hanc *Miſcnæ* expoſitionem ſuper illos tantùm Codices ponere, quorum materia, ſeù præcepta extra terram etiam obſeruanda eſſent: nam quędam præcepta ſunt, quæ obſeruanda erant

annis 78. hoc eſt anno Domini 500. aut 505. vt ſuprà de hac Ghemarà, ſeù Talmude Babylonico egi Parte Prima pag. 488. col. 2. & ſeqq. Hi Talmudici Codices ſecundùm quòd inuenti fuerunt à Marimàr, & à Mar, eodem modo coniuncti fuerunt *Miſcnæ* Rabb. Hakkadòſc. Ràu autem Aſcè non ſecundùm ordinem *Miſcnæ* Ghemaram ſuam compoſuit, ſed modò ſuprà vnum Ordinem, modò ſuper alium; modò ſupra hunc Codicem, modò ſupra illum, prout exigentia materiæ requirebat, vel diſpoſitio diſcipulorum ſtudentium ſecundùm ritum ſeruatum in Academijs Babylonicis, quem ſuprà Prima Parte pagina 486. retuli, poſtulabat, Miſcnæ Ghemaram adiecit. Eodem modo fecerunt *Marimàr*, & *Mar*, continuatores Ghemaræ Babylonicæ, compilantes eam, non in omnes Codices *Miſcnæ*, ſed in eos tantùm, quos magis neceſſarios, & proficuos pro illius temporis conditione Iudæis exiſtimarunt. Hinc factum eſt, quòd non in omnes Codices *Miſcnæ* Ghemarà Babylonica reperiatur. Vnde dicendũ, hanc Ghemaram eſſe imperfectam, & incompletum Opus; nec Talmùd Babylonicum omnibus ſuis numeris eſſe perfectum, atque abſolutum, ſuoſque continuatores Marimàr, & Mar poſt 73. annos ab huius improbi laboris ſusceptione tædio affectos, colophonem impoſuiſſe, relictis quamplurimis Codicibus *Miſcnæ* ſine Ghemarà. Quinam autem ſint Codices in vtroque Talmude Ieroſolymitano, & Babylonico, qui Ghemaram habent, & qui eam non habent, habes in ſequenti Paragrapho.

Codicibus adiecta. Ratio autem, cur non in omnibus Codicibus *Miſcnæ* addita ſit *Ghemarà*, petenda eſt ab Auctoribus, ſeù compilatoribus *Ghemaræ*. Cùm enim fuerint duo Auctores *Ghemaræ*, alter Ieroſolymitanæ, alter Babylonicæ; Ieroſolymitanæ Auctor fuit R. Iochanàn, qui anno Chriſti 230. ſecundùm computum R. Dauid Ganz ad annum mundi 3990. Ghemaram ſuam abſoluit (quem computum examinabimus ſuo loco, quando de hoc Auctore agemus). Hic in quinque primos Ordines *Miſcnæ Ghemaram* ex diuerſis Rabbinorum dictis compoſuit, nullo habito ordine, aut ratione ad præcepta ſeruanda intra Terram, vbi ipſe habitabat, vel extra Terram; ſed ſecundùm Codicum diſpoſitionem à Rabbènu Hakkadòſc inſtitutam. In ſextum Ordinem *Miſcnæ* nullam aliam Ghemaram compilauit, niſi tantùm in Codice נדה *Niddà De Menſtruata*. In alios eiuſdem Ordinis Codd. nullam Ghemaram compoſuit, fortaſſis, quia in his ambagibus reſoluendis plùs æquo ipſemet Rabb. Hakkadòſc tempus inſumpſerat. Nec ipſe, vt ſapiens erat, in his tricis de immunditijs, & ablutionibus Rabbinicis, quæ in ſuperſtitiones deuiarant, tempus terere voluerit. Ideò credendum, hos ſexti Ordinis Codices intactos, vt in *Miſcnà* reperiuntur, ſine Ghemarà reliquiſſe, quod idem fecerunt Babylonij in ſua Ghemarà.

Ghemaræ autem Babylonicæ primus Auctor fuit Ràu Aſcè Babylonius, qui eam morte præuentus abſoluere non potuit. Fuit poſtea abſoluta à Marimar, & à Mar filio Ràu Aſcè, à morte Ràu Aſcè annis 73. aut ad ſummum

In Ordine I. Codex ברכות *Berachòth* habet Ghemarà, reliqui decem non habent.

Ordine II. Omnes Codices habent Ghemarà, excepto Codice שקלים *Scekalim*, qui Ghemaram non habet.

Ordine III. Omnes Codices habent Ghemarà.

Ordine IV. Omnes Oodices habent Ghemarà, exceptis Codicibus עדיות *Eduijòth*, & אבות *Auòth*.

Ordine V. Omnes Codices habent Ghemarà, exceptis Codicibus מדות *Middòth*, & קינים *Kinim*.

Ordine VI. Nulli huius Ordinis Codices habent Ghemarà præter Codicem נדה *Niddà*.

Vtraq; Ghemarà verſatur circa Miſcnam דר׳ Rabbènu Hakkadòſc cùm ſit eiuſdem Miſcnæ Commentarius, ſed Iudæi omnes tanti faciunt huius Ghemaræ, ſeù Talmudis auctoritatem, vt eam non ſolùm æquiparent Miſcnicæ doctrinæ, ſed etiam ſupra Legem Moſaicã extollant. Dicunt enim, totum Talmudem cum ipſa Miſcnà, itemque, & Agadà myſticum eloquium antiquorum Rabbinorum eſſe Legem oralem (*Vedìle Scemòth Rabbà* ſect. 47. in princ.) à Deo Moſi in monte Sinai traditam, eamq; illis quadraginta diebus, quibus in monte conſtiterat, edoctum à Deo, poſtea oretenus (vt didicerat) docuiſſe Ioſue; Ioſue eandem tradidiſſe 70. Senioribus; illos Prophetis; Prophetas Viris Synagogæ magnæ; hos tandem alijs Sapientibus; & Sapientes Rabbinis vſque ad Rabbènu Hakkadòſc, ſeù Rabbì Iehudà. Poſt Rabbènu Hakkadòſc alias excogitauerunt ſubſequentes Rabbini falſas, & execrandas doctrinas

Catalogus Codicum Miſcnæ, qui cum Ghemarà, vel ſine Ghemarà, reperiuntur in vtroque Talmude, tam Jeroſolymitano, quàm Babylonico.

§. XI.

IN Talmude Ieroſolymitano, hi ſequentes Codices reperiuntur cum Ghemarà.

Ordine I. Cod. 1. ברכות *Berachòth*, 2. פיאה *Peà*, 3. דמאי *Demài*, 4. כלאים *Chilàim*, 5. שביעית *Sceuiìth*, 6. תרומות *Therumòth*, 7. מעשרות *Maaſſeròth*, 8. מעשר שני *Maaſsèr ſcenì*, 9. חלה *Chalà*, 10. ערלה *Orlà*, 11. & בכורים *Biccurim*.

Ordine II. Cod. 1. שבת *Sciabbàth*, 2. ערובין *Eruuìn*, 3. פסחים *Peſachìm*, 4. חגיגה *Chaghighà*, 5. יום טוב *Iom Tòu*, 6. מועד קטן *Moèd katàn*, 7. ראש השנה *Roſc Haſcianà*, 8 יומא *Iomà*, 9. סוכה *Succà*, 10. תעניות *Taaniòth*, 11. שקלים *Scekalìm*, & 12. מגילה *Meghillà*.

Ordine III. Omnes Codices huius Ordinis habent Ghemarà.

Ordine IV. Cod. 1. בבא קמא *Bauà Kammà*, 2. בבא מציעה *Bauà Metzijà*, 3. בבא בתרא *Bauà Bathrà*, 4. סנהדרין *Sanhedrìn*, 5. מכות *Maccòth*, 6. שבועות *Sceuuòth*, 7. ע״ז *Auodà Zarà*, & 8. הוריות *Horaijòth*. Iſti habent Ghemarà, reliqui duo עדיות *Eduijòth*, & אבות *Auòth* non habent.

Ordinis V. nulli Codices habent Ghemarà.

Ordinis VI. ſolus Codex נדה *Niddà* habet Ghemarà, reliqui non habent.

In *Talmude Babylonico* ſequentes Codices habent Ghemarà.

theſaurus ſancti Dei benedicti. Sciebat enim futurum, vt Iſraëlitæ transportarentur inter alios populos, & quòd tranſcripturi eſſent Gentiles libros ipſorum, idcircò noluit ſcripto tradi Legem oralem &c. Adducuntur alia conſimilia loca à Buxtorfio ex Iure Iudaico petita, quæ loc. cit. videri poterunt. Ego nonnulla alia loca ex Interpretibus Sacræ Scripturæ compilata hìc addam, quibus Lex iſta (vt fingitur) oretenus tradita, auctoritate Scripturæ ipſis videtur comprobari, & ſuper ipſam Sac. Scripturam extolli.

Sit primus locus illud Prou. 24. 27.

הכן בחוץ מלאכך ועתדה בשדה לך אחר ובנית ביתך׃

Præpara foris opus tuum, & præpara illud in agro tibi: poſtea ædificabis domum tuam. R. Salom הכן בחוץ זה מקרא Præpara foris, *hæc eſt* Mikrà *Lectio Biblica Sacra Scriptura.* ועתדה בשדה לך Et præpara illud in agro tibi. *Hæc eſt Miſcnà.* אחר ובנית ביתך Poſtea ædificabis domum tuam. *Hæc eſt Ghemarà*, id eſt *Talmùd.* Vides ex hoc, quomodo pluris exiſtiment Talmùdem, quàm Sacros Codices. Quare -

II. In libro שערי צדק *Sciaarè Tzèdek Portæ Iuſtitiæ* pagina 5. col. 3. dicunt -

ומי שקורא מקרא בלא משנה ותלמוד דומה כמו שאין לו אלוה׃

Et qui legit Sacram Scripturam, & non (legit) *Miſcnam, & Talmudem. ſimilis eſt illi, qui non habet Deum.* Idem ferè reperies in libro שערי אורה *Sciaarè horà Portæ lucis* pag. 12. circa principium.

III. Exod. 31. 18. *Et dedit ipſi Moſi &c. duas Tabulas teſtimonij &c. Bààl Turìm* ויתן אל משה *Et dedit Moſi* בגימטריא זה התלמוד *Per Ghemetriam per valorem numericum idem valet ac* זה התלמוד *iſte eſt*

nas longè peiores primis, quas ſub nomine Traditionū ex monte Sinai à Deo per Moſen vſque ad eos per manus traditas, appellare non erubuerunt. Hanc (vt dixi) ſupra Sacram Scripturam extollunt, cùm eam dicant eſſe fundamentum Legis ſcriptæ. Hinc R. Abraham Aben Ezræ in Præfatione ſuper Pentateuchum Moſis circa fin. הדרך חב׳ his verbis hunc errorem ſuis Iudæis proponit -

זה לנו האות שסמך משה על תורה שבעל פה שהיא שמחה ללב ולעצם מרפא׃

Et hoc eſt nobis ſignum, quòd innixus eſt Moſes ſuper Legem oralem, quæ eſt lætitia cordi, & oſſibus medela. Et ſubdit -

כי אין הפרש בין שתי התורות׃ ומידי אבותינו שתיהן לנו מסורות,

Quoniam nullum eſt diſcrimen inter has duas Leges, quæ per manus patrū noſtrorum nobis ambæ traditæ ſunt. Imò hanc Legem oralem volunt eſſe fundamentum Religionis Iudaicæ, & non Legem ſcriptam. Ita Iſaac Corbelenſis in libro עמודי גולה *Amudè golà* fol. 39. relato à Buxtorfio in recenſione Operis Talmudici, vbi ſic habet -

אל תחשוב כי עיקר התורה בכתב כי אדרבה עיקרה אותה שבעל פה ועל תורה שבעל פה׳ נכרת ברית דכתיב כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית והן אוצרו של הקדוש ברוך הוא כי היה גלוי לפניו שהיו ישראל עתידין להיות גולין בין האומות ויעתיקו הגוים ספריהם לפיכך לא רצה שתיכתב וכו׳׃

Ne exiſtimes, quòd fundamentum ſit Lex ſcripta, quin potiùs fundamentum eſt illa, quæ ore tradita: nam propter Legem oralem initum eſt fœdus (cum Iſraëlitis à Deo) *ſicut ſcriptum eſt:* Quia iuxta verba hæc pango tecum fœdus, & cum Iſraële (Exod. 34. ver. 27.) *& hæc ſunt*

Sed *Bàal Turim* dicit, quòd העדות, cuius numerus eſt 485. ſit idem cum תלמוד cuius numerus eſt 480. Ergo ars geometrica *Bàal Turim* fallit, & eius myſterium Cabaliſticum euaneſcit. Ego illi occurram, & verum eſſe experimento oſtendam. Scribatur vox הערת *Haëdòth Teſtimonia* defectiuè, hoc eſt ſine ו *Vàu*, vt eſt in Textu. Et תלמוד *Talmùd* ſcribatur ſine ה *He Haiedià*, vt ſcribit Auctor *Bàal Turim*, tunc inueniemus primam vocem conficere numerũ 479. & ſecundam 480. Ergo הערת vno numero minor eſt voce תלמוד. Ne autem ars Cabaliſtica aut falli, aut alios fallere videatur, quid in ſimili caſu opus erit facto? adinuenerunt doctiſſimi Cabaliſtæ modum ſupplendi defectum vnius numeri, ſubſtituendo vnitatem correſpondentem toti dictioni, vt numerum alterius dictionis coëquent; ita quia hæc dictio הערת in numeris valet 479. ſi addatur vnitas pro tota dictione הערת, fiet numerus 480. numerus alterius dictionis תלמוד *Talmudis* qui quærebatur. Sed liceat mihi animum Cabaliſtarum leniter laceſſitum pungere. Semper in incertum mentem iſtorũ artificum vagari neceſſe eſt, nec aliquid ſoliditatis, aut firmæ certitudinis ineſſe in his ludicris figmentis oſtendere Cabalici inæptiſſimi operatores poſſunt. Apparet hoc in exemplo allato: vt num. 479. dictionis הערת æquaret numerum dictionis תלמוד addita fuit vnitas primæ dictioni, qua caret ſecunda. Ergo hæc ſecunda dictio inæqualis erit primæ, cùm prima dictio vnitatem peculiarẽ habeat, qua caret ſecunda: quòd ſi huic pariter vnitas addatur tranſcendet primã, vnitateq; ſuperabit. Ergo iſtæ duæ dictiones per Cabalã nun- *eſt Talmùd.* Non inuenio hanc Iudaicam Geometriam. Valor numericus harum dictionum ויתן אל משה conficit numerum 842, & harum dictionum ות התלמוד efficit 497. Et ſi idem numerus efficeretur, nihil tamen concluderetur, quia caſu, & per accidens id contingeret, & ex induſtria agentis, vti in Anagrammatiſmis.

IV. Ibidem 34. 27. *Et dixit Dominus ad Moſen: Scribe tibi verba hæc: quia ſuper* כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית *os verborum iſtorum pepigi tecum fædus.* Idem *Bàal Turim* סתי׳ בגימטריא התלמוד *Iſtarum dictionum* extremę literæ *per Ghemetriam* faciunt התלמוד. Hoc eſt verum, quia hæ finales literæ ſupradictarum dictionum numerant 485. ſicut numerat dictio hæc התלמוד 485. Sed ſi demas literam ה demonſtratiuam, vel ſupra poſitis dictionibus addas על vti dictionem coniunctam per ־ *Maccàph* voci פי *Pi*, quid inde eueniet? *Diſſoluetur* tota geometrica demonſtratio Rabbinica. Iſta ſtramine ſunt ſolidiſſima fundamenta, quibus pleraque & meliores Rabbinorum explicationes Sacræ Scripturæ innituntur, eo tantùm ſcopo, vt Talmudis mirabile ſcriptum ſuper Scripturas Sacras extollant, cùm myſteria varia in eo includantur, & Cabalicis arcanis demonſtrentur. Vnde non horreſcunt dicere: התלמוד המקודש אין למעלה ממנו *Sanctiſſimo Talmude nihil eſt ſuperiùs*. In libro מזבח הזהב *Mizbèach hazzahau* c. 5.

V. Deuteron. 4. 45. אלה העדת *Iſta ſunt teſtimonia.* *Bàal Turim* העדות בגימטריא תלמוד dictio העדות *Haëdòth per Ghemetriam eſt Talmùd.* Quid ſi ſcribatur defectiuè, vti eſt in Sacro Textu? deficiente ו *Vàu*, deficient ſex numeri, vt æquari poſſit numerus התלמוד 485.

ומשפטיו זה סדר נזיקין׃ Et iudicia eius: *iſte eſt Sèder Nezikìn*. ולשמוע בקולו זה סדר טהרות דכתיב בהו אמרות יהוה אמרות טהרות׃ Et ad audiendum vocem eius: *Iſte eſt Sèder Taharòth, ſicut ſcriptum eſt in eis* (Pſal. 12. 7.) Eloquia Domini, eloquia munda.] Pro ſex Ordinibus intelligunt totum Talmudem completum; & volunt Deum eſſe Auctorem Talmudis, id eſt turpitudinum, impietatum, hæreſeon aduerſus ſuam ipſius Legem, & naturam noſtram humanam. Quia omnes iſtæ blaſphemiæ in Talmude reperiuntur, vt infrà patebit.

Ad ſimiles blaſphemias contorquent illa verba Iſaiæ capite 36. verſiculo 6. והיה אמונת עתיך חוסן ישועות חכמת ודעת יראת יהוה היא אוצרו׃ *Et erit veritas temporum tuorum, fortitudo ſalutum, ſapientia, & ſcientia, timor Domini ipſe eſt theſaurus eius*. In ipſo Talmude Cod. *Sciabbàth* cap. 2. pagina 31. ſex lineis ante finem ita legitur -

אמונת זה סדר זרעים עתיך זה סדר מועד חוסן זה סדר נשים ישועות זה סדר נזיקין חכמת זה סדר קדשים ודעת זה סדר טהרות ואפילו הכי יראת יהוה היא אוצרו וכו׳׃

Veritas *eſt Ordo Zeraiìm Seminum*; Temporum tuorum, *id eſt Sèder Moëd*; Fortitudo, *id eſt Sèder Naſcìm*; Salutum, *id eſt Sèder Nezikìn*; Sapientia, *id eſt Sèder Kodaſcìm*; Scientia, *id eſt Sèder Taharòth. Mox verò efficietur ſic quod ſubditur*: Timor Domini ipſe eſt theſaurus eius &c.

IX. Deuter. 4. v. 2. ad illa verba לא תוסיפו על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם ולא תגרעו ממנו. *Non addetis ſuper verbum quod ego præcipio vobis, & non diminuetis ex eo*. ſic habet Auctor dictus חזקוני Chizkunì.

לא תוסיפו על הדבר וגו׳ תשובה למיני ישראל שפקדו

על

nunquam æquabuntur; & ſic huius luſoriæ artis manifeſtatur vanitas.

VI. Ibid. 7. ver. 12. *Et erit eò quòd* תשמעון את המשפטים האלה ושמרתם ועשיתם׃ *audieritis iudicia iſta, & cuſtodieritis, & feceritis ea. Bàal Turìm* ג׳ כנגד מקרא משנה גמרא *Propter tria, Biblia, Miſcnam, & Ghemaram, ſeù Talmudem.*

VII. Ibidem 9. 10. *Et duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei,* ועלים ככל הדברים *& ſuper eis ſecundùm omnia verba. Bàal Turìm* בגימטריא תלמוד *Per Ghemetriam Talmùd*. Sacra Scriptura apertiſſimè loquitur de Lege ſcripta ſuper Tabulas, hoc eſt de Decalogo. Vnde impudentiſſima eſt præſumptio, quod dicitur de ſanctiſſima Lege, transferre in profaniſſima hominum commenta.

VIII. Ibidem 26. 17. *Dominum exaltaſti hodie. Bàal Turìm* ait כאן רמז ששה סדרים *Hinc ſignificantur ſex Ordines* (Talmudis) להיות לך לאלהים וזה סדר זרעים שמתחיל בק״ש וכו׳׃ Vt ſit tibi in Deum. *Iſte eſt Ordo Zeràiìm, in cuius initio agitur de Kiriàth Scemaà de Oratione quotidiana &c.* ללכת בדרכיו זה סדר מועד דכתיב אם תשיב משבת רגלך׃ Ad ambulandum in vijs eius: *iſte eſt Ordo Moëd Faſtorum: quia ſcriptum eſt* (Iſai. 58. 13.) Si redire feceris à Sabbatho pedem tuum, &c.

ולשמור חקיו זה סדר נשים שמדבר בעריות שנאמר בהם ושמרתם את חקתי׃ Et ad cuſtodiendum ſtatuta eius: *iſte eſt Sèder Naſcìm.* (qui diſſerit) *de illegitimo concubitu S. D.* (de eo Leu. 18. 5.) Et cuſtodietis ſtatuta mea &c. vbi de illegitimis concubitibus agitur. ומצותיו זה סדר קדשים שמדבר בקרבנות דכתיב בהו אלה המצות׃ Et præcepta eius: *iſte eſt Sèder Kodaſcìm, in quo agitur de Sacrificijs, ſicut ſcriptum eſt in eis* (Leuit. cap 27. ver. 34.) Iſta ſunt præcepta.

יח

& ſimpliciter non mandauit Deus ſanctus benedictus, nec prohibuit, ne fieret additio, vel diminutio, ad hoc vt facerent ſepem, & maceriam Legi. Si non diruiſſent totam Legem Dei Rabbini hiſce Talmudicis impietatibus, hæreſibus, ſtultitijs, & vanitatibus, hæc gloſſa huius Rabbi Chiskuni benè ſe haberet: ſed nihil pro ſe, & in ſui defenſionem in hac Apologia dicunt, ſed contra ſe reſpondent. Quòd Talmùd ſit datus à Deo eodem tempore, quo data ſit Lex in monte Sinai, docent Rabbini in ואלה שמות רבה *Veèlle ſcemòth Rabbà*, vt in ſequenti numero.

X. In *Veèlle ſcemòth Rabbà Gloſſario magno in Exodum* Sect. 47. In ipſo principio Sectionis de Lege ſcripta, & orali, ſeù Talmude hæc leguntur.

כתב לך את הדברים האלה תח״ד (הושע ח׳ : יב׳ :) אכתב לו רובי תורתי כמו זר נחשבו בשעה שנגלה הקב״ה בסיני ליתן תורה לישראל אמרה למשה על הסדר מקרא ומשנה תלמוד ואגדה שנאמר (שמות כ׳ : א׳) וידבר אלהים את כל הדברים האלה אפילו מה שהתלמיד שואל לרב אמר הקב״ה למשה באותה שעה מאחר שלמדה מפי הקב״ה אמר לו למדה לישראל אמר לפניו רבונו של עולם אכתוב אותה להם אמר לו איני מבקש ליתנה להם בכתב מפני שגלוי לפני שא״ה עתידים לשלוט בהם וליטול אותה מהם ויהיו בזויים באומות אלא המקרא אני נתן להם במכתב והמשנה והתלמוד וההגדה אני נותן להם על פה שאם יבאו א״ה וישתעבדו בהם יהו מובדלים מהם אמר לנביא אם אכתוב לו רובי תורתי כמו זר נחשבו ומה אני עושה להם נותן את המקרא בכתב והמשנה והתלמוד וההגדה בעל פה : כתב לך זה המקרא : כי על פי הדברים האלה זו המשנה והתלמוד שהם מבדילים בין ישראל לבין האומות :

Scribe tibi verba iſta. *Iſtud eſt quod ſcriptum eſt* (Hoſee 8. v. 12.) Scripſi ei honorabilia Legis meæ, ſicut aliena reputata ſunt. *Ea hora, qua manifeſtatus eſt*

על התלמוד ואמרו איך תוסיפו חכמי ישראל כמה דברים בתלמוד שאינם בתורה הרי כתיב לא תוסיפו עליו ולא תגרעו ממנו ימחו מספר חיים הרי תשובה לדבריהם שהרי לשון זה אינו רק בשני מקומות בתורה ואינו רק גבי אלהות ויראה כלומר אין לך להוסיף ליראה על יראת הקב״ה יראה אחרת ולא לגרוע מיראתו כאן בפרשה ואתחנן כתיב לא תוסיפו על הדבר וגו׳ וכתיב לאלתר עיניכם הרואות את אשר עשה יהוה בבעל פעור וגו׳ ובפרשת ראה כתיב לא תוסף עליו ולא תגרעו ממנו וכתיב לעיל בסמוך כי גם את בניהם ואת בנותיהם ישרפו באש לאלהיהם אבל במצות דעלמא לא הזהיר הקב״ה שלא להוסיף כדי לעשות סייג וגדר לתורה׃

Ne addetis ſuper verbum &c. *Reſpondendum eſt apoſtatis Iſraëlis* (ſcil. Chriſtianis) *qui Inquiſitionem inſtituerunt contra Talmudem, & dixerunt: Quomodo ergo addiderunt Sapientes Iſraëlis tot, & tanta in Talmude, quæ non ſunt in Lege? Et tamen diſtrictè præcipitur:* Non addetis ſuper illud, neque imminuetis. *Deleantur iſta de libro viuentium. Sed en tibi reſponſio ad eorum obiectionem. Quia ecce modus iſte non inuenitur niſi in duobus locis in Lege: & non eſt niſi apud ea, quæ ſunt Diuinitatis, & timoris. Quaſi diceret: Non debes adijcere timorem ſuper timorem Dei ſancti benedicti, id eſt ſuper cultum Diuinum cultum alterum, nec etiam debes imminuere cultum eius. Hic in Sect.* ואתחנן *Vaethchanàn* (cap. 4. ver. 2. Deut.) *ſcriptum eſt:* Non adijcietis ſuper rem &c. *& ſcribitur ſtatim poſt hæc:* (ver. 3.) Oculi veſtri vident quæ fecit Dominus in Baal Peòr &c. *& in Sect.* ראה *Reeh vide* (cap. 12. 32. Deuteron.) Non adijcies ſuper illud, nec imminues de eo. *Et ſcriptum eſt ſuprà prope hunc locum* (ver. 31.) Quia etiam filios tuos, & filias tuas combuſſerunt igne Dijs eorum. *Sed præcepto abſolutè,*

quæ ſcirent quid in ea contineretur. Sed hic Rabbinorum Deus valdè imprudens fuit, cùm non præuiderit, futurum aliquando, vt etiam hæc Lex oralis puta Miſcnà, & Talmùd literis ſcriptis conſignaretur primò à Rabb. Hakk. Miſcnà; poſtea Talmùd à Ràu Aſcè, Marimàr, & Mar, & horum Talmudis Auctorum errores à Chriſtianæ Religionis zelatoribus cognoſcerentur, & à Summ. Pontificibus damnarentur, quia in Talmude errores intolerabiles continentur, & hæreſes execrabiles, vt infrà videbimus. Et tamen volunt omnia, quæ in eodem Talmude continentur, fuiſſe à Deo tradita Moſi, etiam ea, quæ à Magiſtro poſtulare diſcipulus poterat. vt in hac מאמר *Maamàr Narratiuncula* dicitur.

XI. Deuteronomij cap. 9. ver. 10.

ויתן יהוה אלי את שני לוחות האבנים כתובים באצבע אלהים ועליהם ככל הדברים ר׳ יהושע בן לוי אמר ועליהם ככל הדברים : וכתיב כל המצוה אשר אני מצוך כל ככל דברים מצוה כל מצות מקרא משנה הלכות תלמוד תוספות אגדות ואפילו מה שתלמיד ותיק עתיד לומר לפני רבו כלן נאמרו למשה בסיני שנאמר (קהלת א׳ : י׳) יש דבר שיאמר ראה זה חדש הוא חבירו משיב עליו כבר היה לעולמים : מלך לשדה ׃ ר׳ יהודה ורבי נחמיה : רבי יהודה אומר מלך זה בעל תלמוד לשדה נעבד : זה בעל משנה שהוא סודר הלכה לפניו ר׳ נחמיא אומר מלך ׃ זה בעל משנה : לשדה נעבד ׃ זה בעל תלמוד שהוא מקבל הלכה לפניו לפיכך אוהב כסף לא ישבע כסף ׃ אוהב תורה לא ישבע תורה ואוהב בהמון ונומר שכל מי שהומה ומהמה אחרי תורה ותלמוד אין לו מה הנאה יש לו רבי ר״א ב״ר אבא בשם רבי אחא אומר למד ולא לימד אין לך הבל גדול מזה :

Et dedit Dominus mihi duas Tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & ſuper eis ſecundùm omnia verba (Deuter. 9. v. 10.) *R. Ieoſciùa Ben Leuì dixit; Et ſuper eis ſecundùm omnia verba*: [continues] *eſt Deus ſanctus benedictus in Sinai, vt daret Legem Iſraëli ſermonem habuit cum Moſe ſuper ordinem Sac. Scripturæ, Miſcnæ, Talmudis, Aggadæ Myſtici eloquij, S. D.* (Exod. 20. ver. 1.) Et locutus eſt Deus omnia verba iſta, *etiam ea, quæ poſtulat diſcipulus à ſuo Magiſtro* (licèt minima ſint). *Dixit Deus ſanctus benedictus Moſi poſtquam* (iſta omnia) *didicerat ab ore eius. Doce Iſraëlem. Reſpondet ei: Domine Vniuerſi ſcribam illam eis. Dixit ei: Nolo vt eam ſcribas. quia præuidi nationes mundi aliquando futurum vt in* (Iſraëlitas) *dominentur: eam itaque ab eis auferent, & deprædabuntur: Verùm Sacrorum Bibliorum Volumen ſcriptis exaratum conferam eis. At Miſcnà, Talmùd, & Aggadà ego eis dabo oretenus; quoniam ſi Nationes mundi eæ uerint, & in ſeruitutem redegerint* (Iſraëlem) *iſti ſint ſeparati ab eis. Idcircò ait Propheta: Si ſcribam ei præcipua Legis meæ, ſicut alienum reputabuntur. Quid igitur faciam? Dabo eis Volumen Biblicum ſcriptum. Miſcnam verò, Talmudem, & Aggadam oretenus conferam. Itaque quando dicitur* (Exod. 34. ver. 27.) Scribe tibi: *Iſte eſt liber Sacræ Scripturæ, hoc eſt Pentateuchus Moſis*; (quando verò ſubditur) כי על פי הדברים האלה *Quia ſuper os verborum iſtorum, iſta eſt Miſcnà, & Talmùd, quibus diuiditur Iſraël à reliquis Nationibus*. Hinc manifeſtè apparet ſupra Legem Diuinam Rabbinos extollere ſuam Miſcnam, & Talmudem, aſſerentes ea eſſe præcipuã Legem, quam ſcriptis conſignare noluerit Deus, ne populi eã addiſcerent, vtpotè pretioſiorem Lege ſcripta, hanc tñ permiſerit Deus, vt in varia idiomata verteretur, vt omnes mundi Nationes eam cognoſcerent, ac-

ad docendum eos. Tabulas: *hic eſt Decalogus.* Legem: *hæc ſunt Biblia.* Et præcepta: *hæc eſt Miſcnà.* Quæ ſcripſi: *hæc ſunt Prophetarum ſcripta, & Hagiographa.* Vt doceas eos: *hic eſt Talmùd. Docet, quòd omnia data ſint Moſi de Sinai.* Vide infrà in Cenſuris ad Talmùd pag. 341. & in Cod. *Eruuìn* pag. 21. b. Ex hac Talmudica ſententia apparet clariſſimè, Hebræos exiſtimare Talmudem fuiſſe à Deo exhibitum in monte Sinai. Quod quidem aſſerere ſumma blaſphemia eſt, cùm in eo nefaria cōmenta contineantur, & fœdiſſimę doctrinæ. Nos ex ferè infinitis, quæ illic habentur, nonnulla in medium adducemus, vt ex his cognoſcatur, quàm benè, & prudenter Summi Pontifices hos impios, & execrabiles libros perpetua Cenſura proſcripſerint, ac damnarint. Percurremus itaque leui pede totum Talmudem, ſecundùm Ordines, & Codices Miſcnæ, & quæ occurrent in *Ghemarà* (per quam ipſum Talmudem intelligimus) contra ſanam doctrinam, & bonos mores, annotabimus, & refellemus.

Cenſuræ in prauam doctrinam Talmudis Babylonici.

§. XII.

ANtequam incipiamus referre loca Talmudis ſupponenda cenſuris, Aduertendum eſt, frequenter audiri in Talmude hæc nomina גוי *Ghòi*, אדום *Edòm*, עשו *Esàu*, אומות העולם *Vmòth Haolàm*.

De גוי & גוים *Ghòi*. & *Ghoìm Gentili, & Gentilibus* in *Miſcnà* auderem dicere, nunquam pro Chriſtiano ſumi à Rab-

 bè-

ſupèr eis ſecundùm omnia verba. Et ſcriptum eſt: Omne præceptum, quod ego &c. (Deuter. 8. 1.) כל *col omne eſt ſicut* ככל הדברים *checol-haddeuarìm ſecundùm omnia verba Mikrà Sacra Scriptura, Miſcnà, Halachòth, Talmùd, Toſaphòth, Aggadòth, & etiam, ea quæ diſcipulus, & puer coram præceptore ſolet recitare, omnia fuerunt dicta Moſi in monte Sinai, S. D.* (Eccleſ. 1. 10) *eſt verbum quod dicet:* Vide hoc nouum eſt. *Socius reſpondet:* Iam hoc fuit in ſeculis. (& quod ibidem dicitur cap. 5. v. 8.) Rex in agro. *R. Iudas, & R. Nehemiàh. R. Iudas dicit: Iſte Rex; eſt ille, qui operam dat Talmudi.* In agro fit ſeruus: *iſte eſt, qui ſtudet Miſcnæ, quia ipſe ordinat lectionem coram eo* (qui ſtudet Talmudi). *R. Nehemiàh dicit:* Rex; *iſte eſt, qui ſtudet Miſcnæ.* In agro fit ſeruus: *iſte eſt ſtudens Talmudi, quia ipſe recipit lectionem coram eo. Idcircò, qui* diligit argentum non ſatiabitur argento. *Qui diligit Legem non ſatiabitur Lege; & qui diligit multitudinem &c. quoniam ea, quæ multa ſunt, ſunt poſt Legem; at Talmude nihil pulchriùs* (ſeù præſtantiùs) *reperitur. R. Eleàzar Ben Abbà nomine Rabbì Achà dicit: Qui diſcit, & non docet, nulla maior Vanitas ea dari poteſt.* Ita in *Vaijkrà Rabbà*, Sect. 22. non longè à principio. Ferè idem legitur Cod. *Berachòth* cap. 1. pag. 5. circa princ. in Ghemarà

ואתנה לך את לוחות האבן והתורה והמצוה אשר כתבתי להורותם (מאי דכתיב) לוחות אלו עשרת הדברות תורה זה מקרא והמצוה זו משנה אשר כתבתי אלו נביאים וכתובים להורותם זה תלמוד מלמד שכלם נתנו למשה מסיני :

Quid eſt quod ſcriptum eſt (Exod. 24. v. 12.) Et dabo tibi Tabulas lapideas, & Legem, & præceptum, quod ſcripſi

ſe prolatum: nam quando aliquid contra Turcas proferre volunt, eos ſub nomine Iſmaëlis proferunt. Hoc annotatum eſſe volo, vt non miretur Lector, ſi plerumque nomen *Ghòi*, vel *Ghoiim* interpretatum ſit *Chriſtianus*, vel *Chriſtiani*.

Aduerte inſuper, tam in Talmude Cracouiano, quàm in alijs libris, præſertim R. Moſis Bar Maijmonis Iudęos, vt Chriſtianorum odium declinarent, fraude fuiſſe vſos. Nam quotieſcumque גוי *Ghòi* nomen pro Chriſtiano poſitum erat, ſuffecerunt nomen כותי *Cuthì Cuthai*, vel voces עבודה זרה *Idololatriæ*, vel עובדי כוכבים ומזלות *ſeruientium Stellis*, *&* *Aſtris*. Sed reuera vbi iſta inueniuntur, ſemper intelligunt Chriſtianos.

Tandem te monitum eſſe volo (benigne Lector) quòd præter Cenſuras in erroneam doctrinam, & bonos mores, nonnulla alia Cenſuræ ſupponemus, & quæ ad veram, vel falſam hiſtoriam pertinebunt, annotabimus, vt ex eis aliquid percipi poſſit vtilitatis, & documenti. Itaque incipiendum eſt ab

Ordine I. *Zeraiim* Cod. *Berachòth*, cap. 1. *Meemathài Korìn &c.* pag. 3. circa principium. Per omnes excubias noctis dicunt, quòd Deus ploret, & rugiat tamquam Leo, propterea quòd Templum deſtruxerit, & Iudæos in diuerſas mundi partes abire fecerit in exilium. Sententia eſt R. Iſaaci Bar Samuelis, & R. Eliezaris, qui abutitur auctoritate Sacræ Scripturæ Ierem. 25. 30. *De excelſo rugiet &c.*

Ibidem circa finem R. Ioſè dicit audiuiſſe oraculum in quadam ſpelunca, quòd veluti Columba gemebat, & lamentabatur his vocibus: *Væ mihi, quia de*-bènu Hakkadòſc, ſed pro Gentili Idololatra, vt patet per totum Codicem עז *Auodà Zarà De Idololatria*, vbi de Saturnalibus, & alijs feſtiuitatibus Gentilium; quamuis expoſitores huius Codicis extendant etiam ad feſtiuitates Chriſtianorum. In *Ghemarà* autem non dubito nomine Gentiliũ intelligi etiam Chriſtianos; quia cùm Chriſtianorum vniuerſitas ex Gentilium conuerſione coaleſcat, quicquid olim Gentilibus Idololatris Iudæi tribuebant, hoc idem Chriſtianis attribuunt Talmudiſtæ.

De nominibus *Edom*, & *Esàu* idem dicendum eſt: nam firma, & pertinax Iudæorum ſententia eſt; nullam aliam Nationem hodie in mundo reperiri, niſi eas tantùm, quæ ex lumbis Abrahæ egreſſæ ſunt, Iſaaci, atque Iacobi. Ex Abraham egreſſus eſt Iſmaël, & Iſaac. Ex Iſmaële orti ſunt Iſmaëlitæ, ſeù Agareni ex matre eius ancilla Saræ, ex qua tamquam à nobiliori parte (quia ipſa fuit in cauſa, vt Abraham ingrederetur ad ancillam) vocati ſunt Saraceni. Ex Iſaaco orti ſunt *Esàu*, & *Iacob*. Ex *Esàu*, qui alio nomine vocatur *Edòm*, Talmudiſtæ volunt omnes illos, quos גוים *Ghoiim Gentiles* appellant, ortum habere; & Imperium Romanum, quod Regnum *Edòm* vocant, ab Eſau, & eius poſteris initium ſumpſiſſe. Et quia Imperium Romanũ à Gentilibus ad Chriſtianos tranſlatum eſt; ideò quotieſcumque contra *Eſau*, *Edom*, aut *Regnum Romanum* obloquuntur, & dira imprecantur, ſemper contra Chriſtianos imprecationes illas intendunt. Vnde in his cenſuris, quando aliquid contra Gentiles ex ipſis in medium proferetur, ſemper contra Chriſtianos intelligendum eſt eſ-

Pag. 5. circa princip. in Ghem. Dicitur, quòd *Miſcnà*, & *Talmùd* ſint data Moſi à Deo in monte Sinai, quod dicere, nil aliud eſt, quàm tot blaſphemiarum, quæ in eo continentur Deum Optimum Maximum Auctorem facere; quod ſumma, & intolerabilis blaſphemia eſt. Verba Hebraica huius loci retuli ſuprà pag. 339. col. 1.

Ibidem b. paulò poſt med. R. Elièzer incidit in languorem, & doloribus cruciabatur, inuiſit eum R. Iochanàn, eumque interrogauit —

חביבין עליך יסורין א״ל לא הן ולא שכרן:

Gratane tibi ſunt flagella? Dixit ei: Nec illa, nec merces eorum. Doctrina falſa, & pernicioſa eſt; non eſſe nec mercedem, nec flagella, quæ contingunt recipienda. Non ſic docebat Iob, qui vlcere peſſimo percuſſus à planta pedis vſque ad verticem, dicebat: *Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus?* (Iob 2. 10.) *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis.* Ibidem. Peccauit quidem R. Elièzer, qui nolebat recipere mercedem patientiæ in perferendis doloribus, ſi dolores ipſi à ſuo corpore receſſiſſent, nec Dei voluntati voluntatem ſuam conformare voluit. Contrarium docet Religio Chriſtiana, quæ à Chriſto Domino edocta quotidiè orat, cùm dicit: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra.*

De R. Iochanane ibidem duplex miraculum referunt. Dicunt enim: R. Eliezerem languentem cubaſſe in cubiculo tenebricoſo: inuiſit eum R. Iochanàn, cùmque nihil videret, detexit R. Iochanàn brachium ſuum, & lumen refulſit. [R. Salom *Quia erat caro eius ſplendens, cùm fuiſſet vir pulcherrimus.*] En

deſolaui Domum meam, & combuſſi Aedem meam. & diſperſi filios meos inter Nationes mundi. Et teſtatur Elias idipſum ter in die facere Deum, vt prolixiùs egi in I. Par. huius Bibliothecæ pagina 553. & ſeqq. vbi iſtæ blaſphemiæ confutantur, ita vt hoc loco non ſit aliud addendum, ne actum iterum agatur.

Pag. 4. circa medium. Rex Dauid occupatur in viſitatione ſanguinis menſtrui mulierum, vt diſcerneret, & iudicaret an eſſet mundus, vel immundus. Pſal. 86. 2. *Cuſtodi animam meam, quoniam* חסיד אני *Chasid ani miſericors ſum.*

כן אמר דוד לפני הקב״ה רבונו של עולם לא חסיד אני שכל מלכי מורח ומערב יושבים אגורות בכבודם ואני ידי מלוכלכות בדם ובשפיר ובשליא כדי לטהר לבעלה וכו׳:

Sic dixit Dauid coram Deo ſancto benedicto: Domine Vniuerſi, nonne ego miſericors ſum? quia omnes Reges Orientis, & Occidentis ſedent cum multis Senatoribus, & nobilium collegijs ad ſui gloriam; & ego cum manibus pollutis, & infectis verſor. [R. Salom. *Quia mulieres oſtendebant ei ſanguinem menſtrui, vt Dauid iudicaret, num mundus, aut immundus eſſet.*] *Item cum manibus pollutis ſanie ſecundinarum, & puerperarum, vt ſcilicet mundam vxorem concederem, & permitterem marito ſuo.* Indigna occupatio tanto Regi commiſſa, & commentum vile, atque iniurium.

Ibidem b. ante medium —

כל העובר על דברי חכמים חייב מיתה:

Quicumque tranſgreditur verba Sapientum, reus eſt mortis. Vt inducant obſeruantiam legum Rabbinorum, timorem mortis Iudaicæ plebi incutiunt.

illuminati ſunt ver. 28. *Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei: Vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: ſecundùm fidem ueſtram ſiat vobis.* Itaque non meretur gratiam ſanitatis recipere, qui Dei inimicus eſt, & impœnitens in peccato perſeuerat: ſi qui enim ſuperbè, vel curioſè volunt ſignú videre, non datur eis niſi ſignum Ionæ Prophetæ Matth. 12. 39. Et: *Quid generatio iſta ſignum quærit?* Marc. 8. 12. vel nihil impetrant, vti Herodes, qui cùm ſperaret ſignum aliquod à Ieſu fieri, nullum meruit, nedum ſignum videre, ſed neque reſponſum, aut vnicum verbum à Ieſu audire. Cùm enim Rabbi Elièzer in actuali peccato eſſet, reijciendo meritum languoris, & contra Diuinam prouidentiam blaſphemando, indignus, vt in eo fierent miracula, reddebatur; Ideò hoc, & alia ſimilia, quæ in Talmude dicuntur ſigna, ſeù miracula, non ſunt vera, ſed præſtigiæ à cacodœmonis arte conficta. De miraculis vide prolixum Tractatum, quem Reuerendiſſ. P. Laurentius Brancatus de Lauræa Ord. Min. Conuent. toto terrarum orbe notus, æquè ac in Vrbe Illuſtris edidit, eumque addidit Quarto Tomo ſuorum Operum in librum Sententiarum Scoti, vbi vera miracula à fictis diſcernere poteris.

Pagina 6. ante medium. Non exauditur oratio niſi fiat in Eccleſia.

אבא בנימין אומר אין תפלה של אדם נשמעת אלא בבית הכנסת שנאמר (א׳ ׃ מלכים ח׳ ׃ כח) לשמוע אל הרנה ואל התפלה אשר עבדך מתפלל לפניך היום ׃

Abbà Beniamin dicit: Hominis oratio non exauditur niſi tantùm in Synagoga.

S. D.

En vnum miraculum. Interrogauit poſtea, an libenter corporis dolores, & languores ſufferret? Reſpondit ſe minimè ea ſufferre, quin nec pro eis mercedem habere cupere, dummodo liberaretur. Tunc R. Iochanàn אל׳ הב לי ידך יהב ליה ידיה ואוקמיה ׃ *Dixit ei: Exporrige mihi manum tuam. Exporrexit, & erexit illum,* id eſt contulit illi ſanitatem. En ſecundum miraculum. Vtrumq; verum non fuiſſe miraculum patet ex hoc: quòd R. Salomon non miraculo ea attribuit, ſed carni Rabbini lucidiſſimæ, & ſplendenti, licèt & hæ ineptiæ ſint, carnem hominis quamuis pulcherrimi excipere poſſe lumen, & tenebras diſcutere. Deinde non neceſſarium fuerat miraculum ad hoc, cùm facillimè de lumine ſibi prouideri potuiſſent vel de lucerna, aut candela, vel carbone, aut titione, quæ etiam in pauperum domibus reperiri ſolent. Quoad ſanitatem reſtitutam illi infirmo non fuiſſe verum miraculum, patet ex eo, quia gratia ſanitatis tam in animam, quàm in corpus non introducitur, niſi anima ſit diſpoſita per pœnitentiam, & dolorem peccati ad gratiam recipiendam. Sic ad omnia miracula, quæ Chriſtus fecit in peccatores, ſanitatem animæ, vel corporis eis reſtituendo, per pœnitentiam omnes ſe diſpoſuerunt, & præparauerunt ad gratiam recipiendam, Matth. 9. 2. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Poſtea ver. 6. ait paralytico: *Surge, tolle lectum tuum &c.* Ibid. v. 18. *Ecce Princeps vnus acceſſit, & adorabat eum &c. Ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur &c.* Ver. 21. *Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero.* Ver. 22. *Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.* Sic de cœcis, qui ibidem

probare putat, ex 2. Paral. 6. 19. & 20.
במקום רנה בב״ה ששם אומרים הצבור שירות ותושבחות בנעימת קול ערב: *In loco exultationis, id eſt in Synagoga* (in Eccleſia) *quia eo in loco congregatio concinit hymnos, & laudes voce, & modulis ſuauibus*, coniungit exultationem, & Cantorum concentum cum oratione, vt hæc exaudiatur, quia cantatur. Ergo ſi in Synagoga nulli ſint Cantores, illorum preces non exaudiuntur, quod libenter concedo, etiamſi buccis inflatis vſque ad ſidera vocem extollant, dicente Propheta Iſai. 1. 15, גם כי תרבו תפלה אינני שמע ידיכם דמים מלאו: *Etiam cùm multiplicaueris orationem non ego exaudio: manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Matth. 27. 25.

Pagina 6. non longè à fine idem R. Auìn Bar Ràu Adà docet Deum geſtare תפי״ן *Thephillìn* tam in brachio, quàm in fronte. Huius ineptiæ fusè à nobis referuntur, & reijciuntur I. Par. huius Bibliothecæ Rabbinicæ pag. 564. & ſeqq.

Pagina 7. in ipſo principio. Deus orat ad modum cuiuſdam Rabbini, & hoc intendunt probare ex Scriptura, ſed perperàm. Quidnam in eius oratione contineatur, vide I. Par. pag. 574.

Ibidem prope finem. Deus oſtendit Moſi ligaturam Thephillinorum, quia dicitur, *Poſteriora mea videbis*; & ita didicit Moſes quomodo ligulę Thephillìn capitis poſt ceruicem ligandæ ſint. Vide Par. I. pag. 566.

Ibidem b. longè poſt principium, Ante Liam nullus laudauit Deum.
אמר רבי יוחנן משום ר׳ שמעון בן יוחי מיום שברא הקב״ה את עולמו לא היה אדם שהודה להקדוש ברוך הוא עד שבאתה לאה והודתו שנאמר (בראשית כ״ט: ל״ה

S. D. (1. Reg. 8. 28.) Ad audiendum præconium, & orationem, quam ſeruus orat coram te hodie.

Propoſitio falſa, quia vbique audit Deus, & exaudit, ſi vt decet inuocetur; vnde meliùs paulò poſt diſſerit Rabbi Iſaac (referente R. Auìn Bar Ràu Adà) quòd Diuinitas non ſolùm eſt in congregatione eius nomine collecta, veluti eſt Eccleſia; ſed etiam eſt inter tres, inter duos, quin & cum vno tantùm, ſi quæ Dei ſunt, peragat, quod auctoritate Scripturæ probat, & nos ſuprà in *Rabbi Chelpetà Iſc Chephàr Chananià* per extenſum loca Scripturæ, & verba ipſius Tanaitæ retulimus pag. 270. ex quibus deſumpta videntur hæc, quæ à R. Iſaaco Amoraita, ſeù Ghemarico in hoc loco Talmudis afferuntur. Et Chriſtus Dominus approbat huiuſmodi orandi modum, dum ait: *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito &c.* Non ob id reprehenduntur ij, qui in Eccleſijs ad hunc finem Deo dicatis, vt ibidem Deum oremus, orant, ſed reprehenduntur hypocritæ, qui amant in Synagogis orare, vt videantur ab hominibus. Locus Scripturæ; *Ad audiendum præconium &c.* nihil probat: quia Salomon orat Dominum, vt dignetur exaudire orationem, quoniam ipſe orabat in Templo à ſe ædificato, vbi peculiari modo Deus per Maieſtatem ſuam dicebatur habitare, & exaudire preces fideliũ in eo orantiũ (1. Reg. 8. 28. & ſeqq.) non tamen dicit ſe nolle exaudire eos, qui extra hunc locũ orauerint; alioquin nec in Synagogis eſſet orandũ, aut alibi extra Templum, quod Iudæi non admittent. R. Sal. ex alio conſimili loco idem

Ibidem b. Quomodo Eliſæi Prophetæ ſanctitas cognita fuit à muliere Sunamitide? Viles cauſæ, & indignæ alligrantur. De quibus iam in II Parte egi pag. 170. & ſeq.

Ibidem. *Dixit R. Iosè Ben R. Chaninà nomine* ר״א״בי *R. Elièzer Ben Iosè: Nunquam homo oraturus maneat in loco ſublimi, & alto,* אלא במקום נמוך ויתפלל *ſed potiùs in loco humili, & profundo, quia legitur* (Pſal. 130. 1.) *De profundis clamaui ad te Domine.* Annotamus ridiculam probationem tam læuis ceremoniæ.

Idem R. Iosè Berabbì Chaninà nomine ר״א״בי ibidem ſequitur: *Orantem neceſſe eſt* שיכוין את רגליו *dirigere pedes ſuos;* [R. Salom. *Iungere pedes ſuos alterum penes alterum:*] *nam dicitur* (Ezech. 1. ver. 7.) Et pedes eorum pes rectus. [R. Sal. *Ita accomodare decet pedes* נראין כרגל אחד *vt pes Vnus appareant.*] Hanc contorſionẽ pedum ipſi viderint: nam nonniſi hiſtrionica, aut potiùs monſtruoſa, præſertim in orando, eſſe poteſt.

Cod. *Berachòth*. Cap. 2. *Haiàh Korè*.

Pagina 14. non longè à fine.

אמר ר׳ זירא כל חלן שבעת ימים בלא חלום נקרא רשע שנאמר (משלי י״ט : כ״ג :) שבע ילין בל יפקד רע אל תקרי שבע אלא שבע ׃

Dixit R. Zirà: Qui manet ſeptem diebus ſine ſomnio, Vocatur impius, S. D. (Prouerb 19. 23.) Timor Domini ad vitam: & ſatur commorabitur, non viſitabitur malo. *Ne legas* שָׂבֵעַ *Sauèa ſatur, ſed* שֶׁבַע *Scèuaa ſeptem.*

[R. Salom. *Qui ſeptem dormiet dies ſine viſitatione cæleſti per ſomnium, en iſte impius, & malus eſt, propterea non eſt culpa*

(ל״ח) הפעם אודה את יהוה ׃

Dixit R. Iochanàn nomine R. Scimòn Ben Iochài: A die, quo Deus ſanctus benedictus creauit mundum ſuũ non fuit homo, qui laudauerat Deum, vſquequo Venit Lia, & laudauit eum. S. D. (Geneſ. 29. 35.) Hac vice laudabo Dominum. quia ante eam nunquam reperitur hæc vox ירה *Iadà*, quæ *laudare* ſignificat. Ideò R. Scimòn Ben Iochài colligit, quòd nullus alius Sanctorum Patrum ante Liam Deum laudauerat; quod quidem omnibus Sanctis, qui ante Liam fuerunt, iniurioſum eſt.

Pagina 8. ante finem. Deo poſt deſolationem Templi nil illi aliud ſupereſt, quàm ſpatium quatuor cubitorum ſtudij Talmudici. Vide I. Par. pagina 595. vbi hoc Rabbinorum delirium deſcriptum reperies, & reiectum.

Pagina 10. longè poſt principium. Quidam Hæreticus dixit Beruriæ vxori R. Meir: *Scriptum eſt* (Iſai. 54 v. 1.) Lauda ſterilis, quæ non paris. *Ergo ex eo, quòd tu non paris, exultandum? Dixit ei:* שטיא *Sciatià Stultè referam te ad finem Verſiculi, quoniam ſcriptum eſt:* Quia plures filij deſolatæ quàm filij coniugatæ, dicit Dominus. *Sed cur non parit? Exulta Synagoga Iſraël, quæ es ſimilis mulieri ſterili, quæ non gignit filios ad gehennam, ſicut vos.* Eſt iniurioſum Chriſtianis: nam pro מינים *Hæreticis* hodierni Iudæi intelligunt Chriſtianos.

Ibidem circa medium. De Dauide quòd cognouerit cauſam, cur in mulieribus mammæ fuerint in pectore collocatæ, & non ſub ventre, vti in animalibus. Apocryphum, & turpe iſtud commentum inuenies explicatum Par. II. pagina 116. col. 2.

pæ, *Vt viſitetur* (per ſomnium). Superſtitioſa obſeruatio, probata cum deprauatione Sacræ Scripturæ. Idem reperies infrà cap. 7. *Harroè* pag. 55. b. longè poſt principium. Et in *En Iſraël* ibidem pag. 35. col. 3. num. 109. non longè à fine.

Pag. 15. longè à principio. Qui legit lectionem *Audi Iſraël &c.* debet priùs lauare manus. *Dixit* רבינא *Rauenà*
מי שאין לו מים לרחוץ ידיו בעפר ובצרור ובקסמית
א״ל שפיר מי כתיב ארחץ במים בנקיון (תהלים כ״ו
ו׳ :) *Qui non habet aquas vt abluat manus ſuas, puluere ſibi illas detergat, vel lapillis, vel feſtucis* (fragmentis ligneis) *dictum fuit: Pulchrè dixit. Quomodo ſcribitur?* (Pſalm. 26. 6.) ארחץ במים *Lauabo aquis nequaquam, ſed* ארחץ בנקיון כפי *lauabo cum munditia manus meas*, id eſt ea re, quæ mundare poteſt. Non mundantur manus ſi puluere, lapillis, aut ſcobe lignea confricantur, ſed potiùs immundæ redduntur; vnde hæc expoſitio ducit hominem in ſuperſtitionem. Locus Pſalmi explicatur: *Lauabo cum munditia. &c.* Manus, id eſt actiones, & opera metonymicè.

Pagina 17. in fine. Olim Rabbini precabantur ſibi inuicem bonum vtentes verbis Pſalmi 144. 14. אלופינו מסבלים
אין פרץ ואין יוצאת ואין צוחה ברחובותינו :

Boues noſtri (carne) *onuſti, non eſt ſterilis, & non eſt egrediens: nec eſt clamor in plateis noſtris.* Quæ orationis membra ſic ſingillatim explicabant –

רבי יוחנן ורבי אלעזר חד אמר אלופינו בתורה
ומסובלים במצות וחד אמר אלופינו בתורה ובמצות
ומסובלים : ביסורים אין פרץ שלא תהא סיעתינו
כסיעתו של שאול שיצא ממנו דואג האדומי ואין
יוצאת שלא תהא סיעתינו כסיעתו של דוד שיצא ממנו
אחיתופל : ואין צוחה : שלא תהא סיעתינו כסיעתו של
אלישע שיצא ממנו גחזי : ברחובתנו : שלא יהא לנו
בן או תלמיד שמקדיח תבשילו ברבים כגון הנוצרי :

R. Iochanàn, & R. Eleàzar. Vnus dicit: Boues noſtri onuſti *carne* (Boues valet etiam) *eruditi, nempè in Lege*, onuſti *in præceptis. Alter dixit: Doctores noſtri in Lege, & in præceptis*, Onuſti *ſcilicet flagellis* (& Diuinis viſitationibus) Non eſt ſterilis, *id eſt, Quæſumus ne ſit collegium noſtrum ſicut collegium Saulis, de quo exijt Doèg.* Et non eſt egrediens, *id eſt, non ſit collegium noſtrum ſicut collegium Dauid, de quo exijt Achitòphel.* Non eſt clamor, *id eſt, non ſit collegium noſtrum ſicut collegium Eliſæi, de quo exijt Giezi.* In plateis noſtris, *id eſt, rogamus Deum ne ſit nobis filius, vel diſcipulus, qui coquat publicè coctionem ſuam, quemadmodum fecit Nazarenus.*

Quid de nobis ſentiant Iudæi, ſatis apparet ex locis allatis in Talmude, vel in ipſo textu, vt hic de Nazareno, quem procul dubio intelligunt Ieſum Nazarenum Dominum noſtrum, & Iudæorum; vel in Commentarijs, præſertim Salom. vt ſuprà cap. 1. pag. 12. longè à princ, vbi vocem מינים *Minìm Hæreticos* exponit: *Iſti ſunt diſcipuli Nazareni, qui peruertunt ſenſum Legis, vt prædicent, & ediſſerent errores, & vanitatem, & ſic dicit Scriptura:* (Pſal. 14. v. 1.) Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus. *Non habes ſtultiorem, & amentiorem hominem, quàm qui peruertit verba Dei viuentis.* Ita in antiquis exemplaribus Venetis. In Cracouianis, quibus ego vtor, omiſſa ſunt, & illorum verborum loco ſubſtituta ſunt המינים עובדי ע״ז *Hamminim Hæretici ſunt illi, qui Idololatriæ inſeruiunt.* Ita contra nos loquuntur Iudæi.

Cod. *Berachòth* Cap. 3. *Miſcemètho*.

Pagina 18. ante medium. Iudæorum cadauera dicunt ſentire vermium morſus. *Scriptum eſt Iob* cap. 14. ver. 22.

והא כתיב אך בשרו עליו יכאב ונפשו עליו תאכל וא״ר
יצחק קשה רמה למת כמחט בבשר החי אמר בצערא
דידהו ידעי בצערא דאחרינא לא ידעי ולא והתניא
מעשה בחסיד אחד שנתן דינר לעני בערב ר״ה בשני
בצורת והקניטתו אשתו והלך ולן בבית הקברות ושמע
שתי רוחות שמספרות זו לזו אמרה חדא לחברתה
חברתי בואי ונשוט בעולם ונשמע מאחורי הפרגוד מה
פורענות בא לעולם אמרה לה חברתה איני יכולה שאני
קבורה במחצלת של קנים אלא לכי את ומה שאת
שומעת אמרי לי הלכה היא ושטה ובאה ואמרה לה
חברתה מה שמעת מאחורי הפרגוד אמרה לה שמעתי
שכל הזורע ברביעה ראשונה ברד מלקה אותו הלך
הוא וזרע ברביעה שניה של כל העולם כלה לקה שלו
לא לקה לשנה אחרת הלך ולן בבית הקברות ושמע
אותן שתי רוחות שמספרות זו עם זו אמרה חדא
לחברתה בואי ונשוט בעולם ונשמע מאחורי הפרגוד
מה פורענות בא לעולם אמרה לה חברתי לא כך
אמרתי לך איני יכולה שאני קבורה במחצלת של קנים
אלא לכי את ומה שאת שומעת בואי ואמרי לי הלכה
ושטה ובאה ואמרה לה חברתה חברתי מה שמעת
מאחורי הפרגוד אמרה לה שמעתי שכל הזורע ברביעה
שניה שדפון מלקה אותו הלך וזרע ברביעה ראשונה
של כל העולם כלו נשדף ושלו לא נשדף אמרה לו
אשתו מפני מה אשתקד של כל העולם כלו לקה ושלך
לא לקה ועכשיו של כל העולם כלו נשדף ושלך לא
נשדף סח לה כל הדברים הללו אמרו לא היו ימים
מועטים עד שנפלה קטטה בין אשתו של אותו חסיד
ובין אמה של אותה ריבה אמרה לה לכי ואראך בתך
שהיא קבורה במחצלת של קנים לשנה האחרת הלך
ולן בבית הקברות ושמע אותן רוחות שמספרות זו עם
זו אמרה לה חברתי בואי ונשוט בעולם ונשמע מאחורי
הפרגוד מה פורענות בא לעולם אמרה לה חברתי
הניחני דברים שביני לבינך כבר נשמעו בין החיים:

Et nonne ſcriptum eſt Iob 14. ver. 22. Verumtamen caro eius ſuper eo dolebit; & anima eius ſuper eo lugebit; *Dixit R. Iſaac: Ita grauis eſt vermis in carne mortui, ſicut acus in carne viui. Dixerunt: Dolorem ſuum nouerunt, ſed dolorem aliorum non nouerunt. Legitur hiſtoria cuiuſdam viri pij, qui dedit denarium pauperi in vigilia initij anni tempore famis, & penuria, & affligebat eum vxor eius. Abijt iſte, & pernoctauit inter ſepulchreta, & audiuit duos ſpiritus fæmineos, qui loquebantur ad inuicem* [R. Salom. שתי רוחות של שתי ילדות מתות *Duos ſpiritus duarum puellarum, quæ iam deceſſerant.*] *Alter dicebat ſociæ ſuæ: Veni ſodes, & percurramus mundum, & audiamus poſt cortinam; quid pœnarum, & flagellationum decernant ſuper Orbem. Dixit ei: Socia mea non poſſum, quia ego ſum ſepulta in ſtorea cannarum* (quaſi dicat, non poſſum coram Diuino Tribunali conſiſtere cùm ſim veſtita tam vili amictu arundinaceo) *ſed ſocia mea vade, & quod audieris refer ad me. Abijt illa, & luſtrauit omnia, redijt, dixitque ei ſocia eius: Socia mea, quidnam audiſti poſt cortinam? Dixit ei: Audiui, quòd qui ſeminat in pluuia prima, grando percutiet illud. Abijt ergo Vir ille, & ſeminauit in pluuia ſecunda. Vniuerſus Orbis paſſus eſt iacturam; illius ager nihil paſſus eſt. Anno ſequenti abijt; & moratus eſt in cœmeterio. Audiuit ambos illos ſpiritus inuicem colloquentes. Dixit altera ſociæ ſuæ: Veni perluſtremus mundum, & audiamus poſt cortinam, quidnam pœnarum decernatur venire in mundum. Dixit ei: Socia mea, nonne ſic dixi tibi, me non poſſe venire, quia ſepulta ſum in ſtorea cannarum; ſed ipſa pergito, & quod tu audieris, veni, & mihi renuntia. Abijt, percurrit, redijt. Dixit ei: Quidnam* au-

כחמור בעלמא הוא קטל דאינהו נמי איקרו ערוה דכתיב (בראשית י׳ : כ״ג ׃) וערות אביהם לא ראו ׃

Dixit Ràu Iudas: Si Gentilis nudus præſens aſtet, prohibitum eſt legere Kiriàth Scemaà Audi Iſraël &c. *ad eius præſentiam. Sed quid rei eſt hoc de Gentili? De Iſraëlita dicendum etiam erat. Sed de Gentili neceſſe fuerat præceptum dare. Nihilominus de Gentilibus idem dici poteſt. Scriptum quippe eſt de eo* (Ezech. 23. 20.) Quorum caro eſt quaſi caro aſini. *Dicam ergo, quòd idem eſt dicere de Gentili, ac de aſino ſimpliciter* (quia ſcilicet inter Gentilem, & aſinum nihil intereſt, licèt autem legere *Scemaà* aſſiſtente quomodocumque aſino). *Sed tamen nota, quòd etiam, & ipſorum Gentilium nominantur pudenda, cùm cauendum, & deuitandum eſſe eorum aſpectum monet Scriptura, quemadmodum legitur de Noè* (Gen. 10. 23.) Et pudenda patris non viderunt,] licèt non ſit ibi ſermo de Iſraëlita.

Satis ex hoc loco apparet, Hebræos, ſentire, ſe tam Gentiles, quàm Chriſtianos loco beſtiarum habere.

Ordinis I. *Zeraïm* Cod. 1. *Berachòth*, cap. 4. *Thephillàth Haſciàchar*.

Pagina 28. b. circa finem. De benedictione, ſeù veriùs de maledictione, & execratione מינים *Minim Hæreticorum*. Ibi habetur De qua vide ſuprà in *Scimòn* הפקיל *Happikòl* pag. 318. vbi, quantum licuit, egi. Hodie pro *Minim Hæreticis* intelligunt Chriſtianos. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 26. colum. 3. num. 69.

Cod. *Berachòth* cap. 5. *En Omedin*.

Pagina 33. circa medium.

גדולה נקמה שנתנה בין שתי אותיות שנ׳ (תהלים

audiuiſti poſt cortinam? Dixit ei: Audiui quòd qui ſeminat ad ſecundam pluuiam, rubigine percutietur. Abijt ille, & ſeminauit in prima pluuia. Quicquid fuit ſegetum in toto Orbe, percuſſum eſt vredine; quod erat illius, minimè fuit tactum. Dixit ei vxor eius: Quamobrem anno præterito totus mundus percuſſus eſt, & tua non ſunt percuſſa? Et nunc quod eſt totius mundi, aduſtum eſt; & quod eſt tuum, non eſt aduſtum? Narrauit ei omnia verba iſta. Dixerunt: Non tranſierunt multi dies, donec incidit diſſenſio inter vxorem illius viri ſancti, & inter matrem illius puellæ. Dixit ei: Vade, & vide tibi filiam tuam, quæ eſt ſepulta in ſtoreis cannarum (exprobrabat enim illi paupertatis ſordes). *Anno ſequenti abijt, & habitauit inter ſepulchra, & audiuit ſpiritus illos fœmineos inter ſe loquentes. Dixit altera: Socia mea veni percurramus mundum, & audiamus. Dixit ei: Socia mea dimitte me. Verba mea, quæ fuerunt inter me, & te, iam audita ſunt inter viuos. &c.* Quamuis pateat, quænam farrago doctrinæ ſint illa narrata, & magicum fermentum: attamen hoc vnum colligi poteſt, quòd animæ defunctorum ſciunt, quid in hoc mundo agatur. Et ex hac antiqua traditione, ſemper in Synagoga hanc doctrinam fuiſſe, euidenter patet. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 22. colum. 4.

Pagina 25. b. circa medium. Gentilis, per quem Chriſtianum intelligunt, comparatur aſino. Sic enim ibi legitur:

אמר רב יהודה גוי ערום אסור לקרות ק״ש כנגדו מאי איריא גוי אפילו ישראל נמי ישראל פשיטא לי דאסור אלא גוי אצטריכה ליה מהו התימא הואיל וכתיב בהו (יחזקאל כ״ג ׃ כ׳ ׃) אשר בשר חמורים בשרם אימא

צף׳ : א׳ :) אל נקמות יהוה אמר ליה אין במילתה מי הא גדולה היא והינו דאמר עולא שתי נקמות הללו למה אחת לטובה ואחת לרעה לטובה דכתיב (דברים לג : ב) הופיע מהר פארן לרעה דכתיב לא נקמות י׳׳ אל נקמות הופיע :

Maior eſt vindicta, quæ poſita eſt inter duas literas [R. Salom. *Inter duo Diuina nomina, poſita in Ver.* אל נקמות יהוה Deus vltionum Dominus.] *Dixit ei: Non eſt ad rem. Nihilominus magna eſt. Et hoc eſt, quod dixit Vlà: Duæ vindictæ iſtæ quare? Vna pro bono, reliqua pro malo. Pro bono, quia ſcriptum eſt*) Deuteron. 33 2.) הופיע *Hophìa* Illuxit de monte Paràn. *Pro malo, quia ſcriptum eſt* (Pſal. 94.) Deus vltionum Dominus, Deus vltionum הופיע *Hophìa* illuxit. [R. Salom. *Vbicumque opus eſt adiungere vltionem, magnum aliquid eſt. Sed quare hoc loco duæ vltiones? alteram* (pro malo) *ſumet Deus de populis, eò quòd Legem recipere noluerint. Alteram de bonis, ſicut legimus in* בבא קמא *Bauà Kammà* (cap. 4. num. 3.) *De Paràn apparuit* והפקיר ממונן לישראל שור של ישראל שנגח שור מצרי פטור הופיע גלדה והפקיר כשלא קבלן את התירה ; *& publicauit facultates gentium; & conceſſit eas Iſraëli. Bos Iſraëlis, qui cornu petierit bouem alienigenæ, liber eſto. Quod verò legitur* (Deuter. 33. 2.) Dominus הופיע *Hophia* reuelauit, *id eſt proſcripſit facultates gentium, propterea quòd Legem recipere noluerunt.*] Iniurioſa huius loci explicatio contra eos, qui Iudæi non ſunt. Et iniuſta Talmudiſtarum, Miſcnicorumq; deciſio, quòd bos Iſraëlis ſi cornu petierit bouem Gentilis alienigenæ erit פטור *Patùr immunis.* E contra: ſi bos alienigenæ cornu petierit bouem Iſraëlis, reddet Dominus bouis damnum ex integro. Vide *Bauà Kammà* cap. 4. num. 3. in *Miſcnà*. Et ibidem in *Ghemarà* pag. 38. poſt principium, vbi diſſertè etiam docetur, quòd facultates omnium Nationum conceſſæ fuerunt Iudæis ex monte Paràn, eò quòd noluerint Moſaicam Legem recipere. Vide *En Iſraël* Par. I. Ibid. pagina 30. colum. 1. num. 85.

Pagina 34. b. circa medium. -

אמר רבי חיא בר אבא אמר רבי יוחנן כל הנביאים כולן לא נתנבאו אלא למשיא בתו לת״ח ולעושה פרקמטיא לת״ח מנכסיו אבל ת״ח עצמן עין לא ראתה אלחים זולתך יעשה למחכה לו :

Dixit R. Chijà Bar Abbà: Dixit R. Iochanàn: Omnes Prophetæ non prophetarunt niſi de eo, qui locat filiam ſuam in vxorem diſcipulo ſapienti (ita vocant eum, qui dat operam ſtudio Legis, Rabbinum.) *& de eo, qui exercet mercaturam pro eodem illo profeſſore; & de eo, qui conſulit, ſtudetque iuuare Sapientes opibus ſuis. Verùm quòd Sapientibus ipſis Deus rependet, qui expectant eum: Oculus non vidit Deum, præter te,* (ita) *faciet expectanti ipſum.* Iſai. 44. ver. 40.

Omnia ad ſe trahere ſtudent Rabbini, & quæ ſpiritualiter, & ad ſalutem animarum prophetarunt Prophetæ, ipſi in commodum proprium conuertunt, & Scripturas peruertunt. Nihilominus eorum nonnulli, vel ijdem aliquando Spiritu Sancto edocti, veluti Balaam coacti ſunt veritatem fateri, vti hìc idem Rabbì Chijà Bar Abbà ibidem ſtatim dicit; *Dixit Rabbi Iochanàn.* -

כל הנביאים כולן לא נתנבאו אלא לימות המשיח אבל לעה״ב עין לא ראתה אלהים זולתך ופליגא דשמואל דאמר שמואל אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שעבוד מלכיות בלבד שנ׳ (דברים ט״ו : י״א) כי לא יחדל אביון מקרב הארץ :

Om-

ad Satan : Increpet te Dominus, &c. *donec tranſeat ab eis*. Omnia ſunt ſuperſtitioſa. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 33. col. 4. num. 103.

Cod. *Berachòth* cap. 8. *E'llu deuarim*.

Pagina 53. Tractat ferè per totam: Quomodo teneatur Iudæus benedicere lumini, quod viderit, aut aromatibus, quæ bonum odorem emittunt. Dicunt enim ibidem circa principium. Si ab Iſraëlita accendatur ignis pro Chriſtiano; vel vice verſa Chriſtianus accendat ignem pro Iſraëlita, Iudæus benedicit. Si Chriſtianus pro Chriſtiano accendet, Iudæus non benedicit. Si quis ambulet extra Oppidum, & videat lumen; ſi Gentiles erunt plures, non benedicet; ſi plures erunt Iſraëlitæ, benedicit. Si quis ambulet extra Oppidum, & videat puerum facem gerentem, explorat, an ſit Iſraëlita, & tunc benedicit, alioquin non benedicit.

Ibidem non longè à fine. Si quis ambulet extra Oppidum, & odoret odorem, ſi quod eſt ampliùs, Gentilium eſt, non benedicit, ſi Iſraëlitarum, benedicit.

ר' יוסי אומר אפילו רוב ישראל נמי אינו מברך מפני שבנות ישראל מקטרות לכשפים :

R. Iosè dicit : Quamuis etiam ut plurimùm ſint Iſraëlitæ, non benedicit; quia filiæ Iſraël adolent ad magiam, & ueneficia. Ex his odium contra Chriſtianos oſtenditur, quòd nec illorum rebus volunt benedicere, ſed eos pares ſuis veneficis mulieribus faciunt.

Ord. I. *Zeraìm* Cod. 1. *Berachòth* cap. 9. *Harroè makòm*.

Pagina 54. paulò ante finem. In tranſitu maris, & in tranſitu Iordanis, alijſque in locis, in quibus facta fuerunt mi-

Omnes Prophetæ non prophetauerunt niſi de diebus Meſſiæ: ſed in futuro ſeculo oculus non uidit Deum præter te. Sed diſſentit R. Samuel, quia dixit R. Samuel: Nulla eſt differentia inter hoc ſeculum, & dies Meſſiæ, niſi iugum Regnorum ſuper Iſraël dumtaxat : S. D. (Deuter. 15. 21.) Quoniam non ceſſabit egenus de medio terræ. Idem reperies in *En Iſraël* P. P. pag. 31. colum. 4. num. 90. Secunda propoſitio falſa eſt : quia non intelligunt redemptionem Meſſiæ niſi liberationem populi Iſraël à ſeruitute terrena, & temporali, quæ non impedit libertatem, & dominium Regni Meſſiæ, quod in animi præcipuè libertate, ſcilicet à peccatorum ſeruitutis liberatione conſiſtit.

Ord. I. *Zeraìm* Cod. 1. *Berachòth* cap. 7. *Sceloſcià Sceachelù*.

Pagina 51. Introducuntur nomina Dæmonum, docentium nonnulla ſuperſtitioſa, & præſertim quidam מלאך המות *Malàch hammàueth Angelus mortis* docet R. Ieoſciùa Ben Leuì, qui ita effatur : *Dixit R. Ieoſciùa Ben Leuì : Tria me docuit Angelus mortis. Ne capias camiſiam tuam de manu famuli tui, & induas. 2. Ne abluas manus niſi per manus illius, qui prior abluerat &c. 3. Et ne ſtes coram mulieribus, quæ redeunt à funere* מפני שאני מרקד ובא לפניהן וחרבי בידי ויש לי רשות לחבל : וכו' : *quia ego incedo ſaltans ante illas geſtans manibus gladium, & eſt mihi nocendi poteſtas. Sed ſi occurrat, quodnam eſt remedij? Reſiliat de loco ſuo quatuor cubitos &c.* Et poſtquam alia quædam inania docuit, vltimò concludit in ſumma : *Conuertat uultum ſuum, & dicat* (Zachar. 3. v. 2.) ויאמר יהוה אל השטן יגער יהוה בך וגו' : Et dixit Dominus

de duobus leproſis *Eth*, & *Hèu*, quorum nomina ex duabus vocibus Scripturæ את & חב Numer. 21. 14. Talmudiſtæ expiſcantur, quæ nihilo ſeciùs ſignificant quàm nomina propria. את *Eth* eſt articulus ſeruiens accuſatiuo, & aliquando eſt præpoſitio, vt את יריבי *cum litigantibus mecum*. Pſal. 35. 1 [R. Sal. את והב כמו את יהב *Huiuſmodi phraſis, eſt ac ſi diceret* את יהב *dabit* ſigna, & miracula in Arnòn, ſicut dedit בסופה *Beſuphà In Suphà*. R. Sal. בים סוף *In mari rubro*, & *Bàal Turìm*; *Vt recordarentur miracula patrata in mari rubro ſcriptum eſt Beſuphà &c.* Vnde verè, & propriè vertit Vulgata: *Sicut fecit in mari rubro &c.* At Talmudiſtæ pro libito peruertunt Scripturas, vt ad vana, & imaginària ſua commenta adaptent. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 34. colum. 1. num. 105.

Pagina 54. longè poſt principium. Qui videt lapidem, quem Og Rex Baſan voluit proijcere ſuper Iſraèlem, tenetur gratias agere Deo, & benedicere Deo. De quo hoc modo loquuntur -

אבן שבקש עוג מלך הבשן לזרוק על ישראל גמרא גמירי לה אמר מחנה ישראל כמה הוי תלתא פרסי איזיל ואיעקר טורא בר תלתא פרסי ואישדי עלייהו ואיקטלינהו אזל עקר טורא בר תלתא פרסי ואייתי על רישיה ואייתי קודשא בריך הוא עליה קמצי ונקבוה ונחית בצוריה הוה בעי למשלפה משכי שיניה להאיגיסא ולהאי גיסא ולא מצי למשלפ׳ והיינו דכתיב (תהלים ג׳ : ח׳ :) שיני רשעים שברת וכדר׳ שמעון בן לקיש דאמר ר׳ שמעון בן לקיש מאי דכתיב שיני רשעים שברת אל תקרי שברת אלא שרבבת :

Lapis, quo annixus eſt Og Rex Baſan iactare contra Iſraëlem (dum ad terram promiſſam pergeret) *Dixit* (Og). *Quantum patent caſtra Iſraëlis? Tres leucas. Ibo,*

miracula. Illi videntes ea loca, gratias agunt, & benedicunt illis.

אלא מעברות נחלי ארונן מנלן דכתיב (במדבר כ״א : י״ד :) על כן יאמר בספר מלחמות יהוה את והב בסופה וגומ׳ תנא את והב בסופה שני מצורעים היו דהוו מהלכין בסוף מחנה ישראל כי הוו קא חלפי ישראל אתו אמוראי עבדי להון נקירתא ויתבי בהון אמרי כי חלפי ישראל הכא וקטלינון ולא הוו ידעי דארון הוה מסגי קמייהו דישראל והוה ממיך להו טורי מקמייהו כיון דאתא ארון אדבקו טורי בהדי הדדי וקטלינון ונחת דמייהו לנחלי ארנון כי אתו את והב חזו דמא דקא נפיק מביני טוריאתו ואמר להו לישראל ואמרו שירה היינו דכתיב (במדבר כ״א : ט״ו) ואשד הנחלים אשר נטה לשבת ער ונשען לגבול מואב :

Sed in tranſitu torrentium Arnòn Vnde probatur? Quia ſcriptum eſt (Num. 21. v. 14.) Propterea dicitur in libro bellorum Domini Eth Vahèu beSuphà &c. *Eſt Traditio*: Eth, & Hèu in Suphà *duo leproſi erant, qui ambulabant in extremis caſtris Iſraël. Quando tranſibant Iſraëlitæ, venerunt Amorræi, foderunt ſibi cauernas, & ſederunt in illis. Dixerunt: Quando tranſibunt hàc Iſraëlitæ, occidemus illos; nec nouerant, quòd Arca Dei ambulabat coram Iſraël, & deprimebat illis, dum tranſiret, montes de locis ſuis* (id eſt complanabat montes, vt iter planum eſſet, & æquale). *Quando ergo venit Arca compegerunt ſe montes pariter & occiderunt illos, & defluxit cruor eorum in torrentem Arnòn, Quando igitur venerunt* את *Eth*, & חב *Hèu Viderunt ſanguinem de medio montium defluentem. Reuerſi renunciauerunt Iſraëli, & dixerunt Canticum; & hoc eſt quod ſcribitur* (Num. 21. 15.) Et effuſio torrentium, quæ declinauit ad habitandum Ar, & innititur termino Moab.

Fabuloſa eſt iſta traditio præſertim

3. 19.) Dominus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cælos intelligentia. *Et ſcribitur etiam* (Ibidem ver. 20.) Scientia illius eruperunt abyſſi.

Rei vanæ, & otioſæ ex Sacris verbis ad rem non facientibus impertinens probatio. Idem habetur in *En Iſraël* Par. I. pagina 35. col. 2. num. 108.

Poſtea ſequuntur variæ, & quamplurimæ ſuperſtitiones circa ſomnia, & illorum explicationes, vnde –

אמר רב חסדא חלמא דלא מפשר כאגרתא דלא מקריא : *Dixit Ràu Chaſdà: Somnium, quod non explicatur eſt ſicut epiſtola, quæ non legitur,* (id eſt, quæ ſigillata non aperitur, & ſic ignoratur.) R. Salom. *Nec bonum, nec malum eſt* שכל החלומות הולכין אחר הפתרון ; *quia omnia ſomnia ſequuntur interpretationem.* Ràu Chaſdà dicit ; חלמא בישא עדיף מחלמא טבא *Somnium malum præſtantiùs eſt ſomnio bono.* Hoc crediderim eſſe verum, quia ſomnium, quod ſomnianti mala portendit, expergefacto nil mali facit: & ſomnium, quod bonum oſtendit, nihil boni euigilanti præbet. Ergo ſomnium malum præſtantiùs videtur, quàm ſomnium bonum.

Pagina 55. b. אמר רבי זעירא כל חלן שבעה ימים בלא חלום נקרא רע שנאמר (משלי יט״ : כג׳) שבע ילין בל יפקד רע אל תקרי שבע אלא שבע ;

Dixit R, Zirà: Qui perſtat ſeptem dies abſque ſomnio, vocatur malus. S. D. (Prouerb. 19. 23.) Timor Domini &c. Idem habetur ſuprà pag. 364. col, 2. ex cap. 2. *Haiàh Korè*, vt frequenter à Talmudiſtis fieri ſolet, idem in diuerſis locis Ghemaræ reponere, & ijſdem prorsùs verbis repetere.

Ibidem. Formulæ quædam precationum,

Ibo, & euellam montem trium leucarum, & effundam ſuper illos, & occidam vniuerſos. Abijt, euulſitque montem trium leucarum, ſibique in caput impoſuit; ſed venire iuſſit Deus ſanctus benedictus in montem formicas, perforaruntque montem, qui ſenſim in collum gigantis ſubibat. Conatus eſt montem à ſe excutere, & proijcere, ſed cùm excreuiſſent ſibi hinc, atque illinc dentes, non potuit montem à ſe diſcutere, & hoc eſt quod ſcriptum eſt (Pſal. 3. v. 8.) Dentes peccatorum contriuiſti; *ſicut exponit R. Scimòn Ben Lakìſc. Dicit enim R. Simeon Ben Lakìſc: Cur ſcriptum eſt:* Dentes impiorum confregiſti? *Ne legas* שברת Scibbàrta confregiſti, *ſed* שרבבת Sceràuàuta, quos prolongaſti.

Quia manifeſta fabella eſt Talmudiſtarum, ideò cenſura non eget. Nota tamen horum Doctorum frequentem Sacræ Scripturæ deprauationem, vt hoc Scripturarum abuſu ſuæ aniles fabellæ vtcumq; fulciri videantur. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina. 34. colum. 2. numero 105.

Pagina 55. longè ante finem. Nouerat *Betzalèl* combinare literas, quibus creatus eſt mundus –

אמר רב יהודה אמר רב יודע היה בצלאל לצרף אותיות שנבראו בהן שמים וארץ כתיב הכא (שמות לה׳ : לא״) וימלא אותו רוח אלהים בחכמה ובתבונה ובדעת וכתיב התם (משלי ג׳ : יט״) יהוה בחכמה יסד ארץ כונן שמים בתבונה וכתיב (שם : פסוק כ׳) בדעתו תהומות נבקעו ;

Dixit Ràu Iudas: Dixit Ràu: Sciebat Betzalèl combinare literas, quibus creati ſunt cæli, & terra. Scriptum quippè eſt hic (Exod. 35. 31.) Et repleuit eum Spiritus Dei ſapientia, intelligentia, & ſcientia. *Et ſcriptum eſt alibi* (Prouerb:

Pagina 58. b. circa medium. Qui videt ſepulchra Iſraëlis, dicit: *Benedictus, qui formauit vos in iudicio, & pauit vos in iudicio, & ſuſtentauit vos in iudicio, & congregauit vos in iudicio, & ſuſcitaturus eſt vos in iudicio*. Quando videt ſepulchra populorum mundi (inter quos comprehenduntur Chriſtiani) *dicit*: בושה אמכם חפרה יולדתכם וגומר׃ *Confuſio matris veſtræ, opprobrium genitricis veſtræ. &c.* Ignominioſa imprecatio contra defunctos.

Ibidem de Aſtris, & Conſtellationibus cæli agitur, de quib plurima retuli in Prima Par. pag. 356. cùm de Conſtellationibus, de quibus fit mentio in libro Iob, egi.

Pagina 59. longè poſt principium. Deus effundit duas lachrymas in mare, quando recordatur Iudæos verſari in mœrore inter nationes mundi. Obſeruaui hoc, & alia blaſphema, quæ ibidem leguntur contra Deum in eadem I. Parte pag. 596.

Ibidem in fine. *Dixit Rabbi Chaſdà*: מיום שחרב ב״ה לא נראית רקיע בטהרתה שנ׳ (ישעיה נ׳ ג׳ ׃) אלביש שמים קדרות ושק אשית כסותם׃ *A die, qua deſtructum eſt Sanctuarium, nunquã conſpecta eſt facies cæli clara S. D.* (Iſai. 50. 3.) Induam cælos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum.

Sunt planè cœci Iudæi iſti Talmudiſtæ, ſi nunquam viderint cælum clarum, & luminoſum. Locum Iſaiæ malè intelligunt; intelligi enim debet, ſicut totum caput, de Meſſiæ Saluatoris potentia, cuius manus non fuit abbreuiata, licèt indutus carne humana, vt non potuiſſet, ſi voluiſſet deſertum facere mare, & ponere in ſiccum flumina, ſicut fecit in exitu de Ægypto.

num, & imprecationum proponuntur recitandæ poſt ſomnia, vel ad auertenda mala, vel ad bona conſequenda. Adeò addicti ſunt Iudæi ſomniorum interpretationibus, vt dicant Ieroſolymis olim 24. Interpretes ſomniorum fuiſſe.

Ibidem pagina eadem poſt medium; vbi & de oculorum faſcino ſuperſtitiosè quidem agunt. Piſces in aquis faſcinum oculorum non recipere, quia cooperiuntur aquis. Egregia obſeruatio!

Exponuntur etiam quamplurimæ res, quæ in ſomnijs apparent, de quibus longum quidem Catalogum texeret, qui eas omnes recenſere vellet; quæ cùm vanæ ſint, & illorum interpretationes leues, & ſine fundamento, neq; ſuperſtitione aliquando careant, ideò conſultò relinquimus. Hiſce vanis ſomniorum interpretamentis replentur pag. 56. & 57.

Pagina 57. b. circa medium. Sex ſunt ægroto boni ominis, 1. עטוש *Sternutatio*; 2. זיעה *Sudor*; 3. שלשול *Solutio alui*. 4. קרי *Fluxus ſeminis*. 5. שינה *Somnus*; 6. וחלום *& Somnium*. *Sternutatio quia ſcriptum eſt* (Iob 41. 10.) Sternutationibus eius ſplendeſcet lux. *Sudor*, (Gen. 3. 19.) In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Solutio alui* (Iſai. 51. 14.) Feſtinet ligatus ſolui, non morietur. *Seminis effuſio* (Ibid. 53. 10.) Videbit ſemen, prolongabit dies. *Somnus* (Iob 3. 13.) Dormiui, tunc requies (eſt) mihi. *Somnium* (Iſai. 38. 16.) Et ſomniare feciſti me, & viuificabis me.

Annotaui hæc, vt agnoſcatur, quàm expeditè ſoleant Iatro-Theologi iſti Talmudiſtæ ad ſuos aphoriſmos firmandos adducere loca S. Scripturæ adamuſſim illis congruentia. Sed quàm ineptè peruertunt genuinum Scripturarum ſenſum!

Et

decem, Si is, qui modò naſciturus eſt, mas erit; non erit ſoror mea Rachel, quanti eſt ancilla vna: ſtatim partus verſus eſt in fœminam. quia dicitur: Et vocauit nomen eius Dinàh. *Non referunt id, quod eſt miraculoſum. Et ſi vis, dicam aliter: Opus, ſeù factum Liæ intra quadraginta dies fuit. Sic traditur: Tres primos dies oret Deum, ne putreſcat,* [R. Sal. *Scilicet ſemen, ſed colligatur, & formetur ex eo embrio: nam ſi poſt tres dies non colligatur, iam putreſcet, & deinceps non prodeſt orare.*] *A tribus diebus vſque ad quadraginta oret, vt ſit maſculus. A quadraginta diebus vſque ad tres menſes oret, ne ſit* סנדל Sandàl Solea, Mola [R. Salomon: *Oret, ne concipiat vxor ſua fœtum alterum, & ſit minoris formæ quàm prioris; & ſit ſimilis piſci marino, qui appellatur Sandàl, id eſt Solea: ſic legimus in Cod. Niddà Menſtruatæ pag. 25. b. Sandàl eſt* (abortus) *ſimilis piſci marino: ab initio quidam infans eſt verus, ſed poſtea conuertit ſe in aduerſam partem, & mutatur figura eius, ſeù vultus eius in tergus eius.*] *A tribus menſibus ad ſex menſes oret, ne fiat abortus. A ſex ad nouem, oret Deum, vt prodeat incolumis. Sed quomodo prodeſt huiuſmodi oratio? Et nonne dicit R. Iſaac: Vir, ſi primùm ſpargat ſemen, gignitur fœmina; mulier, ſi ſeminet prior, generat maſculum. S. D.* (Leuit. 12. v. 2.) Mulier, quando ſeminauerit, & genuerit marem. *Sed hic, quod tractamus, verbi gratia, quando ſeminant ambo ipſi pariter.* [R. Salom. *Sic legimus, Tunc habetur, quòd proſit oratio, quando vnà ſeminauerint.*

Dicitur hæc ſententia cum iniuria Diuinæ prouidentię, quaſi verò Deus non præuiderit ab initio orationem hominis, ac Et induere cælos tenebris, ſicut pariter in Ægypto fecit, ſicut & in tempore ſuæ paſſionis factum eſt. Lege totum caput, & inuenies eum loquentem de repudio Synagogæ incredulę in Chriſtum, & Chriſti potentia ad ſaluandum credentes, & perdendos incredulos.

Pagina 60. longe poſt principium, legitur de eo, qui habens mulierem prægnantem, & orat, vt pariat maſculum, vel fœminam.

היתה אשתו מעברת ואמר יהי רצון שתלד וכו׳ : הרי זו תפלת שוא ולא מהני רחמי מתיב רב יוסף (בראשית ל׳ , כ״א :) ואחר ילדה בת ותקרא את שמה דינה מאי ואחר אמר רב לאחר שדנה לאה דין בעצמה ואמרה י״ב שבטים עתידין לצאת מיעקב ששה יצאו ממני וארבעה מן השפחות הרי עשרה אם זה זכר לא תהא אחותי רחל כאחת השפחות מיד נתהפכה לבת שנאמר ותקרא את שמה דינה אין מזכירין מעשה נסים ואיבעית אימא מעשה דלאה בתוך ארבעים יום הוה כדתניא שלשה ימים הראשונים יבקש אדם רחמים שלא יסריח מג׳ ועד ארבעים יבקש רחמים שיהא זכר מארבעים יום ועד שלשה חדשים יבקש רחמים שלא יהא סנדל משלשה חדשים ועד ששה יבקש רחמים שלא יהא נפל מששה ועד תשעה יבקש רחמים שיצא בשלום ומי מהנו רחמי והאמר ר׳ יצחק בריה דרב אמי איש מזריע תחילה יולדת נקבה אשה מזרעת תחלה יולדת זכר שנאמר (ויקרא יב : ב׳) אשה כי תזריע וילדה זכר הכא במאי עסקינן כגון שהזריעו שניהם בבת אחת :

Si quis habeat mulierem prægnantem, & dicat: Placeat tibi Domine, quòd pariat maſculum &c. hæc eſt oratio vana, nec proficua, nec vtilis oratio. Oppoſuit Ràu Ioſeph. Legitur (Gen. 30. v. 21.) Et poſtea peperit filiam, & vocauit nomen eius Dinàh. *Quid eſt* ואחר Veachàr Et poſtea? *Dixit Ràu; Poſtquam ratiocinata eſt ſecum Lea, & dixit: Duodecim Tribus egreſſuræ ſunt de Iacob: iam ſex ex me exierunt, quatuor de ancillis, en*

eam ad Adam. *Dixit R. Ieremias Ben Eleazaris: Docet, quòd Deus effecit ſeipſum paranymphum primo homini. Hinc docet Lex vrbanitatem: quòd maior non dedignetur fieri paranymphus minori, nec illi ſit graue.* Eadem leguntur in *En Iſraël* Par. I. pag. 39. colum. 4 num. 102. & Pagina 61. col. 1. eodem num.

Iſtæ ſunt ineptiæ Rabbinorum, & expoſitiones viles, & indignæ, Deumque exercere faciunt muliebres artes, quod impertinens eſt.

Ibidem in fine paginæ. De renibus; & nonnullis alijs corporis humani partibus ita philoſophantur Talmudiſtæ.

ת״ר שתי כליות יש בו באדם אחת יועצתו לטובה ואחת יועצתו לרעה ומסתברא דטובה לימינו ורעה לשמאלו דכתיב (קהלת י׳: ב׳:) לב חכם לימינו ולב כסיל לשמאלו: ת״ר כליות יועצות לב מבין לשון מחתך פה גומר ושט מכניס ומוציא כל מיני מאכל קנה מוציא קול ריאה שואבת כל מיני משקין כבד כועס מרה זורקת בו טפה ומניחתו טחול שוחק קרקבן טוחן קיבה ישנה אף נעור נעור הישן ישן הנעור נמוק והולך לו: תנא אם שניהם ישנים או שניהם נעורים מיד מת:

Dixerunt Rabbanàn: Duo renunculi ſunt in homine; Vnus, conſilium dat in bonum, alter dat in malum. Quod in bonum eſt in (parte) *dextera, quod in malum* (in parte) *ſiniſtra, S. D* (Eccleſ. 10. v. 2.) Cor ſapientis ad dexteram eius, & cor ſtulti ad ſiniſtram ipſius. *Tradiderunt Rabbanàn. Renunculi conſilium dant* [R. Salom. *ſcilicet dicendo: Cordi ſic facito.*] *Cor intelligit* [R. Sal. *Quid ſibi faciendum ſit, an audire debeat conſilium renum, an non? Et vnde eſt, quòd renes conſilium ferunt? ex illo* (Pſal. 16. 7.) Benedictus Dominus, qui tribuit mihi intellectum, & nocte increpuerunt me renes mei] *Lingua incidit,* [R.

ac non poſſit ab initio exaudire quocumque tempore oret. Et oratio, vt eſt in mente Diuina nunquam eſt facto poſterior, & in cauſa eſt ipſius effectus, ſi Deo placuerit. Sed Iudæi carent communi ſenſu, nedum ſpeculatione Theologica.

Pagina 61. ferè per totum agitur de formatione Adami protoparentis noſtri, & Euæ. De Adamo egi in I. Par. pagina 64. & ſeqq. Et de Eua, ibidem pagina 75.

Ibidem paulò poſt medium, introducitur Deus, vt crinem Euæ aptet veluti Sponſæ, & Paranymphum agat.

דאמ׳ ר׳ שמעון בן מנסיא מאי דכתיב (בראשית ב׳. כ״ב:) ויבן יהוה את הצלע מלמד שקלעה הקב״ה לחוה והביאה לאדם הראשון שכן בכרכי הים קורין לקליעתא בניתא: דבר אחר ויבן אמר רב חסדא ואמרי לה במתניתא: תנא מלמד שבנאה הקב״ה לחוה כבנין אוצר מה אוצר זה קצר מלמעלה ורחב מלמטה כדי לקבל את הפירות אף אשה קצרה מלמעלה ורחבה מלמטה כדי לקבל את הולד ויביאה אל האדם: אמר רבי ירמיה בן אלעזר מלמד שנעשה הקדוש ברוך הוא שושבין לאדם הראשון מכאן למדה תורה דרך ארץ שיחזור גדול עם קטן בשושבינות ואל ירע לו:

Dicit R. Scimòn Ben Menaſià: Quid eſt, quod ſcriptum eſt (Gen. 2. 22) Et ædificauit Dominus coſtam? *Docet, quòd Deus ſanctus benedictus aptauit comam Euæ, & adduxit eam ad Adam: nam in tranſmarinis comam vocant* בנייתא *Banietha. Aliter:* Et ædificauit. *Dixit Ràu Chaſdà: Docet, quòd Deus ſanctus benedictus conſtruxit Euam tamquam ædificium theſauri. Sicut enim ædificium pro ſeruandis rebus in parte ſuperna anguſtum conſtruitur, & in inferna latum, & amplum; ita mulier anguſta facta eſt à ſupernis partibus, & lata in inferioribus, vt fœtum continere poſſit.* Et adduxit

Sanctuarij perſiſtebat, quando Aedes ſancta diruta eſt, permittitur.

Annotantur iſta veluti ſuperſtitioſa, & difficilia obſeruatu, niſi forſan à perito Mathematico, qui probè ſciat quatuor plagas mundi diſcernere.

Pagina 62. ferè per totam. Tractat de latrinis, & ritu exonerandi ventrem: de quo quamplurima futilia, vana, parùm honeſta, imò & magica quædam proferuntur, quæ conſultò relinquimus, ne hìs benè olentibus doctrinis Talmucis capiti legentis dolorem afferre, & ſimul tempus terere videamur.

Reliqui Codices huius Ordinis, qui ſunt *Peà, Demài, Chilàim, Sceuìith, Therumòth. Maaſſeròth, Maaſièr ſceni, Chalà, Orlà, & Biccurìm*, Ghemarà, ſeù Talmudem non habent.

Ordinis II. *Moëd*, Cod. *Sciabbàth*, Cap. 1. *Ietziòth*.

Pagina 11. in ipſo principio. *Scriptum eſt* (Geneſ. 14. 4.) Duodecim annos ſeruierunt Chedor laòmer, & tertio decimo anno rebellarunt. Et in quarto decimo anno &c. *Dixit Rauà Bar Machaſià: Dixit Ràu Chamà Bar* גוריא *Ghurià: Dixit Ràu* –

כל עיר שגגותיה גבוהין מבית הכנסת לסוף חרבת שנאמר (עזרא ט׳ : ט׳ :) לרומם את בית אלהינו ולהעמיד את חרבותיו , וכו׳ :

Omnis Ciuitas, cuius tecta ſunt excelſiora Synagoga, tandem deſtruetur. S. D. (Ezræ 9. 9.) Vt exaltetur Domus Dei noſtri, & ad erigendum diruta eius. *Sed de quibus ædificijs hoc intelligendum eſt? De domibus;* אבל בקשקושי ואכרורי לית לן בה : *ſed de turribus, & abrurere, id eſt fortalitijs, ſeù muris Vrbis nequaquam. Dixit Ràu Aſcè: Ego* עברי *feci, ſeù ſeruiui* [R. Sal. *ſcilicet Verbum, Vt foris promat.*] *Os complet,* [R. Sal. *id eſt pronunciat, & foris exprimit.*] ושט *Vèſcet Fiſtula cibalis recipit intus, & exprimit omnes ſpecies cibi. Canna elicit vocem. Pulmo attrahit omnia liquida. Iecur iraſcitur. Fel ſpargit in Iecore guttam, & dimittit iram. Splen riſum mouet. Ventriculus molit* (cibum.) *Stomachus dormit. Naſus vigilat. Si vigilauerit quòd dormire debet, & ſi dormierit quòd vigilare debet, defluit, & pergit ad mortem. Eſt traditio: Si ambo ipſi dormiant, vel ambo ipſi vigilent, ſtatim homo moritur.* Fabulæ omnia, & ſtultitiæ ſunt: ea, quæ attribui debent intellectui, & voluntati, attribuunt Talmudiſtæ renibus, & cordi. Sed tamen operę pretium eſt explicare illud, quod poſtremò dicitur: nam naſus, & ſtomachus ſunt quodammodò duæ excubiæ; quando alter vigilat, alter dormit; ſi ambo vigilent, ſtomachus concoquere cibum *non poteſt*: ſi ambo dormiunt, id eſt naſus claudatur, ita vt reſpirare non poſſit, homo ſtatim moritur.

Pagina 61. b. non longè à fine. *Qui ſoluit ventrem in terra Iuda, non ſoluat inter Orientem, & Occidentem, ſed inter Septentrionem, & Meridiem.* [R. Sal. *Si egerat aluum ad Orientem, & Occidentem, nudatum verget Ieruſalem verſus, ſiuè anterius, ſiuè poſteriùs. Sed ad Septentrionem, & Auſtrum poterit, modò non egerat contra Ieruſalem præcisè,*] *In Galilæa autem non egerat niſi ad Orientem, & Occidentem* (quia Galilæa eſt ad Septentrionem Terræ Iſraël.) *R. Ioſè permittit: Dicit enim ipſe: Non prohibetur hoc niſi videnti, & vbi non eſt ſepes, & tempore tantùm quando Domus*

iniuria Prophetæ Sancto illata ab iniquis Rabbinis, vide Par. II. pag. 181. & ſequentibus.

Ibidem b. non longè à fine. Tempore Meſſiæ Iudæorum mulieres quotidiè parient, & fructus arbores proferent. Huiuſmodi chimericum commentum hoc modo probant. Dicit Rabbàn Gamlièl.

עתידה אשה שתלד בכל יום שנאמר (ירמיה ל״א, ח׳ :) הרה ויולדת יחדו ליגלג עליו אותו תלמיד אמר אין כל חדש תחת השמש אמר ליה בא ואראך דוגמתו בעולם הוה נפק אחוי ליה תרנגולת ותו יתיב רבן גמליאל וקא דריש עתידים אילנות שמוציאין פירות בכל יום שנאמר (יחזקאל י״ז, כ״ג) ונשא ענף ועשה פרי : מה ענף בכל יום אף פרי בכל יום ליגלג עליו אותו תלמיד אמר והכתיב אין כל חדש תחת השמש אמר ליה בא ואראך דוגמתם הוה נפק אחוי ליה צלף:

In futurum (id eſt tempore Meſſię) *præparata erit mulier, ut quotidiè pariat. S. D.* (Ierem. 31. 8.) Concepit, & *peperit* pariter, (ſicut concipit ſingulis diebus, etiam pariet quotidiè.) *Deriſit eum diſcipulus. Dixit ei Magiſter ſuus:* Nihil nouum ſub Sole (Eccleſ. 1. 10.) *Dixit ei: Veni, & oſtendam tibi ſimile in mundo. Iuit, & oſtendit ei gallinam. Item ſedit Rabbàn, & dixit: Futurum eſt, ut arbores quotidiè toto anno producant fructus. S. D.* (Ezech. 17. v. 23.) Plantabo (Cedrum) & eleuabit ramum, & faciet fructum. *Et ſicut ramus quotidiè exiſtit, ſic erit & fructus. Deriſit eum diſcipulus. Dixit:* Nihil eſt nouum ſub Sole. (Eccleſ. 1. 9. id eſt, quod tu putas nouum, non eſt nouum.) *Veni, vide, & oſtendã tibi ſimilitudinem in mundo iſto; venit, & oſtendit illi capparem.* Sequitur de placentis, & veſtimentis, quæ ſine labore tunc exhibebuntur Iudæis; Et

in Mathà Machaſià, [R. Salom *quia fuit Caput Academiæ in vrbe Machaſià*] *quæ non deſtructa fuit. Et nonne deſtructa eſt? Propter hoc peccatum non deſtructa fuit. Dixit Ràu* תחת ישמעאל ולא תחת גוי *Pro Iſmaële, & non pro Gentili &c.* [R. Salom. *Pro Iſmaële ad ſeruiendum ei, & non pro Gentilibus Idumæis* ארומים שהיו רשעים יותר *Idumæi enim ſunt deteriores ipſis* (Iſmaëlitis).

Apud Iudæos communis ſententia omnium eſt, Chriſtianos (quos Gentiles, & Idumæos paſſim vocant) eſſe longè deteriores Turcis, qui ſub nomine Iſmaëlitarum intelliguntur.

Pagina 15, longè poſt medium. *Ioſè Ben Ioëtzer Iſc Tzaredà, & Ioſeph Ben Iochanàn Iſc Ieruſcialàim decreuerunt immunditiam ſuper terram populorum, & ſuper vaſa vitrea. Et ecce Rabbanàn 80. annis determinarunt. Quia dicit Ràu* כהנא *Cohanà: Quando ægrotauit R. Iſmaël Ben R. Ioſè, miſerunt ad eum Rabbì: Dic nobis duo, & tria verba, quæ dixiſti nobis de nomine patris tui. Miſit ad eos: Sic dixit Abbà pater meus 180. annis donec non deſtructa eſt Domus,*

פשטה מלכות הרשעה על ישראל (רשי מלכות הרשעה רומי פשטה התחילו לכבשן)

Extendit ſe Regnum impium ſuper Iſraël. [R. Salom. *Roma cæpit extendi, & cæperunt ſubiugare Iſraëlem.*] Implacabile odium contra Romanum Imperium. Et ex R. Salomone conſtat pro Imperio ſcelerato intelligi Romanum. Ibidem annotatur tranſlatio Synedrij, & ceſſatio cauſarum capitalium.

Cod. *Sciabbàth*, cap. 2. *Bamè madlikìn*.

Pagina 30. circa finem. Occiditur Dauid inſidioſè à Dæmone. De hac

Ibidem b. poſt medium. Contra Chriſtianos -

אמר ריש לקיש כל הזהיר בציצית זוכה ומשמשין לו שני אלפים ושמנה מאות עבדים שנאמר (זכריה ח׳ , כ״ג) כה אמר יהוה בימים ההם אשר יחזיקו עשרה אנשים מכל לשונות הגוים בכנף איש יהודי לאמר נלכה עמכם וגו׳ :

Dixit Reſc Lakìſc: Quicumque diligens eſt circa ציצית *Tzitzìth pallium fimbriatum, meritum conſequitur, Vt ſeruiant ei 2800. ſerui, S. D.* (Zachar. 8. 23.) Sic dicit Dominus: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent oram chlamydis viri Iudæi, dicendo: Veniemus vobiſcum, &c.

Ex hoc loco R. Salomon deſumpſit ſuum commentum ad locum citatum Zachariæ, quem ego ſuprà retuli in Pr. Parte pag. 508. col. 2. Locus Zachariæ explicatur ibidem pag. 549. & ſeqq.

Pagina 33. b. circa medium. Narratur Hiſtoria R. Simeonis Ben Iochài. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 61. col. 4. num. 23. De ea alibi.

Pagina 34. longè poſt principium. Rabbini ſunt malefici. Narratur, quòd R. Simeon Ben Iochài toruo oculo quendam reſpexit, & mortuus eſt. Poſtea

נפק לשוקא חזייה ליהודה בן גרים אמר עדיין יש לזה בעולם נתן בו עיניו ועשהו גל של עצמות :

Exijt ad plateam. Vidit Iudam Ben Gharìm. Dixit: Adhuc iſte eſt in mundo? Poſuit in eo oculos ſuos, & fecit illum cumulum oſſium. De hac Rabbinorum in proximum perfecta charitate, vide ſuprà I. Par. pag. 537. col. 2. & *En Iſraël* Par. I. pag. 62. col. 1. in fine capitis 2.

Et dixit Rabbàn Gamlièl -

עתידה ארץ ישראל שתוציא גלוסקאות וכלי מילת שנ׳ (תהלים ע״ב : י״ו) יהי פיסת בר בארץ ליגלג עליו אותו תלמיד ואמר אין כל חדש תחת השמש אמר ליה בא ואראך דוגמתן בעולם הזה נפק אחוי ליה כמיהן ופטריות ואכלי מילת נברא כר קורא :

Terra Iſraël in futuro germinabit placentas, & veſtes ſericeas: S. D. (Pſal. 72. 16.) Erit placenta frumenti in terra (quaſi vola manus). *Deriſit eum diſcipulus. Dixit ei:* Nihil nouum ſub Sole. *Veni, oſtendam tibi ſimile quid in hoc mundo. Egreſſus eſt; oſtendit ei fungos, & boletos; & veſtes ſericeas* (nempè) *ramos teneros palmæ,* quorum fructus antequam matureſcant, tela quadam inuoluuntur. De iſtis Rabbinorum ineptijs vide plura Par. I. pagina 523. & ſequentibus.

Pagina 32. longè poſt principium. Contra Chriſtianos -

רב לא עבר במברא דיתיב ביה גוי אמר דילמא מיפקיד ליה דינא עליה ומתפיסנא בהדיה : שמואל לא עבר אלא במברא דאית ביה גוי אמר שטנא בתרי אומיא לא שליט :

Ràu non tranſibat in naui, in qua ſedebat Gentilis. Dicebat: Fortaſſe tractabitur illi iudicium ſuum, & inuoluar ego vnà pariter. Samuel non tranſibat niſi quando in naui Gentilis eſſet: Dicebat: Satanas in duos populos diuerſos (ſimul) *non dominatur.* Vtrumque dictum in odium Gentilium, & Chriſtianorum, & falſum includens. Primum, quia iuſtitia Iuſti ſuper eum erit; & impietas impij erit ſuper eum. Secundum, quia Satan nullum dominium in nos habet, niſi tantùm quantum ei permittit Deus, aut nos voluntariè ſubmittimus voluntati eius.

Ord. 2. *Moëd* Cod. I. *Sciabbàth* cap. 4. *Bammè tomenin.*

Pagina 49. circa medium. Falſa miracula venditant Talmudiſtæ.

נורו מלכות הרשעה שמד על ישראל שכל המניח תפילין ינקרו את מוחו והיה אלישע מניחה ויוצא לשוק ראתו קסדור אחד רץ מפניו ורץ אחריו וכיון שהגיע אצלו נטלן מראשו ואחזן בידו אמר לו מות בידך אמר לו כנפי יונה פשט את ידו ונמצאו כנפי יונה לפיכך קורין אותו אלישע בעל כנפים :

Quodam tempore. Decreuit Regnum impium (Romanorum) *perſecutionem contra Iſraëlem, quòd qui ſibi imponetur Thephillìn excuteretur illi cerebrum. Sed Eliſæus ſibi impoſuit, & exijt in plateam. Vidit eum ſatelles quidam. Fugit à facie eius. Sed ille cucurrit poſt ipſum, & quando apprehendit eum, detraxit ſibi Thephillìn de capite, & locauit in manibus. Dixit ei: Quæ ſunt iſta, quæ geſtas in manibus? Dixit ei: Alæ Columbæ. Aperuit manum ſuam, & inuentæ ſunt alæ Columbæ. Propterea vocitatus eſt* אלישע בעל כנפים *Eliſæus ab alis.* Vt concilient deuotionem erga Thephillìn huiuſmodi miracula impudenter finxerunt. Quomodo alæ Columbæ includi poſſint in vola manus clauſæ? Vel Gigantis manus danda eſt; vel alæ Columbæ ad alas Trochili reducendæ; vel miraculum intra miraculum replicandum. Idem legitur infrà in hoc eodem Codice *Sciabbàth* cap. 19. pag. 130. non longè à fine.

Cod. *Sciabbàth*, cap. 5. *Bammè Behemà.*

Pagina 53. b. paulò poſt medium.

תנו רבנן מעשה באחד שמתה אשתו ותניחה בן לינק ולא היה לו שכר מניקה ליתן ונעשה לו נס ונפתחו לו דדין כשני דדי אשה והניק את בנו וכו' :

Tradunt Rabbanan: Opus quod accidit cuidam viro, cui mortua eſt vxor, & reliquit ei filium lactandum, nec fuit merces conducendæ nutricis. Factumque eſt ei miraculum, & apertæ ſunt ei mammæ tamquam fuiſſent duæ mammæ mulieris, & lactauit filium ſuum &c.

Non fiunt miracula niſi ob maiorem Dei gloriam & Eccleſiæ vtilitatem, & non quæ de facili, naturali modo ſuppleri poſſunt; aut ridicula appareant, vti eſſet: Si vir lactaret infantem, atque nutriret, vt fœminæ faciunt. Iſta ſunt miracula à Talmudiſtis excogitata, quæ omnia riſum mouent, & non religionem, aut pietatem promouent.

Pagina 55. in fine אמר רבי אמי אין מיתה בלא חטא ואין יסורין בלא עון וכו' :

Dixit R. Amè: Non eſt mors ſine peccato; neque ſunt flagella ſine iniquitate &c. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 63. col. 3 num. 28.

Ibidem b. longè à principio.

ארבעה מתו בעטיו של נחש ואלו הן בנימין בן יעקב ועמרם אבי משה וישי אבי דוד וכלאב בן דוד וכו' :

Quatuor mortui ſunt conſilio Serpentis. & hi ſunt: Beniamin filius Iacobi; Amràm pater Moſis; Ieſſe pater Dauidis; & Chilàb filius Dauidis &c. [R. Salom. בעטיו של נחש בעצתו של נחש שהשיא לחוה ולא בחטא אחר שלא חטאו : *Per conſilium Serpentis, qui ſeduxit Euam, nec per aliud peccatum, quia non peccauerunt.*] Benè hìc aſtruitur peccatum originale, de quo egi in II. Parte pag. 78. col. 1. & ſeqq.

Ruben filius Iacob, & Ophni, & Phinees filij Eli excuſantur in hoc loco à peccato contra Sacram Scripturam, quę apertè dicit, de Ruben (Gen. 35. 22.)

וילך ראובן וישכב את בלהה פילגש אביו וישמע ישראל :

miſſa, ſed pœna non extenditur ad ea, quæ olim commiſſa ſunt. Huiuſmodi autem inceſtum Ruben ſatis conſtat fuiſſe damnatum à Iacobo, dum benediceret Ruben. Geneſ. 49. 4. Ad locum Gen. 35. 22. quo diſertè habetur: Ruben concubuiſſe cum Bilhah concubina patris ſui, idem R. Scimòn dicit -

עלבון אמו תבע אם אחות אמי תהא צרה לאמי שפחת אחות אמי תהא צרה לאמי עמד ובלבל את מצעה ׃

Iniuriam matris ſuæ poſtulauit. Si ſoror matris meæ (dicebat) *fuit* (illa, quæ in hoc lectulo dormiuit) *æmula matris meæ eſt. Ancilla ſororis matris meæ: erit æmula matris meæ. Stetit, & ſtratum confudit.*

אחרים אומרים שתי מצעות בלבל אחת של שכינה ואחת של אביו והיינו דכתיב (בראשית מט ד׳ ׃) אז חללת יצועי עלה אל תקרי יצועי אלא יצועיי ׃

Alij dicunt: Duos lectulos confudit, vnum Diuinitatis, & alterum patris. [R. Salom. *Sic faciebat Iacob in quatuor tabernaculis vxorum ſuarum. Ponebat lectulum Diuinitati, & in ipſo tabernaculo, in quo videbat Diuinam Maieſtatem, accedebat, & pernoctabat ibi.*] *Et hoc eſt quod ſcriptum eſt* (Gen. 49. 4.) Tunc profanaſti ſtratum meum, aſcendit. *Ne legas* יצועי ſtratum meum, *ſeù* lectulum meum, *ſed* יצועיי *lectulos meos.*] R. Sal.

חלל שם אותו שעלה על יצועי דהיינו שכינה מדלא כתיב יצועי עלית טעם אחר עד שלא נכנת אהל מועד היתה שכינה מצויה באהלי צדיקים ׃

Profanauit nomen illius, qui aſcendit, videlicet Diuinitatis. Ex eo, quòd ſcriptum non eſt יצועי עלית *lectulum meum aſcendiſti, ſed* aſcendit.] *Senſus alter. Donec non fuit ædificatum Tabernaculũ Teſtimonij* (in quo habitabat Diuina Maieſtas) *inueniebatur Diuinitas in Tabernaculis iuſto-*

ישראל, *Et abijt Ruben, & concubuit cum Bilhàh concubina patris ſui. Et audiuit Iſraël.* de qua turpirudine conqueritur pater (Gen. 49. 4.) dum filijs benedicit, & loco benedictionis ad eum hæc verba refert, אל תותר כי עלית משכבי אביך וגו׳ *Ne fias excellens* (Vulgata: *Ne creſcas*) *quia aſcendiſti cubilia patris tui &c.* Et Talmud hiſce Scripturis ſe opponit, & dicit: כל האומר ראובן חטא אינו אלא טועה: *Quicumque dicit, Ruben peccauit, non eſt niſi errans.* Sed Sacra Scriptura hoc dicit, ergo Sacra Scriptura errat. Hoc debet concedere R. Iochanàn, qui hunc errorem adinuenit, & auctoritate ipſius Sacræ Scripturæ nititur probare (Geneſ. c. 35. 22.) *Et fuerunt filij Iacob duodecim*; מלמד שכולם שקולין כאחת *Docet omnes fuiſſe eiuſdem ponderis.* Sed quia premitur à Scriptura dicente: *Et concubuit cum Bilhah concubina patris ſui,* putat ſe eam ſaluare ſi dicatur שבלבל מצעו של אביו ומעלה עליו הכתוב כשאלו שכב עמה ׃ *Quòd confuderit ſtratum patris ſui, & Scriptura tribuit ei, quaſi concubuiſſet cum ea.* Ergo ſecundùm hanc Talmudicam ſententiam Scriptura iniquè agit, dum enorme delictum, quod commiſſum non eſt, innocenti attribuit.

Aliam excuſationem adinuenit Rabbì Scimòn Ben Eleazaris, vt Ruben excuſare poſſet à culpa. Dicit enim -

איפשר עתיד זרעו לעמוד על הר עיבל ולומר (דברים כז׳ ׃ יג׳ ׃ וכ׳) ארור שוכב עם אשת אביו ׃

Numquid debuit ſtare ſemen eius ſuper montem Euàl, & dicere (Deuteron. 27. v. 13. 20.) Maledictus, qui coierit cum vxore patris ſui?

Hæc congruentia nihil probat, quia Lex præcauet in futurum, ne committantur delicta, & damnat delicta com-

ſtorum. Vt poſſint Iudæi ſua falſa commenta vtcumque ſaltem ſecundùm apparentiam firmare, relicta Sacræ Scripturæ veritate, ad fabulas conuertuntur.

Pagina eadem 55. b. longè ante finem. *Dixit R. Samuel Bar Nachmani: Dixit Rabbì Ionathàn* -

כל האומר בני עלי חטאו אינו אלא טועה שנ׳ (שמואל א׳ ׃ ד׳ ׃ ד׳ ׃) ושם שני בני עלי עם ארון ברית האלהים חפני ופינחס ׃

Quicumque dicit: Filij Eli peccauerunt, non eſt niſi errans, S. D.) 1. Sam. 4. 4.) Et ibi (erant) duo filij Eli cum Arca Fœderis Dei Chophnì, & Pinchàs, &c.

Apertè pugnat Talmùd contra Scripturam, & licèt conentur Talmudiſtæ eam violenter detorquere ad prauũ ſenſum, attamen nimis clarè de peccatis Ophni, & Phinees loquitur cap. 2. I. Sam. v. 12. vbi filij Eli, filij Belial vocantur. Et ver. 17. dicitur peccatum eorum fuiſſe magnum valdè coram Domino. Confer ver. 22. & ſequentes eiuſdem capitis. Iſti tamen ſceleſti homines dicunt, filios Eli non peccaſſe, & qui dicunt eos peccaſſe, errare. Sic blaſphemant in S. Scripturam. Hoc idem habetur infra Cod. *Iomà* c. 1. pag. 9. in fine.

Eadem pagina in fine, & principio ſequentis, dicit *R, Samuel Bar Nachmani, dixit Rabbì Ionathàn* -

כל האומר בני שמואל חטאו אינו אלא טועה שנ׳ (שמואל א׳ ׃ ח׳ ׃ א׳) ויהי כי זקן שמואל ובניו לא הלכו בדרכיו הוא דלא הלכו מהטא נמי לא חטאו אלא מה אני מקיים ויטו אחרי הבצע שלא עשו כמעשה אביהם שהיה שמואל הצדיק מחזר בכל מקומות ישראל ודן אותם בעריהם שנאמר (שמואל א׳ ׃ ז׳ ׃ יו׳ ׃) והלך מדי שנה בשנה וסבב ביתאל והגלגל והמצפה ושפט את ישראל והם לא עשו כן אלא ישבו בעריהם כדי להרבות שכר לחזניהן ולסופריהן כתנאי ויטו אחרי הבצע ׃ רבי מאיר אומר חלקם שאלו בפיהם ׃ רבי יהודה אומר מלאי הטילו על בעלי בתים ׃ רבי עקיבא אומר קופה יתירה של מעשר נטלו בזרוע ׃ רבי יוסי אומר מתנה נטלו בזרוע ׃

Qui dicit, quòd filij Samuel peccauerunt, non eſt niſi errans S. D. (1. Sam. c. 8. 1.) Et fuit cùm ſenuiſſet Samuel: & filij eius non ambulauerunt in vijs eius. *In vijs eius non ambulauerunt, ne peccarent; nec etiam peccauerunt. Sed quomodo ego ſaluo* (Ibid. v. 3.) Et declinauerunt poſt auaritiam? *Quia non fecerunt ſecundùm opera patris eorum. Quia Samuel erat iuſtus, obibat omnia loca Iſraëlis, & iudicabat eos in Ciuitatibus eorum, S. D* (Ibid. cap. 7. 16.) *Et* ibat ex anno in annum, & circuibat Bethel, & Ghilgàl, & Mitzpà, & iudicabat Iſraëlem. *Sed ipſi non ſic faciebant, ſed ſedebant in ſuis Ciuitatibus, Vt multiplicarent mercedem ſuis famulis, & Scribis: Secundùm Doctores Tanaitas* (hoc modo dicitur) *Et declinauerunt poſt auaritiam. R. Meir dicit: Partem ſuam poſcebant ore proprio.* [R. Salom: *Id eſt decimam primam conuenientem ſibi, ipſi poſcebant ore proprio, quia fuerunt magni in ea ætate, & Iudices non prohibebant eis, & reliqui Leuitæ erant pauperes, nec reſiſtere poterant: & ſecùndùm R. Meir non peccauerunt in inclinatione Iudicij.*] *R. Iudas dicit: Plenitudinem ponebant ſuper patres familias.* [R. Sal. *Ponebant eis pragmatiam, in qua ſe exercerent, & darent ſibi mercedem, & munera; ſic trahebatur cor eorum ad inclinandum Iudicium, quando ad Iudicium accedebant* (Iſraëlitæ) *& hoc eſt*: peccauerunt.] *R. Akibà dicit: Arcam, vel capſam eleemoſynariam maiorem, quàm deceret pro de-*

decima acceperunt cum armo. *R. Ioſè dicit : Munus receperunt cum armo.* [R. Salom. *Munera recipiebant armum cum genis, & pectuſculo, & ipſi non erant Sacerdotes.*]

Impudens expoſitio Talmudiſtarum huius loci 1. Sam. 8. 1. *Et filij* (Samuelis) *non ambulauerunt in vijs eius* (id eſt patris ſui, & ſtatim ſubdit Scriptura) *ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt Iudicium.* Quid clariùs? Et tamen Talmudiſtæ impij perfricta fronte opponunt ſe Scripturæ, & inclamant, eos errare, qui dicunt: quòd filij Samuelis peccauerint. Porrò non hìc ſubſiſtunt Talmudiſtarum blaſphemiæ contra textum Sacræ Scripturæ, ſed ſtatim ſubdit Rabbì Samuel Bar Nachmanì -

אמר רבי שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן כל האומר דוד חטא אינו אלא טועה וכו׳ :

Dixit R. Samuel Bar Nachmanì : Dixit R. Ionathàn : Quicunque dixerit, quòd Dauid peccauerit, non eſt niſi errans &c. Reliquum, quod hìc reticetur, per extenſum totum inuenies Par. II. pagina 102. col. 1. & ſeqq. cum ſua confutatione. Sed tranſeamuſ ad reliqua.

Pagina 56. b. circa medium -

אמר רבי שמואל בר נחמני אמר ר׳ יונתן כל האומר שלמה חטא אינו אלא טועה שנאמר (מלכים א׳ : יא״ : ד׳ :) ולא היה לבבו שלם עם יהוה אלהיו כלבב דוד אביו כלבב דוד אביו הוא דלא היה מיחטא נמי לא חטא אלא מה אני מקיים (שם) ויהי לעת זקנת שלמה נשיו הטו את לבבו ההיא כרבי נתן דרבי נתן רמי כתיב ויהי לעת זקנת שלמה נשיו הטו והכתיב כלבב דוד אביו הוא דלא הוה מחטא נמי לא חטא הכ ויהי לעת זקנת שלמה נשיו הטו את לבבו ללכת אחרי אלהים אחרים ולא הלך והכתיב אז יבנה שלמה במה לכמוש שיקוץ מואב שביקש לבנות ולא בנה אלא מעתה אז

יבנה יהושע מזבח ליהוה שבקש לבנות ולא בנה אלא דבנה הבא נמי דבנה אלא כדתניא רבי יוסי אומר ואת הבמות אשר על פני ירושלם אשר מימין להר המשחה אשר בנה שלמה מלך ישראל לעשתרות שקוץ צדונים וגומר איפשר בא אסא ולא ביערם יהושפט ולא ביערם עד שבא יאשיהו וביערם והלא כל ע״ו שבארץ ישראל אסא ויהושפט ביערום אלא מקיש ראשונים לאחרונים מה אחרונים לא עשו ותלו בהן לשבח אף ראשונים לא עשו ותלה בהן לגנאי והכתיב (א׳ : מלכי׳ יא״ : ו׳) ויעש שלמה הרע בעיני יהוה אלא מפני שהיה לו למחות בנשיו מעלה עליו הכתוב כאילו חטא. אמר רב יהודה אמר שמואל נח לו לאותו צדיק שיהא שמש לדבר אחר ואל יכתב בו ויעש הרע בעיני יהוה אמר רב יהודה אמר שמואל בשעה שנשא שלמה את בת פרעה הכניסה לו אלף מיני זמר ואמרה לו כך עושין לע״ז פלונית וכך עושין לע״ז פלונית ולא מיחה בה אמר רב יהודה אמר שמואל בשעה שנשא שלמה את בת פרעה ירד גבריאל ונעץ קנה בים ועלה בה שרטון ועליו נבנה כרך גדול במתנית׳ תנא אותו היום שהכניס ירבעם שני עגלי זהב אחד בביתאל ואחד בדן נבנה צריף אחד וזהו אטיליאה של יון :

Dixit R. Samuel Bar Nachmanì : Dixit R. Ionathàn : Quicumque dicit, quòd Salomon peccauit, non eſt niſi errans : S. D. (1. Regum 11. 4.) Et non erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris ſui. *quia non habebat peccatum. Inſuper non peccauit. Sed quomodo ego tuebor* (Ibidem) Et fuit in tempore ſenectutis Salomonis, vxores eius inclinauerunt cor eius. *Hoc eſt ſecundùm R. Nathàn. Quia R. Nathàn obijciebat. Scriptum eſt :* Et fuit in tempore quo ſenuerat Salomon, vxores eius inclinauerunt. *Et nonne ſcriptum eſt :* Sicut cor Dauid patris ſui. *Secundùm cor Dauid patris ſui eſt, quia non fuit peccans. Etiam non fuit peccans, ſic ſi quis dicit :* Et fuit in tempore ſenectutis Salomonis, vxores eius inclinauerunt cor eius vt iret

poſt

mare, & aſcendit in eum cumulus arenæ, & in ea ædificata eſt Ciuitas magna. [R. Salom. *Arena, & lutus ſimul mixti adhæſerunt arundini, & paulatim creuit in vaſtam molem, ſuper quam ædificata eſt Ciuitas magna Roma, Iſraëlis æmula. Et hac eſt, quæ vocatur in Codice Meghillà Italia* של יון *ſcel Iauàn Græcorum.*] *In Miſcnà legitur: quòd ea die, qua intulit Ieroboam duos vitulos aureos, alterum in Bethel, & alterum in Dan ædificatum eſt* צריף *Tzariph in Tugurium.* [R. Salom. *In cumulo illo, quod creuit in diebus Salomonis. Tzariph eſt* כוך קטן *foſſa parua piſcatorum, quam conſtant è cannis, & ſalicibus, & exinde coanguſtatæ ſunt domus ſuper domos,*] *& hac eſt Italia ſcel Iauàn Græciæ.* [R. Salomon: *Italia, nomen eſt Vrbis, & ipſa eſt de Prouincia Græciæ, & quando Roma obtinuit Regnum Græcorum cæperunt illam, & ſubuerterunt.*]

Magna impudentia eſt negare id, quod Scriptura expreſsè affirmat. Scriptura dicit 1. Regum 11. v. 4. *Et fuit tempore ſenectutis Salomonis; vxores eius inclinauerunt cor eius poſt Deos alienos, &c.* ver. 5. *Et iuit Salomon poſt Aſtòreth Deum Sidoniorum, & poſt Milcòm abominationem Ammonitarum.* ver. 6. *Et fecit Salomon malum in oculis Domini. &c.* ver. 7. *Tunc ædificauit Salomon Excelſum ipſi Chemòſc abominationi Moab in monte, qui eſt è regione Ieruſalem, & Mòlech abominationi filiorum Ammòn.* ver. 8. *Et ſic fecit omnibus vxoribus ſuis alienigenis &c.* ver. 9. *Et iratus eſt Dominus contra Salomonem, quia declinauerat cor eius à Domino Deo Iſraël.* Ex his euidenter patet Salomonem commiſiſſe Idololatriam, & in cauſa fuiſſe, vt & po-

poſt Deos alienos, *& non abijt. Et nonne ſcriptum eſt* (Ibidem ver. 7.) Tunc ædificauit Salomon excelſum ipſi Chemòſc abominationi Moab. *quia voluit ædificare, & non ædificauit, ſed ex nunc:* Tunc (Ioſue 8. 30.) ædificauit Ioſue Altare Domino: *quia quæſiuit ædificare, & non ædificauit. Sed quòd ædificauit, hic etiam quòd ædificauit, niſi quemadmodum traditur in Miſcnà. R. Ioſè dicit:* (2. Regum 23. 13.) Et excelſa, quæ erant ſuper faciem Ieruſalem; quæ à dextris montis Oliueti, quæ ædificauerat Salomon Rex Iſraël Aſtòreth Idolo Sidoniorum &c. *Probabile ne eſt, quòd venerit Aſa, & non combuſſerit; Ioſaphat, & non combuſſerit ea, donec venerit Ioſias & combuſſerit ea? Et nonne omnia idola, quæ erant in terra Iſraël, Aſa & Ioſaphath combuſſerunt ea? ſed iungit prima cùm nouiſſimis* [R. Salomon. *Comparat ædificium Salomonis cùm ſublatione & remotione Ioſiæ*] *ſicut nouiſſima non fecerunt & attribuit eis in laudem; etiam prima non fecerunt, & attribuit eis in vituperium. Et nonne ſcriptum eſt* (1. Regum 11. 6.) Et fecit Salomon malum in oculis Domini? *Sed quia fuerat ei prohibendum vxoribus ſuis, tribuit ei Scriptura quaſi peccauerit. Dixit Ràu Iudas, Dixit Samuel: Satis eſſe debuerat, Quòd eſſet inſeruiens rei alteri* (Id eſt idololatriæ) *& non ſcriberetur de eo, quòd fecerit malum in oculis domini. Dixit Ràu Iudas Dixit Samuel: Quando duxit Salomon filiam Pharaonis, introduxit ei mille ſpecies muſices. Dixitque ei: ſic colitur Idolum N. & ſic aliud N. & non reprehendit illam. Dixit Ràu Iudas, Dixit Samuel: In hora, qua duxit Salomon filiam Pharaonis, deſcendit Gabriel, & infixit calamum in*

לומר בכל מאורו שנתן להם משלו ופליגא דרב דא׳
רב אין לך גדול מבעלי תשובה יותר מיאשיהו בדורו
ואחד כדורנו ומני אבא אבות דרבי ירמיה בר
אבא :

Dixit R. Samuel Bar Nachmanì, Dixit R. Ionathàn : Quicumque dicit: Ioſias peccauit, non eſt niſi errans, S. D. (2. Regum 22. 2.) Et fecit rectum in oculis Domini: & ambulauit in omni via Dauid patris ſui. *Sed quomodo ſaluabo id quod dicitur* (Ibidem 23. v. 25.) Et ſicut ipſe, non fuit ante eum Rex, qui reuerſus eſt &c. [R. Sal. *Ergo priùs peccauerat.*] *Quia omne iudicium, quod iudicauit ab anno octauo ætatis ſuæ vſque ad 18. reuerti fecerunt ea illis, ne fortè diceretur; Abſtulit huic, & dedit illi.* [R. Salomon: *Fuit inſtructus in rebus cùm eſſet puer octo annorum, & 18. anno ſuæ ætatis inuentus eſt liber Legis, & conſiderauit, & perpendit Legem, & iudicia Legis, tam ſcriptæ, quàm traditæ, & cognouit ſe erraſſe in iudicijs.*] *Et conſidera quod dicitur de eo:* (Ibidem) Et in tota validitate ſua, *quia dedit illis de ſuo; ſed aduerſatur huic quod dicit Ràu: nempè: Non habes præſtantiorem hominem ex ijs, qui fecerunt pœnitentiam, Ioſia, ſuo ſcilicet ſeculo, & vno in ætate noſtra. Et quis eſt ille? Pater patris R. Ieremiæ Bar Abbà &c.* Ioſias fuit bonus, & iuſtus Rex, nec vnquàm malum fecit, vt indigeret pœnitentia. Locus ille 2. Regum 23. 25. non benè exponitur: nam quod legitur: *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua, iuxta omnem Legem Moyſi: neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi.* Non loquitur de Ioſia, ſed de Regibus, qui fuerunt ante illum: vnde

populus idem faceret, vt non obſcurè colligitur ex verſiculo 33. eiuſdem capitis. *Eò quòd* (inquit) *dereliquerunt me, & incuruauerunt ſe Aſtòreth Deo Sidoniorum; Chemòſc Deo Moab, & Milchòm Deo filiorum Ammon, & non ambulauerunt in vijs meis, vt facerent rectum in oculis meis, & decreta mea, & iudicia mea ſicut Dauid pater eius.* Ex his apparet, quòd non tantùm Salomon commiſerat Idololatriam eundo poſt Deos alienos, ſed exemplo ſuo idem fecerat & populus. Non ergo dicendum, vt Talmudiſtæ dicunt, Salomonem non peccaſſe, neque ædificaſſe Excelſa prope Ieruſalem, ſed tantùm voluiſſe ædificare, & alia facere, quæ ei à Scriptura imponuntur, non tamen feciſſe. Sic Sacram Scripturam à Spiritu Sancto dictatam mendacem faciunt, & in Spiritum Sanctũ blaſphemant Talmudiſtę, cùm eum impoſtorem faciant, dum tribuit Salomoni ver. 5. capitis 11. primi Regum, eum iuiſſe poſt Deos alienos, malum feciſſe in oculis Domini, & Excelſum ædificaſſe prope Ieruſalem, cùm tamen nihil horum fecerit, ſecundùm eos, quod quidem aſſerere magnum piaculum eſt. Cæterùm quod dicunt de origine Romæ, de Italia Græcorum, & ſimilia, fabulæ ſunt Talmudiſtarum; de quibus fuſiùs infrà Cod. *Meghilà* capite 1. eadem pagina 6. b. circa med. De Ioſia hoc pacto idem Rabbì Samuel ait -

אמר רבי שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן כל האומר
יאשיה חטא אינו אלא טועה שנאמר (מלכים ב׳ , כ״ב:
ב) ויעש הישר בעיני יהוה וילך בכל דרך דוד אביו
אלא מה אני מקיים וכמוהו לא היה לפניו מלך אשר
שב וגומר שכל דין שדן מבן שמנה עד שמנה עשר
החזירן להן שמא תאמר נטל מזה ונתן לזה תלמוד

Propter ש *Scin, quia inquit Auijè* ש *Scin Thephillinorum eſt Conſtitutio Moſis è Sinai.* Et proſequitur Auijè ד׳ של תפילין חלכה למשה מסיני ׃ ד *Dàleth Thephillinorum eſt Conſtitutio Moſis ex Sinai.* Item;

ואמר אביי יוד של תפילין הלכה למשה מסיני ׃

Et dixit Auijè י *Iod Thephillinorum eſt Conſtitutio Moſis ex* (monte) *Sinai.*

De huiuſmodi Thephillin ſuperſtitioſa compoſitione, & geſtatione egi ſuprà in I. Parte pag. 556. colum. 2. & ſeqq. Et pagina 567. & ſeqq. non eſſe à Moſe ex monte Sinai, ſed à Phariſæis, & ſuperſtitioſis Rabbinis inuenta, oſtendi.

Pagina 63. b. longè poſt medium -

ציץ כמין טס של זהב ורוחב שתי אצבעות ומוקף מאוזן לאוזן וכתוב עליו בשני שיטין יוד הא למעלה וקודש למ״ר למטה ואמ׳ רבי אלעזר ברבי יוסי אני ראיתיו ברומי וכתוב קדש ליהוה בשיטה אחת כי סליק רב דימי לנהרדעא שלח להו דברים שאמרתי לכם טעות הם בידי ׃

Tzitz erat inſtar laminæ aureæ, & latitudo duorum digitorum. & ambiebat ab ab aure ad aurem, & ſcriptum erat in ea duabus lineis י *Iod,* ה *He ſupernè, &* קודש ל *infernè. Et dixit R. Eleazar Ben R. Iosè. Ego vidi illam Romæ. & ſcriptum erat* קדש ליהוה Kòdeſc Ladonài *vnica linea.* [R. Salom. *Quia ille ingreſſus eſt in theſauro Regis, vt acciperet ſibi quod vellet.*] Vide *En Iſraël* Parte I. pag. 66. col. 1. num. 39.

Pag. 65. & ſeqq. Nonnullæ ad Medicinam adhibentur herbæ, lapides, vel quædam alia, ſuperſtitioſis modis, præparata, quæ hìc recenſere nimis tædioſum eſſet, neque ſine nauſea legerentur. Sicut & alia ſuperſtitioſa magica remedia cum inuocatione nominum ignotæ ſignificationis etiam ad portenta, verba Textus ita ſunt explicanda: nempe ex omnibus Regibus, qui fuerunt ante Ioſiam, non fuit ante illum Rex, qui rediret à peccato quod fecerat. Sed inde non ſequitur, quòd Ioſias peccauerit, cùm de eo Scriptura nullam fecerit mentionem.

Ordinis II: *Moëd*, Cod. 1. *Sciabbàth* cap. 6. *Bammè Iſcià.*

Pagina 61. longè poſt principium, & circa medium. Diſputant, quomodo induendi ſint calcei. Eſt quorundam ſententia, quòd priùs induendus ſit calceus ſiniſtri pedis, quia ſic fit in Thephillìn, priùs apponuntur in ſiniſtro brachio. Sed -

ת״ר כשהוא נועל נועל של ימין ואח״כ נועל של שמאל כשהוא חולץ חולץ של שמאל ואח׳ כך חולץ של ימין כשהוא רוחץ רוחץ של ימין ואח״כ רוחץ של שמאל כשהוא סך סך של ימין ואח״כ שמאל והרוצה לסוך כל גופו סך ראשו תחילה מפני שהוא מלך על כל איבריו ׃

Docuerunt Rabbanàn: Qui induit calceum, induit (priùs) *dexterum, & poſtea ſiniſtrum. Qui exuit, exuit* (priùs) *ſiniſtrum, & poſtea dexterum. Cùm autem ligauerit, ligat* (priùs) *dexterum, & poſtea ſiniſtrum. Cùm verò voluerit totum corpus tegere, tegat priùs caput ſuum, quoniam ipſum eſt Rex inter reliqua membra.*

Iſtæ ſunt ſuperſtitioſæ, & vanæ obſeruationes; quas Iudæi pro religione recipiunt, & ad praxim etiam hodie reducunt, teſte Leone Mutinenſi in ſuo libello de Ritibus Hebraicis capite 5. numero 11.

Pagina 62. non longè à principio. Qui ingreditur latrinam, relinquit Thephillin longè à ſe quatuor cubitis. Huius rei talis aſſignatur ratio -

משום שין דאמר אביי שין של תפילין הלכה למשה מסיני ׃

דגבורה נחלק לשבעים לשונות :

Dixit R. Iochanàn : Quid eſt quod ſcriptum eſt (Pſal. 68. 12.) Dabit verbum annunciantium virtute multa. *Quodlibet Verbum , quod exibat de ore Dei, diuidebatur in* 70. *linguas .*

תנא דבי רבי ישמעאל וכפטיש (ירמיה כ״ג : כ״ט) וכפטיש יפוצץ סלע מה פטיש זה נחלק לכמה ניצוצות אף כל דיבור שיצא מפי הקדוש ברוך הוא נחלק לשבעים לשונות :

Thenà de Be R. Iſcmaël : Eſt doctrina de Schola R. Iſmaëlis (Ierem. c. 23. v. 29.) Et ſicut malleus conterens petram . *Sicut mallei* (percuſſione) *diuiditur* (petra) *in multiplices partes ; ita quodlibet verbum , quod egrediebatur de ore Dei , diuidebatur in* 70. *linguas .*

Expoſitio craſſa , & materialis .

Pagina eadem b. longè ante finem -

אמר ר׳ יהושע בן לוי כשעה שעלה משה למרום אמר מלאכי השרת לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם מה לילוד אשה בינינו אמר להן לקבל תורה באאמרו לפניו חמודה גנוזה שגנוזה לך מששת ימי בראשית תשע מאות ושבעים וארבעה דורות קדם שנברא העולם אשה מבקש ליתנה לבשר ודם (תהלים ח׳ : ה׳) מה אנוש כי תזכרנו ובן אדם כי תפקדנו יהוה אדונינו מה אדיר משך בכל הארץ :

Dixit R. Ieoſciùa Ben Leuì . Quando Moſes aſcendit in altum , dixerunt Angeli miniſterij coram Domino : Rector mundi : Quid nato de muliere nobiſcum ? Dixit Vt Legem recipiat , Venit . Dixerunt coram eo . Res deſiderabilis repoſita , quam tibi repoſuiſti à ſex diebus Bereſcith creationis 974. *ætates antequam crearetur mundus, communicabitur per te carni , & ſanguini.* (Pſal. 8. 5.) Quid eſt homo , quòd memor es eius ; aut filius hominis , quia viſitas eum ? Domine Dominus noſter , quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra !

ta , & maleficia perpetranda , quæ meritò igni damnata ſunt , ſicut eorum Auctores Rabbini à Diabolo edocti , æternis cruciatibus damnati , inextinguibili igne in Gehenna cremantur. Quædam ex his etiam reperiuntur in *En Iſraël* Pr. Par. pag. 66. col. 2. num. 44.

Ord. II. *Moëd* Cod. 1. *Sciabbàth* cap. 7. *Chilàl gadòl .*

Pagina 69. b. circa med. *Dicit Ràu* הונא *Hunà: Aliquis iter facit, nec ſcit quando eſt Sabbathum* ומנה ששה ימים ומשמר יום א׳ *numerat ſex dies, & ſeruat diem Vnum ,* חייא בר רב אומר *Chijà Bar Ràu dicit :* משמר יום אחד ומונה ששה: *ſeruat diem Vnum, & numerat ſex .* Ex hac doctrina ſanctitas Sabbathi transferri poteſt in alium diem profanum hebdomadæ .

Eiuſdem Capite 9. *Rabbì Akibà,*

Pagina 88. circa medium -

אמר ריש לקיש מאי דכתיב (בראשית א׳ : ל״א) ויהי בקר יום הששי ה׳ יתירה למה לי מלמד שהתנה הקב״ה עם מעשה בראשית ואמר להם אם ישראל מקבלים התורה אתם מתקיימין ואם לאו אני מחזיר אתכם לתוהו ובוהו :

Dixit Reſc Lakiſc : Quid eſt quod ſcriptum eſt (Gen. 1. 31.) Et fuit veſpere , & fuit mane dies (il) ſextus. *Illa litera* ה *He redundans* (notata per articulum Italicum (il) *quid ſignificat ? Docet, quòd pactū fecit Deus cum opere Bereſcith creationis . Et dixit eis : Si Iſraëlitæ recipient Legem , vos permanebitis ; ſin minus, ego redigam Vos in* Tohù , *&* Vohù , *in vanum , & Vacuum , in Chaòs .*

O frigidum Apologum inter Deum , & res creatas fundatum ſuper vnicam literam redundantem ;

Ibid. 88. b. longè poſt principium -

אמר ר׳ יוחנן מאי דכתיב (תהלים ס״ח : י״ב) יתן אומר המבשרות צבא רב כל דיבור ודיבור שיצא מפי

Vade ad filium Amram. Abijt ad Moſen, & dixit ei: Lex, quam dedit tibi Deus, vbi eſt? Dixit ei: Et quomodo? Quidnam ſum ego, cui Deus dederit Legem? Dixit Deus Moſi: Moſes, mendax es? Dixit ei רבש״ע חמודה גנוזה יש לך שאתה משתעשע בה בכל יום אני אחזיק טובה לעצמי : אמר לו הקב״ה למשה הואיל ומיעטתה עצמך תיקרא על שמך שנ׳ (מלאכי ג׳ : כ״ב) זכרו תורת משה עבדי וגו׳ :
Rector mundi: Res deſiderabilis repoſita eſt apud te, in qua quotidie te oblectas: ego tantum bonum mihi ipſi retinebo? Dixit Deus ſanctus benedictus Moſi. Poſtquam tu teipſum imminuiſti, Lex appellabitur de tuo nomine: quia dicitur (Malachiæ 3. 22.) Recordamini Legis Moſis &c.

Vt Legem Moſaicam laudent, & exaltent, parum curant Rabbini, quòd Diuina Maieſtas vilis reddatur, dum eam occupari faciant quotidiè circa Legem. Vnde non eſt mirum, ſi ipſum Deum tamquam Alphabetarium, & docentem ſcribere literas in propatulum abducant, vbi ibidem immediatè habetur ſic -

אמה ר׳ יהושע בן לוי בשעה שעלה משה למרום מצאו להקב״ה שהיה קושר כתרים לאותיות :

Dixit R. Ieoſciùa Ben Leuì: Ea hora, qua Moſes aſcendit in altum inuenit Deũ ſanctum benedictum ligantem coronas literis. [R. Sal. *Illis literis, de quibus loquitur cap.* הבונה *Corona literæ* ק *Koph iuxta* ר *Reſc, atque ita* שעט נוגץ *quia quælibet litera opus habet tribus accentibus ſicut in Codice* מנחות] Sequitur -

אמר משה אין שלום בעירך אמר לפניו כלום יש עבד שנותן שלום לרבו אל״ היה לך לעזרני מיד אמר לו (במדבר יד״ : יז״) ועתה יגדל נא כח יהוה כאשר דברת :

Dixit Moſi: Nonne eſt conſuetudo in regione tua ſalutationis? Dixit coram eo (Mo-

Omnia intelligibilia putant Iudæi materialiter facta, & ob id in graues errores incidunt; vt hic dum credunt Moſen aſcendiſſe corporaliter in cælum, & Legem repoſitam in gaza Dei antequam mundus crearetur per 974. ætates fuiſſe. Ergo antequam mundus crearetur, erat tempus, & motus, quia ætates menſurantur tempore, & tempus eſt menſura motus. Et hoc dicitur factum à ſex diebus creationis. Ergo non repoſita eſt Lex ante mundi creationem. Hinc videtur Iudæos Talmudiſtas non intelligere creationem rerum à principio; vel credere, antequam mundus crearetur, iam mundum fuiſſe, quia iam ætates numerabantur. Quod quàm abſurdum ſit, nullus eſt, qui non videat, excepto cœcutiente Iudæo. Vnde mirum non eſt, ſi verſiculum Pſal. 8. 5. non intellexerint: *Quid eſt homo quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum?*

Ord. II. *Moëd* Cod. 1. *Sciabbàth* cap. 9. *Rabbì Akibà.*

Pagina 89. ante medium. Incipit - בשעה שירד משה מלפני הקב״ה וכו׳ : *Ea hora, qua deſcendit Moſes à facie Domini, venit Satan, & dixit coram eo: Rector mundi, vbi eſt Lex? Dixit ei: Poſui illam in terris. Abijt in terram, dixit terræ: Lex vbi eſt? Dixit ei: Deus intelligit viam eius. Abijt ad mare, & dixit ei: Non eſt mecum. Ad Abyſſum, dixit ei: Non eſt in me. Quia legitur* (Iob 28. v. 14.) Abyſſus dixit, Non eſt in me: & mare dixit, Non eſt apud me. Perditio, & Mors dixerunt (Ibid. v. 22.) auribus noſtris audiuimus auditum eius. *Redijt, & dixit coram Deo: Rector mundi, perluſtraui, & rimatus ſum vniuerſam terram, nec inueni eam. Dixit ei* (Deus)

ולא השגיחו עליו הראה להן דמות מטתו והיינו דקאמרי ליה לאהרן (שם) כי זה משה האיש וגו׳ ׃

Ea hora, qua Moſes aſcendit in altum, dixit Iſraëli ad finem 40. *dierum in principio ſexta* (horæ) *ego adero. In fine* 40. *dierum venit Satan, & perturbauit mundum. Dixit eis: Moſes Magiſter veſter vbi eſt? Dixerunt ei: Aſcendit in altum. Dixit eis: Venerunt ſex horæ, & non vidiſtis eum: mortuus eſt, & non vidiſtis eum. Oſtendit eis ſimilitudinem feretri illius. Et hoc eſt quod dixerunt Aharoni* (Ibidem) Nam Moſi iſti viro quid acciderit &c.

Et hæc inter alias fabellas Talmudicas connumerari debet.

Pagina 90. b. in fine cap. 9. Quæritur, quid ſit צפורת כרמים *Tzippòreth cheramim Paſſer Vinearum*. Docet Auijè, quomodo pars illius manducanda, alia aſſeruanda ſit in calamo æneo 60. ſigillis ſignato, ad vſum illius ſi appendatur hoc, vel illo modo, cor prudens, vel imprudens fiet illi; & diſcet quicquid voluerit; ſed ſi ritè eo quis non fuerit vſus, quicquid didicerat, ab eo tolletur. Et hæc eſt aliqua è multis ſuperſtitionibus Hebræorum, quæ in Talmude habentur.

Ordinis II. *Moëd* Cod. 1. *Sciabbàth* cap. 11. הבונה *Habbonè*.

Pag. 104. b. circa medium fit mentio de quodam בן סרטא *Ben Sadtà*, quem magicam artem ex Ægypto in terram Iſraëlis ſecum adduxiſſe volunt, eumque Ieſum Nazarenum Dominum noſtrum eſſe contendunt. Hunc locum integrè adducemus in Diſſertatione de Meſſia Iudæorum, & ibidem examinabimus, ſicut & faciemus de quibuſdam alijs in Talmude contra Dominum Ie-

ſum

(Moſes): *Nunquid eſt ſeruus, qui ſalutet Regem ſuum? Dixit ei: Debueras iuuare opus meum* (puta dicendo, felix ſit opus tuum. Statim Moſes ſubdidit; Num. 14. 17.) Et nunc magnificetur obſecro fortitudo Domini quemadmodum locutus es.

De hiſce coronulis literarum (quas apices, & cornicula nuncupaui in I. Par. huius Biblioth. Rabb. pag. 162. col. 2. & de quibus aliquid dixi) ornantur libri Legis Sacri, qui in armario Synagogæ conduntur, & magna religione aſſeruantur. Huiuſmodi cornicula, ſeù cornula Deum libro Legis cæleſtis aptantem inducunt Rabbini, vt literæ, quibus adduntur præſtantiores, & venuſtiores appareant. Ad hæc officia reducunt ſuum Deum Rabbini.

Ibidem immediatè ſequitur -

אמר רבי יהושע בן לוי מאי דכתיב (שמות לב׳: א׳:) וירא העם כי בושש משה אל תקרי בושש אלא באו שש ׃

Dixit R. Ieoſciuà Ben Leuì: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Exodi 32. v. 1.) Et vidit populus quòd tardaret Moſes. *Ne legas* בושש *ſed* באו שש *Venerunt ſex*.

Licitum ſibi faciunt Talmudiſtæ corrumpere voces Scripturæ addendo, vel demendo literulam à Textu, vt aliquem exoticum ſenſum habeant, quem poſtea pro Sacro Textu recipiunt, & tamquam Legem oretenus datam diuendunt. Quid igitur ex hac deformata voce בושש *Bòſceſc* in באו שש *Bàu ſceſc* oriatur, Ghemarà his verbis ibidem oſtendit -

בשעה שעלה משה למרום אמר להן לישראל לסוף מ׳ יום בתחלת שש אני בא לסוף מ׳ יום בא שטן ועירבב את העולם אמר להם משה רבכם היכן הוא אמרו לו עלה למרום אמר להן באו שש ולא השגיחו עליו מת

Euangelij non ab Hebræo eſt deſumenda, ſed à Græco, à quo deriuatur, Græcè enim Εὐαγγέλιον *Euangelium* eſt *Lætum Nuncium*. Qui enim Euangelium Hebraicè dici putant אבן גליון *E'uen ghelion Lapidem reuelatum*, alludunt ad lapides Iacobi, quos capiti ſuo impoſuerat, hos tres fuiſſe volunt Hebræorum nonnulli, ſed manè ſurgens Iacob tulit lapidem, quem capiti ſuppoſuerat, vt inde ſignificaretur myſterium Sanctiſſimæ Triadis, & vna Diuina Eſſentia in Nouo Teſtamento per Euangelium fuiſſe reuelatum. Sed ad tollendam omnem prauam pronunciationem; aut ſcriptionem vocis Hebraicæ אבן גיליון *E'uen ghiliòn Euangelij*, ſcriberem, & nominarem Euangelium Hebraicè בשורה *Beſſorà*, quod *Nuncium* ſonat, dictio eſt enim, vt puto, à בשר *Baſsàr* eleganter deducta, quæ *carnem* ſonat, vt בשורה *Beſſorà* ſit lætiſſimum Incarnationis Verbi Nuncium. Et ex Hebræo idiomate, reliquæ Orientales Nationes, præſertim Syra, & Arabica veluti à proprio fonte, Euangelij nomen hauſiſſe videtur, cùm Syri Euangelium appellent ܣܒܪܬܐ *Sbartò*, Arabes البشارة *Albeſciaròh*, vtrobique *Nuncium*:

Ibidem in fine. In opprobrium Religionis Chriſtianæ introducitur quidam Iudex Chriſtianus ſub nomine Hæretici, qui munera recipiebat in occulto, non tamen publicè. Venit quædam mulier, & in ſecreto obtulit ei quandam lucernam auream; inſtat coram Rabbàn Gamliele, vt facultates patris ſecum diuidantur. Reſpondit Iudex: *Diuiſæ ſunt*. Dixit eis (Rabbàn Gamliel): Scriptum eſt nobis in loco: *Filius filiæ non hæreditabit*. Dixit ei (Hæreticus ille) ſum Chriſtum annotatis.

Cod. *Sciabbàth* cap. 16. *Col Chithuè Hakkòdeſc*.

Pagina 116. circa medium contra Sacros Codices Chriſtianorum.

ספרי מינים אין מצילין אותן מפני הדליקה אלא נשרפין במקומן הן ואזכרותיהן וכו׳ ;

Libros מינים *Minìm Hæreticorum* [R. Salom. *Apoſtatarum, qui tranſiuerunt ad idololatriam, & ſibi ſcripſerunt Legem, Prophetas, & Hagiographa lingua Sancta*] *non liberant illos ab incendio, ſed relinquunt vt comburantur in loco vbi ſunt, vnà cum nominibus Dei*.

Loquitur Talmud contra libros Neophytorum, qui ſibi Sacros libros Hebraicos, Hebraicè ſcripſerunt. Volunt, vt illi in incendio comburantur, etiamſi ab incendio ſaluari poſſint; & hoc in odium Neophytorum; quod iniquum eſt. Sed ibidem in fine ſequitur contra Chriſtianorum libros, & contra ipſummet Sacroſanctum Chriſti Euangelium, quia libri, qui ſcribuntur contra Iudæos, vocantur ab ipſis ספרי דבי אבידן *Libri Domus perditionis*. [R. Salom. *Iſti ſunt libri controuerſiarum, qui ſcripti ſunt ab hæreticis contra Iſraëlitas; & aula, vbi conueniunt ad diſputandum, vocatur* בי אבידן *Be auidàn Domus perditionis eorum*.]

De Euangelio loquentes. R. Meir קרי ליה און גיליון *Vocat illud A'uen ghiliòn Vanitas manifeſta*. R. Iochanàn vocat עון גיליון *Auòn ghiliòn Iniquitas manifeſta, ſeù ſcripta in charta*.

Infamis deprauatio vocis Sacroſancti Euangelij (R. Salom. *R. Meir ideò librum Hæreticorum vocat* און גיליון *A'uen ghiliòn, quia & ipſi vocant illum* אונגילא *Euangelo*.) At etymologia vocis

כר יוסי : ור׳ חלפתא כר יוסי ורבי אבטילס בר יוסי ורכי מנחם כר יוסי :

Dixit R. Ioſè : Quinque vicibus inij copulam, & plantaui quinque Cedros in Iſraël : [R. Salom. בעלתי ושניתי כדי שיהיו זכרים דאמר מר הרוצה שיהיו בניו זכרים יבעול וישנה ; *Inij* (inquit) *& iteraui, vt ſuſciperem filios maſculos. Quia dicit Mar : Qui vult ſuſcipere liberos maſculos, coëat, itemque coëat.*] *Sed qui ſunt iſti* (Cedri)? 1. *R. Iſmaël, Bar Ioſè,* 2. *Elièzer Bar Ioſè,* 3. *R. Chelpethà Bar Ioſè,* 4. *R. Autilàs Bar Ioſè, &* 5. *R. Menachèm Bar Ioſè.* Id ipſum replicatur paulò poſt.

Hæc annotaui, licèt obſcœna, vt appareat, quales ſint doctrinæ Rabbinorum, & quibus documentis imbuant ſuos diſcipulos. Eandem doctrinam docent Cod. *Eruuin* cap. 10.

Ord. II. *Moëd*, Cod. *Sciabbàth*, cap. 22. *Chabbìth*.

Pagina 145. b. circa medium.

אמר ר׳ חייא בר אבא לר׳ אסי מפני מה עופות שבבבל שמנים א״ל כלך למדבר עזה ואראך שמנים מהן : מפני מה מועדים שבבבל שמחים מפני שהן עניים : מפני מה ת״ח שבבבל מצויינין לפי שאינן בני תורה : מפני מה גוים מזוהמין מפני שאוכלין שקצים ורמשים :

Dixit R. Chijà Bar Abbà ipſi R. Aſè : Cur Aues, quæ ſunt in Babylonia, ſunt pinguiores (quàm quæ ſunt in terra Iſraëlis)? *Dixit ei : Vade tibi in deſertum Gazæ, & oſtendam tibi pinguiores hiſce. Cur feſtiuitates in Babel lætiores, & hilariores ſunt* (quàm in terra Iſraëlis)? *Reſpondetur : Quia pauperes ſunt.* [R. Sal. *Quia pauperes non fruuntur toto anno, niſi tantùm vna conuiuij lætitia in feſto; nec habent requiem à labore, propterea tota eorum lætitia eſt in feſtis.*] *Cur diſcipu-*

le) ad R. Gamliel : A die, qua exulaſtis de terra veſtra ablata eſt Lex Moſis, & fuit datum און *A'uen* (intelligit Euangelium) & ſcribitur in eo : *Filius, & filia pariter hæreditabunt.* In craſtinum rediјt, & obtulit ei Aſinum Lybicum. Dixit eis : In fine Euangelij ſcriptum eſt : *Ego Euangelion non veni minuere Legem Moſis, ſed addere ſuper illam.* Et ſcriptum eſt in loco : *Filius filiæ non hæreditabit.* Dixit ei (mulier) : *Luceat lumen tuum ſicut lucerna.* [R. Salomon : *Alluſit, quòd ipſa dederat ei lucernam, munere.*] Dixit ei Rabbàn Gamliel : *Venit aſinus, & excuſſit calce lucernam.* Quaſi diceret : *Vici munere.* Hæc enim mulier, quæ lucernam auream obtulerat Iudici Chriſtiano, erat אחתיה דרבן גמליאל ſoror Rabbàn Gamlielis.]

Quis non videt, quòd totum hoc confictum eſt in odium Chriſtianæ Religionis, & in contemptum Euangelij? Iſta etiam referuntur in *En Iſraël* Parte V. pag. 73. num. 74. & 75. Sed nonnulla verba ibi decurtata, abraſa, vel etiam mutata; Pro *Euangelium* ſolùm vocem עון *Auòn Iniquitas* reliquerunt. Et in R. Salomone ad vocem רבי אבידן *Schola perditionis.* Iſti ſunt libri, quos ſcripſerunt הגלחים *Hagghelachìm Raſi*, ita Monachos appellant. Et hoc modo in antiquis editionibus legebatur, tam in Talmude, quàm in *En Iacob*, pro qua ſubſtituerunt המינים *Hamminim Hæretici*, per quos etiam Chriſtianos intelligunt.

Ord. II. *Moëd*. Cod. I. *Sciabbàth* cap. 16. *Col Chithuè Hakkòdeſc*.

Pagina 118. b. poſt medium.

אמר ר׳ יוסי ה׳ בעילות בעלתי ונטעתי חמשה ארזים בישראל ומאן אינו ; רבי ישמעאל בר יוסי : ורבי אליעזר

tur, & tamquam canes malè oleant, niſi baptiſmum Chriſtianum aſſequantur. Nos autem Chriſtiani bonum odorem redolemus, quia Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Vnde Fortunatus lib. 5. loquens de 500. Iudæis à Sancto Auito ad fidem Chriſti, & ad Baptiſmum anno Domini 579. adductis, ait -

Abluitur Iudæus odor Baptiſmate diuo,
Et noua progenies reddita ſurgit aquis
Vincens ambroſios ſuaui ſpiramine rore,
Vertice perfuſo Chriſmatis efflat odor.

Et tamen non cognoſcunt, neque ſentiunt Iudæi ſuum putidum odorem, quem etiam Gentiles deteſtabantur. Sic Martial. lib. 4. Epigr. in Baſſam, ait de Iudæorum fœtore -

Quod Ieiunia Sabbatariorum,
Mæſtorum quod anhelitus reorum,
Mallem, quàm quod oles, olere Baſſa.

Videbantur autem Iudæis Gentiles malè olere; & huius mali odoris cauſam aſſignant ridiculam. Quærunt iterum loco citato ſcilicet Cod. *Sciabbàth* cap. 22. pag. 145. b. in fin. מפני מה גוים מזוהמין *Cur Gentiles fœtent?* Et reſpondetur:

שלא עמדו על הר סיני שבשעה שבא נחש על חוה הטיל בה זוהמא ישראל שעמדו על הר סיני פסקה זוהמתן גוים שלא עמדו על הר סיני לא פסקה זוהמתן א״ל רב אחא בריה דרבא לרב אשי גרים מאי א״ל אע״ג דאינהו לא הוו מולייהו הוה דכתיב את אשר ישנו פה עמנו עומד היום לפני יהוה אלהינו ואת אשר איננו פה וגו׳ ופליגא דר׳ אבא בר כהנא דא״ר אבהו בר כהנה עד ג׳ דורות לא פסק זוהמא מאבותינו אברהם הוליד את ישמעאל יצחק הוליד את עשו יעקב הוליד יב״ שבטים שלא היה בהן שום דופי:

Quia non ſteterunt ſuper montem Sinai: nam hora, qua rem habuit Serpens cum Eua, proiecit in illam inquinamentum. populi ſapientes, id eſt Rabbini in Babylone ornant ſe pulchris, & decoris indumentis? Reſpondetur: Quia non ſunt filij Legis. [R. Salom. *Quia non adeò honore proſequuntur Rabbinos in Babylone, ſicut in terra Iſraëlis ratione Legis, ideò indigent ornatu perpulchro, vt ſint in æſtimatione.*] *Cur Gentiles malè olent, vel ſordent? Reſpondetur: Quia comedunt res abominandas, & reptilia.*

Sugillat Chriſtianos, qui prohibita per Legem Moſaicam comedunt, cùm non ſint ſubiecti ceremonialibus veteris Legis: nam poſt aduentum Meſſiæ concedenda erant ad veſcendum ea, quę à Lege prohibita fuerant. Ita etiam dicunt de carne porcina concedenda tempore Meſſiæ, idcircò ſuem vocari חזיר *Chazir*, quia reuerti debuerat vſus illius: nam à חזר, quod *reuerti* ſignificat, dicitur.

Adde, quòd non Gentiles, ſeù Chriſtiani malè olent, ſed Iudæi fœtent, non ſordibus tantùm intra eorum domos, & habitationes, ſed & ipſo halitu, vbicunque reperiuntur, adeò viroſi, & putidi ſunt, vt non diù eorum vicinitas ſine ſtomacho tolerari poteſt. Hæc eſt peculiaris prærogatiua Iudæorum, vt ex odore cognoſcantur. Ad Chriſtum verò conuerſi, & Sacro Baptiſmatis fonte abluti, atque Sacro Chriſmate delibuti, hanc graueolentiam Iudaicam, & ferè caninam deperdunt; vt olim Agareni, qui & ipſi fœtentes filios baptizabant. Propter enim Sancti Vnguenti honorem, qui ex longa conſuetudine baptizabantur Agareni, malum odorem amittebant, dicente Balſamone in Canonem 84. Sextæ Synodi, ſeù Quiniſextæ in Trullo: *Perſuaſum eſt enim Agarenis fore, vt ſui liberi à Dæmone vexen-*

cis ablueretur, & originalis immundi-tia veræ naturali ſuæ origini reſtitueretur. Ob conſilium Serpentis verè immunditiei originalis culpæ Eua mater noſtra nimis Serpentis verbis credula, ob comeſum vetitum pomum auctrix fuit, & ſordes peccati in animam introduxit Adami, qui & ipſe ab vxore deceptus, de pomo vetito comedit. Quæ immunditia ex anima vtriuſque deturpata transfuſa eſt in poſteros: eamque alius homo tollere poterat niſi ſimul non eſſet & Deus, vt demonſtrauimus in Diſſertatione de Peccato Originali Par. II. pag. 52. & ſeqq. De hoc fœtore animæ intelligendus videtur locus Talmudis, quia ſi de fœtore corporis loqueretur Talmùd, non dixiſſet ablatum fuiſſe hunc fœtorem in monte Sinai à Iudæis, cùm etiam hodie deprehendantur Iudæi malè olere. Ergo de fœtore peccati originis intelligendus eſt huiuſmodi locus. Sed hic fœtor, qui eſt animæ immundities non à Moſe in monte Sinai, ſed à Chriſto Iudæorum Meſſia tollendus erat, vti docet Auctor *Neuè Scialòm* relato ſuprà loco citato pagina 52. col. 2. Partis II. Vnde de fœtore animæ, non corporis, intelligi debet tam locus Talmudis, quàm Interrogatio facta, cur Gentiles malè oleant; quamuis de fœtore corporis intelligi videatur, quia dicitur reptilia, & abominabilia comedere. Prædicta inuenies etiam in *En Iſraël* Par. I. pagina 76. col. 3. n. 96. & pag. 77. col. 1. n. 97.

Ord. II. *Moëd*, Cod. 1. *Sciabbàth* cap. 23. *Scioèl*.

Pagina 149. b. poſt medium. Turpia, & obſcœna leguntur de Nabuchodonoſor, quæ videri poſſunt Par. I. pag. 315. col. 2. & ſeqq. Hìc tantùm addentum. [R. Salom. *Quando Serpens dedit Euæ conſilium comedendi de ligno, ingreſſus eſt ſuper eam: quia ſcriptum eſt:* Serpens ſeduxit me. *vbi vſus eſt dictione* השיאני *ab* נשואין *deſponſationibus.*] *Iſraëlitæ, quia ſteterunt ſuper montem Sinai, deſijt ab eis fœtor eorum. Gentes non ſteterunt ſuper montem Sinai, ideò non defecit ab eis fœtor eorum. Dixit Ràu Achà Ben Rauà ipſi Ràu Aſcè: Quid de Proſelytis, qui ſcilicet non ſteterunt ſuper montem* (quomodo defecit ab eis fœtor eorum?) *Reſpondent ei: Quamuis ipſi non fuerint, ſidus eorum fuit, quia ſcriptum eſt* (Deuter. 29 15.) Cum eo, qui eſt hìc nobiſcum, hodie ſtat coram Domino Deo noſtro: Et cum eo, qui non eſt hìc nobiſcum &c. [R. Salom *Omnes, qui fuerunt ſuper montem Sinai ſanctificati ſunt, & mundati, & ſanati ab omni macula, & cæci, & claudi, qui fuerunt in Iſraël, ſicut legitur in Siphrì.*] *Sed aduerſatur huic ſententiæ R. Abbà Bar Cohanà. Quia dixit R. Auahù Bar Cohanà: Vſque ad tres generationes non deſijt fœtor patribus noſtris. Abraham genuit Iſmaelem; Iſaac genuit Eſauum; Iacob genuit duodecim Tribus, in quibus non fuit macula, & nota infamiæ.* [R. Sal: *Et contradictio eſt, quia dixerunt, quòd non deſijt fœtor vſque ad Sinai.*]

Fabulæ fabulis innixæ. Iniurioſum eſt matri noſtræ Euæ, & toti humano generi, dicere Sepentem concubuiſſe cum Eua, eamque ſibi deſponſaſſe, fœtoremque illi communicaſſe, ex qua in vniuerſum genus humanum transfuſum eſſe, & ſublatum tantùm ab Iſraëlitis, quando ſteterunt ſuper montem Sinai, & Legem receperunt. Non eſſet falſum dogma, ſi à ſordibus Rabbini-

tur arca (cadaueris) *operculo. Aduerſati ſunt huic ſententiæ R. Chijà, & R. Scimòn Bar Chijà. Alter dicit: Donec ſigilletur operculum; & alter dicit: Donec digeratur caro, quia ſcriptum eſt* (Iob 14. v. 22.) Verumtamen caro eius in eo dolebit, & anima eius ſuper eum lugebit. *Quicumque dicit: Donec claudatur operculum, quia ſcriptum eſt* (Eccleſ. 12. 7.) Et reuertetur puluis ſuper terram quemadmodum fuit: & ſpiritus reuertetur ad Deum, qui dedit illum. [R. Salomon: *Et anima eius ſuper eum lugebit* כל זמן שיש לו בשר יש לו לנפש צר חיות לחבין: *Toto tempore, quo perſtat caro, eſt ei anima, ex hac parte viuentes intelligunt.*] Eſt error Iudæorum, quòd animæ corpora non relinquant poſt mortem, niſi poſt duodecimum menſem. Interim גופו קיים

ונשמתו עולה ויורדת לאחר שנים עשר חדש הגוף בטל: *Corpus perſiſtit* (vt dicitur hìc in fine paginæ) *& anima eius aſcendit, & deſcendit. Poſt duodecimum menſem corpus abolitur.*

Intra huiuſmodi temporis ſpatium volunt hominum cadauera ſentire puncturas veluti acus, & animas audire, & ſcire quicquid coram cadauere fiat; elapſo anno animas redire ad Deum, & cadauera in puluerem reſolui. Quòd ſi quis opponat locum 1. Samuelis 28. 12. quo mulier pythoniſſa aſcendere fecit Samuelem Prophetam. Reſpondent, id contigiſſe, quia nondum erant elapſi 12. menſes à morte Samuelis, & ideò intra huiuſmodi interſtitium potuiſſe arte pythonica ſuſcitari Samuelem, quia à corpore eius anima non receſſerat, & inuocationes magicas audierat, quod non ita contigiſſet poſt 12. menſem, quia tunc ſub ſolio gloriæ, vnde venerat,

dendum eſt illud, quod ibidem legitur quinque lineis ante finem.

ואמר ר׳ יהודה אמר רב בשעה שירד אותו רשע לגיהנם רעשו כל יורדי גיהנם אמרו שמא למשול עליהם הוא בא או ליחלש במותם הוא בא שנאמר (ישעיה יד׳ י׳) גם אתה חולית כמונו אלינו נמשלת יצתה בת קול ואמרה ממי נעמת רדה והשכבה את ערלים:

Et dixit R. Iudas: Dixit Ràu: Ea hora, qua iſte impius deſcendit in Gehennam, concuſſi ſunt, tremueruntque omnes deſcendentes in Gehennam. Dixerunt: Fortaſſe ad dominandum ſuper nos venit, vel ad debilitandum excelſa eorum ipſe venit, S. D. (Iſai. 14. 10.) Etiam tu infirmatus es ſicut nos, nobis aſſimilatus es. *Exijt vox, & dixit: De quo delectatus es? Deſcende, & concumbe cum præputiatis.* Et ſic completur elegans doctrina Talmudica de Nabuchodonoſor.

Ibidem pagina 152. propè finem. Cadauera mortuorum ſentiunt puncturas vermium.

אמר ר׳ יצחק קשה רימה למת כמחט בבשר החי שנאמר (איוב יד׳ , כב׳) אך בשרו עליו יכאב:

R. Iſaac dicit: Ita grauis eſt vermis mortuo, ſicut acus in carne viuentis, S. D. (Iob 14. 22.) Verumtamen caro eius in eo dolebit.

Subtiles Philoſophi ſanè ſunt Rabbini, dum in cadaueribus ſenſum inueniunt, & ex Scriptura illum probare norunt. De corpore non ſeparato ab anima loquitur Iob; & dicit, quòd caro, ſeù corpus animatum dolebit, & anima corpori vnita lugebit; id eſt homo dolebit, & lugebit. Hoc idem habent in *En Iſraël* Par. I. pag. 78. col. 2. n. 106.

Ibidem b. in principio. *Rabbì* אבהו *Auahù dicit: Quicquid dicitur coram mortuo, mortuus cognoſcit, quouſque clauda-*

eſt die Dominica, erit potens vehementer. [R. Salom. *Quia qui naſcitur in prima hebdomadis, erit Caput, ſicut dies illa fuit caput operum* Bereſcìth *ſex dierum creationis, quamuis aliqui eorum ſint boni, alij mali.*] Vnde dicebat Ràu Aſcè: Ego, & דימי Dimì Bar קקוזיתא Kakozìta nati ſumus in prima Sabbathi, ego factus ſum Rex, & ipſe fuit ריש גנבי *Caput latronum*. Et cur hoc? Quia creata ſint ea die lux, & tenebræ.

Quicumque naſcitur ſecunda die hebdomadæ, erit vir iracundus. Quænam eſt ratio? Eò quòd diuiſæ ſint illa die aquæ.

Qui naſcitur tertia die, erit diues, & adulter. Ratio? Quia creatæ ſunt ea die herbæ. [R. Salom. *De herbis non eſt ſcriptum ſecundùm ſpecies ſuas, quia permixtim exeunt, & adoleſcunt.*]

Qui naſcitur quarta die hebdomadæ, erit ſapiens, & ſplendidus facie; quia ſcilicet quarta die appenſa ſunt luminaria.

Qui naſcitur quinta die, erit vir beneficus, & liberalis: quia creati ſunt ea die piſces, & aues, quæ ſcilicet non laborant pro cibis, ſed paſcuntur per Dei miſericordiam.

Qui naſcitur in veſpera Sabbathi, erit vir circumiens, rediens, obiens. [R. Salom. *Rediens in præceptis: nam ſic eſt mos vigiliæ Sabbathi redire poſt præcepta Sabbathi.*]

Qui naſcitur in Sabbatho, in Sabbatho morietur, quia profanat ſuper eum diem magnum Sabbathi. Dixit Rauà Bar Ràu שילא *Scilà: Et ſanctitas multa vocabitur*. Dixit ei R. Chaninà: *Exite, dicite ipſi Bar* ליוי *Leuì: Non aſtrum diei in cauſa eſt, ſed aſtrum horæ eſt cauſa.* Cu-

rat, rediret, & vbi nihil de hoc ſeculo ampliùs ſciunt defuncti. An is, quem, arte ſua, Pythoniſſa aſcendere fecerat, fuerit verus Samuel, dubitant Sacri Interpretes Scripturæ: de qua re nihil nos determinamus. Dicimus tamen, Beatorum animas poſt mortem redire ad Deum, qui eas crearat, & in verbo videre, & intelligere ea, quæ ſibi competunt, & pro bono viuentium neceſſaria ſunt, vt videantur, & intelligantur. Sic animæ SS. Patrum Abrahami, Iſaaci, & Iſraëlis coram Deo intercedunt pro viatoribus, vt probatum eſt Par. I. pagina 201. col. 1. ex Rabbinis; qui ſæpè, quamuis non ſine errore, docent animas circa corpora oberrare in ſepulchris per annum, & tunc temporis audire, & intelligere, quæ fiunt in terris: verùm huiuſmodi Rabbini non ſatis ſibi conſtantes in ſuis falſis dogmatibus ſunt, cùm doceant non vnico anno circa corpora oberrare in *ſepulchretis*, ſed diuerſis annorum interuallis in cœmeterijs conſiſtere, & audire viuentium ſermones, & viciſſim audiri ab his. Extat de hac re peculiaris Hiſtoria Talmudica, quam ſuprà pagina 366. col. 1. & ſeqq. retulimus. Vnde Talmudiſtæ de hiſce animabus ſeparatis, quid ſibi ſtatuere pro certò debeant, neſciunt. Fides autem Catholica de animabus defunctorum docet, quòd qui benè egerunt, ibunt in vitam æternam; qui vero mala, in ignem æternum. Vide *En Iſraël* Par. Prima pag. 98. b. num. 107. vbi eadem relata ſunt.

Ord II. *Moëd* Cod. I. *Sciabbàth* cap. 24. *Mi ſcehechſcich*.

Pagina 156. circa medium. Quicumque naſcitur prima hebdomadæ, id

Non habet ſidus Iſraël. Et abijt. R. Iochanàn ſecundùm ſenſum ſuum; quia dicebat R. Iochanàn: Vnde probatur, quòd Iſraël non habeat ſidus? S. D. (Ierem. 10. 2.) *Hæc dicit Dominus: In viam gentium ne abieritis; & à ſignis cæli ne timueritis, quæ gentes timent*, & non Iſraël. Dixit Ràu: Non eſt ſidus Iſraëli, quia dixit Ràu Iudas, dixit Ràu; Et vnde probatur, quòd non ſit ſidus in Iſraël? S. D. (Geneſ. 15. 5.) *Et eduxit eum foras*. Dixit Abraham coram Deo ſancto benedicto: Domine Vniuerſi, vernaculus domus meæ erit heres meus? Dixit ei: Non; ſed qui exiet de te: Dixit &c. Rex mundi: Vidi in Aſtrologia mea, nec mihi ſuſcipiendi ſunt liberi. Dixit ei: Egredere de Aſtrologia tua, quia non eſt ſidus Iſraëli. Quænam eſt ſententia tua? Quia manet Iupiter in Occidente [R. Salom. *Qui eſt ſidus tuum, & in Occidente, eſt frigidum, nec eſt aptum generationi. Sic inueni in Talmùd Rabbènu Leuì.*] ſed ego redire illud iubebo, & ſtatuam illud in Oriente. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt (Iſai. 41. 2.) *Quis ſuſcitauit ab Oriente Iuſtitiam, vocabit eum ad pedem ſuum. &c.*

Noua prorsùs, & inaudita Aſtrologia Iudæorum, velle ex rebus in *Bereſcìth* productis, de natura, complexione, genio, moribus, & hominum fortuna poſſe iudicare. Nimis facilis eſſet hæc ars diuinatoria apud Hebræos, ſi cognitis rebus, in primis ſex illis diebus creatis, earum paſſiones applicarentur natis. Nec aſpiciendus eſſet Horoſcopus, nec alia loca cæleſtia, non domus, non loca, & aſpectus Planetarũ; non Apheta, non Anaretha, non Alhilech, nec directiones vllæ, aut quorumcumque tem-

Cuicumque Solis hora dominabitur, erit vir nitens facie (ſicut Sol illuminat). Comedet de ſuo, bibet de ſuo, ſecreta eius patebunt, non proſperè aget, ſi furabitur.

Qui naſcetur in Stella Veneris, erit vir diues, & adulter. Quænam eſt ratio? Eò quòd ea die productus eſt ignis, ſeù lumen. [R. Salom. *Quia ſuſpenſum eſt illa die luminare, ignis, & appetitus Venereus, & concubitus ardet ſicut clibanus.*]

Qui in Mercurio, erit vir illuſtris, & ſapiens, & Scriba Solis. [R. Salom. *Vt ſcribat vias eius, & reuolutiones, ſeù circulationes illius, & inuenitur iugiter apud Solem.*]

Quicumque in Luna, erit vir perferens infirmitates, ædificans, & deſtruens, deſtruens, & ædificans, comedens non ſua, & bibens non ſua, & ſecretum ſuum cælatum. Et ſi furabitur ſuccedit ei furtum, [R. Salom. *Sic Luna in afflictionibus peragit curſum ſuum. Quòd ait, deſtruens, & ædificans, ſignificat quòd augebitur, & diminuetur. Quòd ait, comedens non ſuum, quia Luna parum lucet.*]

Qui naſcitur in Sabbatho, ſeù Saturno, omnes cogitationes eius fruſtrabuntur. Alij dicunt, quòd qui cogitabit aduerſus illum, fruſtrabitur. [R. Salom. *Fruſtratio iſta hinc eſt, quia Sabbathum ſignat* ישבתון *ceſſabunt.*]

Qui naſcitur in Ioue, erit vir eleemoſynarius ſecundùm Legem.

Qui naſcitur in Martis ſigno, erit effuſor ſanguinis. Dixit Ràu Aſcè; Vel artifex, vel fur, vel Circumciſor. Dixit Rauà: Ego in ſigno Martis natus ſum, &c. Dicunt dixiſſe R. Chaninà: Eſt ſidus dans ſapientiam; eſt ſidus ditans; & eſt ſidus Iſraëlis. R. Iochanàn dicit:

חללו אומרים נוח לו לאדם שלא נברא יותר משנברא
והללו אומרי' נוח לו לאדם שנברא יותר משלא נברא
נמנו וגמרו נוח לו לאדם שלא נברא יותר משנברא
עכשיו שנברא יפשפש במעשיו ואמרי לה ימשמש
במעשיו: *Tradiderunt Rabbanàn: Duobus annis & dimidiò diſſenſerunt Beth Sciammài, & Beth Hillel. Hi dicebant: Meliùs eſt homini non eſſe creatum, quàm creatum; & iſti dicebant è conuerſo: Meliùs eſt homini creatum eſſe, quàm non creatum. Conſultarunt, & concluſerunt: Meliùs eſt homini, quòd non creatus eſt, quàm quòd creatus eſt. Nunc verò quia creatus eſt inueſtiget, & percenſeat opera ſua.* [R. Salom. *Exploret, & perpendat transgreſſiones admiſſas, quæ ſunt in manu tua, & confiteatur illa, & conuertatur.*] *Et dixerunt etiam de hoc: Tangat opera ſua, & inueſtiget ea.* [R. Sal. *Opera ſua, quæ fecit iam- v.g. Si venit præceptum in manu illius, cogitet damnum præcepti è regione mercedis ſuæ, ne ſinat facere illud ob damnum* (inde forſan ſibi ſecuturum) *quoniam merces eius reddenda erit ei. Et ſi occurrat ei transgreſſio aliqua* (præceptorum) *cogitet, quòd ſtatim remunerabitur pro ea pœna, vel damno, ad quod reus efficitur.* Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 80. b. col. 1. in fine.

Ord. II. *Moëd* Cod. 2. *Eruuìn* cap. 2. *Oſsin paſsìn.*

Pagina 18. ante medium. De Adamo primo homine prolixè agitur, de quo multa portentoſa Talmudiſtæ docent. Quòd duos vultus habuerit, & caudam; quia dicitur (Pſal. 139. v. 3.) *Ante, & retro formaſti me.* Vnde volunt quòd à principio creatio hominis Adami fuit mas, & fœmina; mas ex vna parte, fœmina ex altera parte: nam poſtea fuit alter ab altera ſectus, & lo-

temporum reuolutiones, hæc omnia à Græcis, & ab Arabibus obſeruata, reijciuntur ab Aſtrologis iſtis Talmudicis.

Non minùs ſtulta eſt Aſtrologia R. Chaninæ, qua per horam Planetæ nato attributam, nati naturam rimari credit. Sed quia iſtæ horæ ſunt merè fictitiæ, & ab humano cerebro excogitatæ, nihil poſſunt Planetæ hiſce horis influxum præſtare, neque homines ſibi ſubijcere. De iſtarum horarum vanitate vide Parte Prima pag. 279. & ſeqq.

Ord. II. *Moëd*, Cod. II. *Eruuìn* cap. 1. *Mauòi.*

Pagina 13. b. circa medium. Oraculum Iudæorum mendax -

אמר ר' אבא אמר שמואל ג' שנים נחלקו ב"ש וב"ה
הללו אומרים הלכה כמותינו והללו אומרים הלכה
כמותינו יצתא בת קול ואמרו אלו ואלו דברי אלהים
חיים הן:

Dixit R. Abbà: Dixit Sciamuèl: Tribus annis diuiſæ ſunt inter ſe Schola Sciammài, & Schola Hillelis. Illa dicebat: Halachà Deciſio doctrinæ eſt ſecundùm noſtram ſententiam: & hæc aiebat: Halachà eſt ſecundùm noſtram ſententiam. Exijt Bath kol Oraculum, & dixit: Vtriuſque Scholæ deciſio, ſunt verba Dei viuentis.

Non potuit hoc eſſe Oraculum veritatis, quia veritas repugnat falſitati; hoc autem Oraculum vtrumque admittit, & vtramque doctrinam Hillelis, & Sciammài, licèt contradictoriam, docet eſſe verba Dei viuentis. Vide etiam in *En Iſraël* Par. I. pag. 80. b. num. 1.

Ibidem non longè à fine. Schola Sciammài, & Schola Hillelis duobus annis cum dimidio inter ſe diuiſæ ſunt. Illa dicebat -

תנו רבנן ב' שנים ומחצה נחלקו בית שמאי ובית הלל.

Digitized by

manu eius in manum ſuam, Vt recipiat in eam, ſi etiam eſſet vir, qualis fuit Moſes Magiſter noſter, qui Legem accepit de monte Sinai, non erit immunis à iudicio Gehennæ, & de eo ſcribitur (Prou. 11. v. 21.) Manus ad manum non erit immunis malus; *id eſt non erit immunis à iudicio gehennæ.* Iſta in compendio retuli hìc de Protoparente noſtro Adamo, nec de eo longiorem Talmudicum Commentum protuli, cùm ſatis prolixè in Prima Parte pagina 46. egerim. Vbi monſtroſas Rabbinorum ſententias de Adamo recenſui, & reieci, vt ampliùs neceſſè non ſit in hoc loco eas ampliùs inculcare; ſolùm videtur commendandum ſtudium euitandi fœminei commercij, & occaſiones proximas concupiſcendi alienas mulieres, cùm interdicatur contrectatio pecuniæ de manu mulieris ad manum viri, & vice verſa (ſi mala fide fiat) etiamſi iuſtus fuerit vt Moſes, peccator euadet, quia peccat contra legem Diuinam, contra præceptum Decalogi: *Non concupiſces Vxorem proximi tui.* Vt huiuſmodi occaſio magis euitetur, vrbanitates, quæ hìc referuntur; ne homo poſt mulierem incedat; neque tranſeuntem fluuium nudam inſequatur, ad hoc tendunt. Horum nonnulla exſcripta reperiuntur in *En Iſrael* Par. I. pagina 81. col. 1. numero 3.

Pag. 18. b. paulò poſt med. Ponuntur quædam exempla, quòd de duobus malis minus ſit eligendum, Vnde -

אר׳ יוחנן אחרי ארי ולא אחרי אשה אחרי אשה ולא אחרי ע״ז אחורי ע״ ולא אחורי בית חכנסת כשעה שמתפללין ׃

Dixit R. Iochanàn: Poſt Leonem (potiùs eſt eundum) *quàm poſt mulierem,*

co ſectionis inducta eſt caro. Sed ij, qui volunt Adam creatum cum cauda, dicunt quòd Deus abſcidit caudam ab Adamo, & inde formauit Euam, & ſic locum abſciſſionis repleuit carnem pro ea. Dicitur autem *ædificauit*, quia carebat ædificio (inquit R. Salomon) id eſt exornatione: nam Dominus ædificauit Euam, aiunt alij, quia eam compſit, redimiuitque crinium nexibus, & adduxit eam ad Adam paranymphum agens: alijs ædificauit eam, ſicut ædificium horrei, quo triticum ſeruatur; quia horreum latum eſt infra; & anguſtum eſt ſupra; ſic mulier lata eſt infra, & anguſta eſt deſuper, vt contineat, ſeruetque partum. Verùm iuxta ſententiam illius, qui dixit: creatum eſſe primum hominem gemina facie, quænam facierum prior incedebat? Dixit R. Nachmàn Bar Iſaac: *Aequum eſt exiſtimare, quòd mas incederet prior:*

דתניא לא יהלך אדם אחורי אשה בדרך ואפילו היא אשתו נזדמנה על הגשר יסלקנה לצדדין וכל העובר אחרי אשה בנהר אין לו חלק לעולם הבא ׃ ת״ר המרצה מעות לאשה מידו לידה כשביל שיסתכל בה אפילו דומה למשה רבינו שקיבל תורה מהר סיני לא ינקה מדינה של גיהנם ועליו הכתוב אומ׳ (משלי יא״: כא) יד ליד לא ינקה רע לא ינקה מדינת של גיהנם ׃

Nam eſt Miſcnà, ſeù Baraiethà R. Chijà: Non incedat vir poſt mulierem in itinere, etiamſi ſit vxor ſua. [R. Sal. *Quia hoc turpe eſt, & indecens.*] *Quòd ſi occurrat illi mulier ſuper pontem* (atque illa ambulet ante virum) *ſtudeat, Vt ea ad latus eat, & ipſe antecedat, ſi duo pariter in anguſto loco commeare non poſſunt. Et qui tranſit poſt mulierem in fluuio, non habet partem in futuro ſeculo. Dixerunt Rabbavàn: Qui numerat pecuniam mulieri de manu ſua in manum eius; vel de*

erat niſi craſſities denarij aurei, durauit tot annos, nec labefactatum eſt ab igne; quantò magis præuaricatores Iſraëlitæ, qui ſunt pleni præceptis inſtar mali punici non lædentur ab igne? S. D (Cant. 4. 3.) Sicut fragmen mali punici genæ tuæ. *Dixit R. Scimòn Ben Lakìſc: Ne legas* רקתך *Rakatèch gena tua, ſed* ריקתיך *Rekathècha Vacui tui, quia etiam vacui & inanes, qui ſunt in te, pleni ſunt præceptis inſtar mali punici, quantò minùs conſumendi ſunt ab igne Gehennæ. Verùm hoc, quod ſcriptū eſt* (Pſal. 84. v. 7.) עוברי בעמק הבכא Tranſeuntes vallem fletus. *id eſt, qui condemnantur quadam hora in Gehenna; at venit Abraham, & facit illos aſcendere, & recipit eos, præter Iſraëlitam, qui rem habuit cum Gentili, qui protraxit præputium ſuum, & non agnoſcit eum. Sed arguit contra hoc Ràu* כהנא *Cohanà: Nunc quod dicis* הפושעים *præuaricatores, qui tranſgreſſi ſunt, & abierunt. Sed ex nunc quod ſcriptum eſt* (Deuter. 13 5.) Qui eduxit vos de terra Ægypti, *& fecit aſcendere Vos de terra Aegypti, quia facit aſcendere, & deducet. Sed qui aſcendere fecit, & reduxit, hic etiam idem eſt, quod* פשעי *præuaricatores.*

Quod hic dicitur, ex parte bonum eſt, & ex parte malum. Bonum eſt, quod obſeruatur de impœnitentibus finalibus. Impij enim, & ſcelerati homines, etiamſi in fine vitæ videant infernalia barathra aperta, tamen non relinquunt peccatum, horum vtique deſperata eſt ſalus, quia hæc obſtinatio in peccando, & finalis impœnitentia ſunt peccata contra Spiritum Sanctum.

Cenſuræ autem ſupponendum eſt id, quod dicitur: Huiuſmodi obſtinationem in peccando, & finalem impœniten-

rem, & non poſt Idololatriam. Poſt Idololatriam, & non poſt Synagogam in hora qua orat. [R. Sal. *Ne fortè quiſpiam ſuſpicetur, eum abnegaſſe religionem, cùm non intret in Eccleſiam dum oratur à populo.*] Admittit Idololatriam, vt remoueat leuem ſuſpicionem Idololatriæ, qui eſt maximus error.

Ibidem poſtea ſequitur. Adam homo primus cunctis illis 130. annis, quibus fuit בנידוי in excommunicatione, הוליד רוחין ושידין ולילין *genuit Spiritus, Dæmones, & Lamias.*

De hac iniuria, quam Talmudiſtæ inferunt Adamo, vide Par. I. pag. 74. Confer *En Iſraël* Par. I. pagina 81. colum. 1. num. 3.

Ordinis II. *Moëd* Cod 2. *Eruuin* cap. 2. *Oſsin paſsin*.

Pagina 19. De impœnitentia finali, ante medium, ita.

אמר ר׳ שמעון בן ליקש רשעים אפילו על פתחו של גהנם אינן חוזרין בתשובה שנאמר (ישעית סו׳ : כד׳׳) ויצאו וראו בפגרי האנשים הפושעים בי וגו׳ שפשעו לא נאמר אלא הפושעין והולכין לעולם : וכו :

Impij etiam in ipſis Gehennæ foribus minimè ad pœnitentiam redeunt, S D. (Iſai. c. 66. 24.) Et exibunt, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricantur in me. *Non dixit: Qui præuaricati ſunt olim, ſed* qui præuaricantur, *id eſt, qui præuaricando proſequuntur vſque in ſeculum. Sed non contradicunt iſta, Hoc de præuaricatoribus Iſraël; hoc de præuaricatoribus Nationum mundi. Sic etiam rationi conſentaneum eſt credere, quod ſi contradicat, quòd Reſc Lakìſc ſibi contradicat. Quia dixit Reſc Lakìſc: Præuaricatores Iſraël non patiuntur ab igne Gehennæ. Accipitur argumentum ab* Altare aureo. *Sicut Altare aureum, in quo non*

ctiones multæ labor carnis. *Fili mi, eſto cautus in verbis Scribarum magis, quàm in verbis Legis; quia ex verbis Legis aliqua ſunt præcepta faciendi, & aliqua non faciendi*(i. e. continentur in Lege tantùm præcepta affirmatiua, & negatiua,) Et R. Salomon dicit: *quia ſunt in eis quædam præcepta. quæ ad mortem obligant, ſicut legitur:* Qui perrumpit ſepem, mordebitur à ſerpente (Eccleſ. 10. v. 8.) *Sed Verba Scribarum quicumque prætergreditur, reus eſt mortis. Fortaſſe dices: Si in eis eſt aliquid certum, cur non ſcripta ſunt?* Faciendi libros multos non eſt finis, & meditationis multæ afflictio carnis. *Dixit Ràu Papà fil. Ràu Achà Bar Adà, Miniſter Ràu Achà Bar Vulà; Vt doceatur, quòd qui deridet verba Sapientum, damnabitur in ſtercore bullienti. Arguebat contra hoc Rabbà: Non rectè hoc dicitur, quia ſcriptum non eſt* לעג *deridens, ſed* להג *meditans. Sed nota, quòd quicumque meditatur in illis, guſtat ſaporem carnis.*

Eſt magna impudentia, verba hominum plerumq; ſceleſtorum, & vitioſorum in maiori gradu collocare, & altius extollere, quàm verba à Spiritu Sancto dictata: &, quod eſt vlteriùs damnandum, pœnam ſtatuere pro his, qui ſtultiſſima hæc Rabbinorum verba derident, nempè ebulliendos in feruenti ſtercoris caldario. Huc referunt horrendam illam blaſphemiam contra Ieſum Dominum noſtrum poſitam in Codice *Ghittin* cap. 5. *Hannezikin* pag. 57.

Ibidem poſt medium.

אמר רב יהודה אמר שמואל בשעה שתיקן שלמה עירובין ונטילת ידים יצתה בת קול ואמרה (משלי כג ט״ו) בני אם חכם לבך ישמח לבי גם אני ואומר חכם בני ושמח לבי:

Di-

tentiam eſſe intelligendam de iniquis, & impijs externarum Nationum, non verò de Iudæis, quia quodcumque peccatum à Iudæis commiſſum leui pœna Gehennæ ignis purgatum iri volunt: nam paulò poſt quam Iudæorum animæ in Gehennam fuerint ingreſſæ, venire Abraham; & eos, quos videt circumciſos de Gehenna educere, & in cæleſtem patriam introducere prædicant. Hoc enim eſſe non poteſt, quia eſſet contra Diuinam iuſtitiam, quæ ſicut nullũ bonum ſine remuneratione, ita nullum malum impunitum relinquit. Cæterùm in hoc loco de Iudæorum blaſphemijs, de iniquis contractibus, vſuris, iuramentis falſis, &c. nulla mentio fit, quia in Talmude non reputantur peccata, cùm à Deo non puniantur: quod quidem ne dum falſum dogma, ſed & blaſphemum eſt aſſerere.

Ordinis II. *Moëd*, Cod *Eruuin* cap. 2. *Oſiu paſin.*

Pagina 21. b. ante medium. Verba Scribarum, ſeù Rabbinorum præferuntur verbis Sacræ Scriptnræ.

דרש רבא מאי דכתיב (קהלת י״ב: י״ב) ויותר מהמה בני הזהר עשות ספרים הרבה וגו׳ בני הזהר בדברי סופרים יותר מדברי תורה שדברי תורה יש בהן עשה ולא תעשה ודברי סופרים כל העובר על דברי סופרים חייב מיתה שמא תאמר אם יש בהן ממש מפני מה לא נכתבו עשות ספרים הרבה אין קץ ולהג הרבה יגיעת בשר: אמר רב פפא בריה דרב אחא בר אדא משמיה דרב אחא בר עולא מלמד שכל המלעיג על דברי חכמים נידון בצואה רותחת מתקיף לה רבא מי כתיב לעג להג כתיב אלא כל ההוגה בהן טועם טעם בשר:

Explicabat Rabbà: Quid eſt, quod ſcriptum eſt (Eccleſ. 12. v. 12.) Et ampliùs ab illis fili mi monitus ſis. Faciendi libros plures non eſt finis: & le-

pharim in villis, ſed בכופרים *Becopharim* (qua dictione ſignificantur abnegantes Legem, Apoſtatæ) *inter Apoſtatas: Veni, & demonſtrabo tibi ſemen Eſau,* (intelligunt Chriſtianos) *quibus largitus es bona, & ipſi te abnegarunt.* Surgamus manè ad vineas, *iſtæ ſunt Synagogæ, & Academiæ.* Videamus ſi floruerit vitis. אלו בעלי מקרא *Iſti ſunt ſtudentes in Sacra Scriptura.* Si aperuerit ſe vua paruula. אלו בעלי משנה *Iſti ſunt ſtudioſi in Deuteroſi in Miſcnà.* Si floruerunt mala punica. אלו בעלי תלמוד *Iſti ſunt ſtudentes in Talmùd.* [R. Salomon: *Sicut* סמדר *Semadàr vua parua,* (vua acerba) *eſt maior quàm flos; ſic Miſcna meliùs explicat, ſeù magis patet, quàm Diuinorum librorum Codex, id eſt Biblia.* Si floruerunt mala punica, *id eſt ſi creuerunt quantum ſat eſt; quia iam flos creuit in circuitum ad inſtar cuſtodis, vti in nucibus paruis.*]

Intolerabilis iniuria in Chriſtianos à Lege Diuina apoſtatas, & deſertores appellatos. Exaltatio quoque, atque prælatio Miſcnæ, & Talmudis ſuper Sacros Codices, ſanè plus quàm intolerabilis blaſphemia eſt.

Ibidem immediatè. *Dixit Ràu Hammenunà: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (1. Regum 4. 32.) Et locutus eſt Salomon tria millia parabolarum, & fuit Canticum eius quinque & mille. *Innuit Salomonem dixiſſe ſuper quodlibet verbum Legis tria millia parabolarum* ועל כל דבר ודבר של סופרים חמשה ואלף טעמים *& ſuper quodlibet verbum Scribarum quinque & mille.*

Verba Scripturæ credibilia & credenda, incredibilia & minimè credenda reddunt Rabbini. Credibile quidem

Dixit Ràu Iehudà, Dixit Samuel: Ea hora, qua ordinauit Salomon Eruuìn, & eleuationem manuum, id eſt ablutionem manuum, exijt vox, & dixit (Prou. 23. v. 15.) Fili mi, ſi ſapiens erit cor tuum, lætabitur cor meum. [R. Sal. *Salomon ordinauit erubè atriorum, id eſt conuerſationes, vſus, commercia; & ordinauit, ne quid efferretur de Iure priuato in publicum, & è conuerſo, vt faceret ſæpem, & elongationem latam prohibitioni Legis.*] *fecitque auriculas Legi, ſicut fit in vaſis, per quas apprehenduntur, quæ niſi has haberent, vel apprehendi non poſſent, vel faciliùs frangerentur apprehenſis.*

Placuit hæc annotare, vt videatur, quomodo Hebræi probent *Erùb* eſſe de Iure Diuino, quod nihil minùs probat quàm congruentia allata, cùm ex ea nihil colligi poſſit de *Erùb* in Scriptura, niſi per figuram ex cerebro Rabbinorum efformatam. Vnde incertum omninò eſt eiuſmodi ius originem duxiſſe à Salomone.

Cod. *Eruuìn* cap. 2. *Oſsìn paſsìn.*

Pagina 21. b. circa finem docebat Rabà: *Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Cant. 7. v. 11.) Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis: manè ſurgamus ad vineas, videamus an floruerit vitis, aperuerit ſe vua parua, floruerint mala punica &c. *Dixit Synagoga Iſraël: Ne velis, quæſo, iudicare me iuxta modum, quo iudicas habitantes in Vrbibus, quibus ſunt crimina, raptus concubitus, periurij.* Egrediamur in agrum. *Veni, & oſtendam tibi Doctores* (Rabbinos) *qui exercent ſe in Lege cum laboribus, & anguſtijs.* Commoremur in villis. *Ne legas* בכפרים *Bache-*

quòd ambulatio etiam eſt peccatum, quia ſic appellatur, & hìc eſt peccatum, quia euellit herbas.] *Traditio alia: Licet ambulare in ſuperficie herbarum in Sabbatho. Et alia traditio dicit: Prohibitum eſt. Sed iſta non ſunt contraria inter ſe. Prima de teneris herbis, hæc de ſiccis intelligitur. Et ſi vis admittam vtramque: dictam eſſe de teneris; hìc in diebus æſtatis, hìc in diebus hyemis. Et ſi vis dicam vtramque: dictam in diebus æſtatis, nec contradicere; illam de calceato, hanc de non calceato.* [R. Salom. *Non calceatus ſi ſoleis vtatur, quia herbæ inhærent in colligationibus, & articulis digitorum, & euelluntur.*] *Et ſi vis dicam vtramque: dictam de calceato, & non contradicunt. Illam de eo, cui ſunt ſpinæ, ſeù aculei, quibus inhærent herbæ, & euelluntur. Et ſi vis dicam; admittam quoque, cui ſunt aculei, licèt contingat quòd huiuſmodi aculeis adhæreat ſcirpus.* [R. Salom. שרכא *Sciarcà eſt filum longum, nam herba longa prohibetur calcari, quia confringitur.*] *Et nunc quòd ſtat nobis determinatio ſecundùm ſententiam R. Simeonis, totum hoc licitum eſt.*

Subtilis, & egregia diſputatio Talmudica de lana caprina, ſed ſuperflua, quia de hiſce minutijs non curant moderni Rabbini, quantumuis ſcrupuloſi videri velint; ſed die Sabbathi ſpatiantur per ſuburbia Vrbium, & per prata virentia, & arentia, tam hyemis, quàm æſtatis tempore. Locus autem Prouerb. 19. v. 2. adductus intelligitur de eo, qui præcipitanter agit in operibus ſuis, cùm enim in eo tunc portio inferior agat in ſuperiorem, mirum non eſt, ſi ille, qui hoc modo operatur, non raró peccet. Talmudiſtæ autem hunc locum etiam in-

eſt Salomonem dixiſſe tria millia parabolarum, & cantica eius fuiſſe quinque & mille. Sed prorſus incredibile eſt, quòd על כל דבר ודבר של תורה שלשת אלפים משל; *ſuper quodlibet verbum Legis dixerit tria millia parabolarum; & ſuper quodlibet verbum Scribarum quinque & mille.*

Ibid. *Dixit Vlà: Dixit R. Eleàzar:*

בתחילה היתה תורה דומה לכפיפה שאין לה אונים עד שבא שלמה ועשה לה אונים קיצותיו תלתלין:

In principio erat Lex ſimilis caniſtro ſine manicis, venit Salomon, & fecit ei manicas, ordinando Erùu, & ablutionem manuum. Ergo Lex imperfecta fuit vſque ad Salomonis tempora. Contra hoc refragatur quod dicitur in Pſalmo 14. v. 8. תורת יהוה תמימה *Lex Domini perfecta.*

Ord. II. *Moëd* Cod. 2. *Eruuin* cap. 10. & vltimo *Hammotzè Thephillin*.

Pagina 100. poſt medium. Sabbathina ſcrupuloſitas Rabbinorum.

אמר ר׳ רמי בר אבא אמר רב אסי אסור לאדם שיהלך על גבי עשבים בשבת משום שנאמר (משלי יט״ ב׳:) ואץ ברגלים חוטא תני חדא מותר לילך על גבי עשבים בשבת ותניא אידך אסור ר״ל הא בלחים הא ביבשים ואיבעית אימא הא והא בלחים כאן בימות החמה כאן בימות הגשמים ואיבעית אימא הא והא בימות החמה ולק׳ הא דסיים מסאני הא דלא סיים מסאני ואיבעית אימא הא והא דסיים מסאני ולא קשיא הא דאית ליה עוקצי הא דלית ליה עוקצי ואיבעית אימא הא והא דאית ליה עוקצי הא דאית ליה שרכא הא דלית ליה שרכא דקל׳ כר״ש כולהי שרי:

Dixit R. Rammè Bar Abbà, dixit R. Asè: Probibitum eſt homini ambulare in ſuperficie herbarum in Sabbatho, S. D. (Prou. 19. 2.) Et feſtinus in pedibus peccat. [R. Salom. *Ergo hinc habetur,*

lucribus cæli reddit nos ſapientes. Iſte eſt Gallus gallinaceus, qui priùs blanditur gallinæ, deinde init. [R. Sal. *Vadit, & explicat alas ſuas: & eſt blanditio, ſicut dicitur infra, quia dicit, velle tunicam ei emere ad terram vſque dimiſſam.*] *Dixit Rabbì Iochanàn* -

אילמלא לא ניתנה תורה היינו למידין צניעות מחתול וגזל מנמלה ועריות מיונה ודרך ארץ מתרנגול שמפייס ואחר כך בועל ומאי מפייס לה אמר רב יהודה אמר רב הכי קאמר לה זבינא ליך זיגא דמטו ליך עד כרעיך לבתר הכי אמר לה לישמטתיה לכרבלתיה דההוא תרנגולא אי אית ליה ולא זבינא לך:

Niſi foret data Lex, potuiſſemus ediſcere pudoris, & Verecundiæ Legem ex fele, ſeù catto. [R. Salom. *Quia non proijcit ſtercus in conſpectu hominum, atque etiam illud operit, & tergit.*] *Et furtum, ſeù raptum à formica.* [R. Salomon: *Quia ſcriptum eſt* (Prou. 6. 8.) Congregat in æſtate panem ſuum, *nec altera ſurripit eſcam alteri.*] *Item actum maritalem à columba, quia non iungitur, & permiſcetur niſi cum compare ſua, & Vxore. Et vſum Venereum à gallo gallinaceo; quia mos galli eſt blandiri, & applaudere priùs gallinæ, deinde conſcendere. Sed quidnam blanditur illi? Dixit Ràu Iudas, dixit Ràu: Sic illam alloquitur: Emam tibi tunicam talarem. Sed poſtea dicit ei:* [R. Sal. *Poſt coitum, quando ſcilicet mouet, & inclinat caput ſuum illi terram verſus*] *Si commodum mihi erit, ſin minùs, non emam quod tibi pollicitus ſum.* Omnes iſtæ maledictiones mulieribus attributæ non omnes probantur ex Scriptura.

Quòd potuiſſent Iudæi vrbanitatem, & dogmata à iumentis, & auibus edoceri, etiam ſi Lex data non fuiſſet, oſtendunt in hoc magnam ingratitudinem erga Dei beneficia; quia licèt nonnulla ani-

intelligunt, de his, qui cogunt vxores ſuas reddere debitum, quod improbant, & dicunt ex tali coniugali debito naſci filios indecentes, & indecoros. Indecentes probationes, quas ibidem afferunt, ibidem ſunt videndæ. Vbi -

Verſa pagina non longè à principio Ràu Iſaac Bar אבדימי *Audimi* dicit: Decem maledictionibus maledicta eſt Eua, quia ſcriptum eſt (Gen. 3. 16.) *Mulieri autem dixit: Multiplicando multiplicabo.* Hæ ſunt duæ guttæ ſanguinum: altera ſanguinis menſtrui, & altera ſanguinis virginitatis. 3. *Dolores tuos.* Hic eſt dolor educationis filiorum. 4. *Et conceptum tuum.* Hic eſt dolor conceptionis. 5. *In dolore paries filios*, vt ſonat. 6. *Et ad Virum tuum erit appetitus tuus.* Docet quòd mulier appetit maritum ſuum cùm ille committit ſe itineri. 7. *Et ipſe dominabitur tui.* Docet, quòd mulier exiget debitum corde, & vir exiget, & requiret ore. [*R. Salom. Quia ſcilicet cùm ſit Dominus, liberè explicabit ore deſiderium cordis* (ſui). Iſtæ ſunt ſeptem. Quando venit Ràu רימי *Dimì*, dixit: Amicitur tamquam lugens mortuum, & eſt ei prohibitum vnire ſe viro, & habere duos maritos. In Miſcnà dicitur: Nutrit capillum inſtar lamiæ, & ſedendo reddit vrinam veluti iumentum. [R. Salom. *Inſtar mulæ.*] Item: Ipſa eſt facta pro ceruicali marito ſuo. [R. Salomon: *Quia vir deſuper vxori incumbit.*] Et hæ ſunt laudes mulieris. Dixit R. Chijà: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Iob 35. 11.) *Docet nos ex iumentis terræ, & à Volucribus cæli reddit nos ſapientes. Docet nos ex iumentis terræ* זו פירדה שכורעת ומשתנת מים: *Hæc eſt mula, quæ incuruata lotium fundit. Et à Vo-*

liabus plebis Iudaicæ,quæ veluti iumenta abominabiles exiſtimantur. Paulò poſt, Doctores iſti Talmudici iterùm inuehuntur in Iudaicam, & indoctam plebem, & contra eam exercent truculentam rabiem, dum docent eam eſſe occidendam, trucidandam, & omni peiori modo tranſuerberandam. Vnde -

אמר רבי אלעזר עם הארץ מותר לנוחרו ביום הכיפורים שחל להיות בשבת אמרו לו תלמידיו רבי אמור לשוחטו אמר להן זה טעון ברכה וזה אינו טעון ברכה :

Dixit R. Eleàzar: Populum terræ (id eſt plebeium,& indoctum) *licitum eſt occidi* (gladio tranſuerberare) *etiam in die Hachippurrìm Expiationum, quamuis incidat in Sabbathum. Dixerunt ei diſcipuli eius: Rabbì dic: Vt iuguletur* (more iumentorum). *Reſpondit eis: Nequaquam quia in iumentorum iugulatione præmittenda eſt benedictio; non autem in interfectione Iudaicæ plebis aliqua eſt præmittenda benedictio*. Sequitur R. Eleàzar -

עם הארץ אסור להתלוות עמו בדרך שנאמר (דברים ל׳ : כ׳) כי הוא חייך ואורך ימיך על חייו לא חס על חיי חבירו לא כל שכן ׃

Populo terræ (id eſt indocto, & plebeio) *ſimul adiungere ſe in itinere prohibitum eſt, quia dicitur* (Deuter. 30. 20.) Quoniam ipſe eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum. *Si ipſe vitæ ſuæ non parcet, quomodo parcet vitæ ſocij ſui* ? [R. Salom. *Vitæ ſuæ non parcit, vt velit diſcere Legem pro conſeruanda vita; nonne multò magis non parcet vitæ alterius? Et eſt dolendum, ne fortè occidat eum*.]

Inuehit ampliùs Talmud contra plebem Iudaicam ſtatim -

אמר רבי שמואל בר נחמני אמר ר׳ יוחנן עם הארץ מותר לקורעו כדג אמר ר׳ שמואל בר יצחק ומגבו :

Dixit R. Samuel Bar Nachmanì: *Di-*

animalia tantùm inſtinctu naturali operentur ſecundùm rectum dictamen rationis, attamen à rudibus Iudæis, ſi Lex non fuiſſet data, cognita iſta non fuiſſent; vnde licèt feles vnguibus terram effodiant, & excrementa operiant, nihilominùs neceſſe fuit, vt Dominus inſtrueret Iudæos, quomodo ad neceſſaria naturæ ſe gerere debuiſſent. Confer librum Deuteron. cap. 23. 13. De Gallo gallinaceo Apologus, *Moraliter*.

Vt incautas mulieres decipiant viri ſalaces, ac vaferrimi, multa promittunt, ſed expleta libidine, à ſe abijciunt, & tamquam conſortes in delicto odio habentur. Confer II. Sam. cap. 13. Quædam ex prædictis leguntur quoque in *En Iſraël* Pag. 87. b. col. 2. num. 36. & pag. 88. col. 1. num. 37.

Ord. II. *Moëd* Cod. 3. *Peſachim* cap. 3. *E'lu ouerin*.

Pagina 49. b. in principio. Hebrææ mulieres plebeiæ à Rabbinis loco iumentorum habentur.

תנו רבנן לעולם אדם לא ישא בת עמי הארץ מפני שהן שקץ ונשותיהן שרץ ועל בנותיהן הוא אומר ארור שוכב עם כל בהמה ׃

Tradunt Magiſtri: Numquam homo ducat Vxorem filiam plebeij hominis, (id eſt ruſtici, & indocti) *quia ſunt abominatio, & Vxores illorum ſunt reptilia, & de iſtorum* (vulgarium hominum) *filiabus Scriptura dicit* (Deuter. 27. 21.) Maledictus, qui concumbit cum omni iumento.

Hæc eſt præſtantia Iudaicæ plebis, quòd ex ſententia ſui præclari Talmudis reptilibus, & iumentis æquiparetur. Nam dum à Lege Moſis maledicitur cũ iumentis coire, volunt id intelligi de fi-

ſtuduit, & omittit profeſſionem (Legis (*iſte odit peiùs quàm reliqui*. Et paulò ante dixerat -

ר׳ אליעזר אומר אילמלא אנו צריכין לחם למשא ומתן
היו הורגין אותנו :

R. Elièzer dicit : Niſi (plebei, & indocti) *egerent noſtra opera in communibus commercijs, occiderent nos* - Ideò excluduntur vulgares iſti homines ab exercendis officijs in Repub. & veluti infames habentur. Vnde ibidem ſex contra eos decreta ſunt, quæ paulò poſt his verbis recenſentur -

תנו רבנן ששה דברים נאמרו בעמי הארץ אין מוסרין
להן עדות ואין מקבלין ממנו עדות ואין מגלין להן סוד
ואין ממנין אותן אפוטרופוס על היתומים ואין ממנין
אותן אפיטרופוס על קופה של צדקה ואין מתלוין
עמהן בדרך ויש אומרים אף אין מכריזין על אבידתו
וכו׳ :

Tanù Rabbanàn Dixerunt Doctores: Sex dicuntur de vulgaribus hominibus. 1. *Non permittunt eis teſtificandi ius*. 2. *Non recipiunt eorum teſtimonium*. 3. *Non communicant illi ſecretum*. 4. *Non conſtituunt illos Procuratores ſuper orphanos*. 5. *Neque ſuper eleemoſynas publicas. Et* 6. *Non adiungunt ſe illis comites itineris. Sunt, qui dicunt: Etiam rem eius amiſſam non denuntiant*. [R. Salomon: *Qui inuenit rem amiſſam, tenetur proclamare. Sed* ועם הארץ לאו אחיך הוא *homo vulgaris non eſt frater tuus, quia non facit opera tecum, vel populi tui*.

Quod dicit R. Salomon, hominem plebeium non eſſe fratrem Iudæorum, eſt doctrina Phariſaica, & contra charitatem fraternam. Non hoc docet Euangelium, quod nec Samaritanum, qui opera pietatis exercet, excludit à prærogatiua fraternitatis, cùm & proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones ab

Dixit R. Iochanàn: Licitum eſt exenterare plebeium ſicut piſcem. Dixit R. Samuel Bar Iſaaci: Scindere eum (non ex parte ventris, vt fit in animalibus) *ſed ex parte dorſi, vti fit in piſcibus*.

Plebs Iudaica ita inuiſa eſt Rabbinis Talmudicis, vt ei non permittant manducare carnem iumenti. Ibidem ſuprà, circa principium.

תניא רבי אומר עם הארץ אסור לאכול בשר בהמה
שנאמר (ויקרא יא״ : מו׳) וזאת תורת הבהמה והעוף
כל העוסק בתורה מותר לאכול בשר בהמה ועוף וכל
שאינו עוסק בתורה אסור לאכול בשר בהמה ועוף :

Eſt Traditio. Rabbì dicit: Prohibitum eſt plebeio comedere carnes animantis, S. D. (Leuit. 11. 46.) Hæc eſt lex animalis, & volucris. *Qui ſtudet Legi, poteſt comedere carnes animantis, & volatilis. Si autem non dat operam ſtudio Legis, prohibitum eſt ei comedere carnes animantis, & volatilis*.

Manifeſti inimici ſunt *Rabbini*, & infenſi hoſtes plebis Iudæorum. Sed non minus odium exercent plebeij Iudæi contra ſuos Rabbinos, & Doctores. Teſtes ſunt ijdem Talmudiſtæ in eodem loco, qui teſtificantur, maiori odio plebem Iudaicam proſequi ſuos Rabbinos, quàm proſequantur ij, qui Iudæi non ſunt. Verba *Talmudis* ibidem longè poſt medium -

גדולה שנאה ששונאים עמי הארץ לתלמיד חכם יותר
משונאי עובדי עבודה זרה את ישראל ונשותיהן יותר
מהן :

Maiùs eſt odium, quo proſequuntur indocti diſcipulum ſapientem (id eſt Rabbinos) *quàm odium, quo inſectantur Idololatræ Iſraëlem, & vxores* (plebeiorum) *magis quàm illi*. תנא שנה ופירש יותר מכולם : *Tanà alia Traditio: Qui*

per Iod, He (Iehouà). *Opinatus eſt Rabbà prædicare hoc in concione. Dixit ei quidam ſenex.* In æternum לעלם *ad abſcondendum ſcribitur. R. Auenà arguit: Scriptum eſt* (Exod. 3. 15.) Hoc eſt nomen meum לעלם in æternum, & hoc eſt memoriale meum in generatione, & generatione. *Dixit Deus ſanctus benedictus: Non ſicut ego ſcribor, ſic legor. Scribor per Iod, He, & legor per Aleph, Dàleth.*

Ex hoc loco Talmudis inferunt nonnulli: Chriſtianos, qui receperunt Meſſiam pronunciare debere nomen Tetragrammaton per ſuas literas ſcil. יְהוָֹה *Iehouà*, & non per אֲדֹנָי *Adonài*, vt in ſeculo præterito, id eſt Veteri Teſtamento. Idem habetur in *En Iſraël* Parte I, pag. 90. b. col. 2. num. 17. Sed hæc Talmudica auctoritas tempore Meſſiæ nomen quadriliterum legendum eſſe per ſuas literas Iod, He, Vàu, He, nihil ad maiorem notitiam nominis Meſſiæ facit, aut honorem, quia non oſtendit Talmud, quomodo iſtę quatuor literæ ſint pronunciandæ; quòd ſi dicas: Pronunciandę ſunt *Iehouà*, vti puncta ipſarum oſtendunt; regero ego: Prohibet Talmud legi prædictum nomen literis Aleph, Dàleth, at puncta præfata ſunt puncta iſtarum literarum: ergo pronunciari non debent per *Iehouà*. Ergo cùm non oſtendat Talmud, quomodo pronunciandum ſit nomen Dei ineffabile tempore Meſſiæ, ipſius auctoritas nulla eſt. Adde, quod ſi pronuncietur idem nomen per *Iehouà*, nullam maiorem notitiam de Chriſto Deo haberemus, quàm modò habemus, aut maiorem honorem Deo humanato exhiberemus, quàm modò exhibemus; imò ab Euangelio declaretur. Luc. 10. 33. Phariſæus autem ſtans dicit: *Gratias tibi ago Deus, quia non ſum ſicut cæteri hominum* (עם הארץ *Am haàretz vulgarium*) *raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic Publicanus* (Luc. 18. 11.) *Et quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Non eſt opus valentibus Medicus, ſed malè habentibus.* (Matth. 9. 11.) Vulgus autem hominum, & peccatores fratres noſtri ſunt, & eos amore proſequi debemus, quia & ipſi, licet viles, indocti, vel forſan peccatores cùm ſint, per humilitatem, & pœnitentiam capaces ſunt Regni cæleſtis. *Publicani, & meretrices præcedent vos in Regnum Dei* (Matth. 21. v. 31.) Quæ contra plebeios dicuntur, referuntur etiam in *En Iſraël* Par. I. pag. 90. num. 13. & 14.

Ibidem pagina 50. circa finem -

והיה יהוה למלך על כל הארץ ביום ההוא יהיה יהוה אחד ושמו אחד :

Et erit Dominus in Regem ſuper omnem terram: in die illa erit Dominus vnus, & nomen eius vnum. (Zachar. 14. v. 9.)

אמר רב נחמן בר יצחק לא כעולם הזה העולם הבא העולם הזה נכתב ביוד ה״י ונקרא באל״ף דל״ת אבל לעולם הבא כולו אחד נקרא ביוד ה״י ונכתב ביוד ה״י סבר רבא למדרשה בפירקא אמר ליה ההוא סבא לעלם כתיב (שמות ג׳ ׃ ט״ו ׃) רבי אבינא רמא כתב זה שמי לעלם וזה זכרי לדור דור אמר הקב״ה לא כשאני נכתב אני נקרא נכתב אני ביו״ד ה״א ונקרא אני באלף דל״ת ׃

Dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaaci: Non eſt præſens ſeculum ſicut ſeculum futurum. In præſenti ſeculo ſcribitur (nomen Domini literis) *Iod, He, & legitur per Aleph, Dàleth; ſed in ſeculo futuro* (tempore Meſſiæ) *totum vnum legitur*

antequam crearetur mundus. Et hæc ſunt: 1. *Lex*, 2. *Pœnitentia*, 3. *Paradiſus Eden*. 4. *Gehenna*, 5. *Solium Gloriæ*, 6. *Domus Sanctuarij*, & 7. *Nomen Meſſiæ*. R. Ioſè dicit: Duo venerunt Deo in mentem creanda in Veſpera Sabbathi, & non creata ſunt vſque ad exitum Sabbathi.

Ibidem circa finem תנו רבנן Decem creata ſunt in Veſpera Sabbathi intra crepuſculum. Iſta ſunt: 1. *Puteus*, 2. *Manna*, 3. *Arcus*, 4. *Scriptum*, 5. *Scriptura*, &c. vt ſuprà. Sunt, qui addunt *Virgam Aharonis*, *Amygdalæ eius*, & *flores eius*. Sunt qui dicunt etiam *Dæmones*; ſunt, qui dicunt etiam *Veſtes Adami*. Iſta ſunt adeò impertinentia, vt nulla indigeant confutatione, cùm ex ſe ipſis ſuas ineptias oſtendant. Quid ſit *Sciamìr* vide Par. I. pag. 332. col. 1. De Puteo vide ibidem pag. 419. col. 1. De eo R. Salomon hìc ait: *Puteus Mariæ, id eſt petra, de qua exibant aquæ per manum Moſis, & rotunda erat inſtar cribri, & proficiſcebatur cum illis quocumque ibant*. De reliquis aliquid dictum eſt ſuprà in diuerſis locis. Vide Par. I. pag. 332. col. 1. & pag. 490. col. 2. vbi de *Sciamìr Vermiculo*.

Ibidem pag. 56. initio תנו רבנן *Tanù Rabbanàn*. *Sex fecit Ezechias Rex &c.* Hæc Baraiethà tranſlata eſt in *Miſcnaijòth* Rabbènu Hakkadòſc in fine huius capitis, vti notaui in Summa Capitum *Miſcnæ* cap. 130. col. 2.

Ibidem pagina 57. circa finem.

אמרו עליו על יוחנן בן נרבאי שהיה אוכל שלש מאות עגלים ושותה שלש מאות גרבי יין ואוכל ארבעים סאה גוזלות בקינוח סעודה ׃

Dixerunt de Iochanàn Ben Narbài, qui comedebat 300. vitulos, & bibebat

300.

imò nullam de Chriſto notitiam, aut honorem ex tali pronuntiatione adipiſcimur, cùm ex ea vera, & genuina notitia per punctorum huius nominis יהוה *Ineffabilis* omninò deperditur ſi *Iehouà* pronunciatur, atque legatur. Itaque paruipendenda eſt auctoritas Talmudis, & lectio retinenda huius nominis יהוה, quam D. Hieronymus, & alij Sancti Patres antiquiores retinuerunt. Puncta enim nominis יְהֹוָה ſunt puncta nominis אֲדֹנָי *Adonài Dominus*. Vnde ſemper antiqui Sacri Interpretes verterunt lingua Græca Κύριος, id eſt *Dominus*. Retineamus igitur antiquam lectionem Sanctorum Patrum nihil curantes de Talmude, aut Talmudizantibus Chriſtianis, & vocem יְהֹוָה non *Iehouà*, cum Iehouiſtis, ſed *Adonài* cum SS. Patribus legamus quicquid Leuſden dicat, aut *Galatinus* in mundum inuexerit.

Ord. II. *Moèd* Cod. 3. *Peſachìm* cap. 4. *Makòm ſcenahagù*.

Pagina 54. ante medium. תניא Decem creata ſunt Veſpera Sabbathi antequam Sabbathum ingrederetur. Hæc ſunt: 1. Puteus, 2. Manna, 3. Arcus, 4. Scriptum, 5. Scriptura, 6. Tabulæ, 7. Sepulchrum Moſis, 8. Spelunca, in qua ſtetit Moſes, & Elia, 9. Apertio oris aſinæ Balaàm. 10. Hiatus terræ ad abſorbendum impios. R. Nachmià nomine patris ſui dicit, etiam *ignis*, & *mulus*. R. Ioſias dicit nomine patris ſui etiam *Aries*, & *Sciamìr*. R. Iudas dicit etiam *forceps*, *ignis noſter*, & *ignis Gehennæ*. תניא

Ibidem ſtatim: Septem creata ſunt

Ibidem Capite 9. *Miſcehaiàh*.

Pagina 94. Ex itinere, quòd conficit mediocris homo per diem, & ex itinere, quod idem conficere poteſt à principio auroræ vſque ad ortum Solis; & ab occaſu Solis vſque ad ortum Stellarum, prætendit Rabbà Bar Bar Chanà menſurare craſſitiem firmamenti, ſed ineptiſſimis rationibus, quia hominis motus ab aurora ad ortum Solis non poteſt eſſe menſura fixa, & vniformis, ſicut nec ab occaſu ad ortum Stellarum, quia quantitas crepuſculorum diuerſa eſt pro varietate Regionis, altitudinis Poli, atque varietate temporis, inquit Argolus in Pandoſio ſphœrico cap. 36. Imò, in quibuſdam Regionibus prope Polum aliquando eſt dies continuus abſque crepuſculis, & aliquando eſt crepuſculum continuum abſque die. Pro crepuſculo autem intelligimus lucem illam, ſiuè matutinam, ſiuè veſpertinam; matutinam ſubalbidam, ſiuè alborem, quem initio diei, in Orientali Horizonte videmus, & auroram nuncupamus; veſpertinam ſubrubeam, quā in Horizonte Occidentali poſt Solis occaſum vſque ad ortum Stellarum cernimus. Ex inſtabilitate igitur huius crepuſculi tam matutini, quàm veſpertini, nulla poterit dari certa menſura, & regula, qua corporum cæleſtium motus, aut illorum quantitas, moles, vel craſſities menſurari quoquo modo poſſit. Et tamen iſti Geometræ excultiſſimi Talmudiſtæ menſurant Vniuerſum, & מן הארץ עד לרקיע *à terra ad firmamentum* dicunt eſſe מהלך חמש מאות שנה *itineris quingentorum annorum*. ועיביו של רקיע מהלך חמש מאות שנה ובין כל רקיע לרקיע מהלך חמש מאות שנה וכן בין כל רקיע ורקיע׃ *Et craſſities firmamenti ... lagenas vini, & comedebat* 40. *Heminas pipionum pro abſterſione prandij*. [R. Salom. vt hanc hyperbolicam loquendi formulam corrigat, dicit: *Quia nutriebat Sacerdotes multos*.] Sed non ob id Talmudicas ineptias tollit.

Ord. II. *Moëd* Cod. 3. *Peſachim* cap. 8. *Haiſcià*.

Pag. 87. b. circa finem. Vt contra Romanos obloquantur, ſtultitias loquuntur Talmudiſtæ.

תני׳ ר׳ חייא מאי דכתיב (איוב כ״ח׳ כ״ג) אלהים הבין דרכו והוא ידע את מקומה: יודע הקב״ה את ישראל שאינן יכולין לקבל גזירות אכזריות רומיים לפיכך הגלה אותם לבבל׃

Tanià R. Chijà: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Iob 28. 23:) Deus intellexit viam eius, & ipſe cognouit locum eius. *Nouerat Deus ſanctus benedictus Iſraëlitas, quòd non poterant perferre ſententias crudeles Romanorum, & ideò illos transmigrare iuſſit in Babel*. Si intelligit poſtquam ſubacti ſunt à Romanis, eſt falſum, quia tunc non in Babel, ſed per totum Romanum Imperium diſperſi ſunt Iudæi ſemper ſub ferula, & iugo Romanorum. Si intelligit de ſæuitia Romanorum futura, qua præuiſa, in Babel fuit ablegatus populus, cur ideò poſtea reuerſi ſunt ad patrios lares, vt ſub iugo Romanorum aliquando affligi deberent Iudæi? Meliùs igitur illis erat relinqui in Captiuitate, quam reuerti & iterum affligi à Romanis. Sed huiuſmodi falſa Commenta ideò adinuenerunt, vt plebis odium concitarent contra Romanos, & Iudæorum inuidiam fouerent. Vide *En Iſraël* Parte I. pag. 94. col. 3. num. 44. vbi nomen Romanorum mutatum eſt in nomina Eſau, & Iſmaëlis.

Betherà dicit: Quando Templum ſtabat non erat lætitia, niſi in carne S. D. (Deuteron. 27. 7.) Et ſacrificabis pacifica, & comedes ibi, & lætaberis coram Domino Deo tuo. *At modò, quia Templum non ſtat, non eſt lætitia, niſi in vino, S. D.* (Pſal. 104. 15.) Et vinum lætificat cor hominis. אין שמחה אלא ביין *Non eſt lætitia, niſi in vino:* ſi Iudæi capaces eſſent myſteriorum fidei Chriſtianæ, poſſet hoc, quod dicunt Rabbini de Vino, reduci in bonum ſenſum; quia etſi Rabbinus iſte materialiter locutus ſit, attamen Deus aliquando permittit, vt etiam Aſina Balaam loquatur.

Pagina 109. b. poſt medium. Prohibetur, ne homo quicquam faciat duplum, tam in menſa vt non bibat bis pari, quàm extra menſam in alijs negotijs. Vbi multa ſuperſtitioſa docentur pertinentia ad incantationes, & veneficas artes mulierum. Quæ omnia flammis vltricibus expurgari merentur.

Pagina 112. & 113, Dantur quædam documenta, ab aliquibus Rabbinis ad mores pertinentia, quæ omninò ſuperſtitionibus non carent. Vide Par. I. pag. 251. col. 2. & *En Iſraël* Par. I. pag. 95 col. 1, & ſeqq.

Pagina 117. & ſeqq. vſque ad finem Codicis. De Ceremonijs, quæ fiunt in Cœna Paſchali; de Halleluiàh, Hallèl haggadòl, & Aphikomèn. De quibus egi in Parte II pag. 739. & ſeqq. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 97. columna 1. & ſeqq.

Pagina 119. b. circa medium. Agitur de Conuiuio tempore Meſſiæ Iuſtis faciendo à Deo, de quo actum eſt Par. I. pag. 530. & ſeqq. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 98. b. num. 65.

mamenti ſit itineris quingentorum annorum. Et inter firmamentum, & firmamentum, ſiuè cælum, & cælum ſit pariter itineris quingentorum annorum, & ita inter quodcumque cælum, & cælum.

Ita Ibidem 94. b. circa principium, vbi diſputant de motibus cælorum, & aſtrorum præcipuè Solis, cuius iter, hactenus Aſtronomis ignotum exhibent, de quo præter alias ineptias ibidem relatas תנו רבנן *Tanù Rabbanàn* dicunt: *Per quatuor ſemitas Sol progreditur, in Niſàn, Iiàr, & Siuàn, id eſt Martio, Aprili, & Maio perambulat montes, vt tepeſaciat niues. In Menſibus Tamùtz, Au, & Elùl, id eſt Iunio, Iulio, & Auguſto perambulat per campeſtria, vt fructus matureſcat. Menſibus autem Tiſcrì, Marcheſcuàn, & Chiſlèu, id eſt Septembri, Octobri, & Nouembri perambulat maria, vt flumina areſaciat. In Menſibus verò Teuèth; Sceuàth, & Adàr, id eſt Decembri, Ianuario, & Februario perluſtrat deſerta, & hoc ne areſiant ſemina.*

O egregiam Solis œconomiam per 4. anni tempora à Talmudiſtis diſtributá!

Ord. II. *Moëd* Cod. 3. *Peſachìm* cap. 10. *Aruè Peſachìm.*

Pagina 109. poſt medium. תנו רבנן *Tanù Rabbanàn*. Diebus feſtiuis celebrandis quomodo occupentur Iudæi. *Tenetur homo lætificare filios ſuos, & domeſticos contubernales ſuos in feſto. S. D.* (Deuteron. 16, 14.) Et lætaberis in feſtiuitate tua. *In quo exhilarat illos?* ביין *Vino. R. Iudas dicit: Viros re ſibi conuenienti, & mulieres re ſibi conuenienti. Homines vinum decet. Sed quid conuenit mulieribus? Dicit R. Ioſeph: In Babèl veſtes coloratæ: in terra Iſraëlis veſtes lineæ dealbatæ.* תניא *Tanià. R. Iudas Ben*

gina 165. columna 1. poſt medium.
Ord. II. *Moëd* Cod. 4. *Chaghighà* cap. 2. *En Doreſcìn*.

Pagina 12. non longè à principio. De Adami magnitudine.

אמר רבי אלעזר אדם הראשון מן הארץ עד לרקיע שני למן היום אשר ברא אלהים אדם על הארץ וכיון שסרח הניח הקב"ה ידיו עליו ומיעטו שנאמר (תהלים קל"ט : ה׳ :) אחור וקדם צרתני ותשת עלי כפך : אמר רב יהודה אמר רב אדם הרישאן בסוף העולם ועד סופו היה שנא׳ למן היום אשר ברא אלהים אדם על הארץ ומלקצה השמים ועד קצה השמים כיון שסרח הניח הקב"ה ידו עליו ומיעטו שנ׳ ותשת עלי כפך :

Dixit R. Eleàzar : Adam homo primus à terra ad firmamentum (creatus fuerat) *quia legitur* (Deuter. 4. 32.) A die, quo creauit Deus hominem ſuper terram ab extremo cælorum vſque ad extremum cælorum. [R. Salom. *Super terram, & extremum cæli, id eſt Adam ſtabat in terra, cælum capite tangebat.*] *Quando Adam peccauit, poſuit Deus ſanctus benedictus manum ſuam, & imminuit illum, S. D.* (Pſal. 139. 5.) Retro, & ante formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. [R. Salom. *Duabus vicibus formaſti me, prima vice creaſti me excelſum; ſecunda vice demiſſum, & humilem.*] *Dixit Ràu Iudas : Adam homo primus à fine mundi vſque ad finem eius fuit, quia dicitur : Vſque ad diem, qua creatus dicitur Adam ſuper terram, & ad finem cæli, à fine cæli.* [R. Salom. *Quando ipſe cubabat, caput ad Orientem, pedes ad Occidentem tenebat.*] *Poſtquam peccauit, poſuit Deus ſanctus benedictus manum ſuam ſuper eum, & imminuit illum. S. D.* (Pſal. 139. 5.) Et poſuiſti ſuper me manum tuam.

De hiſce portentoſis, atque fabuloſis Talmudiſtarum commentis in Adami ma-

Ord. II: *Moëd* Cod. 4. *Chaghighà* cap. 1. *Haccòl Chaijeuìn*.

Pagina 4. b. circa finem, vbi de quadam מרים מגדלא שער׳ נשייא *Maria plicatrice capillorum mulierum* fit mentio, quam aliqui putant fuiſſe Mariam matrem Domini Noſtri Ieſu, quod in Ieſu Nazareno confutabimus, Deo propitio. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 164. col. 2. num. 4.

Pagina 5. b. circa principium. Oculi Rabbinorum ſunt malefici.

אמר רבן שמעון בן גמליאל כל מקום שנתנו חכמים עיניהם או מיתא או עוני :

Dixit Rabbàn Scimòn Ben Gamlièl : Vbicumque Sapientes oculos ſuos ponunt, aut mors, aut afflictio inde ſequitur. Vide Par. I. huius Biblioth. pag. 538. columna 2. Refertur in *En Iſraël* Par. I. pag. 164. col. 4. num. 6.

Ibidem ſtatim. *R. Ieoſciùa Ben Chananiàh erat coram Cæſare, oſtendit ei quendam* מינא *Minà Hæreticum &c.* [Rabbì Salom. dicit: *Hæretici ſunt diſcipuli* אותו האיש *illius Viri* (per quem intelligunt Dominum Ieſum) *qui non admittunt, nec credunt verbis Rabbinorum.* Et hæc iniuria in Chriſtum Domini & diſcipulos eius, non erat prætereunda ſine nota. Idem habetur in *En Iſraël* Par. I. pag. 164. col. 4. in fine.

Ibid. poſt med. Deus quotidiè plorat.

תנו רבנן שלשה הקב"ה בוכה עליהן בכל יום וכו׳ :

Tanù Rabbanàn. Tria ſunt, ſuper quibus Deus ſanctus benedictus plorat quotidiè. Super eo, qui operam dare poteſt ſtudio Legis, & non dat. 2. Super eo, qui non poteſt incumbere ad ſtudium Legis, & incumbit. Et 3 פרנס המתגאה על הצבור *ſuper Gubernatore, qui ſuperbè agit ſuper Synagogam.* Vide *En Iſraël* Parte Prima pa-

Per totam hanc paginam, & ſequentem prolixè & diſtinctè de creatione agitur; an ſcilicet cælorum creatio terræ creationem præceſſerit, vel vice verſa; de qua materia ſint cæli; de aquis; de montibus; quomodo terra ſtet. De firmamento, quot ſint firmamenta, & quomodo vocentur, quomodo in eo ſint Sol, Luna, Stellæ, & Mazalòth duodecim ſigna Zodiaci. Item agitur de illorum habitationibus, & alijs quamplurimis rebus, quæ extraordinario modo, & non ſine errore, atque ſuperſtitione tractantur. Videnda hæc ſunt pagina 12. 13. vbi etiam de menſura cælorum; de ſolio gloriæ; de quadriga Dei, de animalibus trahentibus quadrigam, & de libro Ezechielis, qui parum abſuit quin prohiberetur à Rabbinis. Citatur etiam liber Ben Sirà. Et ibidem longè poſt medium interdicitur, ne myſteria Legis Moſaicæ communicentur Gentilibus, id eſt Chriſtianis, quia ſcriptum eſt (Pſal. 146. 20.) *Non fecit ſic omni Gentili, & iudicia ſua non cognoſcent ea*. Inuidi ſunt Rabbini, & libenter ſcripturas in Chriſtianos contorquent vt inuiſi reddantur.

Pagina 14. circa med. De 18. maledictionibus, quibus Iſaias maledixit Iſraëli ולא נתקררה דעתו *& non refrixit mens eius*, donec veniret ad hunc locum (Iſai. 3. 5.) *Inſultabit iuuenis in ſenem &c.* Vbi de 600. vel etiam 700. ordinibus Miſnæ; de Talmude, & de his, qui Talmudi ſtudent. Et verſa pagina circa finem, de quatuor Rabbinis, qui in vita ſua in Paradiſum ingreſſi ſunt: De quibus vide in Catalogo Tanàim, in Ben עזאי *Azài*, & in Ben זומא *Zomà*.

Pagina 15 longè poſt principium magnitudinem, ex alijs Auctoribus petitis egi in I. Parte pag. 65. & ſeqq. quæ omnia ex hoc fœculentiſſimo Talmudis fonte corriuata ſunt. Vide & *En Iſraël* Par. I. pag. 166. colum. 2. numero 10. circa principium.

Ibidem poſtea ſequitur. Decem creata ſunt die prima, & hæc ſunt; 1. *Cæli*, 2. *Terra*, 3. תוהו *Tòhu Solitudo*, 4. ובהו *Et Vòhu Inanitas*, 5. *Lux*, 6. *Tenebræ*, 7. *Ventus*, 8. *Aquæ*, 9. *Menſura diei*, *&* 10. *Menſura noctis*. *Cæli*, *& Terra*, *&c.* habentur in Textu. תניא *Quid eſt* תהו *Tòhu Solitudo?* קו ירוק שמקיף את כל העולם כולו שממנו יצא חשך וכו'׃ *Eſt linea viridis ambiens mundum vniuerſum, à qua exeunt tenebræ, quia legitur* (Pſal. 18. v. 12.) Poſuit tenebras latibulum ſuum in circuitu eius. *Quid eſt* בהו *Vòhu Inanitas?* בהו אלו אבנים המפולמות המשוקעות בתהום שמהן יוצאין מים שנאמ' וכו'׃ *Vòhu ſunt lapides madefacti demerſi in abyſſo, è quibus egrediuntur aquæ, quia dicitur* (Iſai. 34. 11.) Et extendet ſuper eam קו תהו ואבני בהו lineam Tòhu ſolitudinis, & lapides Vòhu inanitatis. [R. Sal. *Hinc habes quòd* תהו *Tòhu eſt linea, &* בהו *Vòhu ſunt lapides*.]

Inepta expoſitio vocum תהו ובהו *Solitudo, & Inanitas*. Quid autem ſit linea viridis ambiens mundum, à qua exeunt tenebræ; & quid ſint lapides madefacti demerſi in abyſſum, è quibus egrediuntur aquæ, quia hæc cùm ſint myſteria ſapientiſſimi Talmudis, à nemine poſſunt inueſtigari, aut intelligi, niſi à Rabbanàn, qui profundiſſima huius abyſſus penetralia Talmudica ſine oculis intellectualibus introſpicere, & has inutiles tricas contemplari, & intelligere arbitrantur.

apoſtata, idcircò illius doctrina ſuſpecta de hæreſi, vel alio errore redditur, adeoque damnatur. Hoc idē notaui ſuprà in R. Meir inter Tanaitas. De *Achèr* vide *En Iſraël* Par. I. pag. 170. col. 2. n. 12.

Pagina 16. paulò poſt principium. Sex dicuntur de Dæmonibus, quædam habent communia cum Angelis, alia cū hominibus, &c. De his iam dictum eſt ſuprà Par. I. pag. 290. col. 1. Confer *En Iſrael* Par. I. pag. 170. col. 4. numero 13.

Ibidem paulò poſt medium. Agitur de יצר הרע *Iètzer baràa Fomite malo*, de quo ſatis abundè dictum eſt in I. Parte pag. 43. & ſeqq. & totum quòd in Ghemarà habetur, inuenies in *En Iſraël* Par. I. pag. 171. col. 1. num. 13.

Tandem concluditur hic Codex חגיגה *Chaghighà* doctrina peſſima, & adulatoria tùm erga Rabbinos, tùm erga Iudaicum populū, qua nempè tam Magiſtri, quàm diſcipuli per eandem viam ambulantes in orcum gaudentes præcipitentur. Dicunt enim, Ignem Gehennę infernalis, non habere poteſtatem exurendi Rabbinos, neque ſceleratos Iudæos. Leguntur iſta in fine capitis III. חומר בקודש pag. 27. vbi abſoluitur Codex his verbis.

אמר ר' אבהו אמר רבי אליעזר ת״ח אין אור של גיהנם שולטת בהן וכו' :

Dixit R. Auaù, dixit R. Elièzer: In diſcipulos ſapientes (id eſt in Rabbinos) *ignis Gehennæ nihil habet dominationis, &c.* Vide Par. I. huius Bibliothecæ pagina 157. vbi huiuſmodi מאמר *Maàmar* refertur ex hoc loco Talmudis, ſed corrigenda eſt verſio Latina huius abbreuiaturæ ת״ח, quę explicata fuit pro תא חזי *Egredere; & vide*, cùm potiùs explicanda

Spiritus Sanctus ad inſtar Columbæ deſcribitur. *Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* (Geneſ. 1. 2.) כיונה שמרחפת על בניה *Sicut Columba, quæ incumbit pullis ſuis.*

Ibidem circa medium diffusè narratur Hiſtoria Eliſciaà Achèr בן אבויה *Ben Auuiàh*, vt ibidem dicitur. Et verſa pagina longè ante finem refertur, quòd aliquando אשכחיה רבה בר שילא לאליהו אמר ליה מאי קא עביד הקב״ה אל קאמר שמעתא מפומייהו דכולהו רבנן ומפומיה דרבי מאיר לא קאמר אמר ליה אמאי משום דקא גמר שמעתא מפומיה דאחר :

Inuenerat Rabbà Bar Scilà Eliam (Prophetam) *dixitque ei: Quid facit Deus ſanctus benedictus? Dixit ei: Dicit lectionem de ore omnium Rabbanàn, & de ore R. Meir non dicit. Dixit ei: Quare? Quia didicit lectionem de ore Achèr.*

In paucis hiſce verbis tria ſunt notanda: Eliæ apparitio; Dei occupatio; & lectionis Meir reprobatio. Frequentiſſimæ ſunt in Talmude fictitiæ iſtæ apparitiones Eliæ, quas ideò affectant, vt ſuæ doctrinæ, dictis, & factis ſuis apud vulgus auctoritatem concilient. Vnde tamquam alium Proteum in varias formas effingunt, & in ſcenam producunt. 2. Quòd Deus occupetur in recitandis lectionibus Rabbinicis, & quòd dicat lectionem ſecundùm determinationem omnium Rabbinorum, procul dubio eſt eorundem Rabbinorum ſtultitia magna, nam inſcitiam in Deo ſtatuit, ita vt ſcientiam Iudaici Iuris non habeat, niſi lectione Deciſionū Rabbinorū doceatur, quod Deo attribuere hæreticum eſt. 3. Quòd Deus reſpuat omne fermentum erroneæ doctrinæ, verum eſt. Vndè: quia Rabbì Meir didicit ab Achèr

dedit eis in occulto, S. D. (Exod. 31. 17.) Inter me, & inter filios Iſraël ſignum hoc in ſeculum. (quod poteſt legi לעלם in abſcondito). *Si ſic non ad puniendum Gentiles venit Sabbathum. Notificando notificaui eis: donum mercedis eius non notificaui eis.*

Ergo Gentiles etiam ſecundùm Iudæorum doctrinam non tenebantur obſeruare Sabbathum, quia hoc præceptum non publicè, ſed clàm ſolis Iudæis fuit datum, neque illius merces fuit notificata. Sed poſt aduentum Meſſiæ alia ratione fuit toti creaturæ manifeſtata merces obſeruationis feſtorum. In Veteri Lege duobus in locis præcipuè fuit promulgata Lex feriandi ſemel in hebdomada, Exod. 20. 8. *Recordare diei Sabbathi ad ſanctificandum eum*: Ver. 9. *Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum*. ver. 10. *Et die ſeptimo Sabbathum Domino Deo tuo &c.* V. 11. *Quia ſex diebus fecit Dominus cælos, & terram &c. & requieuit die ſeptimo.* על כן ברך יהוה את יום השבת ויקדשהו; *Idcircò benedixit Dominus diei Sabbathi, & ſanctificauit eum*. Secundò Deuter. 5. 12. & ſeqq. *Obſerua diem Sabbathi &c. ad ſanctificandum eum, quemadmodum præcepit tibi Dominus*. ver. 13. *Sex diebus ſeruies, & facies omnem functionem tuam*. ver. 14. *Et die ſeptima Sabbathum Domino Deo tuo: Non facies omnem functionem tu, & filius tuus, &c.* ver. 15. *Et memineris, quòd ſeruus fuiſti in terra Aegypti: & eduxit Dominus Deus tuus inde, in manu valida, & in brachio extenſo* -

על כן צוך יהוה אלהיך לעשות את יום השבת ׃
Idcircò præcepit tibi Dominus Deus tuus ad faciendum diem Sabbathi.

In vtroque loco præcipitur, vt vno die

da eſſet per תלמידי חכמים *Diſcipulos ſapientes*, hoc eſt Rabbinos, de quibus in hoc loco eſt ſermo, & paulò poſt per extenſum explicatur in eadem *Maamàr narratiuncula Hebraica*, vt clariùs apparet in *En Iſraël* Par. I. pag. 171. columna 4. num. 15. De Ignis Infernalis impotentia contra Rabbinos vide ſuprà pag. 397. col. 1. in fine.

Ord. II. *Moëd*, Cod. 5. *Iom Tòu* cap. 1. *Betzà*.

Pagina 15. b. poſt medium. Iudæorum feſta quomodo honorentur.

תניא ר׳ אליעור אומר אין לו לאדם ביום טוב אלא או אוכל ושותה או יושב ושונה ׃

Eſt traditio. R. Elièzer dicit: Non eſt ipſi homini in die feſto, niſi comedere, & bibere, aut ſedere, & legere. Carnalis Talmudiſta anteponit carnalia ſpiritualibus. Contrarium docet Euangelium: *Quærite primùm Regnum Dei &c. & hæc omnia adijcientur vobis.* Matth. c. 6. v. 33.

Ibidem pagina 16. longè à principio narratur, quomodo Sciammài cùm eſſet diues pretioſiora quæque pro menſa Sabbathina procurabat; huiuſmodi hiſtoriunculam per extenſum cum ſuo textu Hebraico retuli ſuprà ad pag. 317. in *Sciammài Hazakèn*.

Pagina 16. paulò poſt medium. Sabbathum clàm datur Iudæis -

אמר ר׳ יוחנן משום ר׳ שמעון בן יוחאי כל מצות שנתן להם הקב״ה לישראל נתן להם בפרהסיא חוץ משבת שנתן להן בצנעא שנאמר (שמות ל״א , י״ז) ביני ובין בני ישראל אות היא לעולם אי הכי לא לענשו גוים עלה שבת אודועי אודעינהו מתן שכרה לא אודעינהו ׃

Dixit R. Iochanàn nomine R. Scimòn Ben Iochai. Omnia præcepta, quæ dedit eis Deus ſanctus benedictus Iſraëlitis, dedit eis in publico, præter Sabbathum quòd

ſeruitute memorandum, dicente Propheta (Ierem. 16. ver. 14.) *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: Et non dicetur vltra: Viuat Dominus, qui eduxit Iſraël è terra Aegypti. Sed viuat Dominus, qui eduxit filios Iſraël de vniuerſis terris. &c.* Quæ vniuerſalis eductio ſpiritualiter, non corporaliter intelligenda eſt, vti (Deo dante) probabimus in peculiari Diſſertatione, *De vniuerſali eductione filiorum Iſraël ex vniuerſis terris, & vocatione Gentium.* De alia finali cauſa, ob quam inſtituta fuit requies diurna ſemel in hebdomada, nimirùm ob memoriam creationis rerũ omnium, & ceſſationis ab operibus ſeptima die factæ, licèt & hæc ceremonialis Veteris Legis eſſet, & ob id non protrahenda ad tempus Meſſiæ, quo ceremoniæ Iudaicæ finem habere debuiſſent; attamen quia in Dominico die, quo ab operibus ſeruilibus, ſine tamen vlla ſuperſtitione, ceſſant Chriſtiani ob memoriam Reſurrectionis Domini, & omnium beneficiorum inde in Eccleſia prouenientium, interque maxima cenſetur renouatio humanæ naturæ, quæ rerum corporalium creatione inferior non eſt; non excluditur beneficij creationis memoria, in obſeruatione huius Dominici diei.

De mutatione diei Sabbathi in alium diem hebdomadæ, quando Iudæus dubitat, aut omninò eius diei obliuiſcitur; videndus eſt Codex *Sciabbàth* caput 7. כלל גדול pag. 69. b. circa medium, vbi aliqui volunt, vt numerentur ſex dies, & die ſeptimo ſeruetur; & alij decernunt, vt ſeruetur dies vnus, & poſtea numerentur ſex dies laboris; primo modo inſtituunt hebdomadam Iudaicè; ſecun-

die hebdomadæ abſtineat populus ab omni opere ſeruili, quod ſub nomine מלאכה *functionis* exprimitur. Hic dies quo ceſſandum erat ab opere vocatur à Scriptura שבת *Sciabbàth*, id eſt *requies*, & cur ceſſandum erat ab operibus, duplicem cauſam aſſignat. Primam, quia ſex diebus fecit Deus cælum, & terram, &c. & ſeptimo die requieuit. Secundam, quia eduxit Deus populum ſuum de terra Ægypti, vbi erant ſerui, & ſine requie ſeruiebant Ægyptijs, idcircò præcepit eis, vt facerent diem שבת *requiei Sabbathi*, hoc eſt, vt vno die ſeptimanæ, ob memoriam creationis rerum, & exitus de Ægypto, quieſcerent Iudęi, atque feriarentur, & ille dies, quo quieſcerent, lingua Sancta vocaretur שבת *Sciabbàth Sabbathum*, id eſt *requies*. Non erat igitur addicta hæc requies magis huic diei, quàm alteri. Sed quotieſcumque ex ſeptẽ diebus vnus eligeretur pro requie, ille שבת *Sciabbàth Sabbathum* vocandus erat. Hinc patet cur Eccleſia hanc requiem, ſeù Sabbathum in diem Dominicum tranſtulerit, quia huiuſmodi præceptum feriandi ſemel in hebdomada non fuit à Deo affixum vlli determinato diei. Ergo potuit Eccleſia in alium diem illud transferre, potiſſimum cùm ceſſaſſet cauſa illa, ob quam Deus præceperat, ne populus operaretur in Sabbatho, quę quidem fuit, vt recordaretur ſe egreſſum fuiſſe de Ægypto, vbi ſub dura ſeruitute affligebatur. Hæc autem cauſa poſt aduentum Domini ceſſauit, quia adueniente gratia, qua natura humana à ſeruitute Diaboli per vniuerſum mundum liberata eſt, non erat quid ampliùs de peculiaris populi liberatione à corporali

vtitur, vt שתים eliciat, & ad duas Talmudiſtarum Sabbathinas animas vanè alludat. Philoſophicas rationes hìc non adducimus, quibus probatur naturaliter impoſſibile dari poſſe plures formas ſubſtantiales totales, non ſubordinatas informantes eandem materiam, & ab eadem crebrò recedentes, vti contingeret, ſi alia anima in die Sabbathi adueniret Iudæis. Si dicatur hoc ſupernaturaliter fieri, & animas illas ſuperuenientes non eſſe formas informantes, ſed aſſiſtentes, vti ſpiritus nequam obſident humana corpora. Ergo Iudæi ſingulis Sabbathis energumeni fiunt, & exeunte Sabbatho liberantur miraculoſè. Vide quomodo muliplicantur inconuenientia, à propoſitione erronea iſta Iudaica, quam reperies etiam in *En Iſraël* Par.I. pag. 120. col. 3. num. 3.

Ordinis II. *Moëd* Cod. 5. *Iom Tòu* cap. 3. *En Tzadìn*.

Pagina 25. b. in ipſo principio -

לא יאכל אדם שום ובצל מראשו אלא מעליו ואם אכל הרי זה רעבתן: כיוצא בו לא ישתה אדם כוסו בבת אחת ואם שתה הרי זה גרגרן תנו רבנן השותה כוסו בבת אחת הרי זה גרגרן: שנים דרך ארץ: שלשה מגסי הרוח:

Non comedat homo allium, & cæpam à capite eius, ſed ab eius folijs, & ſi comedet, ecce iſte eſt famelicus. Conſimiliter nec bibat homo poculum ſuum hauſtu vno, & ſi bibat, en iſte eſt ingurgitator. [R. Salomon: *Non oſtendat ſe famelicum in conuiuio, nec mordeat cæpe, niſi priùs inuolucrum exuerit, & abſtulerit.*] *Tanù Rabbanàn Dicunt Doctores: Qui bibit poculum ſuum vnico hauſtu, iſte eſt guloſus ingurgitator: qui duabus vicibus, eſt morigeratus; qui tribus, eſt ſuperbus.*

Iſta ſunt læuiora, & ad vrbanitatem, ſeù cundo modo, incipiunt hebdomadam Chriſtiano more.

Ibidem poſt medium. Iudæis additur alia anima in Sabbatho, & ad exitum Sabbathi aufertur ab eis.

אמר ר׳ שמעון בן לקיש נשמה יתירה נתן הקב״ה באדם ערב שבת ולמוצאי שבת נוטלין אותה הימנו שנאמר (שמות לא׳ יז׳:) שבת וינפש כיון ששבת ואבדה נפש:

Dixit R. Scimòn Ben Lakìſc: Animam aliam, ſeù redundantem poſuit Deus ſanctus benedictus in homine veſpera Sabbathi, & in exitu Sabbathi tollunt eam ab eo, S. D. (Exod. 31. ver. 17.) Quieuit, & refrigeratus eſt. *Sed expone, & ſepara Vau, & Iod, & erit ſenſus.* [R. Sal. אוי על הנפש שהלכה לה *Væ animæ quæ abijt*] id eſt quæ abijt, & perijt.

Scriptura torquetur, vt ſenſus contortus euadat. וינפש propriè vertitur, *& reſpirauit*, dicitur de Deo, qui poſtquam fecerat opera ſex primis diebus, poſtea die ſeptimo ceſſauit, & וינפש *reſpirauit* ſecundùm hominum locutionem de eo, qui poſt laborem animo quieſcit, & reſpirat. Quid de anima ſuperinducta, & abundante in die Sabbathi hìc? Has duas Iudæorum animas Sabbathinas ineſſe Iudæis Baàl Turìm (more ſuo) venatur Ghematrico ludo, & probat ex מ״ת literis finalibus harum vocum eiuſdem verſiculi 17. cap. 31. libri Exodì, וביום השביעי שבת וינפש, quæ ſimul iunctæ efficiunt שתים *Duo*. *Quia* (inquit) שתים נפשות יש לאדם בשבת *duæ animæ ſunt in homine in die Sabbathi*. Sed nota, quòd peritus hic Geometra Cabalicus Baàl Turìm quaquauerſum ſcit metiri literas vel initiales, vel finales, vel recto, vel inuerſo ordine, prout meliùs ad ſua vana commenta detorquere poſſet Scripturæ ſenſum. In hoc loco retrouerſo ordine

Dixit Ràu Iudas, dixit Ràu: Ea hora, qua Salomon volvit inferre Arcam in Sanctuarium, portæ (Templi) *clauſerunt ſeſe. Dixit Salomon viginti quatuor laudes, & non exauditus eſt. Incæpit, & dixit* (Pſal. 24. 7.) Attollite portas capita veſtra &c. *& non exauditus eſt. Quando dixit* (2. Paralip. 6. 42.) Domine Deus ne auertas faciem Chriſti tui, memento miſericordiarum Dauid ſerui tui, *ſtatim exauditus eſt. Eodem momento conuerſæ ſunt facies hoſtium Dauidis, & factæ ſunt vt fundum læbetis, & cognouerunt omnes, quòd pepercerit ei Deus ſanctus benedictus iniquitatem illam.*

Apocryphum miraculum fundatum in imaginaria interpretatione Scripturarum. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 157 col. 4. ante medium.

Pagina 15. in principio. Qui in excommunicatione moritur, lapidatur eius arca cadaueris.

מנודה שמת בית דין סוקלין את ארונו ר׳ יהודה אומר
לא שיעמידו עליו גל אבנים כגלו של עכן אלא בית דין
שולחין אבן גדולה על ארונו ללמדך שכל המתנדה
ומת בנידויו ב״ד סוקלין את ארונו :

Qui moritur in Niddùi excommunicatione leuiori, curia lapidat arcam eius. R. Iudas dicit: Non quòd ſtatuant ſuper eam cumulum lapidum, ſicut in facto Achàn, ſed Curia mittit, & demittit lapidem magnum ſuper arcam illius, vt doceat te, quòd omnis excommunicatus, & mortuus in ea, Curia lapidat arcam eius.

Quòd ſi id faciebant in excommunicatum minori excommunicatione, quantò magis in maiori, & in anathemate?

Pagina 16. b. non longè ante finem. Quando Dauid aſſidebat inter Sapientes non ſedebat in ſede, aut throno, ſed in terra, non ſupra puluillum, ſed ſupra

ſeù potiùs Rabbinicam ruſticitatem pertinent; quia allia, & cepe in menſa vrbana non apponuntur cum inuolucris, vt fit apud ruſticos.

Ibidem ante medium. *Tanà Eſt traditio: Cur data eſt Lex Iſraëli? Reſp.* מפני שהן עזין *Quia iſti ſunt impudentes.* תנא *Tanà Traditio Scholæ Iſmaëlis* (Deuter. 33. 2.) A dextera eius ignea lex. *Dixit Deus ſanctus benedictus: Digni ſunt iſti, vt detur eis ignea lex. Sunt qui dicunt: Lex iſtorum ignis, quia ſi non fuiſſet data Lex Iſraëli, nullus populus, & lingua potuiſſet conſiſtere à facie eorũ, & hoc eſt quod dixit R. Scimòn Ben Lakiſc.*

שלשה עזין הן ישראל באומות כלב בחיות תרנגול
בעופות : ויש אומר אף עז בבהמה דקה ויש אומר אף
צלף באילנות:

Tres impudentes ſunt: Iſraëlita, ſiuè Iudæus inter populos: canis inter animalia: gallus inter volucres. Quidam dicunt etiam, capra inter pecudes: alij etiã addunt צלף *Tzelàph capparim inter frutices.*

Cognoſcitur Iudæorum impudentia etiam ab ipſis ſuperbis Talmudiſtis, & ſuper alias cœterarũ Nationum damnatur: non mirùm igitur ſi aliquando, vel à me, vel ab alijs, Iudæi impudentes vocentur, cùm, & eiuſmodi inſigni titulo ab eorum Talmude honorentur.

Ord. II. *Moëd* Cod. 6. *Moëd katàn*, cap. 1. *Maſckìn*.

Pagina 9. longè poſt medium. Clauduntur portæ Templi ex ſe.

אמר רב יהודה אמר רב בשעה שביקש שלמה להכנים
ארון למקדש דבקו שערים זה לזה אמר שלמה עשרים
וארבע רננות ולא נענה פתח ואמר שאו שערים ראשיכם
וגו׳ ולא נענה כיון שאמר יהוה אלהים אל תשב פני
משיחך זכרה לחסדי דוד עבדך מיד נענה באותה שעה
נהפכו פני שונאי דוד כשולי קדירה וידעו הכל שמחל
לו הקב״ה על אותו עון :

Reſc Lakìſc,at fur non curauit de eo. Iterum clamauit,& excommunicauit eum; & viciſſim ille, qui ficus comedebat, excommunicauit cuſtodem pomarij; & ſic ambo excommunicati abſolutionem à Principe Academiæ receperunt, quia alter alterum non cognoſcebat, & ſic abſolutionem impendere ſibi non poterant. Hoc modo in manus plebis,& fœminarum, ea, quæ ſanctiora eſſe debuerant, apud Iudæos reponuntur. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 159. coli 3. n. 9.

Ibidem circa finem. De effectibus excommunicationis, cuius tres ſpecies aſſignantur, נִידּוּי׃ חֵרֶם׃ שַׁמְתָּא *Niddùi, Chèrem, Sciammatà*. Vna eſt maior alia; Chèrem maior Niddùi; & Sciammatà maior eſt Chèrem. Niddùi eſt leuiſſima, qui autem tali excommunicatione eſt innodatus, ab aliorum commercio etiam ab vxore eſt ſeparatus, nec ad quatuor cubitos infra accedere poteſt, perduratque ſpatio triginta dierum ad minùs · אין נידוי פחות משלשי' יום · Ibidem.

חֵרֶם *Chèrem*, id eſt *Anathema*, excommunicatio maior eſt ipſo Niddùi, qua ſic excommunicatus excluditur ab Eccleſia à Synagoga cum diris, & maledictionibus, neque licet cum eo loqui, neque edere, aut bibere. Non poteſt qui tali excommunicatione ligatus eſt, niſi coram congregatione ad minùs decem perſonarum abſolui.

שַׁמְתָּא *Sciammatà*, eſt etiam *Anathema* excommunicationis ſpecies grauiſſima, execrationem, & maledictionem ſibi adiunctam habens ſine vlla ſpe reditus ad communionem Eccleſiæ, quæ quadringentis tubis in Synagoga ful-

pra nudam humum. Dicunt ei, Sedeat Dominus ſupra puluillos, & noluit acquieſcere. Dixit Ràu: Dixit ei Dominus; Poſtquam tu humiliatus es, eſto ſicut ego: nam ego ſententias fero, & tu illas diſſoluis. Caput השלישים *tertiorum*, ſeù triginta eſto, &c. Quando ſedebat, & dabat operam Legi

היה מערן עצמו כתולעת ובשעה שיוצא למלחמה היה מקשה עצמו כעץ על ח' מאות חלל בפעם אחת שהיה זורק חץ ומפיל ח' מאות חלל בפעם אחת והיה מתאנח על מאתים דכתיב (דברים לב׳, ל׳) איכה ירדף אחד אלף יצתה בת קול ואמרה רק בדבר אוריה החיתי׃

Detorquebat ſeipſum ad inſtar vermis. At ſtatim cùm proficiſcendum erat ad bellum, roborabat ſeipſum veluti lignum. Supra 800. *Viros vnius ſagittæ eiaculatione ſauciauit. Alia vice totidem interfecit, ſuſpirans ſuper* 200. *ſicut ſcriptum eſt* (Deuter. 32. 30.) Quomodo perſecutus fuiſſet vnus mille. *Exiuit vox, & dixit: Excepto quòd in facto Vriæ Hethæi.*

Valdè hyperbolicum eſt illud, quod dicitur de Dauide Rege, quòd vnica ſagittæ emiſſione interfecerit octingentos viros. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 159. col. 1. num. 7.

Pagina 17. Tractat de excommunicatione; & facultatem excommunicandi tribuit omnibus perſonis, tam maribus, quàm fœminis. Adducitur exemplum de Ancilla domus Rabbì, quæ videns hominem percutientem filium ſuum maiorem, illum excommunicauit; & de Reſc Lakìſc olim Duce latronum, & inſigni Rabbino, qui aliquando cuiuſdam pomarij cùm cuſtos fuiſſet, ingreſſo quodam, & conſcendente arborem fici ac de fructibus comedente, eleuauit vocem contra eum

lis, qui Rabbinis moleſtiam afferebat. Is qui moleſtiam ab eo acceperat, venit coram Ràu Ioſeph, dixitque ei: Ràu Ioſeph, vade, & ſciammatiza eum. Reſpondit: Timeo eum. Dixit ei: Proijce in eum ſchedam (excommunicationis). *Reſpondit: Eò magis timere debeo. Dixit ei: Proijce illam in hydriam &c.*

Oſtendit Ràu Ioſeph quendam ſuperſtitioſiſſimum modum excommunicandi reum eo omninò inſcio, ex qua excommunicatione referunt excommunicatum perijſſe. Vbi gloriatur Rabbi Scimòn Ben Gamlielis כל מקום שנתנו חכמים עיניהם או מיתה או עוני. *Quod vbicumque ponunt oculos ſuos Sapientes* (ſtatim ſequitur) *mors, aut afflictio.*

Vindictam quærunt Rabbini in excommunicationibus, non correctionem peccatoris, & conſeruationem diſciplinæ Eccleſiaſticæ, vti fuerat in vſu in antiqua Synagoga, & renouatus vſus in primitiua Eccleſia, & conſeruatus in Eccleſia Catholica vſque in hodiernum diem; in qua non licet quemquam præcipitanter excommunicare, niſi præuijs Eccleſiaſticis, & Canonicis monitionibus.

Quoad etymologiam שמתא *Sciammatà* traditam à Ràu, שם מיתה *Sciàm mètha ibi ſit mors*, videtur potiùs alluſio ad eius vocem, quàm ſit vera etymologia, ſicut apud Apoſtolum 1. Cor. 16. 22. *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema, Maràn Athà* id eſt ſit excommunicatus maiori excommunicatione חרם *Chèrem*, & coram hominibus, & Deo ſit execrabilis donec מרן *Maràn Dominus* אתא *Athà veniat.*

Sed ſi quæras, An quis poſſit excommu-

mu-

fulminabatur ad maiorem horrorem, tùm ipſis reis, tùm Eccleſiæ incutiendum. Sumitur tamen aliquando hæc grauiſſima excommunicationis ſpecies pro communi excommunicatione, quæ tolli poteſt, vt cùm dicunt: Tres Iudices דשמיתו, qui excomunicatione Sciammathæ aliquem excommunicarunt; non veniunt alij tres Iudices, & poſtea שרו ליה abſoluunt eum. In hoc Cod. pag. 16. poſt medium. Iſta tria excommunicationis genera volunt per ר״ת initia dictionum includi illa voce נָחָשׁ *Nachàſc Serpens*, & huc referri illud Eccleſ. 10. 8. פורץ גדר ישכנו נחש *Eum, qui diſſipat ſepem, mordebit coluber.*

Ibidem de excommunicatione חרם *Chèrem* dicitur quòd ingrediatur in 248. membra hominis excommunicati, quia dicitur (Ioſue 6. 17.) *Et erit Vrbs* חרם *Chèrem excommunicata.* חרם *Chèrem* per Ghemetria facit numerum 248. Et quando excommunicatus ab excommunicatione abſoluitur, egreditur excommunicatio à 248. eiuſdem membris, quia ſcriptum eſt (Abakùk 3. 2.) *Cùm iratus fueris* רחם *rachèm miſericordia recordaberis.* רחם ad eundem numerum 248. aſcendit.

De שמתא *Sciammatà* ibidem dicitur: מאי שמתא אמר רב שם מיתה *Quid eſt Sciammatà? Dixit Ràu: Sciàm mètha ibi eſt mors.*

Paulò poſt: *Dixit Ràu Ioſeph: Proijce Sciammatà Anathema ad caudam canis, & ipſa, quod eſt ſuum, facit. Fuit quidam canis qui abrodebat ſoleas Rabbinorum, nec ſciebant quiſnam hic eſſet: excommunicauerunt eum, & inhæſit caudæ illius ignis, & combuſtus eſt. Caſus alius: Erat quidam homo iracundus, & beſtia-*

יקים עליה ואמר אביטול ספרא משמיה דרב פפא פרעה שהיה בימי משה אמגושי הוה שנ' (שמות ז' : יד' :) הנה יוצא המימה וגו' ;

Pharao, qui fuit in diebus Moſis, habebat barbam cubitalem, & membrum eius cubitus, & ſpithama erat, Vt firmaretur quod dictum eſt (Daniel. 4. v. 14.) Et humilem hominum conſtituet ſuper illud. *Et dixit Auitùl Scriba nomine Ràu Papà: Pharao, qui fuit in diebus Moſis, Magus fuit, S. D.* (Exod. c. 7. ver. 15.) Ecce egreditur ad aquas &c. [R. Salom. *Eſt controuerſia in Codice Sciabbàth. Aliquis dicit: Ad faciendas diuinationes ſuper aquas. Alius dicit: Ad blaſphemandum egrediebatur ad fluuium. Dicebat enim: Hic fluuius meus eſt,* ואני עשיתני *& ego feci meipſum.*]

Obſcœna iſta ſunt, nec credibile eſt quòd pro exercenda magica arte neceſſe habuerit deſcendere ad Nilum, vel illic in blaſphemias ſuas voces erumpere. R. Sal. ad hunc locum Exodi 7. 15. aliam etiam parum honeſtam cauſam aſſignat. Dicit enim: Pharaonem ſeipſũ Deum feciſſe, & vt crederetur nulla indigere excrementorũ eiectione, addit: ומשכים ויוצא לנילוס ועושה שם צרכיו ; *Diluculo ſurgebat, & pergebat ad Nilum, & illic* (clanculo) *neceſſaria naturæ* (in aquas) *egerebat.*

Pagina 22. & ſeqq. De ritibus lugentium ad longum diſſeritur, & de modo peragendi ſciſſionem veſtimentorum in obitu defunctorum.

Pagina 25. b. circa fin. Narrantur varia prodigia, quæ in morte Rabbinorum accidiſſe autumant. Dicitur enim: *Quando quieuit anima* τοῦ *Rabbi* אבהו *Abhù, eduxerunt lacrymas columnæ Cæſareæ.*

municare ſe ipſum, & poſtea ſe ipſum abſoluere?

אמר רב גידל אמר רב תלמיד חכם מנדה לעצמו ומיפר לעצמו ;

Dixit Ràu Ghidàl dixit Ràu: Diſcipulus ſapiens, id eſt Rabbinus, *poteſt excommunicare ſe ipſum, & abſoluere ſe ipſum* (ab excommunicatione). Eadem pag. 17. circa finem. Sic faciebat Mar זוטרא *Zutrà*, quando de neceſſitate aliquis magnus Rabbinus ab eo erat excommunicandus, priùs excommunicabat Rabbinum, & poſtea excommunibat ſeipſum, & quando abſoluendus erat ab excommunicatione, priùs abſoluebat ſeipſum, & poſtea Rabbinum. Eadem pagina 17. circa finem, Codice *Moëd katàn* capite 3.

Doctrina planè Talmudica eſt exſcindere ſeipſum ab Eccleſia tamquam putridum membrum, & poſtea auctoritate propria reuniri Eccleſiæ. *Hinc apparet*, Iudæorum excommunicationem rem ludricam eſſe.

Pagina 18. poſt medium. De vnguibus, & an in profeſtis diebus licitum ſit eos incidere, de quibus hæc proferunt -

שלשה דברים נאמרו בצפרנים הקוברן צדיק שורפן חסיד זורקן רשע ;

Tria dicuntur de Vnguibus. Qui eas (poſt inciſionem) *ſepelit, eſt iuſtus; qui eos comburit, eſt pius; qui eos diſpergit, eſt impius.*

Sanctitatem, & impietatem in re parui momenti, & indifferenti reponunt.

Ibidem non longè ante finem. *Ob*ſcœna de Pharaone.

פרעה שהיה בימי משה הוא אמה וזקנו אמה ופרמשתקו אמה וזרת לקיים מה שנ' (דניאל ד': יד') ושפל אנשים

Mortuo R. משרשיא *Maſciarſcià, onuſtæ factæ ſunt palmæ ſpinis.*

Erat nempè tempus, quo ſtolones è radicibus palmæ prouenire ſolebant: nam שיצין *Scitzin* ſunt ſpinæ, quæ ad radices palmæ certo quoque tempore in magna quantitate erumpere ſolent. Iſta ſunt miracula, & portenta, quæ in morte Rabbinorum referunt in hoc loco Talmudiſtæ. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 161. col. 1. in fine.

Pagina 27. tractat, quando lectuli ſunt diſſoluendi, conuoluendi, tam tempore luctus funeris, quàm alio tempore, & quando iterum reaptandi. Item de lectulo דגרא *Degadà Fortunæ*. Habent Hebræi ſuperſtitionem, vt ſtatuant lectulum paruum ante lectum maiorem, & per eum veluti per ſcalam aſcendunt in lectum maiorem. Hunc paruum lectulum vocant דַּרְגָּשׁ *Dargàſc*, & דְּגָרָא *Degadà*. Vnde hic longè ante medium quæritur מאי דרגש אמר עולא ערסא דגדה *Quid ſit Dargàſc? Reſp. Vlà: Eſt lectus de Gadà*, id eſt bonæ fortunæ lectus, neque eum ad alium vſum habent, quàm vt ibidem recumbat שר הבית *Sàr habbaith Princeps domus*, ſeù Genius domeſticus, & familiaris. Iſti non diſſoluuntur occaſione funeris, ſed ſi corrigijs mobilibus innitantur, poſſunt hæ incidi, vt cadat lectulus ſpontè. De huiuſmodi lectulo *Degadà* præter apertam ſuperſtitionem, etiam Idololatriam ſapit, quia laribus videtur eſſe dicatum, quæ Gentilium ſpecies Idololatriæ erat; nec ab ea immunes Iudæi eſſe volunt, dum huiuſmodi lectulum genijs, & laribus dicant.

Ibidem pagina 28. in principio. (Num. 20. 1.) *Et mortua eſt* שם *Sciàm ibi*

At id contigit, quia aër humidus erat.

Quando mortuus eſt R. Iosè, effuderunt canalia Zipporenſium ſanguinem.

Nempè: Quia iniectus fuerat in ea cruor macelli.

Mortuo R. Iacobo viſæ fuerunt Stellæ in meridie.

Erat enim Stella Veneris, quæ aliquando in meridie conſpicitur.

Mortuo R. אסי *Asè euulſæ ſunt arbores.*

Hoc accidit flante vehementiori turbine.

Mortuo R. חייא *Chijà ceciderunt lapides ignis de cælo.*

Fuit enim in æſtate, quando fulgura, & fulmina cadunt.

Mortuo Menachèm Bar Iosè. Imagines corruerunt, & factæ ſunt veluti cumulus pro trulla cæmentariorum.

Ex vetuſtate conciderunt.

Mortuo R. Tanchùm Bar Chijà, ſciſſa ſunt omnia ſimulachra virilia.

Quia & iſta parum firma erant.

Mortuo R. אלישיב *Eliſcib, defoſſæ ſunt ſeptuaginta foſſæ in Nardeàa.*

Reſp. Agricolarum erat opus, quod antea non viderant.

Mortuo Ràu המנונא *Hammenunà: ceciderunt lapides grandinis è cælo.*

Hoc accidit ex praua aëris qualitate.

Quando quieuit anima Rabbà, & Ràu Ioſeph נשקו כיפי דפרת *oſculati ſunt lapides Euphratis.*

Nempè ex inundatione fluminis pontes confracti ſunt, & lapides vtriuſque ripæ copulati ſunt, vt dicit R. Salomon.

Mortuo אביי ורבא *Auiè, & Rabà oſculati ſunt ſibi ad inuicem lapides* רגלת *Raglàth.*

Nempe ex eadem cauſa.

Vade בשלום in pace. *Abijt, & ſuſpenſus eſt. Iethro autem, quia dixerat Moſi* (Exod, 4. 18.) Vade לשלום ad pacem, *iuit, & proſperatus eſt.*

Eſt Commentum Grammaticale, & nullius momenti, quia vtraque litera ſeruilis tam ב, quàm ל in bonam, & malam partem poteſt accipi: vt ב in bonam partem, & bonum omen Gen. 26. 29. & 31. — 28. 1. Exodi 18. 23. & alibi paſſim. Et ל in malam partem & mali ominis, vt Iudic. cap. 18. v. 6. & 15. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 163. col. 1. num. 23. longè ante finem. Et ſic finem imponimus Codici מועד קטן

Ord. II. *Moëd* Cod. 7. *Roſc Haſcianà* cap. 1. *Arbaà raſciè ſcianim*.

Pagina 2. 3. & 4. Quædam pertinentia ad Chronologiam Iudaicam expenduntur, vt de anno, & menſe egreſſionis ex Ægypto, quo menſe Rex Salomon regnare cæperit; quo anno, & menſe Nehemias venerit in Ieruſalem; & alia huiuſmodi.

Pagina 3. b. ante fin. dicitur, quòd Rex Cyrus, Darius, & Artaxerxes idem ſit. Cyrus ideò ſit vocatus, quia Rex כשר *Caſcèr bonus* fuit, inuerſis literis nominis כורש *Còreſc Cyri*. Et hoc quidem intelligendum eſt קודם שהחמיץ *antequam fermentaretur* (id eſt fieret malus) ſed poſtquam fermentatus eſt, malus fuit Artachſciarte de nomine ſui Regni ita vocatus. Darius autem tam ante, quàm poſt factus eſt malus ita dictus eſt. Sed vnde probatur דאחמיץ quòd fermentatus fuerat, & factus malus? Ex illo loco Nehemiæ 2. 6. *Et dixit mihi Rex* והשגל יושבת אצלו *Vehaſcegàl Coniux ſedebat apud eum*, Sed quid eſt שגל *Scegàl Coniux?* erat

ibi Miriam. & ſepulta eſt ibi. Coniungitur morti ſepultura illius. *Dixit R. Eleàzar: Etiam Miriam* (ſoror Moſis) *oſculo* (Domini) *mortua eſt. Veniunt ſimul* שם *Ibi*, & שם *Sciam Ibi Moſis*: Et cur non dicitur etiam de Maria על פי יהוה *Al pi Adonài Oſculo Domini mortua eſt?* מפני שגנאי הדבר לאומרו *Quia res fuiſſet minùs honeſta ſi hoc modo diceretur*.

Vtrumque Commentum apocryphum, tam de Moſe, quàm de Maria, quia על פי יהוה *Super os Domini* non intelligitur *Oſculo Domini*, ſed *iuſſione Domini*, hoc eſt (iubente Domino) vt habet Vulgata (Deuter. 34. 6.)

Tandem in fine huius Codicis *Moëd katàn* pagina 29. in principio huiuſmodi documentum traditur à R. Leuì Bar Chithà -

אמר ר' לוי בר חיתא הנפטר מן המת לא יאמר לו לך לשלום אלא לך בשלום: הנפטר מן החי לא יאמר לו לך בשלום אלא לך לשלום: הנפטר מן המת לא יאמר לו לך לשלום אלא לך בשלום שנאמר (בראשית ט"ו: ט"ו) ואתה תבא אל אבותיך בשלום. הנפטר מן החי לא יאמר לו לך בשלום אלא לך לשלום שהרי דוד שאמר לאבשלום (ב' שמואל ט"ו: ט') לך בשלום הלך ונתלה: יתרו שאמר למשה (שמות ד': י"ח) לך לשלום הלך והצליח:

Dixit R. Leuì Bar Chithà: Qui diſcedit à mortuo non dicat: Vade ad pacem, ſed Vade in pace. Et quando quis diſcedit ab homine viuo, non dicat: Vade in pace, ſed Vade ad pacem. Qui diſcedit à mortuo, non dicat ei: Vade ad pacem, ſed Vade in pace, S. D. (Gen. 15. 15.) Et tu ingredieris ad patres tuos בשלום *Beſcialòm* in pace. *Sed qui diſcedit à viuo, non dicat ei: Vade in pace; ſed Vade* לשלום *Leſcialòm ad pacem. Quia enim dixerat Dauid Abſaloni* (2. Sam. 15. 9.)

Pagina 10. b. Quo menſe anni creatus ſit mundus, an in *Niſàn*, vel in *Tiſerì*, id eſt in Æquinoctio Verno, an verò in Autumnali; de qua quæſtione egi in Parte II. pag. 436.

Pagina 11. eadem quæſtio acerrimè diſputatur inter R. Eliezarem, & Rabbì Ioſue.

Ibidem b. Iudæorum redemptio per Meſſiam facienda erat menſe Niſàn Martio. Eadem legi poterunt in *En Iſraël* Par. I. pag. 122.

Pagina 16. De diuerſis iudicijs, quæ infra annum volunt fieri à Deo, tam quoad fructus terræ, quàm quoad pecudes, & homines, præcipuè in principio anni; de tribus libris, vbi opera bona, vel mala, vel mediocria ſcripta ſunt; de tribus claſſibus hominum iuſtorum, impiorum, & mediocrium, qui iudicantur, de quibus aliquid dixi ſuprà Par. II. pagina 588. & 589.

Ibidem b. longè poſt principium: De quatuor rebus, quæ proſcindunt ſententiam latam contra hominem, quæ ſunt צדקה׳ צעקה : שנוי חשם ׃ ושנוי מעשה׃ *Eleemoſyna*, quia dicitur (Prou. 10. 2.) *Et eleemoſyna eruet à morte*. 2. *Clamor*, quia ſcriptum eſt (Pſal. 107, 6.) *Et clamauerunt ad Dominum in anguſtia eis; & de coarctationibus ſuis eruit eos*. 3. *Mutatio nominis*, quia ſcriptum eſt (Geneſ. 17. 15.) *Saràì Vxor tua, non vocabis nomen eius Saràì, quia Saràh* (eſt) *nomen eius*. Et poſtea (ſtatim) *Et benedicam ei, & etiam dabo ex ea tibi filium*. 4. *Mutatio operis*, (quia ſcriptum eſt (Ionæ 3. 10.) *Et vidit Deus opera eorum*: (& poſtea) *Et pœnituit Deum ſuper malo, quod locutus fuerat, Vt faceret eis, & non fecit*. Quidam addunt erat כלבתא *Catella*. [R. Salom. *Erat catella pro concubitu*.

Ingrati Talmudiſtæ, & impij, pro tot beneficijs à Cyro Rege acceptis; Templo proprijs impenſis reædificato, & facultate omnibus data in Terrá ſanctam redeundi, pro his, vt vices rependerent gratas, & honeſtas, eum faciunt reum criminis beſtialitatis, cùm שגל *Scegàl Catellam* interpretentur. Sed hos malignos calumniatores Talmudicos, ipſemet R. Salomon redarguere videtur in hoc eodem loco, dum dicit: *Et filij Noe de hoc admoniti fuerunt, quia dicit* והיו לבשר אחד *Et erunt in carne vna*,

יצא בהמה וחיה ועוף שאינן נעשין בשר אחד שאין יולדין מן אדם׃ *Inde excluduntur irrationalia, & Volatilia, quæ non ſunt caro Vna, quia non generant de homine*. שגל *Scegàl* verè, & propriè ſignificat Coniugem Regis auguſtam. Et R. Salomon illud Pſal. 45. 10. נצבה שגל *Adſtitit Scegàl* interpretatur מלכה *Regina*, ſicut & Vulgata in vtroque loco. Hæc referuntur in *En Iſraël* Par. I. pag. 121. col. 3. numero 1.

Pagina 6. De anno emboliſmico, & diebus fusè pertractatur.

Pagina 7. in principio. Docent Rabbanàn: prima die Niſàn eſſe Initium anni, menſium, emboliſmorum, Therumòth, & Scekalìm. Sunt, qui dicunt אף לשכירות בתים *etiam locationum domorum*. Vbi de menſe אביב *Abìb*, & modo illum cognoſcendi agitur. De his in II. Parte huius Biblioth. quantum decuit, egi occaſione Paſchatis.

Pagina 7. & 8. diffusè de principijs anni decimationis iumentorum, quando induantur arietes ouium; de anni initio Scemittæ, & Iubileorum.

quitur, quo impij conculcabuntur à iuſtis, quia impij in valle Ioſaphath iudicabuntur, & iuſti rapientur obuiam Chriſto in aëra, ibique cum eo ſedebunt quaſi Iudices: Talmudiſtæ autem de iudicio particulari intelligunt, & materialiter de combuſtione corporis, & animæ, quæ in puluerem redacta à vento diſpergendus ſit ſub plantis pedum iuſtorum, atque craſsè interpretantur. Vbi notandum, quòd pro peccatis lethalibus non aſſignant pœnam in gehenna vltra 12. menſes. quod magnus error eſt contra Diuinam Iuſtitiã. Contra Chriſtianos rigidiores ſunt, quos ſub nomine מינין *Minin* indigitant, de quibus & de alijs hoc modo proſequitur –

אבל המינין והמסורות והמשומדים והאפיקורוסין שכפרו בתורה ושכפרו בתחיית המתים ושפירשו מדרכי צבור וכו׳ . יורדנין לגיהנם ונידונין בה לדורי דורות וכו׳ :

Verùm Hæretici, & traditores, & destructores, id eſt apoſtatæ, & Epicuræi, qui Legem, & reſurrectionem mortuorum negarunt, & qui ſe ſepararunt à via communitatis à catholica intelligentia, &c. deſcendunt in gehennam, & iudicantur in ea in generationes generationum &c.

Contra Chriſtianos, & contra Iudæos, qui Chriſtianis conſignant libros Iudæorum, vel eorum ſecreta nobis manifeſtant; itemque contra Neophytos inſurgunt Talmudiſtæ, & eorum peruerſam voluntatem manifeſtant. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 123. col. 3. num. 10.

Pagina eadem b. non longè à principio Introducitur Deus amictus pallio fimbriato tamquã hebdomadarius publicus, & oſtendit Moſi ritum recitandi officium. Verba Ghemaræ omittuntur, quia iam relata fuerunt Par. I. pagina

dunt אף שינוי מקום *etiam mutationem loci*, S. D. (Gen. 12. 2.) *Et dixit Dominus ad Abram: Vade tibi è terra tua*, (& deinde) *& faciam te in gentem magnam*.

Simplex mutatio nominis non eſt cauſa, vt Dei ſententia mutetur; quia eſt quædam res extrinſeca, neque ad mores pertinet, & mutato nomine, praui antiqui mores retineri poſſunt, licèt hęc nominis mutatio ſit quoddam externum ſignum, quo indicatur mutatam fuiſſe perſonam in aliam, ſed reuera cum eadem phyſicè remaneat, plerumque & mores ijdem remanent, vt priùs erant. Non ſic de mutatione vitæ dicitur, quia, vt ait S. Auguſtinus, *Deus ſcit mutare ſententiam, vel ſtatutum, ſi homo ſciat mutare conſilium*. Mutatio itaque nominis Sarài in Sara fuit ſignum Diuini decreti, quòd Sarai concipere debuiſſet, quamuis Dei præſcientia nunquam mutata fuit. Igitur non ideò, quia mutatum ei fuerat nomen, concepit, ſed quia concipere debebat, ideò nomen ei mutatur; & vt fœcunditas prolis illius dignoſceretur, addita eſt eius nomini litera ה, quæ fœcunditatis eſt nota. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 123. col. 1. in fine num. 8.

Pagina 17. De Gehenna, & pœnis dandis præuaricatoribus Iſraël, & reliquorum populorum, vbi pro omnibus illis aſſignatur pœna in gehenna per duodecim menſes; poſtea corpore, & anima combuſtis רוח מפזרתם תחת כפות רגלי צדיקים שנ׳ ועסותם וגו׳ : *Ventus diſperget eos ſub plantas pedum iuſtorum*. S. D. (Malach. 3. 21. ſeù cap. 4. 3.) *Et conculcabitis impios cùm fuerint puluis ſub plantis pedum veſtrorum*.

Scriptura de iudicio vniuerſali lo-

tabat: & quòd Iechonias, & transmigratio eius illum ædificauit, ex lapidibus, quos ex Ieroſolymis deportarunt, & de his dicitur (Pſal. 102. 15.) Quoniam delectati ſunt ſerui tui lapidibus eius.] *& habitauit in Nahardeà, vbi erat* אנדרוטא *Androta*, [R. Salom. *Androta eſt* צלם דמות המלך *imago ſimilitudinis Regis*.] *Intrauerunt Rau, & Samuel, pater Samuelis, & Leuita, & orauerunt ibi, & nihil mali ſuſpicatum eſt quamplurimis annis. Et nonne Rabbàn Gamliel vnicus erat? Sed Princeps erat, & multi erant apud ipſum. Et ſi vis dicam: Ad tempus iſta perſtiterunt. Et ſi vis, dicam aliter: Vt ex ea tamquam ab exemplari ars ſculpturæ addiſceretur. Et ſcriptum eſt* (Deuter. 18, 9.) לא תלמד לעשות Non diſces, vt facias, ſed diſce, vt alios intelligere facias, & doceas.

Ex hac Talmudica traditione clarè, & apertè permittuntur ſimulachra hominum in locis ſacris, vti exiſtimantur loca, in quibus addiſcitur Lex, quæ nomine Academiæ appellant. Sic in Nahardeà, vbi celebris Academia Iudæorum erat, permittebatur in ea imago, & ſimulachrum Regis. Neque dicendum: Hoc tantum ad tempus permiſſum fuit; quia quod ſemel permitti poteſt, poteſt & ſemper, & tamen in Academia illa continuò operam dabant lectioni Legis, & orationi, quia in hiſce Academijs vtrumque fit; & nihilominus nulla idololatriæ ſuſpicio exorta eſt inter viros illos doctiſſimos. Ergo à Talmudiſtis permittitur imago hominis in locis publicis. Falſa tamen eſt expoſitio loci Deuter. 18. 9. quia per eam ſternitur via ad idololatriam: nam quod dicit Scriptura: *Ne diſcas facere abomina-*

na 592. col. 1. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 124. col. 1. num. 13.

Ord. II. *Moëd* Cod. 7. *Roſc Haſcianà* cap. 2. *Im enàn machirìn*.

Pagina 24. Diſputatur, an licitum ſit efformare imagines, & quomodo aliquando permiſſum ſit; & quænam ſint illæ, quæ minimè prohibentur à Lege. Vbi verſa pagina non longè à fine dicitur, quòd טבעת חותמו בולם אסור לחניח ומותר לחתום בה חותמו שקוע מותר לחניחת ואסור לחתום בה: *Annulus prominens prohibitus eſt deferri* (in digito) *ſed licitum eſt eo vti in obſignandis libellis. Si verò in annulo obſignatorio* (imago ſit) *in profundum inciſa, licitum eſt eum digito deferre, ſed illicitum eſt eo vti in obſignandis epiſtolis, vel alijs ſcripturis.*

Si figura prominenti inſculpta in annulo in obſignandis epiſtolis quis licitè vti poteſt, ergo & retinere ad vſum; & parum refert ſi retineatur in digito; vel alibi.

Ibidem ſtatim. Permittitur retinere ſimulachrum Regis lapideum in Academia Iudæorum, ad hunc tantùm finem, vt ex eo tamquam ab exemplari addiſcere poſſint diſcipuli ſculpturæ artem, & alios docere.

ותא ההוא כי בנישתא דשף ויתיב בנהרדעא דהות ביה אנדרוטא והוו עילי רב ושמואל ואבוה דשמואל וליו ומצלותתם ולא חיישי לחשדא רבים שאני והא רבן גמליאל יחיד הוה כיון דנשיא הוה שכיחו רבים גבידה ואיבעית אימא דפרקים הוה, ואיבעית אימא לחתלמד עבד וכתיב לא תלמד לעשות אבל אתרה למד להבין ולהורות:

Et nonne quidam de Synagoga שף וי׳ *Sciàph* [R. Salom. *Locus eſt, & dicunt quòd deſtructus fuit, & iterum reædificatus, & iugiter Diuina Maieſtas ibi habi-*

ad Altare; 5. Ab Altari ad tectum; 6. Et à tecto ad murum; 7. A muro ad Vrbem; 8. & ab Vrbe ad montem; 9. A monte ad deſertum; & 10. à deſerto aſcendit, & abijt in locum ſuum, [R. Sal. *A Ieruſalem ad montem Oliuarum. Et omnes iſtæ profectiones per ſuos terminos deſcribuntur, quia agrè ferebat* (Diuinitas) *relinquere eos, & cunctabatur, vt eoſdem ad pœnitentiam prouocaret.*] *quia dicitur* (Oſeæ 5. 15.) Vadam, reuertar ad locum meum. 1. *A propitiatorio ad Cherub; 2. & à Cherub ad limen; quia ſcriptum eſt* (Exodi 25. 22.) Et conueniam tibi ibi, & loquar tecum deſuper propitiatorio. *Et ſcriptum eſt* (Ezech. 9. 3.) Et gloria Dei Iſraël eleuata eſt deſuper Cherub, qui erat ſuper eum ad limen domus. 3. *Et à limine ad atriũ ſcriptum eſt* (Ezech. 10. 4.) Et extulit ſe gloria Domini deſuper Cherub ſuper limen domus, & repleta eſt domus nube, & atrium repletum eſt ſplendore gloriæ Domini. 4. *Ab atrio ad Altare ſcriptum eſt* (Amos 9. v. 1.) Vidi Dominum ſtantem ſuper Altare. 5. *Et ab Altari ad tectum, ſcriptum eſt* (Prou. 21. v. 9.) Melius eſt habitare ſuper angulo tecti. 6. *Et de tecto ad murum, ſcriptum eſt* (Amos 7. 7.) Et ecce Dominus ſtabat ſuper murum perpendiculi. 7. *De muro ad Vrbem, ſcriptum eſt* (Mich. 6. v. 9.) Vox Domini ad Ciuitatem clamabit. 8. *Et ab Vrbe ad montem, ſicut ſcriptum eſt* (Ezech. 11. 23.) Et aſcendit gloria Domini deſuper medio Ciuitatis, ſtetitque ſuper montem; qui eſt ab Oriente Vrbis. 9. *Et à monte ad deſertum, ſicut ſcriptum eſt* (Prou. 21. 19.) Bonum eſt habitare in terra deſerti, 10. *Et de deſerto aſcendit, & habitauit in loco*

nationes gentium: prohibetur in hoc, ne addiſcantur artes, quibus fiunt ea, quæ ad idololatriam pertinent; ſed eiuſmodi expoſitio permittit addiſcere prædictas artes. Ergo per eam ſternitur via ad idololatriam.

Ord. II: *Moëd* Cod. 7. *Roſc Haſciana* cap. 4. *Iom Tòu.*

Pagina 31. poſt medium deſcribuntur decem tranſmigrationes Diuinitatis, quæ paulatim ab Ieruſalem ſecundùm eorum peccata, & demerita receſſiſſe dicunt.

אמר ר' יוחנן י' מסעות נסעה שכינה וכולהו מקראי וכנגדן גלתה סנהדרי מגמרא עשר מסעות נסעה שכינה מקראי מכפרת לכרוב ומכרוב למפתן ומפתן לחצר ומחצר למזבח וממזבח לגג ומגג לחומה ומחומה לעיר ומעיר להר ומהר למדבר וממדבר עלתה וישבה במקומה שנאמר אלך אשובה אל מקומי מכפרת לכרוב ומכרוב למפתן דכתיב ונודעתי לך שם ודברתי אותך מעל הכפורת וכתיב וכבוד אלהי ישראל נעלה מעל הכרוב אשר היו עליו אל מפתן הבית וממפתן לחצר דכתיב וימלא הבית את הענן והחצר מלאה את נגה כבוד ה' מחצר למזבח דכתיב ראיתי את ה' נצב על המזבח וממזבח לגג דכתיב טוב לשבת על פנת גג ומגג לחומת דכתיב הנה ה' נצב על חומת אנך מחומת לעיר דכתיב קול ה' לעיר יקרא ומעיר להר דכתיב ויעל כבוד ה' מעל תוך העיר ויעמד על ההר אשר מקדם לעיר ומהר למדבר דכתיב טוב שבת בארץ מדבר וממדבר עלתה וישבה במקומה דכתיב אלך אשובה אל מקומי עד אשר יאשמו וגומר׃

Dixit R. Iochauàn: Decem profectionibus profecta eſt Diuina Maieſtas ex Scriptura (hoc eſt diſceſſit Diuinitas, quando Iſraël peccauit paulatim) *& ex aduerſo etiam tranſmigrauit Synedrium, ex Ghemarà. Decem profectionibus profecta eſt Diuina Maieſtas, ex Scriptura. A propitiatorio ad Cherub; 2. A Cherub ad limen; 3. & à limine ad atriũ; 4. Ab atrio*

traditio: Quòd olim ligabant ligulam coccineam ſuper portam atrij deforis. Si dealbabatur læti erant, alioquin triſtes. Ordinarunt ligare eam ſuper portam atrij interius, & adhuc aſpiciebant, & intuebantur. Albeſcebat, lætabantur, alioquin triſtabantur. Inſtituerunt ligare illam; medietatem in petra, & medietatem inter cornua arietis dimittendi. Et poſt pauca-

תניא ארבעים שנה קודם שנחרב הבית לא היה לשון של זהורית מלבין אלא מאדים :

Eſt traditio; Quadraginta annis antequam deſtrueretur Templum non fuit ligula coccinea dealbata, ſed erat rubeſcens. Hoc annotatur, vt perpendant Iudæi poſt mortem Chriſti omnia miracula in Synagoga ceſſaſſe. Huiuſmodi enim ligula coccinea dealbabatur in ſignum remiſſionis peccatorum, iuxta illud Iſai. c. 1. 18. *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur &c.* Et ſic finit Codex 7. *Roſc Haſcianà.*

Ordinis II. *Moëd* Cod. 1. *Iomà*, cap. 1. *Sciuàth iamìm*.

Pagina 9. circa medium. Numerant Talmudiſtæ ſub primo Templo, quod perſtitit 410. annos, octodecim Summos Sacerdotes. Et ſub ſecundo Templo, quod perdurauit annis 420. ſub eo fuerunt pluſquam 300. Summi Sacerdotes. Cur autem tanto numero excreuerint, rationem reddunt ex Scriptura -

אמר רבי יוחנן מאי דכתיב (משלי י׳ : כו :) יראת יהוה תוסיף ימים ושנות רשעים תקצורנה: יראת יהוה תוסיף ימים זה מקדש ראשון שעמד ארבע מאות ועשר שנים ולא שמשו בו אלא שמנה עשר כהנים גדולים ושנות רשעים תקצורנה זה מקדש שני שעמד ארבע מאות ועשרים שנה ושמשו בו יותר משלש מאות כהנים צא מהם ארבעים שנה ששמש שמעון הצדיק ושמונים ששמש יוחנן כהן גדול עשר ששמש ישמעאל בן פאבי ואמרי לה אחת עשרה ששמש רבי אלעזר בן

co ſuo, ſicut ſcriptum eſt (Oſeæ 5. 15.) Vadam, reuertar ad locum meum, donec derelinquant, & quærant facies meas. &c.

Hæc licèt fortè dicta ſint figuratè, ſicut quando de viſitatione peccatorum dicitur: *Deſcendam, & videbo, vtrum clamor eorum &c.* nihilominus de Diuina Maieſtate, quæ totum implet vniuerſum, dicere, quòd diffugiat per angulos Templi, per tecta, & per muros, & commigret, & exulet per deſertum, indigniſſimè dicuntur omnia, nec conſonant vllo modo cum ipſius æterna gloria, & beatitudine. Loca citata ex Scriptura, præſertim ex Prouerbiorum libro, omninò impertinentia ſunt, & ad rem ne minimum quidem faciunt. Eadem leguntur in *En Iſraël* Par. I. pagina 126. col. 1. num. 28.

Ibidem ſtatim recenſentur decem tranſmigrationes Synedrij magni, quæ cùm iam ſuprà pag, 319. huius III. Partis col. 2. relatæ fuerint, hìc ſub ſilentio præterimus. Referuntur etiam in *En Iſraël* Par. I: pag. 126. columna 2. num. 29.

Eadem pagina 31. b. longè ante finem. Agitur de ligula coccinea, quæ alba fieri ſolebat, & quomodo quadraginta annis ante euerſionem Domus miraculum ceſſauerat.

רב נחמן בר יצחק אמר לשון של זהורית דתניא בראשונה היו קושרין לשון של זהורית על פתח אולם מבחוץ הלבין היו שמחין לא הלבין היו עצבין התקינו שיהו קושרין אותו על פתח אולם מבפנים ועדיין היו מציצין ורואין הלבין היו שמחין לא הלבין היו עצבים התקינו שיהא הקושרין אותו חציו בסלע וחציו בין קרניו של שעיר המשלח : וכו׳ :

Ràu Nachmàn Bar Iſaac dicit: Eſt

נן חרסום מכאן ואילך צא וחשיב כל אחד ואחד לא
הוציא שנתו :

Dixit R. Iochanàn : Quid eſt quod ſcriptum eſt (Prou. 10. 27.) Timor Domini adijciet dies, & anni impiorum breuiabuntur ? Timor Domini adijciet dies. *Hoc eſt Sanctuarium primum, quod ſtetit* 410. *annis, nec functi ſunt Sacerdotio niſi* 18. *Pontifices*. Et dies malorum breuiabuntur. *Hoc eſt Sanctuarium ſecundùm, quod ſtetit* 420. *annis, & functi ſunt Sacerdotio, pluſquam* 300. *Summi Sacerdotes. Tolle ex illis* 40. *annos, quibus functus eſt Sacerdotio Simeon Iuſtus; &* 80. *quibus functus eſt Iochanàn Sacerdos magnus;* 10. *quibus functus eſt Iſmaël Ben Paui, & dicunt etiam de hoc* 11. *functus eſt R. Eleazar Ben Chassùm. Hinc, & vltra ſubtrahe, & computa ſingulos, inuenies non compleuiſſe annum vnum*.

Et cur tam ſæpè mutabantur Summi Sacerdotes ? Ex eorum iniquitate id faciendum eſſe exiſtimarunt Rectores Reipublicæ. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 99. col. 4. num. 5.

Ibidem verſa pag. longè poſt principium, quæritur –

מקדש ראשון מפני מה חרב מפני שלשת דברים שהיו
בו עבודה זרה וגלוי עריות ושפיכות דמים :

Sanctuarium primum cur ſubuerſum eſt? Propter tria, quæ tunc inueniebantur. Propter Idololatriam, libidinem, & cædem. Hæc ſigillatim auctoritate Scripturæ probantur. Et poſtea circa medium dicunt –

אבל מקדש שני שהיו עוסקין בתורה ובמצות וגבילות
חסידים מפני מה חרב מפני שהיתה בו שנאת חנם
ללמדך ששקולה שנאת חנם כנגד שלש עבירות
עבודה זרה וגלוי עריות ושפיכות דמים :

Sed Sanctuarium ſecundum in quo laborarunt in Legis ſtudio, in præceptis, & in operibus miſericordiæ; cur euerſum fuit? Quia fuit in Templo illo odium gratis. Et hinc habes, quòd odium gratis æquiualet tribus illis ſceleribus, Idololatriæ, libidini, & homicidio.

Ob odium gratis fatentur Talmudiſtæ euerſum fuiſſe Templum, ſed non aperiunt oculos mentis ſuæ, quòd huiuſmodi odium fuit illud, quod à Propheta prædictum fuerat Pſal. 35. 19. & de quo conqueritur Dominus apud Ioannem 15. 25. *Quia odio habuerunt me gratis*, & quo perſecuti ſunt eum vſque ad mortem. Peccatum itaque tradendi Chriſtum ad necem ſine cauſa, & culpa, fuit in cauſa, vt Sanctuarium, & Vrbs Ieroſolymorum funditùs delerentur. Vide prædicta omnia in *En Iſrael* Par. I. pag. 100. col. 1. num. 6.

Pagina 10. longè ante finem indicatur tempus aduentus Meſſiæ.

אמר רב אין בן דוד בא עד שתפשוט מלכות הרשעה
בכל העולם כולו תשעה חדשים שנאמ׳ (מיכה ה׳,
ב׳ :) לכן יתנם עד עת יולדה ילדה ויתר אחיו ישובון
על בני ישראל :

Dixit Ràu: Non veniet Filius Dauid (Meſſias) *donec diffundatur Regnum impium* (Romanorum) *per totum mundum vniuerſum nouem menſibus, S. D.* (Mich. 5. 2.) Propterea dabit eos vſq; ad tempus, parturiens pepererit; & reſiduum fratrum eius reuertentur ſuper filios Iſraël.

Tempore Chriſti iam dilatatum erat Imperium Romanum ſuper vniuerſum mundum, eo tempore cognitum. Ergo tunc venire debebat Meſſias etiam ſecundùm dicta Rabbinorum, ſicut de facto venit, & viuit, & regnat ſuper

in I. Par. huius Biblioth. pag. 174. 2. — & 728. 2. Quòd dicit R. Salomon fomitem malum adigere hominem ad peccandum בעל כרחו *inuitè*, eſt error. Alioquin homo libertatem operandi non haberet, nec illius operationes differrent ab operationibus iumentorum.

Eſt etiam error Iudaicus exiſtimare Satan non habere facultatem perſuadendi hominem ad malum in die Expiationum, quia non probatur ademptam ei fuiſſe hanc facultatem: nam probatio illa Geometrica ex nomine השטן in numerum reſoluto 364. maiorem vim non habet, quam habeant aliæ conſimiles probationes, quas ſæpiùs ſuprà reiecimus. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 101. col. 2. num. 13.

Pagina 20. b. Vox prçconis ex Templo, vbi conſiſtebat, audiebatur tribus leucis extra Templum. Ibi poſt med. hoc modo legitur. תניא *Tania, eſt Traditio: Sicut R. Gheuinì Gabinius Carùz;* כרוז *Carùz quid eſt? Eſt ille, qui dicit: State Sacerdotes in miniſterio veſtro; & Leuitæ in ſuggeſtu veſtro; & Iſraël in ſtatione veſtra* והיה קולו נשמע בשלש פרסאות *Et erat vox eius audita per tres leucas.*

Hiſtoria ibidem narratur de Agrippa Rege, qui ibat per viam, & audiuit vocem eius (id eſt Gheuini præconis, de quo in Miſcnà Cod, *Tamìd* cap. 3. numero 8.) per tres leucas; & quando venit in domum ſuam miſit ei munera, & nihilominus Sacerdos magnus magis quàm ille probatus (erat), quia dicit Mar, & iam dixit: *Ego Domine:* & audita eſt vox eius in Iericho. *Et dixit Rabbà Bar Bar Chanà, dixit R. Iochanàn: Ab Ieruſalem ad Iericho decem leucæ ſunt.* [R.

omnes Iudæos velint, nolint, & regnabit in ſecula ſeculorum. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 100. col. 4. num. 9.

Pagina 19. b. in fine. Derident Talmudiſtæ aduentum Meſſiæ, & diem expiationum; & de Satana ſuperſtitioſè loquuntur, hoc pacto -

אמר ליה אליהו לרב יהודה אחוה דרב סלא חסידא אמריהו אמאי לא אתי משיח והא האידנא יומא דכיפורי הוא ואבעיל כמה בתולתא בנהרדעא אמר ליה הקב״ה מאי אמר אמר ליה (בראשית ד׳ : ז׳) לפתח חטאת רובץ ושטן מאי אמר אמר ליה שטן ביומא דכיפורי לית ליה רשותא לאיסטיני טמאי אמר רמי בר חמא השטן בגימטריא תלת מאה ושיתין וארבע הוי תלת מאה ושיתין וארבע יומי אית ליה רשותא לאסטוני ביומא דכפורי ליה ליה רשותא לאסטוני :

Dixit ad eum Elias ad Ràu Iudam fratrem Ràu Salà pium. Vos dicitis: Quare non venit Meſſias? (Reſp.) *Et ecce nunc eſt dies Chippurrìm Expiationum, & rem habebo cum tot virginibus in Nahardea.* (dictum eſt per contemptum), *Dixit ei: Deus quid dicit? Reſpondit:* (Geneſ. 4. 7.) Ad portam peccatum cubat. [R. Salom. *Id eſt fomes malus adigit hominem peccare per vim.*] *Et Satan quid dicit? Reſp. Satan in die Chippurrìm non habet facultatem ſatanizandi, id eſt fungendi Satanæ officio. De quo dicit? Arguit Bar Chamà: Satan Ghematricè notat 364. Sunt 364 dies, in quibus datur ei facultas ſatanizandi, ſed in die Chippurrìm hac facultate, & poteſtate priuatur.*

Refundunt tarditatem aduentus ſui deplorati Meſſiæ in peccata ſuæ gentis, ſed non recordantur doctrinarum Talmudicarum, quibus docetur, non venturum Meſſiam Iudæorum niſi mores corruptiſſimi irrepſerint in omnem hominum ſtatum. Vide, quæ de his dicta ſunt

jmò ridicula commenta exactiùs examinari, tempus terere eſſet,& operam, ideò relinquamus. Confer librum *En Iſraël* Par. I. pagina 101. colum. 2. num. 13. vbi prædicta omnia ex Talmude exſcripta ſunt.

Pagina 21. b. paulò ante medium. Quinque dicuntur de igne Altaris Templi Ieroſolymitani. 1. רבוצה כארי *Cubabat ſicut Leo* [R. Salomon : *Pruna ; quæ tempore Salomonis è cælo delapſa eſt, iugiter ſtetit ſuper Altare, vſque ad tempora Manaſſis, qui eam ſuſtulit, erat ad inſtar Leonis accubantis.*] 2. *Erat ſplendidus ſicut Sol. Et erat in eo ſoliditas.* [R. Salom. *Erat ſolida ſeù tangibilis illius flammà.*] 3. *Et conſumebat omne tam viride, quàm ſiccum.* 4. *Et non aſcendebat ab eo fumus* &c. *R. Chananià Segàn Haccohanìm teſtatur, ſe eum vidiſſe cubantem veluti canem, quod eſt intelligendum tempore ſecundæ Aedis. Et hæc eſt quinta prærogatiua ignis Altaris.* Quæ omnia non adeò certa ſunt, vt conſtringant nos fidem eiſdem adhibere, præſertim cùm Rabbinicum fermentum oleant.

Et paulò poſt: *Iſtæ ſunt quinque res, quæ fuerunt inter primum, & ſecundum Sanctuariũ.* In primo Templo fuerunt

ארון וכפורת וכרובים אש ושכינה ורוח הקודש ואורים ותומים ׃

Arca, Propitiatorium, Cherubim, Ignis, Diuinitas, Spiritus Sanctus, Vrim, & Thumim. [R. Salom: *Arca, Propitiatorium, & Cherubim* כוליה הדא מילתא *omnia ſunt vnum. Et Diuinitas non habitauit in eo. Et Spiritus Sanctus non fuit in Prophetis, ab anno ſecundo Darij, & deinceps.*] Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 101. col. 2. num. 14.

[R. Salom. *Iam vice quadam fuit caſus quod Pontifex Summus confitebatur ſuper vitulum ſuum in die Chippurrìm, & dicebat: Ego Domine peccaui &c. & audita eſt vox eius in Iericho.*] &c. Et poſt pauca: *Quia dixit R. Leuì: Cur non auditur vox hominis in die, ſicut auditur in nocte? Reſp.* מפני גלגל החמה המנסר ברקיע כחרש שמנסר בארזים ׃ *Propter ſphæram Solis, quæ ſecat firmamentum ſicut faber ſecat cedros. Et hoc eſt* חירגא דיומא *Chergà deiomà puluiſculus diei, cuius nomen eſt* לא *Lo Nihil*, id eſt atomus Solis, ex firmamenti ſectione proueniens. *Et hoc eſt quod dixit Nabuchodonoſor* (Dan. 4. 32.) Et omnes, qui habitant terram quaſi כלה *Chelà* tanquam nihil (hic habetur כלא *Chelà* tanquam nihil) tanquam atomus reputati ſunt.

תנו רבנן *Dicunt Magiſtri: Niſi eſſet ſphæra Solis audiretur* קול המונה של רומי *Vox tumultus* (Vrbis) *Romæ. Et niſi vox tumultus Romæ audiretur,* נשמע קול גלגל חמה *audiretur ſonus ſphæræ Solis.*

In II. Parte huius Bibliothecæ Rabbinicæ pag. 201. recenſui decem res, quarum vox, ſeù ſonus ab Ieruſalem ad Iericho vſque audiebatur; quod quidem explodendum tanquam incredibile, poſſe audiri vocem præconis per tres leucas, hoc eſt per nouem, vel per duodecim milliaria. Non minùs incredibile, & Aſtronomicæ ſcientiæ repugnans eſt illud, quod dicunt de Sole; nempè interdiu noctuque ſecare firmamentum, eo prorsùs modo, quo faber lignarius lignum ſecat, & ex puluiſculo illo, qui per aërem ex firmamenti ſectione diſpergitur, obtundi vocem, nec ita benè audiri ſicut de nocte, quæ huiuſcemodi impedimento caret. Sed iſta inſulſa,

Pa-

rit, aut facit, & non ſeruat odium ſicut ſerpens, non eſt cenſendus diſcipulus ſapiens (Rabbinus inſignis). *Sed dices: Nonne ſcriptum eſt* (Leuit. 19. 18.) Non vlciſceris te, nec ſeruabis odium. *Sed illud locum habet ſolùm in facultatibus, & rebus, quæ accommodantur ad vſum: quia legitur, Quænam eſt vltio, & quænam eſt conſeruatio odij, quæ prohibetur? Verbi gratia, Si quis dicat alicui: Accomoda mihi falcem tuam, & ille dicat ei: Non. Atque in craſtinum ille è conuerſo petat ab eo: Accomoda mihi ſecurim tuam, & ille dicat: Non accomodabo tibi, quemadmodum tu non accomodaſti mihi* (falcem). *Hæc eſt illa vltio, quam Lex prohibet. Conſeruatio autem odij eſt, vt quando quis dicat alteri: Accomoda mihi ſecurim tuam, & ille dicat ei: Non. Idem ſi poſtea rogatus: Accomoda mihi induſium tuum, reſpondeat: Cape: non enim ſum qualis tu, qui mihi* (ſecurim) *olim negaſti. Et hæc eſt conſeruatio odij.*

Volunt Hebræi conſeruationem odij in capitalibus à Diuinis literis permitti, quod falſum eſt; ſed in leuibus rebus tantùm prohiberi: Et quod dicitur Rabbinos eſſe indignos nominis Rabbini, ſi vltionem de iniurijs ſibi illatis non quærant, & faciant; & odium non ſeruent; ac retineant contra eoſdem: videtur hoc fuiſſe tempore Chriſti vulgatiſſimum effatum, & vſu, ac conſuetudine approbatum, quod Chriſtus Dominus improbat apud Matthæum 5. 43. *Audiſtis, quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuũ.* Dilectio proximi præcipitur Leuit. 19. 18. & laudatur Gloſſema appoſitum ab illius temporis Rabbinis; *Et odio habebis inimicum*, damnatur, ſuamque do-

Ordinis II. *Moëd* Cod. 8. *Iomà* cap. 2. *Bariſcionà*.

Pagina 22. b. non longè à principio. Prohibitum eſt numerare populum Iſraëliticum, quia ſcriptum eſt (Hoſ. 1. ver. 10. *Et erit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, quæ numerari non poterit*. De Dauide, qui numerauit populum, & de hac numeratione populi Iſraëlitici egi ſuprà Par. II. pagina 114. & 115.

Pagina 22. b. circa finem. Cur non perſtitit Regnum domus Saul, ſicut Regnum domus Dauid? Quia Saul nullam habebat infamiæ notam in ſua progenie; Dauid autem, quia maculam in ſua genealogia habebat, nam deſcendebat de Ruth, ſucceſſores in Regno habere meruit. Huiuſmodi Rabbinorum ſententiam etiam Hebraicè retuli ſuprà Par. II. pag. 177. per totum cum ſua cenſura. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 102. col. num. 20.

Ibidem in fine, & pagina ſequenti 23. Qui non vlciſcitur, & odium non ſeruat contra inimicos, non eſt dignus nomine Rabbini.

אמר רבי יוחנן משום רבי שמעון בן יהוצדק כל תלמיד חכם שאינו נוקם ונוט׳ כנחש אינו תלמיד חכם והכתיב (ויקרא יט״ : יח׳ :) לא תקום ולא תטור ההיא בממון הוא דכתיב דתניא איזו היא נקימה ואיזו היא נטירה נקימה אמר לו השאילני מגלך אמר לו לאו למחר אמר לו הוא השאילני קרדומך אמר לו איני משאילך כדרך שלא השאלתני זו היא נקימה ואיזו היא נטירה אמר לו השאילני קרדומך אמר לו לא למחר אמר השאילני חלוקך אמר לו הילך איני כמותך שלא השאלתני זו היא נטירה :

Dixit Rabbì Iochanàn nomine R. Simeonis Ben Ioſedèk: Omnis diſcipulus ſapiens (Rabbinus) *qui vltionem non quæ-*

Numquid fuiſti pauperior Hillel? Dicunt de Hillele ſeniore, quòd quotidiè operabatur, & lucrabatur de mercede, &c. Vide Parte II. pag. 784. col. 2. vbi tota hæc hiſtoria de Hillele per extenſum exſcribitur Hebraicè, & Latinè.

Si quis eſt diues, dicunt: *Cur non te exercuiſti in Legis ſtudio? Si reſpondeat: Sum diues, & neceſſe habui exire, & ea, quæ neceſſaria erant ad facultatem tùm conſeruandam, tùm augendam, operari. Dicebant: Numquid tu ditior es R. Eleàzar Ben* חרסים *Charsìm, cui pater reliquerat* אלף עיירות ביבשה וכנגדן אלף ספינות בים: *Mille Vrbes in terra, & totidem naues in mari: & quotidiè ſarcinam farinæ ſuper ſcapulas ferebat, & ibat de Ciuitate in Ciuitatem, & de Prouincia in Prouinciam ad diſcendum Legem. Aliquando inuenerunt eum ſerui eius & angariauerunt eum* [R. Salom. *Angaria eſt ſeruitus Domini Vrbis, & ſeruitus ſui ipſius.*] *& ipſi non cognouerunt eum, exiſtimantes, eum eſſe vnum ex habitatoribus ſuæ Ciuitatis, quia terræ ſeruitia ad Terrigenas illas ſpectabant. Dixit eis: Oro vos, dimittite me, vt eam ad Legis ſtudium. Reſponderunt ei: Viuat R. Eleàzar Ben Charsìm, quia non dimittemus te. Et in diebus ſuis non abijt, & vidit eos; ſed ſedens dedit operam Legi diu noctuque.*

Impio dixerunt: Cur non te exercuiſti in Legis ſtudio? Si reſpondeat: Iam pulcher iuuenis fui, & ſecundùm meum genium, & inclinationem rexi me ipſum. Dicunt ei: Forſan tu pulchrior Ioſepho fuiſti? Quem mulier Potifar ſollicitabat, verbis, & veſtitu. Dicunt enim, hanc mulierem quotidiè mutaſſe veſtimentum, & quod de mane induebat, non induebat de ſero (& hoc vt placeret Ioſepho) doctrinam opponit Rabbinorum doctrinæ, dum dicit: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.* Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 102. colum. 4. num. 20.

Ord. II. *Moëd* Cod. 8. *Iomà* cap. 3.
A'mar lahèm hammemonè.

Pagina 29. longè poſt medium. Obſcœnum Rabbinorum commentum in eorum ignominiam, & confuſionem refertur.

אמר ר׳ זירא למה נמשל אסתר לאילה לומר לך מה אילה רחמה צר וחביבה על בעלה כל שעה ושעה כשעה ראשונה אף אסתר היתה חביבה על אחשורוש כל שעה ושעה כשעה ראשונה:

Dixit R. Zirà: Quare comparatur Eſther Ceruæ? Dico tibi: Sicut Ceruæ eſt vulua anguſta, & grata eſt (Ceruo) *marito quibuſcumque horis non ſecus ac prima hora; ſic & Eſther fuit grata Aſſuero ſingulis vicibus, ceù vice prima.*

Turpis expoſitio Tituli Pſalmi 22. *Victori ſuper ceruam auroræ, Pſalmus Dauid,* quem volunt eſſe compoſitum ſuper Eſtheram, & Iſraëlitas tunc temporis verſantes in exilio. Sed de Chriſti paſſione fuiſſe locutum Dauid in perſona Chriſti, patet ex totius Pſalmi contextu, qui nulli alteri poteſt adamuſſim adaptari, quàm Chriſto. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 103. col. 3. num. 25.

Pagina 35. b. longè ante medium. Nullum hominum genus à ſtudio Legis excuſatur.

תנו רבנן *Dixerunt Magiſtri: Pauper, diues, & impius venerunt ad iudicium. Dixerunt pauperi: Cur non te exercuiſti in Legis ſtudio? Si reſpondeat: Pauper fui, & pro victu meo diſtrahebar. Dicebant*

quit filium matri ſuæ paruulum. Singulis diebus mater eius menſurabat eum palmo, vt ex hac menſura cognoſceret, quantum adoleuiſſet, & huius menſuræ tantundem pondus auri reponebat in Templo. Et quando præualuit inimicus, mactauit, & comedit eum. Et ſuper illam lamentatus eſt Ieremias (Thren. 2. 20.) Si comedent mulieres fructum ſuum paruulos educationum: ſi occidetur in Sanctuario Domini Sacerdos, & Propheta?

Poſſet hoc intelligi tempore deſolationis primæ Ædis; ſed in obſidione Ieruſalem per Titum facta, non defuerunt mulieres, quæ proprios filios occiderunt, & eorum carnes comederunt, vt refert hiſtoria de Bello Iudaico.

Ibidem prope finem. Dixit R. Chijà Bar Abbà, dixit R. Iochanàn -

כיון שיצאו רוב שנותיו של אדם ולא חטא שוב אינו חוטא שנ׳ (שמואל א׳ : ב׳ : ט׳) רגלי חסידיו ישמור :

Quando quiſpiam maiorem partem vitæ ſuæ pertranſijt ſine peccato, non vlterius peccat, S. D. (1. Sam. 2. 9.) Pedes Sanctorum ſuorum ſeruabit.

Eſt dogma falſum, quia ſemper homo eſt ſubiectus peccato volens, alioquin tolleretur libertas operandi. Et hinc dicitur (Prou. 28. 14.) *Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus.* Audaciùs loquuntur ij, qui ſunt רבי שילא *De bè Scilà De Schola Scilæ.* Ipſi dicunt -

כיון שבאה לידו דבר עבירה פעם ראשונה ושניה ואינו חוטא שוב אינו חוטא שנאמ׳ רגלי חסידיו ישמור :

Quando venit in manu illius occaſio præuaricandi ſemel, atque iterum, nec præuaricatur, vltra non præuaricatur, S. D. (1. Sam. 2. 9.) Pedes Sanctorum ſuorum ſeruabit.

Qui reſiſtit tentationibus primis, & ſe-

pho) *cui etiam addebat aſpera verba, dicebatque ei: Ego te in carcerem immittam. Ipſe reſpondebat: Dominus ſoluit compeditos. Et illa: Ego te percutiam, & dorſum tuum incuruabo. Reſpondebat Ioſeph. Dominus erigit eliſos. Dicebat illa: Ego cæcum te reddam. Reſpondebat: Dominus illuminat cæcos. Dedit illi mille talenta argenti, vt cubaret ſecum, & eſſet cum ea, & noluit audire eam, nec cum ea cubare in hoc ſeculo, vt eſſet cum ipſa in ſeculo futuro. Hinc habetur, quòd Hillèl condemnabit pauperes; R. Eleàzar condemnabit diuites; & Ioſeph iudicabit impios.*

Omnes homines in quocumque ſtatu ſint, poſſe, ſi voluerint, operam dare virtuti. Sed malè auditur Ioſephum iuſtum, & ſanctum in claſſe impiorum reponi: & licèt hìc dicatur noluiſſe peccare cum vxore Domini ſui, tamen non deſunt loca in Talmude, quibus accuſatur Ioſeph de incontinentia cum vxore Domini ſui, aiunt nempè cùm viſa patris imagine deterreretur à ſcelere; attamen tantam vim in eo libidinis fuiſſe, vt ſperma illi per vnguium extrema defluerit. Quæ omnia Ioſephi pudicitiæ, & ſanctitati repugnant, & indigna ſunt vt tanto Viro innocenti imponantur. Vide infra in Cod. סוטה *Sotà* pag. 36. b. Vide etiam *En Iſraël* Par. I. pag. 103. col. 4. n. 27.

Pagina 38. b. ante medium. Matres carnes filiorum manducant.

מעשה בדואג בן יוסף שהניח בן קטן לאמו בכל יום היתה אמו מודדתו בטפחים ונותנה משקלו של זהב לבית המקדש וכשגבר אויב טבחתו ואכלתו ועליה קונן ירמיה (ב׳ : כ׳ :) אם תאכלנה נשים פרים עוללי טפוחים משיבה רוח הקדש ואומרת אם יהרג במקדש אדני כהן ונביא :

Hiſtoria in Doèg Ben Ioſeph, qui reli-

fixionem veri Meſſiæ, meruerunt incendi Templum, & Vrbem; & populi reliquias in æternas captiuitates impelli. Sequitur ſtatim -

Dixit R. Iſaac Bar תכלאי *Taulài: Quare Templum dicitur Libanus? Reſp. Quia dealbabat iniquitates Iſraëlis.*

Dixit Ràu זוטרא *Zutrà Bar Tobia: Cur dictum eſt* יער *Iàar Sylua? ſicut ſcriptum eſt* (1. Reg. 10. 17.) Domus ſyluæ Libani?

לומר לך מה יער מלבלב אף בית המקדש מלבלב דאמר רב הושעיא בשעה שבנה שלמה בית המקדש נטע בו כל מיני מגדים של זהב והיו מוציאין פירות בזמניהן וכיון שהרוח מנשבת בהן היו נושרין פירותיהן שנ׳ (תהלים ע״ב : י״ו) ירעש כלבנון פריו ומהן היתה פרנסה לכהונה וכיון שנכנסו גוים להיכל יבש שנאמר (נחום א׳ : ה׳) ופרח לבנון אומלל ועתיד הקב״ה להחזירה לנו שנ׳ (ישעיה ל״ה : ב׳) פרוח תפרח ותגל אף גילה ורנן כבוד הלבנון אליך יבוא :

Reſpond. Quòd ſicut ſylua germinat, ita & Templum. Nam dicit Ràu Hoſciaià: Quòd quando Salomon ædificauit Templum, plantauit in eo omnia genera fructuum pratioſiſſimorum auri, arboreſque illæ promebant annuis temporibus fructus ſuos: & quando ventus perflabat in arbores, decidebant fructus, S. D. (Pſalm. 72. 16.) Concutietur ſicut Libanus fructus eius, *& his fructibus vtebantur Sacerdotes* (id eſt comparabant ſibi annonam, & victum) *ſed quando gentes ingreſſæ ſunt in Templum, aruerunt aureæ arbores, S. D.* (Nachum 1. 4.) Et flos Libani infirmatus eſt. *Et in futurum* (id eſt tempore Meſſiæ) *Deus ſanctus benedictus hæc nobis reſtituet, S. D.* (Iſai. 35. v. 2.) Florens florebit, & exultabit etiam exultatione, & ouando; gloria Libani ad te veniet.

Et hæc inter celebres fabulas Talmudi-

ſecundis, & occaſionem peccandi vitat, incipit proficere, & habitum bonum efficere, ſed non ob id redditur impeccabilis, vt malè docet Schola שילא *Scilà*. Neque locus citatus ex 1. Sam. 2. v. 9. *Pedes Sanctorum ſuorum ſeruabit*, aliquid facit pro eis: nam hic magnificatur Dei ſapientia in gubernatione iuſtorum, non permittendo, quòd patiantur ab iniquis; nec tantùm, vt pedes eorum lædantur, dirigendo eos in viam rectam morum, ſalua ſemper libertate voluntatis in operando.

Ordinis II. *Moëd* Cod. 8. *Iomà* cap. 4.

Pag. 39. b. longè poſt principium. Quædam prodigia euenerunt ante incenſionem ſecundi Templi. Legitur -

ארבעים שנה קודם חורבן הבית לא היה גורל עולה בימין ולא היה לשון של זהורית מלבין ולא היה נר מערבי דולק והיו דלתות ההיכל נפתחות מאיליהן עד שגער בהן רבן יוחנן בן זכאי אמר לו היכל היכל מפני מה אתה מבעית עצמך יודע אני בך שסופך עתיד ליחרב וכבר נתנבא עליך זכריה בן עדוא (פרק י״א : א׳ :) פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך :

Quadraginta annis ante deſtructionem Templi non aſcendebat ſors in manum dexteram, nec ligula coccinea fiebat candida; & non ardebat lucerna occidentalis. Portæ Templi ex ſeſe aperiebantur [R. Salomon: *Signum erat, hoſtibus venturis patere ingreſſum.*] *donec increpauit eas R. Iochanàn Ben Zaccài; dixit Templo. Templum, Templum cur te ipſum confundis? Noui ego te, quòd finis tuus eſt, quòd deſtrueris. Et iam prophetauit ſuper te Zacharias Ben Addò* (cap. 11. ver. 1.) Aperi Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuos. [R. Salom. *Apertio iſta erat ſignum deſtructionis.*

Ob iniquitates ſuas Iudæi, & ob cruci-

pter odorem Thuris eiuſdem, Dixit R. Ioſè Ben דולגאי *Dolghài: Abbà patri* (meo) *erant nonnullæ Capræ in montibus Machmàr. Et ſternutabant propter odorem Thimiamatis* (ſacri).

Ab Ieruſalem in Ierícho numerantur decem פרסאות *Paraſangæ*, quas leucas communiter transferunt; leucarum autem mediocres continent milliaria tria. Ergo decem Paraſangæ efficiunt triginta milliaria. Et tanta eſt diſtantia Ieruſalem ad Ierichuntem; per quod ſpatium vox Sacerdotis Summi, quando nomen Dei ineffabile in Templo pronunciabat, audiebatur. Res vtique mira Iudæis, qui credunt fabulis, nec minùs mirabile eſt, quòd ſonitus portarum Templi pari ratione audiebatur vſque in Iericho. Sed omnem credulitatem tranſcendit, ex odore Thimiamatis ſacri Capras Ierichuntinas in Iericho, & in montibus Machmàr exiſtentes ſternutaſſe, & mulieres alio odore præter quàm iſto non indiguiſſe. Quæ omnia procul dubio fabuloſa eſſe dignoſcuntur etiam à pueris.

Ordinis II. *Moëd* Cod. 8. *Iomà* cap. 5. *Hotziulò*.

Pagina 53. b. ſex lineis ante finem. De Arca fœderis vtrum tranſportata fuerit in Babel; vel abſcondita.

ארון גלה לבבל דתניא רבי אליעזר אומר ארון גלה לבבל שנאמר (דברי הימים ב׳: לו׳: י׳:) לתשובת השנה שלח המלך נבוכדנצר ויביאהו בבלה עם כלי חמדת בית יהוה ר׳ שמעון בן יוחאי אומר ארון גלה לבבל שנאמ׳ (מלכים ב׳: כ׳: יז׳) לא יותר דבר אמר יהוה אלו עשרת הדברות שבו: רבי יהודה בן לקיש אומר ארון במקומו נגנז שנא׳ (א׳ מלכים ח׳: ח׳:) ויאריכו ראשי הבדים מן הקודש על פני הדבור ולא יראו החוצה ויהיו שם עד היום הזה ופליגא דעולא דאמר

ſtarum connumerari debet. En quomodo miſerrimi iſti homines deplorandi ſunt, qui arbores aureos fructus tempore Meſſię proferentes expectant, ex quibus montes auri fieri poſſe credunt, non ſecus ac imaginantur Chimeriſtæ.

Ibidem. Ex læſa Talmudiſtarum imaginatiua, hæc promuntur deliria -

תנו רבנן עשרה פעמים מזכיר כהן גדול את השם בו ביום שלשה בוידוי ראשון ושלשה בוידוי שני ושלשה בשעיר המשתלח ואחד בגורל וכבר אמר השם נשמע קולו ביריחו אמר רבה בר בר חנה מירושלם ליריחו עשרה פרסאות וציר דלתות ההיכל נשמע בשמונה תחומי שבת: עזים שביריחו היו מתעטשות מריח הקטורת נשים שביריחו אינן צריכות להתבסם מריח קטורת כלה שבירושלם אינה צריכה להתקשט מריח קטורת: אמר רבי יוסי בן דולגאי עזים היו לאבא בהרי מכמר והיו מתעטשות מריח הקטורת וכו׳:

Dixerunt Doctores: Decies commemorabat Sacerdos magnus nomen Dei Tetragrammaton eodem die (Expiationum). *Ter in prima confeſſione*. [R. Salomon: *ſcilicet Vituli: Ego* השם *Domine peccaui. Quæſo Domine propitiare. Ante Dominum eſtote mundi.*] *Ter in confeſſione ſecunda. Ter in Hirco dimiſſo; & ſemel in ſortibus.* [R. Salom. *Oblatio pro peccato Domino.*] *Et vbi dixit* השם *nomen Dei ineffabile, audiebatur vox eius vſque in Iericho. Dixit Rabbà Bar Bar Chanà: A Ieruſalem in Iericho decem leucæ ſunt, & ſonus cardinis valuarum Templi audiebatur. In octo terminis Sabbaticis, Capræ, quæ erant in Iericho ſternutabant ex odore thuris, & ſuffumigationis. Mulieres, quæ erant in Iericho odore aromatum non indigebant propter odorem Thimiamatis* (Templi). *Sponſæ, quæ erat Ieroſolymis, non opus erat alio ornatu pro-*

rum occultata fuit. Dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaaci: Etiam nos traditionem habemus de quodam Sacèrdote, qui occupabatur (in aliquod opus) *& vidit pauimentum in aliqua parte mutatum, & diuerſum à reliquo, retulit hoc ſocio ſuo, ſed nondum compleuerat loqui, quin ſtatim anima illius egreſſa ſit è corpore, & cognouerunt vnanimiter, quòd ibi fuiſſet abſcondita Arca* (fœderis): *Quid fecerat? Dixit R.* חלבו *Chalbò: Occupabatur ſecuri ſua. Eſt traditio Scholæ R. Iſmaelis: Duo Sacerdotes, qui maculam habebant, neque idonei erant ad Sacra peragenda, erant deſtinati purgationi lignorum, ne quidem vermiculus in eis eſſet. Vnus ex his, dùm ligna ſcindebat, cecidit ſecuris de manu ſua ſuper pauimentum à quo ignis egreditur, & combuſſit eum. Ràu Iehudà arguit: Scriptum eſt* (1. Regum 8. v. 8.) Et apparebant capita vectium: *Nunquid non excedebant de loco ſuo? Reſpondetur, quòd longiores erant vectes, & exibant ex velo, & apparebant inſtar duarum mammarum mulieris, quia dicitur* (Cant. Cant. 1. v. 12.) Faſciculus myrrhæ, Dilectus meus mihi inter vbera commorabitur. &c.

אמר רב קטינא בשע' שהיו ישראל עולין לרגל מגללין לחם את הפרוכת ומראין לחם את הכרובים שהיו מעורים זה בזה ואומרום להן ראו חבתכם לפני המקום כחבת זכר ונקבה וכולה :

Dixit R. Kattinà: Quando Iſraelitæ aſcendebant ad diem feſtum, auferebant velum, & oſtendebant eis Cherubìm, (maſculum, & fœminam) *qui alter alteram amplexabatur.* [R. Salom. *Cherubim alter alteri ita coniungebatur, vt maſculus coniungi ſolet fœminæ: nam* מעורים *ſignificat coniungi, veluti arbor coniungitur cortici.*] *Et dicebant: Vi-*

ראמר עולא שאל רבי מתיא בן חרש את רבי שמעון בן יוחאי ברומי וכי מאחר שרבי אליעזר מלמרינו פעם ראשונה ושנית ארון גלה לבבל ראשונה הא ראמרן ויביאהו בבלה עם כלי חמדת בית יהוה שניה באי היא רכתב ויצא מבית ציון כל הדרה וכו' :

Arca abijt in exilium in Babylonem, ſicut eſt Traditio. R. Elièzer dicit: Arca exulauit in Babel, S. D, (2. Paralipom. 36. v. 10.) Et in reuerſione anni miſit Rex Nebuchadnetzar, & adducere fecit eum in Babel cum vaſis deſiderabilibus Domus Domini. *R. Scimòn Ben Iochài dicit: Arca tranſlata eſt in Babel, S. D.* (2. Regum 20. 17.) Non remanebit דבר quicquam, dixit Dominus. *Iſta ſunt decem verba, quæ erant in ea* (in Arca). *R. Iudas Ben Lakìſc ait: Arca ſuo in loco abſcondita eſt, S. D.* (1. Regum 8. 8.) Et elongare fecerunt vectes, & apparebant capita vectium è ſanctitate ſuper facies oraculi, & non apparebant extrinſecus, fueruntque ibi vſque ad diem hanc. *Contradicit Vlà, quia dixit Vlà: Petijt R. Matthià Ben Cheràſc à R. Simeone Ben Iochài Romæ: Et quomodo poſtquam R. Elièzer docuit nos ſemel, & bis, Arcam abductam eſſe in exilium in Babylonem* [R. Sal. *ſcilicet ex duobus locis Scripturæ.*] *Primùm, quia & adduxit eam in Babel cum omni ſupellectili pretioſa Domus Domini. Secundùm vbi, & quia ſcriptum eſt:* Et exijt à filia Sion omnis decor eius. &c.

Hiſce auctoritatibus in ancipiti animus hæret; An Arca abducta ſit in Babylonem cum reliquis exulibus; An verò remanſerit in Templo abſcondita.

Pagina 54. circa medium ſequitur eadem materia de Arca fœderis, & dicitur: *Arca* לשכת דיר העצים היה גנוז *in Conclaue lignorum à vermibus expurgando-*

us, vel loci ſanctitatem, vel merita Sanctorum Patrum Abrahami, Iſaaci, & Iacobi, ob quæ tradita fuerat Lex; vnde ſi Ghemaraticis luſibus inſiſtendum eſſet, diceremus cum Baal Turìm ad cap. 25. 28. Exodi שני כרובים *duos Cherubim* numerare 638. vt numerant nomina אברהם יצחק יעקב. Hos inquam faciunt Talmudiſtæ maſculum vnũ, fœminam alterum, & inter ſe (quod horrendum, & turpe eſt referre) maritalem functionem exercuiſſe, eamque oſtenſam populo ad diem feſtum deuotionis cauſa aduenienti, ſimilemque dilectionem Deum exercere cum Iſraëlitis. Poteſtne iſta blaſphemia maiori adinueniri? Pereant igitur Talmudiſtæ omnes; & in barathrum infernale cum ſuis doctrinis in æternum relegentur.

Ibidem verſa pag. Diſputant Rabbini, & Sapientes circa creationem mundi, quomodo facta ſit; & an per partes ſit creatus? R. Elièzer dicit: Mediana pars, ſiuè centrum priùs fuit creatum, poſtea reliquæ partes, S. D. (Iob 38. ver. 38.) *Dum roboraret terram in medio centri, & glebæ ſibi mutuò iungerentur, &c.* R. Ioſue dicit: Anguli mundi priùs fuerunt creati, & poſtea vniti ſunt cum centro. S. D. (Iob 37. 6.) *Quia niui dicit: eſto terra, & imbri, pluuiæ; & imbri pluuiarum fortitudinis ſuæ.*

R. Iſaac נפחא Naphchà Faber dicit: Lapidem proiecit Deus ipſe in mare, & ex eo fundatus eſt mundus, S. D. (Iob 38. v. 6.) *Super quo columnæ eius fundatæ fuerunt, vel quis iecit lapidem angularem eius?*

Sapientes verò dicunt: De Sion creatus eſt mundus, S. D. (Pſal. 50. ver. 2.) *De Sion vniuerſitas decoris.* Ex illo ornadete dilectionem veſtram cum Deo, quæ eſt ſicut amor maſculi, & fœminæ. &c.

Concludunt Talmudiſtæ, quòd Arca abſcondita fuerat in Templo iuſſu Ioſiæ Regis, vt expreſsè dicitur Cod. שקלים in Ieroſolymit. cap. 6. num. 36. in *En Iſraël* Par. I. pag. 182. colum. 3. & paulò ante captiuitatem Babylonicam in montem Nebo à Ieremia tranſlata vnà cum Altare incenſi, & Tabernaculo recondita in ſpelunca, obſtructo ſpeluncæ oſtio, ne ampliùs inueniri poſſet, vt legitur 2. Machab. 2. ver. 5. Hinc apparet, Arcam fœderis à Moſe in deſerto effectam in Templo ſecundo minimè fuiſſe, ſicut nec Altare incenſi. Quòd ſi dicatur, apud Lucam c. 1. ver. 11. haberi, Angelum ſtetiſſe à dextris Altaris incenſi. Reſpondetur; Illud in ſecunda Æde fuiſſe reſtauratum, ſicut & Arcam ad ſimilitudinem prioris, & in loco, vbi priùs eſſe debuerat, repoſitam. Vide רמבם *Rambàm* in *Miſcnà* Codice יומא *Iomà* circa principium.

Cæterùm illud, quod dicunt de Cherubìm, qui vtrumque latus Propitiatorij tegebant, & volunt eos fuiſſe alterum maſculeæ, & alterum fœmineæ figuræ, eſt merè Rabbinicum Commentum; neque ex Scriptura vllo modo oſtendi poteſt. Sanè à Rabbinis inuentum, vt modulo ſuo etiam intra Sanctuarium Templi luxuriari poſſent, illudq; ſuis immunditijs, & fœditatibus profanare. Quos enim Deus in oraculo iuſſerat fieri duos Cherubim maſculos iuuenes repræſentantes, vt indicat terminatio maſculea nominis כרובי *Cherubìm*, quibus duobus cœleſtibus Spiritibus in cuſtodiã Sanctuarij aſſiſtentibus, ſignificare voluerat De-

Iuſtum, deſcendit de curru ſuo, & adorauit Sacerdotem magnum. Dixerunt ei: Rex magnus, qualis tu, adoras Iudæum iſtum? Dixit eis; Similitudo imaginis iſtius vincebat coram me in bellis meis. Dixit eis: Quare veniſtis? Dixerunt: Numquid Domum, in qua pro te orant, & pro Regno tuo perdes? Inducunt te in errorem, vt deſtruas eam. Dixit eis: Quinam ſunt iſti? Dixerunt: Cuthæi iſti, qui ſunt coram te. Dixit eis: En iſti tradentur in manibus veſtris. Statim perforant eis calcanea, & appendunt ad caudas equorum ſuorum, & trahunt illos per ſpinas, & tribulos, donec veniant ad montem Garizim. Quando peruenerunt ad montem Garizim, arauerunt montem illum (id eſt Templum) & ſeminauerunt vicias, quemadmodum quæſierunt facere Domui Dei noſtri. Et vſque hodie agunt diem feſtum.

Notatur hæc Hiſtoria, quia non in omnibus conſentit cum alijs hiſtorijs, quæ de eadem re agunt. Vide Flauium Ioſephum lib. 11. c. 8, ſiuè vlt. Antiquitatum.

Ibidem verſa pagina linea prima. *Non conceditur ſedendi locus in atrio, niſi Regibus Domus Dauid dumtaxat*, S. D, (2. Sam. 7. 18.) Et venit Rex Dauid; & ſedit coram Domino. [R. Salom. *De alijs legitur* לעמוד *ad ſtandum* ולשרת *& miniſtrandum, nuſquam legitur de eis quòd ſederent*] *ſecundùm quod dicit Ràu Chaſdà in atrio mulierum: hic etiam in atrio mulierum.*

Eadem pagina agitur de captura צר, ברע *Iètzer haraà Fomitis mali*, & quomodo obcœcauerunt oculos eius, &c. De ea re videre licet ſuprà Parte II. pa-

natus eſt decor mundi. Rabbi Elièzer magnus dicit (Geneſ. 2. v. 4.) *Iſta ſunt generationes cæli, & terræ in creari ea; in die quo fecit Deus terram, & cælum*: id eſt de cælis productæ ſunt generationes cæli, & de terra productæ ſunt generationes terræ. Et Sapientes dixerunt: אלו ואלו מציון נכרא *Iſta, & iſta de Sion creata ſunt*, S. D. (Pſal. 50. 1.) *Pſalmus Aſaph. Deus Deorum Dominus locutus eſt &c. De Sion Vniuerſitas decoris.*

Iſte diſcurſus Talmudiſtarum de mundi creatione non eſt fundatus in aliqua ratione probabili, quia creatio fit ex non præexiſtente ſubiecto: quòd ſi ſubiectum præexiſtat, iam non erit creatio, ſed productio. Mundus autem vniuerſus, per quem intelligimus cœlos, & terram, creatus eſt non productus, quia dicitur (Gen. 1. 1.) *In principio creauit Deus cælos, & terram.* Partes autem Vniuerſi, & ornatus illius, non erit inconueniens ſi diceremus *fuiſſe effectas*, quia Scriptura vtitur voce (*fiant*) vel (*producat.*)

Ord. II. *Moëd* Cod. 8. *Iomà* cap. 6.

Scenè Seirè:

Pagina 69. poſt medium. Quæſierunt Cuthæi ab Alexandro Macedone, vt euerteret Templum Domini. Audiuit hoc Simeon Iuſtus. Quid fecit? Indutus eſt veſtibus Sacerdotij, & nobiliores Iſraëlitæ ierunt cum illo geſtantes faces manibus ſuis, & tota nocte ambularunt iſti ex hac parte, illi ex altera, donec aſcendit aurora. Quando peruenit columna auroræ, dixit Alexander: Qui ſunt iſti? Dixerunt ei: Iudæi, qui rebellarunt contra te. Quando venit ad Antipatras ortus eſt Sol, & occurrerunt ſibi inuicem. Quando vidit Simeonem

dixit: Non ſum operata iniquitatem. *Benè eſt ſecundùm illum, qui dicit:* Concubitum illicitum, *quia ſcriptum eſt,* Gratis. *Sed ſecundùm illum, qui dicit:* Piſces: *cur dicitur,* Gratis? *Quia dicit Mar* (id eſt Dominus Ràu) *Quando Iſraëlitæ hauriebant aquas* (ex flumine) *Deus ſanctus benedictus præparabat paruos piſciculos in Vrnis illorum. Benè quidem eſt ſecundùm illum, qui dicit* Piſces. *Sed* (qui dicit) Concubitum illicitum (non ita) *quia non fuerunt laſciui in eas dicente Scriptura* (Cant. Cantic. 4. 12.) Hortus concluſus Soror mea Sponſa. *Sed opinio illius, qui dicit:* Concubitum illicitum, *quòmodo fulcitur à Scriptura? quia dicitur* (Ibidem) Fons ſignatus; *quia in* (mulieres) *prohibitas non fuerunt laſciui. Benè ſtat ſecundùm illum, qui dicit,* Concubitum illicitum, *quia ſcriptum eſt* (Num. 11. 10.) Et audiuit Moſes populum flentem ad familias eorum, *quia fuerat in populo prohibitum carnale commercium inter conſanguineos. Sed ſecundùm opinionem illius, qui dicit;* Piſces, *quid ſibi vult:* Flentem ad familias eorum? *Hoc & illud erat in eis.* Id eſt pro vtraque re flebat populus.

Intricata diſputatio inter duos primarios antagoniſtas Talmudicos inter Ràu & Samuelem, ordinata à Rabbì Chijah Ghemariſta, cuius eſt תניא. De intelligentia illius verſiculi: *Recordamur piſcium, quos comedebamus gratis in Aegypto,* inſtituitur altercatio, ſed nihil rectè concluditur, quia rationabiliter negatur; populum fleuiſſe ob prohibitionem coniugiorum, quia Scriptura hoc non dicit, ſed tantùm fleuiſſe למשפחותיו *ad familias ſuas*, hoc eſt: omnes familias ad oſtium Tabernaculi ſui fleuiſſe ob caren-

pag. 76. & ſeqq. vbi de eo fusè agitur, Ord. II. *Moed* Cod. 8, *Iomà* cap. 8.

Iom hakkippurim.

Pagina 75. longè à principio. Quando Iſraëlitæ in Ægypto hauriebant aquas è flumine Nilo, Deus præparauit eis intra aquas piſciculos paruos in vrnis eorum. Quia dicitur Num. 11. 5. *Recordamur piſcium, quos comedebamus in Aegypto gratis.* Ràu & Samuel diſcordant: Vnus dicit דגים *Daghìm Piſces*, & alter dicit עריות *Ariùth Impudicitiam*, ſiuè *concubitum illicitum*. En verba Ghemaræ -

מאן דאמר דגים דכתיב נאכל ומאן דאמר עריות דכתיב חנם ולמאן דאמר עריות הא כתב נאכל לישנא מעליא נקט דכתיב (משלי ל' : כ' :) אכלה ומחתה פיה ואמרה לא פעלתי און ולמאן דאמר דגים מאי חנם דחוון מייתן להו מהפקירא דאמר מר כשהיו ישראל שואבין מים הקדוש ברוך הוא מזמין להם בתוך המים דגים קטנים בכדיהן בשלמא למאן דאמר דגים אבל עריות לא פריצי בהו חזינו דכתיב (שיר השרים ד' י״ב :) גן נעול אחותי כלה אלא למאן דאמר עריות מאי מעין חתום מהנך דאסירן לא פריצי בה בשלמא למאן דאמר עריות היינו דכתיב (במדבר י״א : י') וישמע משה את העם בוכה למשפחותיו על עסקי משפחותיו שנאסרו להם לשכב אצלם אלא למאן דאמר דגים מאי בוכה למשפחותיו הא והא הואי :

Qui dicit: Piſces (ita dicit) *quia ſcriptum eſt:* Comedebamus; *& qui dicit:* Concubitum illicitum, (ideò hoc dicit) *quia ſcriptum eſt,* Gratis. *Benè quidem ſecundùm illum, qui dicit:* Piſces. *quia dicitur:* Comedebamus. *Sed ſecundùm illum, qui dicit:* Concubitum illicitum, *quid ſibi vult,* Comedebamus? *Locutione honeſta ita dicitur: Sicuti ſcriptum eſt* (Prou. 30. 20.) Comedit, & terſit os ſuum. [R. Salom. *Os inferius, ad inſtar illius, qui tergit ſcutellam.*] Et

Talmudiſtæ iſti imperiti faciunt Beatos Spiritus ſubiectos paſſionibus humanis, non minùs quàm homines.

Pagina 83. b. in fine. Canis rabidi proprietates.

תנו רבנן חמשה דברים נאמרו בכלב שוטה פיו פתוח
זרירו נוטף ואוניו סרוחות וזנבו מונח לו על ירכותיו
ומהלך בצידי דרכים ויש אומרים אף ניבח ואין קולו
נשמע :

Tanù Rabbanàn dixerunt Doctores: Quinque dicuntur de cane rabido. 1. Os eius apertum. 2. Spuma defluit. 3. Aures eius demiſſæ. 4. Cauda ſibi inter latera conijcitur. 5. Et ambulat in lateribus viarum. Aliqui dicunt: Latrat, ſed vox eius non auditur.

Iſta ſigna poſſunt eſſe vera. Sed remedium, quod contra morſum canis rabidi exhibetur, prorsùs ſuperſtitioſum eſt. Pagina 84. linea 7. dicitur -

דנכת ליה מאית מאי תקנתיה אמר אביי ניתי משכא
דאפא דדיכרא וניכתוב עליה אנא פלניא בר פלניתא
אמשכא דאפא דיכרא כתיבנא עלך כנתי כנתי קלירוס
ואמרי לה קנדי קנדי קלורוס יה יהוה צבאות אמן אמן
סלה וכו' :

Qui morſus ab eo fuerit, morietur. Quid remedij? Dixit Abijè: Afferat pellem Baſiliſci maſculi, & ſcribat in ea: Ego N. filius N. ſuper cutem Baſiliſci maſculi ſcripſi ſuper te Charti Chanti Kaliròs. Alij ſic dicunt: Kandì, Kandì, Kaloròs, Deus Dominus Sabaoth, Amen, Amen, Sèla, &c. adiunctis alijs magicis ceremonijs; quæ omnia, cùm ſuperſtitioſa ſint, & inuocationẽ (ſaltem tacitam) Dęmonum in vocibus ignotæ ſignificationis contineant, cum abuſu nominis Dei, & aliorũ, quæ in S. Scriptura pro ſacris habentur; ideò iſtud, & omnia alia ſimilia remedia Talmudica abominanda ſunt. Adde fraudem Talmudiſtarum pro auctori-rentiam carnium, piſcium, cucumerum, peponum, porrorum, ceparum, & alliorum. Num. 11. 5. Sic hiſce ineptis ſpeculationibus, atque commentis exhauritur tota vis ingenij Talmudiſtarum.

Ibidem multa dicuntur de Manna cibo, quo alebatur populus in deſerto, quæ vel inueriſimilia ſunt, vel fabuloſa. Vnum tamen eſt verum, quòd המן מתחפך לכמה טעמים *Manna vertebatur in diuerſos ſapores.* Ibidem linea penult. Hoc idem enucleatiùs declaratur à Spiritu Sancto Sapient. 16. 20. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem.*

Pagina 77. ibidem ante medium. Angelus Gabriël flagellis ceditur.

Dixit Ràu חנא *Chanà* Bar ביזנא *Biznà*, dixit R. Scimòn חסידא *Chaſidà Pius*: Niſi refriguiſſent carbones de *manu* Cherub, in manum Gabrielis, non relictus fuiſſet ex hoſtibus *Iſraël* ſuperſtes, & reliquus. Et ſcriptum eſt (Ezech. 9. 2.) *Et ecce Vir indutus lineis, cui erat atramentum ad lumbos eius, reſpondit verbum dicens: Feci iuxta omnia, quæ præcepiſti mihi.* Dixit Rabbì Iochanàn -

באותה שעה הוציאו לגבריאל מאחורי הפרגוד ומחיוהו
שיתין פולסא דנורא :

Illa met hora produxerunt foras Gabriëlem extra cortinam, & verberarunt eum ſexaginta flagellationibus ignitis. Et paulò poſt deduxerunt eum ad רוביאל *Rubiël* Principem Perſarum, & ſubſtituerunt in locum ſuum, & functus eſt illius officio viginti, & vno diebus, & ecce Michaël vnus de Principibus primis venit in auxiliũ meum, &c. Dan. 10. 13.

ſacbim, & in Veſpere Chippurrim, & ſic fecit R. Elièzer diſcipulus eius.

Ad commendationem perſonæ hæc inuenta, & attributa fuerunt Rabbàn Iochanano Ben Zaccài. Ibidem ſequitur de diſcipulis Hillelis Senioris.

Octoginta, & Vnus diſcipuli fuerunt Hilleli ſeniori. Triginta ex illis tales erant, vt eſſent digni, in quibus reſideret שכינה *Scechinà Diuina Maieſtas* כמשה רבינו *ſicut Moſi Magiſtro noſtro. Et triginta, quibus ſtaret Sol ſicut Ioſue. Viginti erant mediocres; maior illorum erat Ionathàn Ben Vzielis; minor ipſorum erat Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài, de quo dicunt; quòd nihil dimiſit intactum, quod non didicerit; de Scriptura, de Miſenà, de Talmude, de Halachòth, de Haggadòth, Dikdukè de Grammaticalibus Legis, de Grammaticalibus Scribarum, ſiuè leuibus, ſiuè grauibus, de regulis ab æquali, & pari acceptis, de Tekuphòth Solſtitijs, & Aequinoctijs, ſiuè Calendario Eccleſiaſtico, de Ghemaricis* (Alphabeti reuolutionibus), *de collocutionibus Angelorum, de collocutionibus Dæmonum, collocutionibus palmarum.* [R. Salom: לא ידענא מאי היא *Neſcio quid ſint.*] *De ſimilitudinibus fullonum, prouerbijs Vulpium.* [R. Salom. *quæ ſcilicet antiqui fundauerunt, & inueuerunt, vt ponerent in morem prouerbiorum admonitiones ſuas, & tribuerunt illas fullonibus, & Vulpibus, V. g. lances iuſtitiæ, patres comederunt vuam acerbam, &c.*] *Rem magnam, & rem paruam, &c.*

Hæc dicuntur ad honorem, & reuerentiam conciliandam erga hunc Rabbinum, de quo vide ſis Parte II. pagina 789.

De Ionathàn Ben Vzielis etiam quædam magnifica dicuntur, quæ infrà ſub illritate Talmudis concilianda, vt illius mendacia nullo vnquam tempore probari, aut manifeſtari liquidò poſſint, appoſuerunt in hoc, & in alijs conſimilibus remedijs quędam res, quę nunquam inueniri, aut ab humano ingenio inueſtigari poterunt. Quis mortalium vſpiam maſculum Baſiliſcum adinuenire, & inuentum capere, capto pellem detrahere valebit? Quia hæc ferè impoſſibilia ſunt, ideò nugiuenduli iſti Talmudiſtæ remedia pro infirmitatibus tollendis, exhibent. Eadem reperies in *En Iſraèl* P. I. pag. 112. col. 1. num. 71.

Alia inſuper futilia remedia pro dolore dentium proponuntur in eodem loco, quæ cùm ſint eiuſdem momenti, libentèr pertranſeo, & ſimul finem impono Codici *Iomà*.

Ordinis II. *Moëd* Cod. 9. *Succà* cap. 2. *Haiaſcèn.*

Pagina 28. longè poſt principium. Mira, & incredibilia dicuntur de Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài.

Dixerunt de Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài, quòd à diebus ſuis non narrauit fabulam lepidam, ſeù profanam; nunquam ambulauit quatuor cubitos ſine Lege, & ſine Thephillin; non præuenit illum homo in Academiam; nunquam dormiuit in ea, non ſomnum fixum, nec leuem, & non cogitauit de alijs (quomodo) *ingrederentur. Non reliquit poſt ſe hominem in Academia, & exijt. Non inuenit eum homo ſedentem, & tacentem, ſed ſedentem, & legentem. Non aperuit quiſpiam portam* (Academiæ) *diſcipulis ſuis, niſi ipſe per ſe. Non dixit verbum, quod non audierit ex ore Magiſtri ſui. Et nunquam dixit: Peruenit tempus ſtandi* (id eſt exeundi) *è Schola ab Academia, niſi in Veſpere Pe-*

ועל מגדלי בהמה דקה בארץ ישראל ועל קוצצי אילנות טובות : בשביל ארבעה דברים נכסי בעלי בתים נמסרין למלכות על משהי שטרות פרועים על מלוי ברבית ועל שהיה ספק בידם למחות ולא מיחו ועל הפוסקין לצדקה ברבים :

Dixerunt Doctores : Quatuor de cauſis Sol eclipſatur . Primò , Ob Patrem Domus Iudicij , qui mortuus eſt, & exequiæ non fiunt , vt decet . 2. Ob puellam deſponſatam , cui Vis infertur in Vrbe, & exclamat , nullus eſt, qui eam adiuuat . 3. Ob Sodomiæ ſcelus . 4. Et ob duos fratres, qui ſibi ad inuicem ſanguinem effundunt . [R. Salomon : *Propter quatuor res prædictas* לא שמעתי טעם לדבר *Neſcio rationem .*] *Propter quatuor , luminaria eclipſantur .* [R. Salom. *Luminaria , id eſt Luna , & Stellæ .*] *1 . Propter eos , qui ſcribunt contractus falſos . 2. Propter falſos Teſtes . 3. Propter eos , qui in terra Iſraëlis minuta animalia nutriunt* (& damnũ inferunt .) *4. Et propter eos , qui arbores fructiferas cædunt . Et ob quatuor res facultates Patrum familias fiſco addicuntur . 1. Ob eos , qui retardant ſolutionem iuxta obligationem contractuum . 2. Qui pecuniam dat ad vſuram . 3. Propter eum , qui cùm poſſit impedire ne veniat malum , non impedit . 4. Et propter illum , qui eleemoſynam publicam impedit, ne detur pauperibus, quibus debetur .*

Carent Aſtronomicis ſcientijs Talmudiſtæ, quamuis iactent ſe omnia cælorum itinera ſcire , ideò veras cauſas Eclipſium neſciunt . Forſan in his hoc modo explicandis moralitati ſtudere volunt . Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 115. colum. 3. num. 9.

Ordinis II. *Moëd* , Cod. 9. *Succà* cap. 3. *Lulàu Haggazùl .*

Pagina 35. in ipſo initio Diſputatur illius nomine referam . Vide etiam in *En Iſraël* Par. I. pag. 114. colum. 3. num. 6. & 7.

Pagina 29. Diſſerit de ſignis maledictionis , idcircò tractat de Eclipſibus luminarium . Et circa medium dicitur -

תנו רבנן בזמן שהחמה לוקה סימן רע לכל העולם :

Docent Doctores : Eo tempore , quo Sol eclipſatur , ſignum malum eſt vniuerſo mundo . Exemplum : Eſt Rex, qui facit conuiuium ſeruis ſuis , & ponit facem coram ipſis . Indignatur contra eos, & dicit : Tollite facem ; remouent facem , & remanent in obſcuritate .

Quando eclipſatur Sol malũ ſignum eſt pro inimicis Iſraëlitarum . Ratio eſt, quia Iſraëlitæ computant per Lunam , & Nationes mundi computant per Solem . לוקה במזרח *Eclipſatur in Oriente* ſignum eſt malum habitatoribus Orientis . Eclipſatur in Occidente , ſignum malum pro Occidentalibus ; in Meridie , toti mundo . Facies eius quaſi ſanguis , gladius venit in mundum . Quaſi ſaccus (id eſt coloris ſubnigri *bruno*) ſagittæ famis veniunt in mundum . Si vtriuſque coloris , vtrumque ſcilicet gladius , & fames veniunt in mundum . Si eclipſatur quando ingreditur , flagella retardantur ; ſi in exitu , venient citò .

Craſſum Iudæorum Aſtrologicum Iudicium . Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 115. col. 3. num. 8,

Ibidem prope finem . Cauſæ Eclipſis Solis .

תנו רבנן בשביל ארבעה דברים חמה לוקה על אב בית דין שמת ואינו נספד כהלכה ; ועל נערה המאורסה שצעקה בעיר ואין מושיע לה ; ועל משכב זכור : ועל שני אחין שנשפך דמן כאחד ; ובשביל ארבעה דברים מאורות לוקין על כותבי פלסתר ועל מעידי עדות שקר

diſtæ in determinando, qualis fructus eſſet accipiendus in ſolemnitate Tabernaculorum. Ergo Traditio ex monte Sinai eſt dubia, & determinatio, Citrum eſſe fructum adhibendum pro ſeſto celebrando, eſt ex cerebro Rabbinorum Talmudiſtarum, & non Halachà Moſis ex monte Sinai.

Ordinis II. *Moëd* Cod. 9. *Succà* cap. 4. *Lulàu Vaarauàh*.

Pagina 45. b. ante medium. Efferuntur merita Rabbinorum, vt liberari poſſit Vniuerſum à Diuino Iudicio; & illorum ſuperbia demonſtratur.

אמר ר׳ ירמיה משום ר׳ שמעון בן יוחי יכול אני לפטור את כל העולם כולו מן הדין מיום שנבראתי עד עתה ואילמלא אלעזר בני עמי מיום שנברא העולם ועד עכשיו ואלמלא יותם בן עוזיהו עמנו מיום שנברא העולם ועד סופו ואמר חזקיה אמר ר׳ ירמיה משום ר׳ שמעון בן יוחי ראיתי בני עלייה והן מועטין אם אלף הן אני ובני מהן אם מאה הם אני ובני מהן אם שנים הן אני ובני הן.

Dixit R. Ieremias de nomine R. Simeonis Ben Iochai: Poſſum ego abſoluere vniuerſum mundum à Iudicio. [R. Salom. *Ob meum meritum, quia ego porto omnes iniquitates eorum, & ipſi ſunt abſoluti à Iudicio*] *à die, quo creatus ſui vſque nunc. Et ſi Eleàzar filius meus mecum fuiſſet, à die creatus eſt mundus, & vſque nunc. Et ſi Iothàm Ben Vzihau nobiſcum, à die, quo creatus eſt mundus vſque ad finem eius. Et dixit Ezechias, dixit R. Ieremias de nomine R. Simeonis Ben Iochài: Vidi* (viros) *excellentes, qui pauci ſunt; Si mille ſunt, ego & filius meus ex illis* (ſumus); *Si centum ſunt, ego & filius meus ex illis; Si duo ſunt, ego & filius meus ſumus.*

Intolerabilis ſuperbia, ſeù potiùs dementia huius Rabbini eſt, ſua merita, & filij tur, quænam ſpecies fructus adhibenda ſit in feſtiuitate Tabernaculorum.

תנו רבנן פרי עץ הדר עץ שטעם עצו ופריו שוה הוי אומר זה אתרוג:

Dixerunt Doctores (Leuit. 23. v. 40.) Fructum ligni הדר Adàr decoris, *id eſt lignum, cuius ligni ſapor, & fructus eius idem eſt, ſeù æqualia, ſic dicens: Hic eſt Citrus.*

Quaſi Citri arbor ſit eiuſdem ſaporis, ac fructus. Sed ſunt aliæ arbores, quarum ſapores æquales ſunt cum saporibus ſuorum fructuum ex ſententia eiuſdem Talmudis ibid. vbi ſic proſequitur.

ואימא פלפלין כדתניא היה ר׳ מאיר אומר ממשמע שנא׳ (ויקרא יט״ כג׳) ונטעתם כל עץ איני יודע שהוא עץ מאכל מה ת״ל עץ מאכל עץ שטעם עצו ופריו שוה הוי אומר זה פלפלין ללמדך שהפלפלין חייבין בערלה ואין ארץ יש׳אל חסרה כלום שנ׳ (דברים ה׳: ט׳) לא תחסר כל בה.

Sed dicam eſſe Piper, ſecundùm traditionem: quia Rabbi dicebat ex ſenſu prima litera, S. D (Leuit. 19. 23.) Et plantabitis omne lignum. *Neſcio ego de quonam ligno comeſtibili Scriptura loquatur. Lignum comeſtibile, cuius ſapor idem eſt cum fructu. Sic dicens: Hic eſt Piper. Ad te docendum, quòd Piperes tenentur ad* ערלה *Orlà clauſuram. Et terra Iſraël nullo deficit, S. D.* (Deuter. 8. v. 9.) Non carebis aliquo in ea.

Eadem ratione ex ijſdem verbis, quibus probatur פרי עץ הדר *Fructum ligni decoris* eſſe Citrum, probatur etiam eundem eſſe Piper, quia arbor Piperis eſt eiuſdem ſaporis cum Pipere, & plantata in terra Iſraëlis adoleſcit, quia nihil in ea deficit, & iubetur in ea plantari omnem arborem fructiferam, & comeſtibilem, ſicut eſt arbor Piperis. Ergo in ancipiti verſabantur illi antiqui Talmu-

דיופלוסטון של אלכסנדריא של מצרים וכו׳ ׃

Dioploſtòn duplicem ſtoam , ſeù porticum Alexandriæ Aegypti , non vidit gloriam Iſraëlis . Dixerunt : Inſtar Baſilicæ magnæ fuit סטיו לפנים מסטיו *Satìu ante ſatìu ſtoa , ſeù atrium ante atrium .* [R. Salom. *Satìu duplicatum fuit , vbi conſidebant Domini , & Principes Alexandrini : nam abijt illuc Iochanàn Ben* קרח *Kòrach , & Principes exercituum poſt deſtructionem Templi primi in diebus Ieremiæ , & conſtiterunt ibi ; & quamuis aſcenderit illuc Nabuchodonoſor , & deſtruxerit Aegyptum , & occiſi fuerint ex Iſraële , qui illuc abierant , ſicut prophetauit Ieremias , creuerunt nihilominus filij eorum ibi in magnificentia , & opibus , donec Alexander deſtruxit eam . Quia fuerunt ibi 60. myriades ſuper 60. myriades , ſicuti fuerunt illi , qui aſcenderunt de Aegypto . Erantque in eo* (Amphitheatro) *71. Cathedræ aureæ ſecundùm 71. ſubſellia magni Synedrij . Qualibet ex his non minùs æſtimabatur quàm 21. talentis aureis : Et in medio erat ſuggeſtus ligneus , in quo ſtabat Succentor Synagogæ tenens ſudariolum in manu ; cùm autem appropinquaret tempus reſpondendi Amen , eleuabat , & agitabat linteolum , ſeù ſudariolum , & vniuerſus populus reſpondebat Amen . Non confusè ſedebant , ſed ordinatè vnuſquiſque in loco ſuæ artis , & opificij . Aurifices ſeorſim ; Argentarij ſeorſim ; fabri ferrarij ſeorſim ; fabri ærarij ſeorſim ; textores ſeorſim . Et quando pauper ingrediebatur , ſtatim ſui opificij artifices cognoſcebat , à quibus conducebatur , & operando in ſua arte viuebat ipſe cum ſua familia . Dixit Auiè : Et omnes iſti interfecti fuerunt ab Alexandro Macedone . Quænam huius ſupplicij fuit cauſa ? Propter*

ter filij ſui ita efferre , vt poſſent eximere homines à Iudicio Diuino ; & quòd ſi duo Iuſti tantùm in hoc mundo fuiſſent, eſſet ipſe , & filius ſuus . Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 116. col. 1 num. 14.

Ordinis II . *Moëd* Cod. 9. *Succà* cap. 5. *Hachalil* .

Pagina 51. b. ante medium . De Templi Ieroſolymitani magnificentia .

מי שלא ראה ירושלם בתפרתה לא ראה כרך נחמד מעולם וכו׳ ׃

Qui non vidit Ieruſalem in gloria , & decore ſuo , non vidit Ciuitatem deſiderabilem à ſeculo &c. Qui non vidit Sanctuarium dum ſtaret in ſuo ædificio , non vidit pulchriùs ædificium à ſeculo . Sed quale eſt hoc ædificium ? Dixit Auiè ſecundùm dictum R. Chaſdà . Iſtud eſt ædificium Herodis . Cum quo ædificauit ? Dixit Rauà : Lapidibus marmoreis . [R. Sal. *Mixti coloris non albis , non nigris , vulgò bigi .*] *Sunt , qui dicunt : Lapidibus marmoreis coloratis colore tutiæ ſtibij . Prominere fecit labrum , id eſt vnus ordo lapidum exibat , alius introibat , vt calce meliùs firmarentur . Cogitauerat eos auro tegere , ſed Rabbanàn diſſuaſerunt dicentes illi : Nihil ei addas , quia hoc modo pulchriùs eſt , refert enim ſimilitudinem fluctuum maris .*

Dum variant Talmudiſtæ in deſcriptione lapidum Templi, & R. Salomon dubitat de quonam Templo ſint iſta intelligenda ; an de Templo Salomonis ; an Nehemiæ filij Chechaliâ ; an de Templo Herodis ; nihil certitudinis eſt apud huiuſmodi Rabbinos , nec fides eſt eis adhibenda . Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 117. col. 2. num 24.

Ibidem paulò poſt med. תניא *Tanià . Dixit R. Iudas : Quicumque non vidit*

ſecundo, nempè de Meſſia, quicquid hìc dicitur, referemus, quando agemus de Meſſia Iudæorum. Vide *En Iſraël* Par. 1. pag. 118. colum. 2. num. 32. & col. 3. num. 34.

Pagina 53. non longè à principio. Hillelis Senioris ſuperbia.

תניא אמרו עליו על הלל הזקן כשהיה שמח בשמחת בית השואבה אומר כן אם אני כאן הכל כאן ואם איני כאן מי כאן׃ הוא היה אומר כן למקום שאני אוהב שם רגלי מוליכות אותי אם תבא אל ביתי אני אבא אל ביתך אם אתה לא תבא אל ביתי אני לא אבא אל ביתך שנאמר (שמות כ׳, כד) בכל המקום אשר אזכיר את שמי אבא אליך וברכתיך׃

Taniá Eſt Traditio. Dixerunt de Hillele Seniore: Quando celebrabat lætitiam Beth Haſcioauà dicebat ſic: Si ego ſum hìc, omnes ſunt hìc: & ſi ego non ſum hìc, quis eſt, qui ſit hìc? Ipſe dicebat ſic: Locum, quem ego amo, illuc pedes mei me ducant. Si veneris domum meam, ego veniam domum tuam. Si tu non venias, nec ego veniam. S D. (Exodi 20. 24.) In omni loco, quo memorare faciam nomen meum, veniam ad te, & benedicam tibi.

De Deo loquitur Scriptura, & hic Rabbinus, quæ Dei ſunt verba, ſibi ſuperbè arrogat. Reliqua, quæ ab eodem ibidē dicuntur, vti אף הוא ראה גולגלת וכו׳׃ *Etiam ipſe vidit caluariam, &c.* Videnda ſunt in II. Par. huius Biblioth. pagina 792. vbi referuntur, ſicut & in Codice אבות *Auòth* cap. 2. n. 4. & ſeqq. Et in *En Iſraël* Par. I. pag. 118. col. 4. num 37.

Ibidem circa medium. Leuitates, & manuum geſticulationes Rabbinorum.

תניא *Eſt traditio. Dixerunt de Rabbàn Scimòn Ben Gamlièl, quando celebrabat feſtum* בית השואבה *Beth Haſcioauà accipiebat* ... *propterea quòd tranſgreſſi ſunt illud Scripturæ* (Deuter. 17. 16.) Non addetis, vt reuertamini per viā hanc amplius. *Quando autem venit, inuenit eos legentes locum illum* (Ibidem 28. v. 49.) Leuabit ſuper te Dominos gentem à longinquo: *Dixit: Quomodo factum eſt hoc? Venit in naui, & iter decem dierum abbreuiatum ei fuit, & intra quinque dies peruenit, cecidit ſuper eos, & occidit eos.*

Poſt deſtructum primum Templum non potuerunt Principes exercituum cum Iochanàn Ben Kòrach adire Alexandriam Ægypti, quia nondum erat ædificata; fuit poſtea ædificata ab Alexandro Magno, de cuius nomine dicta eſt Alexandria. Neque veriſimile eſt in ea, vel in alia quacunque Vrbe Ægypti, tot Hebræorum numerum extitiſſe, vt ſuperaret numerum Hebræorum, qui egreſſi fuerant ex Ægypto; neque ſpatio centum, & quatuor annorum, qui interfuerunt à deſolatione primi Templi vſque ad Alexandrum Magnum potuerunt Iudæi in aliena Regione tam magnificum Amphitheatrum, porticum, aut tam ſpecioſam, ſumptuoſam, & pretioſam Baſilicam ædificare, vt proponatur pro ſingulari miraculo inter ædificia. Vnde valdè credibile eſt, hoc quoque eſſe ſolemne, & ſumptuoſum mendacium Talmudiſtarum. Eadem habes in *En Iſraël* Par. I. pag. 117. colum. 2. num. 25.

Pagina 52. per totam agitur de יצר הרע *Fomite malo*, & de duplici Meſſia Iudæorum Ben Dauid, & Ben Ioſeph. De primo habes prolixam Diſſertationem in Parte II. pag. 43. & pag. 76. vbi de fomite occidendo à Deo tempore Meſſiæ, vti in hoc loco dicitur. Et de

Digitized by Google

auerſæ paginæ. Cur Dauid compoſuerit Pſalmos quindecim graduum? Quia huiuſmodi argumentũ recenſuimus ſuprà Par II. pag. 197. & 233. ideò nihil aliud de eo hìc addimus. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 119. colum. 2. numero 42.

Pagina 56. b. in fine Codicis. Narratur Hiſtoria de quadam Maria Bath Belghà, quæ ad ſuperſtitionem Græcorum tranſiuit.

[תנו רבנן *Tradunt Doctores* Hiſtoriam de מרים בת בילגה *Miriàm Maria filia Belghà*, quæ excommunicata fuerat, abijt, & nupſit Stratiotæ cuidam Regum Græcorum. Quando ingreſſi ſunt Græci in Templum, ipſa ſandalio ſuo calcitrabat Altare, & dicebat לוקוס לוקוס עד מתי אתה מכלה ממון של ישראל: λυκὸς λυκὸς *O Lupe, Lupe, quamdiu tu deuoras, & abſumis facultates Iſraëlis*, nec tu ſtas ſuper eos in hora expulſionis? Quando audierunt Sapientes rem iſtam, fixerunt annulum eius, & ſigillarunt feneſtram eius. Sunt, qui dicunt; Cuſtos illius expectabat eam, vt veniret, & ingreſſus eſt ישבב *Iſcebàu* frater eius cum eo, & miniſtrauit loco eius &c.]

בילגה *Belghà* eſt nomen cuſtodiæ ex 24. quæ erant in Templo, ex cuius familia cùm eſſet iſta Maria, ideò filia Belgæ vocabatur. Quid ſit autem annulus eius, & feneſtra illius, R. Moſes Ægyptius explicat hùnc locum Miſcnæ hoc modo;

[Fuerunt in Sanctuario 24. annuli ſecundùm cuſtodias, & ad illos annulos ligabant victimas, & decoriabant: & annuli iſti defixi erant in muris; & quando ingrediebatur cuſtodia aliqua, ſuſpendebant ipſum annulum, vt indicaret

piebat octo faces accenſas, vibrabat vnam ex his, & recipiebat, nec vna alteram tangebat. Et quando adorabat, incuruabat totum corpus, & duobus policibus manuum tangebat pauimentum, illudque oſculabatur, & erigebat ſe, nec vllus hominum huiuſmodi Chironomiæ genus potuit efficere, & hoc eſt illud, quod in Scriptura vocatur קידה Kidà Inclinatio (Geneſ. 43. ver. 27.) [R. Salom. *Oſculabatur pauimentum, vt firmaret illud* (Pſal. 102. v. 15.) Quoniam placuerunt ſeruis ſuis lapides eius,] *Leuì frater Rabbàn Scimòn Ben Gamlielis fecit huiuſcemodi proſtrationem coram Rabbì, & delumbis effectus eſt* (quamuis fuiſſet perfectus geſticulator). *Aliquando deambulabat coram Rabbì octo gladios præ manibus geſtans; & Samuel coram Rege* שבור *Sapore octo cyathis vino plenis* (nec vinum effundebatur). *Auijè coram Rabbà octo ouis, alij dicunt, quatuor ouis.* [R. Sal. *Iſtæ geſticulationes fiebant coram Rabbì in ædibus ſuis, vt alleuiaretur à doloribus, quibus vehementer cruciabatur ob varias illius infirmitates, & à melancholia, quà affligebatur cum videret res Iudæorum ſemper in deterius ruere. Cyathi iſti erant chriſtallini; Sapor erat Rex Perſarum.*]

In his leuiſſimis geſticulationibus occupabantur nobiliores, præſtantiores, & ſapientiores inter Rabbinos, vti erant ij, qui titulo Rabbàn potiebantur. Sanè quidem Rabbàn Scimòn Ben Gamlielis erat Princeps Synedrij, & vnus ex decem interfectis Regni, qui in euerſione Templi à Tito occiſus fuit. Vide ſuprà eius genealogiam Parte II. pagina 797. Vide quoque *En Iſraël* Par. I. pag. 119. col. 1. num. 38.

Ibidem prope finem, & in principio

annis? Quid comederunt in hiſcè ſeptem annis? Dixit ei, Dixit R: Iochanàn: Anno 1. manducauerunt quicquid erat in domibus. Anno 2. manducauerunt quicquid repertum eſt in agris. Tertio manducauerunt carnem iumentorum mundorum. Quarto, carnem iumentorum immundorum. Quinto, carnem abominabilium, & reptilium. Sexto, carnem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum. Septimo, carnem brachiorum ſuorum, vt firmaretur id quod dictum eſt (Iſai. c. 9. ver. 20.) איש בשר זרועו יאכלו *Vnuſquiſque carnem brachij ſui comedet.*

Hæc literalis expoſitio huius loci Iſaiæ non videtur reijcienda, quia non ſemel iram, & indignationem Diuinam expertus eſt populus Iudaicus, vt ob famem proprios filios comederit, vt ex hiſtorijs Iudaicis habemus. Vide *En Iſraël* Par. 1. pagina 128, columna 1. numero 8.

Pàgina 5. b. longè ante finem. Iacob Patriarcha non eſt mortuus.

אמר רבי יוחנן יעקב אבינו לא מת אמר ליה וכי בכדי ספדו ספדניא והנטו חנטייא וקברו קברייא אמר ליה מקרא אני דורש שנא׳ (ירמיה ל׳ : י׳) ואתה אל תירא עבדי יעקב נאם יהוה אל תחת ישראל כי הנני מושיעך מארץ מרחק ואת זרעך מארץ שבים מקיש הוא לזרעו מה זרעו בחיים אף הוא בחיים :

Dixit R. Iochanàn: Iacob pater noſter non eſt mortuus. [R. Salom. אלא חי הוא לעולם *ſed viuit in ſeculum.*] *Dixit ei: Et quomodo? Fruſtrane planxerunt planctum, & condierunt condimentis, & ſepelierunt in ſepulchris? Dixit ei: Sacram Scripturam ego diſſero, S. D.* (Ierem. 30. v. 10.) Et tu ne timeas ſerue meus Iacob, dixit Dominus; nec conſterneris Iſraël; quia ecce ego ſaluificans te à longè, ... ret officium miniſtrandi ad ſe pertinere. Itidem erant ibi 24. feneſtræ, in quibus Sacerdotes ſeruabant veſtimenta, quæ deponebantur. Et omnes iſtæ feneſtræ clauſæ manebant, & quando ingrediebatur cuſtodia ad munus ſuum peragendum aperiebatur feneſtra, excepta feneſtra cuſtodię Belgę: quia determinarunt Sapientes, quòd eſſet illa excubia diuidens (partem) in Auſtro: & eſſet annulus eius fixus, & feneſtra clauſa, & ſigillata, ſicut fiebat, quando Tribus exibat, & noluerunt, vt vllo ſigno demonſtraretur cuſtodiæ Belgæ tempus ſui miniſterij. Et hoc fecerunt ei, eò quòd quando præualuit potentia Græcorum ſuper Ieruſalem, nupſit quædam puella illorum vni ex Ducibus Græcorum, & adhæſit Legi eorum, & impudenter ingreſſa eſt in Sanctuarium, & ſandalio verberabat Altare, & alloquebatur, & dicebat ei lingua Græca: Lycos, Lycos Lupe, Lupe, quamdiu comedes facultates Iſraëlis, & non ſaluabis eos in tempore anguſtiæ eorum? & ob id fecerunt Sapientes illius ætatis in omnibus familijs, quæ exirent de ea vituperiũ iſtud.] Hactenus Rambàm. Hæc eadem Hiſtoria explicatur in ערוך *Arùch* voce בלגה *Belgà*. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 119. colum. 4. numero 45. & ſic finit Codex *Succà*.

Ord. II. *Moëd* Cod. 10: *Taanìth* cap. 1. *Maëmathài*.

Pagina 5. longè poſt medium. Ob famem Iudæi comedunt carnem filiorũ, & carnem ſuorum brachiorum.

[Dixit Ràu Nachmàn ipſi R. Iſaac: Quid eſt quod ſcriptum eſt (2. Regum c. 8. v. 1.) *Quoniam vocauit Dominus ad famem, & etiam venit in terram ſeptem*

rum pluuialium origo.

(Pſal. 65. 10.) פלג אלהים מלא מים *Riuus Dei plenus aquis*. [R. Salom. *Piſcina*.] *Tanà eſt Traditio: In firmamento eſt quædam arca plena aquis, è qua pluuiæ exeunt*.]

Si pro Arca intelligatur, quandam piſcinam fixam eſſe in cælo, vt explicat R. Salomon, ex qua deſumantur aquæ pluuiales, eſt fabuloſum commentum. Si pro arca intelligantur nubes, quibus aquæ includuntur veluti in arca, & à qua mirabiliter exeunt, & ſuper terram ſparguntur, poteſt admitti.

Ibidem agitur de pluuijs, de quibus aliquid dictum eſt in Par. II. huius Bibliothecæ Rabbin. pag. 701. & ſeqq.

Pagina 9. longè poſt principium. Inuidia, & pulchritudo R. Iochananis deſcribitur.

[Inuenit R. Iochanàn puerum דר *Reſc Lakiſc* ſedentem, & dixit: (Prou. c. 19. v. 3.) *Stultitia hominis peruertit viam eius, & ſuper Dominum ſæuiet cor eius*: Sedit R. Iochanàn, & miratus eſt, dixitque: Quomodo, eſtne aliquid de ijs, quæ ſcripta ſunt in Hagiographis, quod non ſit alluſio illorum in Lege? [R. Salom *Quia Pentateuchus eſt fundamentum Prophetarum, Hagiographorum, & in omnibus poteſt adinueniri fulcrum ex Lege, quo fulciantur illorum effata*]. Dixit ei: Quomodo? Hoc quidem non indicatur in Pentateucho? Et nonne ſcriptum eſt (Gen. 42. 28.) *Et exijt cor eorum, & intremuerunt vir ad fratrem ſuum, dicendo: Quid hoc fecit Deus nobis?* Leuauit oculos ſuos [R. Salom. *Leuauit oculos ſuos R. Iochanàn, quia erant palpebræ eius cooperientes oculos eius*, ומגביהן במולגי דכספא *Et eleuauit*

longè à longè, & ſemen tuum de terra captiuitatis eorum. *Comparat Iacob cum ſemine eius. Sicut ſemen eius viuit, ſic ipſe viuit*.

Ex hoc probatur, quòd Sancti viuant in altero mundo, in gloria.

Sequitur ibidem ſtatim. Obſcœnum.

אמר ר׳ יצחק כל האומר רחב רחב מיד נקרי וכו׳:

Dixit R. Iſaac: Quicunque dicit: Rachàb, Rachàb, ſubitò incurrit in accidens. [R. Sal. *fit ſeminifluus*.] *Dixit ei Ràu Nachmàn: Ego dixi* (Rachàb Rachàb) *& non fuit mihi excrementum. Dixit ei: Hoc dixi de ijs, qui cognouiſſent eam, & recordarentur illius*.

Sine obſcœnitatibus non condiuntur doctrinæ Venerabilis Talmudis. Idem reperies in *En Iſraèl* Par. I. pag. 128. col. 3. num. 12.

Pag. 6. De pluuijs multa dicuntur, quæ ex parte referuntur in II. Parte huius Bibliothecæ pag. 701. & ſeqq.

Pagina 8. longè ante finem, ſiuè paulò poſt med. Contra malè loquentes.

Dixit Reſc Lakiſc: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Eccleſ. 10. 11.) Si mordeat ſerpens abſque ſuſurro (ſine incantatore) & non eſt vtilitas linguæ loquaci. *In futuro congregabuntur, & venient omnes beſtiæ ad ſerpentem, & dicent ei: Leo lacerat, vt comedat; Lupus rapit, vt comedat, tu verò quid ex morſu conſequeris vtilitatis? Dixit eis: Quod dicitur* (Eccleſ. 10. 11.) Non eſt vtilitas linguoſo.

Nullam honeſtam vtilitatem percipit is, qui obloquitur contra proximum, ideò non eſt huiuſmodi apologus ſubmittendus cenſuræ. Vide *En Iſraèl* Parte I. pag. 130. col. 1. num. 19.

Pagina 8. b. ante medium. Aqua-

ta dicuntur, quæ fabuloſa ſunt, & ego ex his bonam partem adduxi in II. Parte huius Bibliothecæ pagina 701. & ſequentibus.

Pagina 106. lin. 1. תנו רבנן *Dixerunt Doctores* -

אל יאמר אדם תלמיד אני איני ראוי לחיות יחיד אלא כל תלמידי חכמים יחידים ׃

Non dicat homo: Doctor ego ſum, non licet vt ſim Iachid vnicus, ſeù ſingularis. Omnes enim Diſcipuli ſapientes ſunt Iachidim (id eſt poſſunt eſſe Iachidim ſingulares.)

תלמיד *Talmid Diſcipulus* doctus, & יחיד *Iachid vnicus*, vel *ſingularis*, ſunt duo gradus meritorum inter Doctores Talmudicos, vti, exempli gratia, apud nos eſt Doctor, & Regens ſtudiorum: omnes enim Doctores poſſunt eſſe Regentes, quamuis non omnes perueniant ad Regentiam. Regentes verò omnes Doctores ſunt. Vnde ſequitur Ghemarà.

אי זהו יחיד ואי זהו תלמיד ׃ יחיד כל שראוי למנותו פרנס על הציבור ׃

Quiſnam eſt Iachid ſingularis? & quiſnam eſt Talmid Diſcipulus (ſcilicet Sapiens, Doctor)? *Iachid eſt ille, qui dignus eſt eligi in Gubernatorem Reipubl.* (ſcilicet literariæ.)

תלמיד כל ששואלין אותו דבר הלכה בתלמודו ואומר ואפילו במסכתא דכלה ׃

Talmid verò eſt ille, qui interrogatus de aliqua re pertinente ad lectionem Talmudicam, doctrinaliter reſpondet etiam (ſi interrogetur) *ex Tractatu* כלה *Chalà de ſponſalibus*, qui aliàs raró ſtudetur à Doctoribus.

Iſta annotantur pro notitia horum terminorum, ſine qua vix rectè, & ſine æquiuocis multa Talmudis loca intelligerentur. Hic agitur de vtroque: Anli-*eas fuſcinula argentea* (palpebræ, in hoc loco non intelliguntur tegmenta illa oculorum molliſſima tactu ne lædant aciem, & ad claudendas pupillas, & ad aperiendas aptiſſimè facta, ſed intelliguntur ſupercilia, quorum pili in hoc Rabbino deſcendebant vſque ad inferiorem genam, & oculos claudebant, ſi autem videre voluiſſet neceſſe erat aliquo inſtrumento eas eleuare, vel fuſcinula, vel pyrraca, aut forcipe.) *Vide Bauà Kamà capite vltimo, quia volebat intueri puerum, qui erat adeò acutus.*] Et vidit eum. Venit mater eius, & expulit eum; dixitque ei: Fuge ab eo, ne tibi faciat ſicut fecit patri tuo. [R. Salom *Ne ponat oculos ſuos in te, & occidat, ſicut occidit patrem tuum, In Codice Bauà Metzijà.*]

Heroicarum virtutum ſpecimina ſi quis intueri deſiderat, videat, & contempletur internam faciem huius Rabbini Talmudici, & cernet in ea viperinam inuidiam redundantem in maleficos oculos ipſius (quorum intuitu, quod ijdem Talmudiſtæ aſtruunt) patrem huius pueri olim necauerat. Et ne idem accidat huic puero à matre expellitur ne ſiſtat coram hoc portentoſo Rabbino. Externa etiam facies eiuſdem Rabbini etiam oſtendit animæ qualitates ipſius. Supercilia villoſa, ex quibus cœcus efficiebatur, faciem ſuam non formoſam, vt prædicant Talmudiſtæ, ſed reddebant deformem, & fœdam. De hoc inſigni Talmudiſta agemus infrà in Catalogo inſigniorum Talmudiſtarum. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 131. col. 2. num. 26. vbi commentatio R. Salomonis caſtrata eſt.

Pagina 9. b. De aquis, & pluuia mul-

Ord. II: *Moëd* Cod. 10. *Taaniòth* cap. 2. *Sèder Taaniòth Chetzàd.*

Pagina 18. non longè à principio. Proteſtantur Iudæi, ſe eſſe fratres Romanorum, quamuis illorum Imperium impium vocent.

תניא בעשרין ותמניא ביה אתת בשורתא טבתא ליהודאי דלא יעידון מן אוריתא שפעם אחת גזרה מלכות הרשעה שמד על ישראל שלא יעשקו בתורה ושלא ימלו את בניהם ושיחללו שבתות מה עשה יהודה בן שמוע וחבריו הלכו ונטלו עצה מטטרונית אחת שכל גדולי רומי מצוי׳ אצלה אמרה להם עמדו והפגינו בלילה הלכו והפגינו בלילה אמרו אי שמים לא אחים אנחנו לא בני אב אחד אנחנו לא בני אם אחת אנחנו מה נשתנינו מכל אומה ולשון שאתם גוזרין עלינו גזירות רעות ובטלום ואותו היום עשאוהו יום טוב :

Tanià. Vigeſimo octauo die (menſis Adàr) *venit nuncius bonus Iudæis ne excluderentur à Lege, quia quodam tempore determinauit Regnum impium perſecutionem contra Iſraëlem, ne darent operam Legi, neque circumciderent infantes, & profanarent Sabbathum. Quid fecit Iudas Ben Sciamùa, & ſocij? Abierunt, & acceperunt conſilium à matrona quadam. apud quam omnes Principes, & Magnates Romani inueniebantur* (pro conſilio recipiendo in rebus arduis), *Dixit illa ipſis; State, & vociferamini nocte. Abierunt, & clamauerunt in nocte, dixeruntque: Heu Domine; Nonne nos ſumus fratres; nonne ſumus filij vnius patris; nonne nos ſumus filij vnius matris? Cur nos diuerſi ſumus ab omnibus populis, & linguis, quia vos determinatis contra nos edicta iniqua? Et annullarunt ea; & diem illum inſtituerunt feſtum.*

Hìc eſt animaduertenda Iudæorum pertinacia, dum volunt, quòd Romani ſint ex poſteris Eſau, ideò eos fratres vocant, & conqueruntur de eorum ſæui-

liceat ſeipſum facere *Iachid*, & *Talmid*, aliqui concedunt, alij negant, alij quibuſdam conditionibus ſeruatis, permittunt, non ſeruatis, prohibent.

Agitur etiam de quibuſdam caſibus conſcientiæ circa Ieiunium, & ieiunantes; nec non de Ieiunio publico, & particulari. Volunt Ieiunium publicum indictum in aliquo loco afficere perſonas particulares illius loci; vt ſi aliquis ex his tranſeat ad locum, vbi non ieiunatur, nihilominus teneatur ad Ieiunium. Dicunt enim.

ההולך ממקום שאין מתענין למקום שמתענין הרי זה מתענה עמהן : ממקום שמתענין למקום שאין מתענין הרי זה מתענין :

Diſcedit quis de loco, vbi non ieiunatur, & pergit ad locum, vbi ieiunatur, en iſte ieiunat. Diſcedit è loco, vbi ieiunatur, & vadit ad locum, vbi non ieiunatur, en iſte ieiunat.

Tractat & de incæptione, & deſitione Ieiuniorum, & an aliquando liceat ieiunium non perficere, aut in alium diem transferre, licet ſit ieiunium fixum, & legale. Hinc

Pag. 12. non longè à princ. dicitur

אמר ר׳ אלעזר בן צדוק אני מבני בניו של סנאב בן בנימין ופעם אחת חל תשעה באב להיות בשבת ודחינוהו לאחר השבת והתענינו בו ולא השלמנוהו מפני שיום טוב :

Dixit R. Eleàzar Ben Tzadòk: Ego ſũ de filijs filiorum Sanàb Ben Biniamìn. Aliquando incidit Tiſciàb Beàu (Ieiunium nonæ Lunæ Iunij) *in Sabbatho, & tranſtulerunt illud poſt Sabbathum, & ieiunauimus in eo, & non compleuimus illud, quia erat dies feſtus.*

Traſferunt igitur Ieiunium aliquando, illudque non perficiunt propter aliquam exiſtimatã rationabilem cauſam.

Epiſcopum dicitur accidiſſe, Talmudicū commentum eſſe videtur, ac proinde fabuloſum, quod & reperies in *En Iſraël* Par. I. pag. 134. col. 2. n. 42.

Pagina 21. circa medium legitur quoddam portentoſum miraculum de נחום איש גם זו *Nachùm Iſc gham zù*. Hunc dicunt ita fuiſſe vocatum, quia omnia, quæ ei acciderant, tam proſpera, quàm aduerſa, ſemper ſolebat in bonam partem accipere, ac dicere גם זו לטובה *Ghàm zù letouà Etiam hoc ſit in bonum*. Eundem faciunt cœcum vtroque oculo, mutilum vtraque manu, amputatum vtroque pede, toto corpore leproſum, habitantem in domo confracta. Huius lecti pedes incluſi erant in pelluuijs aqua plenis ne per eos formicæ aſcenderent. Aliquando quæſierunt diſcipuli, an vellet alio transferre lectulum ſuum & poſtea vtenſilia domus: Non, reſpondit; ſed priùs aſportate vtenſilia, & poſtea lectulum, quia quouſque ego domi permaneo, domus non cadet. Aſportauerunt vtenſilia, & poſtea ſuſtulerunt lectulū; quo ſublato, domus ſubitò corruit. Dixerunt ei diſcipuli eius: Cùm tu ſis iuſtus, & perfectus, cur tibi hæc acciderunt mala? Dixit eis; Filij mei, (audite) quòd hę tribulationes, & mala mihi acciderent, egomet in cauſa fui: nam aliquando iter faciens, vt irem domum ſoceri mei, ducebam tres aſellos oneratos, vnum rebus comeſtibilibus, alterum potu, tertium optimis fructibus diuerſarum ſpecierum. Venit quidam, ſtetit, & dixit mihi: Rabbì, paſce me. Dixi ei: Expecta donec deſcendam de aſino. Vix dixi, deſcendam de aſino, quod exijt anima eius. Abij, & cecidi in faciem meam, & dixi: Oculi

uitia, cùm potiùs exercere debuiſſent in eos pietatem, & miſericordiam. Vocantur Romani filij eiuſdem patris, & matris cum Hebræis, quia Eſau, & Iacob fratres, nati ſunt ex Iſaaco, & Rebecca.

Hæc eadem Hiſtoria refertur in מגילת תענית, quæ circumfertur cum סדר עולם רבא cap. 12. pag. 20. b. editionis Baſileenſis anno ש״מ 340. minoris ſupputationis, vbi ad euitandum odium Romanorum, prædictum decretum contra Iudæos attribuitur מלכי יון *Regibus Græcorum*, ſed non animaduertit corrector, quòd nomen רומי *Romæ* reliquerit ibidem. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 134. col. 2. num. 41.

Pagina 18. b. Hiſtoriam de Nikanore ſuprà reperies pag. 311. & in *En Iſraël* Par. I. pag. 134. colum. 2. numero 41. vbi de quodam Turriano, & Luliano Romanorum exercitus Ducibus agitur.

Ord. II. *Moëd* Cod. 10. *Taaniòth* cap. 3. *Sèder Taaniòth E'lu*.

Pagina 19. b. non longè à fine refertur Hiſtoria de quodam נקדימון בן גוריון *Nakdimòn Ben Guriòn*, quem volunt oratione ſua obtinuiſſe pluuiam tempore penuriæ aquarum. Hiſtoria videtur apocrypha, quia dicitur: hunc Nakdimòn, ſeù Nicodemū oraſſe in בבית המקדש in Templo, pro impetranda pluuia, & antea dixerat, ſe inijſſe conſilium de eadem impetranda cum quodam הגמון *Hagmòn*, quod Epiſcopum vertunt Iudæi. At ante euerſionem Templi, & natiuitatem Domini, vel ætate eiuſdem Domini, ad quam referenda videtur huiuſmodi Hiſtoria, non erant vlli Epiſcopi. Ergo id quod inter Nakdimòn, &

& ſubiugarunt. Introierunt in Theſauros eius, & impleuerunt arcam lapidibus pretioſis, & margaritis, miſeruntque eos cum magno honore. Quando venit (Nachùm) in hoſpitium, dixerunt ei: Quid tecũ attuliſti, ſiquidem tam magnũ honorem imperciti ſunt tibi? Dixit eis: Quod ex hoc hoſpitio abſconderunt (in arca). Idem fecerunt habitatores hoſpitij, & adduxerunt eum in domum Regis. Dixerunt ei: Hic puluis noſter eſt, quo Prouinciam ſubiugaſti. De eo experimentum fecerunt, & cùm nullius valoris eſſe illum inueniſſent, occiderunt eos. Vide & *En. Iſrael* Par. I. pagina 135. col. 3. num. 49.

Tota hæc Hiſtoria de Nachùm Iſc ghàm zù redolet Talmudicam fabulam, tam quoad cauſam, & modum, quo in tot ærumnas, & corporis infirmitates inciderat, quàm quoad miraculum ex puluere hoſpitij patratum.

Pagina 23. De pluuijs iterum agitur, de quibus vide Par II. pagina 700. & ſeqq. Ibidem habetur Hiſtoria חוני המעגל *Chonì hammaghèl*, quam retuli Par. II. pag. 704. & ſuprà in hac Par. III. pagina 267. col 2.

Pagina 24. b. De quodam Rabbino nomine *Rauà* orante pro pluuia. Vide Par. II. pag. 704. col. 2.

Ord. II. *Moëd* Cod. 10. *Tanuiòth* cap. 4. *Biſcloſcià perakìm*.

Pagina 27. b. circa medium. Pro quibus ieiunent Iudæi, & quo tempore.

ארבע תעניות בשני בשבת בשלישי וברביעי ובחמישי: *Quatuor diebus in hebdomada* (licitum eſt ieiunare). *Fer. 2. fer. 3, 4. & 5.* Fer. 2. ieiunant pro nauigantibus (vt ad portum incolumes recipiantur). Fer. 3. pro itinerantibus per deſerta. Fe-

li mei, qui non pepercerunt oculis tuis, eruantur; manus meæ, quæ non pepercerunt manibus tuis, abſcindantur; pedes mei, qui non pepercerunt pedibus tuis, amputentur; nec quieuit anima mea donec dixi: Totum corpus meum plenum ſit vlceribus. Dixerunt ei: Veh nobis, quòd vidimus te ſic. Dixit eis: Væ mihi ſi non vidiſſetis me in hoc ſtatu. Et cur appellarunt illum Nachùm iſc virum ghàm zù? Quia omne verbum, quod exibat ab eo, dicebat. גם זו לטובה *Gham zù lethouà Etiã hoc* (ſit) *in bonum*.

Sequitur lepida Hiſtoria de eodem, quæ ei aliquando acciderat dum corporis ſanitate frueretur, & eſt.

[Aliquando Iſraëlitæ decreuerunt mittere donum Cæſari: dixerunt: Quis ibit? Eat Nachùm Ghàm zù, qui aſſuetus eſt patrare miracula. Miſerunt per manus eius arculam plenam lapidibus pretioſis. Abijt, & pernoctauit in quodam hoſpitio: nocte ſurrexerunt habitatores hoſpitij, & acceperunt arculam, & impleuerunt terra. In craſtino cùm iſtud vidiſſet, dixit: *Ghàm zù lethouà Etiam hoc ſit in bonum*. Quando venit illuc, voluit Rex illum occidere cum reliquis Iudæis. Dixit: Derident me Iudæi. Venit Elias, fecit ſe ſimilem eis, quaſi vnum de illis. Dixit eis: Fortaſſe hic puluis eſt de puluere Abrahami patris eorum, qui quando proijciebat puluerem, fiebant gladij. Paleas proijciebat, fiebant lanceæ, S. D. (Iſai. 41. 2.) *Et poſuit quaſi puluerem gladium ſuum, ſicut paleam propulſatam arcum ſuum*. Erat quædam Prouincia (quæ rebellauerat) nec poterant ſubijcere eam, explorauerunt contra eam

de vulnere, quòd die tertio recrudeſcit, deberet eſſe in cauſa ieiunandi, ne recrudeſcerent circumciſiones in die 3; quēadmodum faciunt fer. 4. qua propter anginam ieiunant, ne pueros inuadat.

Secundus locus pro anima redundante citatus, nihil de ea probat, vt ſuprà explicauimus pag. 413. col. 1. Nolunt enim ieiunare die Dominico propter debilitatem corporis, quia die Sabbathi cùm corpus Iudæorum informetur duabus animabus (vt ipſi credunt) ſunt vegetiores, & robuſtiores, quàm ſint alijs diebus infra hebdomadam; at quando in exitu Sabbathi hęc anima ſuperabundans exit è corpore, debilitatur corpus. Hinc eſt, quod vt reparentur vires ob huius animæ diſceſſum confractæ, aromata olfaciunt, & bibunt, nec ſequenti die Dominico ieiunant. Ratio inepta in errore fundata.

Pagina 29. circa finem. *Tanù Rabbanàn* משחרב הבית בראשונה וכו׳ *Quando deſtructa fuit Domus prima, congregati ſunt turmatim iuuenes Sacerdotes Templi claues præ manibus ferentes; & aſcenderunt ſuper tectum Templi, & dixerunt coram Deo: Domine vniuerſorum, nos non meruimus eſſe fideles depoſitarij, ſint iſtæ claues traditæ tibi: & proiecerunt eas ſurſum* (contra Dominum). *Apparuit quædam ſimilitudo manus, quas ab eis recepit: ipſi verò vnà pariter congregati deiecerunt ſe in ignem. Et ſuper eos fleuit Iſaias Propheta* (cap 22. v. 1.) Onus vallis viſionis. Quid tibi nunc, quia aſcendiſti omnis tu in tecta?

Exiſtimo & hanc eſſe fabellam Talmudicam, ideò eam annotaui. Ex qua etiam redolet impudentia, temeritas, & deſperatio horum imberbium Sacerdotum.

ria 4. propter anginam ne inuadat pueros. [R. Salom. *Quia eo die ſuſpenſa ſunt luminaria, & in eo loco* מאורות *ſcriptum eſt* (defectiuè) מארת *luminaria.*] Fer. 3. Propter prægnantes, ne abortiantur. [R. Salomon: *Quoniam in eo ſcriptum eſt: Reptificent aquæ reptile animæ viuentis.*] Fer. 6. id eſt Veſpera Sabbathi non ieiunant ob honorem Sabbathi, quantò magis in Sabbatho ipſo (non ieiunabunt?). Prima Sabbathi (id eſt die Dominico) quænam eſt ratio, cur non ieiunent? Dixit R. Iochanàn, מ׳נ׳ הנוצרים *propter Chriſtianos.* [R. Salom. הנוצרים עושין אותו יום טוב שלהן; *Chriſtiani celebrant hunc diem, & eſt illis dies feſtus.* R. Samuel Bar Nachmani ait: Propterea quod eſt tertius à creatione. [R Salom. *A creatione Adami, qui ſexto die creatus eſt, & quolibet die tertio debilitatur homo, ſicut ſcriptum eſt* (Gen. c. 34. ver. 25.) *Et fuit in die tertia in exiſtendo ipſos dolores.*] Reſc Lakìſc dixit; Propter animam redundantem, quia dicit Reſc Lakìſc:

נשמה יתירה ניתנה בו באדם בערב שבת נוטלין אותה ממנו שנ׳ (שמות ל״א: י״ז) שבת וינפש כיון ששבת ויאבדה נפש:

Anima ſuperflua, ſeù redundans datur homini veſpera Sabbathi, & in exitu Sabbathi tollunt eam ab eo, S. D. (Exod. 31. ver. 17.) Ceſſauit, & reſpirauit. *Quando quieſcit, deperditur anima.*

Si Sabbatho non ieiunant Iudæi ob honorem feſti, neque fer. 6. ob eandem cauſam, ergo honorant diem Dominicum, cùm & in eo non ieiunent. Aliæ duæ cauſæ, quæ ſubinde aſſignantur, ſunt friuolæ, & nullius momenti, neque ex locis Scripturæ allegatis, quicquam vigoris acquirunt: nam primus locus

vidit illum, qui timorem incutit.

Non eſt certum illos tres Viros fuiſſe Haggæum, Zachariam, & Malachiam. Secundò, eſt error Iudæorum dicere Danielem non eſſe Prophetam. Hunc errorem confutaui in Par. II. pag. 293. & ſeqq. Eſt etiam error docere cuiuſlibet nati ſidus eſſe intelligens, aſſiſtere hominibus, & quæcunque eis eueniunt cognoſcere, & videre, quia vt ſic, faciunt illud Angelum Cuſtodem hominum. Angeli autem Cuſtodes non ſunt Sidera. Ibidem contra huiuſmodi timores, quoddam ſuperſtitioſum remedium exhibent compoſitum ex vanis, & impertinentibus verbis, vt –

עיזא דבי טבחי שמינא מינאי והשתא דאמרת מדינה ומדינה ועיר ועיר לדרשה משפחהו ומשפח למאי אתא:

Capra lanionis pinguior me eſt: & nunc quia tu dicis, Medinà, Medinà, Prouinciam, Prouinciam, Vrbem, & Vrbem, ad inueſtigandum Tribum, & Tribum &c. Verba ſine ſenſu, & ratione, quibus bona pars Talmudis repleta eſt.

Et ibidem 4. lineis ante finem. *Dixit R. Ieoſciuà Ben Leuì* –

אסור לאדם שיתן שלום לחבירו בלילה היישינן שמא שד הוא:

Prohibitum eſt homini de nocte ſocium ſalutare, ſuſpicari poſſumus eum Dæmonem eſſe. Credunt Talmudiſtæ de nocte Dæmones eſſe viſibiles, & per vias tranſcurrere, ideò occurrentem non eſſe ſalutandum. Sed hæc eſt vana obſeruatio. Non improbatur de nocte neminẽ ſalutandum, quia quies nocturna inuitat hominem ad ſilentium: quòd ſi Dominus apud Euangeliſtam (Luc. 10. 4.) docet neminem per viam ſalutandum, quantò magis de nocte?

tum: Corrigendi etiam ſunt ij, qui exiſtimant hoc contigiſſe tempore vaſtationis ſecundæ Domus.

Tandem concluditur caput 4. & vltimum huius Codicis, Chorea, quam Iudæorum Meſſias inſtituet, vt ipſi putant, & expectant. De qua vide Par. I. pag. 551. Et ita finem imponimus huic Codici *Taaniòth*,

Sequitur Codex *Scekalim*, qui Ghemaram non habet.

Ordinis II. *Moëd* Cod. 12. & vltimus eſt *Meghilà* cap. 1. *Meghilà nikrèt.*

Pagina 3. non longè à principio. Onkelos Proſelytus tranſtulit Legem in Chaldæam linguam, quæ poſtea Paraphraſis Chaldæa dicta eſt. De qua ſatis dictum eſt in I. Par. pagina 406. & ſeqq.

Ibidem longè poſt med. Aſtruunt Talmudiſtæ Danielem non eſſe Prophetam, contra quos egi ſuprà pag. 295.

Daniel. 10. v. 7. *Et vidi ego Daniel ſolus viſionem, & viri, qui erant mecum, non viderunt viſionem, ſed terror magnus irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum.* מאן נינהו אנשים *Quinam fuerunt iſti viri? Dixit R. Ieremias, dixit R. Chijà Bar Abbà: Iſti ſunt Haggæus, Zacharias, & Malachias. Iſti erant præſtantiores eo; & ille erat præſtantior eis. Iſti erant præſtantiores eo, quia erant Prophetæ, & ipſe non erat Propheta. Erat præſtantior eis, quia ipſe videbat, & ipſi non videbant. Sed poſtquam non viderunt, quænam eſt ratio terroris? Quamuis enim ipſi non viderant, illorum* מזליהו *Sidus vidit. Dixit Rauenà: Hinc colligitur, quòd is, qui timore concutitur; licèt ipſe nihil videat, ſidus autem illius*

Pa-

Non relinquunt locum Scripturæ intentatum, quin pertrahant illum aduerſus Idumæos, per quos, vt ſæpè ſæpiùs dictum eſt, intelligunt Romanos, & Regna à Romanis deducta, veluti eſt Germania, quam mirè extollunt Talmudiſtæ, ſicuti faciunt de Italia paulò poſt medium eiuſdem pag. 6. b. vbi עולא *Vlà* valdè hyperbolicè de Italia, quam confundit cum Vrbe Roma, ita effatur -

איטלייא של יון כרך גדול של רומי והויא ג׳ מאות
פרסי על ג׳ מאות פרסי ויש בה שלש מאות וששים
וחמשה שווקים כמנין ימות החמה וקטן שבכולם של
מוכרי עופות והויא ששה עשר מיל על ששה עשר מיל
ומלך סועד בכל יום באחת מהן והדר בה אעפ״י שלא
נולד שם והנולד בה אעפ״י שלא דר בה נוטל פרס מאת
המלך ושלשת אלפים בי בני יש בו וכל אחד ואחד
חמש מאות חלונות מעלין עשן חוץ לחומה צידו אחד
ים וצידו האחד הרים וגבעות וצידו אחד מחיצות של
ברזל וצדיו האחד חולסית ומצולה׃

Italia Iauàn, ſeù Græciæ, hæc eſt magna Ciuitas Romæ [R. Salomon: *Ciuitas magna, cuius nomen eſt Italia*] *eſt 300. leucarum in quadrato, & ſunt in ea 365. fora, ſecundùm numerum dierum anni, & interea minùs eſt illud, in quo venduntur volatilia, habens in quatuor lateribus 26. milliaria. Rex conuiuatur quotidiè in aliquo eorum. Qui ibi habitant, quamuis in ea nati non ſint, aluntur à Rege: & qui in ea nati ſunt, licèt in ea non habitent, nihilominus paſcuntur à Rege. Et tria millia Thermarum ædificia ibidem numerantur, & in vnoquoque ipſorum 500. feneſtræ ſunt, per quas extra murum aſcendit fumus.* [R. Salom. *500 feneſtræ altiores ſunt muro, ne murus deturpetur à fumo, idque eſt æſtimabile.*] *Ex vno latere habet mare; ex alio montes, & colles; ex tertio habet diuiſionem ferream, & ex quarto latere ha-*

Pagina 6. propè finem. Sub nomine Edom contra Romanos, & Chriſtianos multa effutiunt Talmudiſtæ; Germanica Natio laudatur.

Dixit R. Iſaac: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Iſai. 26. ver. 10.) Gratificetur impius, non diſcet facere iuſtitiam. *Dixit Iſaac coram Deo ſancto benedicto: Domine vniuerſi, Gratificetur Eſau? Reſpondit ei* (Deus) *: Sceleſtus eſt. Dixit ei:* Non didicit iuſtitiam. *Reſpondit ei:* In terra Sanctorum iniquè aget. *Dixit ei: Si ſic eſt*, non videbit gloriam Domini. *Et dixit R. Iſaac: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Pſal. 140. v. 9.) Ne tradas Domine deſideria impij; cogitationem malam eius ne prouehas, exaltabunt ſe, ſemper? *Dixit Iacob coram Deo ſancto benedicto: Domine vniuerſi: Ne dederis Eſau impio deſiderium cordis eius, cogitationem malam eius ne educas* [R. Salom. *Ne educas de naribus eius annulum, qualis eſt annulus ferri, quem ponunt in naribus* אנקרי *Bubali, & cum illo protrahitur, & ob vim ipſius regi non poteſt ſine tali annulo.*] *Cogitatio, vel annulus iſte eſt Germania Edomi.* [R. Salom. *Nomen Regni eſt, & ipſum eſt de Edom.*] *Quoniam ſi ipſi* (Germani) *egrederentur* מחרבין כל העולם *deſtruerent vniuerſum mundum. Et dixit R.* חמא בר חנינא *Chamà Bar Chaninà* -

תלת מאה קטירי תגא איכא בגרממיא של אדום ותלת
מאה ושיתין וחמש טרזבני איכא ברומי ובכל יומא
נפקי הני לאפי הני ומקטיל חד מניהו ומיטרדי לאוקימי
מלכא׃

Trecenti Diademate redimiti ſunt in Germania דׄ *Edom. Et 365. Duces ſunt Romæ, quotidiè exeunt hi contra hos, & iſtorum vnus interficit alium, & defatigantur vt conſtituant Regem.*

Digitized by Google

gladius euaginatus in manu eius, &c. Et alia quàm plurima loca adducuntur, quibus regula tradita firmata videtur. Hæc tamen regula generalis non ſemper eſt vera. Quod ita eſſe deprehenditur ex alijs Scripturæ quamplurimis locis, quæ contrarium probant, videlicet ויהי non eſſe ſemper לשון צער phraſim afflictionis, & mœroris, ſed gaudij, & iucunditatis, vt in diſtinctione ſex dierum בראשית *Bereſcith* cernitur manifeſtè. Sanè per ea verba ויהי ערב ויהי בוקר *Et fuit Veſpera, & fuit mane*, mundum paulatim perfectionem accepiſſe innotuit, quæ & gaudium creaturis omnibus attulerunt. Quin & Ioſepho cùm in maxima afflictione eſſet in carcere, hæc vox ויהי fuit ei non mœroris, ſed gaudij, quia cognouit fuiſſe Dominum cum eo ויהי יהוה את יוסף

ויט אליו חסד ויתן חנו בעיני שר בית הסוהר וגו׳.

Et fuit Dominus cum Ioſeph, & inclinauit ad eum miſericordiam; & dedit gratiam eius in oculis Principis Domus carceris. Reliqua loca cùm ſint propemodum infinita, vt prolixitatem fugiam, non refero. tantum Vnum pro mille ſufficiat addere ex Ioſ. c. 6. v. 27.

ויהי יהוה את יהושע ויהי שמעו בכל הארץ:

Et fuit Dominus cum Ioſue, & fuit fama eius in omni terra.

Prædicta omnia per extenſum exſcripta cernuntur in *En Iſraël* Par. I. pagina 145. col. 4. num. 10.

Pagina 12. longè poſt medium. Deſcribitur locus conuiuij Aſſueri. Eſther cap. 1. v. 6. ודר וסוחרת *Et parij, & lapidis mercatorij.*] *Ràu dicit* דרי דרי *Ordines, Ordines*; quod ſcilicet multi lapides pretioſi per ordinem diſpoſiti erant ibi.

habet campum lapidoſum, & profundum.

Qui vidit Romam, & Italiam, de veritate huius hiſtoriæ Talmudicæ bonum teſtimonium reddere poterit. Et ex ea de alijs conſimilibus iudicium feret, & cognoſcet quòd Talmud ſcateat craſſiſſimis mendacijs. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 145. col. 2. num. 7. Hæc hiſtoria in editione Amſtelodam. abraſa eſt.

Pagina 7. b. ante medium. Feſtum Purìm quomodo celebretur.

אמר רבא מיחייב איניש לבסומי בפוריא וכו׳:

Dixit Rabbà: Tenetur homo ſe inebriare in feſto Purìm &c. Vbi de quodam Rabbino ebrio, qui alium occidit. Vide totam hiſtoriam Par. I. pagina 694. huius Bibliothecæ.

Pagina 9. poſt medium ponitur hiſtoria de 72. Interpretibus, de qua vide I. Par. pagina 437. & ſeqq.

Pag. 10. b. longè poſt principium. Traditur regula generalis, quæ tradita fuit à Viris Synagogæ magnæ, & eſt

כל מקום שנאמר ויהי אינו אלא לשון צער:

Vbicumque (in Scriptura) *dicitur* ויהי & fuit, *portenditur afflictio, & mœror*, & afferuntur ibidem exempla.

Eſther 1. 1. *Et fuit in diebus Aſſueri. Et ecce Aman.*

Ruth 1. 1. *Et fuit in diebus, quando iudicabant Iudices; en fames.*

Gen. 6. 1. *Et fuit cùm cæpiſſent multiplicari homines, &c.* & poſtea dicitur. *Et vidit Deus multam malitiam hominis.* Ibid. v. 5. *Et ecce diluuium.*

Gen. 11. 1. *Et fuit omnis terra labium &c. & ecce diuiſio linguarum.*

Gen. 14. 1. *Et fuit in diebus Amraphèl. Et ecce bellum.*

Ioſ. 5. 13. *Et fuit dum eſſet Ioſue in Iericho &c. Et ecce Vir. &*

menſa huius impij de rebus profanis, & obſcœnis ſermones habeantur. Aliqui dicebant -

מדיות נאות והללו אומרים פרסיות נאות אמר להן אחשורוש כלי שאני משתמש בו אינו לא מדיי ולא פרסי אלא כשדי רצוניכם לראותו אמרו לו אין ובלבד שתהא ערומה שבמדה שאדם מודד בה מודדין לו מלמד שהיתה ושתי הרשעה מביאה בנות ישראל ומפשיטן ערומות ועוש׳ בהן מלאכה בשבת וכו׳ ׃

Madianitæ (mulieres) *pulchræ ſunt. Alij dicebant: Perſæ ſunt pulchriores. Aſſuerus autem dicebat: Vas, quo ego vtor, non eſt Medicum, neque Perſicum, ſed eſt Chaldaicum. Vultiſne illud videre? Dixerunt: Vtique, dummodo nudum ſit. Quia eadem menſura, qua alios metitur homo, alij remetiuntur eum. Oſtenditur, quòd Vaſthi improba expoliabat filias Iſraël, & nudas in Sabbatho opera ſeruilia operari faciebat.*

Huius Talmudici obſcœni commenti, nec vola, nec veſtigium apparet ex Textu ſacro, imò contrarium ex eo colligitur, videlicet Reginam Vaſthi voluiſſe Regem Aſſuerum veſtitam introduci coram ſe, & cultu Regio veſtitam, quia Diademate redemitam, neque Diademate ornari ſolent Reginæ, niſi veſtitæ, ideòque Rex iuſſit huiuſcemodi ornatu vocari ad ſe Vaſthi, vt oſtenderet cunctis populis, & Principibus pulchritudinem illius. Erat enim pulchra valdè. Sed quare renuit, & ad Regis imperium, quod per Eunuchos mandauerat, venire contempſit? Reſpondent verecundi Rabbini, Ibidem ante medium, quia בא גבריאל ועשה לה זנב *Venit Gabriël, & fecit ei caudam.* Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 148, col. 3. n. 13.

Sed relictis hiſce fabuloſis, & obſcœnis Rabbinorum commentis, pergamus ad alia. Pa-

ibi. *Samuel* autem dicit אבן טובה יש בכרכי הים ודרה שמה ותניחת להם בסעודה ותאירה להם לכל בעלי סעודה ׃ דבי רבי ישמעאל תנא שקרא דרור לכל בעלי סחורת ׃ *Lapis pretioſus eſt in Ciuitatibus maritimis, qui vocatur* דרה *Derà, ſi quis eum in medium tricliniũ inferat, lucem præbet accumbentibus.* [R. Salom. כצהרים *inſtar meridiei,*] *Qui de Schola R. Iſmaelis ſunt, dicunt ita vocari, quia libertatem mercatoribus præbet.*

De lapide pretioſo inſtar meridiei fulgente fides remaneat apud Samuelem Auctorem.

Ibidem ver. 8. והשתיה כדת Et potus ſecundùm Legem. *Dixit Ràu Chananà nomine R. Meir: Secundùm Legem Moſis, quia ſicut ſecundum Legem Moſis cibus ſuperat potum, ſic in conuiuio huius impij cibus potum ſuperabat.* אין אונס *Non cogens* (non erat qui cogeret ad bibendum). *Dixit R. Eleàzar: Vt docearis: quia dabat vnicuiq; ex vino ſuæ regionis.* [R. Salom. *Cùm enim ipſi aſſueti fuiſſent bibere illud, non inebriabantur niſi voluiſſent*] כרצון איש ואיש *ſecundùm voluntatem viri, & viri. Dixit Rabbà; Vt faceret ſecundùm voluntatem Mardochai, & Hamàn: Mardochæi, quia ſcriptum eſt:* Vir Iudæus. *Hamàn vir anguſtiator, & hoſtis* (eorundem.) [R. Salom. *Quia ipſi erant Præpoſiti, & Principes omnium recumbentium.*] Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 148. col. 2. num. 12. & 13.

Pagina 12. b. in ipſo princ. (Eſther cap. 1. 10.) *In die ſeptimo cùm iucundum eſſet cor Regis* (Aſſueri) *in vino, dixit: &c. vt ducerent Vaſthi Reginam coram Rege cum Diademate Regni, vt oſtenderet populis, & Principibus pulchritudinem eius, quia decora aſpectu erat.* Ghemarà שבת היה *Sabbathum erat. In*

propter quòd pulchra apparebat.)

Accepit eam in filiam (Eſther 2. 7.) Ne legas לבת *in filiam*, ſed לבית *in domum*, id eſt in vxorem. Ita R. Meir ſecundùm verba Nathàn Prophetæ, de vxore Vriæ (2. Sam. 12.) *Septem puellæ probatæ* (virtutis) *fuerunt illi datæ, dixit Rabà: Ex hoc diſces, quòd illarum nominibus numerabat dies hebdomadis*, vt illarum primæ nomen impoſuit feria 1. ſecundæ fer. 2 &c. vſque ad Sabbathum, vt memoriæ Sabbathi non obliuiſceretur. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 149. colum. 2. num. 15. in fine.

Ibidem verſa pagina ante medium. Et ſermonem Mardochęi faciebat Eſther (2. 20.) *Dixit Rauà Bar Limà famulus Ràu. Quia ipſa ſtabat* (id eſt ſurgebat) *de ſinu Aſſueri, & abluebat ſe, &* (poſtea) *ſedebat in ſinu Mardochæi.*

Quibus edulijs alebatur à Rege? *Ràu dicit: Iudaicis.* Samuel: *Spina porcina*, R. Iochanàn: *Leguminibus.* Et inuenit gratiam præ omnibus mulieribus, & virginibus. (Eſther 2. v. 17.) *Dixit Rabà: Voluit guſtare ſaporem Virginum, & Nuptæ.* Vide *En Iſraël* Parte I. pag. 149. col. 3. num. 16. in fine.

Hæc omnia, quæ dicuntur de Eſther, ſuſpectæ fidei ſunt, præſertim quod dicitur, Eſtherem fuiſſe vxorem Mardochæi, & poſtquam dormijſſet cum Aſſuero, dormijſſe cum Mardochæo marito ſuo. Ex Scriptura iſta colligi non poſſunt, niſi vis illi inferatur. De Eſthere, dicitur (Eſther 2. v. 9.) *Et placuit* הנערה *puella in oculis eius* (Aſſueri) *& ſeptem* הנערות *puellæ dignæ datæ ſunt ei* (Eſtheri.) Iſtæ autem non erant nuptæ, quia ſuprà dicitur in verſic. 2. יבקשו למלך נערות בתולות *Quærant Regi puellas Virgines.*

Pagina 13. circa principium. Qui Idola negant vocantur Iudæi. Mardochæus vocatur Iudæus (Eſther 2. v. 5) Nonne erat de Tribu Beniamin, quomodo ergo vocatur Iudæus? Propterea quòd negauerat ע״ז Idololatriam.

שכל הכופר בע״ז נקרא יהודי כדכתיב (דניאל ג׳ ; יב) איתי גוברין יהודאין וגומר :

Quia omnis; qui negat Idololatriam, vocatur Iudæus, S. D. (Daniel. 3: 12.) Sunt viri Iudæi, &c. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 149. col. 1. num. 15. ante finem.

Ibidem circa medium ad ver. 7. capitis 2. ויהי אומן את הדסה וגו׳ *Et fuit nutritius Haddasàh &c.* vocatur *Haddasàh*, & vocatur *Eſthèr*.

תניא *Tanià eſt Traditio. R. Meir dicit: Eſthèr eſt nomen eius, & quare vocatur Haddasàh?* על שם הצדיקים שנקראו הדסים וכן הוא אומר (זכריה א׳ ; י׳) והוא עומד בין ההדסים׃ *Ob nomen Iuſtorum, qui vocantur Haadasìm, ſic enim ipſe dixit* (Zachar. 1. 10.) Et ipſe ſtabat inter Haadasìm myrteta. *R. Iudas dixit: Haddasàh eſt nomen eius, & quare nomen eius Eſther?* על שם שהיה מסתרת דבריה שנאמ׳ אין אסתר מגדת מולדתה ואת עמה וגומ׳ : *Eò quòd abſconderat verba ſua, S. D.* (Eſther 2. v. 20.) Non Eſther indicauerat progeniem ſuam, & populum ſuum.

R. Nachmiàh dicit: Haddasàh eſt nomen eius, & quare vocatur Eſthèr? Quoniam populi mundi ita eam vocabant ob nomen אסתהר *Eſthear* [R. Salom. *Eſtheàr eſt Luna, quia pulchra erat vt Luna.*] *Ben Azài dicit: Eſthèr non erat longæ* (ſtaturæ) *aut paruæ, ſed mediocris ſicut myrtum. R. Iehoſciuàh Ben Korchà dixit: Eſthèr erat ſubuiridis, & filum miſericordiæ expanſum fuit ſuper eam*

cutione licitum eſt ſubſtituere rem v nam pro alia, vti *agnam* pro Berſabea, *recumbere in ſinu*, pro vſu maritali, *eratque illi ſicut filia*, pro vxore. At nihil ſimilium locutionum inueniri licet in 2. cap. Hiſtoriæ Eſtheris, in quo totum, quod pertinet ad perſonam ipſius, diligenter narratur. Ver. 7. dicitur de Mardochæo, quòd nutriebat Eſtheram, כי אין לה אב ואם *quia non habebat patrem, & matrem*, ideòque לקחה מרדכי לו לבת *accepit eam Mardochài ſibi in filiam*, quòd nos dicimus *ſibi eam adoptauit in filiam*. Impertinens igitur eſt, hanc ſimplicem & literalem narrationem ad figuratam reducere, & quod Scriptura intendit orphanicam conditionem Eſtheræ deſcribere, & eiuſdem in filiam adoptiuam receptionem per Mardochæum factam narrare, impudentes iſti Talmudiſtæ, volunt eandem, non filiam adoptiuam eiuſdem Mardochæi fuiſſe, ſed vxorem. Vide *En Iſraël* Par. I. pagina 149. col. 2. num. 15. ante finem.

Pagina 14. longè poſt principium. Quot Prophetæ, & Prophetiſſæ fuerint in Iſraële.

תנו רבנן ארבעים ושמונה נביאים ושבע נביאות נתנבאו לחם לישראל ולא פחתו ולא הותירו על מה שכתוב בתורה:

Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Quadraginta octo Prophetæ fuerunt in Iſraël, & ſeptem Prophetiſſæ, & non minuerunt, aut addiderunt aliquid præter id quod ſcriptum eſt in Lege &c. Et poſtea circa medium -

הרבה נביאים עמדו לחם לישראל כפלים כיוצאי מצרים אלא נבואה שהוצרכה לדורות נכתבה ושלא הוצרכה לא נכתבה:

Multi fuerunt Prophetæ in Iſraël duplo plures, quàm fuerint illi, qui egreſſi ſunt

nes. Et ver. 4. והנערה אשר תיטב בעיני המלך תמלך תחת ושתי: *Et puella, quæ placuerit in oculis Regis, regnet pro Vaſthi*. Sed pro Vaſthi regnauit Eſther puella. Ergo Eſter fuit puella virgo. Quod dicitur, poſt copulam cum Aſſuero ויושבת בחיקו של מרדכי *ſediſſe in ſinu Mardochai*, non videtur verè, & honeſtè dictum; quia Eſther poſtquam in Gynecæum ingreſſa eſt, nunquam ex eo eſt egreſſa, nec colloquium paſſim cum Mardochæo habuit; niſi forſan cum licentia, & præſentia הגי *Heghài Eunuchi* Regis, & cuſtodis mulierum; nec Mardochæo licebat ingredi in Gynecæum, quod patet, quia Mardochæus quotidiè perambulabat ante veſtibulum domus, in qua electæ virgines ſeruabantur, curam agens ſalutis Eſther, & ſcire volens, quid ei accideret (cap. 2. 11.) Hinc eſt, quòd & in porta Regis ſedebat Mardochæus (Ibid. num. 19.) Nec ad eum eundi facultas Eſtheræ dabatur, quin nec ad Regem licitum erat accedere, niſi ab eo vocaretur. (Ibidem num. 14.) Non cognita igitur fuit à Mardochæo, vt falsò, & inhoneſtè dicunt Talmudiſtæ. Neque, quia 2. Samuelis 12. ver. 3. ולרש אין כל כי אם וגו׳ *Et pauperi non erat quicquam præter agnam vnam paruam, &c.* ובחיקו תשכב ותהי לו כבת *Et in ſinu eius recumbebat, eratque illi ſicut filia*. Dicitur: *Eratque illi* כבת *ſicut filia*, & hic dicatur לבת *in filiam* ſit vtraque locutio ſumenda pro vxore: nam ratio, vtriuſque loci diſpar eſt; ratio autem diſparitatis conſiſtit in hoc, quòd locutio Nathanis Prophetæ ſit parabolica, & figurata; & locutio Scripturæ in Hiſtoria Eſtheris ſit plana, ſimplex, literalis, & verè hiſtorica. In figurata autem lo-

Digitized by Google

Iſraël Par. I. pagina 150. columna 3. numero 20.

Ibidem paulò poſt medium numerantur ſeptem Prophetiſſæ, quarum nomina ſunt, 1. *eſt Sara*, 2. *Maria ſoror Aharonis*, 3. *Deborà*, 4. *Anna*, 5. *Abighàil*, 6 *Chuldà*, *&* 7. *Eſthèr*. Sara etiam vocata fuit יסכה *Iſcà*. *Dixit R. Iſaac: Iſcà eſt Sarà, & cur vocata eſt Iſcà? Quia Vncta fuit per Spiritum Sanctum*. *S. D.* (Gen. 21. 12.) Omne, quod dixerit tibi Sara, facies. *Vel dicta eſt Iſcà, quia omnes intuebantur pulchritudinem eius*.

Maria prophetauit non nato Moſe, quia (Exodi cap. 15. ver. 20.) vocatur ſoror Aharon *dumtaxat*. *Et quid prophetauit? Dixit:* עתיד אמי שתלד בן שיושיע את ישראל: *Futurum eſt vt mater mea gignat puerum, qui ſaluabit Iſraëlem*. De iſtis Prophetiſſis vide ſuprà Par. II. pagina 829. De Debora aliquid hìc dicitur, cur ſcilicet vocetur vxor Lapidòth, quod ſuprà in Par. II. pagina 2. col. 2. relatum fuit, ita fuiſſe vocatam, quia lychnia pro Sanctuario faciebat, quod commentum R. Salom. conficit ex hoc loco ſurripiens שהיתה עושה פתילות למקדש hęc verba, & eadem inter ſua commentaria reponens, vti ferè ſemper facit. Omnia enim, quæ ſuper S. Scripturam edidit, ex Talmude mutuatus eſt. De Annæ Prophetiſſæ prophetia notat Talmud in hoc loco, quod ipſa dixerit (1. Sam. 2. 1.) *Exultauit cor meum in Domino, exaltatum eſt cornu meum in Domino.* dixit רמה קרני ולא רמה פכי דוד ושלמה שנמשחו בקרן נמשכ׳ מלכותן: שאול ויהוא שנמשחו בפך לא נמשכו מלכותן: *Exaltatum eſt cornu meum, & non exaltata eſt lenticula mea. Dauid & Salomon, qui Vncti ſunt cornu, protra-*

ſunt ex Aegypto. Et ſcripſerunt prophetias illas, quibus opus erat illi æuo, quæ neceſſaria non erant, non ſcripſerunt. [R. Salom. *Prophetia, cuius opus habebat illa ætas, vt addiſcerent pœnitentiam, aut doctrinam. Et omnes iſti quadraginta octo fuerunt neceſſarij, & in Halachòth ghedolòth, & Sèder Olàm numerantur:* 1: *Abraham*, 2. *Iſaac*, 3. *Iacob*, 4. *Moſes*, 5. *Aharòn*, 6. *Ioſue*, 7. *Phinees*, 8. *Elkanà*, 9. *Eli*, 10. *Samuel*, 11. *Gad*, 12. *Nathàn*, 13. *Dauid*, 14. *Salomon*, 15. *Iddo*, 16. *Michiàu*, 17. *Audià*, 18. *Achias*, 19. *Iehu*, 20. *Azarias*, 21. *Chazièl*, 22. *Eleazar*. *Omnes iſti fuerunt in diebus Ioſaphat. Et in diebus Ieroboam Ben Ioas*, 23. *Oſee*, 24. *Amos*. *In diebus Iotham*, 25. *Micheas*. *In diebus Amaſiæ*, 26. *Amos*, 27. *Elias*, 28. *Eliſæus*, 29. *Ionas*, 30. *Iſaias*. *In diebus Manaſſe*, 31. *Ioël*, 32. *Nachum*, 33. *Habakùk*. *In diebus Ioſiæ*, 34. *Sophonias*, 35. *Ieremias*. *In captiuitate*, 36. *Vrias*, 37. *Ezechiel*, 38. *Daniel*, *anno ſecundo Darij*, 39. *Baruch*, 40. *Neriah*, 41. *Sceriah*, 42. *Machaſiæ*, 43. *Aggæus*, 44. *Zacharias*, 45. *Malachias*, *&* 46. *Mardochæus*. *Et quod de Daniele diximus ſuprà, cum non eſſe Prophetam; ſed excipe Danielem, & repone Scemaaiàh, qui dixit Roboamo*: Ne aſcendatis, neque pugnetis contra filios Iſraël. Deficiunt 2. à numero 48. (Rabbì Salomon ingenuè dicit) שנים לא ידעתי *Duos*, qui deficiunt, *non noui*.] Hactenus R. Salomon, ex Auctore *Halachòth ghedolòth*; eoſdem refert Auctor *Scialſcèlet Hakkabbalà* pag. 18: qui cùm & ipſe à num. 48. inueniat deficere duos, hunc numerum ſupplet addendo חנמאל ושלום *Chanamèl*, *& Scialùm*. Vide *En*

Dicit Ràu Nachmàn : Malachias זה מרדכי Ipſe eſt Mardochæus. *Sed quare vocatur nomen eis Malachia ?* שהיה משנה למלך quia fuit ſecundus à Rege.

Ibidem paulò poſt. תניא *Tanià Eſt traditio. Dixit R. Ieoſciùa Ben Korchà : Malachias* זה עזרא Ipſe eſt Ezra: *at Sapientes dicunt* מלאכי שמו Malachias eſt nomen eius.

Non habent Talmudiſtæ certitudinem Prophetarum, quia vel inter ſe confundunt, vel eorum vnum à ſe ipſo ſeparant, prout meliùs ſibi videtur. Vide in *En Iſraël* Par. I. pagina 151. col. 3. num. 22.

Ibidem ante medium. *Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Quatuor mulieres pulchræ fuerunt in mundo, Sara, Abigàil, Rachàu, & Eſthèr. Eſt, qui dicit:*

אסתר ירקרוקת היתה מפיק אסתר ומעייל ושתי :

Eſther erat viridis coloris; eximitur Eſther, & introducitur Vaſthi. Et ſtatim ſequitur.

תנו רבנן רחב בשמה זינתה יעל בקולה אביגיל בזכירתה מיכל בת שאול בראייתה אמר ר' יצחק כל האומר רחב רחב מיד ניקרי אמר ליה רב נחמן אנא אמינא רחב רחב ולא איכפת לי אמר ליה כי קאמינא ביודעה ובמכירה :

Tanù Rabanàn Tradiderunt Doctores. Rachàu nomine ſuo alliciebat ad turpia; Iaël voce ſua; Abigail ipſius memoria; Michol filia Saulis aſpectu ſuo. Dixit R. Iſaac: Omnis, qui dicit: Rachab, Rachab, illicò accidit ei pollutio. Dixit ei Ràu Nachmàn: Ego dixi Rachab, Rachab, & nihil mihi accidit. Reſpondit ei: Hoc intelligendum eſt de his, qui eam cognouerant, & recordati ſunt illius.

Ex hoc loco apparet Talmudiſtas has quatuor præclaras mulieres habere pro meretricibus. Rachab enim quamuis Scri-

tractum eſt Regnum eius. Saul, & Iehù, qui vncti ſunt lenticula, non protracta ſunt illorum Regna.

Diuturnitatem, & breuitatem Regni ponunt in modo vnctionis Regum; vt ſi vngantur oleo effuſo ex cornu, diù Regna conſiſtent; ſi verò ex lenticula, non ita. Dauid, & Salomon vncti ſunt ex cornu 1. Sam. 16. 13. & 1. Reg. 1. v. 39. Saul, & Iehù ex lenticula 1. Samuel 10. 1. & 2. Reg. 9. 3. ideò illorum Regnum in æternum manſurum. Illorum verò parùm durauit. Sed diuturnitas Regnorum ponenda eſt in virtutibus Regum, & in Diuina voluntate, quæ facit, vt Reges regnent, vel à Regno expellit. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 150. col. 3. & 4.

Ibidem propè finem, Abigailis cum Dauide nocturnum, & obſcœnum colloquium recenſetur, quod videndum eſt Par. II. pag. 165. & ſeqq. vbi ex hoc loco Hebraicè, & Latinè exhibetur. Et in *En Iſraël* loco citato reperies.

Ibid. verſa pagina longè poſt principium de Chuldà Prophetiſſa agitur; ſed quia, quæ de ea hic dicuntur, retuli ſuprà Par. II. pagina 829. nil aliud de eadem addendum eſſe puto. In *En Iſraël* loco cit. idem habetur.

Ibidem linea 5. ante finem dicitur.

שמונה נביאים וחם כהנים יצאו מרחב הזונה ואלו הן נריה ברוך ושריה מחסיה ירמיה חלקיה חנמאל ושלום :

Octo Prophetæ, & omnes Sacerdotes egreſſi ſunt de Rachàu meretrice, iſti ſunt Neriàh, Barùch, Sceriàh, Mahasìah, Ieremias, Chilkias, Chanmaël, & Scialùm. Non afferuntur probationes. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 151. col. 2. num. 21.

Pagina 15. longè poſt principium.

dicandi, decidendi; & terminandi lites, atque controuerſias inter ſuos contribulos, hoc poteſt admitti. De eo vide *En Iſraël* Par. I. pag. 151. col. 4. n. 23.

Pagina 16. circa medium. Hamàn ducit Mardochęum equitantem per Vrbem, & proclamat -

ככה יעשה לאיש אשר המלך חפץ ביקרו כי הוה נקיט ואזיל בשבילא דבי המן הויתיה בו תיה דקיימא אאיגרא סברה האי דרכיב אבוה והאי דמסגי קמיה מרדכי שקלה עציצא דבית הכסא ושדיתיה ארישא דאבוה דלי עיניה וחזת דאבוהא הוא נפלה מאיגרא לארעא ומיתה:

Sic fiat viro illi, quem Rex honorare voluerit. Quando tædio afficiebatur, & ibat per viam verſus Domum Aman, vidit eum filia ſua, quæ ſtabat ſuper tectum. Putabat eſſe patrem ſuum eum, qui equitabat, & illum, qui pedibus incedebat, & præcedebat equitantem, credidit fuiſſe Mardochæum, accepit vas ſtercorarium ex latrina, & proiecit in caput patris ſui. Aſpexit, & vidit, & cognouit eum eſſe patrem ſuum, cecidit è tecto in terram, & mortua eſt.] Vide *En Iſraël* Parte I. pagina 152. columna 3. num. 24. longè poſt principium.

Ibidem poſt med. *Si Mardochæus eſt*

ואי משבט יהודה ובנימן ואפרים ומנשה לא יכלתה ליה יהודה דכתיב (בראשית מ״ט : ח׳ :) ידך בעורף אויביך :

De Tribu Iuda, Beniamin, Ephraim, & Manaſſe, non poteris contra eum: nam de Iuda ſcribitur (Gen. 49. 8.) Manus tua in ceruicem inimicorũ tuorum.] Et ſic de alijs. Item in *En Iſraël* Par. I. pag. 152. colum. 3. num. 24. ante med. Non probatur ex Scriptura, Mardochæũ eſſe ex omnibus iſtis Tribubus.

Ord. II. *Moëd*, Cod. 12. *Meghilà* cap. 3. *Hakkorè eth hammeghilà Omèd*.

Scriptura reprehendat, non tamen credendum, poſtquam matrimonium contraxerat cum Ioſue (vt putant Talmudiſtæ) reuertiſſe ad vomitum. Hanc eandem calumniam repetunt Codice *Taanìth* pag. 5. b. Vide ſuprà pagina 445. colum. 1.

Ex cap. 4. v. 4. *Et venerunt puellæ Eſtheræ, & Eunuchi eius, & nunciauerunt ei,* ותתחלחל *& indoluit Regina valdè.*

מאי ותתחלחל אמר רב שפרסה נידה ורבי ירמיה אמר שהוצרכה לנקבים : ותקרא אסתר (פסוק ה׳) להתך אמר רב התך זה דניאל ולמה נקרא שמו התך שחתכוהו מגדולתו ושמואל אמר שכל דברי מלכות נחתכין על פיו לדעת על מה זה ועל מה זה ׃

Quid eſt, Et indoluit? *Dixit Ràu: Quia apparuit menſtruata. Et R. Ieremias dicit: Quod ei opus fuerat ſuorum foraminum* [R. Salom. *Liquata ſunt foramina corporis ſui.*] (id eſt eam arripuit diarrhæa.) (Ver 5.) Et vocauit Eſther Hattàch ex Eunuchis Regis, &c. *Dixit Ràu, Hattàch iſte eſt Daniel. Et quare vocatus eſt Hattàch amputatus? Quia dum grandæuus eſſet, reſectus eſt. Vel quia, vt Samuel ait, ipſe omnia, quæ ad Regem ſpectabant, ore ſuo, decidebat, & terminabat.* Ita pag. 15. circa med.

Fœdum commentum τȣ̃ Ràu, & ſordidum R. Ieremiæ. Eſt etiam imaginarium illud prænarrati Ràu, quòd התך *Hattàch* Eunuchus ſit Daniel, ita nuncupatus ab abſciſſione verendorũ poſtquam adoleuiſſet. Daniel autem non fuit caſtratus, licèt Eunuchus nuncupetur, vt probaui ſuprà Par. II. pag. 299. Vide ibi, vbi ſententiæ Iudæorum contra Talmud adducuntur, ex quibus probatur integritas corporis Danielis. Quòd autem ex etymologia nominis התך dicatur apud Danielem fuiſſe poteſtatem iu-

Vna Scriptura dicit (Iſai. 14. 13.) Sedebo in monte. *Et alia dicit* (Deuter. 10. v. 10.) Et ego ſteti in monte. *Dixit Ràu: Stabat, & docebat, ſedebat, & legebat. R. Chaninà dixit: Non ſtabat, & non ſedebat, ſed incuruatus erat. R. Iochanàn dixit: Sedere nihil aliud eſt, quàm moram trahere, S. D.* (Deuter. 1. ver. 46.) Et moram traxiſtis in Kadeſc diebus multis. *Rabbà dixit: Verba mollia* (exeunt) *ab eo, qui ſtat: & dura, ſeù aſpera ab eo, qui ſedet.*

Ex hoc Maamar Rabbinico eloquio, colligitur varietas, & inſtabilitas Rabbinorum in docendo: nam alij laudant ſtationem. alij ſeſſionem, alij corporis depreſſionem, & alij, quid in hoc facere debeant, neſciunt. Prædictum Maàmar, licèt non integrum exhibui in I. Parte huius Bibliothecæ pagina 729. col. 1. Et illud reperies in *En Iſraèl* Par. I. pag. 154. col. 4. num. 29.

Pagina 25. circa medium. Libertas arbitrij aſtruitur.

אמר ר׳ חנינא הכל בידי שמים חוץ מיראת שמים שנאמר (דברים י׳ : יב״) ועתה ישראל מה יהוה אלהיך שואל מעמך כי אם ליראה מכלל דיראה מלתא זוטרתי היא אין לגבי משה מילתא זוטרתי היא משל לאדם שמבקשין הימנו כלי גדול ויש לו דומ׳ עליו ככלי קטן קטן ואין לו דומה עליו ככלי גדול ׃

Dixit R, Chaninà: Omnia ſunt in manu Dei præter timorem Dei, S, D. (Deuteron. 10. 12.) Et nunc Iſraèl, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas? [R. Salom. *Timor Dei poſitus eſt in manus cuiuſcumque, Vt quilibet diſponat cor ſuum ad illum; licèt Deus habeat facultatem diſponendi, & præparandi cor noſtrum ad ſe, quia ſcriptum eſt* (Ierem. 18. 4. & 6.) Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea Domus Iſraèl - (Ezech.

In quibuſdam *Miſcnaiòth* hoc Caput eſt 4. & vltimum.

Pagina 21. in principio Ghemaræ. De Deo dicitur quòd ſtet.

אמר רבי אבהו דאמר קרא (דברים ה׳ : לא״) ואתה פה עמד עמדי ואמר רבי אבהו אלמלא מקרא כתוב אי איפשר לאומרו כביכול אף הקב״ה בעמידה ואמר רבי אבהו מניין לרב שלא ישב על גבי מטה וישנה לתלמידו על גבי קרקע שנאמר ואתה פה עמד עמדי ׃

Dixit R. Auàhu: Quia dicit Scriptura (Deuter. 5. 31.) Et tu hìc ſta apud me. *Et dixit R. Auàhu: Niſi Scriptura ſcripſiſſet nemo poſſet aſſerere, quòd Deus ſtet. Et dixit R. Auàhu: Vnde probatur pro Ràu, quòd non ſedeat ſuper lectum, & non legat Diſcipulis ſuis ſuper pauimentum? S. D.* (Ibidem) Et tu hìc ſta apud me.

Non licebat antiquitùs docere Legem ſedendo, ſed ſtando, vti ibidem ſtatim ſequitur.

תנו רבנן מימות משה ועד רבן גמליאל לא היו למדין תורה אלא מעומד משמת רבן גמליאל ירד חולי לעולם והיו למדין תורה מיושב והיינו דתנן משמת רבן גמליאל בטל כבוד תורה כתוב אחד אומר (ישעיה יד״ : יג׳) ואשב בהר וכתוב אחד אומר (דברים י׳ : י׳) ואנכי עמדתי בהר אמר רב עומד ולומד יושב ושונה רבי חנינא אמר לא עומד ולא יושב אלא שוחה רבי יוחנן אמר אין ישיבה אלא לשון עכבה שנאמ׳ (דברים א׳ : מו״) ותשבו בקדש ימים רבים רבא אמר רכות מעומד וקשות מיושב ׃

Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: A diebus Moſis vſque ad Rabbàn Gamlielem non docebant Legem niſi ſtando. Poſtquam autem mortuus eſt Rabbàn Gamliel, deſcendit languor in mundum, & docuerunt Legem ſedendo. Et hoc eſt quod legitur (in Miſcnà Cod. *Sotà* cap. 9. num. 14. & vltimo) *Poſtquam mortuus eſt Rabbàn Gamliel ceſſauit honor Legis.*

tenſum omnia recenſentur. Et *En Iſraël* Par. I. pag. 155. col. 2. num. 30.

Ord. II. *Moëd* Cod. 12. *Meghilà* cap. 4. *Benè hair*.

Pagina 26. b. Agitur de libris, & rebus ſacris Iudæorum, quomodo conſeruari debeant.

Pagina 27. longè poſt principium, Conuerti poteſt Synagoga in Academiam, quia in Academia dant operam, & incumbunt ad ſtudia ſacra. Non vendunt librũ Legis veterem, vt emant nouum. Collocant ספר תורה librum Legis ſuper alium librum Legis. Et librum Legis ſuper librum Pentateuchi, & vnum ex his ſuper alium; & ſuper Prophetarum, & Hagiographorum libros collocant Pentateuchum; ſed non viceverſa, hoc eſt ſuper Pentateuchum non collocant Prophetas, & Hagiographa, neque Pentateuchum ſuper *Sèpher Thorà Librum Legis*. Non licitum eſt vendere librum Legis niſi tantùm pro addiſcenda Lege, & pro matrimonio ineundo. Non debet vendi liber Legis etiamſi nihil habeatur ad veſcendum. Et qui librum Legis, vel filiam in hoc caſu neceſſitatis vendiderit אינו רואה סימן ברכה לעולם *non erit videns ſignũ benedictionis in mundo*, i. e. nihil proficiet ob illã pecuniam. Filias permittunt vendere, ſed non filios.

Hæ ceremoniæ vergunt potiùs ad ſuperſtitionem, quàm ad religionem, & nolle ob quamcunque cauſam vendi res ſacras, præſertim in caſu extremæ neceſſitatis, non ad pietatem, ſed ad crudelitatem ſpectabit. Pietas Chriſtiana ſumma religione cuſtodit vaſa Deo ſacrata, ſed ad pauperes ſubueniendos, captiuos redimendos, & ad Eccleſiæ neceſſitates ſubueniendas; ſi nulla alia

qua

(Ezech. 11. 19.) Et remouebo cor lapideum de carne eorum.] *Sequitur inde, quòd timor res parua eſt, ſed non apud Moſen fuit res parua. Exemplum ſit de homine, à quo petebant vas magnum, quod quidem habebat, ſed ab eo reputabatur Vt vas paruum, paruum verò non habebat, ſed illud reputatum eſt Veluti magnum vas.*

Deſcribitur hìc libertas arbitrij noſtri, qua in poteſtate hominis eſt, vias ſuas malas facere. In iuſtificatione verò, tangente Deo cor hominis, quod R. Salomon explicat, per facultatem diſponendi, & præparandi cor noſtrum ad ſe, hoc eſt illud illuminandi per internam inſpirationem, quam & abijcere poſſumus, ſi noluerimus illam recipere. Vnde, quando dicitur (Zachar. 1. 3. Ioël 2. 12.) *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad Vos*, libertatis noſtræ admonemur. Cùm autem reſpondemus (Pſ. 35. 5.) *Conuerte nos Domine, & conuertemur*; Dei nos gratia præueniri confitemur. Confer Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5.

Ibidem tribus lineis ante finem. An omnia, quæ ſcripta ſunt in Sacris Libris legi liceat in Eccleſia.

תנו רבנן יש נקרין ומתרגמין ויש נקרין ולא מתרגמין ויש לא נקרין ולא מתרגמין וכו׳:

Docuerunt Magiſtri. Sunt quædam loca in S. Script. quæ leguntur Hebraicè in Eccleſia, & etiam interpretantur Vulgari lingua. Alia ſunt quæ leguntur, & non interpretantur. Et alia, quæ neque leguntur, & neque interpretantur. Quæ leguntur, & interpretantur: Opera, quæ facta fuerunt in principio creationis, leguntur, & interpretantur, &c. Cætera vide ſuprà in Prima Parte pag. 400. quæ ibidem per ex-

eſt bonum in hora diſceſſus ſui. *Dixit ei: Benedicito mihi. Dicere debet ei: Faxit Deus, Vt tu peruenias ad medietatem annorum meorum, omnibus autem reliquis non ita. Dixit ei: Qui veniunt poſt te, beſtiam paſcant.*

Sunt imprecationes, quas cùm ad eos venerint Chriſtiani, vel ab eis recedunt, contra eos euomunt. Interim dum coram eis ſunt, bona, & fauſta eis precantur, dum ab eis recedunt idem faciunt, poſtquam terga verterunt maledictis onerant. Vndè aliquando cùm hæc intelligeret quidam Chriſtianus, poſtquam à Iudæo diſceſſerat, iterum ad eum reuertitur, & ſic effatur: O' Iudæe, primam, & vltimam benedictionem, quam protuliſti tibi reſtituo, mediam pro me retineo.

Prædicta omnia referuntur in *En Iſraèl* Par. I. pag. 156. col. 3. & 4. n. 35.

Ibidem ſtatim. Odium contra Gentiles, id eſt Chriſtianos, his verbis ampliùs cognoſcitur. Auùth Bar איחי Ihì, & Miniamìn Bar איחי Ihì. Vnus dicit –

תיתי לי דלא אסתכלי בגוי וחד אמר תיתי לי דלא עבדי שותפות בהדי גוי:

Veniat mihi, id eſt contingat mihi ne videam Gentilem, id eſt Chriſtianum. Et alter dixit: Veniat mihi, ne vnquam ſocietatem ineam cum Gentili. Editio Amſtelodamenſis mutauit גוי *Ghòi Gentilem* in כותי *Cuthì Chuthæum*. Et ne doceant plebem Iudaicam prohibitum eſſe à Sapientibus ſocietatem inire cum Chriſtianis, quod in eorum maximum vergeret detrimentum, ideò in *En Iſraèl* libro, qui per manus Iudæorum continuò teritur, prædictam ſententiam reſecarunt.

Pa-

qua hiſce neceſſitatibus ſubueniri poſſit, inueniatur via. In his tribus generibus Vaſa Eccleſiæ, etiam initiata, confringere, conflare, & vendere licet, inquit Ambroſius lib. 1. cap. 41. Officiorum.

Pagina 28. longè ante finem. Impij oculis corporeis non ſunt reſpiciendi à Iudæis,

אמר ר׳ יוחנן אסור לאדם להסתכל בצלם דמות אדם רשע שנ׳ (מלכים ב׳: ג׳ י״ד) לולא פני יהושפט מלך יהודה אני נושא אם אביט אליך ואם אראך רבי אלעזר אמר עיניו כהות שנ׳ (בראשית כ״ו: א׳) ויהי כי זקן יצחק ותכהנה עיניו מראות משום דאסתכל בעשו הרשע:

Dixit R. Iochanàn: Prohibitum eſt homini intueri imaginem ſimilitudinis hominis impij, S. D. (2. Reg. 3. v. 14.) Niſi facies Ioſaphath Regis Iudæ ego ſuſciperem, ſi reſpexiſſem ad te, & ſi vidiſſem te. *R. Eleàzar dicit: Oculi eius* (id eſt Iſaaci fuerunt) *caligantes, S. D.* (Geneſ. 27. 1.) Et fuit cùm ſenuiſſet Iſaac, & caligaſſent oculi eius à videndo. *Hoc accidit, quia reſpiciebat in Eſaùm impium:*

Impij non ſunt reſpiciendi oculis mentis, ne & nos in ipſorum iniquitates inuoluamur; oculis corporeis ſunt quidem reſpiciendi, vt & ipſi reſpiciant opera noſtra bona, & ſic tandem aliquando conuertantur ad Dominum, & glorificent Patrem noſtrum, qui in cælis eſt. Vide *En Iſraèl* Par. I. pag. 156. col. 3. num. 35.

Ibidem paulò poſt. Iudæi videntes Chriſtianos illis maledicunt

רבא אמר מהכא (משלי י״ח: ה׳) שאת פני רשע לא טוב בשעת פטירתו אמר לו ברכני אל׳יהי רצון שתגיע לחצי ימי ולכולהו לא: אמר לו הבאים אחריך בהמה ירעו:

Rabà dixit: Hinc eliciunt (illud Prou. 18. 5.) Eleuare facies impio, non

ciſonam facere vocem ſuam. Iudicia non viuent in eis, Lectio; id eſt in hoc caſu lectio non viuet in eo, quia iucunda, & ſuauis non eſt. Vide & *En Iſraël* Par. I. pagina 157. col. 2. num. 37. Et ita abſoluitur Codex *Meghilà*, & totus Ordo *Moëd*.

Ord. III. *Naſcim* Cod. 1. *Iebamòth*, cap. 2. *Chetzàd*.

Pagina 24. b. longè poſt principiũ. Tria Proſelytorum genera.

ר׳ נחמיה אומר גירי אריות ואחד גירי חלמות ואחד גירי מרדכי ואסתר אינן גרם עד שיתגיירו בזמן הזה :

R. Nachmiàh dicit: Proſelyti Leonum, [R. Salom. *Sunt* כותים *Cuthæi, de quibus in lib.* (2. Reg. 17. 25.) Et miſit Dominus in eos leones, & proſelyti facti ſunt.] *& alter eſt ex proſelytis ſomniorum. & alter eſt ex proſelytis Mardochai, & Eſtheris non ſunt proſelyti, donec fiant proſelyti iſto tempore*. Fortaſſis, quia non obſeruabant Legem Moſis.

Pagina 34. b. prima linea. Imponunt Tamàr defectum concipiendi in concubitu Er, & Onàn.

והא תמר בביאה ראשונה איעברה אמר ליה תמר באצבע מיעכה דאר״ יצחק כל מועכות של בית רבי תמר שמן ולמה נקרא שמן תמר עש״ תמר שמיעכה באצבעה והא הוו ער ואונן ער ואונן שמשו שלא כדרכן מתיבי כל עשרים וארבעה חדש דש מכפנים וזורה מבחוץ דברי רבי אליעזר אמרו לו הללו אינן אלא כמעשה ער ואונן כמעשה ער ואונן ולא כמעשה ער ואונן כמעשה ער ואונן דכתיב (בראשית לח״ : ט׳ :) והיה אם בא אל אשת אחיו ושחת ארצה ולא כמעשה ער ואונן דאילו התם שלא כדרכה והכא כדרכה בשלמא אונן דכתב ביה ושחת ארצה אלא ער מנל אמר רב נחמן בר יצחק דכתב וימת גם אותו אף הוא באותו מתיה מת בשלמא אונן משום לא לו יהיה הזרע אלא ער מאי טעמא עבד הכי כדי שלא תתעבר ויכחיש יופיה :

Pagina 29. longè poſt principium. תניא רבי שמעון בן יוחי וכו׳ ; *Eſt Traditio: R. Scimòn Ben Iochài &c.* Migrare faciunt Deum de loco ad locum, & in exilium cum Iudæis ablegant, & illam Diuinam Maieſtatem, quæ ſimpliciſſima eſt, locatam faciunt, & inquietam. Non refero verba huius Rabbini, quia relata fuerunt Parte I. pag. 625. col. 2. Vide *En Iſraël* Par. I. pag. 156. col. 4. numero 35.

Pagina 31. b. ante finem. Senum conſilia anteferuntur puerorũ conſilijs.

תניא ר׳ שמעון בן אלעזר אומר אם יאמרו לך זקנים סתור וילדים בנה סתור ואל תבנה מפני שסתירה זקנים בניין ובניין נערים סתירה וסימן לדבר רחבעם בן שלמה :

Tanià eſt Traditio. R. Scimòn Ben Eleazaris dicit: Si dicant tibi Senes: Deſtrue; & pueri dicant: Aedifica; deſtrue, & non ædificabis: quia deſtructio Senum eſt ædificium. & ædificium puerorum eſt deſtructio. Exemplum huius rei ſit Roboam filius Salomonis.

Sententia generaliter vera eſt. Sed aliquando fallit, vt in Daniele, qui puer erat; id eſt iuuenis ſapiens, & inſipientes ſenes iudicauit. Dan. 13. v. 51. & ſeqq. licèt apud Hebræos non inueniatur.

Pagina 32. poſt medium. Laudatur lectio Sacrorum Bibliorum cum modulo, & voce ſuaui, ſecundùm quod -

אמר ר׳ יוחנן כל הקורא בלא נעימה ושונה בלא זמרה עליו הכתוב אומר וגם אני נתתי להם חקים לא טובים וגו׳ מתקיף לה אביי משום דלא ידע לבסומי קלא משפטים לא יחיו בהם קרית ביה :

Dixit R. Iochanàn: Qui legit ſine ſuauitate, & legit ſine modulo, ſeù cantu, de eo dicit Scriptura (Ezech. 20. v. 25.) Et etiam ego dedi eis ſtatuta non bona &c. *Oppoſuit ei Abijè, quia neſciuit dul-*

percuſſit eum Dominus, quòd rem deteſtabilem faceret· (Gen· 38. v· 9·)

Ord. III. *Naſcim* Cod. 1. *Ieuamòth* c. 6. *Habà al ieuamthò*.

Pagina 62. b. poſt medium. Numerus diſcipulorum R. Akibæ eſt incredibilis.

אמרו שנים עשר אלף זוגים תלמידים היו לו לרבי עקיבא וכו׳ :

Dixerunt : Duodecim millia paria diſcipulorum fuerunt ipſi R. Akibæ, &c.

Hanc hyperbolicam hiſtoriam habes in Par. II. huius Bibliothecæ, ibi videnda pag. 719. col. 1.

Ibidem paulò poſt. Laudantur coniugati.

אמר ר׳ תנחום אמר רבי חנילאי כל מי שאין לו אשה שרוי בלא שמחה בלא ברכה בלא טובה בלא שמחה דכתב (דברים יד״ : כו) ושמחת אתה וביתך ; בלא ברכה דכתיב (יחזקאל מד״ ; ל׳) להניחה ברכה אל ביתך ; בלא טובה דכתיב (בראשית ב׳ : יח״) לא טוב היות האדם לבדו במערבא אמר בלא תורה בלא חומה ; בלא תורה דכתיב (איוב ו׳ ; יג״ ;) האם אין עזרתי בי ותושיה נדחה ממני ; בלא חומה דכתיב (ירמיה לא״ : כב״) נקבה תסובב גבר רבא בר עולא אמר בלא שלום דכתיב (איוב ה׳ : כד״ :) וידעת כי שלום אהלך ופקדת נוך ולא תחטא ; אמר ר׳ יב״ל כל היודע באשתו שהיא יראת שמים ואינו פוקדה נקרא חוטא שנאמר (איוב ה׳ : כד״ ;) וידעת כי שלום אהלך וגו׳ : ואמר ריב״ל חייב אדם לפקוד את אשתו בשעה שהוא יוצא לדרך שנאמר וידעת כי שלום אהלך וגו׳ הא מהכא נפקא מהתם נפקא ואל אישך תשוקתך מלמד שהאשה משתוקקת על בעלה בשעה שהוא יוצא לדרך ;

Dixit R. Tanchùm, dixit R. Chanilài : Qui caret vxore, habitat ſine lætitia, ſine bono. Sine lætitia S. D. (Deuter· 14. 26.) Et lætaberis tu, & domus tua. *Sine benedictione, S. D.* (Ezech. 44· 30.) Vt reponat benedictionem ad

Et nonne Tamàr coitu primo grauida facta eſt? Dixit ille : Tamàr digito impediuit. [R. Salom. dicit : quòd *Er, & Onàn non vſi ſunt vxore iuxta viam eius*. Item idem R. Salom. *Tamàr ante congreſſum venereum compreſſit ſe, & aperuit portam, & fuerunt ei quaſi duæ coitiones*.] *Dixit R. Iſaac : Omnes, quæ comprimunt ſe à Schola Rabbi, vocantur Tamàr. Et quare vocantur illarum nomina Tamàr? Propter nomen Tamàr, quæ compreſſerat digito ſuo. Et ecce fuerunt Er, & Onàn. Er, & Onàn vſi ſunt præter viam ſuam. Reſponderunt : Omnibus 24. menſibus triturabant intus, & ſeminabant foris. Verba ſunt R. Eliezeris. Dixerunt ei : Iſti non ſunt niſi ſecundùm hiſtoriam Er, & Onàn; ſecundùm hiſtoriam Er, & Onàn, & non ſecundùm hiſtoriam Er, & Onàn. Secundùm hiſtoriam Er, & Onàn, quia legitur* (Gen. c. 38. v. 9.) Et erat, ſi ingrediebatur ad vxorem fratris ſui, & corrumpebat in terram, ne daret ſemen fratri ſuo. *Et non ſecundum hiſtoriam Er, & Onàn, quòd ſi ibi, illud quòd non erat ſecundùm vſum naturæ, & hic ſecundùm vſum naturæ. Rectè quidem de Onàn, de quo ſcribitur*, Et corrumpebat in terra. *Sed Er vnde? Dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaaci : Scriptum eſt :* Et mortuus eſt etiam ipſe· *Etiam ille in ipſa morte mortuus eſt. Bene quidem eſt de Onàn, eò quòd non ſibi naſcebatur filius, ſed de Er, quænam eſt ratio cur ita faciebat? Ne grauida fieret, & pulchritudinem amitteret*.

Iſtæ ſunt obſcœnæ ſpeculationes Talmudiſtarum. Sacra Scriptura tantùm dicit : quòd Er erat רע בעיני יהוה *malus in oculis Domini*. (Gen. 38. 7.) Et Onàn *ſemen fundebat in terram, & idcircò*

27.) Maſculum, & fœminam creauit eos: *& vocauit nomen eorum* Adam, *id eſt hominem.*

Falſa propoſitio: quia homo non habens vxorem, non deperdit naturam, & eſſentiam hominis: nam ſemper eſt animal rationale. Ad locum Scripturæ dico, ad propagandum humanum genus creatum fuiſſe maſculum, & fœminam, ſed non fuit datum præceptum ſemper propagandi, alioquin non fuiſſet licitum Moſi ſeparandi ſe ab vxore, poſtquam vocatus fuit à Deo, ſicut omnes Auctores Hebræi teſtantur. Nomen Adam vtrique tam viro, quàm mulieri commune eſt, quamuis principaliter dicatur de homine, etiam à muliere ſeparato. Ergo homo, quamuis ſeorſim à muliere vitam cœlibem duxerit, ſemper eſt Adam,

Ibidem ſtatim. Qui facultates non habet, non eſt homo.

אמר ר' אלעזר כל אדם שאין לו קרקע אינו אדם שנא' (תהלי' קטו': יו') השמים שמים ליהוה והארץ נתן לבני אדם:

Dixit R. Eleazar: Qui non habet prædium, bona ſtabilia, non eſt homo, S. D. (Pſal. 115. 16.) Cœlum Cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum.

Non cognoſcunt Talmudiſtæ præſtantiam voluntariæ paupertatis, ideò in diuitijs felicitatem collocant, & eum, qui miſera paupertate premitur, ab hominibus ablegant.

Ibidem ſtatim. Explicatur ver. Gen. 18. capitis 2.

אמר ר' אלעזר מאי דכתיב (בראשית ב': יח':) אעשה לו עזר כנגדו זכה עזרתו לא זכה כנגדו:

Dixit R. Eleazar: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Gen. 2. 18.) Faciam ei adiutorium tanquam contra eum. *Si vir vrbano,* ad domū tuam. *Sine bono, S. D.* (Gen. 2. 18.) Non eſt bonum eſſe hominem ſolum. *In Occidente* (id eſt in Terra Sancta, quæ eſt Occidentalis reſpectu Babyloniæ.) *Dixerunt: Sine Lege, ſine muro. Sine Lege S. D.* (Iob 6. 13.) Nonne auxilium meum in me, & ſubſiſtentia expulſa eſt à me? *Sine muro, S. D.* (Ierem. 31. 22.) Fœmina circumdabit virum. *Rabà Bar Vlà dixit: Sine pace, S. D,* (Iob 5. 24.) Scies quòd pax eſt tentorium tuum, & viſitabis habitaculum tuum, & non peccabis. *Dixit R. Ieoſciüa Ben Leuì: Qui cognoſcit vxorem ſuam timentem Deum, & non viſitat eam, Vocatur peccator, S. D.* (Iob 5. v. 24.) Et ſcies quòd pax eſt tentorium tuum &c. *Et dixit R. Ieoſciüa Ben Leuì: Tenetur homo viſitare vxorem ſuam quando dat ſe itineri, S. D.* (Ibidem) Et cognoſces quoniam pax (erit) tabernaculo tuo, &c. *Hoc idem ex alio loco colligitur* (Gen. 3. 16.) Et ad virum tuum erit appetitus tuus, *quando ſcilicet maritus ingreditur iter.*

Iſta tranſire vtcumque poſſent ſine rigoroſa cenſura, dummodo cœlibatus non improbaretur, ſed quia aliquando à quibuſdam Rabbinis damnatur, vt ſtatim fit, ideò prædicta propoſitio eſt limitanda. Qui caret vxore, non mancipatus Dei ſeruitio, multis bonis caret, ſi vxor bona ſit; ſed ſi mala, multis malis implicatur. Confer librum Eccleſ. cap. 7. ver. 27. 28. & 29.

Pagina 63. linea 4. -

אמר ר' אלעזר כל מי שאין לו אשה אינו אדם שנ' (בראשית א' כז') זכר ונקבה בראם ויקרא את שמם אדם:

Dixit R. Eleazar: Qui non habet vxorem, non eſt homo, S. D. (Gen. 1. v.

banus eſt cum Vxore: vxor eſt ei adiutorium. Immorigeratus eſt in Vxorem; Vxor eſt contra eum.

Ibidem poſt pauca. Adam cum iumentis, & feris coit.

ואמר ר׳ אלעזר מאי דכתיב זאת הפעם עצם מעצמי
ובשר מבשרי מלמד שבא אדם על כל בהמה וחיה
ולא נתקררה דעתו עד שבא על חוה :

Et dixit R. Eleazar: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Gen. 2. 13.) Hac vice os ex oſſibus meis, & caro de carne mea? *Docet, quòd Adam habuit rem cum omnibus iumentis, & feris, & non requieuit mens eius* (ſeù non eſt refrigerata concupiſcentia eius) *donec ingreſſus eſt ſuper Euam.*

Maxima iniuria fit Protoparenti noſtro. Verba Scripturæ: *Hac vice os ex oſſibus meis &c.* non ſunt intelligenda de concubitu carnali; ſed de cognitione intellectuali, qua Adam cognouit Euam ex eius oſſe, & eius carne fuiſſe efformatam, idcircò ei nomen impoſuit אשה *Iſcià Viriſſa* ab איש *Iſc Viro*, ſicut antea nomina impoſuerat cunctis animantibus terræ, & volatilibus cæli; vnde hæc, & alia ſuprà poſita velle intelligi non de nominibus impoſitis cunctis animantibus &c. ſed de cognitione carnali, maxima impudentia eſt Rabbinorum, qui præter carnalia nihil aliud ſapiunt. De hoc obſcœniſſimo, & intollerabili conuicio in Adamum vide I. Par. pag. 76. col. 1.

Ibidem ſtatim quæ ſequuntur, ſunt in fauorem Meſſiæ, in cuius genealogia Ruth Moabitis ponitur.

ואמר ר׳ אלעזר מאי דכתיב (בראשית יב״ . ג׳ :)
ונברכו בך כל משפחות הארמה אמר ליה הקרוש
ברוך הוא לאברהם שתי ברכות טובות יש לי להבריך
בך רות המואבית ונעמה העמונית כל משפחות הארמה
אפילו משפחות הדרות בארמה אין מתברכות אלא
בשביל ישראל כל גויי הארץ אפילו ספינות הבאות
מגליא לאספמיא אינן מתברכות אלא בשביל ישראל :

Et dixit R. Eleazar: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Gen. 12. 3.) Et benedicentur in te omnes familiæ terræ. *Dixit Deus ſanctus benedictus Abrahamo: Duæ benedictiones bonæ ſunt mihi, quibus benedicam te; Ruth Moabitis; & Noemà Amonitis. Omnes cognationes terræ, & cognationes ætatum in terra non benedicentur niſi propter Iſraël. Omnes gentes terræ, etiam naues, quæ veniunt de Gallia in Hiſpaniam non benedicentur niſi propter Iſraëlem.*

Benedicuntur in te, hoc eſt in ſemine de te naſcituro, quod eſt Chriſtus, benedicentur omnes familiæ terræ. Et tam habitantes in terra, quàm maria ſulcantes, benedicentur propter Iſraëlem, quia Chriſtus ſecundùm carnem eſt filius Iſraëlis.

Pag. 63 b. non longè à fine, Meſſiæ Iudaici venturi ſignum,

אמר ר׳ אסי אין בן דוד בא עד שיכלו נשמות שבגוף
שנ׳ (ישעיה נז״ : יו״) כי רוח מלפני יעטוף ונשמות
אני עשיתי :

Dixit R. Asè: Non venit Ben Dauid niſi compleatur numerus animarum, quæ continentur in גוף *Guph, S. D.* (Iſai. 57. v. 16.) Quoniam ſpiritus ante me inuoluet ſe, & animas ego feci.

Volunt Hebræi, animas omnes futuras vſque in finem mundi, creatas fuiſſe in principio rerum, eaſque conſeruari ſub Throno Dei in quodam ſacculo, ſeù loco appellato גוף *Guph*, quod *Corpus* ſonat: vnde hominis corpus, quia in eo anima includitur, ad ſimilitudinem illius conficti in cælo, גוף *Guph* nuncupatur. Neque Meſſiam fore ventu-

tu-

Tanià, eſt traditio. R. Eliezer dicit: Quicumque non dat operam fructificationi, & multiplicationi, id eſt proli gignendæ, eſt tamquam homicida, S. D. (Geneſ. 9. v. 6.) Effundens ſanguinem hominis in homine, ſanguis eius effundetur. *Et deinde:* Et vos creſcite, & multiplicamini: *R. Iacob dicit: Perinde facit, ac ſi imminueret* (Dei) *ſimilitudinem, S. D.* (Ibidem) Quia in ſimilitudinem Dei fecit hominem. *Et ſubinde:* Creſcite, & multiplicamini. *Ben Azài dicit: Perinde facit ac ſi effunderet ſanguinem, & imminueret* (Dei) *ſimilitudinem.*

Loca, quæ ab iſtis Talmudiſtis afferuntur ad probandam ſuam intentionem, nihil ad rem faciunt. Nihil facit id, quod dicitur ex Gen. 9. 6. quia ibi loquitur de homicida, qui pœna talionis puniri debet; ſi enim fas eſſet hominem impune occidere, cædes innumeræ committerentur, maximo cum diſcrimine humani generis, quod vt faciliùs propagaretur poſt diluuium, præcepit Deus, vt pauci illi homines ſuperſtites propagationi operam darent, ideòque illis dixit (Ibidem ver. 7.) *Creſcite, & multiplicamini:* ſed & hìc nullum præceptum contra cœlibatum eruitur. Quod idem dicendum eſt de alijs conſimilibus locis allatis.

Pagina 64. ante medium. Expulſio vxoris decernitur contra Legem.

תנו רבנן נשא אשה ושהא עמה עשר שנים ולא ילדה יוציא ויתן כתובה שמא לא זכה לחכנות ממנה אף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר (בראשית יו״: ג׳) מקץ עשר שנים לשבת אברם בארץ כנען ללמדך שאי ישיבת הוצה לארץ וכו׳ :

T.anù Rabbanàn, dicunt Doctores: Ducit Vxorem, & manet cum ea decem annos, nec gignit, eijcit foras, & dat dotem. turum, niſi priùs ab hoc *Guph* ſacculo, ſeù animarum *Theca* omnes animæ euacuentur. Sed hoc eſt dogma falſum, & Rabbinicum adinuentum: nam in ſerie בראשית *Bereſcith* primæuæ creationis rerum, vbi diſtinctè res omnes creatæ enumerantur, nihil de iſtius maſſæ animarum creatione habetur, neque prudenter ex alijs rebus ibi creatis colligi poteſt: quapropter fides Catholica docet, animas hominũ tunc creari, quando in corpora infunduntur, eaſque infundi, quando creantur. Neque locus Scripturæ qnicquam ſubſidij affert Talmudiſtarum ſententiæ, quia quando dicitur in Iſaia loco citato, *Spiritus ante me inuoluet ſe, & animas ego feci*, intelligitur de miſericordia Dei erga pœnitentes, quando ad Deum per pœnitentiam reuertuntur. In principio ſiquidem huius verſiculi dicitur כי לא לעולם אריב ולא לנצח אקציף *Quia non in perpetuum litigabo: neque in perpetuum iraſcar;* ac ſi diceret, iram, & vltionem non ſemper effundam ſuper peccatores, quia ſpiritus ante me per humiliationem inuoluet ſe, & ceſſabit ira mea; quia animas, quas creaui, amo, & volo, vt omnes ſaluę fiant. Non per hoc intelligitur, quòd omnes animæ creatæ ſint in principio mundi, ſed ſucceſſiuè per alia tempora ſecundùm quòd corpora in vtero materno effformata ſunt, animæ creatæ, & infuſæ ſint.

Ibidem ſtatim contra cœlibes.

תניא ר׳ אליעזר אומר כל מי שאין עוסק בפריה ורביה כאילו שופך דמים שנאמר (בראשית ט׳ : ו׳) שופך דם האדם באדם דמו ישפך וכתיב בתריה ואתם פרו ורבו ר׳ יעקב אומ׳ כאילו ממעט הדמות שנ׳ (שם) כי בצלם אלהים עשה את האדם וכתיב בתריא ואתם פרו וגו׳ : בן עזאי אומר כאילו שופך דמים וממעט הדמות :

pitudinem, & fœdam rem intelligant Talmudiſtæ, adulterium, vel de eo vehementem ſuſpicionem, vide in *Miſcnà* c. 6. מי שקינא לאשתו וכו׳.

Pagina 64. vltima linea. Abraham, & Sara quaſi caſtrati ſunt, ex Talmude.

אמר רבי אמי אברהם ושרה טומטמין היו שנאמר (ישעיה נא : א׳ :) הביטו אל צור חוצבתם ואל מקבת בור נוקרתם וכתיב (שם) הביטו אל אברהם אביכם ואל שרה תחוללכם אמר רב נחמן אמר רבה בר אבוה שרה אמנו אילונית היתה שנ׳ (בראשית יא ל׳ :) ותהי שרה עקרה אין לה ולד אפילו בית ולד אין לה :

Dixit R. Amè: Abraham, & Sara clauſi genitalibus erant, S. D. (Iſai. 51. v. 1.) Reſpicite ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abrahamum patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos. *Dixit Ràu Nachmàn, dixit Rauà Bar Abuhà: Sara mater noſtra arborea erat, id eſt naturam quercus habebat* (Gen. 11. 30.) Et erat Sara ſterilis, *quæ nec puerum, nec locum ad formandum puerum habebat.*

Dicere, quòd Abraham fuerit טומטו *Tumetò clauſus* genitalibus, eſt directè contrarium Scripturæ, quæ Gen. cap. 16. ver. 4: manifeſtè dicit, quòd Abraham introiuit ad Agar, & concepit. Et priùs ver. 2. dixerat Sara: *Ecce concluſit me Dominus, vt non pariam.* Et verſic. 3. *Et ſumens Sara Agar Aegyptiam ancillam ſuam, poſt decem annos habitationis Abram in terra Chanaàn dedit eam Abram Viro ſuo, ipſi vxorem.* Ex quibus verbis apparet non Abrahamum fuiſſe ſterilem, ſed Saram.

Pagina 71. b. Agitur de ſecunda inciſione vnguibus facienda in Circumciſione, qua in partes reſecta membranula, fit detectio glandulæ pœnis, ſine qua nul-

tem. Forſan non meruit ſuſcipere filios ex ea. Et licèt hæc ratio non ſit conuincens, nihilominus inſeruit memoriæ, quòd dicatur (Gen. 16. 3.) A fine decem annorum cùm ſederet Abram in terra Chanaàn, *Vt doceat te, quòd non eſt habitatio extra terram &c.*

Ob duritiem cordis Iudæorum permiſit eis Moſes dare libellum repudij, & quamuis ob ערות דבר turpitudinem rei hoc eſt fornicationis, ſeù adulterij cauſa id permiſerit, nihilominus hanc libertatem repudiandi vxores adeò ampliarunt Rabbini, vt ob leuiſſimas cauſas matrimonium, quòd à Deo inſtitutum eſt, vt Vir, & Mulier in matrimonio iuncti non ſint ampliùs duo, ſed vna caro, irritum faciant, & diſſolui permittant; vti ſi mulier in re culinaria negligenter ſe gerat, & ollam igni applicatam ebullire ſuo modo non faciat. In hoc autem loco non permittitur, aut ſuadetur libellus repudij, ſed iubetur, vt ſi poſt decem annos filios non procreauerit, dimittat vir vxorem ſuam cum dote in Inſtrumento dotali deſcripta, & liber illi ſit aliam ducere. Contrarium docetur in Euangelio, vbi nullo modo permittitur libellus repudij, ſed iubetur: *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet* (Matth. c. 19. v. 6.) Separatio autem à thoro permittitur ob fornicationem, Ibidem ver. 9. per quam intelligitur adulterium: quæ enim in ſolutis eſt fornicatio, in coniugatis eſt adulterium: non tamen ob id ſoluitur vinculum matrimonij, vt licitum ſit dimittere vxorem, & aliam ducere, vt volunt Græci, & noſtrorum nonnulli, quos damnat Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. can. 6. Quod per tur-

ſi vis dicam: Eo quòd non flabat ventus Septentrionalis. דתניא *Quia legitur, ſeù eſt Traditio: Omnibus quadraginta annis, quibus fuerunt Iſraëlitæ in deſerto, non flauit Boreas. Quænam eſt ratio? Si vis dicam: Propterea, quòd fuerunt obiurgati.* [R. Salom. *Propter opus Vituli adorati, & ideò erant ſub reprehenſione, & non fuerunt digni luce clara;*] *Et ſi vis dicam: Ne diſſiparentur nubes gloriæ; Idcirco in die nebuloſo, inquit Rabbi Papà, & in die, qua perflat ventus Auſtralis, non ſolemus circumcidere, neque venam ſecare.* Non ſibi conſtant Talmudiſtæ; quia ibidem paulò poſt dicunt.

תנו רבנן כל אותן ארבעים שנה שהיו ישראל במדבר לא היה יום שלא נשבת בו רוח צפונית בחצי הלילה שנ׳ (שמות יב״ ; כ״ט) ויהי בחצי הלילה ויהוה הכה כל בכור וגו׳ : מאי תלמודא הא קט״ל דעת רצון מילתא היא וכו׳ :

Tanù Rabbanàn, docuerunt Doctores: Omnibus 40. annis, quibus Iſraëlitæ fuerunt in deſerto, nullus fuit dies, in cuius media nocte non flauerit Boreas S.D. (Exod. 12. 29.) Et fuit circa medium noctis, & Dominus percuſſit omne primogenitum &c. *Quid ſibi vult hoc? Docemur, quòd tempus beneplaciti fuerit voluntatis bonæ.* [R. Salomon: *Et quando media nox eſt tempus beneplaciti? Propter primogenitorum cædem. Eſt etiam tempus beneplaciti propter ventum Aquilonarem, quoniam nullus dies eſt quin in media nocte non perflet Boreas. Accipe exemplum de cithara Dauidis, qua ipſe excitabatur, &c.*

Omnes iſtæ fabulæ de Borea flante qualibet media nocte, & quod omnibus 40. annis, quibus per deſertum peragrarunt filij Iſraël, nunquam fuerit auditus ventus Aquilonaris, videntur quòd fuerint nullius valoris eſſe cenſent priorem actum Circumciſionis, quo tota pellicula præputij nouacula abſcinditur. Hæc autem ſecunda pelliculæ inciſio vocatur hìc פריעה *Periàh denudatio* ſcilicet glandulæ penis. Hæc, vt dicit Rauà Ben R. Iſaaci; *Dixit Ràu* לא ניתנה פריעה מילה לאברהם *Non fuit data Periàh Abrahamo.* Et probari credit ex Ioſ. 5.2. vbi ſic habetur:

בעת ההיא אמר יהוה אל יהושע עשה לך חרבות צורים וגו׳ . *In tempore illo dixit Dominus ad Ioſue: Fac tibi cultros ſaxeos, & conuertere, & circumcide filios Iſraël ſecundò.* [R. Sal. חרבות צורים כתרגומו אזמלין הרפין : *Cultros ſaxeos redde iuxta ſuum Targhum cultros* חריפין *acutos*] *& circumcide filios Iſraël* שנית *ſecundò.* [R. Salom. *Quia iam circumciſa fuerat in nocte egreſſionis ex Aegypto multitudo magna ſimul, & hac ſecunda vice, quia per quadraginta annos, quibus fuerunt in deſerto ventus Septentrionalis non ſpirauit, neque vllus dies aptus fuit ad circumcidendum, ſicut legimus in Codice Ieuamòth. Et Rabbini noſtri dixerunt* שנית *ſecundò* זו פריעת מילה שלא נתנה לאברהם : *Hæc eſt Periàh denudatio particulæ, quæ Abrahamo data non fuerat.* Id ipſũ dicit R. Kimchius. Vterque Rabbinus ex hoc loco Ghemaræ ſuũ commentarium ſumpſit. Dicitur enim Codice *Ieuamòth* pag. 71. b. in fine.

ובמדבר מ״ט לא מהול איביעת אימא משום חולשא דאורחא ואיבעית אימא משום דלא נשיב להו רוח צפונית דתניא כל אותן ארבעים שנה שהיו ישראל במדבר לא נשבה להם רוח צפונית מאי טעמא איבעית אימא משום דנזופין הוו ואיבעית אימא נבדור ענני כבור אמר רבי פפא הילכך יומא דעיבא ויומא דשותה לא מחלינן ביה ולא מסוכרינן ביה :

Sed in deſerto cur non circumciſus eſt populus? Et ſi quæſieris, dicam: Propter languorem ex itinere contractum. Et

rint

di Nationibus diſtingueretur, & nullam gratiã in anima contuliſſe: quod noſtri Theologi reſpuunt: nam omnes docent; Circumciſionẽ contuliſſe gratiam, & fuiſſe meritoriam, licèt multi aſſerant ex opere operante tantùm, in quantum erat fidei ſignum, de paſſione Chriſti futura, non verò ex opere operato, id eſt ex virtute Circumciſionis. Ita D. Thom. 3. Par. q. 62. ar. 6. ad 3. Item qu. 70. art. 4. ad 1.

Ad illud, quod dicebat R. Iudas non eſſe reiterandam Circumciſionem propter periculum ſterilitatis, vel etiam vitæ. Reſpondent: Nullum futurum periculum etiamſi centies circumcidatur, quod probant ex facto tempore כוזיבא Cuzibæ, qui duobus annis, & dimidio regnauit in Iſraël, & tunc ij, qui ſibi attraxerant præputium, iterum fuerunt circumciſi, & nihil mali accidit eis, ſed incolumes vixerunt והולידו בנים ובנות *& filios, atque filias procrearunt*. De משוך vide Par. I. pag. 292. col. 1.

Pagina 96. b. longè ante finem. Duo Rabbini in Synagoga dum Sacra peragebantur, vnus eorum qui fuit R. אלעזר Elazàr inſiluit in alium, qui erat R. Ioſè, & pugnis alter alterum impetens, quia de libro Legis altercabantut, adeò contenderunt, donec שקרעו ספר תורה *lacerarint librum Legis*, vti notaui ſuprà pag. 293. in R. Ioſè Ben Kiſmà col. 1.

Pagina 103. in fine. Siſaræ libido cum Iaele vxore Heuer hìc deſcribitur; quam per extenſum habes in Par. II. pagina 3. col. 2.

Ibidem linea vltima. Bona, quæ Impij præſtare videntur Iuſtis, in malum redundant.

אמר רבי יוחנן משום ר' שמעון בן יוחי. כל טובה

רעה

rint adinuenta à Talmudiſtis, vt ſecundam circumciſionem, quam פריעה *Periàh denudationem* glandulæ penis pueri vocant, vt diximus, ſtabiliant in Iudaiſmo.

Quod dicunt, Citharam Dauidis ſuper lectum ſuum ſuſpenſam, Aquilone in media nocte flante, ſonum edidiſſe, eſt mera fabula Talmudica. Eam retuli Par. II. pag. 125. col. 2. vbi videnda. De eadem R. Sal. in Cod. *Berachòth* pag. 3. b. circa fin. ita loquitur: *Citharam habebat Dauid ſuſpenſam in lecto ad Septentrionalem plagam. Cùm autem appropinquaret medium noctis, ventus Borealis flabat in eã. Vnde dicit Mor: Quatuor venti flant quotidiè. Sex primis horis diei ſpirat ventus Orientalis inſequens Solem; ſex horis diei poſtremis ſpirat ventus Auſtralis. Et in principio noctis ſpirat ventus Occidentalis. Et in media nocte flat ventus Borealis.* Hactenus R. Sal. in confirmatione venti Septentrionalis ſpirantis qualibet media nocte in deſerto. Sed R. Sal. rebus Talmudicis addictiſſimus, non minùs eſt fabuloſus, quàm ſint reliqui Talmudiſtæ. De huiuſmodi vento hoc modo flante vide *En Iſraël* Par. I. pag. 2. col. 2. num. 2. & Par. II. pag. 6. col. 2. num. 30. & col. 3. num. 31.

Ibidem ante medium contra R. Iudã, qui dicit: Semel circumciſus non eſt ampliùs circumcidendus מפני סכנה *propter periculum*, & determinant: Quòd ſi quis attraxerit ſibi præputium, neceſſe eſt, vt iterum circumcidatur, אפילו מאה פעמים *etiam centies ſi ſic opus fuerit*; vnde ex hac reiteratione Circumciſionis, videntur docere, Sacramenrum Circumciſionis in Veteri Lege fuiſſe tantùm quoddam ſignum externum, per quod populus à Deo electus à reliquis mun-

המתפלל צריך שיתן עיניו למטה שנ׳ (מלכים א׳ ט׳ : ג׳) והיו עיני ולבי שם כל הימים וחד אמר עיניו למעלה שנ׳ (איכה ג׳ : מ״א :) נשא לבבנו אל כפים וגו׳ : אדהכי אתא ר׳ ישמעאל בר יוסי לגבייהו א׳ להו במאי עסקיתו אמרו ליה בתפלת אמר להו כך אמר אבא המתפלל צריך שיתן עיניו למטה ולבו למעלה כדי שיתקיים שני מקראות הללו :

Qui orat, neceſſe eſt, vt ponat faciem ſuam deorſum, S. D. (1. Regum 9. 3.) Et erunt oculi mei, & cor meum ibi omnibus diebus. *Alter dicit: Oculi eius ſurſum, S. D,* (Thren. 3. 41.) Leuemus corda noſtra cum volis ad Deum, &c. *Tunc venit R. Iſmaël Bar Iosè coram eo, dixit ei: Cui rei operam das? Reſp. Orationi. Dixit ei: Sic dixit Abbà: Qui orat neceſſe habet, vt ponat oculos ſuos deorſum, & cor ſuum ſurſum, vt obſeruentur iſta duo loca Scripturæ.*

Non malè hoc dicitur; quia & Sanctus Benedictus Monachorum Pater, & Dux, hortatur ſuos Monachos, vt vbicunque fuerint, præſertim in Oratorio fixis in terram oculis, inclinato capite, reos ſe eſſe omni hora de peccatis ſuis exiſtiment, cap. 7. Regulæ. Et cap. 19. de diſciplina pſallendi vult; *vt in oratione mens noſtra, concordet voci noſtræ,* quod maximè fit, quando defixis in terram aſpectibus, cor noſtrum eleuatur ad Deum. Denique nil aliud annotandum ducimus de Codice *Ieuamòth*. Sequitur -

Ord. III. *Naſcim* Cod. 2. *Chetubòth* cap. 1. *Bethulà*.

Pagina 5. longè ante finem. Quædam in laudes Iuſtorum dicuntur; & alia nonnulla moralia.

דרש בר קפרא *Explicat Bar Kaphrà:* Maius eſt opus Iuſtorum; quàm ſit opus

רעה היא אצל צדיקים שנאמ׳ (בראשית ל״א : כ״ט) השמר לך פן תדבר עם יעקב מטוב עד רע בשלמא רע להוי אלא טוב אמאי לא אלא ש״מ טובתן של רשעים רעה הוא אצל צדיקים בשלמא התם דילמא מדבר ליה שמא דע״ז אלא הכא מאי רעה איכא דקא שדי בה זוהמא דא״ר יוחנן בשעה שבא נחש על חוה הטיל בה זוהמא ישראל שעמדו על הר סיני פסקה זוהמתן גוים שלא עמדו בהר סיני לא פסקה זוהמתן :

Dixit R. Iochanàn nomine R. Scimòn Ben Iochài, Omnia bona (impiorum) *ſunt mala apud iuſtos.* [R. Salom. *Quia odio habent impios, & tædio afficiuntur iuſti, ſeù magis abhorrent eorum beneficia, propterea nulla de illis eſt vtilitas, & commodum percipiunt, quia dicitur* (Geneſ. cap. 31. ver. 29.) Caue tibi ne loquaris cum Iacob à bono vſque ad malum. *Sed eſto quod dicitur de malo ad vitam; ſed bonum quod additur cur? nonniſi bonum intelligitur, bonum impiorum eſſe malum iuſtis: ſed tamen habet ibi, fortaſſe commemorauit nomen Idololatriæ (nam dixit:* Cur furatus es Deos meos?) *Sed hic quid eſt malum? An quia ſparſit in ea virus? Quia dicit R. Iochanàn: In hora, qua ingreſſus eſt Serpens ſuper Euã, proiecit in eam virus. Sed Iſraëlitis, qui ſteterunt ſuper montem Sinai, ceſſauit virus eorum. Sed Gentibus, quæ non ſteterunt in monte Sinai, non deſijt eorũ fœtor.*

De iniuria facta à Talmudiſtis communi matri noſtræ Euæ, quòd ex congreſſu Serpentis in corpus eius ingreſſus fuerit fœtor, & ab Iſraëlitis ſublatus in monte Sinai, remanens in reliquis gentibus, quæ ibi præſentes non fuerunt, quando data fuit Lex, dictum eſt ſuprà in hac Par. III. pag. 390. col. 2. vbi reprobata eſt.

Pagina 105. b. longè poſt principium. Quomodo orandum.

ſed אָזְנֶךָ *Oznècha* aurem tuam. *Quòd ſi audierit homo aliquid, quod non deceat, ponat digitum ſuum in aures ſuas. Et hoc eſt, quod dixit R. Eleazar: Cur digiti hominis ſunt ſimiles paxillis? Quanam eſt ratio? Si rationem diuiſionis eorum attendas, Vnuſquiſque ipſorum ſecundùm rem ſuam factus eſt.* [R. Salom. *Dubium, ſiuè obiectio eſt: Vnuſquiſque, quod ſibi neceſſarium eſt, & proportionatum, ſecundùm longitudinem habet.*] *Quia dixit Mor* זֶרֶת *Zèreth hic eſt minimus digitus.* קְמִיצָא *Kemitzà hic eſt digitus quartus minimo proximus, ſiuè annularis.* אַמָּה *Ammà medius.* אֶצְבַּע *Etzbàa digitus* per antonomaſiam ſecundus à pollice. גּוּדָל *Ghuddàl pollex: Sed cur ſunt teretes ſicut paxilli? Quia ſi audierit homo aliquid, quod non ſit congruum, ponere poſſit digitos in aures ſuas.*

Pagina 5. b. longè ante medium. Conſimile morale documentum ita legitur -

תנא דבי רבי ישמעאל מפני מה אוזן כולה קשה והאליה
רכה שאם ישמע אדם דבר שאינו הגון יכוף אליה
לתוכה :

Tanà Eſt traditio Scholæ R. Iſmaëlis: Cur tota auricula eſt dura, & cauda, id eſt λοβὸς *ipſius eſt tener? Quòd ſi audierit homo aliquid indecens, conuertat Lobon in auriculam* (ne illud audiat).

Vt morale documentum eliciant de auribus obturandis ne audiantur ea, quæ contra mores ſunt, deprauant genuinum Sacræ Scripturæ ſenſum; & quæ de paxillo in balteo geſtando ad requiſita naturæ Scriptura apertè præcipit (Deuteron. 23. 12.) corrupta litera à Talmudiſtis, alium omninò ſenſum à Scriptu-

(creationis) cæli, & terræ: nam in opere cælorum, & terræ ſcriptum eſt (Iſai. 48. 13.) *Etiam manus mea fundauit terram, & dextera mea palmo menſa eſt cælos.* De opere verò manuum Iuſtorum ſcriptum eſt (Exod. 15. 17.) *Loco habitationis tuæ, quem operatus es Domine, Sanctuarium Domine firmauerunt* ידיך *manus tuæ.* Reſpondit, cuius nomen eſt R. Chijà: Et nonne (Pſal. 95. 5.) *aridam* ידיו *manus eius firmauerunt?* ידו *manus eius* ſingulariter ſcribitur, & legitur יצרו *formauerunt.* Dixit Rabbi Nachmàn Bar Iſaaci יצרו אצבעותיו כרכתיב (תהלים ח׳ : ד׳ :) *Formauerunt,* intelligitur de digitis S. D. (Pſal. 8. 4.) *Quoniam videbo cælos tuos opus digitorum tuorum: Lunam, & Stellas, quas tu præparaſti.* Oppoſuerunt illud (Pſal. 19. 2.) *Cæli enarrant gloriam Dei, & opus* ידיו *manuum eius indicat firmamentum.* Sic dicito מעשה ידיהם *Opus manuum* Iuſtorum quis indicat? *Firmamentum,* & quænam ſunt opera iſta? *Pluuia.* [R. Salom. *Quia pluuiæ deſcendunt propter orationem Iuſtorum.*]

Hæc in laudem Iuſtorum dicta ſunt.

Sequitur idem Bar קפרא *Kaphrà,* & ait -

מאי דכתיב (דברים כ״ג : י״ג) ויתד תהיה לך על אזנך
אל תיקרי אזנך אלא אוזנך שאם ישמע אדם דבר שאינו
הגון יניח אצבעו באזניו והיינו דאמר רבי אלעזר מפני
מה אצבעותיו של אדם דומות ליתידות מאי טעמא
אילימא משום דמחלקן כל חדא וחדא למילתיה עבידא
דאמר מר זו זרת זו קמיצה זו אמה זו אצבע זה גודל
אלא מה טעם משופות כיתידות שאם ישמע אדם דבר
שאינו הגון יניח אצבעותיו באזניו :

Cur ſcriptum eſt (Deuter. 23. 13. (Et paxillus erit tibi ſuper zonam tuam. *Ne legas* אֲזֵנֶךָ *Azanècha* Zonam tuam,

ptu-

cedere, longè à vero aberrant Iudæi: quia iſta ſigna communia eſſe poſſunt reprobis, & electis. Et nimis temerarius eſſet homo, ſi ex his externis ſignis, quæ cauſam naturalem habent, de ſalute, vel de perditione Iudæorum prognoſticari vellet. Nos certiùs de illorum omnium damnatione pronunciamus, cùm ſignum certiſſimum ſit ex Euangelio: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei.*

Pagina 111. ante medium. Terram Iſraëlis æquiparant Altari, ideò in ea ſepeliri cupiunt.

אמר רב ענן כל חקבור בארץ ישראל כאילו קבור תחת המזבח כתיב הכא (שמות כ׳ , כ״ד) מזבח ארמת תעשה לי וכתיב התם (דברים ל״ב , מ״ג) וכפר ארמתו עמו :

Dixit Ràu Anàn: Qui ſepultus eſt in terra Iſraëlis, eſt ac ſi ſepultus eſſet ſub Altari, Scriptum eſt hìc (Exod. 20. 24.) Altare de humo facies mihi. *Et ſcriptum eſt ibi* (Deuteron. 32. 43.) Et propitiabitur terræ ſuæ cum eo.

Maiorem fiduciam habent terræ Iſraëliticæ, quàm proprijs meritis: vnde ſi in terra Iſraëlis ſepulti ſint, credunt certè reſurrecturos, quod non tam firmiter credunt, ſi extra terram Iſraëlis ſepeliantur: nam impios non fore reſurrecturos docent ex illo Pſ. 1. 5. *Quia non reſurgent impij in iudicio; neque peccatores in concilio iuſtorum.* Quod intelligendum eſt de anima impiorum, non de corpore. Quia impiorum animæ reſurgent quidem cum corporibus ſuis, ſed non reſurgent ad gratiam, neque ſtabunt in conſeſſu iuſtorum, à quo ſeparatæ, & corporibus ſuis vnitæ erunt, diceturq; eis: *Ite maledicti in ignem æternũ.* Et

ptura intentum inducunt. Non negamus hunc locum moraliter poſſe accipi, vt S. Gregorius 31. Moral. 22. facit. Cyrill. quoque in glaphyris, per paxillum Crucem intelligit. Sed hi non deprauant, neque corrumpunt ſenſum literalem Scripturæ.

Pagina 103. b. poſt medium. Ex modo, quo quis moritur, bonam vel malam mortem cognoſcere credunt. Aiunt enim ex *Tanià* מת מתוך השחוק סימן יפה לו *Moritur quis in medio riſus, pulchrum ſignum* (id eſt ſignum bonum) *eſt ei. In medio* הבכי *fletus, ſignum eſt ei malum.*

פניו למעלה *Facies eius ſurſum, ſignum bonum eſt ei.*

פניו למטה *Facies eius deorſum, ſignum ei eſt malum.*

פניו כלפי העם *Facies eius contra populum, ſignum bonum eſt ei.*

כלפי הכותל *Contra murum, ſignum malum.*

פניו ירוקין *Facies eius pallidæ, ſignum malum.*

פניו מחובין ארומים סימן יפה לו : *Facies eius fulgentes, & rubentes, ſignum bonum eſt ei.*

מת בערב שבת סימן יפה לו *Moritur in veſpere Sabbathi, ſignum bonum eſt ei.*

במוצאי שבת *In exitu Sabbathi, ſignum malum eſt ei.*

מת בערב יום הכפורים סימן רע לו *Moritur quis veſpere diei Expiationum, ſignum malum eſt ei.*

במוצאי יום הכפורים *In exitu diei Expiationum, ſignum bonum eſt ei.*

מת מחולי מעיים סימן יפה לו *Moritur ex infirmitate inteſtinorum, ſignum bonum eſt ei,* מפני שרובם של צריקים *quoniam vt plurimùm, hæc eſt mors Iuſtorum.*

Si ex his ſignis intelligant animam Deo fore gratam; & in ſtatu ſalutis de-

neſ. 22. 5.) Manete hic cum aſino: *hoc eſt, cum eo; qui ſimilis eſt aſino, & ſpiritus his, qui ambulant in ea. Dixit R. Ieremias Bar Abà, dixit R. Iochanàn: Qui ambulat per ſpatium quatuor vlnarum per terram Iſraëlis, fiducia eſt ei, quòd ipſe ſit filius ſeculi futuri. Et ſecundùm R. Eleazarem: Iuſti, qui ſunt extra terram* (Iſraëlis) *non ſunt viui.*

Habent ancillas, & alios ſeruos humiles pro aſinis, & tamquam aſinos indignos eos eſſe cenſent, vt reſurgant in nouiſſimo die, & cum iuſtis conſiſtant; ſed ſi aliquandiu incolant terram Iſraëlis, vel tantillum per eam ambulent, redduntur digni ad reſurgendum, & ad ſtandum in concilio iuſtorum.

Ibidem poſtea ſequitur: Quòd iuſti extra terram viuant quidem, ſed nollent reſurrectionis tempore extra terram Iſraëlis reperiri, ne per ſubterraneas cauernas illorum oſſa בגילגול *deuolui debeant* labore maximo, vt in terram Iſraëlis reſurgant. Sic enim loquitur R. Elàa.

אמר ר׳ אילעא על ידי גילגול מתקיף לה ר׳ אבא סלא רבה גילגול לצדיקים צער הוא אמר אביי מחילות נעשות להם בקרקע (בראשית מ״ו: ל׳) ונשאתני ממצרים וקברתני בקבורתם: אמר קרנא דברים בגו יורע היה יעקב אבינו שצדיק גמור היה ואם מתים שבחוצה לארץ חיים למה הטריח את בניו שמא לא יזכה למחילות כיוצא בדבר אתה אומר (בראשית נ׳: כ״ה) וישבע יוסף את בני ישראל עו׳ א״ר חנינא דברים בגו יודע היה יוסף בעצמו שצדיק גמור היה ואם מתים שבחוצה לארץ חיים למה הטריח את אחיו ד׳ מאות פרסה שמא לא יזכה למחילות שלחו ליה וכו׳:

Dixit R. Elaà: Ope circularis motus reuoluitur (mortuus extra terram Iſraëlis). *R. Abà Selà Rabbà: Reuolutio iuſtis eſt afflictio. Dixit Auiè: Cauernæ factæ ſunt eis ſubterra.* (Geneſ. 47. 30.) Et hoc eſt quod Daniel dicit cap. 12. 2. *Et multi è dormientibus humi pulueris expergiſcentur: ij ad vitas ſeculi, & ij ad opprobria ad contemptum ſeculi.*

Nota, quòd & in hoc loco Deuteron. 32. 43. deprauatur Scriptura, quia ibi non eſt ſcriptum עִמּוֹ *Imò cum eo*, ſed עַמּוֹ *Ammò populi ſui*. Sed quia ex hac ſententia videbantur excludi quamplurimi Rabbini habitantes extra terram Iſraëlis, inter quos computari poſſent ipſimet Rabbini Auctores huius ſententiæ habitantes in Babylone; ideò occurrit huic incommodo Râu Iudas, & prænarratam ſententiam hoc pacto limitat: Ibidem poſt medium.

אמר רב יהודה כל הדר בבבל כאילו דר בארץ ישראל שנ׳ (זכריה ב׳: ז׳) הוי ציון המלטי יושבת בת בבל:

Dixit Ràu Iudas: Quicumque habitat in Babylone, eſt ac ſi habitaret in terra Iſraëlis S. D. (Zach. 2. 7.) Væ Sion erue te, habitatrix filiæ Babel.

Sed R. Abàhu iterum meritum eorũ, qui habitant in terra Iſraël, extollit Ibid. pag. 111. Cod. *Chetubin* his verbis.

אמר רבי אבהו אפילו שפחה שבארץ ישראל מובטח לה שהיא בת העולם הבא כתיב הכא (ישעיה מ״ב: ה׳) נותן נשמה לעם עליה וכתיב התם (בראשית כ״ב: ה׳) שבו לכם פה עם החמור עם הדומה לחמור ורוח להולכים בה: אמר רבי ירמיה בר אבא אמר ר׳ יוחנן כל המהלך ארבע אמות בארץ ישראל מובטח לו שהוא בן העולם הבא ולרבי אלעזר צדיקים שבחוצה לארץ אינם חיים:

Dixit R. Abàhu: Etiam ancilla, quæ eſt in terra Iſraël fiduciam habere debet, quòd ipſa ſit filia futuri ſeculi, ſcribitur enim hic (Iſai. 42. 5.) Qui dat animam populo ſuper eam; *& ſcribitur ibi* (Ge-

tionem, & per penitiſſimos terræ meatus דרך מחילות *per viam cauernarum. Hæc ſententia exploditur à Scriptura: quia qui mortui ſunt extra terram reſurgent, ſicuti reſurgent, qui mortui ſunt in terra Iſraëlis: nam dicitur* (Ezech. 37. 12.) Ecce ego aperio ſepulchra veſtra, & aſcendere faciam vos è ſepulchris veſtris. (Et poſtea;) Et uenire faciam vos in terram Iſraelis.

Et hæc ſententia eſt vera in eo, qoud dicunt, quòd vnuſquiſque reſurget, vbi ſepultus eſt: qui autem dicunt per גלגול המחלות *Ghilgùl hammechalòth Deuolutionem cauernarum*, hoc eſt per circumuolutionem per cauernas ſubterraneas, duplici modo loquuntur. Alij enim dicunt: Mortuos extra terram reſurrecturos, vbi ſepulti ſunt; & ſic viuentes reuolui per ſubterraneos terræ meatus vſque ad vallem Ioſaphat. Huic ſententiæ creditur calculum adijcere eos, qui dicunt גלגול לצדיקים צער הוא *Reuolutionem iuſtis eſſe afflictionem*; quò niſi vixiſſent nulla eis afflictio fuiſſet. Alij verò aſſerunt: Mortuos non reſurrecturos, niſi in terra Iſraelis, ideòque cadauera eorum reuolui vſque ad terram Iſraëlis, ibique ſpiritu informari, & reuiuiſcere: ita legitur in *Midràſc Tanchumà, Paraſcià* ויחי *Vaichì* pag. 20. col. 1. ad verba verſiculi 29. cap. 47. Geneſeos אל נא תקברני במצרים *Ne quæſo ſepelias me in Aegypto.*

אמר ליה ר' סימון אם כן הפסידו הצדיקים הקבורין בחוצה לארץ אלא מה הקדוש ברוך הוא עושה להם מחילות בארץ ועושה אותן כמערות הללו והן מתגלגלין באין עד שמגיעין לא"י כיון שמגיען לא"י הב"ה נותן בהם רוח של חיים והן עומדין שנ' והעליתי אתכם מקברותיכם עמי והבאתי אתכם על אדמת ישראל ואח"כ ונתתי רוחי בכם וחייתם א"ר שבל"ל מקרא מלא הוא שביון שמגיעין לארץ ישראל הקב"ה נותן בהם נשמה שנ' (ישעיה

מ"ב

Et tolles me ex Ægypto, & ſepelies me in ſepulchro eorum. *Dixit Karnà: Latent hìc res conſideratione digna. Sciebat Iacob pater noſter, qui erat iuſtus perfectus, quòd mortui, qui ſunt extra terram, viuunt; quare ergo defatigare facit filios ſuos? Forſan non meruerat volutari per terræ meatus. Idem dices* (Gen. 50. 25.) Et iurare fecit Ioſeph filios Iſraël, &c. *Dixit R. Chaninà: Res intimas cognoſcebat Ioſeph in ſeipſum, quia iuſtus perfectus erat. Et ſi ij, qui extra terram* (Chanaan) *mortui ſunt, viuant: Cur igitur laborare facit fratres ſuos quadringentas Paraſangas, hoc eſt* 1200. *milliaria? Forſan meritum non habebat circumuolui per cauernas terræ.*

Cùm Iudicium Dei extremum, & vniuerſale fieri debeat in Valle Ioſaphat in terra Chanaan Ioel 3. v. 2. quærunt Rabbini: An Iudæi, qui extra terram Chanaan diſperſi ſunt, reſurrecturi ſint extra terram in loco, vbi defuncti ſunt, vel in terra Chanaan, & in loco vbi iudicandi erunt. Hæc quæſtio proponitur à R. Dauid Kimchio ad cap. 37. v. 12. Ezechielis his verbis -

ומחלוקת יש בדברי רז"ל על המתים בחוצה לארץ מהם אמרו כי בחוצה לארץ יעלו מקברותיהם ואמרו מקברותיהם יעלו לא"י בגלגול ודרך מחילות והפסוק הזה מוכיח כי בחוצה לארץ יחיו כמו מיתי ארץ ישראל שהרי אמר פתח את קברותיכם והעליתי אתכם מקברותיכם ואחר כך והבאתי אתכם אל אדמת ישראל,

Eſt quæſtio inter Rabbinos b. m. circa defunctos extra terram (Iſraëlis) *Eorum nonnulli dicunt: Ij, qui ſunt extra terram defuncti, aſcendent è ſepulchris ſuis. Et alij dicunt: Ij, qui defuncti ſunt extra terram è ſepulchris ſuis in terram Iſraëlis aſcendent quidem, ſed per Ghilgùl deuolu-*

dabo ſpiritum meum in vobis, & viuetis. &c.

Oſtenditur hìc à Propheta modus, & ordo reſurrectionis generalis mortuorum extra terram Iſraëlis. Primò, ſepulchra, quæ per mundum vniuerſum diſperſa ſunt, & vbi Iudæi ſepulti ſunt, vocantur hìc à Propheta *ſepulchra veſtra*, hoc eſt Iudæorum, ſiuè Hebræorum. Et benè quidem: quia nil aliud ſupereſt nobis ex mundo, quod veriùs ſit noſtrum, quàm ſepulchrum. Huiuſmodi autem ſepulchra promittit Dominus, quòd aperire faciet, & reſurgere à mortuis Iudæos ibi detentos. En reſurrectio mortuorum antequam deueniatur in terram Iſraëlis. Secundò, poſtquam reſurrexerint Iudæi, idem Deus, & Dominus promittit, quòd eos venire faciet in terram Iſraël. Modus autem, quo in terram Iſrael venturi ſunt Iudæi reſuſcitati, non exprimitur à Propheta; ſed facillimè comprehendi poteſt etiam ab eo, qui primoribus labris Sacram Theologiam guſtauerit. Docent Theologi cum S. Thoma 3. par. q. 49. ar. 1. ad 3. poſt reſurrectionem vniuerſalem corpora Beatorum quatuor dotes habitura, quarum duæ erunt agilitas, & ſubtilitas, ſeù penetrabilitas. Per agilitatem in momento, & in ictu oculi poterunt ſe mouere de loco ad locum, & infinita locorum ſpatia pertranſire. Per ſubtilitatem, corpora cuiuſuis magnitudinis, & denſitatis poterunt penetrare, abſque illorum corporum læſione. Iſta quæ dotes, aut prærogatiuæ Beatorum dicuntur, non poſſunt in corporibus damnatorum reperiri, quia iſta poſt reſurrectionem fœculenta erunt, putida, & craſſa. Nihilominus quandam agilitatis,

מ״ב: ה׳) נותן נשמה לעם עליה ורוח לחולבים בה:

Dixit ei R. Simon; Si ita eſt: perdentur Iuſti, qui extra terram (Iſraël) *ſepeliuntur. Sed quid Deus ſanctus benedictus facit eis? Cauernas in terra, eaſque facit ad inſtar ſpeluncarum, & ipſi reuoluuntur, & veniunt vſquequo pertingant ad terram Iſraëlis, cùm autem peruenerint ad terram Iſraëlis, dat eis ſpiritum vitæ, & ipſi ſtant S. D.* (Ezech. 37. ver. 12.) Et aſcendere faciam vos de ſepulchris veſtris populus mi: & venire faciam vos in terram Iſraël. *Et poſtea*: Et dabo ſpiritum meum in vobis, & viuetis. *Dixit R. Scimòn Ben Lakìſc: Scriptura oſtendit: Quòd cùm peruenerint ad terram Iſraëlis, Deus ſanctus benedictus ponit in eis animam, S. D.* (Iſai. 42. 5.) Dans animam populo ſuper eam, & ſpiritum ambulantibus per eam.

Hæc ſententia R. Simonis eſt falſa, & erronea; falſa, quia innititur fundamento falſo: nam vt ea aſtruatur, & propagetur, inuertitur textus Sacræ Scripturæ, & deprauatur: Textus citatus in *Tanchumà* hoc modo legitur in Ezechiele cap. 37. 12.

כה אמר אדני יהוה הנה אני פותח את קברותיכם והעליתי אתכם מקברותיכם עמי והבאתי אתכם אל אדמת ישראל וידעתם כי אני יהוה בפתחי את קברותיכם ובהעלותי אתכם מקברותיכם עמי: ונתתי רוחי בכם וחייתם וגו׳:

Sic dixit Dominus Deus: Ecce ego aperio ſepulchra veſtra, & aſcendere faciam vos è ſepulchris veſtris, populus mi: Et venire faciam vos in terram Iſraël; & ſcietis quia ego Dominus, cùm aperuero ſepulchra veſtra, & aſcendere fecero vos è ſepulchris veſtris populus mi. Et

que replicatio verborum: *Et ſcietis quia ego Dominus cùm aperuero ſepulchra veſtra, & aſcendere faciam vos de ſepulchris veſtris, & dabo ſpiritum meum in vobis, & viuetis*, referenda ſunt ad ſepulchra terræ Iſraelis, quia Iudæi non ſemel reſurrexiſſent, ſed bis; ſemel ex ſepulchris, vbi per tot ætates iacuerant; & ſemel ex ſepulchris terræ Iſraelis, quæ propria Iudæorum eſſe volunt. Hæc autem duplex aſcenſio ex ſepulchris, ceù duplex reſurrectio eſt omninò abſurda. Replicatur autem huiuſmodi aſcenſio de ſepulchris, vt per hanc replicationem animaduertant, & cognoſcant Iudæi, Deum eſſe Dominum vniuerſorum, animarum, & corporum ſuorum, quia vbicumque locorum ſepulta ſint, ad vitam reuocare poteſt. Reſurgent itaq; Iudæi per quatuor mundi plagas diſperſi, & Angelorum miniſterio bonorum, vel malorum, breuiſſimo temporis ſpatio (ſi tempus ampliùs erit, cùm iam cælorum motus ceſſauerint) in terram Iſraelis deferentur ad Iudicium. Locus autem Iſaiæ 42. v. 5. *Dans animam populo ſuo ſuper eam*, (id eſt terram Iſraelis) *& ſpiritum ambulantibus per eam*, non intelligitur de reſurrectione mortuorum, quaſi animam, & ſpiritum non reſtituendum, niſi tantùm in terra Iſraelis: quia ibi Propheta non de reſurrectione mortuorum loquitur, ſed de Dei omnipotentia, qua creat cælos conſeruans, & extendens eos: expandens terram, & germina eius, videlicet vniuerſam terram, & vniuerſæ terræ germina, non Iſraelis ſolummodo, ſed omnium gentium, & *dans animam populo* (qui eſt) *ſuper eã*; infundendo illam in corpuſculum poſtquam or-tis, & ſubtilitatis ſpeciem habere videbuntur, cùm Deo ſic volente, bonorum, vel malorum Angelorum miniſterio, ex terræ viſceribus, vbi forſan illorum cineres ſepulti ſunt, abſque vlla terræ, vel petrarum læſione, aut fractione educentur, & in momento ad locum Iudicij peruenient; ita vt huiuſmodi dotes agilitatis, & ſubtilitatis, quę Beatis in præmium virtutis datæ ſunt, eædem in pœnam vitiorum damnatis datæ eſſe videantur. Non igitur neceſſe eſt, neque pro reis, neque pro iuſtis addere ſubterraneas cauernas, & cuniculos, per quos reuolui, & volutari debeant reſuſcitati cum anguſtia, & dolore, & in eis indebitè Sanctorum corpora cruciari, quorum animæ ſunt beatæ: nam huiuſmodi גלגול לצדיקים צער הוא *Ghilgùl reuolutio, afflictio eſt Iuſtis* ex Ghemarà nuper allata. Igitur hæc ſententia R. Simeonis eſt falſa, & erronea, quia inducit Iudæos in errorem reuolutionis corporum. Itemque eſt falſa, quia ex ea ordo Prophetiæ inuertitur, quod patet: nam à nobis exhibitus eſt locus Prophetę Ezechielis cap. 37. 12. prout ibidem habetur. At R. Simeon illum inuertit, & primò per cauernas cadauera reuoluit, quouſque perueniant ad terram Iſraelis; & in terra Iſraelis dat eis ſpiritum vitæ, & probat ex loco citato Ezechielis: *Et aſcendere faciam vos de ſepulchris veſtris.* Sed hoc eſt inuertere ordinem Prophetiæ; quia Deus primò dicit: *Aperio ſepulchra veſtra, & aſcendere faciam vos de ſepulchris veſtris &, venire faciam vos in terram Iſraël.* Ergo quando Iudæi ſunt in terra Iſrael, iam antea reſuſcitati erant, nimirùm, quando de ſepulchris ſuis, vbi iacebant, aſcenderant. Ne-

mortuorum aliter accidit; nam in reſurrectione idem numero homo reſurget, non, vt iterum terram incolat, vt volunt Rabbini, idéòque imaginantur ſuis veſtimentis indutos homines reſurgere debere; ſed iuſti reſurgent, vt ęterna beatitudine fruantur cum Deo, ideòque veſtiti quidem erunt, non veſtimentis laneis, vel lineis, quibus non indigebunt, ſed ſplendore, quo ſicut Stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates (Daniel. 12. 3.) dicente Scriptura (Sapien. cap. 3. 7.) *Fulgebunt iuſti &c. Iudicabunt nationes &c.* indicans Iuſtos, qui cum Chriſto iudicabunt impios, erunt ſplendore veſtiti. Nec impij veſtibus indigebunt, quia induti erunt confuſione, & reuerentia, vt dicitur (Pſal. 35. v. 26. & Iob 8. 22.) *Qui oderunt te, induentur confuſione.*

Et quia credunt Talmudiſtæ ſolos iuſtos reſurrecturos, quia legitur (Pſal. 1. v. 5.) *Ideò non reſurgent impij in iudicio; neque peccatores in concilio iuſtorum.* Et (Dan. 12. 2.) *Et multi de his, qui dormiunt in terra puluere, &c.* ideò docent poſt reſurrectionem iuſtos habitaturos terram Iſraelis; ſed quia impoſſibile erit, vt infinitos ferè homines anguſta terra capiat, eoſque alat; ideò fingunt res miras de terra Iſraelis; de magnitudine, de illius ſine aliquo humano labore fertilitate, & cæteris huiuſmodi, de quibus cùm ex hoc loco, & alijs conſimilibus multa retulerim in I. Par: huius Bibliothecæ pag. 528. & ſeqq. ideò hìc nil aliud repetere duxi. Solùm addendum: Bonos, & malos, iuſtos, & impios reſurrecturos in Iudicio, illi quidem, vt in vitam æternam eant, hi verò vt in ignem æternum abeant. Locus autem

organizatum eſt, *& ſpiritum ambulantibus per eam*, virtutem loco motiuam, & animalem poſt natiuitatem, quæ oſtenditur poſtquam incæperit homo ambulare ſuper terram. Hæc enim Dei potentia manifeſtatur non in vno loco tantùm, aut in vnica, & particulari terra, & regione, vti eſt terra Iſraelis; ſed in omni loco, & in qualibet Orbis terrarum parte. Inepta igitur eſt, & inſulſa loci Iſaiæ allati Talmudiſtarum explanatio.

Sed quæres: An corpora defunctorum tempore vniuerſalis reſurrectionis, reſurgent nuda, vel veſtimentis cooperta? Reſpondet R. Chijàh Ben R. Ioſeph Ibid. (pag. 111. b. circa med..)

עתידים צדיקים שיעמדו במלבושיהן קל וחומר מחטה מה חטה שנקברת ערומה יוצאה בכמה לבושין צדיקים שנקברו בלבושיהן על אחת כמה וכמה :

In futurum (id eſt tempore reſurrectionis) *iuſti ſtabunt cum Veſtibus ſuis meliùs, quàm accidat tritico: nam triticum, quod nudum ſepelitur: (id eſt ſeritur) reſurgit cum tot inuolucris, & Veſtibus; iuſti, qui veſtibus ſuis ſepeliuntur, quantò magis cum iiſdem reſurgent?*

Comparatio iſta nulla eſt, quia triticum, quod in terram ſeminatur, & moritur, non reſurgit idem numero, ſed multiplicatur in ſegetem, & pro vno grano mortuo quamplurima renaſcuntur grana ſecundùm quod in Euangelio dicitur (Ioan. 12. v. 24.) *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Neceſſe igitur fuit, vt ſeminis iſtius multiplicatio in aliqua theca conſeruaretur, & hæc eſt ſpica cum ariſtis, inuolucris, & gluma, quibus ab iniurijs temporis, & auium rapinis defenditur; ſed in reſurrectione

quo ſedebant, & legebant, & Sol eos percutiebat, ſurgebant, & poſtea ſedebant ad vmbram. Tempore autem hyemis ſurgebant ab vmbra, & ſedebant ad Solem, & hoc ne daretur occaſio murmurandi de Academijs terræ Iſraëlis.] R. Chijà Bar טיגרר בעפרא שנאמר (תהלים גמרא *Ghamdà* קב׳ : טו׳ :) כי רצו עבדיך את אבניה ואת עפרה יחוננו : *Prouoluebatur in puluerem: S. D.* (Pſal. 102. 15.) Quoniam placuerunt ſeruis ſuis lapides eius, & terræ eius miſerebuntur.] Et tandem -

אמר רבי זירא אמר רבי ירמיה בר אבא דור שבן דוד בא קטיגוריא בתלמידי חכמים כי אמריתה קמיה דשמואל אמר צירוף אחר צירוף שנ׳ (ישעיה ו׳ : יג׳) ועוד בה עשיריה ושבה והיתה לבער תני רב יוסף בזוזי ובזוזי דבזוזי אמר רב חייא בר אשי אמר רב עתידין כל אילני סרק שבארץ ישראל שיטענו פירות שנ׳ (יואל ב׳ : כב׳) כי עץ נשא פריו תאנה וגפן נתנו חילם :

Dixit R. Zirà, dixit R. Ieremias Bar Abbà: Ea generatione, qua filius Dauid (Meſſias) *veniet ſycophantia multa, & calumniæ in Rabbinos componentur. Quando dixit hoc coram Samuele, dixit: Tziruph poſt Tziruph conflatio poſt conflationem.* [R. Sal. *Calamitas vna poſt alteram.*] *S. D.* (Iſai. 6. 13.) Et adhuc decimatio, & reuertetur ad flagrandum. [R. Salom. *Cùm aliquod in partes diuiſeris, non relinquetur, niſi decima, quæ & ipſa peribit, & erit in combuſtionem.*] *Tradit R. Ioſeph: Prædones, & deprædatores prædonum* (eo tempore erunt). *Dixit Ràu Chijà Bar Aſcè, dixit Ràu: In futurum* (tempore Meſſiæ) *omnes arbores infructiferæ, quæ ſunt in terra Iſraëlis ferent fructus S. D.* (Ioel 2. 22.) Quia lignum (ſiuè arbor) attulit fructum ſuum, ficus, & vitis dederunt facultatem ſuam. [R. Sal. *Arbor attulit fructum ſuum, ſicut ſcriptum eſt:* Ficus, &

tem Pſalmi 1. על כן לא יקומו רשעים במשפט וחטאים בערת צדיקים : *Idcircò non conſiſtent impij in iudicio, & peccatores in concilio iuſtorum.* Quia impij, licèt corporaliter, non tamen reſurgent ſpiritualiter, & ad gratiam, quia לא יקומו *non conſiſtent* in iudicio à dextris Chriſti cum cœtu Iuſtorum, qui cum eodem Chriſto ſedebunt, & mundum iudicabunt. Item, non conſiſtent impij, quando à Chriſto iudicabuntur Iuſti, & eis dicetur: *Venite benedicti Patris mei &c.* ſed timore perterriti, & conſternati non audebunt oculos leuare, & faciem Iudicis videre. Neque ante eum item conſiſtent, quando audient ſententiam à Chriſto pronunciatam: *Ite maledicti in ignem æternum.*

Pag. 112. Proſequuntur agere de fertilitate terræ Iſraelis; de ſpeciebus farinæ. Cur ex Ierem. 3. 19. vocetur terra Iſraelis, terra deſiderij; hæreditas elegantiæ, ſiuè Capreoli; exercituum gentium? Et in fine paginæ refertur, quomodo nonnulli Rabbinorum ob reuerentiam terræ Iſraelis quædam faciebant humilia, vel ad ædificationem, vel ne populus terræ quicquam à terra Iſraelis ſcandali reciperet. Sic R. Abbà מנשק כיפי דעכו *oſculabatur lapides Acconis.* R. Chaninà מתקן מתקליה *aptabat, & complanabat vias auferendo offendicula.* [R. Salom. *Aequabat ſalebroſa Ciuitatis, ne cui eſſent odioſa, ſed amabilia, & cauebat ne nomen malum exiret propter vias.* In his leuiſſimis occupationibus Rabbinorum perfectio collocatur. Ob eundem finem R. אמי *Amè*; & R. אסי *Asè* קיימי משמשא לטולא ומטולא לשמשא *ſurgebant è Sole ad vmbram, & de vmbra ad Solem.* [R. Sal. *Quando Sol veniebat ad locum*

nibus terris Vniuerſi. Iſtæ ſunt ſpeculationes Talmudiſtarum, qui aliter ſentiunt, quàm proferant. Non enim quando dicunt arbores Meſſiæ tempore fructibus onerari, intelligunt ita reuera futurum; ſed ideò hoc dicunt, vt abſoluant Codicem hunc *Chetubòth* rebus lætis, & non infauſtis, vt fuerunt illę, quas ſuprà retulerant de calumnijs contra Rabbinos; de calamitatibus vnam alteram inſequentibus, de prædonibus, & latrocinijs tempore Meſſię; & ne ob huiuſmodi mala conſternentur Iudęi, promittunt illis, quòd & ſi ſpolientur Rabbini omnibus bonis, non ob id fame peribunt, quoniam ea ætate omnes arbores etiam infructiferæ in terra Iſraelis fructibus oneratæ erunt. Iſta, quæ retuli, non ſunt meæ adinuentiones, vt auctoritatem Talmudiſtis imminuam, ſed ſunt verba ſuorum Doctorum, illorum videlicet, qui ſub nomine תוספות *Toſaphòth* Commentarium in Textum Ghemaræ ediderunt. Illi enim in hunc locum ita loquuntur. עתידין כל אילני סרק בארץ ישראל

שיטענו פירות כו׳ לפי שרוצם לסיים בדבר טוב נקט לה הכא ולא קאטרה לעיל דאירי בחני מילי׃

In futurum omnes arbores infructiferæ in terra Iſraëlis ferent fructus, &c. Hoc ideò dicunt, vt abſoluant (hunc Codicem) *re fauſta, propter faſtidium, quod moleſtum fuit ipſis, & non vt ſuprà dictum fuerat, vt docetur in iſtis verbis.* Vt animum afflictum ſolarentur Iudęorum, qui hæc legunt, huiuſmodi conſolatio addita eſt, non quòd reuera ita accidet Iudæis, vt docetur in iſtis verbis. Ergo *falſa* ſunt, quæ hìc dicuntur de arboribus infructiferis terræ Iſraelis. Ex his, quæ dicta ſunt de reſurrectione mortuorum, patet, quid de ea ſentiant Iudæi, & vitis dederunt facultatem ſuam. *En fructus arboris fructiferæ. Sed quid dicit Scriptura?* Quia arbor attulit fructum ſuum, *hoc eſt arbores etiam infructiferæ afferent fructus*].

Non ſic intelligi debet verſus 22. capitis 2. Ioelis. Dicit Propheta, quòd arbores proferent fructus ſuos; hoc eſt arbores fructiferæ proferent fructus ſecundùm ſpeciem ſuam: & dat exemplum de ficu, & vite, quia ficus proferet ficum, & vitis proferet vuam, vnaquæque ex his, fructus ſecundùm facultatem, id eſt ſecundùm ſpeciem ſuam. Non colligitur ex hoc, quòd arbores infructiferæ producere debeant fructus; ſed ſi producent, dicant nobis Talmudiſtæ, quales ſpecies fructus producent? eas aſſignare nobis non poterunt. Ergo in cerebro Talmudiſtarum remanent hi fructus imaginarij. Sanè quidem, quando Deus creauit arbores, dixit (Geneſ. cap. 1. 11.) *Germinet terra* עץ פרי עושה פרי למינו אשר זרעו בו׃ *arborem fructiferam facientem fructum ſpeciei ſuæ, cuius ſemen eius in ea*, produxit fructiferas, & infruferas; infructiferas comprehenſas ſub illis verbis, *cuius ſemen ſit in ea*: nam omnes arbores, vt illarum ſpecies conſeruentur, ſemen habent; vti, verbi gratia, glandes, ſunt ſemina quercuum, ilicum, & ſuberum: quin & arbores illæ, quæ nullum ſemen in ſe videntur habere, nihilominus habent; vt platanus, abies, ſalix, carpinus, cupreſſus, &c. Hæ enim arbores ſecundùm ſpeciem ſuam proferent ſemina ſua. Si pro ſeminibus Talmudiſtæ fructus intelligant, vtique omnes arbores infructiferæ proferent fructus, vt ſic. Sed hoc non in terra Iſraelis tantùm, ſed in om-

Latrocinium credis? ſed quodammodo docet eum latrocinium. De Circumciſione probatur S. D. (Gen. 21. 4.) Et circumcidit Abraham Iſaac filium ſuum. *Et vbi non circumcidit eum pater eius, tenetur circumcidere ſe ipſum, quia S. D.* (Geneſ. 17. 14.) Et præputiatus maſculus, qui non circumcidet carnem præputij ſui, & excidetur. *Vnde habemus, quòd mulier non teneatur? Quia ſcriptum eſt* (Gen. 21. 4.) Quemadmodum præcepit ei Deus אותו *Othò* ei, *maſculini generis, & non* אותה *Othà* ei, *fœminini generis, &c.*

Iſtis vtpotè pertinentibus ad mores, & ad Circumciſionem, quam pertinaciter retinere contendunt Iudæi, & Reſp. eis permittit; aliam cenſuram in hoc loco non apponimus. Ibidem agitur de redemptione filiorum, ad quam tenentur mares, & non fœminæ. Eliciunt etiam ex eo loco: *Vt doceas Legem filium tuum*, non eſſe præceptum docendi mulieres Legem. Agitur & de tempore, quo volunt teneri hominem ad ducendam uxorem.

Pagina 30. poſt medium. Iudæi tenentur legere Miſcnà, & Talmùd.

אמר רב ספרא משום ר׳ יהושע בן חנניה מאי דכתיב
(דברים ו׳ : ז) ושננתם לבניך אל תיקרי ושננתם
אלא ושלשתם לעולם ישלש אדם שנותיו שליש במקרא
שליש ׳במשנה שליש בתלמוד מי ידע כמה חיי לא
צריכא ליומי לפיכך נקראו ראשונים סופרים שהיו
סופרים כל אותיות שבתורה שהיו אומרים וא״ו דגחון
חציין של אותיות של ס״ת דרש דרש חציין של תיבות
והתגלח של פסוקים יכרסמנה חזיר מיער עין דיער
חציים של תהלים והוא רחום יכפר עון חציו דפסוקים
בעי רב יוסף וא״ו דגחון מהאי גיסא או מהאי גיסא א״ל
ניתי ספר תורה ואימנינהו מי לא אמר רבה בר בר
חנה לא זזו משם עד שהביאו ספר תורת ומנאום א״ל
אינהו בקיעי בחסירות ויתרות אנן אל בקיאינן בעי רב

& quomodo illam confundant cum aduentu ſui deplorati Meſſiæ, per quem intelligent עולם הבא *ſeculum Venturum*. Non intelligentes, quòd in reſurrectione in nouiſſimo die veniet quidē Chriſtus Dominus, non in humilitate, ſed in Maieſtate, & gloria iudicaturus iuſtos, & impios. In humilitate, & paupertate iam venit, & omnes Scripturæ Prophetarum de eo adimpletæ ſunt, quem recipere noluerunt maligni illi Iudæi; qui in perfidia vſque hodie obſtinatè perſiſtunt, quos Deus conuertat, vt ex animo exopto. Et ſic finitur Codex *Chetubòth*.

Ord. III: *Naſcìm* Cod. 3. *Kidduſcìn* cap. 1. *Haiſciàh niknèth*.

Pagina 29. poſt medium. Ad quid teneatur pater erga filium.

תנו רבנן האב חייב בבנו למולו ולפדותו וללמדו תורה
ולהשיאו אשה וללמדו אומנות ויש אומרים אף להשיטו
במים : רבי יהודה אומר כל שאינו מלמד את בנו
אומנות מלמדו ליסטות ליסטות ס״ד אלא כאילו מלמדו
ליסטות : למולו מנלן דכתיב (בראשית כ״א : ד׳)
וימל אברהם את יצחק בנו והיכא דלא מהליה אבות
מיחייבי בי דינא למי מהליה דכתיב המול לכם כל
זכר והיכא דלא מהליה בי דינא מיחייב איהו למימהל
נפשיה דכתיב (בראשית י״ז : י״ד) וערל זכר אשר לא
ימול את בשר ערלתו ונכרתה איתי מנלן דלא מיחייבא
דכתיב כאשר ציוה אותו אלהים אותו ולא אותה וכו׳ :

Tanù Rabbanàn Docent Doctores: Pater tenetur in filio ſuo circumcidere illum, redimere eum; docere illum Legem, dare ei vxorem, & docere illum artem. Sunt qui dicunt, etiam natandi peritiam. [R. Salom. *Natare in fluuio, nè fortè aſcendat nauiculam, & nauicula demergatur, & ipſe incurrat periculum niſi ſciat natare*]. *R. Iudas dicebat: Qui non docet filium ſuum artem, docet illum latrocinium.*

xit ei : Ipſi exercitati erant in (literis) *defectiuis , & redundantibus , nos non ſumus ſic exercitati . Vlteriùs, quæſiuit Ràu Ioſeph : Verſus* ויתגלח Et radet ſe (Leuit. 13. 33.) *eſtne referendus ad hanc , an ad illam partem ? Dixit ei Auijè : Num etiam verſus non poterunt numerare ? Nec in verſibus numerandis ſumus exercitati . Quando venit Ràu Achà Bar Adà dixit : In Occidente* (in terra Iſraelis) *diſtinguunt hunc verſum in tres pauſas* , Et dixit Dominus ad Moſen (Exodi 19 9.) Ecce ego venio ad te in denſitate nubis . *Tanù Rabbanàn docuerunt Magiſtri : Octo mille octingenti octoginta octo verſus ſunt in libro Legis : plures ſunt in libro Pſalmorum , octo : pauciores ſunt in libro Paralipomenon octo .*

Prædicta annotare volui , vt ſciatur , vnde habeant Iudæi , quòd teneantur totum vitæ ſpatium in tres partes diuidere ; primam in lectura Sacrorum Bibliorum inſumere ; ſecundam in Miſcnæ ; tertiam in Ghemaræ , ſeu Talmudis ; & quia ſciri non poteſt ſpatium vitæ , ideò eas in tres dies hebdomadæ concluſerunt , in Sabbathum , diem Lunæ , & Iouis ; in his tribus diebus publicè in Synagogis Paraſciam Sectionem ex Pentateucho legunt, & priuatim aliam lectionem ex Miſcnà , & Talmude petitam recitant , vt notaui ſuprà Parte II. pagina 671. Placuit etiam annotare criticam illam obſeruationem de media litera , voce , & verſiculo libri Pentateuchi , & Pſalmorum ; vt videant Iudaicarum rerum ſtudioſi , Maſſaram longè ante Talmudem , & à priſcis illis Doctoribus in vſu fuiſſe , & à numeratione literarum , vocum , & verſiculorum Sacrorum Bibliorum eos vocatos

סופרים

יוסף ויתגלח מהאי או מהאי גיסא א״ל אביי פסוקי מיהת ליתו לימניוה בפסוקי נמי לא בקיאינן דכי אתא רב אחא בר אדא אמר במערבא פסקי ליה להאי קרא לתלתא פסוקי ויאמר יהוה אל משה הנה אנכי בא אליך בעב הענן : תנו רבנן שמנה אלפים ושמונה מאות ושמונים ושמונה פסוקים הויא ספר תורה יתר עליו תילים שמונה חסר ממנו דברי הימים שמונה :

Dixit Ràu Saphrà nomine Chaninà : Cur ſcriptum eſt (Deuter. 6. 7.) Et repetes ea (verba) filijs tuis ; *ne legas* ושננתם *Veſcinnantàm* & repetes ea , *ſed* ושלשתם *Veſcloſctàm* & triplicabis ea . *Semper homo in tres partes* (diuidet) *annos eius . Tertiam partem* (inſumet) *in lectura Sacrorum Bibliorum : Tertiam partem in Miſcnà ; & tertiam partem in Talmùd . Quis cognoſcit , quanta futura ſit vita , quæ forſan non ſufficiet pro diebus meis ? Idcircò vocati ſunt antiqui Doctores* סופרים *Sopherim Scribæ , quaſi diceres , Numeratores , quia numerabant omnes literas , quæ ſunt in Pentateucho Moſis , & dicebant* וא׳ו *Vàu vocis* גחון *Gachòn pectus* (Leuit. cap. 11. v. 42.) *eſt media litera Libri Legis* (Pentateuchi) דרש דרש Daròſc Daràſc quærendo quæſiuit , (Leuit. 10. 26.) *eſt dimidia dictio .* והתגלח Vehithgal'àch Et radet ſe , (Leuit. 13. v. 33.) *eſt dimidius verſus,* Conſumpſit eam aper de ſilua (Pſal. 80. 14.) עין *A'ain de* יער *eſt media litera Pſalmorum . Et* (Pſal. 78. v. 38.) והוא רחום יכפר עון Et ipſe eſt miſericors propitiabitur iniquitati , *eſt medius verſiculus* (in Pſalmis). *Quæſiuit Ràu Ioſeph* וא׳ו *Vàu vocis* גחון *Gachòn pertinetne ad hanc , vel ad illam partem ? Reſpondit : Afferamus Librum Legis , & numerabo illas . Nunquid dixit Rabbà Bar Bar Channà , eos* (Scribas) *non receſſiſſe inde , donec attuliſſent Librum Legis , & numeraſſent eas . Di-*

bunal hominum: Sed propter gladium filiorum Ammòn, non inuenitur Dauidem fuiſſe punitum, ſic nec propter Vriam Hethæum fuit punitus. Quænam eſt huius rei ratio? Quia Vria Hethæus erat rebellis Regno. Quia dixit (2. Sam. 11. 11.) Dominus meus Ioab.

Erronea doctrina, & contra Legem Diuinam, & humanam eſt docere: Eum qui mandat vt occidatur homo liberum eſſe: nam Leuit. 24. 17. iubetur ואיש כי יכה כל נפש אדם מות יומת : *Et Vir cùm percuſſerit omnem animam hominis moriendo moriatur*, quia qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. Et Lex Imperialis vltimo ſupplicio afficit tam mandantem, quàm mandatarium homicidam.

Excuſare volunt Dauidem ab homicidio apponendo Vriæ Herhæo crimen rebellionis in Dominum ſuũ Dauidem, quia Dominum ſuum Ioab vocauerit. At non aduertunt Talmudiſtæ, quòd cùm Ioab fuerit Princeps exercitus, omnium militum Dominus erat: & Vrias miles, quamuis primarius, ſubditus tamen illius erat, & benè Dominum ſuum vocare poterat. Vide Par. II. pag. 103. & ſeqq.

Pagina 49. b. ante medium. Quarundam Nationum prærogatiuæ deſcribuntur,

עשרה קבים חכמת ירדו לעולם תשעה נטלה ארץ ישראל ואחד כל העולם כולו : עשרה קבים יופי ירדו לעולם תשעה נטלה ירושלם ואחד כל העולם כולו עשרה קבים עשירות ירדו לעולם תשעה נטלו רומיים ואחד כל העולם כולו : עשרה קבים עניות ירדו לעולם תשעה נטלה בבל ואחד כל העולם כולו עשרה קבים גסות ירדו לעולם תשעה נטלה עילם ואחד כל העלם כולו וגסות לבבל לא נחית והכתיב ואשא עיני וארא והנה שתי נשים יוצאות ורוח בכנפיהם ולהנה כנפים ככנפי החסידה ותשאנה את האיפה בין הארץ ובין השמים

סופרים *Sopherim Scribas*, ſeù Numerantes.

Pagina 31. circa finem. De eo, qui cum præcepto, vel ſine præcepto operatur, an alter altero maius, vel minus meritum acquirat?

אמר ר' חנינא גדול מצווה ועושה ממי שאינו מצווה ועושה :

Dixit R. Chaninà: Maius meritum acquirit, qui præcepto tenetur, & facit, quàm qui præceptum non habet, & facit.

Hinc colligitur: Religiones, quæ votis aſtringuntur perfectiores eſſe ijs, quę ſine vllo voto voluntariè bona operantur.

De ritibus aſſurgendi Magiſtro, & parentibus multa ſequuntur pag. 32. 33. & 34.

De non addenda malitia ſuper malitiam, ne bilancibus, quæ alioquin ſunt æquales in meritis, & demeritis, addatur vnum demeritum, ita vt quæ eſt demeritorum infernè præponderet, & perdatur anima, pag. 40. b. Quia dicitur (Ezech. 33. 12.) *Iuſtitia iuſti non liberabit eum in die malitiæ eius.*

Ord. III. *Naſcim*, Cod. 3. *Kidduſcìn*, cap. 2. *Haiſc.*

Pagina 43. circa medium. De mandatario homicida.

האומר לשלוחו צא הרוג את הנפש הוא חייב ושולחיו פטור :

Qui dicit mandatario ſuo, exi, occide hominem, ipſe tenetur; mittens autem, ſeù mandans liber eſt.

Sciammài Senior dicebat de nomine Aggæi Prophetę: *Mittens eos tenetur, quia dicitur* (2. Sam. 12. 9.) Vriam occidit gladio filiorum Ammòn. *Quomodo igitur tenetur, qui mandat? Tenetur apud Tribunal Dei, non autem apud Tri-*

השמים ואומר למלאך הדובר בי אנה המה מוליכות
את האיפה ויאמר לבנות לה בית בארץ שנער ואמר
רבי יחנן זו חנופה וגסות הרוח שירד לבבל אין להכא
נחית ואשת רבובי הוא דאשת רבובי להתם דיקא נמי
דקתני לבנות לה בית ש״מ מינה איני והאמר מר סימן
לגסות עניות ועניות בבבל הוא דאיכא מאי עניות עניות
דתורה דכתיב (שיר ח׳ ׃ ח׳) אחות לנו קטנה ושדים
אין לה ואמר רבי יוחנן זו עילם שזכתה ללמוד ולא
זכתה ללמד ׃ עשרה קבים גבורה ירדו לעולם תשעה
נטלו פרסיים וכו׳ עשרה קבים כינים ירדו לעולם תשעת
נטלה מדי כולם עשרת קבים כשפים ירדו לעולם תשעת
נטלה מצרים כו׳ עשרת קבים נגעים ירדו לעולם תשעה
נטלו חזירים כו׳ עשרת קבים זנות ירדו לעולם תשעה
נטלה ערביא כו׳ עשרת קבים עזות ירדו לעולם תשעה
נטלה מישן כו׳ עשרת קבים שיחה ירדו לעולם תשעה
נטול נשים כו׳ עשרת קבים שברות ירדו לעולם תשעה
נטלו כושן כו׳ עשרת קבים שינה ירדו לעולם תשעה
נטול כל העולם כולו ואחד נטלו עבדים ׃

Decem Cabi ſapientiæ deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit terra Iſraëlis, & vnum reliquus mundus.

Decem Cabi pulchritudinis deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit Ieroſolyma, & vnum reliquus mundus totus.

Decem Cabi diuitiarum deſcenderunt in mundum, nouem abſtulerunt Romani, & vnum reliquus mundus totus.

Decem Cabi paupertatis deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit Babel, & vnum reliquus mundus totus.

Decem Cabi ſuperbiæ deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit Elam, & vnum reliquus mundus totus. Et ſuperbia in Babel nonne deſcendit? Legitur quidem (Zach. 5. 9.) Et leuaui oculos meos, & vidi; & ecce duę mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum; & eis erant alę ſicut alę Ciconiæ: & leuauerunt Ephà inter terram, & inter cælos. Et dixi ad Angelum loquentem in me: quò iſtę deducunt Ephà? Et dixit ad me: ad ædificandum ei domum in terra Scinàr. *Et dixit R. Iochanàn: Hæc eſt hypocriſis, & ſuperbia ſpiritus, quæ deſcendit in Babel. Ita eſt; hùc deſcendit, ſed poſtea ſeceſſit illuc* (in Elam). *Pondera diligenter illud:* Ad ædificandum ei domum, (ſed non ędificauit). *Inde habes, quòd ritè ſit deciſum. Vnde dicit Mor* (id eſt ille Dominus): *Signum ſuperbiæ eſt paupertas, & paupertas eſt in Babel. Quid eſt paupertas? Paupertas eſt carentia Legis, S. D.* (Cant. Cant. 8. 8.) Soror eſt nobis paruula, & vbera non ſunt ei. *Et dixit R. Iochanàn: Iſta eſt Elam, quæ meruit doceri, & non docere.*

Decem Cabi fortitudinis deſcenderunt in mundum, nouem abſtulerunt Perſæ, &c.

Decem Cabi pediculorum deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt Medi, &c.

Decem Cabi incantationum deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt Aegyptij &c.

Decem Cabi plagarum deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt porci, &c.

Decem Cabi ſcortationis, deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit Arabia, &c.

Decem Cabi impudentiæ deſcenderunt in mundum, nouem abſtulerunt מישן *Meſciàn. &c.*

Decem Cabi garrulitatis deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt mulieres, &c.

Decem Cabi nigredinis deſcenderunt in mundum; nouem acceperunt Aethiopes, &c.

Decem Cabi ſomni deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit vniuerſus mundus, & vnum reliquum ſerui acceperunt.

Somno, & quieti omnes ferè homi-

nes

nam Sacerdotalem ſemini Aharon, quia dicebant: Mater eius abducta eſt captiua in Modiim, [R. Salom. *Ciuitas eſt domus Machabæa, & qui in captiuitate fuit, ineptus eſt Sacerdotio, & duxit eam vir inops, & inuentus eſt profanus*]. *Et quæſita eſt res, nec inuenta. Et diuiſi ſunt Sapientes Iſraël in ira, quia ſcilicet Rex concitatus eſt contra illos. Et dixit R. Elièzer Ben Poijràh ipſi Iannài Regi: Quilibet idiota ex Iſraële ita cenſet. Et tu Rex, & Sacerdos magnus ſic eſt conditio tua, & quid faciam? Si tu audis conſilium meum, conculca eos, & Legem. Quid erit de ea?* [R. Salom. *Fortaſſe dabitur obliuioni. Dixit ei: Ecce* ס״ת *Sèpher Thorà Liber Legis colligatus, & repoſitus, & in medio eius præcepta, & non dabitur obliuioni*]. *Ecce ligata eſt, & repoſita in cornu anguli. quis addiſcere voluerit veniat, & diſcat. Dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaaci: Statim in eo diffuſa eſt hæreſis, quia fuerat ei dictum: Benè quidem eſt de Lege ſcripta; ſed de Lege* שבעל פה *Scebaàl pè ore tradita, quid ſibi vult* מיד *Mijàd ſtatim? Et erupit malum per manus Eleazaris Ben Poijràh*, [ותוצץ R. Salom. *& ſcintillauit*] *& interfecti ſunt vniuerſi Sapientes Iſraëlis, & mundus deſolatus eſt, donec venit Scimòn Ben Sciatàch, & reſtituit Legem ſuæ antiquitati.*

Huic Hiſtoriæ, ſiuè veræ, ſiuè fabuloſæ, vt prolixitatem vitaremus, non appoſuimus textum Hebraicum; ſi quis eum videre voluerit, adeat *En Iſraël* Par. II. pagina 55. colum. 3. num. 37. ibi eum reperiet. De huiuſmodi Rege Iannài vide Par. II. pag. 316.

Ord. III. *Naſcìm* Cod. 3. *Kidduſcìn* cap. 4. *Aſſarà Iuchaſsìn*.

Pa- nes dediti ſunt, excipiuntur ſerui, qui ad nutum Dominorum ſemper vigiles eſſe debent.

Ord. III. *Naſcìm*, Cod. 3. *Kidduſcìm* cap. 3. *Haomèr*.

Pagina 66. poſt medium. Narratur quędam Hiſtoria de cæde omnium Sapientum.

Hiſtoria Iannai Regis [R. Salom. *Ex Sacerdotibus familia Chaſmoneorum, ſeù Machabæorum*] *qui abijt in* כוחלות *Cochalòth* [R. Salomon: *Eſt nomen Prouinciæ*] *quæ eſt in deſerto, & ſubiugauit ibi ſexaginta Vrbes, & reuerſus eſt gaudio magno. Vocauit omnes Sapientes Iſraëlis, dixitque ad eos: Patres noſtri manducauerunt* מלוחים *Meluchìm* [Rabbì Salomon: *Sunt olera. Alijs eſt Vrtica.*] *tempore, quo dabant operam ædificando Sanctuario, nos etiam manducemus Meluchìm Vrticas ob memoriam patrum noſtrorum, & poſuerunt Meluchìm ſupra menſam auream, & comederunt. Fuit ibi quidam deriſor corde malus, & belial, qui dicebatur Eleàzar Ben* פועירה *Poijràh, is dixit Regi Iannài: Cor Peruſcìm* (Phariſæorũ qui ſunt tibi auerſi, nec lætantur de proſperitate tua) *eſt in manu tua. Et quid faciam? Erige illos cum lamina ſacra, quæ eſt inter oculos tuos.* [R: Sal. *Et quid faciam, vt ſciam rem ita ſe habere? Pone laminam ſacram tibi in fronte tua, & ſtent ſuper pedes ſuos, quia Dominus ſcriptus eſt in lamina, & ipſi reuelabunt cor eorum, licèt non ſit hora miniſterij ſacri*]. *Erexit eis laminam, quam habebat inter oculos. Erat ibi ſenex quidam nuncupatus Iudas Ben* גדידים *Ghedidìm, qui dixit Regi: Iannài Rex* רב לך

כתר מלכות הנח כתר כהונה לזרעו של אהרן:
nimis tibi eſt Corona Regni, depone Coro-

ego ſcribor, ego legor; Ego ſcribor cum י *Iod* הי *He, & legor cum* אלף *Aleph* דלת *Dàleth. Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Olim nomen 12. literarum tradebant illud cuicumque hominum,* [R. Salom. *Nominis quatuor literarum lectionem, & ſcriptionem, atque interpretationem ipſius tradiderunt Sapientes.* לעלם *ac ſi ſcriptum eſſet* לחעלים *ad abſcondere faciendum. Scriptum eſt:* Hoc eſt nomen meum; & hoc eſt memoriale meum, *colliguntur ex hoc eſſe duo Dei nomina, alterum legendum, alterum ſcribendum. Nomen 12. literarum, & nomen 42. literarum nobis non declarauerunt antiqui.*] *ſed poſtquam multiplicati ſunt inuerecundi, tradiderunt illud Verecundis in Sacerdotio, & Verecundi Sacerdotes deglutiebant illud inter pronunciandū* (quando ſcilicet benedicebant populum) *ſuauitate Vocis fratrum ſuorum.* [R. Salom. *Sacerdotes ipſi quando non benè callebant illud, & benedicebant populo cum nomine quatuor literarum, quando producebant Vocem ſuauitate, illi feſtinabant deglutire nomen 12. literarum, & non audiebatur publicè à multis propter ſuauitatem Vocis ſociorum ſuorum*]. *Tanà Eſt traditio: Dixit R. Tarphòn: Aliquando aſcendi poſt fratrem matris meæ in ſuggeſtum, & inclinaui aurem meam ad Sacerdotem magnum, & audiui quòd deglutiebat nomen cum dulcedine fratrum ſuorum Sacerdotum.* [R. Salomon: *Poſt fratrem matris meæ, quia erat Sacerdos, & R: Tarphòn etiam erat Sacerdòs, vt habetur in Toſaphtà Codicis Chetubòth.*] *Dixit R. Iudas: Nomen 42. literarum non tradunt illud niſi verecundo, homini humili, & ſit in medio itineris vita ſua, non iracun-*

Pag. 71. longè poſt med. De nomine Dei Tetragrammaton.

אמר רבה בר בר חנה אמר רבי יוחנן שם בן ארבע
אותיות הכמים מוסרין אותו לתלמידיהן פעם אחת
בשבוע ואמרי לה פעמים בשבוע אמר רב נחמן בר
יצחק מסתברא כמאן דאמר פעם אחת בשבוע דכתב
(שמות ג׳ : ט״ו) זה שמי לעולם לעלם כתיב רבא סבר
למידרשיה בפירקא אמר ליה ההוא לעלם בתיב רבי
אבינא רמי כתיב זה שמי וכתיב (שם) וזה זכרי אמר
הקב״ה לא כשאני נכתב אני נקרא נכתב אני ביו״ד ה״י
ונקרא באל״ף דל״ת ׃ תנו רבנן בראשונה שם בן שתים
עשרה אותיות היו מוסרים אותו לכל אדם משרבו
הפריצים היו מוסרים אותו לצנועים שבכהונה והצנועים
שבכהונה מבליעים אותו בנעימת אחיהם ׃ תניא אמר
ר׳ טרפון פעם אחת עליתי אחר אחי אמי לדוכן והיטיתי
אזני אצל כהן גדול ושמעתי שהבליע שם בנעימת אחיו
הכהנים אמר רב יהודה אמר רב שם בן ארבעים
שתים אותיות אין מוסרין אותו אלא למי שצנוע ועניו
ועומד בחצי ימיו ואינו כועס ואינו משתכר ואינו
מעמיד על מדותיו וכל היודעו והזהיר בו והמשמרו
בטהרה אהוב למעלה ונחמד למטה ואימתו מוטלת על
הבריות ונוחל שתי עולמים העולם הזה והעולם הבא ׃

Dixit Rabbà Bar Bar Channà, dixit R. Iochanàn: Nomen quatuor literarum Sapientes tradunt illud diſcipulis ſuis ſemel in hebdomada. [R. Salom. *Lectione, & ſcriptione ſua vnà cum ſua explanatione tradebant Doctores ſemel in hebdomada*]. *Et dicito ei diuerſis vicibus in hebdomada. Dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaac: Exiſtimatur hinc, quod dixerat ſemel in hebdomada, S. D.* (Exod. 3. 15.) Hoc nomen meum in ſeculum לעלם ad abſcondendum *ſcriptum eſt. Rauà exiſtimauit ſe explicare hoc in concione. Dixit ei quidam ſenex: Aduerte quòd ſcriptum eſt* לעלם ad abſcondendum. *R. Auinà arguebat, ſcribitur:* Hoc eſt nomen meum, *& ſcribitur* (Ibidem) & hoc memoriale meū. *Dixit Deus ſanctus benedictus: Non vt*

alia ſimilis Vrſo. Iſti ſunt Perſæ, qui comedunt, & bibunt inſtar Vrſi; ſunt carne onuſti inſtar Vrſi; nutriunt pilum, vt Vrſus; non poſſunt quieſcere vt Vrſus. [R. Salom. *Vrſus nunquam quieſcit, & quando eſt ligatus hinc inde ſemper mouetur*) R. Amè quando Perſam equitantem videbat, dicebat: Hic eſt Vrſus, qui vagatur. Dixit Rabbì ad Leuì: [R. Salom. *Erat Leui facetus, & abundans parabolis*] Oſtende mihi Perſas, id eſt aſſimila mihi illos. Dixit ei: Perſæ ſunt ſimiles copijs Domus Dauid, id eſt ſunt fortes, & belligeri: Oſtende mihi ſocios. [R. Salom. *Populum Perſis finitimum, raptorem, deprædatoremque, ſuper quàm eſſent Perſæ*.] Sunt ſimiles Angelis vaſtatoribus. Oſtende mihi Iſmaëlitas. Sunt ſimiles Hircis latrinarum. [R. Salom. *Iſti ſunt qui incedunt amictu nigro, & ſimiles ſunt Dæmonibus*.] Oſtende mihi Diſcipulos ſapientes, Rabbinos ſtudentes Legi in Babel. Iſti ſunt ſimiles Angelis adminiſtratorijs. [R. Salom. *Qui amicti ſunt ſtolis albis*: Sic legitur (Dan. 10. v. 5.) *Vir veſtitus lineis*. Sic de Rabbì legitur, quòd erat amictus ſindone, & ſedebat; & Angeli habent veſtes albas ſed multicolores.

De hiſce obtrectatoribus contra Perſas, & Iſmaëlitas, & laudatoribus Rabbinorum Babylonicorũ vide *En Iſraël* Par. II, pag. 57, col. 3. num. 48.

Ibidem linea vltima, & verſa pagina in principio: Eodem die, quo aliquis celebris homo moritur, naſcitur & alius, ſic dicunt -

אדא בר אהבה יש בה היום יושבת בחיקו של אברהם
היום נולד רב יהודה בבבל דאמר מר כשמת רבי
עקיבא נולד רבי כשמת רבי נולד רב יהודה בשמת

cundo, non ebrioſo, non pertinaci, Et quicunque ſcit hoc nomen, reſpicit, & cuſtodit cum munditia, amatur a ſupernis, deſideratur ab infernis, & timore ſuper creaturas ducitur; id eſt in reuerentia, & in obſeruatione. Et heres eſt ſeculi præſentis, & ſeculi futuri.

De nomine Dei Tetragrammaton quomodo pronunciari debeat iam diximus ſuprà pag. 404. vbi probatur יהוה legendum pro ארני. Sed ratio, quam affert R. Salomon, quòd ſint duo nomina indicata illis verbis: *Hoc eſt nomen meum*, & *Hoc eſt memoriale meum*, caret ſtabili fundamento; quia *memoriale meum* dicitur de *nomine meo*.

Quòd autem hìc dicitur de Summo Sacerdote, qui quando Dei nomen quadriliterum pronunciabat deglutiebat illud, vt R. Tarphòn erectis auribus poſt Summum Sacerdotem vix audierit, non congruit cum eo, quod in Talmude dicitur (vt ſuprà pag. 426. 2. obſeruatum eſt) pronunciante Summo Sacerdote nomen Dei ineffabile, vocem ipſius auditam fuiſſe vſque Iericho. Et licèt dicatur, hoc contigiſſe in die Expiationum, & deglutitionem contigiſſe in ſuggeſtu, quando de more benedicebat populo, nihilominùs nulla congrua ratio aſignari poteſt, quod in hac pronunciatione quadriliteri nominis modò non audiretur à circumſtantibus, & modò audiretur ab his, qui per tot milliariorum ſpatia ab Ieruſalem habitarent. Itaque dicendum omnes eſſe fabulas à Talmudiſtis adinuentas.

Pagina 72. longè poſt medium: Antiquorum Perſarum facies, & mores deſcribuntur. Dicitur enim ad locum Danielis (cap. 7. 5.) *Et ecce beſtia*

Ord. III. *Naſcim* Cod. 4. *Ghittin* cap. 3. *Col ghèth*.

Pagina 31. b· longè poſt medium.

אמר רב חנן בר רבה אמר רב ארבע רוחות מנשבות בכל יום ורוח צפונית מנשבת עם כולן שאילמלא כן אין העולם מתקיים אפילו שעה אחת ורוח דרומית קשה מכולן ואלמלא בן נץ מעמידה מחרבת את כל העולם כולו מפני שנאמ׳ (איוב לט : כו׳) המבינתך יאבר נץ יפרוש כנפיו לתימן ׃

Dixit Ràu Chanàn Bar Rabbà, dixit Ràu: Quatuor venti perſlant omni die, & Aquilo cum omnibus; quia niſi ſic eſſet, mundus non ſtaret, vel momento vno. Et ventus Auſtralis omnium grauiſſimus eſt; & niſi fuiſſet בן נץ Ben Netz *retinens eum, deſtruxiſſet totum mundum, S. D.* (Iob 39. 26.) Nunquid propter intelligentiam tuam volabit *Netz* נץ Accipiter, extendet alas ſuas ad Auſtrum? [R. Salom. *Ventus Boreas facilis, & temperatus, nec calidus, nec frigidus eſt, & temperat alios ventos.* בן נץ Ben Netz *filius Accipitris: eſt Angelus ad formam Accipitris factus.*]

Hanc eandem fabulam refert R. Salomon ad hunc locum Iob, & nos retulimus inter portentoſa commenta Rabbinorum in Diſſertatione de Angelis Par. Prima pag. 339. col. 2. §. 24. Eandem reperies in *En Iſraël* Par. II. pag. 26. col. 2. num. 7. circa medium.

Ord. III. *Naſcim* Cod. 4. *Ghittin* cap. 4. *Haſcioleach*.

Pagina 40. longè poſt principium.

An ſeruus, ingenuorum opera faciens libertatem acquirat.

אמר ר׳ יחושע בן לוי עבד שהניח תפילין בפני רבו יצא לחירות מיתיבי לוה הימנו רבו או שעשאו רבו אפוטרופוס או שהניח תפילין בפני רבו או שקרא שלשה פסוקי׳ בבית הכנסת מפני רבו הרי זה לא יצא לחירות

אמר

רב יהודה נולד רבא כשמת רבא נולד רב אשי ללמדך שאין צדיק נפטר מן העולם עד שנברא צדיק כמותו שנ׳ (קהלת א׳ ׃ ה׳) וזרח השמש ובא השמש עד שלא כבתה שמשו של עלי זרחה שמשו של שמואל הרמתי שנא׳ (שמואל א׳ ׃ ג׳ ׃ ג׳ ׃) ונר אלהים טרם יכבה ושמואל שוכב וגו׳ ׃

Adà Bar Ahauàh eſt in ea hodie ſedens in ſinu Abrahæ, hodie naſcitur Ràu Iehudàh in Babel. Quia dixit Mor: Quando mortuus eſt R. Akibà natus eſt Rabbì. Quando mortuus eſt Rabbì natus eſt Ràu Iehudà. Quando mortuus eſt Ràu Iehudà, natus eſt Rauà. Quando mortuus eſt Rauà natus eſt Ràu Aſcè, vt docearis, quòd nullus Iuſtus diſcedit ex hoc mundo, donec alius ſimilis ei Iuſtus creetur, S. D. (Eccleſ. 1. 5.) Et oritur Sol, & occidit Sol, *non extinguitur Sol Eli, donec oriatur Sol Samuelis Haramathai, S. D.* (1. Sam. 3. 3.) Et lucerna Dei antequam extingueretur, & Samuel cubabat &c.

Notandum eſt in hoc loco Talmudis, quòd antiquiſſimus eſt modus loquendi de animabus iuſtorum, eas collocari in ſinu Abrahæ. Et Eccleſia Catholica pro animabus, quæ in vnitate fidei decedunt, orat, vt eas in ſinum Abrahæ Angeli deducant. In eo, quod obſeruatur de quibuſdam Rabbinis, qui eadem die, qua mortui ſunt, eadem die orti pariter ſint alij æqualis, vel maioris virtutis quàm fuerint illi, qui deceſſerant; ſtare quis poterit, ſi voluerit, dictis Talmudiſtarum prædicta referentium, cùm nihil ad religionem iſta pertineant; ideòque ſine cenſura relinquuntur. Eadem referuntur in *En Iſraël* Parte II. pagina 57. col. 4. num. 49. Et finem imponimus Cod. *Kidduſcin*.

Hiſce paucis verbis oſtenditur poſtrema facies gentis Iudaicæ, & quomodo ad necandum eos tempore belli, propoſitis etiam præmijs, decreto publico, omnes hortabantur.

Ibidem immediatè. Quinam fuerint in cauſa, vt Ieruſalem deſtrueretur.

Dixir R. Iochanàn: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Prou. 28. 14.) *Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus?*

אקמצא ובר קמצא חריב ירושלם אתרנגולא ותרנגולתא הריב טור מלכא אשקא דריספק חריב ביתר אקמצא ובר קמצא חריב ירושלם דההוא גברא דרחמיה קמצא ובעל דבביה בר קמצא עבד סעודתא אמר ליה לשמעיה זיל איתי לי קמצא אזל איתי ליה רב קמצא אתא אשכחיה דהוה יתיב אמר ליה מכדי ההוא גברא בעל דבבא דההוא גברא הוא מאי בעית הכא קום פוק אמר ליה הואיל ואתאי שבקן ויהיבנא הלך דמי מה דאכילנא ושתינא אמר ליה לא וכו׳ :

Propter Akamtzà, & Bar Kamtzà deſtructa eſt Ieruſalem. Propter Gallum, & Gallinam deſtructus eſt mons Regis. Propter rotam currus deſtructa eſt Bither. Propter Akamtzà, & Bar Kamtzà deſtructa eſt Ieruſalem, quia fuit quidam, qui Kamtzam diligebat, & inimicus erat Bar Kamtza; hic prandium fecit, & dixit ſeruo ſuo, Vt Kamtzam ad prandium inuitaret: abijt ſeruus, & inuitauit Bar Kamtzam, conduxitque eum ad conuiuium. Venit Dominus conuiuij, & inuenit illum ſedentem, dixitque ei: Quid vis hic? Surge, & exi. Reſpondit ei: Poſtquam ego veni ſine me, & ego tibi ſoluam pecuniam omnium, quæ ego comedam, & bibam. Dixit ei: Non. &c. Vlteriùs non appono textum Hebraicum, prolixitatis euitandæ gratia. *Rurſus dixit ille: Ego ſoluam tibi pretium medietatis totius conuiuij. Reſpondit: Non. Iterum ſubiun-*

אמר רבה בר בר שילא כשרבו הניח לו תפולין כי אתא רב דימי אמר רבי יוחנן מי שאמר בשעת מיתתו פלונית שפחתי אל ישתעבדו בה לאחר מותו כופין את היורשין לה גט :

Dixit R. Iehoſciùa Ben Leuì: Seruus, qui induit Thephillìn coram hero ſuo, exit in libertatem. Oppoſuerunt: Mutuo accipit ab eo herus eius; Vel quia facit eum heres eius procuratorem, vel quia ponit ſibi Thephillìn coram hero ſuo, Vel quia legit tres Verſiculos in Synagoga coram Domino ſuo, en iſte non exit in libertatem. Dixit Rabbà Bar Bar Scilà: quando Dominus eius ponit ei Thephillin. Quando venit Ràu Dimì, dixit Ràu Iochanàn: Quicumque dixit in hora mortis ſuæ: N. ancilla mea non ſubijcietur ſeruituti. Poſt mortem ipſius coguntur heredes dare illi libellum libertatis.

Hæc Talmudiſtarum lex eſt admodum fauorabilis ſeruis Iudæorum.

Ord. III. *Naſcìm* Cod. 4. *Ghittìn* cap. 5. *Hannezakìn*.

Pagina 55. b. non longè ante finem.

אמר רבי אסי שלשה גזירות גזרו גזרתא קמייתא כל דלא קטיל ליקטלוהו מציעתא כל דקטיל לייתי ארבע זוזי בתריתא כל דקטיל ליקטלוהו הלכך קמייתא ומציעתא כיון דקטלי אגב אונסי׳ גמר ומקני בתריתא אמרי האידנא לישקול למחר תבענא ליה בדינא :

Dixit R. Aſè: Tres ſententias promulgarunt. Primam, qui non occidit, occidatur. Secundam, Qui occiderit, dabitur ei ſcuta quatuor. Poſtremam: Qui occiderit, occidant eum. [R. Salom. dicit: *Huiuſmodi ſententias fuiſſe promulgatas tempore belli Titi. Illarumque ſenſum eſſe. Qui non occidit Iſraëlitas, tempore belli occidatur. Qui eos occiderit per idem tempus, per ſingulos accipiet quatuor ſcuta, & qui occiderit extra belli tempus, occidatur.*

per nos, & ſuper filios noſtros.

De deſolatione Montis Regis patrata ab exercitu Romanorum propter Gallum, & Gallinam diximus ſuprà Par. I. pag. 532. & de deſolatione Bitheris Vrbis præter pauca, quæ dicta ſunt in P. I. pag. 555. col. 1. & P. II. pag. 723. col. 1. & fuſiùs dicemus in R. Akibà. Vide eandem hiſtoriã in *En Iſraël* P. II. pag. 27. col. 1. n. 16. & p. 28. col. 2. n. 24.

Pag 56. non longè ante fin. Quædam, quæ tempore obſidionis Ieruſalem per Veſpaſianum acciderunt, referuntur, & de aduentu Titi, de ingreſſu ipſius in Templum, & de rebus ab eo geſtis, vſque ad reditum in Vrbem, & de illius morte. Non apponuntur Hebraica verba ob ſtudium breuitatis.

אבא סיקרא ריש בריוני דירושלם וכו'.

[Abbà Sikrà Caput nebulonum Ieroſolymitanorum filius Sororis Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài miſit ad eum, [*R. Salom. Rabbàn Iochanàn*]. Veni occultè ad me. Venit, dixit ei (R. Iochanàn): Quouſque ſic facitis; & occiditis mundum fame? Dixit ei: Quid faciam, quia, ſi dixero eis quidquam, occident me. Dixit ei (Rabbàn Iochanàn): Viſum eſt mihi remedium exeundi, [R. Salom. *Aiebat Rabbàn Iochanàn, quòd dimittant me, vt exeam ex Vrbe*] forſan erit parumper liberationis. Dixit ei (Abbà Sikrà): Collige animam tuam [R. Salom. *Robora te ipſum veluti infirmus, qui eleuat vocem ſuam, quia tu es infirmus, & veluti moribundus*], Et poſt pauca: Fecit ſic. Introiuit cum eo (in arcam) R. Eliezer ex vno latere, & R. Ieoſciùa ex altero. Quando venerunt ad portam, voluerunt (ſatellites) confodere eum lanceis. Dixit eis [R. Salom. *...xit: Soluam tibi quicquid pecuniarum pro toto conuiuio inſumpſiſti. Reſpondit: Non. Extendit manus ſuas in eum, & eiecit extra. Et dixit: Poſtquam ſederant Rabbanàn, neque quicquam de hac re dixerant, ſequitur inde, quòd ipſi aſſentiti fuerint. Abijt, & accuſauit eos apud Regem, & ſic effatus eſt coram Cæſare: Iudæi rebellarunt in te. Dixit Cæſar: Quis dicit hoc: Dixit ei: Mitte eis Sacrificium, ſeù munus, videbis ſi accipiant illud. Abijt, miſit per manus eius vitulos tres. Dum iret, fecit in eo maculam in labio ſuperiori. Et dixerunt de eo: Explorandi cauſa venerunt, quia rebus noſtris macula eſt, ſed ſuis rebus non eſt macula. Putauerunt Rabbanàn fore recipiendum ob bonum pacis totius Regni. Dixit eis R. Zacharias Ben* אבקולס *Aukolàs: Dicent: Vitioſa offerent ad Altare. Cogitauerunt occidere, ne inde diſcederet. Dixit eis R. Zacharias: Dicent propter vitium in Sacris occidetur? Dixit R. Iochanàn: Propter iniquitatem R. Zachariæ deſtruxerunt Domum noſtram, combuſſerunt Templum noſtrum, & abire fecerunt nos in exilium, &c.*

Ex hac hiſtoria habetur, quòd non ſolùm Kamtzà, & Bar Kamtzà fuerunt in cauſa deſolationis Ieruſalem, & Templi, ſed etiam R. Zacharias Ben Aukolàs ob malum ipſius conſilium fuit cauſa deſolationis populi Iudaici. Sed vera cauſa euerſionis Templi, & Vrbis Ieroſolymorum, & vniuerſi populi diſperſionis fuit occiſio Iuſti, Meſſiæ, & Regis Iudæorum IESV CHRISTI Domini Noſtri, contra quem eleuatis vocibus petierunt à Pilato vt crucifigeretur, & ſuper ſe huiuſmodi horrendum facinus recipientes, dixerunt: *Sanguis eius ſu-*

nit nuncius Roma. Dixit ei: Surge, quia mortuus eſt Cæſar, & Romani Senatores conſtituerunt te Caput. Interim ei ligabant calceamentum; Voluerunt calceare alterum, & non potuerunt: voluerunt exuere primum. & non potuerunt, quia membra dilatantur ad bonum nuncium. Dixit ei: Non moleſtè feras; bonum nuncium venit ad te, quia ſcriptum eſt (Prou. 15. v. 30) *Et auditio bona oſſa impinguabit*. Sed quale huic rei adhibendum eſt remedium? Pertranſeat ante te quidam, qui maior te exiſtimet ſe eſſe, & tolletur impedimentum, quia ſcriptum eſt (Ibid. 17. 22.) *Et ſpiritus attritus ſiccabit os*. Ita fecit, & induit illud. Dixit ei (Veſpaſianus): Quandoquidem vos eſtis adeò ſapientes; cur vos non veniſtis? Reſpondit: Et nonne ego dixi tibi? Dixit ei: Ego etiam dixi tibi. Rurſus ait: Eundo ibo: Virum alterum mittam. Sed vis à me aliquid quod dem tibi? Reſpondit תן לי יבנה וחכמיה ושושילתא דרבן גמליאל ואסוותא דמסיין ליה לרבי צדוק :

Da mihi Iaunè, & Sapientes eius, & dominatorem de familia Rabbàn Gamlielis. [R. Salom. *Ne occidas eos, ne fortè deficiat dominium Domus Dauid*.] Et Medicos da mihi de viris tuis, qui medeantur R. Tzadòk. [R. Salom. *Qui deglutire non poteſt cibum, quia conſtricta ſunt viſcera eius à ieiunio*.] Dixit inſuper R. Ioſeph, alij dicunt R. Akibà. *Conuertens Sapientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam faciet*. Si vis dicam ei, vt dimittant eam hac vice, & ipſe exiſtimauit non modò tantùm, ſed & vlteriùs & libatio parua ei non facta eſt. Medicina, quæ ſanitatem reſtituit R. Tzadoko, quænam fuit: Prima die propinarunt

lom. *Abbà Sikrà*]: Dicent, Magiſtrum confoderunt. [Salom. *Dicent Romani contra vos: etiam Magiſtrum ſuum lanceis confoderunt*.] Voluerunt impellere eum. Dixit eis (Abbà Sikrà): Dicent etiam Magiſtrum ſuum impellerunt. Aperuerunt ei portam, exijt. Quando venit illuc (id eſt coram Veſpaſiano) dixit: שלמא עלך מלכא שלמא עלך מלכא

אמר ליה מחייבת תרי קטלא חדא דלאו מלכא אנא וקא קרית לי מלכא ותו אי מלכא אנא עד האידנא אמאי לא אתית לגבאי וכו' : Pax ſuper te Rex: pax ſuper te Rex. Dixit ei (Veſpaſianus): Dignus es morte duplici: Vna, quia ego non ſum Rex, & vocaſti me Regem. Inſuper ſi Rex ego, cur hactenus non veniſti ad me? Reſpondit (Rabbàn Iochanàn): Quòd dixiſti: Non ſum Rex ego, pax ſuper te Rex, [R. Salom. *Rex tu futurus es*] quia ſi tu non fuiſti Rex, in manu tua non data fuiſſet Ieruſalem, quia ſcriptum eſt (Iſai. 10. 34.) *Et Libanus in forti cadet*, & non eſt fortis niſi Rex, vt ſcribitur (Ierem. 30. 21.) *Et erit fortis eius ab eo, &c.* Et non eſt Libanus niſi Sanctuarium, S.D. (Deuteron 3. 25.) *Montem bonum iſtum, & Libanum*. Et quòd ais; Si Rex ego, quare non veniſti ad me? Dum ſumus inter nebulones, non ſinunt nos abire. Dixit ei (Veſpaſianus): Si dolium mellis, & draco inhæret ei, non fregiſſes vas mellis propter Serpentem? [R. Salom. *Vt abiret ſibi draco*?] ita tu debebas rumpere murum Ciuitatis, & illam incendere, vt expelleres huiuſmodi nebulones. Tacuit, reaſſumpſit pro eo Ràu Ioſeph, eſt qui dicit R. Akibà (Iſai. 44. 25.) *Conuertens Sapiens retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam faciet*,] Et paulò infrà: [Ve-

geretur. Dixit: puto quòd iſte Deus Hæbreorum nihil potentiæ habeat niſi tantùm in mare. Pharao demerſus eſt aquis; Siſara in aquis; Sic modo ſtat contra me, vt ſubmergat me in aquis. Si potens eſt, aſcendat in aridam, & faciat mecum bellum. Exijt vox, & dixit ei: Impie fili impij, nepos Eſau impij; creatura quædam leuiſſima eſt mihi in mundo meo, & dicitur יתוש *Iatùſc* muſcilio. Et quare vocatur creatura leuis? Quia habet introitum, & non exitum. [B. Salom. *Id eſt habet os per quod cibum recipiat, ſed non habet exitum per quem egerat.*] Aſcendam in aridam, & faciam cum eo bellum. Aſcendit in ſiccum, venit יתוש *Iatùſc* muſcilio, & ingreſſus eſt nares eius, & perforauit cerebrum eius in ſeptem annis. Quadam die tranſiuit ante portam cuiuſdam fabri ferrarij, audiuit vocem mallei, ſiluit, dixitque inuentum eſt remedium. Quotidiè ad ſe venire faciebat fabrum ferrarium, qui coram eo malleo percutiebat. Huic gentili dedit quatuor ſcuta. Iſraëlitæ cuidam dixit: Sufficit tibi te vidiſſe inimicum tuum triginta diebus, quibus quotidiè eodem modo faciebat. Hinc & deinceps quando percutiebat, percutiebat. Tanià eſt traditio: Dixit R. Pinchàs Ben ערובא Arubà: Ego fui Romæ inter Magnates, & quando mortuus eſt (Titus) fiderunt cerebrum eius, & inuenerunt in eo ſicut auiculam domeſticam, hirundinem ponderis duorum ſiclorum. In Miſcnà, Tanà eſt traditio; Sicut pipionem vnius anni pondo duarum librarum. Hinc habemus, quòd roſtrum æreum, & vngues ferreas &c. Quando obijt, dixit eis: Cremate illum. Et ſparſerunt cineres eius ſeptem die-runt ei aquam, cui impoſito furfure poſtea percolata fuerat. Altera die aquam דסיפקא *Siphaka* [R. Salom. *Aquam furfuris groſſioris cum farina, quouſque viſcera dilatata fuiſſent paulatim*]. Abijt (Veſpaſianus) miſit Titum ſceleſtum, qui dixit: Si Deus eorum eſt צור *Petra* (Deuteron. 32. 4.) *Sperent in eo.* Iſte eſt Titus impius, qui blaſphemauit, & exprobrauit Deo. Quid fecit? Tenuit meretricem manu ſua, & ingreſſus eſt Sancta Sanctorum, extendit Librum Legis, & admiſit ſuper eam ſcelus, & accepit gladium, & ſcidit velum, & factum eſt miraculum, & vndabat ſanguis, & exibat, & putauit ſeipſum occidiſſe, S.D. (Pſal. 74. 4.) *Rugierunt hoſtes tui in medio ſolemnitatis tuæ. Poſuerunt ſigna ſua ſigna.* Abbà Chanàn dicit: Quis ſicut tu fortis Domine, quis ſicut tu fortis, & durus, quia tu audis blaſphemias, & probra huius impij, & taces? Rabbì Iſmaël. Tanà Eſt traditio (Exodi 15. 11.) *Quis ſicut tu* באלים יהוה *in Dijs Domine.* (ſed lege) באל מים *in Deo aquarum:* Quid fecit? Accepit Velum (Templi) & fecit illud quaſi corbem (veluti ſarcinam mercatoriam (come vna balla) incluſit in eo omnia vaſa Sanctuarij, & poſuit in naui, vt in triumphum adduceret in Vrbem, S.D. (Eccleſ. 8. 10.) *Et tunc vidi impios ſepultos, & venerunt, & à loco ſancto ibunt & obliuioni tradentur in Vrbe, qua ſic ſecerunt.* Ne legas קבורים *ſepultos*, ſed קבוצים *congregatos*; ne legas וישתכחו *& obliuioni tradentur*, ſed וישתבחו *& lætabuntur.* Alij dicunt, ſepulcra propriè; quia etiam res quæ erant abſconditæ, reuelatæ, & detectæ ſunt eis. Orta eſt tempeſtas in mare, ita vt penè ſubmer-

tionem rerum geſtarum à Tito contra Iudæos, introducitur idem Titus, vt teſtimonium ferat in fauorem Iudæorum. Dicitur enim à mortuis excitatum per Necromantiam ab Onkeloſo nepote ſororis ſuæ filio; ſed quia intolerabilis blaſphemia contra Chriſtum Dominum hìc continetur, eam referre in hoc loco ſuperſedemus, illam reijcientes in opportuniorem, quando ſcilicet de Meſſia Iudæorum peculiarem diſſertationem inſtituemus, vbi blaſphemiæ omnes, quæ contra IESVM CHRISTVM Dominum in Talmude proferuntur, examinabimus, & reijciemus. Huius fabulæ locum citaui in *Onkeloſo* Par. I. huius Bibliothecæ pag. 405. & aliquam illius partem retuli in *Bilàam Ben Beòr* pagina 670. col. 2. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 28. col. 2. num. 23. vbi tamen in nouis editionibus blaſphemia contra Chriſtum expuncta eſt.

Pagina 57. Poſt euomitionem blaſphemiarum contra Dominum IESVM CHRISTVM, ſequitur narratio inauditæ fabulæ Montis Regis Prouincię Terræ Iſraëlis, in quo volunt fuiſſe ſexaginta myriades Ciuitatum, & à militibus Romanis fuiſſe euerſas, eam non refero in hoc loco, quia iam in Prima Parte retuli. Vide ibidem pag. 532. Habetur etiam in *En Iſraël* pag. 28. columna 2. num. 24.

Ibidem de Terra Iſraëlis magnitudine mira dicuntur, quaſi loquerentur Talmudiſtæ cum cippis, & arborum truncis. Equidem ita erant idiotæ illi Babylonici Iudæi, qui ſine aliquo diſcurſu credebant Rabbinis ſuis, licet dixiſſent, ſiniſtram Ràu fuiſſe dexteram, & dexteram Samuelis fuiſſe ſiniſtram.

Ibi-

diebus, ne Deus Iudæorum illum inueniret, & conſtitueret ad Iudicium.]

Ex paucis filis veris, immixtis cum imaginarijs, & fictitijs tela vndique vera nullatenus fieri poteſt. Huius hiſtoricę telæ ſtamina ſunt vera ex parte; quia verum eſt Veſpaſianum contra Iudæos ex Senatus Conſultu bellum inchoaſſe. Verum etiam eſt, cùm bellum gereret in Iudæos, Imperatorem ſalutatum fuiſſe, & belli Iudaici proſequendi curam filio ſuo Tito demandaſſe. Eiuſdem autem hiſtoricæ telæ ſubtegmina omninò fabuloſa ſunt, & à feraciſſimis Rabbinorum intellectibus intertexta; & vt veritatis lumen in eis aliquale refulgeat, abuſu Scripturarum ea fulciri conantur. Horum fraus cognoſcitur quotieſcumq; citato aliquo loco Scripturæ, ſubditur, *Ne legas ſic, Vt ſcribitur in textu, ſed ſic*, ſcilicet ſecundùm deprauatam literam à Rabbino excogitatã impertinentem, vt inde quandoque impius ſenſus ex Dei verbo eliciatur. Ex his igitur fabuloſis commentis, liuorem, quem contra Titũ habent, oſtendere ſtudent, qui (teſte Ioſepho lib. 7. de bello cap. 10.) humanior, & benignior erga Iudæos ſe exhibuit magis, quàm Iudæi ſe geſſerint contra Vrbem. Soli igitur Talmudiſtæ inuehunt in Titum, quem reliqui Scriptorũ vnanimi conſenſu humani generis delicias fuiſſe aſſeuerant. De beneuolentia, clementia, & manſuetudine Titi Imperatoris vide Sueton. cap. 8. & 9. & de eius morte cap. 10. & 11.

De hac Talmudica Titi, & Veſpaſiani hiſtoria videndus eſt etiam *En Iſraël* Par. II. pag. 27. col. 31. num. 20. & pag. 28. col. 1. num. 22.

Pagina 56. b. immediatè poſt narra-

lia plantare pinum ; quando vero nubebant, amputabant (has arbores), *& ex eis faciebant Thalamum. Accidit quadam die, vt filia Cæſaris tranſiret per viam, prope quam huiuſmodi cedri cædebantur,*) & impingens currus, quo vehebatur filia Cæſaris, in truncos) *rota currus illius confracta eſt. Venerunt ſuper eos, percuſſerunt eos. Et adeuntes Cæſarem dixerunt : Iudæi contra te rebellarunt* (Thren. 2. 3.) Concidit in ira furoris omne cornu Iſraël. *Dixit R. Zirà, dixit R. Abbà, dixit R. Iochanàn : Iſta ſunt 80. cornua belli, quæ introierunt in Vrbem Bithèr, quando capta eſt, & occiderunt in ea viros, & mulieres, & parvulos, donec veniret ſanguis eorum, & influeret in mare magnum. Forſan tu dices : Propinqua erat mari* (Bithèr) ? *imò diſtabat per milliare. Tania eſt Traditio. &c. R. Elièzer haggadòl magnus dicit : Duo torrentes ſunt in Valle* ירים *Iadàim, vnus vadit hinc, alter inde* ושיערו חכמים שני חלקים מים ואחד דם. *Et æſtimauerunt Sapientes in eis fuiſſe duas partes aquarum, & vnam ſanguinis.*

במתניתא תנא שבע שנים בצרו אומות העולם את כרמיהן מדמן של ישראל בלא זבל ,

In Miſcnà eſt traditio: (Propter interfectorum multitudinem) *ſeptem annis vinitores populorum ſanguinem iſtorum Iſraëlitarum ad fœcundandas vineas adhibuerunt, neque alia ſtercoratione indiguerunt*. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 28. col. 4. num. 27.

Ibidem verſa pag. circa principium. De ſanguine Zachariæ filij Barachiæ in Templo effuſo diffuſè agitur. Et eadem Hiſtoria replicatur in Cod. *Sanhedrìn* cap. *Chèlek*. Et ego retuli ſuprà Par. II. pag. 812. col. 2. & ſeqq. Vide *En Iſ-*

Ibidem. Caſus refertur cuiuſdam, qui vxorem ſuam voluit repudiare; ſed quia nil turpe contra illam adinuenire poterat, quo libellum repudij licitè ſcribere potuiſſet, calumniam adinuenit inſimulandi vxorem de adulterio. Sed fraude detecta à Ben Botà liberatur mulier à calumnia, & interdicitur ſcriptio libelli repudij. Vnde colligitur apud antiquos Rabbinos non fuiſſe in vſu libelli repudij traditionem niſi ob fornicationis cauſam, quam, voce ערוה *turpitudinis* explicat Moſes, qui ob cordis duritiam Iudæorum eiſdem libellum repudij permiſerat, vt dicitur in Euangelio Matth. 19. 8. Hanc eandem hiſtoriam retuli ſupra per extenſum cum ſuo textu Hebraico pagina 264. col. 1. eamque inuenies in *En Iſraèl* Parte II. pag. 28. col. 3. num. 26. poſt med.

Ibidem 6. lineis ante finem. Narratur hiſtoria excidionis Vrbis ביתר *Bithèr* quæ cùm portentoſa admodum ſit, libet hìc ſaltem ex parte in vtroque idiomate eam tranſcribere.

אשקא דריספק חריב ביתר דהוו נהיגי כי מתיליד ינוקא שתלי ארזא ינוקתא שתלי תורניתא וכי הוו׳ מינסבי קייצי להו ועבדי גננא יומא חד הוה קא חלפא ברתיה דקיסר איתכר שקא דריספק קצו ארזא ועיילו לה אתו נפול עלייה מחונהו אתו אמרו ליה לקיסר מרדו בך יהודאי אתא עלייהו (איכה ב׳ ; ג׳ :) גדע בחרי אף כל קרן ישראל א״ר זירא א״ר אבא א״ר יוחנן אילו שמונים קרני מלחמה שנכנסו לכרך ביתר בשעה שלכדוה והרגו בה אנשים ונשים וטף עד שהלך דמן ונפל לים הגדול שמא תאמר קרובה היתה רחוקה היתה מיל תניא וכו׳ :

Quædam rota currus (filiæ Romanorum Imperatoris) *fuit in cauſa, vt Ciuitas Bithèr deſtrueretur. Solebant* (Iudæi) *quando eis naſcebatur filius maſculus plantare Cedrum ; & quando naſcebatur fi-*

terra noſtra. Aliter: *Vox, vox Iacob*; Nulla oratio eſt vtilis, niſi ea ſit ex ſemine Iacob: & *manus, manus ſunt Eſau*; & nullum bellum eſt victor, niſi ſit ex ſemine Eſau. &c.

Neſcio, quomodo locus Ezechielis aptari poſſit, vel poſteris Haman, Siſaræ, vel Senacherib. Et alius (Geneſ. c. 27. v. 22.) *Vox, vox Iacob*, ineptè applicatur Hadriano, & Veſpaſiano: quia iſti fuerunt Imperatores Romanorum, & ideò (ſecundùm ſententiam Iudæorum) fuerunt filij Eſau, quibus non vox Iacob, ſed manus Eſau competere debeat, ſicut attribuunt Regno impio, quòd Vrbem Ieroſolymorum, & Templum euerterit, & ſuccenderit. Pro Regno impio intelligunt Imperium Romanũ, quòd ex progenie Eſau putant exortum. Ergo Hadriano, & Veſpaſiano debebant Talmudiſtæ attribuere non vocẽ Iacob, ſed manus Eſau. Adde, quòd alia expoſitio eiuſdem loci de voce Iacob etiam eſt inepta, nec ex ea aliquid in fauorem orationis Iudaicæ gentis ritè colligi poteſt; quia *Vox* (per quam intelligunt orationem) putabatur Eſaù licèt fuiſſet Iacobi; & ſub perſona Eſaù recepit benedictionem Iacob; ſic oratio, quæ fit à Iudæis non erit dicenda oratio Iacobi, quamuis videatur eſſe Iacobi, ſed erit Eſau. Ergo ſi aliquando videantur exaudiri preces Iudæorum, non exaudiuntur, vt Iudæorum, quia peccatores Deus non audit, ſed exaudiuntur ob merita Chriſti, & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ, quæ, vt putant Iudęi, licet perperam, eſt ex poſteris Eſau. Ergo, etiam ſecundùm ipſos, in omnibus præualet Eſau Iacobo, Chriſtianus Iudęo. Eadem reperies in *En Iſraël* Par. II. pag. 29. col. 1. n. 29.

 Ibi-

Iſraël pag. 28. columna 4. num. 28.

Ibidem paulò infrà. Narratur, quomodo nonnulli celebres Duces ex Gentilibus facti ſint Proſelyti inter Iudæos.

תנא נעמן גר תושב היה נבוזר אדן גר צדק היה מבני של המן וכו׳ :

Tanà Eſt traditio. Naamàn Proſelytus incola fuit. Nabuzardàn Proſelytus Iuſtitiæ fuit. De deſcendentibus ab המן *Hamàn docuerunt Legem in filijs Barak. De filijs filiorum Siſaræ docuerunt filias in Ieruſalem: De filijs filiorum Senacherib docuerunt Legem publicè. Quinam ſunt iſti?* שמעיה ואבטליון *Scemaaiàh, & Autaliòn. Hoc eſt quod ſcriptum eſt* (Ezech. capite 24. verſic. 8.).

ונתתי את דמה על צחיח סלע לבלתי הכסות הקול קול יעקב והידים ידי עשו הקול זה אדריינוס קיסר שהרג באלכסדריא של מצרים ששים רבוא על ששים רבוא כפלים כיוצאי מצרים קול יעקב זה אספסיינוס קיסר שהרג בכרך ביתר ד׳ מאות רבוא ואמרי לה ארבעת אלפים רבואי והידים ידי עשו זו מלכות הרשעה שהחריבה את ביתינו ושרפה את היכלינו והיגלתנו מארצנו דבר אחר הקול קול יעקב אין לך תפילה שמועלת שאין בה מורעו של יעקב והידים ידי עשו אין לך מלחמה שנוצחת שאין בה מזרעו של עשו וכו׳ :

Et poſui ſanguinem eius ſuper eminentem petram, ne operiretur. Vox, vox quidem eſt Iacob, manus autem ſunt manus Eſau. Vox, iſte eſt Hadrianus Cæſar, qui occidit in Alexandria Ægypti ſexaginta myriades ſuper ſexaginta myriades duplo plures eis, qui exierunt de Ægypto. *Vox Iacob*, iſte eſt Veſpaſianus Cæſar; qui occidit in Vrbe Bithèr 400. myriades. Sunt autem, qui dicunt quatuor millia myriadas. Et *manus, manus ſunt Eſau*: iſtud eſt Regnum impium, quod demolitum eſt Domũ noſtram, & incendit Templum noſtrum, & adegit nos in exilium de-

Ibidem paulò poſt medium. Narratur quædam Hiſtoria *de 400 pueris, & puellis, qui abducti ſunt captiui* לקלון *ad ignominiam* [R. Salom. *Pueri ad nefandum ſcelus, puella ad ſcortationem*] *& ſenſerunt in ſemetipſis propter quid quærerentu. Dixerant: Si demergendos nos ipſos deijciemus in mare, Vitam æternam conſequemur? Maior, qui inter eos erat, ita concionatus eſt:* (Pſal. 68. ver. 23.)

אמר ארני מבשן אשיב אשיב ממצולות ים מבשן אשיב מבין שני אריה אשיב ממצולות ים אילו שטובעין בים ׃ Dixit Dominus: Ex Baſàn redire faciam, redire faciam, & de profundis maris. De Baſan redire faciam, *de medio dentium Leonum redire faciam.* [R. Salomon: בשן *Baſan eſt* בין שן *inter dentes, notarikòn ſpecies Cabalæ eſt, quæ Scriptura exponitur*] De profundis maris, *iſti ſunt, qui dederunt ſe præcipites in mare, Quando audierunt hoc puellæ inſilierunt omnes, & ciciderunt in mare. Pueri ratiocinati ſunt in ſeipſis, & ſic dixerunt: Si iſtæ, quarum natura ad hæc facta eſt, ita fecerunt; nos, qui ad hoc facti non ſumus, quantò magis? Etiam & ipſi inſilierunt in mare; & de ijs Scriptura loquitur* (Pſal. 44. 23.) Quoniam propter te occidimur tota die, æſtimati fuimus tamquam pecus occiſionis.

Hunc eundem verſiculum Ràu Iudas applicat cuidam Matronæ, quæ cum ſeptem filijs ſuis propter leges patrias occiſa eſt. Huiuſmodi Hiſtoria ibidem ita narratur.

רב יהודה אמר זו אשה ושבעה בניה אתיוהו לקמא לקמיה דקיסר אמרו ליה פלח לע״ז אמר להו כתוב בתורה (שמות כ׳ ׃ ב׳.) אנכי יהוה אלהיך אפקוהו וקטלוהו אתיוה לאידך לקמיה דקיסר אמרו ליה פלח לע״ז אמר להו כתוב בתורה (שם) לא יהיה לך אלהים אחרים על פני אפקוהו וקטלוהו אתיוה לאידך אמרו ליה פלח לע״ז אמר להו כתוב בתורה (שם כ״ב ׃ ט׳.) זובח לאלהים יחרם אפקוהו וקטלוהו אתיוה לאידך א״ל פלח לע״ז אמר להו כתוב בתורה (שם ל״ד ׃ י״ד ׃) לא תשתחוה לאל אחר אפקוהו וקטלוהו אתיוה לאידך א״ל פלח לע״ז אמר להו כתוב בתורה (דברי׳ ו׳ ד׳ ׃) שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד אפקוהו וקטלוהו אתיוה לאידך אמרו ליה פלח לע״ז אמר להו כתוב בתורה (דברים ד׳ ׃ ל״ט) וידעת היום והשבות אל לבבך כי יהוה הוא האלהים בשמים ממעל ועל הארץ מתחת אין עוד אפקוה וקטלוהו אתיוה לאידך אמרו ליה פלח לע״ז אמר להו כתוב בתורה (דברים כ״ו ׃ י״ז ׃) את יהוה האמרת וגו׳ (ופסוק י״ח) וה׳ האמירך היום כבר נשבענו להקב״ה שאין אנו מעבירין אותו באל אחר ואף הוא נשבע לנו שאין מעביר אותנו באומה אחרת אמר ליה קיסר אישרי לך גושפנקא וגחין ושקליה כי היכי דלימרו קביל עליה הרמנא דמלכא א״ל חבל עלך קיסר חבל עלך קיסר על כבוד עצמך כך על כבוד הקב״ה על אחת כמה וכמה אפקוה למיקטליה אמרה להם אימיה יהבוהי ניהלי ואינשקיה פורתא אמרה לו בני לכו ואמרו לאברהם אביכם אתה עקדת מזבח אחד ואני עקדתי שבעה מזבחות אף היא עלתה לגג ונפלה ומתה יצתה בת קול ואמרה (תהלים קי״ג ׃ ט׳) אם הבנים שמחה ׃

Ràu Iehudà dixit: Hæc eſt mulier cum ſeptem filijs. Adduxerunt primum coram Cæſare, dixerunt ei: Cole Idolum. Dixit eis: ſcriptum eſt in Lege (Exod. 20. v. 2.) Ego Dominus Deus tuus: *eduxerunt, & occiderunt illum. Eduxerunt alium eorum coram Cæſare. Dixerunt ei: Adora Idolum, reſpondit eis: Scriptum eſt in Lege* (Ibid. ver. 3.) Non erunt tibi Dij alieni coram me; *eduxerunt eum, & occiderunt. Adduxerunt alium, dixeruntque ei: Cole Idolum. Reſpondit eis: ſcriptum eſt in Lege* (Exodi 22. 20.) Sacrificans Dijs excindetur; *eduxerunt, & occiderunt eum. Adduxerunt alium id eſt quartum, atque dixerunt: Adora Idolum. Reſpondit: ſcriptum eſt in Lege*

ge

xit: Matrem filiorum lætantem (Pſalmo 113. 9.

Præfata hiſtoria ſimilitudinem aliquam habet cum hiſtoria ſeptem filiorum vnius matris, qui pro Lege patria, & cultu veri Dei, omnes coram genitrice occiſi ſunt. Confer librum 2. Machab. cap. 7. Non videtur tamen eadē, quia illi ſub Antiocho Epiphane, iſti ſub Cæſare, & fortaſſis ſub Hadriano poſt deletam Bitherem trucidati ſunt, quo etiam tempore veriſimile eſt, fuiſſe caſum 400. puerorum, & puellarum, quæ præcipites ſe dederunt in mare, ſi tamen vera hiſtoria vtraque ſit, & non fabula Talmudica. Cæterùm factum huius mulieris, quod ex tecto delapſa obierit, non eſt laudandum: nam nemo occidere debet ſe ipſum, quia nullus eſt Dominus necis propriæ perſonę; vnde damnata eſt hæreſis Donatiſtarū, qui, vt ait Auguſtinus Tract. 51. in Ioan. iſti peruerſi homines, in ſe ipſis crudeliores, & ſceleratiores homicidæ flammis ſe donant, aquis ſe pręfocant, præcipitio ſe collidunt, & pereunt. Nec factum B. Apolloniæ Virginis, quæ in ignem ſe iniecit, trahendum eſt in exemplum, quia hoc, ſpeciali Spiritus Sancti inſtinctu, & motione in ipſa tormentorum pugna igne parato, & in quem ſtatim inijcienda erat, factum eſt. Nihil autem horum accidit in hac muliere Iudæa. Prædictas hiſtorias reperies in *En Iſraël* Par. II. pagina 29. columna 1. num. 30.

Pagina 58. ante medium. Magnitudo Vrbis Bither.

אמר רב יהודה אמר שמואל משום רבן שמעון בן גמליאל מאי דכתיב (איכה ג׳ : נא׳) עיני עוללה לנפשי מכל בנות עירי ארבע מאות בתי כנסיות היו

ge (Exodi 34. 12.) Non incuruabis te Deo alteri; *eduxerunt, & occiderunt eum. Adduxerunt alium, id eſt quintum, dixeruntque ei: Adora Idolum. Dixit eis: Scriptum eſt in Lege* (Deuter. 6. 4.) Audi Iſraël, Dominus Deus noſter Dominus vnus eſt. *Eduxerunt eum, & interfecerunt. Adduxerunt alium, id eſt ſextum, & dixerunt ei: Adora Idolum. Dixit eis: Scriptum eſt in Lege* (Deuter. 4. v. 39.) Et ſcies hodie, & reduces ad cor tuum, quoniam Dominus ipſe eſt Deus in cælis deſuper, & ſuper terram deorſum, non ampliùs. *Eduxerunt eum, & occiderunt. Adduxerunt alium, nempè ſeptimum, dixerunt ei: Cole Idolum. Reſpondit eis: Scriptum eſt in Lege* (Deuter. 26. v. 17.) Dominum condixiſti hodie ad exiſtendum tibi in Deum. (Et ver. 18.) Et Dominus condixit te hodie ad exiſtendum ei in populum &c. *Et iam iurauimus Deo ſancto noſtro benedicto, quòd non præuaricabimur, nec mutabimus in Deum alium; & ipſe quoque iuramento pollicitus eſt nobis, quòd non transferet nos in populum alterum. Dixit ei Cæſar: Do tibi annulum* [R. Salom. *Annulum meum, in quo eſt impreſſa figura mea, vt videaris adorare illam*], *& incurua te illi, & accipe illum, vt ſic dicant: Recepit ſuper ſe facultatem Regiam. Dixit ei: Væ tibi Cæſar, væ tibi Cæſar, ſi ſuper gloriam perſonæ tuæ ſic, ſuper gloriam Dei ſancti benedicti quantò magis? Eduxerunt eum, vt occiderent. Dixit eis mater eius: Date eum mihi, vt oſculer illum paululum. Dixit illi: Filij mei ite, & dicite Abrahamo patri veſtro: Tu colligaſti Altare vnum, & egò ſeptem Altaria collegi. Aſcendit ipſa ſuper tectum, & cecidit, & mortua eſt. Exijt vox, & di-*

בכרך ביתר ובכל אחת ואחת היו בת ארבע מאות מלמדי תינוקות וכל אחד ואחד היו לפניו ארבע מאות תנוקות של בית רבן ובשנכנס אויב לשם היו דוקרין אותו בחוטריהם וכשגבר אויב ולכדום כרכום בספריהם ותציתום באש :

Dixit Ràu Iehudà, dixit Ràu Samuel, nomine Rabbàn Scimòn Ben Gamliel: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Thren. c. 3. v. 51.) Oculus meus dolore affecit animum meum propter cunctas filias Vrbis? *Quadringenta Synagogæ fuerunt in Vrbe Bithèr, & in qualibet illarum fuerunt* 400. *Ludimagiſtri puerorum: & quilibet Ludimagiſter habebat* 400. *pueros ſcholares. Et quando inimicus ingreſſus eſt illuc, fuerunt transfingentes illum baculis ſuis. Et quando praualuit hoſtis, & cepit eos, ligauerunt eos cum eorum libris, & incenderunt eos igne.*

In hac Vrbe poſt euerſam Ieroſolymam Iudæorum multitudo congregata eſt. Nonnullis poſtea elapſis annis quidam בר כוזבא Bar Chuzibà rebellauit contra Romanos, hunc R. Akibà prædicabat eſſe Meſſiam, & Redemptorem Iſraël, ferebatque coram eo gladium: Contra hos rebelles pugnauerunt Romani: vario Marte ſed tandem cedentibus Bitherianis, capta fuit Bithera, atque deleta. De ea ſeparſim aliquid diximus. Vide Parte I. pagina 55. col. 1. Par. II. pag. 723. col. 1. & *En Iſraël* Par. II. pag. 29. colum. 2. num. 31. per errorem לב׳ 32. linea 5. ante finem.

Ibidem immediatè ſequitur notitia R. Iſmaelis Ben Eliſciàa dum eſſet puer, quæ hoc modo incipit -

מעשה רב יהושע בן חנניה שהלך לכרך גדול שברומי וכו׳ :

Hiſtoria R. Iehoſciùa Ben Chaninà, qui abijt ad Vrbem magnam Romam. Dixerunt ei: Eſt puer vnus in carcere pulcher oculis, pulcher aſpectu, & cincinni eius ordinati in cirros. Abijt, ſtetitque ad portam carceris, dixit (Iſai. 42. 24.) Quis dedit in conculcationem Iacob, & Iſraël prædantibus? *Reſpondit puer ille, & dixit. Nonne Dominus: quia peccauimus ei, & noluerunt in vijs eius ambulare, nec audierunt Legem eius? Dixit R. Ieoſciùa. Confidentia eſt mihi in eo, quòd Magiſter docebit in Iſraël cultum & ego hinc non recedam, quin redimam eum totis opibus, quas taxarunt ſuper eum. Dixerunt: Iſte non receſſit inde, donec redemerit eum facultatibus multis: nec fuerunt pauci dies, donec docuerit doctrinam in Iſraël. Et iſte fuit R. Iſmael Ben Eliſciàa.*

Subinde ſequitur ibidem alia hiſtoria filij, & filiæ eiuſdem R. Iſmaelis Ben Eliſcià Sacerdotis magni, & eſt -

אמר רב יהודה אמר רב מעשה בבנו ובבתו של ר׳ ישמעאל בן אלישע וכו׳ :

Dixit Ràu Iehudà, dixit Ràu: Hiſtoria de filio, & filia R. Iſmaelis Ben Eliſciàa, qui captiui facti ſunt à duobus Dominis. Poſt multos dies conuenerunt iſti (Domini) *in locum vnum. Alter dicebat: Ego habeo vnum ſeruum adeò formoſum, vt ei ſimilis pulchritudo inueniri non poſſit in vniuerſo mundo. Et alter dicebat: Et ego habeo vnam ancillam pulcherrimam, vt nullam aliam pulchriorem ea inuenies in mundo. Dixerunt: Veni, & iungamus eos ambos* (in matrimoniū) *& diuidemus fœtus inter nos. Incluſerunt eos in conclaui. Iſte ſtabat in angulo cubiculi, & illa ſedebat in altero angulo. Iſte dicebat: Ego, qui ſum Sacerdos, & filius Sacerdotum maximorum, ancillam in*

vxo-

Vxorem ſumam? Et puella ſimiliter dicebat: Ego, quæ ſum Sacerdotiſſa filia Summorum Pontificum cum ſeruo in matrimonium iungar? Et ſic tota nocte fleuerunt. Cùmque aſcendiſſet columna auroræ, cognouerunt ſe ſe (eſſe fratrem, & ſororem) *ceciderunt ſuper ſe, & laborauerunt in fletu, donec exijt anima eorum: & de his fleuit Ieremias* (Thren. 1. 16.) Ego ploro ex oculo meo, ex oculo meo deſcendit aqua, &c.

Nonnullæ aliæ hiſtoriunculæ ibidem referuntur, ex quibus parua, aut nulla eruditio eruitur, ideò eas prætermittimus. Has omnes inuenies in *En Iſraël* Par. II. pag. 29. col. 3. num. 32. & 33.

Pagina 59. non longè à principio.

מימות משה ועד רבי לא מצינו תורה וגדולה במקום אחד:

A diebus Moſis vſque ad Rabbì non inuenimus Legem, & magnificentiam in loco vno. Vide etiam *En Iſraël* Par. II. pag. 29. col. 4. num. 35.

Ord. III. *Naſcim*, Cod. 4. *Ghittin* cap. 7. *Mi ſceachazò*.

Pagina 68. ante medium. De Aſmodeo, & Dæmonibus; deque Salomonis vermiculo dicto *Sciamir*.

(קהלת ב׳ ח׳ עשיתי לי שרים ושרות ותענוגות בני האדם שדה ושדות: שרים ושרות אילו מיני זמר ותענוגות בני האדם אילו בריכות ומרחצאות שידה ושידות הכא תרגימו שידה ושידותין במערבא אמרי שידתא. אמר ר׳ יוחנן שלש מאות מיני שדים היו בשיחין ושידה עצמו איני יודע מה היא: אמר מר הכא תרגימו שידה ושידתין שידה ושידתין למאי איבעי ליה דכתיב (מלכים א׳ ו׳ ז׳) והבית בהבנותו אבן שלימה מסע נבנה וגומר אמר להו לרבנן היכי אעביד אמרו ליה איכא שמירא דאייתי משה לאבני אפוד אמר להו היכא אישתכח אמרו ליה אייתי שידה ושידתין בבשינתו אחרדי איפשר דידעי ומגלו לך אייתי שידה ושידתין כבשינתו אחרדי ואמרי אנן לא ידעינן דלמא אשמדאי מלכא דשידי ידע אמר ליה וכו׳: עיין חלק ראשון זה הספר דף תנ״א:

(Eccleſiaſt. 2. 8.) *Feci mihi Cantores, & Cantatrices, & delicias filiorum hominum, captiuam, & captiuas.* שרים ושירות *Cantores, & Cantatrices*: iſta ſunt varia genera Canticorum: ותענוגות בני אדם *& delicias filiorum hominum*, iſtæ *ſunt* piſcinæ, & lauacra: שדה ושדות *Sciddà vesciddòth captiuam, & captiuas.* Hinc dixerunt per Paraphraſim Chaldaicam. [R. Salomon שידה ושידתין שד זכר ושד נקבה *Sciddà & Sciddathin Dæmon maſculus, & Dæmon fæmina.*] In Occidente (id eſt in Terra Sancta) dicunt שידתא *Sciddathà*. Dixit R. Iochanàn: 300. ſpecies Dæmonum fuerunt בשיחין [R. Salom. באותו מקום *in illo loco*] ibi: ſed quid ſit שידה Sciddà, ego neſcio. [R. Salom. שידה *Siddà eſt Carruca, qua vehuntur mulieres, & Principes*]. Dixit Mor Dominus ille; Hæc eſt eius interpretatio שידה ושידתין Sciddà & Sciddathin. Sed Sciddà, & Sciddathin ad quid? Quia ſcriptum eſt (1. Reg. 6. 7.) Et domus cùm ædificaretur lapide perfecto profectionis, ædificata eſt, &c. [R. Salom. *Quid ſit neſcio, id eſt quænam ſit imago ſua, aut eruditio. Sunt, qui dicunt, quòd Dæmon illa fæmina ſit caput omnium, & mater eorum omnium; ſed quid illa ſit, neſcio.*] Dixit (Salomon) le Rabbanàn Doctoribus: Quid faciam? [R. Salom. בלי כלי ברזל *ſine inſtrumento ferreo?*] Dixerunt ei: Eſt שמירא Sciamir [R. Salom. *Eſt creatura à ſex diebus Bereſcith* ואין כל דבר קשה יכול לעמוד דלפניו *neque eſt aliquid tam durum, quod poſſit reſiſtere ei*] quam adduxit Moſes pro lapidibus Ephòd [R. Salomon: *Supra la-*

ſpondit (Aſmodeus) : *Accipe catenam hanc à me, & da mihi tuum annulum,* [R. Salom. *in quo erat ſcriptum nomen Dei*] *& oſtendam tibi meam potentiam. Accepit ab eo catenam, & dedit ei annulum ſuum, deglutiuit eum* (ſcilicet Salomonem) *& poſuit vnam alam in cælum, & aliam in terram, & impulit eum* 400. *paraſangis. Tunc dixit Salomon* (Eccleſ. c. 1. v. 3.) Quid vtilitatis homini in omni labore ſuo, quo laborat ſub Sole? (Ibid. c. 2. 10.) וזה Vezè Et hæc eſt pars mea de omni labore meo. *Quid eſt* וזה Vezè Et hæc? *Ràu, & Samuel* (inter ſe diſceptant). *Vnus dicit* מקלו *baculum ſuum; & alius dicit* גונדו *veſtimentum ſuum.* [R: Sal. *Alij dicunt, ſcutellam ſuam, qua bibitur aqua*]. *Circumibat & oſtiatim* (petebat eleemoſynam, atque) *dicebat: Ego* קהלת *Kohèleth Eccleſiaſtes fui Rex ſuper Iſraël in Ieruſalē. Quando venit apud* סנהדרין *Senatores* (Magnę Curiæ) *dixerunt Doctores: Qui eſt amens, vnico vocabulo* (dementia) *non hæret. Sed quid eſt hoc? Dixerunt ipſi Benaiahu* (hic erat vnus ex armigeris Regis Salomonis) *Accerſit te Rex ad ſe? Dixit eis: Non. Miſerunt ad Regnum: Venitnè Rex ad vos?* שלחו לחו *Miſerunt, id eſt ſcripſerunt ad eos: Non venit. Miſerunt exploratorem pedum* [R. Salom. *Quia Dæmones habent pedes gallinaceos*] *& miſerunt eum* במוקיה *in Mokèa. Venit, & petijt ab eis de immunditijs earum* (non reſponderunt, quia dicit R. Salomon, quando cubitum ibat, non nudis pedibus, ſed calceatus lectulum aſcendebat) *duxerunt ad Bethſabee matrem* (Salomonis) *quæ adduxit illum ad Salomonem, & dederunt ei annulum, & catenam, in qua inſculptum erat nomen* (Dei).

Quan-

lapides rationalis non ſcribitur atramento, quia dicitur (Exod. 28. 11.) Sculptura ſigilli, *& non delineant ſuper illos ſtylo, quia dicitur* במלואתם in plenitudine ſua, *ne fortè litteræ ſint deficientes in vlla re; ſed ſcribunt ſuper eos atramento, & oſtendunt eis Sciamìr creaturam illam exterius, & ipſæ ſculpebantur ex ſe ipſis*]. Dixit eis: Vbinam inuenitur (Sciamìr)? Reſponderunt ei: Adducito Sciddà, & Sciddathàin, & conſtringe eas ſimul. Forſan ſcient, & tibi reuelabunt. Adduxit Sciddà, & Sciddathàin conſtrinxit ſimul. Dixerunt: Nos neſcimus, forſan Aſmedài Princeps Dæmoniorum ipſe ſciet. &c.] Vide ſuprà Par. I. pag. 491. quæ enim hìc deſunt, ibi per extenſum ponuntur Hebraicè, & Latinè. Vide etiam ibidem pag. 332. vbi aliquid de Sciamiro dicuntur. Vide quoque *En Iſraël* Par. II. pag. 31. colum. 2. num. 44. ibi prædicta omnia exſcribuntur, cum poſtillis R. Salomonis. Nota, quomodo Iudæi Regem Salomonem faciant Magum, & per incantationem eſſe amicum Dæmonum, eoſque ad ſe aduocaſſe.

Ibidem verſa pagina poſt medium. Salomon decipitur ab Aſmodeo, & à Regno deijcitur.

יומא חד הוה קאי לחודיה אמוליה כתיב (במדבר כג״ כ״ב) כתועפות ראם לו ואמרינן כתועפות ולא מלאכי חשרת ראם אלו השדים וכו׳ :

Quadam die ſolus ſtabat (Rex Salomon cum Aſmodeo) *dixit ei: Scriptum eſt* (Num. 23. 22.) Sicut indefatigationes Vnicornis eſt ei. תועפות *Toaphòth Indefatigationes, iſti ſunt Angeli miniſterij* ראם *Reèm Vnicornis, iſti ſunt Dæmones. Quænam eſt potentia veſtra maior ſuper nos* (dicebat Rex Salomon): *Re-*

firmitates medendas. Harum infirmitatum remedia ſunt adeò exorbitantia, & inepta, vt ne riſum Lectori moueant, & ne tempus terã inutiliter, ab ijs referendis abſtineo; ſolùm non pigebit deſcribere primũ remedium, quod exhibent ad dolorem capitis ex fluxu ſanguinis prouenientem, vt dicit R. Salomẽn, ad quem ſanandum multa recipiunt, & adhibent, ſed ſine doſa ponderis, aut menſuræ.

לדמה דרישא ליתי שורבינא ובינא ואסא דרא וזיתא וחילפא וחילפי דימא ויבלא ולישלוקינהו בחדי יהדרי ולינטול תלת מאת כסי אהאי גיסא דרישא ותלת מאת כסי אתאי גיסא דרישא ואי לא ליתי ורדא חיורא דקאי בחד דרא ולישלקיה ולינטול שיתין כסי אתאי גיסא דרישא ושיתין כסי אתאי גיסא דרישא וכו׳:

Ad ſanguinem capitis [R. Salom. *eſt infirmitas doloris capitis, quæ venit ratione fluxus ſanguinis,*]

Recipe שורבינא *Sorbinam*, [R. Salom. *Sorbina eſt ſpecies Cedri*.]

בינא *Binam* [R. Sal *eſt ſpecies ſalicis*.]

אסא דרא *Aſà derà Myrtum tenellam*.

זיתא *Zaithà Oleam*.

חילפא *Chelpà*. [R. Salom. *eſt populus arbor*]

חילפי דימא *Chilpè* [R. Salom. *eſt Caryophillus aromaticus*] *de iamà marinum*.

יבלא *Iblà* [R. Salom. *eſt oleris ſpecies*]

Omnes iſtas res ſimul commiſceat, & portet 300. *cyathos ad latus capitis. Et ſi hoc non fiat: veniat* (hoc eſt accipiat)

ורדא *Vardà* [R. Salom. *Roſam*] *albam, cuius folia ex vno latere, vnum ſuper aliud ſit; accipiat illam, & portet* 60. *cyathos ex vno latere capitis, &* 60. *cyathos ex alio latere capitis*: & ſanabitur.

Non minùs ſtulta ſunt reliqua remedia, quæ hic apponuntur; quæ cùm ita eſſe animaduertiſſet Auctor En Iſraelis, noluit ea in ſuo libro exſcribere.

Pa-

Quando ingreſſus eſt (Salomon) *vidit illum auolantem, & nihilominus timuit* (Salomon) *& horror inuaſit eum, & hoc eſt, quod ſcriptum eſt* (Cant. Cantic. 3. v. 7.) En lectulum Salomonis, ſexaginta fortes ambiunt de fortibus Iſraël, omnes tenentes gladium, docti ad bellum, vnuſquiſque habens gladium ſuper femur ſuum propter timorem nocturnum. *Ràu, & Samuel. Vnus dicit*: מלך והדיוט *Rex, & priuatus*. [R. Salom. *Non redijt amplius ad Regnum*] *Et alter dicit*: מלך והדיוט ומלך *Rex, priuatus, & Rex*. Id eſt, Rex Salomon, priùs fuit Rex, poſtea vulgaris perſona, & iterum redijt ad Regnum.

Hæc omnia ideò a fabuloſis Talmudiſtis adinuenta videntur, vt loca Sacræ Scripturæ ibi allata, ad ſuas fabulas fulciendas aptarentur. Hæc eadem fabula multis pinguior reperitur in תרגום שני *Targùm ſceni* ſecunda Paraphraſi Chaldæa in librum Eſther. Quæ relata ſunt ſuprà, habentur etiam in *En Iſraël* Parte II. pag. 31. col. 4. num. 46.

Ibidem immediatè poſt fabulam de Aſmodeo, & Salomonis mendicitate, referuntur quędam remedia medicinalia, veluti ad medendum dolorem capitis prouenientem ex fluxu ſanguinis.

Ad morbum hemicraniæ: ad morbum oculorum: ad Sciaurirì, de quo dictum eſt in I. Parte pag. 251.

Ad ſanguinis fluxum ex naſo, ex ore: ad glandulas, quæ in faucibus emergunt; ad cicatrices tollendas; ad cordis palpitationem, & dolorem eius; ad viſcerum dolorem, & vermium inteſtinorum; ad morbum ſplenis; ad morbum mariſcarum; ad dolorem renum, & vrinę morbum; & ad alias corporis in-

Pagina 70. Ad ſanitatem corporis tuendam multa proponuntur, ſed non longè ante finem dicit R. Iochanàn.

שלשה דברים מכחישין כוחו של אדם ואילו הן פחד דרך ועון ׃

Tria ſunt, quæ faciunt marceſcere virtutem hominis: Timor, Via, & Iniquitas. פחד *Timor*, quia ſcriptum eſt (Pſ. 38. v. 11.) *Cor meum circumiuit, dereliquit me virtus mea.* דרך *Via*, quia ſcriptum eſt (Pſal. 102. 24.) *Afflixit in via fortitudinem meam.* עון *Iniquitas*, quia ſcriptum eſt (Pſal. 31. 11.) *Corruit in iniquitate virtus mea.* Vide *En Iſraël* Par. II pag. 32, col. 1. num. 47. vbi alia quædam ex Ghemarà loco citato excerpta reperiuntur documenta, quibus corporis incolumitati conſulitur: vti tria ſunt, quæ tremulum reddunt corpus. Quinque ſunt, quæ magis proxima ſunt morti, quàm vitæ. Sex ſunt, quæ ſi quis ea faciat, ſtatim morietur, &c quæ ibidem videri poterunt per extenſum.

Ord. III. *Naſcìm* Cod. 4. *Ghittìn* cap. 9. *Hammegarèſc.*

Pagina 90. & vltima non longè à fine. Non datur libellus repudij, niſi ob crimen adulterij, vel ob ſuſpicionem illius, vel ob manifeſtam impudentiam mulieris.

תניא היה רבי מאיר אומר כשם שהדעות במאכל כך דעות בנשים יש לך אדם שזבוב נופל לתוך כוסו וזרקו ואינו שותהו וזו היא מידת פפוס בן יהודה שהיה נועל בפני אשתו ויוצא ויש לך אדם שזבוב נופל לתוך כוסו וזורקו ושותהו וזו היא מדת כל אדם שמדברה עם אחיה וקרוביה ומניחה ויש לך אדם שזבוב נופל לתוך תמחוי מוצצו ואוכלו וזו היא מדת אדם רע שרואה את אשתו יוצאה וראשה פרוע וטווה בשוק ופרומה משני צדדיה ורוחצת עם בני אדם סד

אלא במקום שבני אדם רוחצין זו מצוה מן התורה לגרשה שנאמר (דברים כ״ד ׃ א׳ ׃) כי מצא בה ערות וגומר ושלחה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר הכתוב קראו אחר לומר שאין זה בן זוגו לראשון זה הוציא רשעה מביתו וזה הכניס רשעה לתוך ביתו וכה שני שלחה שני׳ (דברי׳ כ״ד ׃ ג׳ ׃) ושנאה האיש האחורן ואם לאו קוברתו שנאמר (שם) או כי ימות האיש האחרון כדאי הוא במיתה שזה הוציא רשעה מביתו וזה הכנים רשעה לתוך ביתו וכו׳ ׃

Tanià eſt Traditio. R. Meir dicebat: Sicuti diuerſæ opiniones ſunt circa cibum, ita totidem ſunt diuerſæ opiniones circa mulieres. Erit aliquis, quòd ſi ei cadat muſca intra cyathum (vino plenum) *ſpargit, eum & non bibit; & hæc fuit conſuetudo* פפוסי *Paposì Ben Iudæ, qui claudebat oſtium coram vxore ſua, & exibat. Erit alter, cui ſi in cyathum ſuum muſca cadat, ſpargit illud, & bibit. Et hæc eſt conſuetudo omnium hominum, qui loquuntur cum fratribus illius, & conſanguineis, & dimittunt eam. Eſt & alius, cui muſca cadit in eius paropſidem, exprimit eam, & comedit: & hæc eſt conſuetudo impij, qui videt vxorem ſuam egredientem, nudato capite, nentem in platea, & dilacerata veſte ſecundùm ſuturam ex duobus lateribus eius,* [R. Salom. *Et dilacerata veſte &c. apud axillas manuum earum, vt eſt mos Chriſtianarum in Gallijs, quarum caro ex lateribus ſuis apparet*] *& ſe abluit cum hominibus: cum hominibus fortaſſe putas? Sed in loco* (in balneo) *vbi homines ſe abluere ſolent* [R. Salom. *Quòd ſi qua ita faciat, ſignum eſt quòd ſit meretrix, ideò prohibita.*] *Et hoc præceptum eſt ex Lege, vt expellatur* (Deuter. 24. 1.) Quia inuenit in ea turpitudinem rei &c. & dimittet eam è domo ſua, & ibit, & erit viro alteri. *Scriptura appellat* (maritum illum) alterum, *ad de-*

Scriptura non loquitur de ſpiritu aliquo diabolico, vel Angelico, qui realiter ingredi debeat in corpus hominis, vt mentem illius commoueat ad zelotypiam, ſed pro ſpiritu ſumitur hìc animæ ægritudo, qua homo exagitatur in vxoris amore, ne à quoquam tangatur. Zelotypus quidem æmulator formæ interpretari poteſt. Qui igitur ita amat, & ſolicitus eſt, ne quis amore ſuo perfruatur, zelotypus eſt; vñde à Chryſippo definitur zelotypia, ægritudo animi ex eo proueniens, quòd timeat, ne adſit alteri, quòd cum nemine velit habere commune. Si igitur hæc ægritudo hominem inuadat, dicit Scriptura, ſpiritum zelotypiæ ſuper eum tranſire. Non eſt igitur cur ſoliciti ſimus cum Rabbinis ad inueſtigandum, an zelotypus energumenus euadat, dum ſpiritus zelotypiæ ſuper eum pertranſit.

Pagina 4. b. ante medium. De lotione manuum facienda ante, & poſt menſam.

אמר רבי זריקא אמר רבי אלעזר כל המזלזל בנטילת ידים נעקר מן העולם אמר רב חייא בר אשי אמר רב מים ראשונים צריך שיגביה ידיו למעלה מים אחרונים צריך שישפיל ידיו למטה ، תניא נמי הכי הנוטל ידיו צריך שיגביה ידיו למעלה שמא יצאו מים חוץ לפרק ויחזרו ויטמאו את הידים אמר רבי אבהו כל האוכל פת בלא ניגוב ידים כאילו אוכל לחם טמא שנ׳ (יחזקאל ד׳ : יג״) ויאמר יהוה ככה יאכלו בני ישראל את לחמם טמא וגו׳ :

Dixit R. Zarckà, dixit R. Eleàzar: Quicunque vilipendit lotionem manuum, eradicabitur de mundo. [R. Salomon: *Qui tranſgreditur verba Sapientum reus eſt mortis, S. D.* (Eccleſ. 10 8.) Et diſſipans ſepem mordebit eum ſerpens.] *Dixit Ràu Chijà Bar Aſcè, dixit Ràu. Aquis prioribus neceſſe eſt, vt eleuet manus ſuas*

denotandum, quòd non eſt iſte compar primi (mariti). *Iſte expellit malum de domo ſua, & hic introducit malum in medium domus ſuæ. Si ſecundus* (maritus) *bonus eſt, dimittit eam, S. D.* (Ibidem ver. 3.) Et ſi odio habuerit eam vir poſterior; *& ſi non ſepeliat eum, S. D.* (Ibidem) Vel cùm mortuus fuerit vir poſterior, *dignus eſt morte, quia ille eiecit malum de domo ſua; hic verò recepit, &c.*

Ex hac Talmudica traditione euidenter apparet, apud antiquos non permiſſum fuiſſe libellum repudij, niſi ob crimen adulterij, vel illius vehementem ſuſpicionem, aut ob vxoris manifeſtam impudentiam. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 32. col. 3. num. 50. Et ita abſoluitur Codex *Ghittin*.

Ord. III. *Naſcim* Cod. *Sotà* cap. 1. *Hammekannè.*

Pagina 3. circa medium. Nullus vir zelotypus eſt, niſi ſpiritus in eum intret.

תניא דבי רבי ישמעאל אין אדם מקנא לאשתו אלא אם כן נכנסה בו רוח שנאמר (במדב׳ ה׳ : י״ד) ועבר עליו רוח קנאה וקנא את אשתו מאי רוח רבנן אמרי רוח טומאה רב אשי אמר רוח טהרה וכו׳ :

Tanià eſt Traditio Scholæ R. Iſmaelis. Non eſt homo zelotypus, qui zelotypiam exerceat in vxorem ſuam, niſi ingrediatur in eum ſpiritus, S. D. (Num. 5. v. 14.) Et tranſierit ſuper eum ſpiritus zelotypię, & zelatus fuerit ſuper vxorem ſuam. *Quid eſt ſpiritus? Rabbanàn dicunt: Spiritus immundus. Ràu Aſcè dixit: Spiritus mundus. &c.*

Magna quidem concertatio fit inter Ràu Aſcè, & Rabbinos de ſpiritu, qui in corpus, vel in animum hominis ingreditur, & zelotypiam excitat, an ſpiritus malus, vel bonus ſit. Sed vana prorsùs eſt huiuſmodi altercatio, quia

manus antequam ſumatur cibus, per quem intelligunt panem, & per manum intelligunt totum illud, quod ab Ariſtotele dicitur organum organorum, & eſt corporis humani decentiſſimum membrum, ex quo digiti manant: ab his enim vſque ad carpum propriè manus dicitur. Has, cùm duæ ſint, vtramque lotam eſſe volunt aquis, antequam panem manducent, vt media hac priori aquarum ablutione, quæ idcircò *aquæ priores* nuncupantur, tota manuum coinquinatio tollatur. Huiuſmodi autem priores aquæ, poſtquam manus iſtas pollutas tetigerint, ſtatim pollutæ redduntur. quæ ſi extra manum fluant, hoc eſt extra articulum manus, quem carpum dicunt, & verſus brachium dilabantur, & iterum ad manus redeant; manus redduntur immundæ, quia ab aquis immundis tanguntur; ideoq; quando hiſce aquis prioribus manus abluuntur, neceſſe habent, vt manus in altum eleuent, ne aqua, quæ ſemel manus abluerat, ad manus iterum fluat. Iſtæ autem aquæ priores, quæ ex tactu manus illotæ immundæ factæ ſunt, indigent, vt ab alijs aquis purgentur. Hinc ſuperinfundunt alias aquas, quas R. Salomon מים השנים *aquas ſecundas* vocat, quibus prioribus è manibus digreſſis, remanent manus vndequaque mundæ; & idoneæ, tùm ad Therumam edendam, tùm ad panem communem manducandum ſub benedictione המוציא *Hammotzi qui educit* ſcilicet *panem de terra*, de quo in Codice *Berachòth* cap. 6. num. 4.

In hac ſecunda manuum ablutione neceſſe eſt, vt digiti deorſum demittantur, vt aquæ iſtæ per manus, & digitos deſcendant, & in peluim congregentur. *ſuas in altum*. [R. Salom. מים ראשונים *Aquæ priores ſunt illæ, quibus abluuntur manus ante cibum, & eleuari debent ſurſum, ita vt digitorum capita ſint in altum erecta, & aquæ defluant infernè verſus brachia*.] *Aquis poſterioribus neceſſe eſt, vt manus infernè dimittantur. Tanià, eſt etiam traditio: Qui lauat manus ſuas neceſſe habet, vt eleuet in altum manus, fortaſſis aquæ fluent extra carpum* (ſeù extra articulum manus) *& iterum ad manus reuertentur, & immundæ fient*. [R. Salom. *In lotione manuum neceſſe eſt, vt duabus vicibus aquæ effundantur ſuper manus*, מים הראשונים מטהרין את הידים *Priores aquæ, quæ dantur ante cibi ſumptionem, purificant manus; &* מים השנים מטהרין את המים הטופחים עלידיו *aquæ ſecundæ mundant aquas, ſeù humiditatem aquæ in manibus relictam, cùm à principio immundæ fuiſſent manus, & immunditia communicata fuerit aquis prioribus, quæ tollitur ab aquis ſecundis*.] *Dixit R. Aùàbu: Quicunque panem comedit ſine exſiccatione manuum* (antequam exſiccatæ fuerint aquæ priores) *perinde ac ſi comederet panem immundum, S. D.* (Ezechiel. 4. 13.) Et dixit Dominus: Sic comedent filij Iſraël panem immundum. &c.

Sunt adeò ſuperſtitioſi Iudæi in lotione manuum ante, & poſt ſumptionem cibi, vt illorum Magiſtri, preter quam conſtituerint Codicem particularem in Corpore Iuris ſeù *Miſcnaijòth*, in quo de hac materia ſub nomine ידים *Iadàim* ex profeſſo, & ex animo tractant, voluerint in Ghemarà ſparſim hinc inde, vt ſe ſe occaſio obtulerit, obiter, & per tranſennam eandem materiam refricare, vt fit in hoc loco. Obligant ad abluendas

ſia, ſed neceſſitatis, cùm ad eam facien-dam magis teneantur Iudæi, quàm ad primam: nam à prima lotione aliqui abſoluuntur, à tertia ſiuè vltima nulli. Quę quidem aquę propriè dicuntur aquę אחרונים *poſteriores*, quia vltimę ſunt, quibus clauditur panis comeſtio, & tota refe-ctio. Itaque tres in vnaquaque refectio-ne lotiones numerantur ſub nomine מים *aquarum*. Prima dicitur מים ראשונים *A-quarum priorum*; ſecunda מים שניים *Aqua-rum ſecundarum*; tertia מים האחרונים *Aqua-rum poſteriorum*. Ab aquis prioribus, & conſequenter à ſecundis (quia aquæ ſecundæ nunquam veniunt ſine primis, ſeù prioribus) abſoluuntur milites in caſtris, ex Miſcna Cod. *Iruuin* cap. 1. numero 10. in fine פטרו במחנה מרחיצת ידים *liberantur* (milites) *in caſtris ab ablutio-ne manuum*, quem locum ita explicat *Ghemarà* ibid. pag. 17. b. circa med. ופטורין מרחיצת ידים: אמר אביי לא שנו אלא מים ראשונים אבל מים האחרונים חובה אמר רב חייא בר אשי מפני מה אמרו מים אחרונים חובה מפני שמלח סדומית יש שמסמא את העינים וכו' *Et liberi ſunt* (milites in caſtris) *à lotione manuum. Dixit Auiè: Non intelligimus hoc niſi de aquis primis; verùm de aquis poſteriori-ribus eſt obligatio. Dixit Ràu Chijà Bar Aſcè: Et cur hoc? Dixerunt: Aquis po-ſterioribus tenentur abluere manus propter ſalem Sodomiticum, qui oculos cæcos red-dit &c.* Eſt Iudaica traditio, quòd in omnibus ſalis generibus aliquid de ſale Maris Sodomæi commixtum ſit. Cùm autem præceptum ſit, inquit R. Salo-mon ad prædictum locum *Iruuin*, ex Rabbanàn in fine cuiuſlibet refectionis parumper ſalis eſſe comedendum, iuxta illud אחר כל אכילתך אכול מלח *Poſt omnem refectionem tuam comede ſalem*: ſuſpica-ri

tur. Huius diuerſitatis rationem aſſi-gnant, quia priores aquæ, licèt per ab-ſterſionem manuum ſiccatę ſint, nihi-lominus ſemper aliquid humiditatis ex ipſis prouenientis in manibus relinqui-tur, quæ cùm ſit immunda, quia proue-niens ex aquis immundis ita à contactu manuum redditis, huiuſcemodi immun-ditia ab aquis ſecundis tollitur, & ideò dicunt, aquas ſecundas, priores mundas reddere: & ne iterum aliqua ratione immundæ reddantur, in ſecunda hac lotione manuum, manus dimittunt, vt aquæ nullo modo ad manus refluere poſſint. In hiſce Phariſaicis ceremonijs ſeruandis, etiam tempore Chriſti, adeò ſcrupuloſi erant Scribæ, & Phariſæi, vt ſcandalizarentur, cùm vidiſſent diſcipu-los Chriſti panem manducaſſe ſine hac ſuperſtitioſa manuum lotione. Vnde apud Matthæum 15. ver. 2. dicebant: *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur tradi-tionem Seniorum? Non enim lauant ma-nus ſuas cùm panem manducant.* Benè quidem vocant traditionem Seniorum, quia has minutias, & cauilloſas ſuper-ſtiones non à Moſe acceperunt, ſed à Senioribus, ab Hillele ſcilicet, & Sciam-mài, qui onera importabilia Iudæis im-poſuerunt, & ea, quæ Dei fuerant man-data, propter traditionem ſuam tranſ-grediebantur, vt ex loco citato Matthæi fit manifeſtum. Has eſſe traditiones Seniorum fatetur R. Salomon, quas vo-cat verba Sapientum, & ſepimentum Legis, quod ſi aliquis tranſgredi tenta-uerit, eum reum mortis facit.

Præter has duas ablutiones, per quas manus mundæ redduntur, eſt & alia tertia manuum lotio, quæ in fine co-meſtionis cibi fit, non vrbanitatis gra-

vitam ſeculi futuri. Ruben confeſſus eſt, & non eſt confuſus. Quiſnam fuit finis illius? Hereditauit vitam ſeculi futuri. Et quænam eſt merces eorum? Quænam eſt merces eorum, ſicut dicimus? ſed quænam eſt merces illorum in mundo hoc? Ipſis ſolis data eſt terra, nec tranſijt alienus per eam. Benè quidem de Iuda: nam inuenimus eum confeſſum fuiſſe; ſicut ſcriptum eſt (Gen. 38. 26.) Et cognouit Iudas, & dixit: Iuſtior me eſt. *Sed Ruben vndenam quod confeſſus fuerit? Quia dicit R. Samuel Bar Nachmanì: dixit R. Iochanàn; Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Deuter. 33. ver. 6.) Viuat Ruben, & non moriatur. *Et hoc de Iuda* (dicunt) *omnibus annis, quibus fuerunt Iſraëlitæ in deſerto, oſſa Iudæ voluebantur in arca* (vbi incluſa erant) *donec ſtetit Moſes, & rogauit Deum pro eo. Dixit coram eo. Domine vniuerſorum: Quiſnam fuit in cauſa quòd Ruben confeſſus ſit peccatũ ſuum? Iudas. Et hoc Iudæ? Et ſtatim audiuit Dominus vocem Iudæ ſupra membra eius, quæ reſtituta ſunt ad locum priſtinum vnde receſſerant, &c.*

R. Salomon explicat hunc hiſtoricum diſcurſum per partes, vti ſolet ſemper. Ad verba: quæ Sapientes narrabant, & non abſconderunt à patribus eorum, dicit: [Antiqui non abſconderunt peccatum ſuum à patribus ſuis, vti eſt peccatum Ruben cum Bilaa, & peccatum Iudæ cum Thamar: *Iuſtior me.* Et ſolis ipſis data eſt terra. Iudas meruit Regnum, & Ruben primam partem accipere vltra Iordanem. Oſſa Iudæ deuoluebantur per arcam,] Idem R. Salom. [Hebræi tranſtulerunt omnia oſſa Patriarcharum, & hoc eſt, quod dixit Ioſeph (Geneſ. 50. v. 23.) *Poſt mortem meam*

ri poteſt in eum aliquid ſalis Sodomæi commixtum eſſe: ideòque ex tactu illius infici manus; quòd ſi hæ poſtea ad oculos amoueantur, cœcos reddi; idcircò ob huiuſmodi periculum, præcipiunt ablui manus hiſce poſterioribus aquis in fine refectionis. Omnes illas manuum lotiones vtpotè ſuperſtitioſas, non approbauit Dominus, ſed docuit (Matth. 15. 20.) non lotis manibus manducare, non coinquinare hominem. Hæc, quæ hactenus dicta ſunt ex Ghemarà, habes in *En Iſraël* Par. II. pag. 33. colum. 2. num. 6.

Pag. 7. b. circa med. In deſerto oſſa Patriarchæ Iudæ deuoluuntur in area.

ת״ר אומר לפניו דברים של הגדה ומעשים שאירעו
בכתובים הראשונים כגון אשר חכמים יגידו ולא כחדו
מאבותם יהודה הודה ולא בוש מה היה סופו נחל חיי
העולם הבא ראובן הודה ולא בוש מה היה סופו נחל
חיי העולם הבא ומה שכרן מה שכרן כדקא אמרינן
אלא מה שכרם בעולם הזה להם לבדם נתנה הארץ
ולא עבר זר בתוכם בשלמא ביהודה אשכחן דאודי
דכתיב (בראשית ל״ח: כ״ו) ויכר יהודה ויאמר צדקה
ממני אלא ראובן מנלן דאודי דא״ר שמואל בר נחמני
אמר ר׳ יוחנן מאי דכתיב (דברים ל״ג: ו׳:) יחי
ראובן ואל ימות וזאת ליהודה כל אותן שנים שהיו
ישראל במדבר היו עצמותיו של יהודה מגולגלין בארון
עד שעמד משה ובקש עליו רחמים אמר לפניו רבונו
של עולם מגרם לראובן שהודה יהודה וזאת ליהודה
מיד שמע יהוה קול יהודה קול יהודה על איבריה לשפא
ולא הוה קא מעיילין ליה למתיבתא דרקיעא וכו׳:

Tanù Rabbanàn docuerunt Magiſtri: Dicit coram eo verba enarrationis, & hiſtoriarum, quæ acciderunt in Scripturis prioribus (id eſt in Lege) *veluti ſunt ea, quæ Sapientes narrabant, & non abſconderunt à patribus eorum. Iudas confeſſus eſt, nec eſt confuſus* (à dicenda veritate). *Qualiſnam fuit finis eius? Hereditauit*

quod non licet, amittit quod habet.

אמר רב המנונא Dixit Ràu Hamenunà: Deus ſanctus benedictus non ſumit pœnas de homine, donec impleatur menſura eius, S. D. (Iob 20. 22.) *Cùm repletus fuerit in ſufficientia ſua, anguſtia erit ei, &c.* Explicat R. חננא Chananà Bar Papà: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Pſ. 33. v. 1.) *Exultate iuſti in Domino, rectis decora laus.* Ne legas נאוה תהלה *decora laus*, ſed נוה תחלה *habitaculum primum.* Hic eſt Moſes, & Dauid, in quorum opera non præualuerunt odientes eos. De Dauid ſcriptum eſt (Thren. 2. 9.) *Demerſa ſunt in terra portæ eius.* De Moſe, de quo dicit Mor: Quòd ex quo ædificatum eſt Sanctuarium primum, abſcondita fuerunt, Tabernaculum teſtimonij, aſſeres, tabulæ, vectes, columnæ, epiſtylia. Sed vbi? Dixit Ràu Chaſdà, dixit אבימי Auimì: Sub fornicibus Templi. Tanù Rabbanàn docent Magiſtri: Sotà poſuit oculos ſuos in illud, quod ſibi non licebat: quòd quærebat, non eſt conſecuta, & quod in manu eius erat, abſtulerunt.

שכל הנותן עיניו במי שאינו שלו במה שמבקש אין נותנין לו ומה שבידו נוטלין הימנו׃

Quoniam quicumque ponit oculos ſuos in id, quod ſuum non eſt, quod cupit, non datur, & quod habet, aufertur ab eo.

Ponuntur quædam exempla de Serpente, qui Euam ſeduxit, & ei ineptè applicantur maledictiones, quibus Deus ei maledixit, quaſi Serpens voluiſſet occidere Adam, & ſibi reſeruare Euam ſuæ naturæ minimè congruentem, ac ita omnia bona ſibi competentia ablata fuere. Vnde dicunt: [quòd Deus conſtituerat Serpentem Regem ſuper omnia animalia, & feras, & in maledictione ab-

meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram &c. Et eſt quod idem dixit (Ibidem ver. 24.) *Aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto, &c.* nempè cum oſſibus veſtris, quia alloquebatur fratres, qui & ipſi mortui erant, quando tranſtulerunt oſſa. Oſſa verò omnium Tribuum ſibi inuicem cohærentes erant, & eorum ſceleti firmi, ac permanentes; at oſſa Iudæ ex ſuis locis euulſa deuoluebantur per arcam, quia Iudas excommunicauit ſeipſum in fideiuſſione Beniamin. Confer cap. 43. Geneſ. ver. 9. *Et peccato ero obnoxius tibi omnibus diebus*, etiam in mundo futuro, poſt mortem. Hinc habetur, quod נידוי של חכם אפילו על תנאי הוא בא *Excommunicatio lata à Sapiente* (Rabbino) *etiam ſub conditione venit.* Quiſnam fuit in cauſa quòd Ruben confeſſus ſit factum lectuli patris ſui? Iudas, qui confeſſus eſt opus à ſe factum cum Thamàr. Et ita eſt traditio in manus eorum. Et in Medràſc Tanchumà dicitur, quòd quando dixit Iudas: *Iuſtior me eſt*, ſtetit Ruben, & dixit. *Ego confudi lectulum patris mei.* Et nunc viuat Ruben, & eius ſceletus, ſeù cadauer incorruptum permaneat ac ſi eſſet viuum: illud autem Iudæ (excompaginatum) illius oſſa deuolui debeant.] Hactenus R. Salomon explicans huius Talmudicæ fabulæ ſenſum, de reuolutione oſſium Iudæ in ſuo loculo. Ex qua aliquid vtilitatis eruere poſſumus, nimirùm quanta ſit æſtimanda proprij peccati voluntaria, & humilis oris confeſſio, ac timenda excommunicatio à Superiore lata.

Pagina 9. circa finem. Non ſunt addenda peccata peccatis: de Tabernaculi teſtimonij abſconſione: Et qui requirit

אין טחינה אלא לשון עבירה וכן הוא אומר (איוב ל"א י׳) תטחן לאחר אשתי מלמד שכל אחד ואחד הביא לו את אשתו לבית האסורים כדי שתתעבר הימנו וכו׳.

Tanià eſt traditio. Dixit R. Scimòn pius. Inter humeros Samſonis erat ſpatium 60. cubitorum. S. D. (Iudic. 16. v 3.) Et cubauit Samſon vſque ad dimidium noctis, & ſurrexit in dimidio noctis, & apprehendit fores portæ Vrbis, & duos poſtes, & amouit eas cum vecte; & poſuit ſuper humeros ſuos, &c. *Portæ autem Gazæ non fuerunt minores 60. cubitorum.* Et immediatè ſequitur illud (Iudic. 16. 21.) Et fuit molens in domo vinctorum. *Dixit R. Iochanàn: Non eſt molitio niſi nomen obſcænum. Vt quando dicitur* (Iob 31. 10.) Molat alteri vxor mea &c. *docet: quòd vnuſquiſque adducebat in carcerem vxorem ſuam, vt ab eo fœcundaretur, &c,*

His pretioſis commentationum gemmis ornatur Talmud à ſuis Rabbanàn, Talmidim, & Iachid. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 53. col. 3. num. 22.

Ibidem paulò poſt. Samſon æquiparatur Deo. [Rabbi Iochanàn dixit: Samſon iudicauit Iſraëlem, ſicut fecit pater eius, qui eſt in cælis, S. D. (Gen. 49. 16.) *Dan iudicabit populum ſuum, ſicut* כאחר *vnus* (id eſt Deus) *&c.* Et dixit R. Iochanàn: Samſon vocatur de nomine Dei, S. D. (Pſal. 84. 12.) *Quoniam* שמש ומגן *Sol, & ſcutum eſt Dominus Deus &c.* Idem Samſon. vide *En Iſraël* Par. II. pag. 35. col. 4. n. 23.

Improba adulatio R. Iochananis, qui in laudibus, vel improperijs Samſonis medium adinuenire neſcit: nam ſtatim Samſonem æquiparat Balaamo, cumque turpiorem eo facit, quia (inquit) בלעם חיגר ברגלו אחת היה שנ׳ (במדבר כ"ג ג׳)

וילך

ablatum hoc illi fuerat priuilegium, dicente Scriptura (Geneſ. 3. 14.) *Maledictus tu præ omni animali, & præ omni beſtia agri.* Dixerat ei Deus יהלך בקומה זקופה *ambulet ſtatura erecta.* Poſtea in maledictione: *Super ventrem tuum gradieris.* Dixerat Deus; יהא מאכלו מאכל אדם *Sit cibus eius cibus hominis.* Modò: *Puluerem comedes, &c.* Dixerat (Serpens): Occidam Adam, & mulierem ſuam Euam. Poſtea: *Inimicitiam ponam inter te, & mulierem, &c.* Idem inuenimus in Kain, Kòrach, Bilàm, Doëgh, Achitòphel, Gachazì, Giezi, Auſcialòm, Vziàhu, Hamàn, qui omnes poſuerunt oculos in rem ſibi non conuenientem; quod requiuerant, non habuerunt, & quod habebant, ablatum fuit ab eis.]

Quod primo loco dicitur: quòd Deus hominem non puniat, niſi ſit completa menſura ſuarum iniquitatum, verum eſt, quia dicitur (Geneſ. 15. 16.) *Necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum vſque ad præſens tempus.* Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 34. col. 4. num. 15. in fine. De Arca fœderis quòd fuerit abſcondita tempore primi Templi, alibi etiam diximus. Vide ſuprà pag. 43. Et *En Iſraël* loco ſupra citato pag. 35. colum. 1. num. 16. Et de eo, qui ponit oculos ſuos in rem ſibi non conuenientem. Vide *En Iſraël* loco citato num. 17.

Pagina 10. longè poſt principium. Portentoſa, & obſcœna ſcribunt de Samſone.

תניא א"ר שמעון החסיד רבין כתיפיו של שמשון ששים אמה היה שנ׳ (שופטי׳ ט"ז ג׳) וישכב שמשון עד חצי הלילה ויאחז בדלתות וגמרינן דאין דלתות עזה פתוחות מששים אמה ׃ ויהי טוחן בבית האסורים אמר ר׳ יוחנן

v. 19.) Et receſſit fortitudo eius ab eo. *Saul in collo ſuo, ſicut ſcriptũ eſt* (1. Sam. 31. 4.) Et accepit Saul gladium, & cecidit ſuper eum. *Abſalom in capillo ſuo, &c.*

Inuidum faciunt Deum Talmudiſtæ, quia huiuſcemodi corporalibus pręrogatiuis hoſce homines inſigniuerit, & poſtea inuidia motus, ijſdẽ voluerit eos ſpoliare, perditione corporis, & animę. Quę quidem magna blaſphemia eſt contra Deum. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 35. col. 4. num. 24.

Ibidem verſa pagina ante medium. David naſcitur circumciſus, vt iam dixi Par. II. pagina 85. col. 1. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 36. col. 2. num. 27.

Ibidem ante finem. Abſalom crine ſuo peccauit, & crine punitur. De eo ſatis dictum eſt Par. II. pag. 161. col. 2. & pag. 162. col. 1. & 2. Educitur ex ſeptem manſionibus Inferni. Ibidem. Vide Par. II. pag. 127. col. 2. Vide etiam *En Iſraël* Par. II. pag. 36. col. 3. num. 29.

Pagina 11. circa medium. Agitur de conſilio Ægyptiorum contra Iſraël. Pharao fuit primus, qui conſilium dederat contra Iſraëlem (Exod. 1. 9) *Et dixit ad populum ſuum: Ecce populus filiorum Iſraël multus; &c.* לפיכך לקה תחילה *Idcircò prior ipſe punitur.*

Ibidem longè poſt medium. *Dixit R.* סימאי *Simài: Tres Conſiliarij interfuerunt conſilio illi coram Pharaone contra Iſraëlem; Balaam, Iob, Iethro. Balaam, qui dedit conſilium, occiſus eſt; Iob. qui tacuit, iudicatus eſt flagellis, & -*

יתרו שברח זכו מבני בניו שישבו בלשכת הגזית שנ׳ (דברי הימים א׳ : ב׳ : נ״ה) ומשפחות סופרים ישבי יעבץ תרעתים שמעתים שוכתים המה הקינים הבאים מחמת אבי בית רכב : ובני קני חתן משה :

Ithro

וילך שפי שמשון בשתי רגליו היה שנ׳ (בראשית מ״ט : י״ז) שפיפון עלי ארח :

Balaam claudicauit Vno pede S. D. (Num. 23. 3.) Et abijt claudus. *Samſon* (claudicauit) *duobus pedibus, S. D.* (Geneſ. 49. 17.) שפיפון Claudus (bis, id eſt vtroque pede claudus) aſcendit ſemitam.]

Loca citata ex Scriptura ad probandum claudicationem Balaam vno pede, & Samſonis vtroque, aſſumpta, prorſus inepta ſunt; nec ſecundùm Hebraicam notionem claudicationem vnquam ſignificare poſſunt, ex interpretatione omnium Rabbinorum, qui Hebraico idiomati addicti ſunt; vnde Leo Mutinenſis in גלות יהודה priorem locum interpretatur שפי *ſolo*. Idem *Targùm* יחידי *ſolitarius*. Huic verſioni calculum ſuum adijciunt R. Salomon, & R. Aben Ezræ. Secundum locum prælaudatus Leo Mutinenſis vertit שפיפון *Biſcia*; R. Salomon הוא נחש *Eſt Serpens*. Sic Aben Ezræ, quo potentia, & fortitudo Dan innuitur. Talmudiſtæ autem, vt ſenſus vtroque pede claudicantes in Sacris literis inducant, contortam vocum interpretationem libenter arripiunt.

Ibidem ſtatim ſequitur. Talmudiſtæ in Deo inuidiam ponunt.

תנו רבנן חמשה נבראו מעין דוגמא של מעלה וכולן לקו בהם שמשון בכחו שאול בצוארו אבשלום בשערו צדקיה בעיניו אסא ברגליו שמשון; בכחו דכתיב ויסר כחו מעליו וכו׳ :

Tanù Rabbanàn docuerunt Magiſtri: Quinque creati ſunt ad ſimilitudinem Superiorum, & omnes percuſſi ſunt in eis. Samſon in fortitudine ſua; Saul in collo ſuo; Abſalom in capillo ſuo; Tzidkiàh in oculis ſuis; Aſa in pedibus ſu is; Samſon in potentia ſua; ſicut ſcriptũ eſt (Iudic. 16.

gratia omittuntur, ſicut & omittitur hiſtoria de חושים בריה דדן *Chuſcim filio Dan*; qui occidit Eſau dum ſepeliretur Iacob, vt adimpleretur quod dictum ſuerat à Rebecca (Gen. 27. 44.) *Vt quid orbabor etiam ambobus vobis die vna?* Quæ refertur pag. 13. paulò poſt medium. Et in *En Iſraël* Par. II. pag. 39. col. 1. num. 47. in fine.

Eadem pagina 13. longè ante finem. Narratur Hiſtoria de arca Ioſeph educta è fundo fluminis Nili à Moſe. Sed quomodo Moſes nouit, vbi nam eſſet arca Ioſeph? Dixerunt: סרח בת אשר *Saràch Bath Aſcèr* relicta fuerat ex ea generatione: adijt illam Moſes. Dixit ei: Numquid tu noſti vbi Ioſeph ſit ſepultus? Dixit ei: Arcam fecerunt ei ex ære, & proiecerunt in Nilum, vt aquæ eius benedicerentur. Abijt Moſes, & ſtetit ſuper oram Nili. Dixit: Ioſeph, venit tempus, quod Deus prædixit: *Liberabo vos*; & venit tempus adimplendi iuramentum noſtrum, vt educamus oſſa tua: ſi te ipſum oſtendis; benè eſt, ſin minùs, ecce nos mundi ſumus à iuramento. Statim natauit arca Ioſeph: & ne mireris quomodo ferrum natet, habes de Eliſeo &c. Alij dicunt: quòd Ioſeph fuerat ſepultus inter ſepulchra Regum, & Moſes adiurauit, vt ſuprà, & tunc mouit ſe arca Ioſeph, & accepit eam Moſes. &c.

Certum eſt, quòd iurauerant filij Iſraël, quòd quandocumque placuiſſet Deo educere eos de Ægypto, aſportarent ſecum oſſa Ioſeph (Gen. 50. 25.) *Qui poſitus fuerat in arca in Ægypto*. Ibidem ver. vlt. Sed vbinam præcisè poſitus fuiſſet, non narrat Scriptura; vnde veriſimile eſt, arcam, vbi condita erant oſſa Iu-*thro, qui fugit, meruit, Vt poſteri ſui ſederent in Aula Hagazith* (inter Iudices Iſraëlis) *S. D.* (1. Paralip 2. v. 55.) Et familiæ Scribarum inhabitantium Iababètz, Tirathìm, Scimathìm, Sciuchathìm. Iſti ſunt Kinìm venientes de Chamàth patris domus Rechab. Et filij Kenì ſoceri Moſis. Iudc. 1: 16.

Videtur incredibile, quòd tres Viri potentes non Ægyptij, ſed ex diuerſis Nationibus inter ſe diſſitis, & longinguis, vti eſt Meſopotamia, Hus, & Madian, acciti fuerint in conſilium à Pharaone contra Iſraëlitas: ſed quia Talmudiſtę fabulis delectantur, fruantur & iſtis. Eadem habes apud *En Iſraèl* Par. II. pag. 36. col. 4. num. 32.

Ibid. exponuntur omnes afflictiones, quas paſſi ſunt Iſraëlitæ ab Ægyptijs.

Ibidem uerſa pagina lin. 5. poſt principium.

אמר ר׳ שמואל בר נחמני אמר ר׳ יונתן שהיו מחליפין מלאכת אנשים לנשים ומלאכת נשים לאנשים

Dixit R. Samuel Bar Nachmani, dixit R. Ionathàn, quòd permutabant artes virorum in mulierum, & artes mulierum in artes virorum.

Item, quòd mulieres in hydrijs afferebant piſciculos viris ſuis. Ibidem. Vide ſuprà pag. 436. & *En Iſraèl* Par. II. pag. 37. col. 2. num. 33.

Item שפרה *Sciphrà* eſt יוכבד *Iocabèd*. Et פועה *Puàh* eſt מרים *Miriàm Maria* ſoror Moſis. Horum nominum etymologia exhibetur. Et quamplurima alia pertinentia ad cap. 1. Exodi hìc habentur, quæ alijs in locis exſcripta reperiuntur.

Pagina 12. De Mariæ ſororis Moſis progenie, ſobole, & geſtis cum Moſe puerulo multa exhibentur, quę breuitatis

Non eſt dubitandum de morte Moſis, cùm ſatis perſpicuè de ea moneat nos Scriptura (Deuter. vlt. n. 5. & 6.) & oſtendat, vbi ſit mortuus, nempè in terra Moab, & vbi ſit ſepultus, nimirum in eadem terra Moab in valle contra Beth Phéòr. Quocirca ibidem miratur R. Berachià סימן בתוך סימן *Signum in medio ſigni*; hoc eſt miraculum intrà miraculum extitiſſe. Et non cognouit quiſquam ſepulchtum eius. Vltima linea huius paginæ 13. & in principio 14. ſequentis legitur: *Aliquando miſerat Regnū impium* (Romanum) *ad Præfectum, ſeù Gubernatorem Beth Pehòr: Oſtende nobis, vbinam ſepultus ſit Moſes. Steterunt* (Viri Gubernatoris) למעלה נרמה לחם

למטה למטה נרמה להם למעלה נחלקו לשתי כיתות אותן שעומדין למעלה נרמה לחן למטה למטה נרמה לחם למעלה לקיים מה שנ׳ ולא ידע איש את קבורתו:

ſupra, apparuit infra: ſteterunt infra apparuit ſupra. Diuiſi ſunt in duas claſſes; ijs, qui ſupraſtabant, apparuit infra: ijs, qui infra, apparuit ſupra, vt firmaretur quod dictum eſt (Deut. 34. 6.) Et non cognouit quiſquam ſepulchrum eius, &c.] Sed vt ſtatim ſequitur, nimis ſtrictè verba Scripturæ ſumuntur: nam –

ר׳ חמא כר חנינא אמר אף משה רבינו אינו יודע חיכן קבור כתב הכא ולא ידע איש את קבורתו וכתב התם וזאת הברכה אשר ברך משה איש האלהים:

R. Chamà Be R. Chaninà dixit: Nec Moſes Rabbènu Magiſter noſter nouit, Vbinam ſepultus ſit. Scriptū eſt hìc (Deut. 34. v. 6:) Et non cognouit איש *Iſc* Vir (quiſquam) ſepulcrum eius. *Et illic ſcriptum eſt* (Deuter. 33. 1.) Et hæc eſt benedictio, qua benedixit Moſes איש *Iſc* Vir Dei.

Tollit hic Rabbinus omnem notitiam rerum, quæ fiunt in mundo, à ſanctis

Ioſeph, fuiſſe à Moſe miraculosè inuentam; ſed modus, quo huiuſmodi miraculum factum eſt, omninò ignoratur; nec ipſi Talmudiſtæ certam de eo traditionem habent, niſi dubiam. Vnde de hac inuentione arcę Ioſephi dicendum eſt eſſe fabuloſam. Vide in *En Iſraël* Par. II. pag. 39. col. 2. num. 48.

Ibidem verſa pagina paulò ante medium. Potiphar caſtratur ab Angelo.

Geneſ. 39. 1. *Emit eum* פוטיפר *Potiphàr Eunuchus Pharaonis*. Dixit Ràu: Quia emit eum ſibi. Venit Gabriel, & caſtrauit eum. Venit Gabriel, & פירעו magis caſtrauit (id eſt ſecundò caſtrauit: nam primò caſtrauit, & ſecundò abraſit, id eſt ſpadonem fecit) ideò principio vocatur פוטיפר *Potiphàr*, & in fine dicitur פוטיפרע *Potipheraà*; ſicut Iudæi primò circumcidunt, & deinde diſcindunt pellem circumciſionis. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 39. col. 4. n. 49.

Ibidem circa finem. Dubitant de morte Moſis.

תניא ר׳ אליעזר הגדול אומר שנים עשר מיל על שנים עשר מיל כנגד מחנה ישראל בת קול משמיע ואומר וימת משה כפרא רבה רישראל: ויש אומרין לא מת משה כתיב הכא (דברי׳ לד׳: ה׳) וימת שם וכתב התם (שמות לד׳: כח׳) ויהי שם עם יהוה מה להלן עומד ומשמש אף כאן עומד ומשמש וכו׳:

Tanià eſt traditio. R. Elièzer Haggadòl dixit: Per duodecim milliaria in quadrato, vti tantundem ſpatij occupabant caſtra Iſraëlitarum, exibat Vox: Vociferabatur, & dicebat: Et mortuus eſt Moſes. Ita liber magnus Iſraëlis. Sunt qui dicunt: Moſes non eſt mortuus. Scriptum eſt hìc (Deuteron. 34. 5.) Et mortuus eſt ibi. *Et ſcriptum eſt alibi* (Exod. 34. 28.) Et fuit ibi cum Domino. *ſicut alibi ſtat & ſeruit, etiā hìc ſtat & ſeruit.*

וכל מלכי הכנעני אשר על הים אשר הוביש יהוה את מי הירדן וגומ׳ :

Quanta fuit altitudo aquarum? Duodecim milliaria ſuper duodecim milliaria, quantum ſcilicet erat ſpatium quod occupabant caſtra Iſraëlis. Verba R. Iudæ. Dixit ei R. Eleazar Bar Scimòn: Iuxta verba iſta tua, quinam velociores ſunt, homineſne, an aquæ? dicam: Veniebant aquæ, & inundabant eum. Docet, quòd aquæ dimittebantur, & aſcendebant ripas ſuper ripas pluſquam 300. *milliariorum, donec conſpicerent eas omnes Reges Orientales, & Occidentales, S. D.* (Ioſ. 5. 1.) Et fuit cùm audiſſent omnes Reges Amorræorum, qui erant in tranſitu Iordanis ad Auſtrum (Occidentem) & omnes Reges Chananæorum, qui erant iuxta mare, quod exſiccari fecerat Dominus aquas Iordanis. &c.

Fuit quidem magnum miraculum, quòd aquæ Iordanis ſuperiores ſteterint aceruo vno tamquam muro ab Adam Vrbe valdè remota; ſed quòd eas viderint Reges Orientales, & Occidentales, eſt additio Talmudiſtarum, qui externorum ſenſuum vnũ pro alio indifferenter accipiunt. Scriptura dicit (Ioſ. 5. 1.) quòd Reges Amorræorum, & Chananæorum כשמע *audierint*; & Talmudiſtæ dicunt: quòd שראו *viderint*. Vide modo Iudæe, cui magis credendum ſit, Scripturæne Sacræ, an Talmudi? Si reſponſum expectandum eſſet à Talmudiſtis, proculdubio audiremus, Talmudi Sacro. Et hęc eſt, inter alias, inſignis blaſphemia Rabbinorũ. Eam habes in *En Iſraël* Par. II. pag. 43. col. 1. n. 73.

Ibidem longè poſt medium. Ex pondere lapidum iuſſu Ioſue extractorum ex medio Iordanis colligunt pondus

ctis, & electis, qui Dei viſione fruuntur in gloria. Et arguit ex voce איש *Iſc* Moſen neſciuiſſe ſepulchrum ſuum. Porrò hęc vox איש *Iſc* duplex ſignificatum habet; aliquando eſt tamquam particula negatiua ſignificans *nullus, quiſquam*, vt cùm in hoc loco Deuteron. 34. v. 6. vſurpatur: *Et quiſquam non cognouit ſepulchrum Moſis*. Frequenter tamen ſignificat *Vir, aliquis*, poſitiuè, & hoc modo vocatur Moſes *Vir Dei*. R. Chamà malè arguit, ab איש *Iſc quoquam*, ad איש *Iſc Virum*, quia mutari debet ſuppoſitio in eadem voce איש *Iſc*, & in primo loco accipi negatiuè, & in ſecundo loco poſitiuè; at R. Chamà in vtroque loco accipit negatiuè, ex qua acceptone fallacia oritur. Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 40. columna 1. numero 52.

Ord. III. *Naſcim*, Cod. 5. *Sotà*, cap. 7. *E'lu neemarin*.

Pagina 33. longè poſt medium. Angeli non intelligunt linguam Syriacam. Vide ſuprà pag. 22. col. 1.

Pagina 34. circa principium. Aquæ Iordanis miraculosè retrocedunt, & ſtant.

Ioſue 3. ver. 15. *Et cùm veniſſent portantes Arcam vſque Iordanem, & pedes Sacerdotum portantium Arcam intincti eſſent in extremum aquarum &c.* ver. 16. *Et ſteterunt aquæ deſcendentes deſuper, ſteterunt aceruo vno.*

כמה גובהן של מים שנים עשר מיל על שנים עשר מיל כנגד מחנה ישראל דברי ר׳ יהודה אמר ר׳ אלעזר בר שמעון לדבריך אדם קל או מים קלים הוי אומר באין מים ושוטפין מלמד אותו שהיו מים נגרשין ועולין כיפין על גבי כיפין יתר משלש מאות מיל עד שראו אותן כל מלכי מזרח ומערב שנ׳ (יהושע ה׳ : א׳ :) ויהי כשמע כל מלכי האמורי אשר בעבר הירדן ימה

ſentit in hoc R. Amè, & R. Iſaac Napchà faber ferrarius. Vnus dicit ſecundùm R. Iuda, &c.

Si duabus perticis, & ab octo hominibus exploratoribus botrus vuarum ſuper humeros aduectus eſt, miræ magnitudinis eſſe debuerat, ſicut & malum punicum & ficus quia Ghemarà רימון malum punicum & תאינה ficum ſingulariter profert, contra Sacram Scripturam, quæ (Num. 13. 24.) dicit מן הרמונים ומן התאנים *de malo granatis, & de ficubus*. Sed Talmudiſtæ ſemper pugnant contra Sacram Scripturam. De modo autem quo octo exploratores duos vectes cum botro vuarum ſuper humeros portabant, non ſatis clarè explicant Expoſitores; videtur tamen illorum expoſitio intelligi debere, vt duo vectes, alter alteri in tranſuerſum ſuper impoſitus, Crucem æquilateram efformarent hoc modo ✠; & in vnoquoque latere duo exploratores aſſignati fuerint, & in medio Crucis appenſus eſſet botrus cum palmitibus, vt in hac figura delineata videatur Crux cum Chriſto in Cruce pendente: nam Chriſtus adumbratus fuit in botro. Ita Hieronymus ad Fabiolam Manſ. 15. Ambroſius ſerm. 71. de S. Cypriano. Auguſtinus ſerm. 100. de Temp. & Bernardus in Cant. Cantic. ſerm. 44. Et Crux Chriſti in duobus vectibus decuſſatis ad modum Crucis, quod innuit R. Iſaac ſub nomine *ſtatera*; *& ſtatera ſtateræ*, id eſt duo teretes vectes ad modũ vnius ſtateræ pendentes, quia ſibi inuicem in tranſuerſum copulati, non duæ, ſed vna tantum ſtatera appareret, veluti duo ligna Crucis vnã ſtateram efficiunt, in qua libratum fuit Corpus Domini. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 43. co-

dus botri vuarũ ab exploratoribus Terræ in pertica aſportati.

Præcipit Dominus Ioſue (c. 4. v. 3.) *Tollite vobis hinc de medio Iordanis &c. duodecim lapides, & tranſire facietis eos vobiſcum, & reponere facietis eos in diuerſorio, in quo pernoctabitis in eo nocte &c.*

אמר ר' יהודה אבא חלפתא ור' אליעזר בן מתיא וחנניא בן חכינאי עמדו על אותן אבנים ושערום כל אחת ואחת שקולה כארבעים סאה וגמירי דטעונה דמדלי איניש לכתפיה תליתא דטעוניה הוי ומכאן אתה מחשב לאשכול שנ' (במדבר יג״ כד״) וישאוהו במוט בשנים ממשמע שנ' במוט איני יודע שבשנים מה תל״ בשנים בשני מוטות אמר רבי יצחק טורטני וטורטני דטורטני תא כיצד שמנה נשאו אשכל אחד נשא רימון ואחד נשא תאינה יהושע וכלב לא נשאו כלום אי בעית אימא משום דחשיבי ואי בעית אימא שלא היו באותה עיצה פליגי בה רבי אמי ורבי יצחק נפחא חד אמר לדברי רבי יהודה וכו'׃

Dixit R. Iudas: Abbà Chalpathà, & R. Eliezer Ben Mathiæ, & Chananià Ben Chachinài: Steterunt ſuper huiuſmodi lapides, metiti ſunt eos, vniuſcuiuſque pondus erat circiter 40. Seàh, tertia ſcilicet pars illius ponderis, quod homo in humeris ferre poteſt. Hinc colliges botri pondus S. D. (Num. 13. 24.) Et portauerunt illum in pertica, in duobus. *Hinc auditur, quòd duo homines pertica; Neſcio tamen, an duabus perticis* (illum portauerint). *Scriptura dicit*: In duobus, *in duobus perticis. Dixit R. Iſaac: Statera, & ſtatera ſtateræ. Quomodo hoc? Octo* (viri) *portauerunt botrum, Vnus portabat malum punicum, ſiuè granatum, & Vnus portabat ficum. Ioſue. & Caleb nihil portabant. Si vis dicam: Quia erant in exiſtimatione. Et ſi vis, dicam: Quia hi non interfuerunt conſilio* (illorum, qui detrahebant Terræ). *Diſ-*

cti, & Sancta Dei intercedite pro nobis: quod tantundem ſonat ac ſi diceretur אבותינו בקשו עלינו רחמים *Patres noſtri* (Abraham, Iſaac, &c.) *orate, quærite ſuper nos, intercedite pro nobis miſericordias* (ſcilicet Dei) hoc eſt *Orate Deum pro nobis*. Omnes enim Collectæ directæ ſunt ad Deum, vt meritis, & precibus Sanctorum concedat nobis Deus petitiones noſtras. Vide, quæ de interceſſione Sanctorum diximus Par. I. pag. 196. & ſeqq. & in *En Iſraël* Par. II. pagina 43, col. 4. num. 76. in ipſo principio.

Pagina 35. circa medium ad illa verba; *Terra, quæ comedit habitatores ſuos.* Num. 13. 33. דרש *Daráſc* exponit Rauà

אמר הקב״ה אני חשבתיה לטובה והם חשבוה לרעה אני חשבתיה לטובה דכל היכא דמטו מיית חשיב׳ דידהו כי היכי דלטרדו ולא לשאילו אבתרייהו ואיכא דאמרי איוב נח נפשיה וכו׳ :

Dixit Deus ſanctus benedictus: Ego reputaui eam in bonum, & ipſi in malum. Ego reputaui eam in bonum, quia quocumque ibant, mortuus erat ibi aliquis illuſtris illorum, vt exercerentur, nec inquirerent poſt eos. Et eſt, qui dicit, quòd tunc mortuus eſt Iob &c. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 44. col. 1. num. 80.

Ibidem longè poſt medium ad illa verba Num. 14. 37. *Et mortui ſunt Viri illi educentes infamiam Terræ percuſſione coram Domino.*

אמר ר׳ שמעון בן לקיש שמתו מיתה משונה אמר ר׳ חנינא בר פפא דרש ר׳ שילא איש כפר תמרתה מלמד שנשתרבב לשונם ונפל על טיבורם והיו תולעים יוצאות מלשונם ונכנסות בטיבורם ומטיבורם נכנסים בלשונם רב נחמן בר יצחק אמר באסכרה מתו :

Dixit R. Scimòn Ben Lakìſc: Quia mortui ſunt morte aliena, & ſtrana. Dixit R. Chaninà Bar Papà: Exponebat R. Scilà Vir Villa Tamrathà (quòd ita mo-lumna 2. num. 74. Et R. Salomon in ſuo Commentario eodem loco.

Ibidem verſa pagina 34. eiuſdem Codicis *Sotà* circa medium. Inuocatio, & interceſſio Sanctorum, qui in Domino dormierunt, euidenter probatur. De exploratoribus loquens Scriptura Num. 13. 23. dicit: ויעלו בנגב ויבא עד חברון *Et aſcenderunt per meridiem, Et VENIT vſque ad Cheuròn*, ויבאו מבעי ליה, *Et Venerunt debebat dicere.* Quare ergo dicit, *Et Venit?*

אמר רבא מלמד שפירש כלב מעצת מרגלים והלך ונשתטח על קברי אבות אמר להן אבותיי בקשו עלי רחמים שאינצל מעצת מרגלים יהושע כבר בקש משה עליו רחמים שני (במדבר יג״ יז״:) ויקרא משה להושע בן נון יהושע יה יושיעך מעצת מרגלים והיינו דכתיב (במדבר יד״ : כד״ :) ועבדי כלב עקב היתה רוח אחרת עמו וגו׳ :

Dixit Rauà: Vt ſcias, quòd ſeparauit ſe Caleb à conſilio exploratorum, & abijt, & extendit ſe ſuper ſepulchra Patrum (in Hebron, vbi ſepulti erant). *Dixit eis: Patres mei orate pro me Deum, vt liberer à conſilio exploratorum. Pro Ioſuè iam quæſierat & rogarat Moſes miſericordiam, quia dicitur* (Num. 13. v. 17.) Et appellauit Moſes Hoſceà Ben Nun Iehoſciùa. יה Iah *Deus, Ioſciachà ſaluabit te à conſilio exploratorum. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt* (Num. 14. 24.) Et ſeruo meo Caleb עקב, eò quòd (orauerunt Patres pro eo) fuit ſpiritus alter cum eo, &c.

Clariùs explicari non poteſt hoc dogma de inuocatione, & interceſſione Sanctorum ab hoc ſeculo defunctorum. Nec alio modo fides Catholica docet eos inuocandos eſſe, vt pro nobis intercedant apud Deum. In Litanijs enim dicimus, *Sancte Petre ora pro nobis, Sancte Paule ora pro nobis, &c. Omnes San-*

iuus eſt ibi cum Arca Dei. Dixit R. Iochanàn: Oza venit in ſeculum futurum, S. D. (Ibidem) Cum Arca Dei. *Sicut Arca in æternum ſtat, ſic Oza venit in ſeculum futurum* (vbi in æternum ſtabit).

Omnes iſtæ expoſitiones videntur fabuloſæ, præſertim tertia, quia non eſt credibile Ozam onus ventris deponere voluiſſe coram Arca fœderis, & in præſentia Regis Dauid, & totius multitudinis aſpectu; niſi fortaſſis neceſſitate compulſus id fecerit, cum nequierit excrementa retinere, adeoq; ea egerere coram multitudine coactus ſit; vnde hac leui culpa temporali morte mulctatus, ęterna vita viuere meruerit. Huiuſcemodi tamen vilia, neque pro dignitate Scripturæ digna Commenta, Talmudiſtis pro pretioſo cimelio relinquenda ſunt. Eadem inuenies in *En Iſraël* Par. II. pagina 44. col. 2. num. 81. & 82.

Pagina 35. b. circa medium. Scribitur Lex ſuper lapides. Et pœnitentes recipiuntur in gratiam.

Deuteron 27. v. 3. & 8. *Et ſcribes ſuper lapidibus omnia verba Legis iſtius, declarando benè.* Poſt pauca תנו רבנן *Tanù Rabbanàn Docent Doctores.* Quomodo ſcripſerunt Iſraëlitæ Legem? R. Iudas dicit: Super lapides ſcripſerunt illam S. D. (loco citato) *Et ſcribes ſuper lapides &c.* Et poſtea obduxerunt eos (characteres) calce. Dixit ei R. Scimòn: Secundùm verba tua, quomodo Nationes mundi didicerunt Legem? Reſpondit ei – „

בינה יתירה נתן בהם הקב״ה ושיגרו נוטירין שלהן וקילפו את הסיד והשיאוה ועל דבר זה נתחתם גזר דינם לבור שחת שהיה להן ללמד ולא למדו' ר' שמעון אומר על גבי סיד כתבוה וכתבו להן למטה למען אשר לא ילמדו אתכם לעשות בכל וגומר הא למדת שאם

moriebantur): *Exibat eorum lingua, & in longum protendebatur vſque ad vmbilicum; & de lingua exibant vermes, & ingrediebantur in vmbilicum, & de vmbilico introibant in linguam eorum. Ràu Nachmàn Bar Iſaaci dixit: Angina* (ſuffocati) *interibant.* Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 44. colum. 1. numero 80. in fine.

Nouum mortis genus nunquam alibi viſum, aut auditum, aut ſcriptis exaratum fuit (vt par eſt credere) niſi tantùm in Talmude. In Scriptura nihil de monſtroſa huiuſcemodi morte colligi poteſt. Sed Talmudiſtarum monſtroſa commenta hic non ſubſiſtunt, ſed vlterius progrediuntur. Ibidem poſt pauca locum illum Ioſue cap. 4. 11. quo dicitur: *Et fuit, quando perfecit omnis populus tranſire, & tranſiuit Arca Domini, & Sacerdotes ante populum.* explicant de Arca fœderis, quæ portantes ſe ipſa portabat. Vnde de Oza dicunt, quòd percuſſus ſit 1. Paralip. 13. 10. quia non ſubduxit rationem, quam debuit –

אמר לו הקב״ה עוזא נושאיו נשא עצמו לא כ״ש ויחר אף יהוה בעוזא ויכהו שם על השל וגו׳ :

Dixit ei Deus ſanctus benedictus: Oza, (ſi Arca) *portabat portantes ſe, quantò magis ſe? Et iratus eſt furore Dominus in Ozam & percuſſit eum propter temeritatem &c.* 2. Sam. 6. 7. R. Iochanàn, & R. Elièzer, Vnus dicit: (*Percuſſit eum &c.*) quia occupabatur in rebus proprijs, & ad Arcam non pertinentibus. Et alter dicit שעשה צרכיו בפניו וימת שם עם ארון האלהים אמר רבי יוחנן עוזא בא לעולם הבא שנ׳ (שם) עם ארון אלהים מה ארון לעולם קיים אף עוזא בא לעולם הבא : *Quia fecerat neceſſaria naturæ in facie Arcæ, & mor-*

שאם היו חוזרין בתשובה היו מקבלין אותן : אמר רבא בר שילא מאי טעמא דרבי שמעון דכתיב (ישעיה לג, יב) והיו עמים משרפות סיד על עסקי סיד ור׳ יהודה אמר כי כיר מה סיר אין לו תקנה אלא שריפה אף אותם האומות אין להן תקנה אלא שריפה כמא; אולא דתניא (דברים כא : י) ושבית שביו לרבות כנענים שבחוצה לארץ שאם חוזרין בתשובה מקבלין אותן; :

Intelligentiam excellentem dedit eis, & miſerunt Notarios ſuos, & abraſcrunt calcem, & aſportauerunt eam, & ob id obſignata fuit ſententia Iudicij eorum in puteum foueæ, quia debebant illam addiſcere, & non addidicerunt. R. Scimòn dicit: Supra calcem ſcripſerunt illā, & ſcripſerunt eis infernè illud (Deuteron. 20. v. 18.) Ne doceant vos facere iuxta omnes abominationes eorum, &c. *Hinc diſces, quòd ſi ad pœnitentiam conuertantur recipientur. Dixit Rabà Bar Scilà: Quænam eſt ratio R. Simeonis? Quia ſcriptū eſt* (Iſai. 33. 12.) Et erunt populi incendia calcis, occaſione calcis. *Rabbì autem Iudas dicit: Quoniam* (populi ſunt velut eſt) *calx. Sicut calx non efficitur niſi media combuſtione, ſic populi* (mundi) *non aptantur niſi combuſtione. Secundùm alios: Quia ſcriptum eſt* (Deuteron. 21. v. 10.) Et captiuam duxeris captiuitatem eius, vt comprehendantur Chananęi, qui habitant extra Terram (Iſraëlis) quia & iſti, ſi reuertantur ad pœnitentiam, recipientur.

Tranſcripta ſunt hęc in *En Iſraël* Parte II pag. 44. col. 4. num. 86.

Pagina 36. in ipſo initio. Miracula facta Iſraëlitis in tranſitu Iordanis.

כמאן כרבי שמעון בא וראה כמה ניסים נעשו באותו היום עברו ישראל את הירדן ובאו להר גריזים ולהר עיבל יותר מששים מיל ואין כל בריה יכולה לעמוד בפניהם וכל העומד בפניהם מיד נתרו שנ׳ (שמות כג, כז) ואת אימתי אשלח לפניך והמתי את כל העם אשר תבא בהם וגומר ואומר (שם טו : יו) תפול עליהם אימתה ופחד וגומ׳ עד יעבר עמך יהוה זו ביאה ראשונה : עד יעבר עם זו קנית זו ביאה שניה אמור מעתה ראויין היו ישראל לעשות להם נס בביאה שנייה כביאה ראשונה אלא שגרם החטא וכו׳ :

Secundùm R. Scimòn: Veni, & vide, quanta miracula facta ſunt in illo die Tranſierunt Iſraëlitæ Iordanem; venerunt ad montem Gherizìm, & montem Euàl (diſtantem) *pluſquam 60. milliarijs; & nulla creatura ſtare poterat coram eis, & quiſquis ſtare voluerat coram eis, ſtatim* נתרו *pedebat, & egerebat. S. D.* (Exod. 23. 27.) Terrorem meum mittam ante te, & frangam omnem populum, ad quem ingredieris, &c. *Et dicit Moſes* (Exod. 15. 16.) Cadet ſuper eos terror, & pauor, donec pertranſeat populus tuus Domine, donec pertranſeat populus iſte (quem) poſſediſti. Donec pertranſeat populus tuus Domine, *iſte eſt primus ingreſſus*: donec pertranſeat populus iſte, poſſediſti, *iſte eſt ſecundus ingreſſus. Dicas, ex nunc, & deinceps meruerunt Iſraëlitæ, vt pro eis fierent miracula in ſecundo ingreſſu, ſicut facta illi erant in primo, ſed quòd non ſint facta, in cauſa fuit peccatum, &c.*

Sed quod poſtea ſequitur, quòd Iſraëlitæ ſcripſerint verba Legis ſuper lapidibus ſeptuaginta linguis, videtur valdè hyperbolicum, & incredibile propterea, quia dicitur Deut. 27. 8. באר היטב *Declarando benè*. In *En Iſraël* loc. cit. n. 87.

Ibidem poſt medium. Chananæi obcœcantur, & caſtrantur à crabrone Iudaico:

תנא צרעה לא עברה עמהם ולא והכתיב (שמות כג: כח) ושלחתי את הצרעה לפניך אמר רבי שמעון בן

לקיש

לקיש על שפת הירדן עמדה וזרקה בהן מרה וסימתן עיניהן מלמעלה וסירסתן מלמטה שנ׳ (עמוס ב׳: ט׳:) ואנכי השמדתי את האמורי מפניהם אשר כגובה ארזים גבהו וחסון הוא כאלונים ואשמיד פריו ממעל ושרשיו מתחת וגו׳ ׃ רב פפא אמר שתי צרעות הואי חדא דמשה וחדא דיהושע דמשה לא עבר דיהושע עבר ׃

Tanà Eſt traditio . Crabro non tranſiuit (Iordanem) *cum eis ; ſed nonne ſcriptum eſt* (Exod. 23. 28.) Et mittam Crabronem ante te? *Dixit Rabbi Scimòn Ben Lakiſc : Super ripam Iordanis ſtabat , & effundebat in eos venenum ſuum ; & excæcabat eos deſuper , & ſubter eos caſtrabat , S. D.* (Amos cap. 2. ver. 9.) Et ego diſperdere feci Amorræum à faciebus eorum , cuius ſicut altitudo Cedrorum altitudo eius , & fortis erat ſicut quercus , & perdere feci fructum eius ſurſum , & radices eius , deorſum &c. *Ràu Papà dixit : Duo Crabrones fuerunt , vnus Moſis , alter Ioſuè ; Moſis non tranſiuit* (Iordanem) *Ioſuè vero tranſiuit .* Hocce *Maamàr* iteratur in *En Iſraël* Par. II. pag. 45. col. 1. num. 87. lin. 6.

Eadem pagina 36. b. ante medium . Agitur de filijs Ephraim , qui cùm eſſent de ſemine Ioſeph , in eos non poterat malus oculus : fundatur in praua expoſitione , & deprauatione illius verſiculi 22. cap. 49. Geneſ. *Filius creſcens Ioſeph , filius creſcens* עלי עין *Alè àin ſuper fontem ;* ne legas *ſuper fontem* , ſed עולי עין *Olè àin aſcendit oculus .* Et ex benedictione , quam pertulit Iacob ſuper filios Ioſeph ſuper Ephraim , & Manaſſe Gen. 48. 16. וידגו לרב בקרב הארץ *Et inſtar piſcium creſcant in multitudine in medio terræ* , ineptè deducit R. Ioſè Bar Chaninà , quòd filijs Ioſeph non dominetur oculus malignus , quia gaudent priuilegio piſcium , eò quòd fuerunt piſcibus comparati : nam מה דגים שבים מים מכסין עליהם ואין העין שולטת בהן אף זרעו של יוסף אין העין שולטת בהם ׃ *ſicut piſces maris , qui ſunt in mare , quia operiuntur aquis , immunes ſunt ab oculo* (maligno) , *etiam ſemen Ioſeph immune eſt ab eodem oculo maligno .* Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 45. col. 2. 89. paulò poſt medium .

Ibidem circa medium ad ver. 11. c. 39. Geneſ. *Et fuit ſecundùm diem hanc , & ingreſſus eſt* (Ioſeph) *domum ad faciendum opus ſuum : & non erat quiſquam ex viris domus illic in domo .* Contra caſtitatem Ioſephi obloquuntur Talmudiſtæ .

לעשות מלאכתו ׃ א״ר יוחנן מלמד ששניהם לדבר עבירה נתכוונו ויבא הביתה לעשות מלאכתו רב ושמואל חד אמר לעשות מלאכתו ממש וחד אמר לעשות צרכיו נכנס ואין איש מאנשי הבית וגו׳ אפשר בית גדול כביתו של אותו רשע לא היה איש ׃ תנא דבי רבי ישמעאל אותו היום יום אידם היה והלכו כולן לבית ע״ז שלהם והיא אמרה להן חולה היא אמר אין לי יום שניזקק לי יוסף כיום הזה ותתפשהו בבגדו לאמר וגו׳ באותה שעה באתה דיוקנו של אביו ונראתה לו בחלון אמר לו יוסף עתידין אחיך שיכתבו על אבני אפוד ואתה ביניהם רצונך שימחה שמך מביניהם ותיקרא רועה זונות דכתיב ורועה זונות יאבד הון מיד ותשב באיתן קשתו ׃ אמר ר׳ יוחנן משום ר׳ מאיר מלמד ששבה קשתו לאיתנו ויפוזו זרעי ידיו מלמד נעץ ידיו בקרקע ויצאתה שכבת זרע מבין ציפרני ידיו מידי אביר יעקב מי גרם לו שיחקוק על אבני אפוד אלא אביר יעקב משם רועה אבן ישראל משם זכה יוסף ונעשה רועה שנ׳ (תהלים פ׳ : ב׳ :) רועה ישראל האזינה נוהג כצאן יוסף ׃

Ad faciendum opus ſuum . *Dixit R. Iochanàn : Docet , quòd ambo* (nempè Ioſeph , & vxor Potiphar) *cogitabant de ſcelere .* Et ingreſſus eſt domum , vt faceret opus ſuum . *Ràu , & Samuel :*

Vnus

gregias, & heroicas virtutes, benedixit Dominus domui Potiphar Ægyptij, & multiplicauit tam in ædibus, quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam (Gen. 39. 5.) *Quia Dominus erat cum eo*, vt ibidem dicitur verſic. 2. Neque Dominus fuiſſet cum eo, ſi huiuſmodi ſcelus contra caſtitatem voluiſſet committere, & infidelem ſe Deo, & hero ſuo reddere. Reliquæ, quæ ex Gen. 49. 29. referuntur expoſitiones, ſunt fabuloſa, & obſcœna Talmudiſtarum commenta, Dæmonis fraude inuenta, vt Ioſephi tam præclaras caſtitatis, fidelitatis, & fortitudinis virtutes, in vitia conuerti videantur. *Stetit in forti arcus eius*, pro arcu intelligitur robur, & præſidium. Adeò enim in aduerſitatibus robur Ioſephi ſtetit, vt nihil animo cederet ob odium fratrum, ob ſeruitutem, ob infamiam ſibi illatam, & ob carcerem; ſed ſemper inuicto animo ſtetit fortis, & conſtans, vt ſtatim dicitur: *Et roborauerunt ſe brachia manuum eius*: quæ ad fortitudinem animi illius referenda ſunt. *E manibus potentis Iacob*. Hanc autem animi fortitudinẽ, & robur, habuit à potente Iacobi nempè à Deo. In Hebræo eſt אביר יעקב *Auìr Iaakòb potente, forti Iacob*. אביר *Auìr* eſt vnum ex nominibus Deo attributis, quo ſignificatur potentia, & fortitudo, per quam operabatur Iacob, & filij eius. Vnde ſequitur: Inde eſt paſtor אבן ישראל *E'uen Iſraël Lapidis Iſraël*. R. Salomon in Commen. Gen. ad hunc locum אבן ישראל לשון נוטריקון אב ובן אבהן ובנין יעקב ובניו: *E'uen Lapis Iſraël, eſt phraſis Notarikòn Cabaliſtica ſignificans Patrem, & filium, patrem videlicet eorum, & filios eorum, Iacobum, & filios ſuos*. Quod dicit R. Salo-

Vnus dicit: Vt faceret opus ſuũ *propriè*. *Et alter dicit*: *Vt faceret neceſſaria ſua ingreſſus eſt*. Nec erat vir de viris domus &c. *Eſtne poſſibile, quòd in domo tam magna illius ſceleſti non fuerit quiſquam? Tanà Eſt traditio Scholæ R. Iſmaelis: Ille dies erat dies feſtus eorum, & omnes ierant ad Templum Idolorum, & ipſa dixerat eis: Ego infirma ſum* (ideò non poſſum venire) *dicebat enim intra ſe: Non eſt mihi dies, vt Ioſeph mecum rem habeat, ſicut hodie*. Et apprehendit veſtem ipſius &c. *In illa hora apparuit figura patris eius in feneſtra, & dixit ei: Ioſeph, memento quòd fratres tui in futurum* (habebunt hoc priuilegium) *quòd illorum nomina ſculpenda ſint in lapidibus Ephòd, & tu inter eos. Vis, vt deleatur nomen tuum inter eos, & voceris paſcens ſcorta? S. D.* (Prou. 29. v. 3.) Qui paſcit ſcorta, perdet ſubſtantiam. *Statim* (Geneſ. 49. 24.) reuerſus eſt in fortitudine arcus eius. [R. Salomon: *ſemen eius &c.*] *Dixit R. Iochanàn nomine R. Meir: Docet, quòd reuerſus eſt arcus eius ad illius fortitudinem*; (Geneſ. ibidem) Et roborauerunt ſe brachia manuum eius: *vt diſcas, quòd miſerit manus ſuas in terram, & exiuit ſemen inter vngues manus ſuæ* (Gen ibid.) E manibus potentis Iacob. *Quis fuit in cauſa, quod ipſe exſculptus ſit ſuper lapides Ephòd niſi fortis Iacob, paſcens petram Iſraëlis? Inde meruit Ioſeph, & factus eſt paſtor, S. D.* (Pſal. 80. 2.) Qui paſcis, Iſraël auſculta; qui ducis tamquam oues Ioſeph.

Hoc obſcœnum Commentum contra caſtimoniam Ioſephi repugnat Sacræ Scripturæ, quæ Ioſephi caſtitatem, & fidelitatem mirificè laudat, ob quas e-

tationibus. Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 45. col. 5. num. 90.

Ibidem ante finem. Angelus Gabriël docet Ioſephum 70. linguas.

Dixit R. Chijà Bar Abà, dixit R. Iochanàn: Quando Pharao conſtituit Ioſephum Dominatorem ſuper Aegyptum, Aſtrologi ægrè tuleruntq:, dicebant: Seruus, qui à Domino ſuo viginti argenteis emptus eſt, conſtituitur ſuper nos Dominator? Reſpondit Pharao: Regium vultum proſpicio in eo. Dicebant ipſi. Si ita eſt, neceſſe eſt, Vt ſciat 70. linguas. Venit Gabriel, & docuit Ioſephum 70. linguas &c. vti alicubi ſuprà retulimus in hac Parte.

Pagina 41. b. eiuſdem Codicis *Sotà* cap. 7. Quamplurima afferuntur contra hypocriſim, quæ etiam in *En Iſraël* tranſcripta cernuntur Par. II. pag. 47. col. 2. n. 104. Præſertim notandum eſt illud, quod circa med. dicitur - מיום שגבר של חנופה אגרופה נתעוותו הדינין ונתק לקלוה המעשים ואין אדם יכול לומר לחבירו מעשי גדולים ממעשיך ׃

A die quo preualuit pugnus hypocriſeos peruerſa facta ſunt iudicia, & debilitatæ ſunt actiones; nec homo eſt, qui ad ſocium ſuum dicere poſſit: Opera mea maiora ſunt, quàm ſint opera tua.

Pagina 42. b. longè poſt principium. Cap. 8. *Maſciùach milchamà*. De Goliath agitur, & explanatur, cur manè, & veſpere procedebat, & exprobrabat agminibus Iſraël, & ſtabat quadraginta diebus: 1. Sam. cap. 17. ver. 16.

אמר ר׳ יוחנן כדי לבטלן מק״ש שחרית וערבית ויתיצב ארבעים יום אמר ר׳ יוחנן כנגד ארבעים יום שנתנה בהן תורה ׃

Dixit R. Iochanàn: Vt annullaret lectionem Scemàa Audi Iſraël &c. *tam matutinam, quàm veſpertinam. Et ſtabat quadraginta diebus ex aduerſo quadra-*

lomon vocem אבן *E'uen petram* ſumi in hoc loco Cabaliſticè per Notaricā viam, & א *Aleph* ſignificare אב *A'u patrem*, & ב *Beth* ſignificare בן *Ben filium*. Meliùs, & veriùs per eandem viam Cabaliſticam incedentes, in voce אביר *Auìr potentis* eliciemus tres Perſonas Sanctiſſimæ Triadis, nomina ipſarum, realem diſtinctionem inter ſe, & vnitatem eſſentiæ. Per א *Aleph* intelligitur אב *A'u Pater*; per ב *Beth*, בן *Ben Filius*; per ר *Reſc* intelligitur רוח הקודש *Rùach Hakkòdeſc Spiritus Sanctus*. En Tres Perſonæ Sanctiſſimæ Trinitatis. Supereſt י *Iod*, per quod intelligitur Vnica Diuinitas in tribus iſtis Perſonis: nam י *Iod* Cabaliſtæ attribuunt Diuinitati, quia cenſetur punctum indiuiſibile Circuli, cuius centrum ſit vbique, & circumferentia nuſquam. Item per י *Iod* oſtenditur nomen Filij; quomodo ſcilicet eſſet nuncupandus in terris poſt aſſumptam naturam humanam, nempè ישו *Ieſus*, quo nomine ab æterno vocatus eſt à Patre in cælis, & in terris ab Angelo, antequam in vtero conciperetur. Habemus itaque ex hac voce אביר *Auìr* nomina trium Perſonarum in Diuinis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & nomen IESV CHRISTI Domini noſtri. Quæ licèt ſint innixa Cabaliſtarum ſtramineo fulchro, attamen quia Iudæi exiſtimant in hac ſpecie Cabalæ נטריקון *Notarikòn* magna myſteria contineri, quæ per ר״ת initia dictionū referari poſſe credunt; ita & nobis licitum erit eadem arte aliquando vti, vt & ipſi Hebræi videant, non minùs feracem eſſe nobis hanc artem in explanandis Sacroſanctis noſtris myſterijs, quàm ſit Iudæis in referandis ipſorum nenijs, & vanis commen-

draginta dierum, quibus data eſt Lex.

Ord. III. *Naſcim* Cod. 5. *Sotà*, cap. 9. *Eglàh arupbàh*.

Pagina 42. paulò ante finem cap. 7. Quinam ſint, qui nunquam Deum videbunt?

אמר רב ירמיה בר אבא ארבע כיתות אין מקבלות פני שכינה כת ליצים וכת חניפים וכת שקרים וכת מספרי לשון הרע וכו׳ :

Dixit Ràu Ieremias Berabbì Abbà: Quatuor genera hominum non videbunt Diuinam Maieſtatem. Secta deriſorum; ſecta hypocritarum; ſecta mendacium; & ſecta detractorum. Secta deriſorum; ſcriptum eſt (Hoſe. 7. 5.) Protraxit manum ſuam ab illuſoribus. *Secta hypocritarum, ſcriptum eſt* (Iob 13. 16.) Quia non in conſpectũ eius hypocrita introibit. *Secta mendacium, ſcriptum eſt* (Pſal. 101. 7.) Loquens mendacia nequaquam firmabitur coram oculis meis. *Secta detractorum, ſcriptum eſt* (Pſal. 5. 5.) Quoniam non Deus volens iniquitatem tu. Non habitabit iuxta te malus. Iuſtus es Domine, non habitabit in habitatione tua malus.

Pagina 46. b. poſt medium. Studium Legis commendatur.

אמר ר׳ יהושע בן לוי המהלך בדרך ואין לו לויה יעסוק בתורה : שנ׳ (משלי א׳ : ט׳ :) כי לוית חן הם לראשיך וענקים לגרגרותיך :

Dixit R. Ioſue Ben Leuì: Qui iter facit ſine comitatu, ſtudeat in Lege, S. D. (Prou. 1. v. 9.) Quoniam augmentum gratiæ ipſa capiti tuo, & torques gutturi tuo.

Ibidem immediatè. Cur filij Iſraël 400. annis fuerunt in Ægypto.

אמר ר׳ יהושע בן לוי בשביל ארבעה פסיעות שהלוהו פרעה לאברהם שנ׳ (בראשית יב׳ : כ׳) ויצו עליו פרעה אנשים וגו׳ נשתעבד בבניו ארבע מאות שנה שנ׳ (שם) ועבדום וענו אותם ארבע מאות שנה :

Dixit R. Iehoſciùa Ben Leuì: Propter quatuor paſſus, quibus Pharao comitatus eſt Abrahamum, S. D. (Gen. 12. v. 20.) Et præcepit ſuper eum Pharao viris, & dimiſerunt eum, &c. *Ideò ſeruierunt filij eius* (in Ægypto) *quadringentis annis, S. D.* (Ibid. cap. 15. v. 13.) Et ſeruient eis, & affligent eos quadringentos annos.

Cauſa friuola, pœnæ grauiſſimæ.

Pagina 47. longè poſt principium. Genealogia Ruth.

אמר ר׳ יוסי בן חוני רות בתו של עגלון בנו של בלק מלך מואב היתה :

Dixit R. Ioſè Ben Choni: Ruth fuit filia Eglòn filij Balàk Regis Moab.

Eſt traditio Talmudica, cui nullum auxilium confert Scriptura. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 49. col. 1. n. 119.

Ibidem poſt pauca. De tribus infirmitatibus Eliſæi Prophetæ.

תנו רבנן ג׳ חלאין חלה אלישע אחד שגירה דובים בתינוקות ואחד שדחפו לגחזי בשתי ידים ואחד שמת שנ׳ (מלכים ב׳ : יג : יד׳) ואלישע חלה את חליו אשר ימות בו :

Tanù Rabbanàn Docuerunt Doctores: Tribus infirmitatibus infirmatus eſt Eliſæus; vna, quia incitauit vrſos in pueros; altera, quia expulit Giezi ambabus manibus; & poſtrema, de qua mortuus eſt, S. D. (2. Reg. 13. 14.) Et Eliſæus ægrotauit ægrotatione ſua, qua mortuus eſt in ea.

Statim ſequitur eiuſmodi Rabbinorum documentum.

תנו רבנן לעולם תהא שמאל דוחה וימין מקרבת לא כאלישע שדחפו לגיחזי בשתי ידיו ולא כיהושע בן פרחיה שדחפו לישו הנוצרי וכו׳ :

Tanù Rabbanàn Docuerunt Doctores:

Sem-

Semper ſiniſtra expellat, & dextera blandiatur, vt accedat. **Non ſic** (fecit) *Eliſæus, qui expulit Giezi ambabus manibus. Et non ſic* (fecit) *Iehoſciùa Ben Perachiæ, qui expulit Ieſum Nazarenum ambabus manibus, &c.* Et narratur quædam infamis impoſtura contra Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, quam referemus in Diſſertatione de Meſſia Iudæorum, vbi omnes calumnias contra verum Meſſiam à Iudæis excogitatas refutabimus.

Pagina 48. b. lin. 3. poſt principiũ. Omnia bona ablata ſunt à Iudęis.

משמתו נביאים הראשונים בטלו אורים ותומים מאן נביאים הראשונים אמר רב הונא זה דוד ושמואל ושלמה רב נחמן אמר בימי דוד זמנין סליק וזימנין לא סליק שהרי שאל צדוק ועלתה לו שאל אביתר ולא עלתה לו שנ׳ (שמואל ב׳ ׳ ט״ו ׃ כ״ד) ויעל אביתר מיתיב רבה בר שמואל (ד״ה ב׳: כ״ו ׃ ח׳) ויהי לדרוש את אלהים כל ימי זכריה המבין בראתה אלהים מאי לאו כאורים ותומים לא כנביאים ת״ש משחרב ב״ה ראשון בטלו ערי מגרש ופסקו אורים ותומים ופסק מלך מבית דוד ואם לחשך אדם לומר (עזרא ב׳ ׃ ס״ג) ויאמר התרשתא להם אשר לא יאכלו מקדשי הקדשים עד עמד כהן לאורים ותומים כאדם שאומר לחבירו עד שיחיו מתים ויבא משיח בן דוד אלא אמר רב נחמן בר יצחק מאן נביאים הראשונים לא פוקי מחגי זכריה ומלאכי דאחרונים נינהו ׃ דתנו רבנן משמתו חגי זכריה ומלאכי נסתלקה רוח הקדש מישראל ואע״פ כן היו משתמשין בבת קול ׃

Poſt mortem Prophetarum priorum ceſſauerunt אורים ותומים *Vrìm, & Thumìm. Quinam ſunt Prophetæ priores? Dixit Ràu Hunnà: Eſt Dauid, Samuel, & Salomon. Ràu Nachmàn dixit: In diebus Dauid aliquando aſcendit, & aliquando non aſcendit* (illuſtratio, ſeù reſponſio, quæ fiebat per Vrìm, & Thumìm) *quando quidem conſuluit Sadok* (Summus Sacerdos) *& aſcendit ei. Conſuluit Abiathàr, & non ei aſcendit, S. D.* (2. Sam. 15. v 24.) Et aſcendit Abiathàr. [R. Salom. *Aliquando reſpondebat Deus, & aliquando non reſpondebat, quando interrogabatur per Vrìm, & Thumìm, vt quando fugiebat Dauid coram Abſalom, & egreſſus eſt Ieruſalem, petijt Sadok per Vrìm, & Thumìm, & reſpondit ei Deus, quòd reuerterentur* (in pace). *Abiathàr quoque petijt, & non reſpondit ei, S. D.* (loco citato) Et aſcendit Abiathàr Sacerdos vſque on complere, &c. *quia Abiathàr remotus fuit à Sacerdotali dignitate, & in locum illius ſuffectus eſt Sadòk Summus Sacerdos, quia idem dixit ei Rex Dauid* (Ibidem verſic. 25.) Reduc Arcam Dei in Vrbem. &c,] *Oppoſuit Rabbà Bar Samuelis: Quæ ſunt in Vrìm, & Thumìm?* (2. Paralip. 26. 5.) Et fuit, vt quæreret Deum in diebus Zachariæ intelligentis [R. Salom. *In diebus Zachariæ Ben* יהוידע *Iehoiadæ, qui fuit in diebus Ioas*] in viſione Dei. *Quid eſt, Non in Vrìm, & Thumìm, neque in Prophetijs: Audi nunc, ex quo euerſa eſt Domus prima, ceſſauerunt Vrbes refugij, euulſi ſunt Vrìm, & Thumìm, & ceſſauit Rex de Domo Dauid. Et ſi immurmuret quiſpiam ſibi dicens* (Ezræ 2. 63.) Et dixit Tirſciathà ad eos, vt non comederent de ſanctitate ſanctitatum donec ſtaret Sacerdos *in Vrìm, & Thumìm, ſicut homo, qui dicit ſocio ſuo, donec euigilent mortui, & veniat Meſſias Ben Dauid. Sed dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaaci: Qui ſunt Prophetæ primi? Excludito Aggæum, Zachariam, & Malachiam, quia iſti ſunt poſterioreses. Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Ex quo mortui ſunt Aggæus, Zacharias, & Malachias, ab-*

decorum, ad Dominum IESVM CHRISTVM confugiant.

Ibidem poſt medium. De שמיר *Sciamir* vermiculo, quo vſus eſt Rex Salomon in ædificatione Templi, fuſiſſimè agitur. Et quæ hic adducuntur, iam ſuprà relata fuerunt Parte Prima, pagina 332. columna 1. & 490. columna 2.

Ibidem poſt pauca. Quędam alia cum Sciamiro deperdita ſunt, euerſo primo Templo; hæc autem ſunt -

אמר ר' אמי משחרב מקדש ראשון בטלת שירה פרנדא וזכוכית לבנה, תניא נמי הכי משחרב מקדש ראשון בטלה שירה ברנדא וזכוכית לבנה ורכב ברזל ויא״ אף יין קרוש הבא משניר תדומה בעיגולי דבילה: ונופת צופים: מאי נופת צופים אמר רב סולת שצפה על גבי נפה ודומ' לעיסה שנילושה בדבש ושמן ולוי אמר שתי ככרות הנדבקות בתנור ותופחות ובאות עד שמגיעות זו לזו ור' יהושע בנלוי אמר זה דבש הבא מן הציפים וכו':

Dixit R. Amè: Ex quo euerſum fuit Sanctuarium primum, ceſſauit שירה ברנדא *Scirà parnedà Sericum Parnadinum* (erat ſpecies ſerici præſtantiſſimi) זכוכית לבנה *Zecuchìth leuanà Vitrum album* (vulgò Maiolica), *& Currus ferreus. Sunt qui dicunt etiam Vinum denſum, quod adducebant de Senir, & erat inſtar rotulorum ficuum aridarum, &* נופת צופים *Nòpheth tzophìm. Sed quid eſt Nòpheth tzophìm? Dixit Ràu: Eſt ſimilago natans in ſuperficie cribri, & eſt ſimilis paſtæ, cui commiſcetur mel, & oleum. Et Leuì dicit: Sunt duo panes, qui ad inuicem ſimul creſcentes copulantur in clibano. R. Ichoſciùa Ben Leuì dicit; Eſt mel, quod venit de Tziphà. &c.*

Pagina 49. longè poſt principium. Docti, qui in itinere de Lege non loquun-latus eſt Spiritus Sanctus ab Iſraele, nihilominus vſi ſunt בת קול *Bath kol filia vocis Echo.*

Omnes prærogatiuæ populi Iudaici paulatim ablatæ ſunt. Inter alias præcipua erat oraculum Diuinum, quo Summo Sacerdoti per *Vrìm, & Thummìm illuſtrationes, & perfectiones* Dominus reſpondebat. Quomodo id fiebat, commodiori loco exſplicabitur. Perdurauit hoc priuilegium quouſque primũ Templum ſtetit, quo incenſo, ſublatũ eſt, ſicut & Vrbes refugij, & Reges de Domo Dauid. In principio ſecundi Templi fuerunt tres Prophetæ Aggęus, Zacharias, & Malachias, quibus defunctis ablatus eſt Spiritus Sanctus ab Iſraële, quia nullus alius Propheta ex Veteri Teſtamento abſolutè habetur. In ſecundo autem Templo loco Vrìm, & Thummìm ſubſtitutum fuit oraculum vocis, quod è cælo delapſum, audiebatur ac ſi Echo fuiſſet, idcircò בת קול *Bath kol filiam vocis* appellabant. Cæterùm prædicti tres Prophetæ fuerunt omnium Prophetarum poſtremi: nam demptis prioribus Prophetis, qui, vt dicit Ràu Hunnà, ſunt Samuel, Dauid, Salomon, hoc eſt Liber Ioſue cum reliquis ſequentibus vſque ad 2. Regum incluſiuè, & dicuntur Prophetæ priores; reliqui ab Iſaiæ Prophetia, vſque ad Malachiam incluſiuè, ſunt Prophetæ poſteriores, ſecundùm quod etiam docet Ràu Nachmàn Bar Iſaaci. Cùm hodie Iudæi ſint omnibus bonis expoliati, priuati vniuerſis prærogatiuis, & priuilegijs antiquis Hebræis conceſſis, ſignum euidens eſt, quòd ſint à Deo derelicti, reprobati, ac damnati, nec vlla ſpes ſalutis eis remaneat, niſi ad Meſſiam Iu-

Pagina 7. b. circa medium. Rabbinorum oculi malefici.

תניא כל מקום שנתנו חכמים עיניהם או מיתה או עוני ׃

Tanià Eſt traditio: Vbicunque ponunt Sapientes oculos ſuos: aut mors, aut afflictio accidit.

Non ſemel teſtimoniũ perhibet Talmud de maligna, & inuida Rabbinorum mente in maleficos illorum oculos redundante, quorum maligno intuitu interficiuntur homines, vel infirmi redduntur. Vide ſuprà in hac Parte pagina 446. col. 1.

Pagina 20. cap. 2. *Veèlu muſarin* longè poſt medium. Non laudant vouere frequenter, vt occaſionem peccandi remoueant.

תניא לעולם אל תהי רגיל בנדרים שסופך למעול בשבועות ואל תהי רגיל אצל עם הארץ שסופך לחאכילך טבלים אל תהי רגיל אצל כהן עם הארץ שסופך להאכילך תרומה ואל תרבה שיחה עם האשה שסופך לבא לידי ניאוף ר׳ אחא בן רבי יאשיה אומר כל הצופה בנשים סופו בא לידי עבירה וכל המסתכל בעקבה של אשה הויין לו בנים שאינן מהוגנין אמר ר׳ יוסף ובאשתו נידה אמר רבי שמעון בן לקיש עקבה דקתני במקום הטנופת שהוא מכוין כנגד העקב ׃

Tanià Eſt traditio: Numquam aliquis conſuetudinem vouendi habeat, quoniam de facili incidet in iuramentorum tranſgreſſionem. Non conuerſetur familiariter cũ idiotis, quia faciliter comedet ea, quæ prohibita ſunt. Non comedat cum Sacerdote idiota, quia tandem ea, quæ ſancta ſunt, comedet, veluti eſt Therumà. Non confabuletur cũ muliere, quia de facili incidet in fornicationem. R. Achà Berabbì Ioſiæ dicit: Quicumque intuetur mulierem, finis illius erit tranſgreſſio, & qui reſpicit calcaneum eius, habebit filios deformes. Dixit R. Ioſeph: Hoc eſt vxoris ſuæ menſtruatæ. Dixit

quuntur, digni ſunt igne comburi.

אמר ר׳ אילעא בר יברכיה שני תלמידי חכמים המהלכין בדרך ואין דברי תורה ביניהן ראוין לישרף באש שנ׳ (מלכים ב׳ : ב׳ ; יא׳) ויהי הנה הולכים הלוך דבר והנה רכב אש וגו׳ טעמא דאיכא דבור הא ליכא דיבור ראוין לישרף ׃

Dixit R. Elaà Bar Ieuarchè: Duo Diſcipuli ſapientes (id eſt Rabbini) *qui ambulant per viam, neque inter eos ſunt verba Legis, digni ſunt, vt igne cremantur, S. D.* (2. Reg. 2. 11.) Et fuit ipſis ambulantibus eundo, & loquendo, & ecce currus igneus &c. *Ratio eſt, quia ibi eſt locutio; quando igitur non eſt locutio, digni ſunt combuſtione.*

Rigida ſententia malè in Scriptura fundata. Quia Elias, & Eliſæus loquebantur in via de rebus ad Legem Diuinam pertinentibus, cùm *Eliſæus* poſtulaſſet ſpiritum duplicem Magiſtri ſui, ibidem verſic. 10. & tamen currus igneus venit, & ſuſtulit Eliam; *non venit* vt combureret illum, quia Elias raptus eſt in cælum. Ergo probatio nulla eſt, quia Scriptura non probat id, quod aſſumebatur, nimirùm quòd qui non loquuntur de Lege in via, digni ſint vt igne comburantur. Quædam alia verſa pag. afferuntur, quæ iam alibi annotata ſunt, vel indicata, vti Prohibitio ſtudendi Græcorum Sapientiæ, ſicuti prohibitio eſt porcum nutriendi; & varia incommoda, quæ ex morte diuerſorum Rabbinorum Iudæis acciderunt. De his vide I. Partem huius Bibliothecę pagina 502. columna 1. & hanc III. Partem pagina 156. columna 1. & terminatur Codex *Sotà*.

Ord. III. *Naſcìm,* Cod. 6. *Nedarìm*, cap. 1. *Col Chinuijè*.

xit R. Scimòn Ben Lakiſc: Calcaneum (immundum) *videlicet illam partem calcanei à menſtruo inquinatam.*

Non improbantur vota, quæ de meliori bono frequenter fiunt, imò Scriptura illa laudat (Pſal. 76. v. 12.) נדרו ושלמו ליהוה אלהיכם *Vouete, & reddite Domino Deo Veſtro.* neque ea reſtringit in determinato numero, aut perſona, dummodo ſit capax, & idonea ad vouendum, vt dicitur Numer. c. 30. ver. 3. איש כי ידר נדר ליהוה *Vir, qui Vouerit Votum Domino &c. Vir*, vt excludantur pueri, & alij, qui rationis capaces non ſunt. Et ver. 4, ואשה כי תדור נדר ליהוה *Et mulier cùm vouerit Votum Domino &c.* Eodem modo eſt intelligenda Scriptura de muliere perfecta, non de puella minorenni. Vnde mulieres omnes tam virgines, quàm nuptæ ſi vouerint, tenentur vota reddere, dummodo poſtquam audierint patresfamilias, aut mariti non ſtatim contradixerint. Ergo non ſunt improbanda vota frequenter emiſſa. Cæterùm, quæ de occaſione peccati fugienda dicuntur, laudantur; dicente Scriptura (Eccleſiaſtici 3. v. 27.) *Qui amat periculum, in illo peribit.*

Ibidem 4. lineis ante finem. Contra quendam Rabbinum moraliora docentem, omnium Rabbinorum turba inſurgit, & obſcœniſſima ſtatuunt.

אמר רבי יוחנן בן דהבאי ד׳ דברים סחו לי מלאבי השרת חיגרין מפני מה הויין מפני שהופכים את שלחנם אילמים מפני מה חויין מפני שמנשקין על אותו מקום חרשים מפני חויין מפני שמספרין בשעת תשמיש סומים מפני שמסתכלין באותו מקום ורמינהי שאלו את איטה שלום מפני מה בניך יפיפין ביותר אמרה לתן אינו מספר עמי לא בתחילת הלילה ולא בסוף הלילה אלא בחצות הלילה וכשהוא מספר מגלה טפח ומכסה טפח ודומה עליו כמי שכפאו שד ואמרתי לו מה טעם ואמר לי כדי שלא אתן את עיני באשה אחרת ונמצאו בניו באין לידי ממזרות לא קשיא הא במילי דתשמיש הא במילי אחרנייתא אמר רבי יוחנן זו דברי יוחנן בן דהבאי אבל אמרו חכמים אין הלכה כיוחנן בן דהבאי אלא כל מה שאדם רוצה לעשות באשתו עושה משל לבשר הבא מבית הטבח רצה לאכלו במלח אוכלו צלי אוכלו מבוש׳ אוכלו שלוק אוכלו וכן דג הבא מבית הציד Et poſt pauca: התיא דאתאי לקמיה דר׳ א״ל ר׳ ערכתי לו שולחן והפכו א״ל בתי תורה התירתך ואני מה אעשה ליך התיא דאתאי לקמי דרב אמרה לו ערכתי לו שולחן והפכו אמר מ״ש מן בוניתא ולא תתורו אחרי לבבכם מכאן וכו׳ :

Dixit R. Iochanàn Ben Dehauài: Quatuor narrauerunt mihi Angeli miniſterij. Claudi cur exiſtunt? (cur ita naſcuntur?) *Quia* (coniuges) *inuertunt tabulam.* [R. Salom. *Mulier ſupra, & Vir ſubter.*] *Muti cur ita naſcuntur? Quia deoſculantur locum illum. Surdi cur ſunt? Quia colloquuntur dum ineunt. Cæci cur ſunt? Quia intuentur locum illum. Obijciunt his. Rogauerunt matrem* ד״ש *Scialùm: Cur filios facis adeò formoſos? Reſpondit: Non loquitur maritus meus nec in principio noctis, nec in fine, ſed in medio, & quando loquitur* (id eſt copulam init) *detegit palmum, & cooperit palmum, & eſt ſimilis arreptitio, qui à Dæmone obſidetur. Et dixi ei* (aliquando): *Cur ita facis? Reſpondit mihi: Ne ponam oculos meos in Vxorem alterius, & ſubeant filij mei periculum ſpurietatis. Non contradicunt in hac re coitionis, ſed in reliquis: nam dicit R. Iochanàn: Iſta ſunt verba Iochananis Ben Dehauài; At Sapientes dixerunt: Non eſt Halachà deciſio lectionis* (Talmudicæ) *ſecundùm* (ſententiam) *Iochananis Ben Dehauài*, אלא כל מה שאדם רוצה לעשות באשתו עושה : *Elà col ma ſce Adàm rotzè laaſſòth be Iſtò oſſe*

ſed

hæc de duobus nebulonum Ptincipibus Rabbinorum pro nunc ſint ſatis.

Minùs acerbè agendum eſt cum R. Iochanàn Ben Dehauài, quamuis iactet ſe doctum fuiſſe ab Angelis miniſterij; ab Angelis quidem non albis, ſed atris, cùm illorum miniſterium cæleſte non ſit, & ſpirituale, ſed terrenum, & carnale, & Doctores ſint non veræ ſcientiæ, qua res per propriam cauſam cognoſcitur, ſed ſuperſtitionis, & vanæ obſeruationis; vti ſunt eæ, quæ aſſignantur pro cauſis defectuũ puerorum, qui ex parte mutili naſcuntur, vti ſunt claudi, muti, ſurdi, cœci à natiuitate. Poſſent Iudæi dicere: Hanc eſſe moralem doctrinam, qua peccata pro cauſis phyſicis ſubſtituuntur, vt parentes terreantur, ne in vſu matrimonij aliquid, quod ſit contra rectam operandi rationem, committant, quod quidem admittendum eſſe non refragamur; at peccata parentum non Talmudiſtę tantùm, ſed & antiquiores Iudæi veras, & naturales cauſas defectuum filiorum faciunt, quod non ſolùm ex modo loquendi Rabbì Iochanàn Ben Dehauài, ſed ex ipſo Euangelio cognoſcimus. Erat enim tempore Chriſti vulgaris opinio, quòd infantes in vtero materno peccata actualia committere potuerint, & quòd ijdem propter peccata parentum in corpuſculis aliqua mutilatione, vel defectu punirentur. Hinc eſt, quòd diſcipuli Ieſu harum opinionum non ignari, & alterius communis Iudæorum ſententiæ, quòd tempore Meſſiæ אין כחן לא זכות ולא חובה *Non erit ampliùs meritum, vel demeritum:* interrogant Dominum de cœco à natiuitate: *Rabbì, quis peccauit? hic, aut parentes eius; Vt cæcus naſceretur?*

ſed quicquid voluerit homo facere de vxore ſua, faciat. Sit exemplum: De carne, quæ venit è macello, vult comedere eam ſalitam, comedit eam; aſſam (igne) *comedit eam; elixatam, comedit eam; toſtam, comedit eam: & ſic de piſce, qui venit de foro piſcium.* Et poſt pauca: *Venit* (quædam puella) *coram Rabbì, dixit ei: Rabbì Magiſter mi, paraui ei* (marito meo) *menſam, & ipſe inuertit eam. Reſpondit ei Doctor: Filia mea, Lex hoc permittit* (tradit te marito tuo vt ſub libera poteſtate illius ſis) *en ego quid poſſum tibi facere? Alia venit coram Ràu, dixit ei: Paraui illi menſam, & ipſe inuertit eam. Reſpondit Doctor Ràu: Quid differt hoc à* (piſce) בוניתא *Bonèta*? [R. Salom. *Bonèta eſt* דג שיכול לאכלו כמו שירצה *piſcis, qui comedi poteſt quomodocunque volueris*] Intelligenti pauca.

Iſtæ ſunt præclaræ Talmudiſtarum doctrinæ, quas non verentur Moſaicæ Legi attribuere, tamen auctoritatem Sacrę Scripturæ cum ſuo שנאמר *Sceneamàr S. D. Sicut dicitur*, non affert infamis iſte Rabbì, cui ob eius inſignem ſanctitatem (quia nunquam ſub cingulo, & infra vmbilicum manum intulerat) Rabbènu Hakkadòſc Magiſtri noſtri Sancti nomen indiderunt: Eam non reperijt; abſit enim quòd in Dei eloquijs, quę ſunt אמרות טהורות eloquia caſta, & munda, huiuſmodi turpitudines, & obſcœnitates reperiantur. Et hæc eſt doctrina Rabbènu Hakkadòſc, qui Tanaitarum agmen claudit. Neque minùs caſtè ipſo Rabbènu Hakkadòſc procedit Ràu Princeps, & Caput Amorraitarum Doctorum Babylonicorum, qui vxorem comparat piſci, & eadem ſit viri poteſtas in vxorem, ac ſit in piſcis eſum. Et

uangelio: *Neque parentes eius*, damnat Dominus errorem illorum, qui dicunt ob peccata parentum filios reddi mutilos: vt ſuprà docuerat R. Iochanàn Ben Dehauai, contra Scripturam, quæ dicit: *Filius non portabit iniquitatem patris*

Quod dicunt Iudæi, tempore Chriſti nullum fore meritum, vel demeritum, vt refert עקביא בן מהללאל *Akauiah Ben Mahalalel* ſuper illud Eccleſiaſtæ cap. 12. v. 1. *Et memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, &c.* apud *Vaijkrà Rabbà*, *Sèder* מצורע *Paraſcià* 18. pagina mihi 484. col. 3. in princ. lin. 2. ſuper illa verba: *Et attingant anni, quibus dicas* אין לי בהם חפץ *Non eſt mihi in eis voluntas* אלו ימי המשיח שאין בהן לא זכות ולא חובה *Iſti ſunt dies Meſſiæ, in quibus non eſt meritum, neque demeritum*. Intelligendum eſt de ſecundo aduentu Meſſiæ, in quo iudicaturus eſt viuos, & mortuos, nec mereri, aut demereri ampliùs homines poterunt. Et hic eſt vnus locus, quo ex Rabbinis antiquioribus probatur ſecundus aduentus Meſſiæ, quem Hæbræi neoterici negant.

Ord. III. *Naſcim* Cod. 6. *Nedarim* cap. 3. *Arbaà Nedarìm*.

Pagina 31. b. poſt medium. Quamplurima encomia in laudem Circumciſionis à diuerſis Rabbinis afferuntur. Et

Pagina 32. in principio. Cùm eſſet Moſes in via, in diuerſorio ויפגשהו יהוה ויבקש המיתו *Et occurrit ei Dominus, & quæſiuit interficere eum*, nempè Moſen. Exod. 4. v. 24. Rabbàn Scimòn Ben Gamliel hunc textum Sacræ Scripturæ deſtruit, dum ibidem dicit linea 2.

לא למשה רבינו בקש שטן להרוג אלא לאותו תינוק׃
Non Moſen Magiſtrum noſtrum quæſiuit

Sa-

tur? Quaſi dicerent: Si tempore Meſſiæ, quod nunc eſt, nullum meritum, vel demeritum erit; quomodo hic, vel parentes eius, peccauerunt, vt cæcus naſceretur? Sed triplices has à vulgo malè intellectas opiniones vnica reſponſione Dominus refutat, dicens: *Neque hic peccauit, neque parentes eius, &c.* Per illud: *Non hic peccauit*; improbat errorem illorum, qui docebant infantes in vtero materno peccare potuiſſe actuali peccato: vnde excluditur à peccato concuſſio paruulorum in vtero Rebeccæ, Eſau ſcilicet & Iacobi, qui in materno aluo collidebantur, quia actuale peccatum non eſt, niſi ſit voluntarium. Infantes enim cum vſum rationis non habeant, actiones illorum non imputantur ad peccatum, quia inuoluntariæ ſunt. Eodem modo excuſari poteſt Eliſciàa Ben Auuiàh, quem in vtero matris conſtituunt reum peccati actualis, & propter peccatum matris, in apoſtaſiam prolapſum fuiſſe volunt. Quærunt Rabbini huius apoſtaſiæ cauſam, & in *Medràſc Ruth Rabbà* cap. 3. ver. 13. ליני הלילה *Quieſce hac nocte* pagina 48. col. 2. editionis Amſtelodamenſis cum Comment. nonnullas aſſignant, & inter alias ſequentem.

ויש אומרי׳ ע״י שכשהיתה אמו מעוברת בו עברה על בתי עבודה זרה והריחה ונתנו לה מאותו המין ואכלה והיה מפעפע בכריסה כריסה של חכינה׃

Sunt, qui dicunt, quòd cùm mater eius prægnans eum (in vtero geſtaret) *tranſiuit per Templum Idololatriæ, & odorata eſt* (odorem Templi, & Miniſtri illius) *dederunt ei partem illius rei* (quæ effundebat odorem) *quam comedit*. *Et in ventre illius liquata* (facta eſt) *velut Venenum Serpentis*. Et quod ſequitur in E-

Quia diſcipulos ſapientes angariauit S. D. (Gen. 14. 14.) Et armauit initiatos ſuos natos domus ſuæ. *Et Samuel dixit: Quia magnificauit ſe ſuper proprietates Dei ſancti benedicti, S. D.* (Ibidem 15. 8.) In quo cognoſcam; quòd hereditabo eam? *Et Rabbi Iochanàn dixit: Quia ſeparare fecit filios hominum, ne introirent ſub alis Diuinitatis S. D.* (Ibidem 14. 21.) Da mihi animam, & ſubſtantiam cape tibi. [R. Sal. *Da mihi animam cætera tolle tibi.* ולא היה לו לעשות כן שהיה לו לגיירם. *& non ſic debebat facere, ſed eos Proſelytos retinere debuerat*]. Et armauit initiatos domus ſuę. *Ràu dixit: Quia euacuauit eos Lege.* [R. Salom. *Quia eos docuerat Legem, & poſtea euacuauit eam ab eis, ſumpta metaphora à transfuſione liquoris de vaſe in vas.*] *Samuel autem dixit: Quia reſplendere eos fecit auro.* [R. Salom. *Quia vox* שחו ריקן *eſt ſignificati* זיהב *ſplendoris auri, quia dedit eis multum auri*] octodecim, & trecentos. *Dixit R. Amè Bar Abà: Eliezer ſolus præponderabat cum omnibus iſtis: nam dicitur* (Ibidem c. 15. ver. 2.) Eliezer הוא Hù Iſte, *quia reputabatur præſtantior reliquis omnibus.* [R. Salom *Quoniam* אליעזר *per Ghemetrià Geometricè, id eſt Arithmeticè conficit ſummam 318. ſecundùm numerum 318. vernaculorum domus Abrahæ.*

Horrendæ blaſphemiæ ſunt iſtæ, quę proferuntur contra Abrahamum Patriarcham omnium fidelium, à ſceleratis Talmudiſtis. Faciunt illum tyrannum, ſuperbum, effrontem, & petulantem inquiſitorem decretorum Dei. Animas ad Deum conuerſas Diabolo tradentem, & vt ad vomitum Idololatriæ alacriùs reuerterentur בתח להם אוצרותיו כדי שילכו

ſatan occidere, ſed puerum S. D. (Ibidem ver. 25.) Quoniam ſponſus ſanguinum tu es mihi.

Imò hac auctoritate probatur, quòd Deus voluit occidere Moſen, quia non circumciderat puerum recenter natum, quod videns Sephora circumcidit puerum, ותגע לרגליו *Et tangere fecit pedes eius* (Moſis) *& dixit: quoniam ſponſus ſanguinum tu es mihi.* Quaſi diceret: Modò quia obediui Domino, & puerum circumcidi, liberaui te à morte, itaque deinceps ſponſus ſanguinis mihi eris. R. Iudas Bar ביזנא *Biznà* ſupponit Moſen periculo mortis, ſed modo planè Talmudico, hoc eſt fabuloſo, dicit enim: quòd duo Dæmones אף וחימה *Aph*, & *Chemà*: באו ובלעוהו ואל שיירו ממנו אלא רגליו *Venerunt, & deglutiuerunt* (Moſen) *nec relicti de eo fuerunt, niſi tantùm pedes eius &c.* Hęc expoſitio, ſeù veriùs fictitium commentū eſt contra *S. Scrip.* & honorem Legiſlatoris Moſis. Vide *En Iſraël* P. II, pag. 19. col. 1. num. 11. in fine. Et de laudibus circumciſionis ibidem col. 2. num. 12.

Ibidem non longè à fine. Contra Patriarcham Abrahamum effutiunt Rabbini: Dixit R. אבהו *Abahù*, dixit R. Eleazar: Cur Abraham pater noſter punitus fuit, & ſeruierunt Ægyptijs filij eius 210. annis? (inquit).

מפני שעשה אנגרייא בתלמידי חכמים שנ׳ (בראשית י״ד: י״ד) וירק את חניכיו ילידי ביתו ושמואל אמר מפני שהפריז על מידותיו של הקב״ה שנ׳ (שם ט״ו: ח׳) במה ארע כי אירשנה: ורבי יוחנן אמר שהפריש בני אדם מלהכנס תחת כנפי השכינה שנ׳ (שם י״ד: כ״א) תן לי הנפש והרכוש קח לך: וירק את חניכיו ילדי ביתו: רב אמר שהוריקן בתורה ושמואל אמר שהוריקן בזהב שמונה עשר ושלש מאות: אמר ר׳ אמי בר אבא אליעזר כנגד כולם איכא דאמר אליעזר הוא:

ti non debet Abrahamo, quia familiari colloquio Deus loquebatur cum eo, cui terram promiſerat poſſidendam; nec dubitauit Abraham de Dei promiſſione, ſicut nec dubitauit de multiplicatione ſeminis ſui, quando ei Dominus dixerat (Ibid. ver. 5.) *Numera Stellas ſi potes, ſic erit ſemen tuum*, ſed *credidit Abram Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam*. Sed optauit aliquod ſignũ habere de futura poſſeſſione terræ, huiuſmodi autem deſiderium peccaminoſum non videtur, quia ipſemet Deus inſtat, vt ſerui ſui fideles ſigna à Domino petant. Sic inſtat Achaz (Iſai. 7. v. 11.) *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiuè in excelſum ſupra*. licet ob humilitatem petere noluerit. Non eſt igitur condemnandus, nec criminis reus faciendus Patriarcha noſter Abraham, vt facit ſycophanta iſte Rabbì Samuel.

Tertiò, R. Iochanàn omnium Rabbinorum ſceleſtiſſimus, horrendam blaſphemiam contra Sanctum Patriarcham Abrahamum euomit, dicit enim: Animas ad veram Religionem conuerſas, procuraſſe, vt Deum abnegarent, eaſque Diabolo dediſſe. Erat Abrahamo familia multa nimis: nam quando egreſſus eſt de Haran, tulit Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſamq; ſubſtantiam ואת הנפש אשר עשו בחרן *Et animas quas fecerant in Charàn* (Gen. 12. 5.) (Rab. Sal. ad hunc locum שהכניכן תחת בנפי השכינה אברהם מגייר את האנשים ושרה מגיירת הנשים, *Quoniam ingredi faciebat eas ſub alis diuinitatis. Abraham proſelytos faiebat viros, & Sara proſelytas faciebat fæminas.*) Hos nouos fideles ſecum duxerat Abraham, qui filios pro-

עשו בנפש חפצה, *Aperuit èis theſauros ſuos & auro eos onerauit*, vt dicit הר״אש *Harròſc*. Quæ calumniæ, & blaſphemiæ tantò grauiores, & intolerabiliores ſunt, quantò magis contradicunt S. Scrip. quę fidem Abrahami, & illius ſanctitatem extollit. Sigillatim ad ſingulas accedamus. Primò, faciunt tyrannum, quia angariauit diſcipulos ſapientes. Nomine תלמידי חכמים *Talmidè Chachamìm Diſcipulorũ ſapientium* intelligunt Rabbinos. Dicunt quòd 318. Rabbini erant vernaculi domus Abrahæ, omnes nati domi ipſius, qui cùm coacti fuerint arma ſumere, & proficiſci ad bellum contra Chedorlahòmer, & ſocios eius Reges, maxima violentia facta eſt eis, quam Rabbini angariam vocant, id eſt tyrannidem. Non probatur quòd iſti omnes fuerint Rabbini; ex Scriptura habetur (Gen. 14. v. 14.) *Fuiſſe* 318. חניכיו ילידי ביתו *initiatos ſuos natos domus ſuæ*, Rabbì Leo de Modena in ſuo גלות יהודה vertit: *Li allevi ſuoi natiui della ſua Caſa*. Vulgata: *Vernaculos ſuos*, quod tantundem ſignificat. Illi igitur non erant Rabbini, ſed vernaculi Abrahæ, & expediti, vt ad bellum abſque vlla violentia, ſed voluntariè, & lætanter proficiſcerentur, & victoriam reportarent, vti fecerunt. En primam iniuriam Abrahamo à Talmudiſtis illatam prædicantes, quòd Vernaculi domus Abrahę fuerint 318. Rabbini ab eo angariati ad bellum.

Secundò, calumniantur Abrahamum fuiſſe ſuperbum, & perfrictæ frontis, quia voluit à Deo ſcire mores Diuinos, quod nõ licebat. Probant ex Gen. 15. 8. *Vnde ſcire poſſum, quòd poſſeſſurus ſim eam?* nempè terram Chanaan. Hoc vitio ver-

fecerat, modo Diabolo reſtituat. Hęc omnia videri poterunt in *En Iſraël* Par. II. pag. 19. col. 3. num. 15.

Ord. III. *Naſcìm* Cod. 6. *Nedarìm* cap. 4. *En Ben Hammorèd*.

Pagina 37. Tractatur de punctis, & accentibus, de quibus ſatis prolixè dixi, Parte I. pag. 141. col 2. & ſeqq.

Ibidem verſa pagina agitur etiam de המסורות *Hammaſſoròth*, de תרגום *Targum*; de מקרא סופרים *Lectione Scribarum* עיטור סופרים *Itùr Sopherìm Corona Scribarum*, & de alijs, quæ ad perfectam lectionem Sac. Scripturæ pertinent. Quæ videri poterunt in *En Iſraël* Par. II. pag. 19. col. 4. num. 18.

Pagina 38. lin. 5. poſt initium. Ditatur Moſes ex ſcalptura Tabularum.

אמר ר׳ חמא בר חנינא *Dixit R. Chamà* Bar Chaninà לא העשיר משה אלא מפסולתן של לוחות שנאמר (שמות לד״ א׳ ׃) פסול לך שני לוחות אבנים כראשונים פסולתן שלך ׃ *Non ditatus eſt Moſes, niſi de ſcalptura Tabularum, S. D.* (Exod. 34. 1.) Dola tibi duas tabulas lapideas ſicut priores. Scalptura tua erit. (Gloſſa הר׳א׳ש *Harròſc* ושל סנפירנון היו quoniam ex Zaphyro erant.)

Potuit hoc eſſe, ſed fabulam Talmudicam olere videtur. Sequitur.

Ibidem ſtatim. Lex primò ſoli Moſi, & eius familiæ tantùm data fuit.

אמר ר׳ יוסי בר חנינא לא ניתנה תורה אלא למשה ולזרעו שנ׳ (שמות לד״ ו׳ ׃ כז׳ ׃) כתב לך פסול לך מה פסולתן שלך אף כתבן שלך משה נהג בה טובת עין ונתנה לישראל ועליו הכתוב אומר (משלי כב״ ט׳ ׃) טוב עין הוא יבורך וגו׳ ׃

Dixit R. Bar Chaninà: Lex non fuit data niſi Moſi, & ſemini eius, S. D. (Exod. capite 34. verſiculo 27.) Scribe. (Et ibidem ver. 1.) Dola tibi. Sicut ſcalptura earum tua eſt, etiam

procrearunt, & tota Abrahę domus adeò hiſce Neophytis repleta eſt, vt ex his potuerit Abraham 318. expeditos vernaculos armare, & Lot captum liberare, totamque prædam Sodomorum recuperare, quàm cùm eam Regi Sodomorum vellet reſtituere, noluit eam recipere, ſed Abrahamo dixit: *Da mihi animas, cætera tolle tibi* (Gen. 14. 21.) ac ſi dixiſſet: Abraham, reſtitue Idololatrię animas, quas tu ad tuam religionem conuertiſti, cætera, quæ ad prædam pertinent, tua ſint. Et hic ſenſus literalis videtur verus. Sed Abraham vir Dei electus reſpuit hanc oblationem, & ſuæ fidei, ac religionis veritatem coram Rege, & vniuerſo populo profitetur hiſce verbis (Ibidem ver. 22.) *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cæli, & terræ, quòd à filo ſubtegminis vſque ad corrigiā caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt &c.* Et tamen impudenter & blaſphemè Talmudiſtæ volunt Abrahamū morem geſſiſſe Regi Sodomorum, & Lege Diuina, qua imbuti erant, vernaculi domus ſuæ euacuaſſe, & Ethnicos feciſſe, vt dicit Ràu; & Gloſſa Toſaphòth ad illa verba: *Da mihi animas*, explicat ואברהם אבינו נתנן לו *Et Abraham pater noſter dedit eas ei*, ſcil. Regi Sodomorum; & vt libentiùs, & maiori animi voluptate ad Idololatriā redirent, vnicuiq; ex illis donaria dedit, quæ cùm nihil ex his habeatur in Textu, hanc vocem וירק, *& expedijt*, ſeù *armauit*, adeò torquent Talmudiſtę, vt omnes prędictas blaſphemas expoſitiones contra Abrahamū in ea contineri credant, quare illata magna violentia Textui Sacro, conantur ex eo infamiam inferre Patriarchæ noſtro Abrahæ, & animas, quas Deo olim

ſus inſulsè, (vt apparet ex probatione allata de Iona) de quo dicitur (Ion. 1. 3.) *Et dedit mercedem eius , & deſcendit in eam .* (Nauem) R. Iochanàn dicit : שנתן שכרה של ספינה כולה *quod dedit naulum eius pro tota Naue* . Et R. רומנוס *Domanos* dicit, quòd naulum pro tota Naue fuerunt ד' אלפים דינרי דהבא *quatuor millia denariorum aureorum* . Et hæc inter fabulas Talmudicas connumeranda ſunt.

Pagina 19. b. longè poſt principiũ. Ante Mundi creationem quædam creata fuerunt.

In explicatione illius verſiculi 30. cap. 16. Numer. ואם בריאה יברא יהוה וגו' *Et ſi creationem creauerit Dominus &c.*

תניא שבעת דברים נבראו קודם שנברא העולם אלו הן וכו' :

Tanià eſt traditio : Septem res creatæ ſunt antequam mundus crearetur. Hę ſunt:

תורה ותשובה גן עדן וגיהנם כסא כבוד ובית המקדש ושמו של משיח : 1. *Lex* , 2. *Pœnitentia* , 3. *Hortus E'den Paradiſus* . 4. *Gehenna ignis infernalis* , 5. *Solium gloriæ* , 6. *Domus Sanctuarij* , 7. *Et nomen Meſſiæ* . *Lex S. D.* (Prou. 8. 22.) Dominus poſſedit me , principium viæ ſuæ : ante opera ſua ex tunc. 2. *Pœnitentia , S. D.* (Pſal. 90. 2.) Priuſquam montes naſcerentur , & formares terram , & orbem &c. Conuertes hominem vſque ad contritionem : & dices : Conuertimini filij hominum. 3. *Hortus Eden Paradiſus S. D.* (Gen. 2. 8.) Et plantauit Dominus Deus hortum in Eden à principio &c. 4. *Gehenna , S. D.* (Iſai. 30. 33.) Quoniam diſpoſita eſt ab heri Tophtè &c. 5. *Solium gloriæ , S. D.* (Pſal. 93. 2.) Paratum ſolium tuum ex tunc . 6. *Domus Sanctuarij S. D.* (Ier. 17. 12.) Solium gloriæ altitudo à principio. 7.

Scriptura earum tua eſt . *Moſes adminiſtrauit in ea benigno oculo , & data eſt Iſraëli ; & de eo Scriptura dicit* (Prouerb. 22. v. 9.) Benignus oculus ipſe benedicetur, quia dedit de pane ſuo pauperi .

Ex hoc loco Prouerbiorum , videtur ex liberalitate ipſius Moſis datam fuiſſe Legem Iſraëlitis ab eodem Moſe , & non ab ipſo Deo , ita vt ſi Moſes eam non dediſſet , nullatenus Iſraëlitæ Legem habuiſſent . At R. Ioſè Ben Chaninà non animaduertit, quid ſcriptum ſit poſt verba כתב לך *Scribe tibi* (Exod. 45. 27.) quod ſi animaduertiſſet, vidiſſet vtique Legis fœdus pepigiſſe Deum cum Moſe , & cum Iſraële ſimul , dicitur enim ibi : *Et dixit Dominus ad Moſen : Scribe tibi verba hæc : quia ſecundùm Verba iſta pepigi tecum fœdus , & cum Iſraële .* Ergo in ſolidum (vt dicunt) data fuit Lex Moſi , & Iſraëli . Fuit quidem Moſes inſtrumentum Domini, quo mediante promulgata eſt Lex Iſraëli , & declarata : ſed hoc factum eſt, iubente Domino , vt teſtantur quamplurima loca Scripturæ, quæ hùc adducere neceſſe non eſt , cùm obuia ſint , & erudito Scripturarum Sacrarum viro non ignota . Vide tamen ſi placet Num. 5. 1. — 7. 1. — 15. 36. — 19. 2. &c. Prædicta inuenies in *En Iſraël* Parte II. pag. 20. col. 2. num. 19.

Ibidem poſt med. Prophetæ omnes diuites fuerunt .

אמר ר' יוחנן כל הנביאים עשירים הוו מנלן ממשה ומשמואל מעמוס ומיונה וכו' :

Dixit R. Iochanàn : Omnes Prophetæ diuites fuerunt . Vnde hoc (cognoſcitur ?) *ex Moſe , Samuele , Amos , & Iona &c.* Et conatur hoc probare ex Scriptura , iuxta Talmudiſtarum morem , ſed pror-

Digitized by Google

Ibidem longè poſt medium. Laudanda eſt traditio de viſitatione infirmorum.

Eſt traditio : תניא ביקור חולים אין לה שיעור *Viſitatio infirmorum non habet menſuram*. Hoc eſt huiuſmodi meritum eſt inæſtimabile. Quæ verba intelligi poſſunt de ipſa ægroti viſitatione, quòd non ſemel, aut iterum viſitandus ſit ęgrotus, ſed multoties, & abſque menſura, id eſt ſine numero. *Non te pigeat* (inquit Eccleſiaſtici 7. 39.) *viſitare infirmum* Et Dominus regnum cæleſte dat ijs, qui infirmos viſitant. Matth. 25. 36.

Pagina 40. circa mediũ. Sequitur de infirmorum viſitatione, & de mercede tam in præſenti, quam in futuro ſeculo parata ijs, qui ægrotos viſitant.

אמר רב כל המבקר את החולה ניצל מדינה של גיהנם שנ׳ (תהלים מ״א: כ׳:) אשרי משכיל אל דל ביום רעה ימלטהו יהוה: אין דל אלא חולה שנ׳ (ישעיה ל״ח: י״ב:) מדלה יבצעני מיום עד לילה תשלימני: אי נמי מן הדין קרא (שמואל ב׳: י״ג: ד׳:) מדוע אתה ככה דל בן המלך בבקר בבקר וגו׳ אין רעה אלא גיהנם שנ׳ (משלי י״ו: ד׳:) כל פעל יהוה למענהו וגם רשע ליום רעה: ואם ביקר מה שכרו מה שכרו כדאמר נצל מדינה של גיהנם אלא מה שכרו בעולם הזה (תהלים מ״א: ג׳:) יהוה ישמרהו ויחייהו יאשר בארץ ואל תתנהו בנפש אויביו: ישמרהו מיצר הרע ויחייהו מן היסורין ויאשר בארץ שיהו הכל מכבדין אותו ואל תתנהו בנפש אויביו שיזדמנו לו רעים כנעמן שירפאוהו מצרעתו ואל יזדמנו לו רעים כרחבעם שחלקו מלכותו:

Dixit Ràu: Omnis qui viſitat infirmũ liberatur à Gehenna (ignis) *S. D.* (Pſal. 41. 2.) Beatus (vir) qui intelligit ſuper tenuem, in die mala liberabit eum Dominus. *Non eſt tenuis niſi infirmus S. D.* (Iſai. 38. 12.) Ab ægritudine concidet me, à die vſque ad noctem con-

7. *Et nomen Meſſiæ, S. D.* (Pſal. 72. 17.) Et erit nomen eius in ſeculum: ante Solem Innòn nomen eius.

Si iſta ſint intelligenda, vt ſonat litera Talmudiſtæ omninò ineptiunt, quia quædam ex his, quæ omninò ab alijs dependent, priora ipſis ponuntur. vt ſi quis diceret, motum progreſſiuum animalis priorem eſſe ipſo animali, eumque creatum fuiſſe antequam animal ipſum creatum fuerit, vtique ineptiret. Sic in hoc loco (*vt de alijs taceam*) dicere, quòd pœnitentia, quæ ſubſequitur peccatum, fuerit creata ante peccatum, imò antequam ipſe homo creatus eſſet, euidentiſſima ſtultitia eſt. Itaque ſublimiori aliquo ſenſu iſta eſſe intelligenda, licèt ſine ſenſu proponantur: pro nunc, ea ſine caſtigatione vtcumque tranſire permittimus, quatenus ſcilicet in mente Diuina, media, per quæ homo ſaluandus ſit, ſi eis vti *voluerit*, & pœna rebellibus danda, præparata fuerit à Deo antequam homo crearetur atq; peccaret. Nomine autem ינון *Innòn filiabitur*, quod Meſſiæ attribuitur, *intelligitur* æterna Chriſti generatio à Patre procedens: nam ſi Meſſias filiabitur ante mundi conſtitutionem, euidens eſt ab æterno ſine aliqua temporis differentia, Filium à Patre fuiſſe genitum quia iſta correlatiua ſunt filians, & filiatus hoc eſt Pater, & Filius, & adueniente plenitudine temporis humanam aſſumpſiſſe naturam, & hominem factum fuiſſe. Et quemadmodum anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, qui eſt Iudæorum Meſſias. Huiuſmodi מאמר *Maamàr* reperitur in *En Iſraël* Par. II. pag. 20. col. 3. num. 22.

& Azaria. Quia horum ignis, quilibet plebeius, & qualibet re poterat extingui; Sed (ignis febrilis) *infirmi cùm ſit è cælo, quis poterit extinguere illum?*

Naturam, & eſſentiam miraculi non intelligunt Talmudiſtæ, ideòque hallucinantur, & credunt quòd febris quę ex alteratione quatuor humorum generatur, & calor præter naturam excitatur, non poſſit tolli niſi adſit miraculum, cùm ex naturalibus remedijs ad iuſtum pondus reduci poſſint, & æger ſanitati reſtitui. An autem miracula ſint æqualia; vel vnum maius alio cenſeatur, & quomodo, vide Eminentiſſimum Dominum meum Brancatum S. R. E. Cardinalem in ſuo quarto Tomo, in Tertium Sententiarum &c. De miraculis diſput. 20. Art. 5. pag. 494.

Ord. III. *Naſcim* Cod. 6. *Nedarim* cap. 6. *Hannodèr min hammebuſciàl.*

Pagina 49. b. poſt medium. Valetudinem quomodo tueantur Talmudiſtæ.

רבי יהודה הוה יתיב קמיה דרבי טרפון אמר ליה רבי טרפון היום פניך צהובין אמר ליה אמש יצאו עבדיך לשדה והביאו לנו תרדין ואכלנום בלא מלח ואם אכלנום במלח כל שכן שהיו פנינו צהובין: אמרת ליה ההיא מטרוניתא לרבי יהודה מורה ורוי אמר לה הימנותא בידה דההיא איתתא אי טעימנא אלא קידושא ואבדלתא וארבעה כסי דפסחא וחוגרני צידעי מן הפסח עד העצרת אלא חכמת אדם תאיר פניו אמר ליה ההוא מינא לרבי יהודה פניך דומין כמלוי רביות אי כמגדלי חזירים אמר ליה ביהודאי תרוייהו אסירן אלא עשרים וארבעה בית הכסא אית לי מן ביתא עד בי מדרשא וכל שעה ושעה אני נכנס לכל אחד ואחד וכו׳:

R. Iudas inuiſit aliquando R. Tarphonem, dixit ei R. Tarphòn: Hodie facies tuæ nitentes ſunt. Reſpondit: Heri exierunt ſerui tui in agrum, & attulerunt nobis consumes me. *Etiam* (liberatur) *à iudicio. Scriptura* (habet 2. Sam. 13. 4.) Quare tu ſic infirmus fili Regis quolibet mane &c. *Non eſt malum niſi Gehenna S. D.* (Prou. 16. 4.) Omnia operatus eſt Dominus propter ſe: & etiam impium ad diem malam, (vt exerceat Iuſtitiam in Iudicio contra impios ad Gehennam.) *Et ſi viſitauerit* (infirmum) *quænam erit illius merces? Quænam erit merces illius? Sicut quod dictum eſt: liberabitur à Gehenna. Sed quænam erit merces eius in hoc mundo?* (Pſal. 41. 3.) Dominus cuſtodiet eum, & viuificabit eum; beatificabit in terra, & non tradet eum in animam inimicorum eius. *Cuſtodiet eum à fomite malo. Viuificabit eum, à languoribus. Beatificabit eum in terra, quoniam omnes honorabunt eum; & non tradet eum in animam inimicorum eius.*

Iſta appoſita ſunt in gratiam illorum qui opera miſericordię exercent, & præſertim in viſitandis infirmis ſe occupant, quorum merces multa, & magna erit, etiam infidelium teſtimonio.

Ibidem poſt medium. Iuuenes non ſunt audiendi, ſed ſenes. Si Iuuenis dixerit ędifica, & ſenex dixerit deſtrue; deſtrue, & non ædifica, quia ædificare Iuuenum deſtruere eſt &c. Vide ſupra pag. 463. col. 1. Vbi eadem ſententia refertur ex Cod. *Meghilà* Cap. 4.

Pagina 41. poſt medium, à febribus infirmum liberari, tribuitur miraculo,

אמר ר׳ חייא בר אבא גדול נס שנעשה לחולה יותר מן הנס שנעשה לחנניה מישאל ועזריה של חנניה מישאל ועזריה אש של הדיוט והכל יכולין לכבותה ואלו של חולה של השמים היא ומי יכול לכבותה:

Dixit R. Chijà Bar Abbà: Maius miraculum eſt, quod fit infirmo, quàm fuerit illud, quòd factum fuit Ananiæ, Miſaeli,

profluuium, & diarrhœæ exitialem morbum pateretur. Sed ſi quis diceret ænigmatice R. Iudam locutum fuiſſe, & pro 24. foricis intellexiſſe 24. libros Sacros, quibus Sacrorum Bibliorum volumen apud Hebræos componitur, & quos ſingulis horis ſingulos reuoluebat, in his enim ſapientia continetur, qua hominis vultus venuſtiores fiunt, vt ipſe dicebat. Reſp. Eſto quòd hoc fuiſſet verum, fœtidum tamen commentum eſt, & Sacrorum librorum indignum, eos in latrinas conuertere; & ænigmaticè forices pro Dei verbo ſumere blaſphemum eſt. Hic tamen nullam allegoriam reperiri perſpicuum eſt, ex eo, quia R. Iudas quando ibat in Academiam, portabat Cantharum [R. Sal. *portabat* קנקן *Cantharum. in Academiam, vt ſederet ſuper eum*; nempè, & excrementa egereret.] Similes his ſunt eos ferè allegoriæ, & myſtica eloquia Rabbinorum. Et ſicut in fimo aliquando lapis pretioſus, ſeù margarita reperitur, ita & in Hebræorum Talmudicis latrinis nonnullæ ſententiæ latent, quæ ſi à fœtore Iudaico purgentur inter reliquas moralium Philoſophorum ſententias cõnumerari poterunt; vti eſt illa, quæ poſt allatum Maamàr reperitur, qua dicitur גדולה מלאכה שמכבדת את בעלה; *Magna eſt illa functio, ſeù operatio, quæ honorat dominum ſuum,* Opera, propter quæ homines honorantur, ab ingenuis exerceri debent. Etiam reperies iſta in *En Iſraël* Par. II. pag. 22. col. 1. num. 32.

Pagina 50. b. circa med. De oui elixi nuncupati Tormita mirabili virtute.

מאי ביצת טורמיטא אמר שמואל עובדא דעביר לה שני
אלנא

bis ætas, & comedimus eas abſque ſale; quod ſi ſalem manducaſſemus, quantò nitidiores fuiſſent facies noſtræ? Dixit quædam Matrona ipſi R. Iudæ: Tu Magiſter es, & ebrius (ſimul). *Reſpondit ei: Fides ſit inmanu ipſius mulieris* (hoc eſt; Iuro tibi) *quòd non bibo Vinum niſi in ſacris* (id eſt in ingreſſu Sabbathi) *& in exitu illius, atq; in quatuor poculis Paſchatis, & ligo tempora mea à Paſchate vſque ad Pentecoſten* [R. Sal. *Ligo capillos circa tempora propter dolorem Capitis cauſatũ à quatuor poculis Paſchatis*] *ſed ſapientia hominis nitidas facit facies. Dixit ei quidã Hæreticus ipſi R. Iudæ: Facies tuæ ſunt ſimiles aut ei, qui dat ad vſuram, aut ijs, qui nutriunt porcos. Reſpondit ei: Vtrumque prohibitum eſt Iudæis: ſed* 24. *latrinæ ſunt mihi inter domum meam, & Academiam, & ſingulis horis in quamlibet ex his ingredior. Rabbì Iudas quando Academiam petebat, portabat Cantharum.*

Corporis valetudinem abſtinentia, & temperantia conſeruari in confeſſo eſt apud omnes gentes. Leo Papa ſerm. 8. de Ieiunio X. menſis ait: *Quotidiano experimento probatur potus ſatietate aciem mentis obtundi, & ciborum nimietate vigorem cordis hebetari: ita vt delectatio edendi) etiam corporum contraria ſit ſaluti.* Et Dominus in Euangelio Luc. 21. 34. *Attendite* (inquit) *vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate &c.* Lubricitatem etiam corporis conferre ſanitati docent Medici, ſed nimiam inter infirmitates reponunt. Si quis enim qualibet hora 24. foricis indigeret, quibus ventrem purgaret, non lubricitatis beneficium haberet, ſed alui

Tzidkiãhàu rebellat contra Nabucdo-noſor. Comedit hic leporem viuum. Et Senatores Synedrij mulcta puniuntur.

וגם במלך נבוכד נצר מרד (צדקיהו) אשר השביע באלחים מאי מרדותיה אשכחיה צדקיהו לנבוכד נצר דהוה קאכיל ארנבא חייא אמר ליה אישתבע לי דלא מגלית עילוי ולא תיפיק מילתא אישתבע לסוף הוא קאן מצתער צדקיהו בגופיה איתשיל אשבועתיה ואמר שמע נבוכד נצר דקא מבזין ליה שלח ואייתי סנהדרין וצדקיהו אמר להון חזיתון מאי קא עביד צדקיהו לאו הכי אישתבע בשמא דשמיא דלא מגילנא אל איתשלי אשבועתא אמרי ליה אין אמר להו לפניו או אפילו שלא בפניו אמרי ליה בפניו אמר להון ואתון מאי עבדיתון מאי טעמא לא אמריתון לצדקיהו מיד (איכה ב׳ י׳ :) ישבו לארץ ידמו זקני בת ציון אמר רבי יצחק ששמטו כרם מתחיתם :

Et etiam in Regem Nabuchdonoſor rebellauit (Tzidkiàhu) *Sedecias, quem adiurauerat per Deum* (viuentem); *quanam fuit rebellio eius? Inuenit Sedecias ipſum Nabucdonoſor comedentem leporem viuum* [R. Sal. *Non erat coctus, elixatus. Sunt qui dicunt viuum propriè, cumque comedebat, dum viuus erat lepus.*] *Dixit ei. Iura mihi: quòd non reueles hoc de me, neque publices huiuſmodi factum. Iurauit. Tandem indoluit de ſeipſo Sedecias,* [R. Sal. *Et voluit hoc facinus prodere, vt homines Regem Nabucdonoſor deſpectui haberent.*] *Petijt abſolutionem ab hoc iuramento. Audiuit Nabucdonoſor quòd deſpectui habebatur, miſit vt venirent aſſeſſores Synedrij, & Sedecias. Dixit ad eos: Videtiſne, quid mihi fecerit Sedecias? Nonne iurauit ipſe in nomine Domini, quòd non reuelaret? Dixit ei: Abſolutus fui ab hoc iuramento. Dixèrunt ei: Ita. Dixit eis: In facie eius, vel etiam quando non in facie eius? Dixerunt ei: In fa-*

אלפא דינרי ומעל לה אלפאי זימני במיא חמימי ואלפא זימני במיא קרירי עד דמתזוטרא כי היכי דבלע יתה ואם אית כיבא סריך עלה וכד נפיק אתיא ידע אסיא מאי סמא מתבעי ליה ובמאי מתסי שמואל הוה בדיק נפשיה בקולחא עדסתרין אינשי ביתיה עליה שעריהון וכו׳

Quid eſt Ouum Tormitæ? Dixit Samuel: Opus, quod fecit (quidã) *de eo* (ouo) *quod valet mille denarios, & prodeſt ei. Millies cum aquis calidis, & millies cum aquis frigidis quouſq;* (probauit) *diminutum adeò fuerat, vt integrum illud abſorberet. Quòd ſi quis dolorem viſcerum habeat, hæret illi Ouo* [R. Sal. *morbifica qualitas,*] *& cùm egreditur integrum, cognoſcit Medicus, quænam medicina adhibenda ſit, & ſanatur. Samuel purgabat ſeipſum cum caule* [R. Sal. *Quia iſtud virtute ſimile eſt Ouo Tormitæ, & explorabat omnia viſcera ſua, ſi dolor, ſeù infirmitas in eis eſſet; & ita debilis, & languidus reddebatur, vt eius vxor fleret, & præ dolore capillos euelleret*] *adeò vt reliqui de domo ſua domeſtici, eius cauſa idem facerent &c.*

Mirabilis quidem eſt virtus huius Oui Tormitæ, quòd vt viſcerum infirmitates exploret, alio decocto eiuſdem virtutis indigeat, & patientem ad mortem vſque adigat. Sed iſtæ ſunt fabulæ Talmudiſtarum, quarum magna ſeges eſt in Talmude, & in hoc loco nonnullæ afferuntur, quas præterire ſtudui, ne nimium excreſceret opus: Alij poſt me venient, qui diligentiori, & ſapientiori calamo idem præſtabunt.

Ord. III. *Naſcim* Cod. 6. *Nedarim* cap. 9. *R. Elièzer.*

Pagina 56. non longè à principio.

facie eius. Dixit eis: Et vos quid feciſtis? Cur non dixiſtis Sedeciæ? Statim (Thr. 2. 20.) ſederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion. *Dixit R. Iſaac: Quia de ſub eis rapuerunt puluinos.*

Quòd Nabucdonoſor omnium Orientalium Regum maximus voluerit comedere leporem viuum, omninò incredibile eſt, & Regia Maieſtate indignum, maximè additis alijs circumſtantijs deſuper narratis, de prohibitione Sedeciæ facta, de iuramento, abſolutione à iuramento, deque pœna Senioribus Synedrij data, quæ omnia fabuloſa eſſe dignoſcuntur. Nihilominus fabuloſi Iudæi has Talmudicas fabulas pro veris hiſtorijs habent, & adeò eas veras eſſe credunt, vt referant illas pro documentis in illorum libris, veluti faciunt in libro ſecundi Alphabeti, quod ipſi *Ben* סירא *Sirà* attribuunt. Vnum tamen notandum exiſtimamus: quòd *antiquitùs* Illuſtres Viri, & maiorum Tribunalium Senatores humi ſedebant, ſed ſuper puluinis; ſi autem Princeps iuſſiſſet auferri puluinos, dum actu ſuper eos ſedebant Senatores, nulla hac iniuria maiore in honore mulctari poterant nobiles, & in Republica benè merentes Senatores. Hanc fabellam ſiue malis vocare hiſtoriam legere poteris in *En Iſraël* Parte II. pag. 23. col. 3. num. 44. Et ita abſoluimus Cod. *Nedarim*.

Ord. III. *Naſcim* Cod. 7. & vlt.
Nazìr cap. 4. *Miſceamàr*.

Pagina 23. in fine. De filiabus Loth.

תנא משום רבי יוסי בר רב חוני למה נקוד על ווי״ו וּבְקוּמָהּ של בכירה (לוט בראשית י״ט : ל״ג) לומר שבשכבתה לא ידע אבל בקומה ידע ומאי הוה ליה למעבד מאי דהוה הוה נפקא מינה דלפניא אחריתא

לא איבעי למישתי חמרא דרש רבא מאי דכתיב (משלי י״ח : י״ט) אח נפשע מקרית עוז ומדינים כבריח ארמון: אח נפשע מקרית עוז זה לוט שפירש מאברהם ומדינים כבריח ארמון שהטיל מדינים כבריחים וארמון (דברים כ״ג : ג׳) לא יבא עמוני ומואבי בקהל יהוה : דרש רבא ואיתימא רבי יצחק מאי דכתיב (משלי י״ח : א׳ :) לתאות יבקש נפרד ובכל תושיה יתגלע לתאות יבקש נפרד זה לוט ובכל תושיה יתגלע שנתגלה קלונו בבתי כניסיות ובבתי מדרשות דתנן עמוני ומואבי אסורין ואיסורן עולם :

Tanà Eſt traditio nomine R. Ioſè Bar Chonì: Quare punctula adiecta ſunt ſuper ו *Vàu* בקוּמה *dum ſurgeret primogenita* (Geneſ. 19. ver. 33.) *Vt intelligas, quòd* (Loth) *quando ipſa cubauit, non cognouit, ſed quando ipſa ſurrexit; cognouit. Et quid faciendum illi erat, quodcumque enim factum fuerat, actum erat. Inde elicimus, quòd in ſequenti veſpera non debebat bibere vinum. Quæſiuit Rauà: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Prouerb. 18. v. 19.) Frater rebellans præ Ciuitate forti, & contentiones ſicut vectis Palatij. [R. Salom *Ciuitas fortis, hic eſt Abrahamus, de quo ſcribitur* (Iſai. 51. 1.) Ad petram vnde exciſi eſtis. *Et contentiones quaſi vectis Palatij, ſeù quaſi repagula Turris. Frater rebellis, hic eſt Loth, qui ſe ſeparauit ab Abrahamo, & contentiones quas intulit, fuerunt ſicut vectis Palatij.*] (Deuter. 23. 3.) Non ingrediatur Ammonita, & Moabita in Eccleſiam Domini, *expoſuit ſenſum ſuum Rauà, & eſt, quia dicit R. Iſaac: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Prouerb. 18. v. 1.) Deſiderium quæret ſeparatus ab omni eruditione miſcebit ſe. *Deſiderium quæret ſeparatus, iſte eſt Loth, & ab omni eruditione miſcebit ſe, cuius vituperium aperitur in Synagogis, & in Academijs, quia*

Parte hac III. pagina 471. col. 1. Frequenter enim ſua dicteria repetunt Talmudiſtæ. Et nihil aliud de hoc breuiſſimo Cod. *Nazìr* afferam.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 1. *Bauà Kamà* cap. 1. *Arbaà Auòth*.

Pagina 15, b. paulò poſt medium. Remouenda ſunt pericula ex domo.

תניא רבי נתן אומר מניין שלא יגדל אדם כלב רע בתוך ביתו ואל יעמד סולם רעוע בתוך ביתו ת״ל (דברים כ״ב: ח׳) לא תשים דמים בביתך כי יפול הנופל ממנו :

Eſt traditio. R. Nathàn dicit: Vnde probatur quòd homo non educabit canem malum in domo ſua; neque etiam collocabit ſcalam fractam in medio domus ſuæ? Dicit enim Scriptura (Deuter. 22. 8.) Non pones ſanguinem in domo tua; quia cadet, cadens ex eo.] ſubintelligitur ex gradu confracto. Locus Scripturæ humili, & Rabbinico more explicatur.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 1. *Bauà Kamà*, cap. 3. *Hammaniach*.

Pagina 28. b. prope finem. Neceſſitas non habet Legem.

אונס רחמנא פטריה דכתיב (דברים כ״ב: כ״ו) ולנערה לא תעשה דבר וגו׳ :

Violentiam Deus ipſe excuſat: ſicut ſcriptum eſt (Deuter. 22. v. 26.) Et puellæ non facies quicquam, &c.

Ord. IV. *Nezizin*, Cod. 1. *Bauà Kamà* cap. 4. *Beiòr ſcenagàch*.

Pagina 38. linea 1. Iſraëlitæ damnificantes res alienigenarum ſiuè Chriſtianorum abſoluuntur, ex Miſcnà, & Ghemarà,

שור של ישראל שנגח לשור של נכרי (וא של גוי) פטור :

Bos Iſraëlitæ, qui cornu ferierit Bouem alie-

legitur Ammonita, & Moabita prohibita ſunt prohibitione æterna.

Meritò damnatur factum Lot, præſertim ſi ſecunda vice occaſionem peccandi non euitauit bibendo vinum, ſi tamen cognouerat ſe concubuiſſe cum filia ſua, vt dicitur in Ghemarà; at ex Sacra Scriptura expreſsè id non habetur, imò potiùs contrarium colligi videtur, nimirùm Lot nunquam cognouiſſe, ſe concubuiſſe cum primogenita ſua, quia Scriptura dicit ולא ידע בשכבה ובקומה *Et non cognouit* (Lot) *quando concubuerit, vel quando illa ſurrexerit* (Gen. cap. 19. verſ. 35.) Quòd autem ex duobus illis punctulis ſuprà ֹו *Vàu* vocis ובקומה poſitis indicetur, quòd quando ſurrexerit primogenita eius, tunc Lot cognouerit ſe concubuiſſe cum ea, eſt commentum planè fictitium, & inane. Cæterùm ex hac annotatione Maſſoretica, & Talmudica oſtenditur, apices, & accentus fuiſſe antequam Talmudis ſyntagma componeretur.

Ibidem verſa pagina circa medium ad ver. 24. cap. 5. Iudicum: *Benedicetur præ mulieribus Iahel vxor Chèuer Kenæi &c.* repetitur obſcœnum illud commentum, quod in Cod. *Icuamòth* capite 12. pag. 103. in fine paginæ legitur de Siſara cum Iahele, quod per extenſum retuli Parte II. huius Biblioth. pagina 3. vbi videndum. Et eſt traditio R. Iochanàn, ſicut & alia, quæ poſt ipſam in præſenti Cod. *Nazìr* ſequitur, quòd

כל טובתן של רשעים אינה אלא רעה אצל צדיקים שנאמר (בראשית ל״א: כ״ט) השמר וגו׳ :

Omnia bona impiorum ſunt mala apud iuſtos, S. D. (Gen. 31. 29.) Caue &c. vt ſuprà in *Icuamòth* tranſcriptum eſt

Iſraëlita, ſiuè alienigena. Loca autem Scripturæ, quæ hic adducuntur, nihil ad rem faciunt, quia ibi loquitur de Terra Chanaàn, quam Deus tradiderat Iſraëli, & iuſſerat vt delerentur habitatores eius, & non intelligitur de vniuerſo Mundo, in quo habitant alienigenæ, alioquin tradidiſſet Deus Iſraëlitis vniuerſam terram, & illorum facultates conceſſiſſet Hebræis. Quod quidem ita videntur docere ex hoc loco ſecundùm ſententiam R. Iochannanis, & idcircò non mirum, ſi Iudæi inhiant in bona Chriſtianorum, & abſque ſcrupulo in negotiationibus, eos fallere, & decipere ſtudeant. Hæc autem ſententia R. Iochannanis videtur modificata diſtinctiuncula. Videlicet: Si alienigena, cuius bos interficit bouem Iſraëlis, ſit verè amicus Domini bouis, eadem lege iudicabitur ac iudicatur Iſraëlita; ſin minùs, firma erit ſententia Miſcnica, & Talmudica.

Vnde eadem pagina 38. poſt medium narrant hanc hiſtoriunculam.

תנו רבנן וכבר שלחה מלכות הרשעה שני סרדיוטות אצל חכמי ישראל למדונו תורתכם קראו ושנו ושלשו בשעת פטירתן אמרו להם דיקדקנו בכל תורתכם ואמת הוא חוץ מדבר זה שאתם אומרים שור של ישראל שנגח שור של נכרי פטור ושל נכרי שנגח שור של ישראל בין תם בין מועד משלם נזק שלם ממה נפשך אי רעהו דוקא אפילו דנכרי כי נגח דישראל ליפטר ואי רעהו לאו דוקא אפילו דישראל כי נגח דנכרי ליחייב ודבר זה אין אנו מודיעים אותו למלכות :

Tanù Rabbanàn Dixerunt Doctores: Quondam miſit Imperium impium duos Stradiotas apud Sapientes Iſraëlis (dixerunt): *Docete nos Legem veſtram. Legerunt iterum atque iterum, Quando diſceſſerunt, dixerunt ad eos: Legem ve-*

alienigenæ (al. lect. *gentilis*) *liber eſto*. Ex *Miſcnà* hic. num. 3. Et R. Abàhu in Ghemarà intendit hoc probare ex Scriptura Habacuc 3.6. *Stetit, & menſus eſt terram, vidit, & diſſoluit gentes.* Inquit ר׳ אבהו Rabbì Abàhu -

ראה ז׳ מצות שקבלו עליהם בני נח כיון שלא קיימם עמד והתיר ממונם לישראל ׃

Vidit ſeptem præcepta: quæ ſuper ſe receperant filij Noe (nempè populi mundi) *poſtquam non obſeruauerant ea: ſtetit, & diſſoluit facultates eorum, & conceſſit Iſraëli.* Et R. Iochanàn dixit: Hinc probatur ex (Deuteron. 33. v. 2.) *Illuxit de monte Paràn: de Paràn* פיע ממונן לישראל *declarauit facultates eorum pro Iſraële.* Subinde ſequitur *Miſcnà* ib.

שור של גוי שנגח לשור של ישראל בין תם בין מועד משלם נזק שלם :

Bos Gentilis, qui cornu ferierit bouem Iſraëlis, ſiuè præſtantem, ſiuè luxatum reddet damnum integrum, quia dicitur: *Stetit, & menſus eſt terram &c.* vt ſuprà. Iſta Rabbinica Lex eſt iniuſta, quia partialis; non ita præcipitur in Lege (Exod. 21. 35.) neque de alienigena, aut gentili ibi aliquid decernitur. Inuenitur enim in Lege Moſaica, quòd eodem Iure, ac Iudicio iudicandi ſint omnes. Leuit. 24. 22. משפט אחד יהיה לכם כגר כאורח יהיה כי אני יהוה אלהיכם ׃ *Iudicium vnum erit vobis: ſicut peregrinus, ſic indigena erit: quia ego Dominus Deus veſter.* quaſi diceret: Cùm ego ſim Dominus, ſum & Iudex iuſtus, neque dominium liberum, quod habeo ſuper creaturas, tollit, aut quicquam derogat iuſtitiæ, quæ vnica eſt, & inflexibilis, qua iudico omnia æqua lance; ſic & vobis præcipio, vt vno, eodemque iudicio omnes iudicetis, nec perſonas accipiatis, ſiuè ſit

& propter quos mala, & pœnę veniant.

אמר ר׳ יוחנן אין פורענות באה לעולם אלא בזמן שהרשעים בעולם ואינה מתחלת אלא מן הצדיקין תחלה ;

Dixit R. Iochanàn: Nullum ſupplicium venit in mundum, niſi eo tempore, quo impij ſunt in mundo; neque incipit niſi à Iuſtis.

Ibidem verſa pagina. Traduntur quædam documenta ſeruanda tempore peſtis.

תנו רבנן דבר בעיר כנס רגליך שנא׳ (שמות יב׳ : כב׳ :) ואתם לא תצאו איש מפתח ביתו עד בוקר ואומר (ישעיה כו׳ ׃ כ׳) לך עמי בא בחדריך וסגור דלתיך בעדך ואומר (דברים לב׳ : כה׳ :) מחוץ תשכל חרב ומחדרים אימה ;

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: Eſt peſtis in Vrbe, comprime pedes tuos, S. D. (Exod. 12. 22.) Et vos non egrediemini vnuſquiſque ex oſtio domus ſuæ vſque mane. *Et dicit* (Iſai. 26. v. 20.) Vade popule mi, ingredere in cubicula tua, & claude ianuam tuam ſuper te &c. *Et dicitur* (Deuter. 32. 25.) Foris vaſtabit gladius, & intus pauor.

Iſta non ſunt reprobanda, quia & inter nos tempore, quo peſtis graſſatur, prohibentur commercia, & laudantur ij, qui in conclaui ſe recludunt עד יעבור זעם *donec tranſeat indignatio*. Iſai. loco citato.

Ibidem ſequuntur alia documenta contra peſtem, ſed ſuperſtitioſa ſunt veluti eſt illud, quod faciebat Rauà, qui tempore רתחא *ira*, id eſt *peſtis*, non ſolùm domi manebat, ſed & illius הוי סכר כוי *claudebat feneſtras*: quoniam ſcriptum eſt (Ierem. 9. ver. 21.) כי עלה מות בחלונינו *quoniam aſcendit mors per feneſtras noſtras.*

Nimis craſsè, & materialiter locum Ieremiæ intelligunt Talmudiſtæ. Per ſe-*ſtram attentè conſiderauimus vniuerſam, & vera eſt, vna re excepta, qua vos dicitis: Bos Iſraëlis, ſi percuſſerit bouem alienigenæ, liber eſt; & bos alienigenæ, ſi percuſſerit bouem Iſraëlis, placidum, aut ferum, reſtituet damnum integrum. Si amicus eius erit præcipuus, licèt fuerit* (bos) *alienigenæ, qui percuſſerit* (bouem) *Iſraëlitæ, liber erit. Si autem amicus eius non erit præcipuus, etiam ſi* (bos) *Iſraëlitæ percuſſerit* (bouem) *alienigenæ non tenebitur. Et huiuſmodi rem non manifeſtabimus Regno* (Romanorum).

Videtur hæc ſententia aliqua ex parte moderata; ſi alienigena fuerit רעהו דוקא amicus eius præcipuus, liberatur à pœna damni illati à ſuo boue. Sed quomodo probare poterit alienigena, ſe eſſe amicum Iudæi? aut quomodo is, qui Iudæus non eſt pro præcipuo amico à Iudæo, qui damnum paſſus fuerat, recipietur? Patet igitur, quòd huiuſmodi ſententiæ moderatio ad euitandũ odium illorum, qui Iudæi non ſunt, à Talmudiſtis fuerit adinuenta. Hæc omnia in recentioribus editionibus in *En Iſraël* fuerunt omiſſa, forſan ob eandem cauſam.

Pagina 46. b. in principio. Vel minimum à debitore accipiendum, vnde prouerbiũ: אמרי אינשי ממרי רשוותך פארי אפרע׃ *Dicunt homines: A debitore tuo etiam furfures in ſolutionem accipe*, præſertim ſi ſoluendo non eſt.

Ibidem circa medium. Refugium quærendum.

דבאיב ליה כאיבא אזיל לבי אסיא :

Qui dolorem ſentit adeat domum Medici.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 1. *Bauà Kamà* cap. 6. *Hacconès.*

Pagina 60. longè ante finem. Cur,

En Iſraël Par. II. pag. 61. col. 1. numero 16.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 1. *Bauà Kamà*, cap. 7. *Merubbà*.

Pagina 82. non longè à fine. Allij virtutes.

תנו רבנן ה׳ דברים נאמרו בשום משביע ומשחין ומצהל פנים ומרבה הורע והורג כינים שבבני מעים ויש אומרים מכנים אהבה ומוציא את הקנאה :

Tanù Rabbanàn tradiderunt Magiſtri: Quinque dicuntur de allio: Satiat, calefacit, nitidas facies (reddit) *auget ſemen, & necat pediculos, qui ſunt in viſceribus. Sunt qui dicunt: Conciliat amorem, & extrudit foras inuidiam, ſeù zelotypiam.*

Aliqua ex his poſſunt eſſe vera, ſed quòd de amore, & inuidia, aut zelotypia dicitur, non caret ſuperſtitione, & vanitate. Alia inſuper in eadem pagina extant, quæ ad ritus Synagogales ab Ezra inſtitutos ſpectant; quæ videri poterunt in *En Iſraël* Par. II. pag. 61. columna 3. num. 22.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 1. *Bauà Kamà* cap. 8. *Hachouèl*.

Pagina 83. b. in ipſo principio Ghemaræ. Explicatur ver. 20. cap. 24. libri Leuitici.

אמאי עין תחת עין אמר רחמנא אימא עין ממש לא סלקא דעתך דתניא יכול סימא את עינו מסמא את עינו קטע את ידו מקטע את ידו שיבר את רגלו משבר את רגלו תלמוד לומר (ויקרא כד״ : כא״ :) מכה אדם ומכה בהמה מה מכה בהמה לתשלומין אף מכה אדם לתשלומין ואם נפשך לומר הרי הוא אומר (במדבר לה״ : לא״ :) לא תקחו כופר לנפש רוצח אשר הוא רשע למות לנפש רוצח אי אתה לוקח כופר אבל אתה לוקח כופר לראשי אברים שאין חוזרין הי׳ מכה אלימא (ויקרא כד : כא״ :) מכה בהמה ישלמנה ומכה אדם יומת ההוא בקטלא וכו׳ :

feneſtras intelliguntur oculi, per quos intrat mors in animam.

Sequitur paulò inferiùs.

תנו רבנן דבר בעיר אל יהלך אדם באמצע הדרך מפני שמלאך המות מהלך באמצע הדרכים דכיון דיהיבא ליה רשותא מסגי : להדיא שלום בעיר אל יהלך בצידי דרכים דכיון דלית ליה רשותא מחבי חבויי ומסגי : תנו רבנן דבר בעיר אל יכנס אדם יחיד לבית הכנסת שמלאך המות מפקיד שם כליו והני מילי היכא דלא קרו ביה דרדקי ולא מצלו ביה עשרה :

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: quando peſtis eſt in Vrbe, non ambulet homo per medium viarum, quia Angelus mortis ambulat per medium viarum: quando enim ei datur facultas (interficiendi) *ambulat manifeſtè* (alla ſcoperta) *Quando pax eſt in Ciuitate, non ambulet per latera viarum, quia quando non datur ei licentia, ambulat obliquè, abſconditè, & non manifeſtè. Tanù Rabbanàn tradiderunt Doctores: Peſtis eſt in Vrbe, homo non ingrediatur ſolus in Synagogam, quoniam Angelus mortis relinquit ibi ſua inſtrumenta* (puta gladium, & alia ad interficiendum apta) *& hoc intelligitur, quando pueri in ea non legunt, & decem* (homines) *in ea non orant.*

Iſta non indigent confutatione, quia illorum ſuperſtitio eſt manifeſta. Sed non minorem in ſe continet ſuperſtitionem doctrina illa, quæ ſtatim traditur.

תנו רבנן כלבים בוכים מלאך המות בא לעיר כלבים משחקים אליהו בא לעיר והני מילי דלית בהו נקיבה :

Tanù Rabbanàn tradiderunt Doctores: Canes vlulant, Angelus mortis venit ad Vrbem. Canes ludunt, Elias venit in Vrbem. Hoc autem intelligitur, quòd non ſit inter eos Canis fœmina.

Quid hoc ineptiùs, aut puerilius dici poteſt? Prædicta omnia leguntur in

Cur

Cur oculus pro oculo? Dixit Deus: Dicam oculum propriè. Non aſcendat in mentem tuam quod legitur. Fortaſſe cæcum reddet oculum illius, qui eum cæcum fecerat? Abſcindet manum illius, qui abſcinderat? Franget pedes illius, qui eos fregerat? Sed Scriptura dicit (Leuit. 24. v. 21.) Percutiens hominem, & percutiens animal: *Sicut percutiens beſtiam ſoluunt* (damnum) *ita percutiens hominem ſoluunt* (damnum illatum). *Si autem dixeris: En ipſe dicit* (Numer. 35. ver. 31.) Non accipietis expiationem (hoc eſt pretium) pro anima homicidæ, quia ipſe eſt impius, vt moriatur, ſed moriendo morietur. *Tu non accipias expiationem, ſed accipies expiationem pro principalioribus membris, quæ non ampliùs redeunt. Si autem percutiantur, Percutiens animal reddet illud, percutiens hominem morietur, quia iſte eſt propriè interfector. &c.*

Non videtur hæc expoſitio omninò damnanda. In fine huius paginæ accipitur oculus pro facultatibus, quia opibus pacificantur omnia.

Pagina 85. propè finem. Oculi non ſunt exacerbandi.

אסייא דחיקה עינא עוירא *Medicus vrgens oculum excæcat.*

Dicitur in eum, qui ſæuitiam exercet in ſubditos morigeratos, & virtute præditos. Corrige hunc locum in Florilegio Hebraico Buxtorfi, verbo *Medicus. Medicina*, vbi mendosè legitur רחיקא *Longinquus*, pro דחיקא *Vrgens, anguſtians*, vti habet exemplar Cracouienſe, & Amſtelodamenſe.

Pagina 92. non longè à fine. Oſſa Iudæ in deſerto deuoluebantur in arca.

כל אותן מ׳ שנה שהיו ישראל במדבר היו עצמותיו של יהודה מגולגלין בארון עד שבא משה ובקש רחמים וכו ׃

Omnibus quadraginta annis, quibus fuerunt Iſraëlitæ in deſerto, oſſa Iudæ deuoluebantur in arca, donec venit Moſes, qui pro eo orauit Dominum. &c.

Hanc Hiſtoriunculam habes ſuprà ad Cenſuram cap: 2. *Sotà* pag. 7. poſt medium. Vide pag. 510.

Ibidem linea penult. Prouerbium בתר עניא אולא עניותא *Poſt afflictum vadit afflictio*,

Ibidem verſa pagina ante medium. Proprium defectum liberè manifeſtandum antequam alij accuſent.

גנאה דאית ביך קדים אמרה ׃ *Turpitudinem tuam priùs tu manifeſta.*

Ibidem poſt medium. Lepidum, ſed verum prouerbium habetur, quo dicitur -

חמרא דמריה טיבותא לשקייה ׃ *Vinum Domini ſui eſt: ſed bonitas eſt bibentis illud.*

Aliud ſubinde ſequitur prouerbium.

מטייל ואזיל דיקלא בישא גבי קינא דשרבי ׃ *Ambulat, & incedit Dactylus mala iuxta arborem otioſam.* Cracouienſe exemplar legit דשרבי *ſiccam*.

Nonnulla alia prouerbia hìc exhibentur, ſed nullum verius eo, quod in penultima linea legitur hoc modo -

כד הוינן זוטרי לגברי השתא דקשישנא לדרדקי ׃ *Cùm eſſemus iuniores, pro viris habebamur; nunc cùm conſenuimus, pro paruulis habemur.*

Pagina 93. linea 3. De diuitibus prouerbium.

בתר מרי ניכסי זיבי מסך *Poſt diuites multi amici trahuntur.* Iuxta illud. *Si fueris felix, multos numerabis amicos.*

Prænotata Talmudiſtarum prouerbia cum quibuſdam alijs referuntur etiam

in

eius oculos caligantes haberent, eſt merè fabula Talmudica: nam oculi Iſaaci caligarant, quia ſenuerat, teſte Scriptura Gen. 27. 1. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 63. col. 1. num. 38. vbi iſta referuntur.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 1. *Bauà Kamà* cap. 9. *Haggozèl etzim*.

Pagina 110. b. poſt medium. Viginti quatuor dona Sacerdotibus dantur.

עשרים וארבע מתנות כהונה ניתנו לאחרן ולבניו וכולן ניתנו בכלל ופרט וברית מלח: כל המקיימן כאילו מקיים כלל ופרט וברית מלח כל העובר עליה כאילו עובר על כלל ופרט וברית מלח ואלו הן: עשר במקדש: וד׳ בירושלם: ועשר בגבולים: עשר במקדש חטאת בהמה וחטאת העוף ואשם ודאי ואשם תלוי וזבחי שלמים ציבור ולוג שמן של מצורע ומותר העומר ושתי הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות: וארבע בירושלם הבכורה והביכורים והמורם מן התודה ואיל נזיר ועורות קדשים ועשרה בגבולין תרומה ותרומת מעשר וחלה וראשית הגז והמתנות ופריון הבן ופדיון פטר חמור ושדה אחוזה ושדה חרמים וגזל הגר וקא קרי מיתה מתנה שמע מינה מקבלי מתנות הוו:

Viginti quatuor dona Sacerdotalia data ſunt ipſi Aharòn, & filijs eius. Et omnia data ſunt vniuerſaliter, & particulariter, & cum pacto ſalis. Qui iſta obſeruat, eſt ac ſi obſeruaret ea vniuerſaliter, particulariter, & cum pacto ſalis. Ita è contrario, qui ea tranſgreditur, eſt ac ſi tranſgrederetur vniuerſaliter, particulariter, & cum pacto ſalis. Et hæc ſunt: Decem in Sanctuario. Quatuor in Ieruſalem (in tota Vrbe). *Et decem in terminis* (id eſt Ciuitatibus terræ Iſraëlis).

Decem in Sanctuario: 1. *Pro peccato iumenti*: 2. *& pro peccato auis*; 3. *pro delicto certo, ſeù indubitato*; 4. *& pro delicto dubio*; 5. *Sacrificia pacificorum communitatis* [R. Salom. *Sunt agnorum cœtus feriantis, quæ dicuntur pacifica, ſicut ſcriptum eſt* (Leuit. 23. v. 19.) Et duos agnos

in *En Iſraël* Par. II. pag. 62. num. 31. 33. 34. 36. & 37.

Pagina 93. longè ante medium. Abimelech malum Saræ imprecatur.

אמר רבי יצחק לעולם אל תהי קללת הדיוט קלה בעיניך שהרי אבימלך קלל את שרה ונתקיים בזרעה שנ׳ (בראשית כ׳: י״ו:) הנה הוא לך כסות עינים אמר לה הואיל וכיסית ממני ולא גילית שהוא אישך וגרמת אלי הצער הזה יהי רצון שיהו לך בני כסויי עינים ונתקיים בזרעה דכתיב (שם כ״ז: א׳:) ויהי כי זקן יצחק ותכהין עיניו מראות:

Dixit R. Iſaac: Nunquam paruifacienda eſt maledictio pronunciata à viro idiota, quoniam Abimèlech maledixit Saræ, & firmata fuit in ſemine ſuo. S. D. (Gen. 20, 16.) Ecce ipſum eſt tibi operimentum oculorum. *Dixit ei: Poſtquam abſcondidiſti à me, nec reuelaſti, quòd ipſe* (Abraham) *erat vir tuus, & occaſionem dediſti, vt hæc ſuper me veniret afflictio. Sit* (Dei) *voluntas, vt tu habeas filios, quorum oculi ſint caligantes, & hoc firmatum eſt in ipſius ſemine, ſicut ſcriptum eſt* (Geneſ. 27. 1.) Et fuit cùm ſenuiſſet Iſaac, & caligaſſent oculi eius à videndo.

Quòd illud Geneſ. 20. 16. *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum ſunt: & cum omnibus* ונכחת *& corripuit ſe*, intelligant Commentatorum nonnulli, cùm paraphraſi Chaldæa, de correptione, quam Abimelech volunt feciſſe Saræ, ne ampliùs diceret ſe eſſe ſororem Abrahami, neque alios exponeret periculo peccandi, ſed vltrò, & ingenuè veritatem diceret, Abrahami vxorem ſe eſſe; vnde 70. legunt: *Et in omnibus veritatem dicito* non caret probabilitate. Attamen fuiſſe maledictam Saram ab Abimelecho cum imprecatione, vt filij

cut legitur (Deuter. 14. 23.) Et comedes coram Domino Deo tuo &c. *Et dixit Mor: Terumàth eleuatio manuum tuarum iſtæ ſunt primitiæ.* וחמורים מתורה *Et docet eos de confeſſione.* [R. Salom. *Eſt pectuſculum, armus, & quatuor placentæ de quatuor generibus, quibus veniunt placentæ, quæ ſunt placentæ, lagana, fermentatum, & frixum. Et ſcriptum eſt* (Leuit. 7. 14.) Et appropinquare faciet ex eo vnum ex omni קרבן appropinquatione oblationem Domino, *Sacerdoti ſpargenti. &c.*

3. ואיל נזיר *Et Aries Nazaræi.* [R. Salom: *Intelligitur brachium elixatum, placenta, laganum, pectuſculum, & armus pacificorum, quæ communiter ſunt* תודה *Thodà Sacrificium confeſſionis, ſeù Euchariſticum.*

4. ועורות קדשים *Et pelles ſanctitatum,* [R. Salom. *Pelles animalium, quæ in holocauſtum cremanda ſunt; itemque pro peccato, & pro delicto; Sacrificiorum verò leuiorum, pelles ſunt offerentium.*

Et decem in Terminis. 1. *Therumà;* 2. *Therumàh Decimæ;* 3. *Placenta;* 4 *Primitiæ tonſionis* (pecorum); 5. *Munera.* 6. *Redemptio filij;* 7. *Redemptio primogeniti aſini.* 8. *Campus apprehenſus* [R. Salom. *Quem herus ſanctificauerat, & non redemerat, & Camerarius, ſeù depoſitarius Templi eum vendiderat, qui eum emebat, in anno Iubilei reſtituebat, & inter Sacerdotes diuidebatur.*] 9. שדה חרמים *Campus excommunicationum.* [R. Salom. *Iſraëlitæ ſi agrum excommunicabant erat Sacerdotum.*] 10 וגזל הגר *Et rapina peregrini, hæc etiam connumeratur inter dona Sacerdotalia, quia quæ rapiuntur à peregrinis, fiunt communia Sacerdotibus.*

agnos anniculos &c. *Et Sancta Sanctorum ſunt, ſicut legitur* (Ibidem ver. 20.) Sanctum erunt Domino, *Sacerdoti, & comedebantur intra cortinas.*] 6. לוג שמן של המצורע *Logh Sextarius olei leproſi.* [R. Salom. *Quod relinquitur in ſextario de effuſione ſuper manus Sacerdotis ſiniſtræ comedebatur à Sacerdotibus, quia legitur in Menachòth, & Zeuachim, in omni Sacrificio veſtro, vt includat Lògh ſextarium olei leproſi, quod dicebatur* קרבן *Korbàn appropinquatio* (hoſtiæ) *etiam ipſum: Nam dicitur* (Leuit. 14, 12.) Et appropinquare faciet eum (agnum) pro delicto, & Lògh ſextarium olei. *Et mox ſubiungitur in Paraſcià Kòrach* (Num. 18. 10.) In ſanctitate ſanctitatum comedet illud,]

De hoc oleo leproſi agitur in libro Leuitici cap. 14.

7. מותר העומר *Reſiduum Haòmer faſciculi.* [R. Salom. *Munus Hòmer pugillabatur, & quod reſiduum erat, manducabatur. Et omnia Menachòth munera ſancta ſanctorum ſunt, ſicut ſcriptum eſt:* (Deuteron. 16. 3.) Non comedes ſuper illud fermentatum.]

De faſciculo Hòmer habetur in Leuit. 2. 14. & cap. 23. 10.

8. ושתי הלחם *Et duo panes.* 9. ולחם הפנים *Et panis propoſitionis.* 10. ושירי מנחות *Et reliqua munera.* [R. Salom. *Reliqua Menachòth munera, quæ pugillantur, vt eſt munus ſpontaneum, munus pro peccato, & munus Sotæ.* Vide ſupra pag. 185. col. 2.

Quatuor in Ieruſalem, 1. הבכורה *Primogenitum.* [R. Salom. *Primogenitum integrum comeditur omni in loco Vrbis.*

2. והביכורים *Primitiæ.* [R. Salomon: *Sicut etiam primitiæ, quæ egent fulcro, ſi-*

manifeſtum furtum ; nec eximitur Hebræus à reſtitutione rei inuentæ, ſi illius Dominus inueniatur, ſub prætextu quòd Scriptura præcipiat reſtitutionem fratri ſuo ; ſed Scriptura non excludit extraneum, ſed quod faciendum eſt, præcipit. Adde, quòd Gentilis (per quem intelligunt Chriſtianos) eſt frater Hebræorum ſecundùm quod affirmant ipſi Talmudiſtæ Cod. *Taaniòth* cap. 2. pag. 18. vt ſuprà notaui pag. 447. col. 2. Ergo docere, res à Gentilibus amiſſas à Iudæis poſſe retineri inuito Domino eſt doctrina falſa, & iniuſta. Et ita finitur Codex *Bauà Kamà*.

Ord. I V. *Nezikìn*, Cod. 2. *Bauà Metzijà* cap. 2. *Elù Metziòth*.

Pagina 28. b. lin. 2. Rerum amiſſarum, & inuentarum, qua diligentia ſtudebant illarum Dominos reinuenire.

תנו רבנן בראשונה כל מי שמצא אבידה היה מכריז עליה שלשה רגלי׳ ואחר רגל אחרון שבעת ימי׳ כדי שילך שלשה ויחזיר שלשה ויכריז יום אחד משחרב בית המקדש שיבנה במהרה בימינו התקינו שיהו מכריזים בבתי כנסיות ובבתי מדרשות ומשרבו האנסים התקינו שיהו מודיעין לשכיניו ולמיודעיו ודיו מאי משרבו האנסין דאמרי אבידתא למלכא רבי אמי אשכח אודייא דדינרי חזייה ההוא רומאי דקא מירתת אמר ליה זיל שקול לנפשך דלאו פרסאי אנן דאמרי אבידתא דמלכא: תנו רבנן אבן טוען היתה בירושלם כל מי שאבדה לו אבידה נפני לשם וכל מי שמוצא אבידה נפנה לשם זה עומד ומכריז וזה עומד ונותן סימנין ונוטלה וזו היא ששנינו (תענית דף יט׳ :) צאו וראו אם נמחת אבן הטוען :

Tanù Rabbanàn Tradunt Magiſtri: Antiquitùs quiſquis inueniſſet rem amiſſam, proclamabat ſuper eam tribus ſolemnitatibus, & poſt vltimam feſtiuitatem (nempè Tabernaculorum) *ſeptem dies concedebant ; tres, vt irent ; tres, vt redirent ; & vnum pro proclamatione. Poſtquam euer-*

Annotantur autem huiuſmodi dona Sacerdotibus debita, vt agnoſcamus, quomodo Rabbini totam Sacrificiorum, & munerum œconomiam diſpertiantur.

Ord. I V. *Nezikìn*, Cod. 1. *Bauà Kamà* cap. 10. *Hagozèl vmaachìl*.

Pagina 113. b. longè poſt principium. Furari Gentili prohibitum. Res perditas Domino Gentili non reſtituere permiſſum.

אמר רב ביבי בר גידל אמר רבי שמעון חסידא גזל הגוי אסור אבידתו מותרת גזילו אסור דאמר רב הונא מנין לגזל הגוי שהוא אסור שנ׳ (דברים ז׳ : יו׳ :) ואכלת את כל העמים אשר יהוה אלהיך נותן לך בזמן שהן מסורין בידך ולא בזמן שאינם מסורין בידך: אבידתו מותרת דאמר רב חמא בר גוריא אמר רב מניין לאבידת הגוי שהיא מותרת שנ׳ (דברים כ״ב : ג׳) לכל אבידת אחיך לאחיך אתה מחזיר ואי אתה מחזיר לגוי : וכו׳

Dixit Ràu Biui Bar Ghidèl, dixit R. Scimòn Chaſidà : Furari Gentili prohibitum eſt. Rem (à Gentili) *amiſſam licitum eſt eam retinere. Prohibitum eſt furtum facere de bonis Gentilium, quia dicebat Ràu Hunnà : Vnde hoc probatur ? Ex* (Deuter. 7. 16.) Et conſumes omnes populos, quos Dominus Deus tuus dat tibi, *tempore, quo traditi fuerint in manus tuas ; & non in tempore, quo non ſunt traditi in manus tuas. Quod amiſſum eſt, licitum eſt, quia dicit Ràu Chamà Bar Gurià, dixit Ràu : Vnde probatur, quòd res amiſſa à Gentili ſit licita* (retinere) ? *A libro Deuteronomij* (22. v. 3.) Et ſic facies de omni re amiſſa fratris tui, quæ perierit ab eo, & inueniſti illam, non poteris occultare. אבדת אחיך *amiſſionem fratris tui reſtituere debes ; ſed non Gentilis. &c.*

Eſt doctrina falſa, & iniuſta : nam retinere rem alterius inuito Domino eſt

Choni : ſicut oratione tua deſcenderunt aquæ, ora etiam vt modò fluere ceſſent, ne aquis Vrbs abſorbeatur. Dixit Choni: Egredimini, & videte ſi aquæ adhuc peruenerint ad lapidem *Toën*, qui in ſublimiori parte Vrbis poſitus eſt, & an deletus ſit, hoc eſt, motus loco ſuo ab aquarum impetu; ſi factum eſt hoc, euidens ſignum eſt, aquas iſtas ſatis eſſe ſufficientes ad reddendam terræ fœcunditatem. Ad hunc locum, qui habetur Cod. *Taanioth* pag. 19. prædicta verba referuntur.

Obſeruandum eſt etiam, illam precatiunculam: *Da citò in diebus noſtris reædificari Domum Sanctuarij*, vti flagitant Iudæi, & ea hodie frequenter vtuntur, ex Codice Iuris Iudaici eſſe deſumptam, vt ex hoc loco patet.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 2, *Bauà Metzijà*, cap. 4. *Hazahàu*.

Pagina 59. b. lin. 3. Reprobantur Deciſiones R Eliezaris, non obſtantibus eius confictis miraculis.

תנא באותו היום תשיב רבי אליעזר כל תשבות שבעולם ולא קיבלו תימנו אמר להם אם הלכה כמותי חרוב זה יוכיח נעקר חרוב ממקומו מאה אמה ואמרי ליה ארבע מאות אמה ; אמרו לו אין מביאין ראיה מן החרוב חזר ואמר להם אם הלכה כמותי אמת המים יוכיחו חזרו אמת המים לאחוריהם אמרו לו אין מביאין ראיה מאמת המים חזר ואמר להם אם הלכה כמותי כותלי בית המדרש יוכיחו היטו כותלי בית המדרש ליפול גער בהם ר׳ יהושע אמר להם אם ת״ח מנצחים זה את זה בהלכה אתם מה טובם לא נפלו מפני כבודו של רבי יהושע ולא זקפו מפי כבודו של רבי אליעזר ועדיין מטין ועומדין חזר ואמר להם אם הלכה כמותי מן השמים יוכיחו יצתה בת קול ואמרה מה לכם אצל ר׳ אליעזר שהלכה כמותו בכל מקום עמד ר׳ יהושע על רגליו ואמר (דברים ל׳ ; י״ב ;) לא בשמים היא מאי לאו בשמים היא אמר ר׳ ירמיה שכבר נתנה תורה מהר

מיני

euerſa eſt Domus Sanctuarij, quæ citò in diebus noſtris ædificetur, ordinauerunt, vt huiuſmodi proclamationes fierent in Synagogis, & in Academijs. Sed poſtquam multiplicati ſunt prædones, ordinauerunt, vt notificaretur vicinis, & ijs, qui ſcire potuerint, & hoc ſufficeret. Quid eſt poſtquam multiplicati ſunt prædones? Ij nempè, qui res perditas referebant Regi. R. Amè inuenit crumenam plenam denarijs, vidit eam quidam Romanus, veluti eſſet hæres, dixit ei: Vade, accipe illam, vt cupis, quoniam nos non ſumus, vt Perſæ, qui deferunt res deperditas ad Regem. Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Lapis erectus erat Ieroſolymis, quem אבן טוען *E'uen tòen Lapidem baiulum vocabant, omnes, qui res amiſiſſent; & qui eas inueniſſent ibant illuc. Iſte ſtabat, & proclamabat, & alius ſtabat, & ſigna dabat, & ita rem ſuam deperditam accipiebat. Et hoc eſt illud*; *quod legimus* (ex Cod. Taanioth pag. 19.) *Egredimini, & videte, ſi adhuc deletus ſit lapis batoën.*

Iſtæ diligentiæ, vt res deperditæ ſuis Dominis reſtituerentur, ſunt laudandæ, ſicut & liberalitas Romanorum, qui gloriæ magis, quàm pecuniarũ cupidi erant. Quod ad *E'uen tòen Lapidem baiulũ* ſpectat: erat Columna, aut Cippus in loco eleuato Ieroſolymis, in cuius acie res amiſſæ proprijs Dominis reſtituebantur: verba verò. *Egredimini, & videte*, ſunt verba Choni Hammaaghèl Circulatoris, de quo Par. II. pag. 704. col. 1. & Par. hac III. pag. 267. c. 1. qui in circulo poſitus aquas in maxima quantitate deſcendere fecit, cùm priùs terræ ſiccitas extitiſſet: inundantibus autem aquis, ij qui fuerunt Ieroſolymis, egreſſi ſunt vt aſcenderent in Templum, dixeruntque:

habemus de בת קול *Bath kol de oraculo cæleſti, quia iam ſcriptum eſt in monte Sinai, in Lege* (Exod. 23. 2.) Poſt multos ad peruertendum. *Inuenit R. Nathàn Eliam* (Prophetam) *dixit ei: Quid faciebat Deus ſanctus benedictus ea ipſa hora? Reſpondit, ridebat, atque dicebat: Vicerunt me filij mei, vicerunt me filij mei. Dixerunt: Die illo adduxerunt omnia ſcripta, quæ circa munditias, & in fauorem munditiei ſcripſerat R. Eliezer, & combuſſerunt ea igni, & congregauerunt ſe contra eum, & benedixerunt ei,* (id eſt maledixerunt eum).

Vah, quanta delicta in vna narratiuncula committuntur! Superba ignorantia R. Eliezaris panditur, qui iactanter omnes quęſtiones, quæ circa res mundas, vel immundas fieri in toto mundo poſſent, ipſe determinaſſet, veraque doctrina eius fuiſſet, ad cuius comprobationem magna fuiſſent patrata miracula, quę pro veris miraculis non fuiſſe habita etiam ab ipſis Talmudiſtis, qui doctrinæ R. Eliezaris contradicebant, oſtenditur; alioquin doctrinâ R. Eliezaris pro vera recepiſſent, quod non fecerunt, licèt vocem de cælo audiuiſſent, & quod tandem deteſtandum eſt, aſſerere, quòd Deus dixerat Eliæ Prophetæ: Vicerunt me filij mei, vicerunt me filij mei, ridendo de altercatione iſtorum Rabbinorum, quorum alteri, ſcilicet R. Eliezari, nihil profuerunt ei phantaſtica miracula, nihil venerabilis Rabbinica grauitas, atque auctoritas, quin omnia eius ſcripta Rabbinorum auctoritate igni tradita fuerint, & combuſta. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 66. col. 1. num. 17.

Ibidem. R. Akibà, vt oſtendat ſe

 eſſe

סיני אין אנו משגיחין בבת קול שכבר כתבת בהר סיני בתורה (משות כ"ג : ב') אחרי רבים להטות אשכחיה רבי נתן לאליהו א"ל מאי עביד קב"ה בההיא שעתא א"ל קא חייך ואמר נצחוני בני נצחוני בני ; אמרו אותו היום הביאו כל טהרות שטיהר ר' אליעזר ושרפום באש ונמנו עליו וברכוהו :

Tanà Eſt traditio: Illa die R. Elièzer reſpondit omnibus quæſtionibus, quæ in mundo fieri poſſunt, ſed eas non receperunt ab eo. Dixit eis (R. Eliezer) *: Si Halachà Deciſio eſt ſecundùm meam ſententiam, arbor ſiliquæ iſta oſtendat. Statim euulſa eſt Charùb de loco ſuo* 100. *cubitis, alij dicunt* 400. *cubitis. Dixerunt ei: Non valet probatio iſta de Ceratina. Redijt* (R. Eliezer) *& dixit eis: Si Halachà Deciſio mea eſt bona, aquæ iſtæ demonſtrent. Aquæ riui reuerſæ ſunt retrorſum, Dixerunt ei: Non eſt probatio ſufficiens iſta de aquis. Redijt ad eos, & dixit: Si Halachà Deciſio eſt ſecundùm meam doctrinam oſtendatur à muris Academiæ. Inclinarunt ſe muri Academiæ vt caderent. Increpauit eos R. Iehoſciùa, & dixit eis; Si Rabbini inter ſe contendunt de deciſione lectionis, quid inde vos lucri percipitis? Non ceciderunt muri ob reuerentiam R. Iehoſciùa; neque* (ad locum priſtinum) *ſe erexerunt ob honorem R. Eliezaris, & adhuc permanent inclinati. Redijt* (R. Eliezer) *& dixit ad eos: Si mea doctrina eſt vera, veniat probatio è cælo. Exijt vox, & dixit: Quid vobis cum R. Eliezer, cuius lectionum deciſio eſt ſecundùm ipſum in omni loco? Stetit R. Iehoſciùa ſuper pedes eius & dixit* (Deuteron. 30. 12.) Non in cælis eſt ipſa. *Quid eſt, Non in cælis eſt ipſa? Dixit R. Ieremias: Quoniam iam data eſt Lex de monte Sinai, nec nos curam, aut rationem*

ſperantur, nec tamen fugit in aliam. Eſt etiam Domini conſilium Math. 10. v. 23. *Cùm autem perſequentur vos in Ciuitate iſta, fugite in aliam*. Vide etiam in *En Iſraël* Par. II. pag. 97. col. 2. num. 25.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 2. *Bauà Metzijà* cap. 7. *Happoalim*.

Pagina 84. in ipſo principio. R. Iſmael Ben R. Iosè caput lictorum campeſtrium fuit (Bargello di Campagna) de quo, & de alijs Rabbinis, hæc leguntur obſcœna.

(לר׳ ישמעאל) פגע בו אליהו א״ל עד מתי אתה מוסר עמו של אלהינו להריגה א״ל מאי אעביד הרמנא דמלכא הוא א״ל אבוך ערק לאסיא את ערק ללודקיא כי הוו מקלעי רבי ישמעאל ברבי יוסי ור׳ אלעזר בר׳ שמעון כחדי הרדי הוה עייל בקרא דתורי ביניהו ולא הוה נגעא בהו אמרה להו ההוא מטרוניתא בניכם אינם שלכם אמרו לה שלהן גדול משלנו כל שכן איכא דאמרי הכי אמרי לה כי כאיש גבורתו איכא דאמרי הכי אמרו לה אהבה דוחקת את הבשר ולמה להו אהדורי לה והכתיב (משלי כ״ו : ד׳ :) אל תען כסיל כאולתו שלא להוציא לעז על בניהם אמר רבי יוחנן איבריה דרבי ישמעאל כחמת בת תשע קבין : אמר רב פפא איבריה דר׳ יוחנן כחמת בת חמשת קבין ואמר ליה בת שלשה קבין דרב פפא גופיה כי דקורי דהרפנאי :

Occurrit ei Elias (Propheta ipſi R. Iſmaeli) *dixit ei: Quouſque tu tradis populum Dei noſtri in occiſionem?* [R. Sal. *Quia hoc erat opus manuum ſuarum; conſtituerat enim eum Rex, vt caperet latrones, & graſſatores viarum*]. *Reſpondit ei: Quid faciam? Imperium Règis eſt. Dixit ei* (Elias) *Pater tuus fugit in Aſiam, & tu fuge in Laodiceam. Quando ſimul ſe coniungebant R. Iſmaël Berabbì Iosè, & R. Eleazar Ben R. Scimòn ſimul in vnum, fuit ingrediens vacca boum* [R. Salom. *par boum*] *inter eos*, [R. Salom. *inter duos ipſos, ſub ventres eo-*

eſſe in luctu ob mortuum, induit veſtimentis שחורים *nigris*. [R. Sal. *Veſtimenta nigra ſunt* ענין צער ואבל *inditia afflictionis, & luctus*.] Vnde antiquis temporibus vſus nigrorum veſtimentorum erat tempore funeris, apud eos, qui tempore ſtatuto, quod per annum vt plurimùm ſeruabatur, defunctum lugebant.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 2. *Bauà Metzijà* cap. 5. *Ezchù nèſcech*.

Pagina 71. & reliquis per totum, agitur de Vſuris; & an aliquando permittenda ſit, & quibus. Et in fine capitis, nempè pagina 75. b. Tria documenta dantur, ne quis facultates ſuas alteri tribuat, vt inde poſtea recipiat nocumentum, nec ei liceat reclamare, dicitur enim.

ת״ר שלשה צועקין ואינן נענין ואלו הן מי שיש לו מעות ומלוה אותן שלא בעדים והקונה אדון לעצמו ומי שאשתו מושלת עליו : קונה אדון לעצמו מאי היא איכא דאמרי תולה נכסיו בגוי איכא דאמרי הכותב נכסיו לבניו בחייו איכא דאמרי דביש ליה בהא מתא ולא אזיל למתא אחריתי :

Tanù Rabbanàn tradiderunt Doctores. Tres clamant, & non exaudiuntur. Et hi ſunt: 1. Qui habet pecuniam, & mutuò dat illam ſine Teſtimonijs. 2. Qui comparat ſibi Dominum. 3. Et qui permittit mulieri ſuæ, vt in eam dominetur. Quid ſibi vult, qui comparat ſibi Dominum? Eſt qui dicit: Suſpendit res ſuas ſuper Gentilem. [R. Salom. *Vt eſt ille, qui dicit: Pecunia, quam exerceo in mercatura, non eſt mea, ſed eſt N. Gentilis, Poteſt enim fieri vt hoc audiat talis Gentilis, & accitis Teſtibus, illam repetat in iudicio*]. *Eſt qui dicit: Qui ſcribit facultates ſuas filijs ſuis, ipſo viuente. Et eſt qui dicit: Ille, cuius in vna Ciuitate res non pro-*

Digitized by Google

יה

eorum, quia eorum ventres erant magni] *neq; tangebat eos. Dixit eis quædam Matrona: Filij veſtri non ſunt veſtri*, [R. Salom. *quia vos coniungi vxoribus veſtris non poteritis.*) *Reſponderunt ei: Quod eis eſt, maius eſt noſtro* [R. Salom. *Ventres noſtrarum mulierum maiores ſunt noſtris*]. *Nihilominus eſt qui dicit, quòd ſic dixerunt ei* (Iudic. 8. v. 21.) Quia ſicut vir fortitudo eius. [R. Salom. *id eſt Membrum Virile, & licèt eſſent pingues, tamen mentulatiſſimi erant*]. *Sunt qui dicunt, quòd ſic dixerunt ei: Amor conſtringit carnem. Et cur ita reſpondere debebant? Et nonne ſcriptum eſt* (Prouerb. 29. ver. 4.) Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam? *Sed reſponſum eſt ita, ne infamarentur filij tamquam ſpurij. Dixit R. Iochanàn: Membrum R. Iſmaelis* (erat) *tamquam vter, qui nouem cabos continet. Dixit Ràu Papà: Membrum R. Iochananis* (erat) *ſicut Vter quinque caborum. Et dixit ei, trium caborum Ràu Papa, & eſt ſicut caniſtra, quæ fiunt in Harpanài.* Ita R. Salomon.

Ad confuſionem Iudæorum iſtę obſcœnæ doctrinæ Talmudiſticæ referuntur, vt tandem aliquando credant, iuſtis de cauſis hos infames Talmudicos Codices à Summis Pontificibus proſcriptos eſſe, ac damnatos. Iſta leguntur etiam in *En Iſraël* Par. II. pag. 67. colum. 4. & in fine num. 28. & in principio num. 29.

Ibidem immediatè. Pulchritudo R. Iochananis deſcribitur.

א״ר יוחנן אנא אישתיירי משפירי ירושלם האי מאן דבעי מיחזי שופריה דרבי יוחנן נייתי כסא דכספא מבי סלקי ונמלייה פרצידיא דרומנא סומק׳ וניהדר ליה כלילא דוורדא סומקא לפומיה ונותביה בין שמשא לטולא ההוא והרורי מעין שופריה דרבי יוחנן איני והאמר מר שופריה דרב כהנא מעין שופריה דר׳ אבהו שופריה דרבי אבהו מעין שופריה דיעקב אבינו שופריה דיעקב אבינו מעין שופריה דאדם הראשון ואילו רבי יוחנן לא קא חשיב ליה שאני ר׳ יוחנן דהדרת פנים לא הויא ליה: ר׳ יוחנן הוה אזיל יתיב אשערי טבילה א׳ כי סלקן בנות ישראל מטבילת מצוה דפגעי בי כי היכי דליהוו להו בני שפירי כותי. גמירי אורייתא כותי. אמרו ליה רבנן לא מסתפי מר מעינא בישא אמר להו אנא מזרעא דיוסף קאתינא דלא שלטא ביה עינא בישא דכתיב (בראשית מ״ט: כ״ב) בן פורת יוסף בן פורת עלי עין ואמר רבי אבהו אל תקרי עלי עין אלא עולי עין ר׳ יוסי בר חנינא אמר מהכא (שם: מ״ח: י״ו:) וידגו לרוב בקרב הארץ מה דגים שבים מים מכסין אותם ואין העין שולטת בהן אף זרעו של יוסף אין העין שולטת בהן:

Dixit R. Iochanàn: Ex pulchrioribus, qui erant Ieroſolymis, ego relictus ſum. Qui pulchritudinem R. Iochanàn videre deſiderabat, accipiebat Calicem argenteũ quando domo egrediebatur, & replebat eum granis rubeis mali punici, & ad eum reuertebatur cum corona rubeæ roſæ in ore ſuo, & ponebat inter Solem, & vmbram. Ille ſplendor, qui egrediebatur ab eo, & diffundebatur ſuper terram, erat ſimilis pulchritudini ſuæ (id eſt R. Iochanàn). *Sed quomodo? Nonne dicit Mor: Pulchritudo Ràu Cohanà ſimilis eſt pulchritudini R. Abàhu. Pulchritudo R. Abàhu eſt ſimilis pulchritudini Iacobi patris noſtri. Pulchritudo Iacobi patris noſtri eſt ſimilis pulchritudini Adami. Et ſi R. Iochanàn non ſit in hoc pretio, alia ratio eſt de eo, quia ſcilicet non habebat decorem faciei, maieſtatem.* [R. Sal. *Quia non habebat barbam.*]

Aliquando R. Iochanàn perrexit, & ſedit apud oſtium balnei, vbi filiæ Iſraëlitarum lauabantur, ex præcepto Legis, dicebat: Cùm è balneo exierint, occurrent mihi, & inter maritales amplexus meæ pulchritudinis recordentur, & filios ſimiles mei

per•

licèt grauiſſima ſint peccata, vel ea paruipendunt, vel negant, vti faciunt de peccato Dauidis, & aliorum, vt ſuprà viſum eſt, ideòq; à Iudæis laudatur Talmud : כי חלל רשע על תאות נפשו *Quoniam* (& ipſum) *laudauit Raſciàa impium* (R. Iochanàn) *ſuper deſiderium animæ ſuæ*. Has malas cogitationes reprehendit Dominus apud Matth. 9. 4. *Vt quid cogitatis mala in cordibus Veſtris?* & (Cap. 15. ver. 19) docet Dominus, omnia peccata primò in corde generari, & de corde exire; *De corde enim* (inquit) *exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ*. Iſta pro nihilo habent Talmudiſtæ, & cogitationes malæ in laudes habentur. Qui hanc falſam doctrinam voluerit videre, adeat *En Iſraël* Par. II. pag. 68. col. 1. numero 30. De pulchritudine R. Iochanàn dictum eſt etiam ſuprà pag. 445. col. 2.

Eadem pagina 84. longè poſt medium. Immediatè poſt prædicta ſequitur conuerſio Reſc Lakìſc, qui cum eſſet Caput latronum, ſuaſu prædicti R. Iochanàn relicta nefaria arte prædandi, ſtudio Legis ſub eodem R. Iochanàn totum ſe dat, cuius poſtea ſororem accipit in vxorem.

יומא חד הוה קא סחי ר׳ יוחנן בירדנא חזייה ריש לקיש ושוור לירדנא אבתריה א״ל חילך לאוריתא א״ל שופרך לנשי א״ל אי הדרת בך יהיבנא לך אחותי דשפירא מינאי קביל עליה בעי למיהדר לאתויי מאנה ולא מצי הדר אקריה ואתנייה ושוריה גברא רבה יומא חד הוו מפלגי בי הדרשא הסייף והסכין והפיגיון והרומח ומגליד ומגל קציר מאמתי מקבלין טומאה משעת גמר מלאכתן ומאימתי גמר מלאכתן ר׳ יוחנן אמר משיצרפן בכבשן ר״ל אמר משיצחצחן במים אמר ליה לסטאה בלסטיותה ידע :

perpulchros concipient. *Dixerunt ei Rabbanàn: Nonne dubitabat Mor de oculo maligno? Dicebat ipſe* (R. Iochanàn) *Ego de ſemine Ioſeph deſcendo, non dominatur in ſemen eiuſmodi malignus oculus, quia ſcribitur* (Gen. 49. 22.) Filius fructificans Ioſeph, filius creſcens ſuper fontem. *Et dixit R. Abàhu, ne legas* עלי עין ſuper fontem, *ſed* עלי עין aſcendentes oculum [R. Salom. *aſcendentes ſupra oculum* (malignum) *cùm ipſe ſit infernè, nec dominari poſſit ſuper eos, id eſt ſuper filios Ioſeph*]. *R. Ioſè Bar Chaninà dixit: Ex alio loco probatur* (Geneſ. 48. 16.) Et inſtar piſcium ſint in multitudinem in medio terræ. *Sicut piſces, qui ſunt in mari aquis operiuntur, neque oculus* (malignus) *dominatur in eos; ſic eſt ſemen Ioſeph* (in poſteros ipſius) *non dominatur oculus* (malignus).

Quicquid imaginentur Talmudiſtę de pulchritudine R. Iochanàn, mea nihil refert, animaduertant tñ, in hac pulcherrima facie huius Rabbini deſiderari decorem, & maieſtatem, nimirùm barbam, qua cùm caruiſſet R. Iochanàn, non vir pulcher, ſed deformis erat dicendus. Quod addunt, iuxta lauacrũ mulierũ ſediſſe hunc Rabbinũ, vt ex eius conſpectu fixa in illorum mente pulchritudine ſua, in congreſſu maritali crederent ſe ab eo fœcundatas, eſt euidenter docere nullum dari peccatum mentis, & cogitationes malas nullas eſſe, contra Sacram Scripturam, quæ cogitationes eiuſmodi reprobat, ac damnat, Pſalmus 140. 3. אשר חשבו רעות בלב וגו׳ : *Qui cogitauerunt mala in corde &c.* Et Prouerb. 24. v. 8. מחשב להרע *Cogitantem male facere*. לו בעל מזמות יקרא *eum patronum cogitationum malarum vocabunt*. Sed Talmudiſtæ,

Die

בן תלמיד חכם ובקרב כסילים תיודע זה תלמיד חכם בן עם הארץ אמר עולא היינו דאמרי אינשי אסתירא בלגינא קיש קיש קריא :

Quid eſt quod ſcriptum eſt (Prou. 14. v. 33.) In corde intelligentis requieſcet ſapientia : & in medio ſtultorum cognoſcetur . In corde intelligentis requieſcet ſapientia , *iſte eſt diſcipulus ſapiens filius diſcipuli ſapientis , id eſt Rabbinus filius Rabbini* : Et in medio ſtultorum cognoſcetur *iſte eſt Rabbinus filius plebæi . Dixit Vlà : Iſtud eſt quod dicunt homines : Stater in lagena kiſc kiſc clamat .*

Si lagena nummis ſit repleta , nummi quieſcunt , nec ſonum edunt ; Si vnicus tantùm ſit , ſi lagena agitetur perſtrepit . De eo dicitur, qui aliquali ſcientia tinctus , nec à Sapientibus edoctus , credit ſe omnia ſcire , cùm ſit indoctus , ideò clamoſis diſputationibus aures ſapientium virorum infeſtat . Refertur in *En Iſraël* Par. II. pag. 69 colum. 3. numero 37.

Pagina eadem 85. b. in fine . Fit mentio de libro Adami :

לדידי חזי לי סיפרא דאדם הראשון וכתיב ביה שמואל ירחינאה חכים יתקרי ורבי לא יתקרי ואסי דרבי על ידו ההא ר׳ ורבי נתן סוף משנה רב אשי ורבינא סוף הוראה וסימניך (תהלים ע״ג : י״ז) עד אבוא אל מקדשי אל אבינה לאחריתם :

Aliquando oſtenſus eſt mihi liber Adami , in eo ſcriptum erat : Samuel Iarchinita ſapiens dicetur , & Rabbì non Vocabitur , & medela Rabbì erit per manum ſuam . Et Rabbì finem impoſuit Miſcnæ : [R. Salom. *Liber Adami . In eo oſtendit Deus omnes generationes Scribarum , Interpretum, & Sapientum* (Iſraëlis) *Rabbì impoſuit finem Miſcnæ , totum hoc ſcriptum erat in eo libro .*] *finem Miſcnæ .* [R. Salom. *Fuit finis Tanaitarum , vſque*

Die quadam R. Iochanàn lauabat ſe in Iordane . Vidit eum Reſc Lakiſc [R. Salom. *quia erat latro*] *& inſiliit in Iordanem poſt eum . Dixit ei* (R. Iochanàn) *Fortitudo tua ad Legem* [R. Salomon : *Quàm magna eſt fortitudo tua ! Optima quidem eſſet ad recipiendum iugum Legis .*] *Dixit ei* (Reſc Lakiſc) *Pulchritudo tua ſuperat mulierum pulchritudinem . Reſpondit : Si tu ad pœnitentiam redire Volueris , ſororem meam tibi dabo in Vxorem , quæ pulchrior me eſt . Recepit ſuper ſe . Voluit reuerti Vt acciperet veſtem , nec potuit .* [R. Salom. *Voluit inſilire Vt priùs fecerat , nec Valuit , quia poſtquam in ſe receperat iugum Legis debilitata eſt Virtus eius .*] *Et poſtea Vocauit eum , inſtruxit eum , & fecit eum Virum magnum . Quadam die diſputabant in Academia : Enſis , ſica , pugio , lancea , falx manualis , & falx meſſoria , quando recipiant immunditias , à tempore , quo completur opus illorum : & quando completur opus illorum ? R. Iochanàn dixit : Quando conflantur in fornace . Reſc Lakiſc dixit ; Quando expoliuntur , & nitida redduntur aquis . Dixit ei* (R. Iochanàn) *: Latro res cognoſcit latronum .* [R. Salom. *Quia fuiſti latro , habes experimentum in his armis .*]

In Talmude frequens fit memoria huius Rabbini , & in magna exiſtimatione habetur , & quia Princeps , & Caput latronum fuerat , ideò ſub nomine ריש לקיש *Reſc Lakiſc* , vel etiam רבן של ליסטים *Rabbàn Magiſtri latronum* nuncupatus fuit . Vide *En Iſraël* Par. II . pagina 68 . col. 1 . num. 30 . circa med.

Pagina 85 . b. circa principium . *Qui* iactat ſapientiam ſuam ſtultus eſt :

מאי דכתיב (משלי י״ד : ל״ג :) בלב נבון תנוח חכמה ובקרב כסילים תיודע : בלב נבון תנוח חכמה זה ת״ח

Pater familias conducit operarios in vineam ſuam: *Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno* (nulla facta mentione prandij, aut cibi) *miſit eos in vineam ſuam*. Hinc de conuiuijs Salomonis agitur, & expenſæ conuiuales eiuſdem exponuntur. Itemque de conuiuijs Abrahæ, quæ hoſpitibus parabat, & de receptione trium virorum, pro quibus occidiſſe dicunt tres vitulos, ad hoc vt tres linguas haberet, eiſque cum ſinapi paratas traderet. Iſta hoc modo explicantur longè poſt principiũ.

כתב (בראשית י״ח ו ד :) ואל הבקר רץ אברהם ויקח בן בקר רך וטוב ואמר רב יהודה אמר רב בן בקר אחד רך שנים וטוב שלשה חתם תלתא תורי לתלתא גברי :

Scriptum eſt (Geneſ. 18. v. 7.) Et ad armentum cucurrit Abraham. & tulit filium bouis tenerum, & bonum. *Et dixit Ràu Iudas, dixit Ràu: filium bouis vnum; tenerum duos; & bonum tres: tres vitulos tribus viris*. Et infrà poſt medium -

ולמה לי תלתא תסגי בחד אמר רב חנן בר רבא כדי להאבילן שלש לשונות בחרדל :

Et cur mihi tres vituli? Vnus ſatis erat. Dixit Ràu Chanàn Bar Rauà: Ad hoc vt tres linguas comedere poſſent cum ſinapi.

Hanc eandem ſtultitiam de tribus vitulis, & tribus linguis comedendis cum ſinapi à tribus viris, qui apparuerunt Abrahę, refert R. Salomon in ſuis poſtillis ad caput 18. ver. 8. Geneſeos quod euidenter eſt contra Scripturam, quæ vnum vitulum dicit Abrahamum accepiſſe tenerum, & optimum. Talmudiſtæ autem qualitates pro ſubſtantia ineptè accipiunt, & vitulos multiplicant. Non minùs ſtultè loquuntur ij, qui dicunt: *que ad Rabbì: Antea enim vnuſquiſque in Schola dicebat ſententiam ſuam, legebat lectionem prout libuerat. Nulli erant Tractatus, ſeù Codices diſtincti: nulli Ordines: ſed iſte* (Rabbì) *ordinauit, & legit per ordinem iſtum, & poſt eum parum additum fuit.*] *Ràu Aſcè, & Rauenà abſoluit* הוראה *Horaàh*. [R. Salomon: *Fuit finis omnium Amorraitarum. Ante Amorraitas, non erat Ghemarà ordinata, ſed in Scholis quando quærebant aliquam reſolutionem alicuius caſus ſecundùm ſenſum Miſcnæ, aut qui iam acciderat in Iudicio circa facultates, aut rei illicitæ, vel licitæ, Vnuſquiſque proferebat ſententiam ſuam. Et Ràu Aſcè, & Rauenà in ordinem redegerunt lectiones ventilatas ante eos, & eas fixerunt, & ordinauerunt ſecundùm ordinem Hammaſſachtòth Codicum, & iuxta Miſcnam collocarunt. Signum autem datur ex Pſal.* 73. 17. Donec intrem ad Sanctuaria Dei, intelligam nouiſſimũ eorum. מקדשי Sanctuaria *eſt ſignum* ד״ע *Rau Aſcè*, אבינה Intrem *eſt ſignum* ד״ע *Rauenà*, לאחריתם nouiſſimum eorum *eſt ſignum finis Ghemaræ*.]

Quæ hic dicuntur de libro Adami, ſunt merè ſomnia Talmudiſtarum. De reliquis, quæ pertinent ad œconomiam ſyntagmatis Miſcnæ, & Ghemaræ, iam ſatis prolixe diximus ſuprà, & modò in eandem Ghemaram proſequimur annotata, & cenſuras. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 70. col. 1. num. 39.

Pagina 86. b. in ipſo principio. Inſtruitur homo, ne promittat operarijs pro parte mercedis prandium ſe daturum, aut aliquam cibi portionem; quia nunquam quod ſatis fuerit, dare poterit, etiamſi conuiuium Salomonis eis pararet. Sic apud Matth. 20. v. 1. & ſeqq.

non exerceret plùs nimio iuſtum circa hoſpites, &c.

Non potuit eſſe dies tertius à circumciſione, quia eo die recrudeſcit circumciſio, & dolor fit intenſior, vt ex Gen. 34. 25. at Abrahamus tunc erat promptior ad operandum, quia וירץ *cucurrit* in occurſum trium virorum, Geneſ. 18. 2: וימהר *& feſtinauit* ad Tabernaculum Saræ, ibidem ver. 6. & רץ *cucurrit* ad armentum, & tulit vitulum &c. Ibidem ver. 7. quæ ſigna ſunt perfectæ ſanitatis. Multa alia hìc eſſent annotanda, de tribus viris; de illorum officijs; quinam fuerint iſti, & alia ab eis patrata opera, quæ ſparſim hinc inde in ſuperioribus indicata fuerunt. Vnde & in *En Iſraël* Par. II. pagina 70. colum. 4. num. 44. eadem habentur.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 2. *Bauà Metzijà* cap. 9. *Hamekabèl*.

Pagina 107. longè poſt medium. Explicantur verſic. 3. cap. 28. Deuter. *Benedictus tu in Ciuitate, & benedictus tu in agro.* & ver. 6. *Benedictus tu in introitu tuo, & benedictus tu in exitu tuo.* Dixit Ràu: *Benedictus tu in Ciuitate*, שיהא ביתך סמוך לבית הכנסת׃ quòd domus tua Synagogæ ſit iuncta. *Benedictus tu in agro:* שיהו נכסיך קרובים לעיר quòd facultates tuæ (predia tua) ſint propè Vrbem. *Benedictus tu in introitu tuo:* שלא תמצא אשתך ספק נידה בשעת ביאתך מן הדרך׃ ne inuenias vxorem tuam ſub dubio menſtrui, quando reuerteris de via. *Benedictus tu in exitu tuo* שיהו צאצאי מעיך כמותך׃ quòd ſint excrementa ventris tui tui ſimilia. Et dixit eis R. Iochanàn: Non dixit ſic, ſed *Benedictus tu in Ciuitate* שיהא בית הכסא סמוך לשולחנך אבל בית הכנסת לא׃ quòd ſit latrina prope

cunt: ideò Abrahamum tres vitulos accepiſſe, vt tres linguas haberet vitulinas, eaſque paratas cum ſinapi tribus viris comedendas tradidiſſe. Vide *En Iſraël*, vbi hæc omnia inuenies Par. II. pagina 70. col. 3. num. 42.

Ibidem longè ante finem.

Geneſ. 18. 4. *Tolletur nunc parum aquæ, & lauate pedes veſtros.*

אמר רבי ינאי בר ישמעאל אמרו לו וכי בערביים חשדתנו שהם משתחוים לאבק רגליהם כבר יצא ממנו ישמעאל׃

Dixit R. Iannài Bar Iſmaël: Dixerunt ei (tres viri ipſi Abrahamo): *Et quoniam Arabes cenſetis nos eſſe, qui puluerem pedum ſuorum adorant? Iam ex eo egreſſus erat Iſmaël.* [R. Salom. *Iam egreſſus erat ab eo Iſmaël, qui iſtiuſmodi res ſolebat facere.*] Sed non recordatur Salomon ſe dixiſſe in ſuis commentarijs in Geneſ. hoc eodem capite 18. ver. 7. ad vocem אל הנער *ad puerum;* quòd iſte, puer erat זה ישמעאל לחנכו במצות *Iſmaël* (cui dederat vitulum, qui feſtinauit, & coxit illum) *vt eum in præceptis initiaret.* Non erant igitur Arabes tunc temporis, qui ab Iſmaële addiſcere potuerint huiuſmodi idololatriæ genus adorandi puluerem pedum ſuorum.

Paulò poſt ex v. 1. eiuſdem cap. 18. *Et ipſe ſedebat oſtio Tabernaculi* כחום היום *cùm incaleſceret dies.*

אמר ר׳ חמא בר חנינא אותו היום יום ג׳ של מילת של אברהם היה ובא הקב״ה לשאול באברהם הוציא הקב״ה חמה מנרתיקה כדי שלא יטריח אותו צדיק באורחים וכו׳׃

Dixit R. Chamà Bar Chaninà: Iſte erat tertius dies à circumciſione Abrahami: Et venit Deus ſanctus benedictus, vt ſalutaret Abrahamū: & eduxit Deus ſanctus benedictus Solem de Theca, vt

lem reddit. Legem diſcere, & docere facit. Ipſius verba libenter audiuntur: doctrina ſua Dominus eſt; neque in ipſius carnem aſcendit vanitas. [R. Salom. *Sudor, & fætor.*] *Vtitur Vxore ſua, & non optat alienam, & necat pediculos, qui ſunt in Viſceribus. Sunt, qui dicunt: Etiam expellit inuidiam, & intoducit amorem,*

Quæ hic dicuntur de ientaculo matutino, pauca ſunt, quæ ad corporis ſanitatem tuendam, vel augendam ſpectantur, alia ad animi virtutes, & vitia referuntur, quæ dependere non poſſunt à paruo mixto, cùm à libera hominis voluntate dependeant. Meliùs priſci noſtri Itali, antiqua ſua, & vernacula lingua, ientaculi virtutes illius ſcilicet quòd (Zuppa) vocant, quibuſdam verſiculis, ſed ſine vlla ſuperſtitionis ſpecie hoc modo recenſuerunt -

Sette coſe fà la zuppa: Toglie fame, e
ſete tutta:
Netta il dente, e purga il ventre:
Fà dormire, fà padire, fà le guancie
colorire.

Quòd autem ſummo mane ſemper ſit ſumendum ientaculum, intendunt probare ex locis Scripturæ, vt paulò poſt ſubiungunt.

אמרו רבנן השכם ואכול בקיץ מפני החמה ובחורף מפני הצינה אל״ דכתיב (ישעיה מט״ ׳י) לא ירעבו ולא יצמאו ולא יכם שרב ושמש לא יכם שרב ושמש כיון דלא ירעבו ולא יצמאו אמר ליה את אמרת לי מהתם ואנא אמינא לך מהכא (שמות כג״ ׃ כה׳ ׃) ועבדתם את יהוה אלהיכם וברך את לחמך ואת מימיך ועבדתם את יהוה אלהיכם זו ק״ש ותפלה וברך את לחמך ואת מימיך זו פת במלח ויקתון של מים ואילך והסירותי מחלה מקרבך ׃

Dixerunt Doctores: Surge diluculo, & comede, in æſtate ob calorem, & in hyeme ob frigus. Dixerunt ei: Quia ſcriptum eſt (Iſai.

menſam tuam, non autem Synagoga: Et R. Iochanàn ſecundùm ſenſum illius qui dicit. Mercedem greſſuum eſt, *Benedictus tu in agro*, quòd redditus tui multiplicentur triplo tam de frumento, quàm de oleo, & vino. *Benedictùs tu in introitu tuo, & benedictus tu in exitu tuo.*

שתהא יציאתך מן העולם כביאתך לעולם מה ביאתך לעולם בלא חטא אף יציאתך מן העולם בלא חטא ׃

Quòd ſit exitus tuus ex hoc mundo ſicut fuit introitus tuus in mundum: nam ſicut introitus tuus in mundum fuit ſine peccato (quod intelligitur de actuali peccato) ſic exitus tuus ex hoc mundo ſit ſine peccato.]

In rebus ſcripturalibus explicandis adeò debiles ſunt Talmudiſtæ, vt vix graue, & pro dignitate Scripturæ aliquid proferant, vt ſtatim in res humiles, & Sacræ Scripturæ indignas labantur, vt patet in explicatione prædictorum verſiculorum.

Ibidem verſa pagina ante medium, Laudatur ientaculum matutinum; hoc eſt ſumptio bucellæ panis cum ſale infuſæ in aqua, [R. Salom. *Si vinum non habeatur*] cuius virtutes hìc recenſentur.

ת״ר שלשה עשרה דברים נאמרו בפת שחרית מצלת מן החמה ומן הצינה ומן הזיקין ומן המזיקין ומחכימה פתי וזוכה בדין ללמוד תורה וללמד ודבריו נשמעין ותלמודו מתקיים בידו ואין בשרו מעלה הבל ונזקק לאשתו ואינו מתאוה לאשה אחרת והורגת כינה שבבני מעים ׃ ויש אומרים אף מוציא את הקנאה ומכניס את האהבה ׃

Tanù Rabbanan Tradunt Magiſtri Tredecim dicuntur de ientaculo matutino (de pane cum vino mixto, quod Italicè dicitur *Zuppa*, Germanicè *Weinſuppen*) *liberat à calore, & frigore, ab incommodis, à Dæmonibus. Sapientes reddit ſimplices; cauſam in iudicio fauorabi-*

ſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Et idem Dauid de ſeipſo dicit Pſal. 73. 23. *Vt iumentum factus ſum apud te*. Iudęis igitur, qui inimici Chriſti Domini ſunt, nomen iumentorum magis competit, quàm Chriſtianis Chriſti fidelibus.

Ord. IV. *Nezizìn*, Cod. 3. *Bauà Bathrà* cap. 1. *Haſciotephìn*.

Pagina 3. b. circa medium. Synagoga minitans ruinæ periculum quomodo deſtruenda.

אמר רב חסדא לא ליסתור איניש בי כנישתא עד דבני בי כנשתא אחריתי וכו׳,

Dixit Ràu Chaſdà: Ne deſtruat homo Synagogam, donec ædificet aliam. Eſt qui dicit propter פשיעותא *præuaricationem*. [R. Salom. *fortaſſe inferretur ei vis, aut voluntaria negligentia occurret, & peccabit, non ædificando.*] *Et eſt qui dicit: Ratione orationis.* [R. Salom. *Quia interea ceſſaret oratio*]

Et poſt nonnulla ad eandem rem pertinentia, additur. *Quando venit Ben Botà, conſilium dedit Herodi, vt deſtrueret Templum, neque dixit Ràu Chaſdà: Ne deſtruas, niſi ædifices. Si vis dicam: Rimam vidit* (tunc enim licitum eſt deſtruere) *& ſi vis dicam aliter*.

מלכותא שאני דלא הדרא ביה דאמר שמואל אי אמר מלכותא עקרנא טורי עקר טורי ולא הדר ביה,

Regnum (id eſt Rex) *non ſolet reuerti* (non pœnitet facti) *quia dixit Samuel: Si dixerit Regnum: transferam montem, montem transferet, nec pænitebit*. Sequitur.

[Herodes fuit ſeruus Machabæorum, iniecit oculos in puellam (Machabæâ). Audiuit quandam vocem dicentem: qui modò rebellatur, proſperabitur. Surrexit, & occidit omnes rebelles ſuos, & reliquit tantùm hanc puellam (de ſemi-

(Iſai. 49. 10.) Non eſurient; neque ſitient, & non percutiet eos æſtus, neque Sol. *Non percutiet eos æſtus, neque Sol, quando non eſurient, neque ſitient. Dixit ei: Tu probaſti hoc ex vno loco, & ego idem probabo ex alio loco.* (Exod. 23, v. 25.) Et ſeruietis Domino Deo veſtro, & benedicet pani tuo, & aquis tuis. Et ſeruietis Domino Deo veſtro, *hæc eſt lectio* שמע Scemàa Audi Iſraël &c. *Et oratio:* Et benedicet pani tuo, & aquis tuis, *ipſe eſt panis cum ſale, & cyathus aquæ. Et poſtea ſubdit:* Et remouebo infirmitatem de medio tui.

Et hinc non recedunt ſine abuſu Sacræ Scripturæ, quam ad alium prorsùs ſenſum trahunt, quàm ſit ille, qui ibi traditur, vt patet legenti vtrumque Textum citatum.

Pagina 114 b. lin. 3. Gentiles, per quos etiam intelligunt Chriſtianos, non habentur pro hominibus, ſed pro beſtijs, & brutis animalibus.

תניא ר׳ שמעון בן יוחי אומר קברי גוים אין מטמאין שנאמ׳ (יחזקאל לד׳: לא׳) ואתן צאני צאן מרעיתי אדם אתם אתם קרוין אדם ואין אומות העולם קרוין אדם אלא בהמה וכו׳.

Tanià eſt traditio. R. Scimòn Ben Iochài dicit: Sepulchra Gentilium non polluunt, quia dicitur (Ezech. 34. 35.) Et vos oues meæ, oues paſcuæ meæ. Homines vos. *Vos vocamini homines, & non populi mundi vocantur homines, ſed iumenta.*

Maxima iniuria afficiuntur omnes, qui Iudæi non ſunt, dum beſtiæ, & iumenta ab eis vocantur. Qui à Deo recedunt, meritò iumenta vocari poſſunt, ſic Dauid de viro improbo ait Pſal. 49. v. 13. & 21. *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis in-*

pliùs eſt. Dixit ei: Rabbì, ſi non paueris me; en ecce mulier cum ſeptem filijs ſuis morientur. Stetit, & pauit eam ex proprijs (facultatibus). *Poſt multos dies ægrotauit, vt moreretur. Dixerunt Angeli miniſterij coram Deo ſancto benedicto: Domine mundi tu dixiſti: Qui ſtare fecerit vnam animam de Iſraële, eſt ſicut ille, qui ſtare feciſſet vniuerſam plenitudinem mundi: & Beniamin Hatzadìk, qui viuere fecit mulierem cum ſeptem filijs, morietur tam iuuenis? Statim lacerauerunt ſententiam iudicij ſui. Tanà eſt traditio: quòd addiderunt ei 22. annos ſuper annos ſuos.*

Ex hac traditione firmatur interceſſio Angelorum pro viatoribus. Et fauetur ijs, qui ſcientiam mediam ſtatuunt, & docent. Confer 1. Sam. 23. 12. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 75. columna 2. num. 18.

Pagina eadem, & immediatè poſt ſupradicta. Aliud laudabile exemplum de eleemoſyna.

חנו רבנן מעשת במונבו המלך שבזבו אוצרותיו ואוצרות אבותיו בשני בצורת וחברו עליו אחיו ובית אביו ואמרו לו אבותיך גנזו והוסיפו עַל של אבותם ואתה מבזבזם אמר להם אבותי גנזו למטה ואני גנזתי למעלה שנאמר (תהלים פה״ : יב׳) אמת מארץ וצדק משמים נשקף : אבותי גנזו במקום שהיד שולטת בו ואני גנזתי במקום שאין היד שולטת בו שנאמר (תהלים פט״ : טו״ :) צדק ומשפט מכון כסאך אבותי גנזו דבר שאין עושה פירות ואני גנזתי דבר שעושה פירות שנאמ׳ (ישעיה ג׳ : י׳ :) אמרו לצדיק כי טוב כי פרי מעלליהם יאכלו אבותי גנזו ממון ואני גנזתי אוצרות נפשות שנאמר׳ (משלי יא״ : ל׳ :) פרי צדיק עץ חיים אבותי גנזו לאחרים ואני גנזתי לעצמי שנ׳ (דברים כד״ : יג״ :) ולך תהיה צדקה אבותי גנזו לעולם הזה ואני גנזתי לעולם הבא שנ׳ (ישעיה נח״ : ח׳ :) והלך לפניך צדקך וכבוד יהוה יאספך :

Ta-

mine Machabæorum). Quando cognouit, velle Herodem eam deſponſare, aſcendit ſuprà tectum, & voce eleuata dixit: Quicumque venit, & dicit: Ego ſum ex ſtirpe Machabæorum, eſt ſeruus (& mendax), quia ex eis nullus remanſit niſi hæc puella: inſilijt & proiecit ſe ex tecto, & mortua eſt. Abſcondit eam ſeptem annis in melle. Et eſt, qui dicit, quòd rem habuit cum ea, alij hoc negant, &c.]

Multa de Herode in hoc loco, & de conſilio, quod inijt cum Ben Bòtà. De hoc Rabbino vide ſuprà pag. 264. colum. 1.

Pagina 4. circa medium. Dicuntur multa de magnificentia, & pulchritudine Templi ædificati ab Herode, de quo cùm aliquid dictum ſit ſuprà pag. 441. col. 1. quæ & in hoc loco iterum referuntur, ideò ea omittimus.

Pagina 11, in ipſo principio. De Eleemoſyna ponuntur nonnulla.

תניא אמרו עליו על בנימין הצדיק שהיה ממונה על קופה של צדקה פעם אחת באתה אשה לפניו בשני בצורת אמרה לו רבי פרנסני אמר לה העבודה שאין בקופה של צדקה כלום אמרה לו רבי אם אין אתה מפרנסני הרי אשה ושבעה בניה מתים עמד ופרנסה משלו לימים חלה ונטה למות אמרו מלאכי השרת לפני הקב״ה רבונו של עולם אתה אמרת כל המקיים נפש אחת מישראל כאילו קיים עולם מלא ובנימין הצדיק שהחיה אשה ושבעה בניה ימות בשנים מועטות הללו מיד קרעו לו גזר דינו תנא הוסיפו לו עשרים ושתים שנה על שנותיו :

Tanià Eſt traditio: Dixerunt de Beniamin Hatzadìk Iuſto Præfecto arculæ eleemoſynarum. Venit aliquando quædam mulier coram eo tempore famis, dixit: Rabbì, ciba me. Reſpondit ei: Per Deum ſi in arcula eleemoſynaria quicquam am-

Dixit R. Iochanàn: A die, quo deſtructa eſt Domus ſanctitatis (Templū) *ablata eſt Prophetia à Prophetis, & data eſt ſtultis, & paruulis.*

Hoc non poteſt intelligi de primæ Domus deſolatione, quia tunc fuerunt Prophetæ, ſed de ſecunda Domo eſt intelligendum, quia poſt eius euerſionem cognouerunt Iudæi ſe eſſe priuatos Prophetia, & datam ſtultis, & infantibus, hoc eſſe Chriſtianis, qui hiſce nominibus vocabantur, teſte Apoſtolo 1. Cor. 4. v. 10.) *Nos ſtulti propter Chriſtum.* Et *quæ ſtulta ſunt, elegit Deus,* Ibidem 1. 21. Et Apoſtolus Petrus 1. cap. 2. 2. *Sicut modo geniti infantes, rationabile, ſine dolo lac concupiſcite, Vt in eo creſcatis in ſalutem.*

Pagina 14. agitur de ס״ת *Libro Legis,* de eius menſura, & qui ex priſcis Rabbinis Libros Legis ſcripſerint, & quot, vt Rau Hunnà dicitur ſcripſiſſe LXX. libros Legis, & R. אמי *Amè* ſcripſiſſe ארבע מאה ספרי תורה *quadringentos libros Legis.* Rabbinorum hyperbolica creduntur à Iudæis.

Pagina eadem b. ante medium. Dicitur, quòd tam Tabulæ Legis, quàm fractiones Tabularum priorum in Arca fuerint repoſitæ.

Ibidem poſt medium. Ponitur ordo librorum Prophetarum, & eſt -

[Ioſue, Iudicum, Samuelis, & Regum. Prophetia Ieremiæ, Ezechielis, Iſaiæ, & 12. Prophetarum. Hoſeas eſt primus, S. D. (Hoſ. 1. 2.) *Principium loquendi Domini in Hoſea.* Et quomodo cum Hoſea primò locutus eſt; nonne à Moſe vſque ad Hoſeam fuerunt alij Prophetæ? Dicit R. Iochanàn: Intelligitur de quatuor primis Prophetis, qui co-

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri. Opus, ſeù factum Monbaz Regis [R. Sal. *fuit filius Reginæ Helenæ de ſemine Chaſmonæorum*], *qui deprædatus eſt theſauros ſuos, & theſauros patrum ſuorum in annis penuriæ. Et congregati ſunt contra eum fratres eius, & domus patris ſui, & dixerunt ei: Patres tui theſaurizauerunt theſauros, & addiderunt ſuper illos patrum ſuorum, & tu prædaris theſauros tuos, & theſauros patrum tuorum; Dixit eis: Patres mei theſaurizauerunt theſauros infernè; ego autem theſaurizaui theſauros supernè, S. D.* (Pſal. 85. ver. 12:) Veritas de terra germinabit, & iuſtitia de cælo proſpexit. *Patres mei theſaurizauerunt in loco, vbi manus dominatur; at ego theſaurizaui in loco, Vbi manus nullum dominium habet, S. D.* (Pſal. 89. v. 15.) Iuſtitia, & iudicium habitaculum ſolij tui. *Patres mei theſaurizauerunt illud, quod fructus non facit, & ego theſaurizaui rem, quæ fructus facit, S D.* (Iſa. c. 3. v. 10.) Dicite iuſto quoniam bonus, quoniam fructum operum ſuorum comedent. *Patres mei theſaurizauerunt theſauros* (corporales) *diuitias, ego verò theſaurizaui animas, S. D.* (Prouer. 11. v. 30.) Fructus iuſti eſt lignum vitæ: & ſuſcipiens animas ſapiens. *Patres mei theſaurizauerunt pro alijs, & ego theſaurizaui pro me, S. D.* (Deuteron. 24. 13.) Et tibi erit iuſtitia. *Patres mei theſaurizauerunt in præſenti ſeculo, & ego theſaurizaui in ſeculo futuro, S. D.* (Iſai. 58. v. 8.) Et ibit coram te iuſtitia tua: gloria Domini colliget te.

Pagina 12. b. circa principium. Prophetia aufertur ab Iſraële.

א״ר יוחנן מיום שחרב בית המקדש ניטלה נבואה מן הנביאים ונתנה לשוטים ולתינוקות׃

v. 16.) *Et in quo cognoſcetur* אפוא *Nunc*. Sed dicam: Iob fuit in diebus Iſaac, quia ſcriptum eſt (Geneſ. c. 27. v. 33.) *Quis* אפוא *Nunc ille eſt, qui venatus eſt venationem?* Sed dicam in diebus Iacob, quia ſcriptum eſt (Geneſ. 43. 10.) *Si ita* אפוא *Nunc hoc facite*. Sed dicam in diebus Ioſeph, quia ſcriptum eſt (Geneſ. 37. 16.) איפה *Vbinam ipſi ſunt paſcentes? &c.* Alij dicunt, quòd Iob fuit tempore exploratorum, quia ſcriptum eſt hic (Iob 1. 1.) *Vir fuit in terra* עוץ *Iob nomen eius*. Et ſcriptum eſt illic (Numer. 13. 21.) *Num ſit in ea* עץ *lignum*. Dixit Moſes exploratoribus: Videte, an ſit ibi ille homo (id eſt Iob) cuius anni ſunt multi, veluti lignorum, & pertingat ad ætatem lignorum, ſeù arborum, ætas eius.

Sunt ineptæ expoſitiones Sacræ Scripturæ, terram עוץ *Vtz* regionem patriam Iobi, transferre ad עץ *Etz lignum*, illudque inquirere in terra Chanaan in perſonam Iobi. Item: Si ex voce איפה *Ephò Vbinam*, aut *Nunc* inquirendum ſit, qua ætate vixerit Iob; poſſet dici, tempore Iſaiæ, vel etiam Ieremiæ vixiſſe, quia apud Iſaiam cap. 49. 21. & Ieremiam c. 3. v. 2. cap. 36. 19. huiuſmodi vòx איפה *Ephò* reperitur.

Turpiùs labuntur alij Talmudiſtæ ibidem immediatè, & circa finem, dicentes איוב לא היה ולא נברא אלא משל היה : *Iob nunquam fuit, neque creatus eſt, ſed eſt parabola*. Sed iſti redarguuntur ex nomine ipſius, & nomine Ciuitatis, vel Regionis eiuſdē, quin & ab Ezech. 14. 14.

והיו שלשת האנשים האלה בתוכה נח דניאל ואיוב
המה בצדקתם ינצלו נפשם נאם אדוני יהוה :

Et fuerint tres Viri iſti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob; ipſi in iuſtitia ſua

eodem tempore prophetarunt, & ſunt Hoſeas, Iſaias, Hamos, & Malachias, &c.

Ordo librorum Hagiographorum eſt - [Ruth, Liber Pſalmorum, Iob, Prouerbiorum, Eccleſiaſte, Cantici Canticorum, Threnorum, Danielis, Volumen Eſther, Ezræ, & Paralipomenon, &c.] Et poſt pauca -

[Moſes ſcripſit librum ſuum, Sectionem Balaam, & Iob.

Ioſue ſcripſit librum ſuum, & octo verſiculos, qui ſunt in Lege.

Samuel ſcripſit librum ſuum, Iudicum, & Ruth.

Dauid ſcripſit librum Pſalmorum per manus X. Seniorum, hoc eſt per manus Adami, per manus Melchiſedech; Abrahami, Moſis, Hemàn, Iduthùn, per manus Aſaph, & trium filiorum Kore.]

Pagina 15. lin. 1. [Ieremias ſcripſit librum ſuum, librum Regum, & Lamentationes,

Ezechias cum ſodalitio ſuo ſcripſerunt ימש״ק (eſt abbreuiatura per literas initiales ſignificans) Iſaiam, Prouerbia. Canticum Canticorum, & Koëleth Eccleſiaſten.

Viri Synagogæ magnæ ſcripſerunt Ezechielem, שנים עשר duodecim Prophetas minores, Danielem, & Volumen Eſther.

Ezra ſcripſit librum ſuum, & Paralipomenon, & non aſcendit de Babel, donec genealogizauit ſe ipſum, & deinde aſcendit. Et alia multa ad idem argumentum pertinentia.

Iob fuit in diebus Moſis: nam legitur (in Iob 19. v. 23.) *Quis mihi det* אפו *nunc, & ſcriberentur ſermones mei*. Et ſcribitur ibi (apud Moſen Exod. c. 33.

hæc in voces Scripturæ luxuriandi libertas, ipſam Sacram Scripturam de medio tollit. Quis vnquam infidelium, & peruerſorum hominum extitit, qui negarit Reginam Sabam extitiſſe; de qua tam mirabilia Scriptura narrat in libro 1. Regum cap. 10. ferè per totum, niſi fuiſſet Rabbinus? Iſti ſunt Hebræorum Doctores, qui in tam magno pretio habentur. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 77. col. 2. num. 27.

Ibidem circa finem. Capræ Iobi lupos mactant.

זאבים הורגים העזים מקנהו של איוב עזים הורגים את הזאבים ׃

Lupi occidunt capras; ſed capræ Iobi occidunt lupos. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 77. col. 3. num. 28.

Pagina 16. ante medium. Maior fuit dolor Satan quàm Iobi.

(איוב ב׳ ׃ ו׳) ויאמר יהוה אל השטן הנו בידך אך את נפשו שמור ויצא השטן מאת פני יהוה ויך את איוב וגו׳ ׃ אמר ר׳ יצחק קשה צערו של שטן יותר משל איוב משל לעבד שאמר לו רבו שבור את החבית ושמור את יינה ׃

(Iob capite 2. ver. 6.) Dixitque Dominus ad Satan. Ecce ipſe in manu tua eſt, veruntamen animam eius ſerua: & egreſſus eſt Satan à facie Domini, & percuſſit Iob, &c. *Dixit R. Iſaac: Grauior fuit dolor Satan, quàm fuerit tribulatio Iobi. Vt ſi quiſpiam diceret ſeruo, frange dolium, ſed ſerua vinum*. Quia Satan nihil lucrabatur de corpore, ſed animæ ipſius inſidiabatur, vt in Deum blaſphemias euomeret, & damnaretur. Sed ſecundùm hos impios Rabbinos, his diligentijs non indigebat Satan; quia ipſi hunc Sanctum virum Iob faciunt virum iniquum, & impium, ac omnino de- *ſua liberabunt animam ſuam*, *dixit Dominus Deus*.

Multa in hoc loco dicuntur de Iob; verſa enim pagina 15. in princ. dicitur:

[Septem Prophetæ prophetauerunt populis mundi, hi ſunt: Balaam, & pater eius; Iob, Eliphaz Themanites, Bildad Haſſuites, Tzapher Hannaamathites, & Eliahàu Charchaèl Buzites. Eliau Buzites non fuit Iſraëlita, ſed prophetauit populis mundi: ſic etiam Iob prophetauit.

Ibidem longè poſt medium. Iobum faciunt blaſphematorem, & damnatum:

חסיד היה באומות העולם ואיוב שמו ולא בא לעולם אלא כדי לקבל שכרו הביא הקב״ה עליו יסורין התחיל מחרף ומגדף כפל לו הקב״ה שכרו בעולם הזה לטרדו מן העולם הבא ׃

Iob fuit vir pius ex populis mundi, & non venit in mundum, niſi vt mercedem reciperet. Induxit Deus ſanctus benedictus ſuper eum flagella; capit מחרף *blaſphemare, &* מגדף *conuiciari; ſed Dominus duplicauit ei mercedem in hoc mundo, vt eum expelleret ex alio mundo*.

Hæc eſt magna blaſphemia, & conuicium in Iob, imò & in ipſum Deum, qui eum vocat האיש ההוא תם וישר וירא אלהים וסר מרע ׃ *Virum perfectum, rectum, & timentem Deum, ac recedentem à malo*.

Ibidem longè poſt medium. Tollunt de medio Reginam Saba.

אמר ר׳ יונתן כל האומר מלכת שבא אשה היתה אינו אלא טועה מאי מלכת שבא מלכותא דשבא ׃

Dixit R. Ionathàn: Quicumque dicit. Regina Saba mulier fuit, non eſt niſi errans. Quid eſt igitur Regina שבא *Saba? Eſt Regnum quod venit*. ש בא *Quod venit*, vt ſint duæ dictiones. Peruerſa corruptio Scripturæ Sacræ. En quomodo

Tu creaſti Iuſtos ob Iètzer Tòu ſigmentum bonum, & ita impios ob Ietzer haraà fomitem malum. Idcircò nullus erui poteſt de manu tua. Quia ij, qui adacti ſunt, quis impedire poteſt ne peccent? Quòd autem ait: Creaſti ei Legem, nempè condimenta, quia ipſa, id eſt Lex remonet (hominem) *à tranſgreſſione, & à cogitatione mala. Sicut dicitur: Si tibi occurrerit turpe illud, adige illud in Academiam, ſi lapis erit, liquabitur; ideò non coguntur* (homines) *quoniam poſſunt ſe ipſos liberare.*] Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 77. col. 3. num. 29. & 30. & columna 4. numero 31.

Blaſphemiæ ſunt iſtæ contra Iob, & contra Deum. Notauimus paulò ante canonizatum fuiſſe Iob ab ipſo Deo pro homine perfecto, recto, ac timente Deum; qui niſi ex corde fuiſſet timens Deum, non fuiſſet rectus, atque perfectus, niſi tantùm facie, & verbo tenus, ideòque hypocrita non ſanctus, & ſic Deus mendax eſſet, quod dicere ſumma blaſphemia eſt. Sed hanc blaſphemiam proferunt Talmudiſtę, quando dicunt Iob in corde peccaſſe. Et huiuſmodi peccati probationem afferunt. Dicunt enim, quòd Iob in corde ſuo dixerit: Deus in creatione rerum creauit fomitem malum, eumque in hominum corda taliter implantauerit, vt eos libertate benè agendi priuaret. Creauit autem Legem, vt hoc remedio condiretur coactio iſta agendi, quæ per Legem medetur, & libera redditur. Hæc ſiquidem doctrina falſa eſt, & hæretica: nam Deus creauit hominem liberum, & dedit ei gratiam, & libertatem benè, vel malè agendi, prout ipſę voluerit, quod manifeſtè conuincitur ex præcepto ei dato de deplorandum de ſuæ ſalutis ſpe. Vnde. ad illum locum Iob cap. 2: 10. *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis.*

Dixit רבא *Rauà* -

בשפתיו לא חטא בליבו חטא מאי קאמר (איוב ט׳ : כ״ד :) ארץ נתנה ביד רשע פני שופטיה יכסה אם לא אפו מי הוא : אמר רבא בקש איוב להפוך קערה על פיה וכו׳ :

Labijs non peccauit (Iob), *in corde ſuo peccauit. Quid dixit?* (Iob 9. 24.) Terra data eſt in manu impij, facies Iudicum eius operiet: ſi non vbi, quis eſt ipſe? *Dixit Rauà: Quæſiuit Iob inuertere ſcutellam ſuper os ſuum.* [R. Salom. *Quæſiuit euellere, & extirpare* (fidem à creaturis Dei) *vt mundum liberaret à Iudicio Diuino, dicendo: Quòd creatura à Deo ſint violenter oppreſſæ* (*& vt vulgò dicitur aſſaſſinate*) *eo quia* יצר הרע *Iètzer haraà fomitem malum creauerat.*] *R. Eliezer dixit; Quæſiuit Iob inuertere ſcutellam ſuper os ſuum. Dixit ei R. Iehoſciua: Non eſt locutus Iob niſi contra Satan, S. D.* (Iob 10, 7.) Tu ſcis quòd non impiè egerim: & non ſit qui de manu tua eruat. *Dixit Rauà: Quæſiuit Iob eruere vniuerſum mundum à Iudicio Diuino. Dixit coram eo: Domine vniuerſorum, tu creaſti bouem fiſſis vngulis: creaſti aſinum ſolidungulum: creaſti Paradiſum voluptatis: creaſti Gehennam: creaſti Iuſtos: creaſti impios, quis retardare, aut impedire poteſt manum tuam?* [R. Salom. *Tu, quem voluiſti mundum, feciſti, ſicut & immundum: omnia à te procedunt.*] *Et cur? reſponderunt ei ſocij eius* (Iob 15. v. 4.) Etiam tu ſoluis timorem, & prohibuiſti eloquium coram Deo. *Creauit Deus ſanctus benedictus ſit ipſe Ièzer haraà fomitem malum, creauit ei Legem vnguentum condimenta.* [R. Salomon:

Deinde ad illud Iobi cap. 7. 9. *Defecit nubes, & abijt, ſic deſcendens in Infernum, non aſcendet.* Dixit Rauà - : מלמד שכפר איוב בתחיית המתים *Vt docearis, quòd Iob negauit reſurrectionem mortuorum.*

Non ſumitur vox שאול *Sceòl* pro ſepulchro, ſed pro Inferno damnatorum, vbi non datur reſurrectio ad gratiam, vti alicubi ſuprà notauimus. Non igitur Iob abſolutè negauit reſurrectionem mortuorum. Vide *En Iſraël* loco ſtatim citato.

Eadem pagina in fine. Quid ſit יעלי, *Iaalè*.

Ad illud Iobi (39 1.) *Nunquid noſti tempus pariendi Iaalè petræ, &c.* יעלי *Iaalè* (eſt quædam beſtia) *crudelis erga ſuos filios. Quando venit hora pariendi, aſcendit in verticem montis, vt natus cadat* (& frangatur). *Et ego* (inquit Deus) *præparo ei aquilam, vt eum ſuper alas ſuas aſſumat, & ponet ante matrem* (& ſic viuit) *quòd ſi momento præueniret, aut momento tardaret, illicò moreretur.*

Fabula eſt Talmudica. Notum eſt quid ſit יעל *Iaàl*: eſt *Capra rupicola*, ideò à Scriptura vocantur יעלי סלע *Capræ petræ*, petras, ſiuè rupes inhabitantes, has Vulgata *Ibices* vocat ſiluestres capras, quæ cùm rupicolæ ſint, ſicut & ceruæ, quæ in hoc loco quoque nominantur, illarum partus de facili obſeruari non poteſt, ideò à ſolo Deo hæc cognoſcuntur, quę ſua ſumma prouidentia, parturiunt, pergunt filij ad paſtum, egrediuntur, & non reuertuntur ad eas. Iſta ſunt verba Scripturæ, ex quibus euidenter apparet, fabulam eſſe, quæ dicunt Talmudiſtæ de Iaalè, &c. Habetur in *En Iſraël* Parte II, pagina 78. columna

de non comedendo fructum arboris vetitę; alioquin ſi ſine libertate operandi quomodocumque voluiſſet creatus eſſet, fruſtraneum fuiſſet huiuſmodi præceptum de non comedendo, quia libertate non comedendi careret, nec comeſtio pomi peccato imputaretur. Ergo voluntariè, & liberè comedit homo de fructu vetito, ac proinde liber libertate operandi homo creatus eſt, & vt benè operaretur, gratiam, & omnia dona pertinentia ad ſtatum innocentię ei collata ſunt.

Eadem pagina 16. poſt medium, redarguunt Iob in multis. Dicunt, quòd capiebat agros pupillorum, eoſque colebat, & poſtquam meliorati fuerant, non reſtituebat. Ex cap. 29. ver. 13. Iob, *Benedictio pereuntis &c.*

Ibidem poſtea ad ver. 2. cap. 6. *Vtinam appendendo appenderetur ira mea, & infortunium meum in bilancibus eleuarent pariter.* Dicit Ràu: Puluis ſit in ore Iob contra Deum. Vtinam eſſet inter nos arguens, & poſuiſſet manum ſuam ſuper os vtrumque noſtrum. [R. Salom. *Loquitur contra Iob, qui de Deo loquebatur ſicut facit, qui litigat contra ſocium, & dicit: Veni, ponderemus, & videbimus vtrum alter noſtrorum ſit debitor*]

Sequitur ibidem (Iob 31. 1.) *Fœdus pepigi oculis meis, & quid conſiderabo ſuper Virgine?* Dixit Rauà: Puluis ſit in ore Iobi. Ipſe in alienas (mulieres oculos ponebat). Et Abraham nec vxorem propriam intuebatur, ſicut ſcriptum eſt (Gen. 12. 11.) *Ecce nunc cognoui, quòd mulier pulchra aſpectu tu ſis.* Igitur priùs non reſpexerat eam.] Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 77. col. 4. num. 31.

Bekòl. Vide in *En Iſraël* Par II. pagina 78. col. 2. num. 34.

Ibidem ſtatim. Die, quo coxerat Iacob pulmentum lenticularum, & dederat Eſau laſſo pro pretio primogenituræ (Geneſ. 25. v. 33.) mortuus eſt Abraham. Colligunt ex hoc, quia dicunt: עשה יעקב אבינו תבשיל של ערשים לנחם את יצחק אביו: *Fecerat Iacobus pater noſter pulmentum lenticularum ad conſolandum patrem ſuum Iſaacum*, qui erat in luctu patris ſui. Hinc Hebræi etiam hodie tempore luctus parentum lentes ſibi paratas à cognatis ſolent comedere: & cur potiùs lentes, quàm alias leguminum ſpecies? Rationem reddit Ghemarà.

מה ערש זה אין לו פה אף אבל אין לו פה, *Quia ſicut lens os non habet, ita & qui in luctu ſunt non loquuntur, ac ſi non haberent os*. Vel etiam, quia lentes figuræ rotundæ ſunt, vt ex his intelligatur, omnia mundana in inſtabilitate eſſe fundata. Referuntur in *En Iſraël* Par. II. pag 78. col. 2. num. 34.

Ibidem poſtea. Tria ſcelera eadem die perpetrata fuiſſe ab Eſau: Violaſſe puellam nuptam: occidiſſe hominem: negaſſe reſurrectionem mortuorum, & paruipendiſſe primogenita; quæ auctoritate Scripturæ malè intellectæ probare nituntur. Iſta non habentur in *En Iſraël*, veriti forſan, ne Chriſtiani vindictam ſumant de patre ſuo Eſau, quia illi credunt, Eſau eſſe patrem Chriſtianorum.

Et tandem in fine dicunt, Iſmaelem viuente adhuc Abrahamo, pœnitentiam egiſſe. Et in *En Iſraël* Par. II. pag. 78. col, 3. num, 35.

Pagina 17. in principio. In Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum nulla poteſtas lumna 1. numero 32.

Eadem pag. 16, b. longè poſt princ. Domicilia ſociorum Iobi inter ſe valdè diſtant.

Ad illud Iobi 2. v. 11. *Et audierunt tres ſocij Iob omne malum hoc, quod euenerat ei: & venerunt vnuſquiſque è loco ſuo, &c. & conuenerunt ſimul, vt venirent ad condolendum ei, & ad conſolandum eum*. Quid eſt ויועדו יחדו *Et conuenerunt ſimul*? Dixit Ràu Iudas, dixit Ràu; מלמד שנכנסו בשער אחד ותנא בין כל אחד ואחד שלש מאות פרסה: *Denotat, quòd omnes* (tres amici Iob) *ſimul per eandem portam ingreſſi ſunt*. (alia lectio בשעה eadem hora.) *Et eſt traditio, quòd diſtabant ab inuicem 300 paraſangis*.

Sed vnde cognouerunt, quòd Iobo tot calamitates acciderant? Sunt qui dicunt בלילא הוה להו *Coronas habebant*. Alij dicunt אילני הוה הוא *Arbores habebant*, [R. Salom. *Qualibet corona habebat tres facies, repræſentantes tres viros amicos cum ſuis nominibus, & quando alicui ex illis immutabatur color, in anguſtias eſſe ſocium cognoſcebat. Sic de arboribus: quando paſſæ erant, & illarum folia decidebant, ſignum erat, quòd ſocij in tribulationibus permanebant*,] Iſtæ ſunt manifeſtæ fabulæ Talmudiſtarum, quæ confutatione non indigent. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 78. col. 1. num. 33. Aliæ fabulæ Talmudiſtarum ſequuntur.

Ibidem. Abraham magnus Aſtrologus erat.

R. Scimòn Ben Iochài dicit: Lapidem pretioſum habebat Abraham appenſum ad collum, quem cùm ab ægrotis intueretur, illicò ſanitati reſtituebantur: & quando ex hoc mundo diſceſſit, ſuſpendit illum Deus in aſtro Solis. Et filiam habuit nomine בכל

vbique. Quia dicebat Ràu Scieſciàth ipſi Scemaaiàh: Ad omnem mundi plagā verte te ipſum, dum oras præterquam ad Orientem. Quia hòc docuerunt Hæretici. [R. Salom. *Hæretici ſunt diſcipuli Ieſu, & tradunt doctrinam, orandi ad Orientem.*)

Sed diſcipuli Ieſu, nempè Chriſtiani non ideò docent orandum eſſe ad Orientem, quia ibi tantùm ſit Diuinitas, vt impiè criminantur Iudæi, vel vt accuſabantur ſub Seuero Imperatore, quòd Solē adorarent, quia nos Chriſti fideles Solem hunc materialem non adoramus, dū Orientem ſpectantes orationes agimus, ſed verſus locum, vbi Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter ortus eſt, paſſus, & reſurrexit, faciem vertentes, ei qui nos redemit à Diaboli ſeruitute, gratias agentes preces noſtras effundimus, *quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.* Hodie tamen in ædificatione Eccleſiarum non ſemper habetur ratio poſitionis ad Orientem, ita ſcilicet, vt illarum maius Altare in Orientem vergat; quia vbicumque, & in quacunque parte oramus ſemper ad Deum, qui vbique eſt, mentem attollimus, eumque precamur: Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto regnat in ſecula ſeculorum. Amen. Iſta, quę de Diuinitate, & de oratione dicuntur, exſcripta ſunt etiam in *En Iſraël* Par. II. pag. 79. col. 3. & 4. numero 39. niſi quòd in Comment. R. Salomonis pro תלמידי ישו *Diſcipuli IESV* ſubſtituerunt תלמידי עובדי עבודה זרה: *Diſcipuli ſeruientes Idolo.*

Ibidem. Ineptiſſima datur etymologia nominis *Orientis*, quod deprauatè vocant אוריה *Oriàh*. Dicit enim R. אבהו Auà-

ſtas habuit יצר הרע *Ietzer haràd fomitem malum.*

Ibidem. Dicunt, in ſex perſonas nullam habuit facultatem Angelus mortis, iſti ſunt Abraham, Iſaac, Iacob, Moſes, Aharon, & Maria, quia de eis dicitur: *Per os Domini mortui ſunt.* Et mirū non eſt, ſi de Maria hoc non ſcribatur, quia deſeruitū eſt honeſtati. De his alibi dictum eſt. In *En Iſraël* ibidem.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 3. *Bauà Bathrà* cap. 2. *Lo iachpòr.*

Pagina 25. non longè à fine. An Diuinitas ſit vbique, ita diſputant de hoc Rabbini, vt penè reuocent in dubiū. Hinc oritur quæſtio.

Ad quam mundi partem vertenda ſit facies tempore orationis? Ij, qui aſſerunt Diuinitatem vbique reperiri, non curant vbi ſit vertendum, quia quocunque te vertas, ſemper coram Deo ſtas. Qui volunt Diuinitatem habitare in Oriente, docent: inter orandum vertendam eſſe faciem ad Orientem. In hoc loco Talmudiſtæ calumniantur Chriſtianos tamquam credentes, Diuinitatem habitare in angulo Orientali, ideòque docere, quando oratur, orandum eſſe verſa facie ad Orientem. Vnde Eccleſiarum faciem vertebant antiqui ad Orientem, vt Sacerdos, qui in Ara maxima Sacra operabatur verſam haberet faciem ad Orientem. Itaque R. Scieſciàt prohibet ne Iudęi, dum orant, faciem vertant ad Orientem. Verba Rabbini propè finem paginæ ſunt.

רב ששת סבר שכינה בכל מקום דאמר ליה רב ששת לשמעיה לכל רוחתא אוקמן לבר ממורח משום דמורו בה מיני (רבי שלמה פירש תלמידי ישו מורו הוראת להתפלל למורח :)

Ràu Scieſciàth putat, Diuinitatem eſſe

non eſt lectoris benignitas.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 3. *Bauà Bathrà*, cap. 3. *Chezkàth habbaiim*.

Pagina 55. in ipſo principio. Vſus ſandaliorum in æſtate, & calceamentorum in hyeme.

סנדלין בימות החמה ומנעלים בימותי הגשמים:

Tantundem ſonant.

Ibidem paulò poſt. De quodam Rabbino, qui luſtrabat ſepulchra mortuorum, & vidit pulchritudinem quorundam defunctorum.

רבי בנאה הוה קא מציין מערתא וכו׳:

R. Banàh ſignabat ſpeluncas. &c. [R. Sal. *Iſte erat homo inſignis, & honoratus, habebat facultatem introeundi in ſpeluncas, & menſurandi tam internas, quàm externas partes, vt inde cognoſceretur vbinam eſſet immunditia, &c.*] *Venit in ſpeluncam Abrahami, vidit &c. Venit in ſpeluncam Adami, exijt vox, & dixit: Vidiſtine imaginem Iacobi? Similem non videbis.* [R. Salom. *Pulchritudo Iacobi erat ſimilis pulchritudini Adami, & pulchritudo Adami erat ſimilis pulchritudini Dei. Et hoc eſt quod de Adamo dicitur*: In ſimilitudinem Dei fecit eum.] &c. *Dixit R. Banàh: Ego vidi duos ipſius calcaneos, erant ſimiles duobus oculis Solis, &c. Omnes vultus reſpectu vultus Saræ ſunt tanquam ſimiæ reſpectu Adami. Sara reſpectu Euæ eſt tamquam ſimia reſpectu Adæ. Eua coram Adamo eſt tamquam ſimia reſpectu Adæ; Adam reſpectu Diuinitatis eſt tamquam ſimia reſpectu Adami.* Sequitur –

Nitor Ràu Cohanæ eſt ſimilis nitori דרב *Ràu, & nitor huius eſt ſimilis nitori Rabbi* אבהו *Auàhu, & nitor huius eſt ſimilis nitori facierum Iacobi patris noſtri; &*

Auàhu מאי אורית אויר יה *Quid eſt Oriens?* Eſt אויר יה *Auèr Iah Aër Dei.* Linguæ Latinæ ignari ſunt Talmudiſtę, neſcientes, quòd Oriens lingua Latina dicatur, quia inde oritur Sol. Niſi Talmudiſtarum partes in hoc loco aſſumere velimus, & dicere: quòd vox אורית non ſit legenda *Oriàh*, ſed *Eurià*, quaſi dicere vellemus *Eurum* partem illam mundi, qua Eurus ſpirat, & hoc modo videtur legiſſe R. Salomon hunc locum, dum dicit: *Auditur, quòd ſic appellant lingua Perſica Orientem, &c.* puta Eurum, de quo noſter Poëta Ouidius 1. Metamorphoſ.

Eurus ad auroram Nabatheaque Regna receſſit,
Perſidaque, & radijs iuga ſubdita matutinis.

At R. Salomon ſtatim inclinatur; & Talmudiſtarum errores ſuis Commentationibus illuſtrat, dicit enim: Orientem vocari אויר יה *Auèr Iah Aërem Dei. quia* השכינה *Haſcechinà Diuinitas manet in Occidente, & vertit vultum ad Orientem* נמצא המזרח אוירו *Ergo Oriens eſt aër Dei.* Egregia conſequentia! Nec poteſt negari. Quia huius enthymematis antecedens eſt dogma apud Hebręos. At Diuina Maieſtas locatur? Parum refert, interim maneat in angulo Occidentali, & taceat. Hoc modo de Diuina Maieſtate, quæ replet omnia, loquuntur Talmudiſtæ, ac ſi eſſet vile mancipium in angulo carceris relegatum.

Ibidem verſa pagina, in ipſo principio. Agitur de quatuor mundi plagis; de Sole, quomodo circumeat Orientem diu noctuque; & multa ridicula ibi dicuntur ſed cùm nonnulla his ſimilia alibi dicta ſint, his ineptijs remoranda

communiter חסידים *Chaſidìm Pios* vocabant; Talmudiſtæ פרושין *Peruſcin Phariſæos* ſeparatos ab alijs; *Eſſæos* Græci, & Latini ab eadem voce חסיד *Chaſid*. Non comediſſe carnes, neque vinum bibiſſe tradit idem Philo: quod ſi feciſſent ob rationem adductam in hòc loco Ghemaræ, tamquam ſuperſtitioſi redarguendi meritò eſſent. Abſtinentiam à carnibus, itemque à vino antiquos Monachos orientales ab his Eſſenis accepiſſe credibile eſt; eandemque abſtinentiam poſtea tranſmiſſam ad Monachos Occidentales ſub Regula S. P. N. Benedicti militantes, quibus carnium eſus cap. 39. Regulæ his verbis prohibetur: *Carnium verò quadrupedum omninò ab omnibus abſtineatur comeſtio: præter omninò debiles, & ægrotos*. Prohibitæ enim cenſentur non ſolùm quadrupedum, ſed etiam volatilium carnes, quippè quæ pretioſiores, & delicatiores ſunt. Et hoc modo explicant hunc locum omnes ferè Conſtitutiones Congregationum militantiũ ſub eadem Regula S. Benedicti. Canon autem de *Conſecr.* diſt. 5. cap. *Carnem*. explicat modum, & cur interdictus ſit eſus carnium Monachis omnibus. Ait enim: *Carnem cuique Monacho nec ſumendi, nec guſtandi eſt conceſſa licentia: non quòd creaturam Dei iudicemus indignam; ſed quòd carnis abſtinentia vtilis, & apta Monachis æſtimetur; ſeruato tamen moderamine pietatis erga ægrotos &c*. Et in Gloſſa additur: *erga ægrorum neceſſitudines, aut longè proficiſcentium, vt ex volatilibus ſuſtententur, & in longinquo itinere deſtinati. Si autem à Principe, vel Epiſcopo inuitentur, pro benedictione, & obedientia deguſtare non metuant, ſer-*

& pulchritudo Iacobi patris noſtri eſt ſimilis pulchritudini Adami. &c.

Omnia iſta ſunt verba vana, & ad nihil inſeruientia, niſi velint harum vanitatum cognitione aliquando Iudæi proficere, & iſtos vaniloquos, ac fabuloſos Commentatores Talmudiſtas tandem execrari. Referuntur in *En Iſraël* Parte II. pagina 80. col. 3. & 4. n. 43.

Pagina 60. b. poſt medium. Improbant abſtinentiam ab eſu carnium, & à vini potu.

תנו רבנן משחרב הבית השנייה רבו פרושין בישראל שלא לאכול בשר ושלא לשתות יין נטפל להן רבי יהושע אמר להן בני מפני מה אי אתם אוכלים בשר ואין אתם שותין יין וכו׳ :

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: Poſt deſtructionem Templi ſecundi multiplicati ſunt Phariſæi in Iſraële, qui carnem non comedebant, & vinum non bibebant. R. Iehoſciùa dixit eis: Quare vos carnes non comeditis, & vinum non bibitis? &c. Illorum reſponſio in hoc conſiſtit: quòd cùm defecerint Sacrificia, & libamina, de quorum victimis comedebant, & bibebant vinum libaminum, congruum non erat, deficientibus Sacrificijs, carnes comedere, & vinum profanum bibere. Subdit R. Iehoſciùa: *Si ſic eſt, nec panem comedere debetis, quia iam defecerunt* מנחות *Menachòth munera, quæ ex farina fiebant; neque fructibus veſci, quia primitiæ iam ceſſauerant: quinimò nec aquam bibere debetis, quia &* נסוך המים *aquarum libamina perierunt, &c*.

Videtur in hoc loco alludi ad multitudinem illorum, qui inter Iudæos tanquam Monachi viuebant, & de quorum conuerſatione Philo diſertiſſimus Iudæorum librum ſcripſit. Hos Iudæi

Gherſciàm Ben Menaſcè. Ghemarà -

וכי בן מנשה הוא והלא בן משה הוא דכתיב (ד״ה ׃ כ״ג ׃ י״ד) בני משה גרשום ואליעזר אלא מתוך שעשה מעשה מנשה תלאו הכתוב במנשה ׃

Et an (Gherſciòm) *filius Menaſſis fuit; nonne filius Moſis fuit, ſicut ſcriptum eſt* (1. Paralipom. 23. 14.) Filij Moſis, Gherſciòm, & Eliezer. *Sed propterea quia fecit opus Menaſſis, appendit eum Scriptura* (familiæ) *Menaſſis*.

Itaque vtraque lectio vera cenſetur, vt Gherſciòm filius Moſis fuerit natura, filius verò Menaſſis imitatione iniquitatum. Notatur hæc *Meſarà* in aliquibus Codicibus Sacræ Scripturæ, & præſertim in Biblijs Magnis in margine ד׳ תלוים *Quatuor ſunt literæ ſuſpenſæ*. Et ibidem in *Meſarà* ſub textu ad vocem hanc מנשה dicitur ד׳ מילין דאית בהון אות תלוי וכו׳ ׃ *Quatuor ſunt voces, in quibus litera eſt ſuſpenſa &c.* Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 89. col. 4. num 90.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 3. *Bauà Bathrà* cap. 8. *Ieſc nochelin*:

Pagina 122: in ipſo principio. Terra Iſraëlis in futurum, id eſt tempore Meſſiæ diuidenda erit in 13. Tribus, non ſicut olim, quæ diuiſa fuit in 12. Tribus, &c. Hæc Talmudiſtarum doctrina examinabitur in Diſſertatione *de Meſſia Iudæorum*. Habetur in *En Iſraël* Par. II. pag. 93. columna 4. num. 105.

Pagina 123. b. longè poſt principiū. Eſau non erit proſternendus, niſi per ſemen Ioſephi, hoc eſt Chriſtiani tradendi erunt in manus Hebræorum.

ראה יעקב אבינו שאין זרעו של עשו נמסר אלא ביד זרעו של יוסף (שנ׳ עובדיה א׳ ׃ י״ח ׃) והיה בית יעקב אש ובית יוסף להבה ובית עשו לקש ודלקו בהם ואכלום ולא יהיה שריד לבית עשו כי יהוה דבר ׃

Vi-

ſeruantes apud ſe continentiam conſuetam.] Quæ verba omiſſa fuerunt à Gratiano, ideò huiuſmodi Canon in duas partes abſciſſus eſt. Prima clauditur, *erga ægrotos*; & ſecunda incipit: *Quòd ſi quis Monachus violauerit &c.* Vinum quoq; modicum Monachis conceditur, cap. 40. Regulæ. Et quia omninò ne vinum biberent Monachis Occidentalibus perſuaderi non poterat, tùm ratione climatum, tùm ratione conſuetudinis introductæ ob complexionis hominum imbecillitatem; Hemina tamen vini, quam pro ſingulis Monachis aſſignat S. Benedictus, ſufficiens eſt habita, ne propter paucitatem vini murmuratio audiatur, quæ omninò inter Monachos prohibetur.

Huiuſmodi *Maamàr* narratio Talmudica inuenitur in *En Iſraël* Parte II. pag. 81. col. 2. num. 47.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 4. *Bauà Bathrà* cap. 5. *Hammochèr eth Haſſephinà*.

Pagina 73. poſt medium. Quamplurimæ hiſtoriæ Nautarum hic, & in ſequentibus narrantur; de piſcium magnitudine; de Leuiathano; Iordanis origine; de Behemòth animali quadrupede, & auibus miræ magnitudinis, deque alijs, quorum maior pars relata ſunt Par. I. pag. 507. & ſeqq. Hæ fabulæ ferè omnes ſunt cuiuſdam Rabbini Rabbà Bar Bar Channà nuncupati. Recenſentur omnes in *En Iſraël* Par. II. pag. 81. col. 4. n. 48. & ſeqq. vſque ad n. 65.

Pagina 109. b. Cap 8. *Ieſc nochelin* poſt medium. Quid ſignificet litera נ *Nun* ſuſpenſa in voce מנשה *Menaſcè*.

In libro Iudicum cap. 18. 30. legitur ויהונתן בן גרשם בן מ׳שה *Et Iehonathàn Ben*

cionari.] *Diues* סלעים *Selaaim Siclorum*, [R. Salom. *Id eſt menſularij, qui continuò lucrantur in contrectatione pecuniarum.*] *Diues* תקיע *Takòa affixionis* [R. Salom. *Sunt qui explicant: quòd ſit ille, qui habet plurimas domus, & eas alteri locat, atque affigit iuxta illud* (Geneſ. 31. 25.) Et Iacob תקע fixerat tabernaculũ ſuum. *Mihi autem videtur dicendum iuxta id, quod in Menachòth habetur cap. 8. n. 3.* תקוע אלפא לשמן *Tekuè Princeps eſt in oleo. Tekuè eſt nomen Vrbis, ex qua præcipuum oleum afferebatur pro Menachòth muneribus* (in Templo) *& aſſimilatur pecunijs, & oleo. Doctor* פלפול *Pilpùl ſubtilis, & acutæ diſputationis, quia quotidiè lucratur in huiuſmodi exercitio, &c.*] *Diues* משח *Meſciach menſuræ, in agri menſura* [R. Salom. *In æſtimatione frugum, fructuum, & prouentuum omnium.*] *Diues* חמס *Chamàs rei* [R. Sal. *Quæ in theſauris abſconditur.*] *Iſte eſt Doctor* שמועות *Scemuòth Lectionum* [R. Salom. *Qui ſcit Halachòth Deciſiones, & dicta Amoraim, quando enim venit tempus decidendi, tunc manifeſta fit illorum lectio, & doctrina.*] *Omnia ſunt neceſſaria ad ordinandum gradus Ghemaræ. Dixit Ràu Zirà, dixit Ràu: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Prouerb. 15. 15.) Omnes dies pauperis mali; *iſte eſt Doctor Talmudis* [R. Salom. *Qui occidit ſe ipſum, vt operam det lectioni, & ſolutionibus argumentorum.*] *Et lætus corde conuiuium iuge. Iſte eſt Doctor Miſcnæ. Rauà contrarium dicit: Quia dicit Ràu Miniſter Rauà: Cur ſcriptum eſt* (Eccleſ. 10. 9.) Transferens lapides dolore afficietur in eis; ſcindens ligna periclitabitur in eis. Transferens lapides dolore afficietur in eis, *iſti ſunt Doctores Miſcnæ*; ſcindens li-

Vidit Iacob pater noſter, quòd ſemen Eſau non erat tradendum, niſi in manus ſeminis Ioſephi, S. D. (Abdiæ 1. 18.) Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, & domus Eſau in ſtipulam, & ſuccendent eos, & conſument eos: & non erit ſuperſtes domui Eſau; quia Dominus locutus eſt.

Et iſta pertinent ad eandem Diſſertationem de Meſſia Iudæorum. Refertur in *En Iſraèl* Par. II. pag. 94. colum. 4. num. 110.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 3. *Bauà Bathrà* cap. 9. *Miſcè meth.*

Pagina 145. b. poſt medium. De Rabbinis, ſeù Doctoribus Hebræorum & de illorum doctrinis Iudicium.

תני רבנן עתיר נכסין עתיר פומבי זה הוא בעל
הגדות עתיר סלעים עתיר תקיע זה בעל פילפול עתיר
משח עתיר חמס זהו בעל שמועות הכל צריכין למרי
חטיא נמרא ; אמר רבי זירא אמר רב מאי דכתיב
(משלי ט״ו , ט״ו) כל ימי עני רעים זה בעל תלמוד
וטוב לב משתה תמיד זה בעל משנה רבא אמר איפכא
והינו דאמר רב משרשיא משמיה דרבא מאי דכתיב
(קהלת י׳ , ט׳) מסיע אבנים יעצב בהם בוקע עצים
יסכן בם מסיע אבנים יעצב בהן אלו בעלי משנה בוקע
עצים יסכן בם אלו בעלי תלמוד :

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: Diues נכסין *Nechaſìn facultatum* [R. Salomon: *Diues agris, vineis, & oliuetis, quæ à cunctis conſpiciuntur*]. *Diues* פומבי *in aperto* [R. Salom. *Hoc eſt, ille, qui habet multa armenta animalium, quæ omnes norunt*]. *Et iſte eſt Doctor* הגדות *Hagadòth eloquiorum myſticorum* [R. Salom. *Hic eſt ille, qui concionatur in omni loco coram multitudine, in conuiuijs, diebus feſtiuis; & omnes conueniunt ad illum audiendum. quia habet vocem ſapientiæ, & quia iſta eloquia myſtica opus non habent ſpeculationis, poteſt hic vbique con-*

Ponunt Talmudiſtæ præfatam expoſitionem, vt eludant claram prophetiam de tempore aduentus Meſſiæ indigitato à Iacobo Patriarcha in שבט *Scèuet Sceptro*, per quod intelligitur poteſtas Regia de domo Iuda, & in מחוקק *Mechokèk Legiſlatore* poteſtas Senatoria, quæ vtraque tempore Natiuitatis Chriſti ab Iſraële fuerat ablata. Regia Maieſtas de domo Dauid iam diù antea ceſſauerat; & Senatoria tempore ipſius Chriſti ius, & gladij poteſtatem amiſit, quia iudicia קנסות capitalia ceſſauerunt anno 40. ante euerſionem Templi ſecundi Cod. *Sciabbàth* capite 1. pag. 15. circa finem, videlicet anno 28. à Natiuitate Domini: nam Templum incenſum eſt anno mundi 3828. ex Par. I. pag. 81. Ergo criminalia iudicia ceſſauerunt 3788. Chriſtus autem naſcitur anno 3760. Ergo anno 28. Chriſti iudicia criminalia ceſſarunt, & Synedrium à Sede ſua eiectum eſt. Vide ſuprà pag. 316. col. 2. & pagina 319. col. 1. Hoc *Maamàr* tranſcriptũ inuenitur in *En Iſraèl* Par. II. pag. 96. col. 3. num. 1.

Pagina 11. in ipſo principio. De anno emboliſmico.

Rabbàn Gamliel commiſit ſeptem Viris, vt diluculo aſcenderent, & obſeruarent: an annus fieri deberet 13. Lunationum, nec ne; aſcenderunt, & reuerſi ſunt coram Rabbàn Gamliele, qui reperit octo Viros, & percunctatus eſt, quis eorum fuerit octauus, qui ſine licentia aſcenderat? Reſpondit Samuel katàn paruus אני הוא שעליתי שלא ברשות ולא לעבר השנה עליתי אלא ללמוד הלכה וכו׳ *Ego ſum, qui ſine venia aſcendi, non vt annum emboliſmicum facerem, ſed vt lectionem ad hanc rem pertinentem addiſcerem, &c* ligna periclitabitur in eis, *iſti ſunt Profeſſores Talmudis.* Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 95. col. 3. num. 116. & columLin. 4. num. 117.

Habes ex hoc loco iudicium Hebræorum de ſuis ſtudiorum Profeſſoribus, & doctrinis, cuiuſnam ſint argumenti, & in quam exiſtimationem habeant Miſcnà, & Talmùd. Et finem imponimus huic Codici *Bauà Bathrà*.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 4. *Sanhedrìn* cap. 1. *Dinè mamonòth*.

Pagina 5. circa medium. Explicatur ver. 10. Gen. 49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de fæmore eius.*

תניא לא יסור שבט מיהודה אלו ראשי גליות שבבבל שרודין את ישראל בשבט ומחוקק מבין רגליו אלו בני בניו של הלל שמלמדין תורה ברבים.

Tanià Eſt traditio: Non recedet ſceptrum de Iuda: *Iſti ſunt Aechmalotarchæ, qui ſunt in Babel, & regunt Iſraëlem virga: & Legiſlator de inter pedes eius; hi ſunt filij filiorum Hillèl, qui publicè docent Legem.* [R. Salom. שבט *Sceptrum, id eſt* שררה *Dominium. Et habebant facultatem publicandi bona, quia bonorum publicatio, eſt* בית דין *Domus Iudicij fori publici* (Senatus) *ſicut ſcriptum eſt* (Ezra c. 10. 8.) Et omne quod non venit &c. *In Ieuamòth, capite* האשה רבה *Haiſcià* primùm, nempè c. 10. & non 15. quod pariter incipit האשה *Haiſcià*.] ומחוקק *Et Legiſlator* [R. Sal: שררה מועטת *Dominium inferius & minus, quo populum regebant, & hanc poteſtatem, & licentiam habuerunt à Regibus Perſarum.*] *Filij filiorum Hillèl.* [R. Salom. *Poſteri Hillelis. Hillel Princeps fuit, vt dicitur in Cod. Peſachìm his verbis* הושיבוהו בראש ומינוהו נשיא עליהם *Reſtituerunt eum in Caput, & conſtituerunt Principem ſuper eos.*]

תנו רבנן משמתו נביאים האחרונים חגי זכריה ומלאכי נסתלקה רוח הקדש מישראל ואף על פי כן היו משתמשין בבת קול וכו׳ ׃

Tradiderunt Doctores: Ex quo mortui ſunt Prophetæ poſteriores Chagài, Zacharias, & Malachias, ſublatus fuit Spiritus Sanctus ab Iſraële; quamuis vſi ſint Bath kòl filia vocis (Echo, Oraculo.)

Pro Spiritu Sancto intelligunt Prophetiam: quia poſt Malachiam nullus alius Propheta prophetauit in Iſraële. Huius rei ratio habetur in hoc Codice cap: *Chèlek*, quia omnes Prophetæ prophetarunt de diebus Meſſiæ. Cùm enim dies Meſſiæ futuri eſſent in Templo ſecundo, neceſſe non erat, vt & alij Prophetæ de Chriſto ferè præſente aliquid prophetarent. Solum requirebatur, vt quæ à Prophetis prędicta fuerant, adimplerentur. Hinc Præcurſor Chriſti Ioannes Baptiſta Propheta non Veteris, ſed Noui Teſtamenti dicendus eſt, quia natum Chriſtum ijs, qui tunc temporis aderant, demonſtrauit: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*. Sed nonne Propheta futura prædicit? Omnia tempora Propheta percurrit, præterita, præſentia, futura; Moſes, præterita creationis mundo annunciauit, præſentia populo; futura toti genti. Sic Ioannes Baptiſta præterita mala redarguit, *Pœnitentiam agite; & qui poſt me venit, ante me factus eſt*: præſentia, *Ecce Agnus Dei*; futura, *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus*?

Pagina eadem verſa. Multa de embolizatione anni dicuntur.

Pagina 13. b. in fine, & pag. 14. in principio. De attentata conſeruatione Synedrij, per R. Iudam Ben Babà.

&c. Laudauit Rabbàn Gamliel Samuelis parui ſtudium, & facultatem ei tribuit embolizandi annum quandocumque ei placuiſſet. &c. De Samuele katàn dictum eſt ſuprà in Catalogo Rabbinorum Tanaitarum pag. 319. col. 1. & de eodem ex Ghemarà in *En Iſraèl* Par. II. pag. 98. col. 3. num. 13.

Ibidem longè poſt principium. De quadã muliere, quæ adiuit Academiã R. Meir, dixitque ei רבי אחד מכם קדשני בביאה *Rabbi, Vnus veſtrum deſpondit me in Vxorem per copulam. Stetit R. Meir, & ſcripſit ei repudium, & dedit ei. Steterunt cuncti illi diſcipuli, ſcripſerunt, & dederunt ei. Et R. Meir vnde hoc didicerat? A Samuele katàn; & Samuel katàn vnde?* משכניה בן יחיאל *A Sechaniàh Ben Iechièl, ſicut ſcriptum eſt* (Ezræ 10. v. 2.) Et reſpondit Sechaniàh Ben Iechiel de filijs Elam, & dixit Ezræ: Nos præuaricati ſumus in Deum noſtrum, *& duximus* vxores alienigenas de populis terrę: & nunc eſt ſpes Iſraeli ſuper hoc. *Et Sechaniah Ben Iechièl vnde didicerat? A Ioſuè, ſicut ſcriptum eſt* (Ioſue 7. 10.) Et dixit Dominus ad Ioſue; Surge tibi, vt quid cadis in faciem tuam? Peccauit Iſraël. *Dixit coram eo: Domine Vniuerſi, quis peccauit? Dixit ei: Numquid detractor ſum ego apud te? Tolle ſortes. Et ſi vis dicam: De Moſe ſcriptum eſt* (Exodi 26. 28.) Vſquequo renuiſtis?

Callidè egerat hæc mulier, vt ſibi per fraudem compararet virũ doctum; ſed callidiores fuerunt diſcipuli illi Sapientes, qui exemplo Magiſtri ſui Rabbì Meir, eam per libellum repudij ignominioſè expulerunt.

Ibidem circa medium. Spiritus Sanctus aufertur ab Iſraële.

Bethphage. Quicquid eſt intra circuitum exteriorem (Vrbis) *Ieruſalem, vocatur Bethphage; & mihi videtur, quòd ſit locutio Cincturæ.* Idipſum fermè recitatur in *Bauà Metzijà* pag. 90. [R. Sal.

בית פאגי היקף חיצון של ירושלם שהוסיפו עליו קרוי בית פאגי ונל׳ שהיא כבישתא של עיר שינגלא בלעז ׃

Bethphage circumit exterius Ieruſalem, quod additur ſuper eam vocatur Bethphage, & mihi videtur quòd ſit cinctura Vrbis, vernaculè Cingolo.

Quòd R. Salomon modò dicat Bethphage eſſe locum intra Vrbem, modo extra Vrbem, oſtendit Bethphage fuiſſe locum intra Vrbem exiſtentem & extra mænia Ieroſolymitanæ Vrbis protenſū, eaq; circumdediſſe non quidem per totū Vrbis ambitum, quia tunc fuiſſet antemurale Vrbis ſed tantùm aliquam illius partem, nempè illam, quæ ad Montem Oliueti vergebat, eſſetque Bethphage tā illa pars externa, quàm illa interna Vrbis, non ſecùs ac Viuarium antiquum Romanorum, quod extra mœnia Vrbis protendebatur ingenti ſpatio, nec tamen ab Vrbe ſeparabatur, ſed tam illa pars extra Vrbem protenſa, & proprio muro cincta, quàm alia interna Vrbis Viuarium vocabatur; eodem modo Bethphage cincta proprio muro erat, *Peſachim* pag. 63. b, חוץ לחומת בית פאגי *extra murum Bethphage.* Et ibidem pag. 91.

חוץ לחומת בית פאגי אבל לפנים מחומות בית פאגי וכו׳ ׃ *Extra murum Bethphage; Verùm intra murum Bethphage &c.* Quoniam autem huiuſmodi murus coniunctus erat muro Ieruſalem, pro muro Ieroſolymitanæ Vrbis habebatur; quapropter Auctor ערוך *Arùch* verbo בית פאגי dicit: חומת בית פאגי היא חומת ירשלם *Murus Bethphage eſt murus Ieruſalem.* Non quærimus

ר׳ יהודה בן בבא שמו שאילמלא הוא נשתכחו דיני קנסית מישראל וכו׳ ׃

Niſi fuiſſet R. Iudas Ben Babà, intermiſſa fuiſſent iudicia criminalia in Iſraële. &c.

Hanc Hiſtoriam vide ſuprà pag 276: col. 2. Si non intermiſſa fuerunt Iudicia criminalia in Iſraële; quomodo nos diximus, poſtquàm Synedrium eiectum eſt ex לשכת הגזית *Liſcàt haggazit Ab Aula caeſi lapidis*, intermiſſa fuiſſe iudicia criminalia? Reſp. Id factum eſſe, Imperiali prohibitione, ideoq; Synedrium non potuiſſe ſe ingerere in capitalibus cauſis. Vnde clamauerunt in Euangelio: *Nobis non licet interficere quemquam;* permiſſione autem Imperiali licebat, ideò Stephanum exiſtimantes, blaſphemaſſe in Deum, & in Legem, iuxta traditiones, eū extra Ciuitatem lapidauerunt. Quando autem in Ghemarà dicitur: intermiſſa fuiſſe iudicia criminalia, intelligitur pro tota auctoritate Synedrij, quam Imperator omninò tollere, & extirpare voluerit, intermiſſa totaliter legitima ordinatione Senatorum.

Pagina 14. b. fit mentio de בית פגי *Beth-Paghe Bethfage*, vbi R. Salomon in ipſo principio dicit -

בית פגי מקום לפנים מן חומת העיר ונידון כירושלם לכל דבריו ׃

Bethphage eſt locus לפנים *intra murum Vrbis* (Ieruſalem) *& cenſetur veluti Ieruſalem in omni re ſua.* Contrarium habet in *Peſachim* pag. 91. vbi eandem vocem explicans ait בית פאגי מקום חיצון בירושלם *Bethphage eſt locus exterior* (Vrbis) *Ieruſalem.* Alio in loco idem R. Sal. nempè Cod. *Sotà* pag 45. dicit -

אבי פני כל שהוא בתוך היקף החיצון של ירושלם קרוי בית פאגי ולי נראה שהוא לשון הבישה ׃

nominatur; & ad quem propius accedit ſecundo loco recenſetur. Quia verò Ieſus ſeſſurus ſuper aſinam Ieroſolymam ingredi volebat, Euangeliſta dicit: *Et cùm appropinquaſſent Ieroſolymis*, quæ longiùs diſtabant, & quo pertingere cupiebant: *& veniſſent Bethphage*, quæ propinquior erat Ieroſolymis *ad Montem Oliueti*, qui remotior erat ab Ieruſalem, & ad quem priùs pertingebant peregrinantes ad Vrbem. Itaque conſiſtens Ieſus in hoc monte, duobus milliarijs circiter ab Vrbe diſtabat, eſt enim hic Mons iuxta Ieruſalem Sabbathi habens iter Act. 1. 12. Iter autem Sabbaticum eſt duorum millium paſſuum mediocrium, ex Moſe Ægyptio *Halach. Sciabbàth* c. 27. n. 4. Ex hoc igitur loco mittit Ieſus duos diſcipulos in Caſtellum; hoc eſt in Bethphagen muro cinctam, quæ tamquam Vrbis appendix contigua erat Vrbi, & ad Montem Oliuarum vergebat, nec longè diſtabat à Porta Aurea nuncupata, per quam Dominus ſuper aſinam ſedens triumphans ingreditur. Vndè verè piè, verè deuotè ſolet quotannis P. Guardianus Fratrum Minorum Sancti Sepulchri Cuſtos, ex Monte Oliueto, ex quo Dominus huiùs humilitatis exemplum cæpiſſe conſtat, ſedens & ipſe ſuper aſinam Ieruſalem ingredi, *Exemplum enim* (inquit ipſe Dn̄s) *dedi vobis vt quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis*. Neque in his ſacris repræſentationibus aliquid falſi, aut ſuperſtitioſi ineſt, vt calumniantur Nouatores maligni cum Sandeſio, ex Lightfooto in Horis Hebraicis pag. 73. qui, vt omnia pietatis, ac religionis opera proſcribant, ſuperſtitionis inſimulant.

Ex verbis autem Euangeliſtæ Ioannis habemus modò, cur iſte locus muro cinctus Ieroſolymis contiguus, vocaretur *Bethphage*. & parum refert, ſiue à fonte עינא *Pegè* Græca voce פיגי vocetur, vel à פגה *Paghà Groſſulo* פגי *Phàge Bethphage Domus groſſuli* dicatur; nō enim etymologiā nominis nunc quęrimus, ſed locum, & ſitū Bethphage inueſtigamus; hunc iunctum, ſeù contiguum Ieroſolymis (vti vidimus) ex Talmudiſtis habemus. Sed quomodo explicabimus loca Noui Teſtam. in quibus de Bethphage fit mentio, & quæ in Monte Oliueti, & procul quidem ab Ieruſalem videtur conſtitui? Matt. enim c. 21. 1. dicit. *Et cùm appropinquaſſent Ieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montem Oliueti: tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens; Ite in Caſtellū quod contra vos eſt*. Marcus 11. 1. *Et cùm appropinquarent Ieroſolymæ, & Bethaniæ ad montem Oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis, & ait illis: Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt. &c.* Et Lucas 19. 28. *Et his dictis, præcedebat* (Ieſus) *aſcendens Ieroſolymam. Et factum eſt, cùm appropinquaſſet ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem, qui vocatur Oliueti, miſit duos diſcipulos ſuos, dicens: Ite in Caſtellum, quod contra eſt. &c.*

Ex his locis, Betphage procul ab Vrbe, & in vertice montis Oliueti, ſita fuiſſe videtur, & non Ieroſolymis contigua. Reſp. Ex allatis Euangeliſtarum locis nihil colligitur de ſitu Bethphages in monte Oliueti, quin potiùs ex ijſdem iuxta Ieruſalem fuiſſe oſtenditur. Notandus itaque eſt ordo in recenſione quatuor iſtorum locorum, Ieruſalem, Betphages, Bethaniæ, & Montis Oliueti. Ad quem primò intentio Saluatoris mouetur ad eundum, primò etiā

 ha-

tur Hebraicè, incertum. Certum eſt Bethaniam montanam ſcribi בית־ענוה *Bethania*, & interpretari *Domum afflictionis:* Bethaniam verò trans Iordanem, בית אניה *Beth Onijàh Domum Nauis* ab aliquibus ſcribi, exiſtimantes ita dici à Nauibus, quibus ad alteram ripam Iordanis traijciebantur viatores; ſed אניה *Onijàh Nauis* eſt nomen maioris Nauis maritimæ Ion. 1. 3. imò aliquando totius claſſis, vti 1. Reg. 10. 22. Nauicula autem fluminis Iordanis traiectoria propriè vocatur העברה *Haauarà Scapha* 2. Sam. 19. v. 18. Vnde D. Hieronymus de locis Hebraicis locum trans Iordanem, vbi Ioannes in pœnitentiam baptizabat, vocat בית העברה *Beth Haabarà Domum Scaphæ*, ſeù traiectoriæ nauiculæ à עבר *Auàr tranſire*; vnde corrigendus eſt locus *Cornelij à Lapide* in Ioan. 1. v. 28. quo *Beth abarà* confunditur cum Bethberà, vbi Gedeon cecidit Madianitas; quæ quidem inter ſe diuerſę ſunt, quandoquidem hæc ſcribitur בית ברה *Beth beràh*, & illa D. Hieronymi בית עברה *Bethabarà*. Potuerunt itaque eſſe duo loca trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat, vel vnus locus duplici nomine inſignitus, vocatus *Bethania*, & à vicino traiectu prætereuntium vltra ripam Iordanis vocatus *Beth abarà*. Et quia multitudo itinerantium ad hunc locum perueniebat, ideò Ioannes illum pro prædicatione baptiſmi pœnitentiæ, & pro legali ablutione, & Iudæorum baptiſmo elegit. Hoc autem Bethaniæ nomen crediderim eodem modo ſcribendum בית ענוה *Bethania*, ſicut ſcribitur nomen Bethaniæ Montis Olìueti, vti ſcriptum reperitur in Euangelio Syro, Arabico, Græco, & Hebraico ex verſione Ionæ. Pa-

bemus diſtantiam Bethaniæ ab Ieruſalem, dicit enim cap. 11. 18. *Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi ſtadijs quindecim*; & Marcus indicat locum præcisè cap. 11. 1. *Et cùm appropinquarent Ieroſolymæ, & Bethaniæ ad montem Oliuarum*. Erat itaque in Monte Olìueti Bethania, vbi Chriſtus aſcendit in Cælum: nam apud Lucam 24. v. 50. legitur: Chriſtum eduxiſſe Apoſtolos, & eos, qui cum illis erant *foras in Bethaniam, vbi eleuatis manibus &c.* ferebatur in cælum. Bethania erat Caſtellum Mariæ, & Marthæ Lucæ 10. 38. & Lazari Ioan. 12. 1. Bethphage erat Caſtellum vnitum muro Ieroſolymitano adhęrens Templo Cod. *Menachòth* c. 8. pag. 78. b. Vnde S. Bernardus *Viculum Sacerdotum* appellat, ſerm. 10. ad milites Templi, c. 12. Huiuſmodi Caſtellum erat cinctum muro proprio portam habente, per quam ingreſſi diſcipuli, inuenerunt pullum ligatũ ante ianuam foris in biuio. Marci 11. 2. & 4. Non erat igitur Bethphage infima pars Montis Oliueti, à *groſſis*, Bethphage dicta, ſeù Via ſtrata, & ſubacta, quæ ab Ieruſalem, & extra ad tractum illum Olìueti, qui Bethphage erat, ducebatur. Quoad etymologiã ſpectat בית פאגי *Bethphage*, idem D. Bernardus loco citato *Domus buccæ* interpretatur, vt ſit à בית *Beth Domus*, & פה *Phe Os*, ſeù *Bucca*, cui addi poteſt גי *Ge Vallis*, vt tota etymologia ſit *Domus oris vallis*, vt Pagninus, & alij.

Quo ad Bethaniam, nota, duplicem eſſe Bethaniam; aliam Marthæ, & Lazari in Monte Olìueti, de qua iam dictum eſt; aliam *trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans*, Ioan. 1. ver. 28. An autem vtraque eodem modo ſcriba-

quia factus erat ei quaſi vir eius. *Sed cur ſcribitur* (Ibidem) Eundo, & flendo poſt eam? *Propter præceptum quod relinquebat.* Vſque ad Bachurìm, quia facti erant ambo quaſi adoleſcentes, eò quòd non guſtarunt guſtum coitus.

Dubium ſanè propoſitum honeſtū, & nobile; explicatio verò illius fabuloſa; reſolutio indecora, & obſcœna, vti frequenter terminantur expoſitiones Rabbinorum, vel ad ineptias reſoluuntur. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 100. colum. 1. numero 24.

Ibidem ſtatim ſequitur.

אמר ר' יוחנן תוקפו של יוסף ענוותנותו של בועז תוקפו של בועז ענוותנותו של פלטי בן ליש תוקפו של יוסף ענוותנותו של בועז דכתיב (רות ג' ׃ ח') ויהי בחצי הלילה ויחרד האיש וילפת מאי וילפת אמר רב שנעשה בשרו כראשי לפתות תוקפו של בועז ענותנותו של פלטי בן ליש כדאמרן וכו' ;

Dixit R. Iochanàn: Fortitudo Ioſephi, humilitas Booz: Fortitudo Booz, humilitas Palti Ben Laiſc. Fortitudo Ioſephi, humilitas Booz, quia ſcriptum eſt (Ruth 3 8.) Et fuit in media nocte, & expauit vir. *Quid eſt* וילפת *Vaijlapèth* & expauit? *Dixit Ràu: Facta eſt caro eius, ſicut capita raparum* [R. Salomon: *Caro eius, id eſt mentula, & nihilominus ſubegit genium ſuum malum, licèt ſoluta, & eſſet cum illo in lecto; ſed Ioſeph cum vxore viri, & non fuit cum ea in lecto*]. *Fortitudo Booz, humilitas Palti Ben Laiſc*: [R. Salom *Quia Booz ſemel ei hoc accidit vnica nocte, Palti verò quamplurimis annis*].

Extollitur in hoc loco continentia Palti ſuper continentiam Booz, & Boozi ſuper continentiam Ioſephi, ſed parùm honeſtè. Vide *En Iſraël* loco nuper citato.

Pagina 17. Agitur de modo, quo Moſes LXX. Seniores, & Synedrij Senatores elegerit, & quot ex ſingulis Tribubus, & de requiſitis in eis tam quoad vitæ honeſtatem, quàm quoad ſcientiam. Volunt eos fuiſſe peritos in omnibus ſcientijs, & artibus, etiam necromanticis; calluiſſe 70. linguas, ne in reorum examine indiguiſſent interprete, vti notaui ſuprà pag. 19. colum. 1. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 99. col. 1. numero 18.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 4. *Sanhedrìn* cap. 2. *Cohèn gadòl*.

Pagina 19. b. longè poſt principium. Quomodo Dauid duas ſorores ſimul viuentes duxerit in vxores Merob, & Michòl, vide Par. II. pag. 126, vbi abundè de hac re agitur, & hic locus Hebraicè, & Latinè adducitur.

Ibidem circa finem. Michol filia Saulis, & vxor Dauid, traditur *Palti, qui* eam non tangit.

כתיב (שמואל א' ׃ כ"ה ׃ מ"ד) פלטי וכתוב (שם ב' ׃ ג' ׃ ט"ו) פלטיאל אמר ר' יוחנן פלטי שמו ולמה נקרא שמו פלטיאל שפלטו אל מן העבירה מה עשה נעץ חרב בינו לבינה אמר כל העוסק בדבר זה ידקר בחרב זה והכתיב וילך (שם ג' ׃ י"ו ;) אתה אישה שנעשה לה כאישה והכתיב (שם) הלוך ובכה על מצוה דאזיל מיניה עד בחורים שנעשו שניהם בחורים שלא טעמו טעם ביאה ;

Scriptum eſt (1. Sam. 24. 44.) Palti. *Et ſcribitur* (2. Sam. 3. v. 15.) Paltiél. *Dixit R. Iochanàn: Palti eſt nomen eius, & quare vocatur nomen eius Paltiél? Quia liberauerat eum Deus à tranſgreſſione. Quid fecit? Fixit gladium inter ſe, & vxorem, dixit: Quicumque dare operam voluerit huic rei, tranſuerberabitur hoc gladio. Et nonne ſcriptum eſt* (Ibidem c. 3. ver. 16.) Et abijt cum ea vir eius,

Non eſt reuerſus. Qui dicit, Non eſt reuerſus (dicit, Fuit) *Rex, & priuatus. Et qui dicit, Eſt reuerſus* (dicit, Fuit) *Rex, priuatus, & Rex.* Vide ſuprà pagina 503. col. 1. & *En Iſraël* Parte II. pag. 100. col. 4. num. 27.

Pagina 21. circa medium. Quomodo probatur, quòd Dauid habuerit 18. vxores? De hac re iam actũ fuit Par. II. pag. 122. col. 2. & ibid. paulò poſt de *Egla* i.e. *Michòl*, quæ ei erat chara vt vitula. Vide ibid. ead. Par. II. pag. 123. col. 2. Ibid. de Amnon & Thamàr.

וישנאת אמנון שנאה גדולה מאי טעמא אמר רבי יצחק נימא נקשרה לו ועשאתו כרות שפכה וכי נקשרה לו איתי מאי עבדה אלא אימא קשרה לו נימא ועשאתו כרות שפכה איני והא דרש רבא מאי דכתיב (יחזקאל ט״ז: י״ד:) ויצא לך שם בגוים ביפיך שאין להן לבנות ישראל לא שער בית השחי ולא בית הערוה שאני תמר רבת יפת תואר הואי וכו׳:

Et odio habuit eam Amnon odio magno (2. Sam. 13. 15.) *Quænam eſt huius rei ratio? Dixit R. Iſaac: Filum ligatũ fuerat ei, & fecit ei abſciſſionem effuſionis Et quomodo, alligatum fuerat ei? Et quid fecit? Sed dicam: Alligauit filum, & fecit ei abſciſſionem effuſionis. Et nonne docuit Rauà: Quid eſt, quod ſcriptum eſt* (Ezech. 16. 14.) Et egreſſus eſt tibi nomen in gentes propter pulchritudinem tuam, *nimirum: quia non habebant filiæ Iſraëlis pilos ſub axillis, & circa pudenda.* [R. Sal. *Quia non erant eis, nempè filiabus Iſraëlis antequam peccarent*]. *Sed alia eſt ratio de Thamàr, quæ erat pulcherrima. &c.*

Expoſitiones à ſpiritu immundo Talmudiſtis inſpiratæ. Extant in *En Iſraël* Par. II. pag. 101. col. 1. num. 28.

Ibidem verſa pagina non longè à principio. Adonias filius Chaghìth cur dixerit: *Ego regnabo?* & de ſucceſſoribus

Pagina 20. longè poſt medium. Regni Salomonis magnitudo deſcribitur.

Dixit Reſc Lakìſc: In principio regnauit Salomon in ſuperioribus. [R. Salom. *In principio, antequam duceret vxores alienigenas, regnauit etiam in ſuperioribus,* (id eſt in Cælo) *ſic regnauit ſuper* תפסח *Tiphsàch, & Gaza, ſic regnauit ſuper vniuerſum mundum, & ſic dicit Scriptura: quoniam ipſe regnauit in omnibus trans fluuium, ſic à Tiphsàch, & vſque ad Gazam*] *S. D.* (1. Paralipom. 29. 23.) Et ſedit Salomon ſuper ſolium Domini. *Et in fine regnauit in inferioribus tantùm, S. D.* (1. Reg. 4. v. 24.) Et ipſe dominabatur in omni tranſitu fluminis à Tiphſach, & vſque ad Gazam. *Ràu, & Samuel. Vnus dicit: Tiphsàch eſt in fine mundi, & Gaza eſt in fine mundi. Et alter dicit: Tiphsàch, & Gaza ſunt ſimul, ſimul; & ſicut ipſe regnauit ſuper Tiphsàch, & Gazam, ſic regnauit ſuper vniuerſum mundum. Et in fine non regnauit niſi tantùm ſuper Iſraëlem, S. D.* (Eccl. 1. 12.) Ego Eccleſiaſtes fui Rex ſuper Iſraël &c. *Et in fine non regnauit niſi tantùm ſuper Ieruſalem, S. D.* (Eccl. 1. 1.) Verba Eccleſiaſtæ Ben Dauid Regis in Ieruſalem. *Et in fine regnauit ſuper lectum ſuum, S. D.* (Cant. Cant. 3. 7.) En lectulum Salomonis &c. *Et in fine ſuper baculum ſuum* [R. Salom. *quia abiecit eum Aſmodài de ſolio ſuo, ſicut dicitur in Cod. Ghittìn*] *S. D.* (Eccleſ. 2. v. 10.) Et hoc eſt pars mea de omni labore meo. *Ràu, & Samuel* (contrarij inter ſe ſunt): *Vnus dicit, baculum ſuum; & alter dicit, pallium ſuum. Reuerſuſne eſt, an non eſt reuerſus* (in Regnum)? *Ràu, & Samuel. Vnus dicit, Reuerſus eſt; & alter dicit,*

Medicis expecto. Et an caro à pedum plantis abſciſſa per partem, curſores homines reddat adeò veloces, vt ſine aliquo nocumento ſuper ſpinas, & tribulos currere valeant, à Chyrurgis doceri cupio. Lege in *En Iſraël* Parte II. pag. 101. col. 2. num. 29.

Pagina eadem longè poſt medium, Romanæ Vrbis ſolum, ex Salo oritur.

אמר ר׳ יצחק בשעה שנשא שלמה את בת פרעה ירד גבריאל ונעץ קנה בים והעלה שירטון ועליו נבנה כרך גדול שברומי ׃

Dixit R. Iſaac. Ea hora, qua Salomon duxit in vxorem filiam Pharaonis, deſcendit Gabriel, & infixit calamum in mare, & aſcendit limus (cumulus terræ) *& ſuper eum ædificata eſt magna Arx munita, quæ Roma eſt.* Siuè etiam ipſa Roma: nam עיר *Ir Ciuitas per* כרך *Cheràch* ſæpè explicatur in Targum. Pſal. 108. 11. מי יבלני עיר מבצר *Quis deducet me* (in) *Ciuitatem munitam?* Targum: מי אוביל יתי עד כרכא דרומי רשיעא ׃ *Quis deducet me ad Ciuitatem Romam impiam?* Ita de Roma loquuntur Talmudiſtæ. Vide in *En Iſraël* Par. II pag. 101. colum. 2. num. 30 in fine.

Pagina 22. non longè poſt medium. Occaſione loquendi de Abiſag, quam licitam faciunt Salomoni, & illicitam Adoniæ, inquiunt: Salomon.

מלך היה ומלך משתמש בשרביטו של מלך ואסורה לאדניה דהדיוט הוא ׃

Rex erat, & Rex vtitur Sceptro Regis (defuncti) *& prohibita fuit Adoniæ, quia ipſe erat priuata perſona.*

Referunt obſcœniſſimum commentum de Dauide cum Bethſabee, quod hìc non tranſcribimus, cùm iam exſcriptum fuerit, ac exploſum Par. II. huius Bibl. pag. 168. & 169.

bus Regni Dauidici, qui omnes habebant caput foſſa munitum.

ואדניה בן חגית (מלכים א׳ ׃ א׳ ׃ ה׳ ׃) מתנשא לאמר אני אמלוך אמר רבי יהודה אמר רב מלמד שביקש לחולמו ולא הולמתו ׃

Et Adonijàh filius Chaghìth (1. Reg. cap. 1. 5.) Eleuabatur dicendo: Ego regnabo. *Dixit R. Iudas, dixit Ràu: Docet, quòd quæſierit aptare ſibi, & non apta fuit.* [R. Salomon: *Coronam Regni voluit aptare ſuper caput ſuum, nec potuit, quia ab vno latere ad aliud latus concauitatis Coronæ erat virga aurea, quæ non rectè collocabatur niſi capiti illius, qui foſſam in capite habebat, & hoc erat teſtimonium perhibens Domus Dauid fore aptum ad Regnum*].

Præclara fabella Rabbinica eſt, ſicut & alia, quæ ſequitur.

ויעש לו (שם) רכב ופרשים וחמשים איש רצים לפניו מאי רבותא ׃

Et ipſe fecit ſibi (Ibidem) *currum, & equites, & quinquaginta viros currentes ante ſe. Vnde erat huius rei præſtantia?*

אמר רבי יהודה אמר רב כלן נטולי טחול וחקוקי כפות רגלים היו ׃ *Dixit Ràu Iudas, dixit Ràu: Ablati erant ſplenes, & perfoſſas pedum plantas habebant.* [R. Salomon: *Erant curſores. Sed vnde erat præſtantia filio Regis, vt hos curſores haberet? Quia erant priuati ſplene per medicinam, quia lien aggrauat hominem. Et pedum plantæ erant excauatæ, quia qui non habent carnem in volis pedum, poſſunt currere ſuper ſpinas, & tribulos ſine læſione.*

Quòd lien malè affectus ſit morbificus, & graue reddat corpus, docent omnes Medicinæ Doctores: quòd verò mediante Medicina omninò tolli poſſit ſine corporis læſione, reſponſum à

Ibi-

damenti vocabatur, quia ex eo fundatus eſt mundus, *S. D.* (Pſal. 50. 1.) Locutus eſt, & vocauit terram, & dixit (Ibidem ver. 2.) De Sion vniuerſitas decoris. &c. *Et in Cod. Iomà dicitur: Mundus ex Sion creatus eſt.*)

De hoc argumento aliquid dixi ſuprà pag. 434. col. 2. Vt deuotionem, & reuerentiam erga Templum conciliare Iudæi Talmudiſtæ, iſta adinuenerunt; ſicut & noſtrorū aliqui dicunt, de Caluario monte, vbi crucifixus eſt Dn̄s, eum eſſe in medio terræ, quia dicitur: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ*; non quòd iſte locus ſit ſolus Centrum Vniuerſi, quia cùm Vniuerſum ſit rotundum, & circumdet terram vndique, tota terra dicetur Centrum Vniuerſi: Et in terra propter eandem rationem rotunditatis, quamplurima puncta, imò infinita deſignari poterunt, quorum vnumquodque dicetur Centrum, & medium Terræ. Dicitur tamen Chriſtus operatus fuiſſe ſalutem in medio terræ; vel quia Ieruſalem eſt medium Terræ Sanctæ verè, & phyſicè; vel, quia in Paſchate paſſus eſt, vbi infinita Iudęorum turba ex omnibus partibus Iudææ aſcenderat ad diem feſtum in Ieruſalem, dicitur Chriſtum operatum fuiſſe ſalutem in medio Terræ, hoc eſt in medio populi terræ Iudææ. Populus autem tropologicè terra vocatur Exod. 9. 16. ולמען ספר שמי בכל הארץ *Et vt narrare faciam nomen meum in Vniuerſa terra*, id eſt in vniuerſo populo terræ. Talmudiſtæ autem, quia craſſiores ſenſus habent, putant Ieroſolymitanum Templum reuera eſſe in medio mundi. Vnde in hoc eodem Codice *Sanhedrìn* cap. 4. *Echàd dinè* -

Pagina 37. in principio Ghemaræ

R,

Ibidem immediatè poſt huiuſmodi obſcœnum commentum, non malè improbatur repudium vxoris his verbis -

אמר רב שמן בר אבא בוא וראה כמה קשין גירושין שהרי דוד המלך התירו לו לייחד ולא התירו לו לגרש אמר רבי אליעזר כל המגרש את אשתו ראשונה אפילו מזבח מוריד עליו דמעות שנ׳ (מלאכי ב׳ : י״ג) וזאת שנית תעשו כסות דמע את מזבח יהוה בכי ואנקה מאין פנות אל המנחה ולקחת רצון מידכם :

Dixit Ràu Scemàn Bar Abbà: Veni, & vide, quàm grauia ſint repudia; quia iam permiſerant Dauidi, vt vniretur (ipſi Abiſag) *& non permiſerunt eam repudiare. Dixit R. Eliezer: Quicumque repudiat vxorem ſuam primam, etiam ſuper eum lacrymare facit Altare, S. D.* (Malach. 2. 13.) Et hoc ſecundo operire facietis lachryma Altare Domini, fletu, & clamore, & non vltrà reſpiciendo ad munus, & ad capiendum beneplacitum de manu veſtra.

Abhorruerunt ſemper Rabbini prudentiores repudium vxorum, licèt alij craſſiores intellectu, ex qualibet leuiſſima cauſa illud permiſerint. Vide *En Iſraèl* Par. II. pag. 102. col. 1. num. 34.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 4. *Sanhedrìn* cap. 3. *Ze borèr*.

Pagina 26. b. longè poſt principium. Lapis fundamentalis mundi eſt in Templo Ieroſolymitano.

אבן היתה שם מימות נביאים הראשונים ושתייה היתה נקראת (רש״י אבן היתה שם תחת הארון ושתייה היא נקראת שממנה נשתת עולם שנ׳ (תהלים נ׳ : א׳) דבר ויקרא ארץ ואמר (שם פסוק ב׳ :) מציון מכלל יפי ונומר במסכת יומא אומר עולם מציון נברא)

Lapis erat ibi à diebus Prophetarum priorum, & שתייה *Scethijàh fundamenti vocabatur.* [R. Salom. *Lapis erat ibi ſub Arca* (in Templo) *& Scethijàh fun-*

תני דבי חזקי׳ מיום שחרב בית המקדש אעֿפֿ שבטלת סנהדרי ארבע מיתות לא בטלו לא בטלו והא בטלו אלא דין ד׳ מיתות לא בטלו מי שנתחייב סקילה או נופל מן הגג או היה דורסתו מי שנתחייב שריפה או נופל בדליקה או נחש מכישו מי שנתחייב הריגה או נמסר למלכות או ליסטין באין עליו מי שנתחייב חנק או טובע בנהר או מת בסרונכי ;

Eſt traditio Scholæ Ezekiæ. A die, qua vaſtata eſt Domus Sanctuarij, quamuis ablatum ſit Synedrium, quatuor mortis genera non fuerunt ablata. Et quomodo non ſunt ablata? Sed Iudicium quatuor generum mortis non fuit ablatum. [R. Salomon *Supplicium competens per manus Dei reis datum fuit.*] *Qui enim reus erat lapidationis, vel cadebat ex tecto, aut conculcabatur. Qui reus erat vſtulationis, aut cadebat in incendium, aut ſerpentis veneno interibat. Qui reus erat interfectionis, aut tradebatur in manus Regni* (à Iuſtitia ſeculari puniendus) *aut in manus prædonum: Qui verò reus erat ſtrangulationis, vel ſubmergebatur in flumen, vel angina ſuffocabatur.*

Velint, nolint Talmudiſtæ coguntur fateri, euerſo Templo, omnem politiam Iudaicam euerſam eſſe, & capitalem punitionem à Iudæorum Republ. ablatam, & ſoli Deo reſeruatam, qui reddit vnicuique iuxta opera ſua; ſed nos ex caſibus, qui hominibus accidunt, iudicare non præſumimus, Deum hoc, vel illud ſupplicium hominibus dediſſe, propter hoc, vel illud delictum ab illis commiſſum, quia Iudicia Dei abyſſus multa, & impenetrabilia ſunt, ſed iuſta. Vnde temerarius eſſet, ſi quis videns cadentem ex alto, vellet iudicare, hunc mortuum eſſe, quia reus erat lapidationis; & ſic de reliquis exemplis, quæ à temerarijs Talmudiſtis afferuntur.

R. אחא *Achà* Bar חנינא *Chaninà* explicans illud Cant. Cantic. 7. 2. שררך אגן הסהר אל יחסר המזג וגו׳ : *Vmbilicus tuus crater rotunditatis non carebit temperamento &c.* ait -

שררך זו סנהדרין למה נקרא שמה שררך שהיא יושבת בטיבורו של עולם אגן שהיא מגינה על כל העולם כולו הסהר שהיא דומה לסהר אל יחסר המזג שאם הוצרך אחד מהם לצאת רואין אם יש עשרים ושלשה כנגד סנהדרי קטנה יוצא ואם לאו אינו יוצא :

Vmbilicus tuus iſte eſt Synedrium Curia magna. Quare vocatur Vmbilicus tuus? *Quia ipſa eſt in vmbilico mundi.* אגן Crater? (à אגן *protegere*) *quia protegit vniuerſum mundum.* Rotunditatis? *Quia ſimilis eſt Turri rotundæ.* Non carebit temperamento? (מזג Miſcere, & vinum diluere, ſeù temperare ſignificat; R. Sal. שני חלקי מים ואחד יין *duabus aquæ partibus, & vini vna*] *quod ſi neceſſum ſit egredi vnum ex illis, quilibet videre poſſit, an ex conſeſſu Senatorum remaneant viginti tres, iuxta numerum minoris Synedrij: quòd ſi* (huiuſmodi numerus) *remaneat, egreditur; ſi non remaneat, non egreditur.* [R. Salom. *Ne deficiat temperamentum; ne deficiat tertia pars, quæ neceſſaria eſt ad vinum temperandum. Viginti tres eſt tertia pars 70. Senatorum, egreditur extra* ללישכה *Aulam Senatoriam ad vacandum*].

Explicat in hoc loco R. Salomon ordinem ſedendi in Synedrio in Aula Senatoria, quæ erat in הר הבית *Monte Domus* intra ſepta Templi. Reperies iſta in *En Iſraël* Par. II. pag. 103. colum. 4. num 51.

Pagina 37 b. eiuſdem cap. 4. *Echàd dinè* ante medium, Synedrium ceſſat, ſed quatuor genera mortis non ceſſant. Quomodo?

lium Dauid, & Dominus vltra in Iuda. *Et poſtquam exulauit, dicitur de eo* (I. Paralipomen. cap. 3. ver. 17. -

ובני יכניה אסיר בנו שאלתיאל בנו אסיר שעיברתו אמו בבית האסורים שאלתיאל ששתלו אל שלא כדרך הנשתלין גמירי אין האשה מתעברת מעומד והיא נתעברה מעומד: דבר אחר שאלתיאל שנשאל על אלהו של זרובבל שנזרע בבבל ומה שמו נחמיה בן חכליה שמו:

Et filij Iechoniç, Aſir filius eius, Sciaalthiel filius eius. *Aſir dictus eſt, quia concepit eum mater ſua in carcere. Sciaalthiel, quia plantauit eum, modo, quo non ſolet abſolutè plantari, quia mulier non concipit ſtando, & ipſa ſtando concepit.* [R. Salom. *Quia cùm domus carceris, vbi incluſi erant anguſta fuiſſet, non erat ibi locus cubandi, & concatenata fuit ibi mulier.*] *Aliter. Sciaalthiel, quia petijt diſpenſationem ſuper iuramento Zerobabelis, quod ſeminatum eſt in Babylone.* [R. Salomon: *Super iuramento, vt ſolueret ſibi determinationem, quia iurauerat ne eſſent ibi filij, & ſoluit ſibi familia cæleſtis iuramentum ſcriptum in ea ſectione, qua dicitur* (Ierem. 22. v. 30.) Sic dixit Dominus; Scribite virum iſtum carentem prole, &c.] *Et quodnam eſt nomen eius? Nehemias filius Chachaliàh.*

Sunt figmenta fundata in vana nominum etymologia. Vide *En Iſraël* Parte II pag. 104. col. 3. num. 55.

Pagina 38. propè principium. Signum venturi Meſſiæ Talmudici.

יהודה וחזקיה בני רבי חייא וכו': *Iudas, & Ezekias filij R. Chijà ſedebant in menſa coram Rabbì, & non dicebant quicquam. Dixit eis: Miniſtrate vinum pueris, vt dicant aliquid. Poſtquam inebriati ſunt, inceperunt, & dixerunt* -

אין בן דוד בא עד שיכלו שתי בתי אבות מישראל אלו

מן

tur. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 104. col. 2. num. 53.

Ibidem longè poſt medium, Abelis occiſio qualis.

Dixit Ràu Iudas Ben R. חייא *Chijà: Fecit Kain in Abelem fratrem ſuum quamplurimas percuſſiones, & vulnera, quia neſciebat, vnde egreſſura eſſet anima, quouſque ad collum pertingeret. Et iterum dicit: A die, quà aperuit terra os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem Abel, vltra non aperuit, S. D.* (Iſai. 24. 16.) מכנף הארץ זמרות שמענו Ab ala terræ, cantus audiuimus gloriam iuſto. *Ab ala terræ, & non ab ore terræ. Oppoſuit ei Ezechias frater eius illud* (Numer. 16. 32.) Et aperuit terra os ſuum? *Reſpondit ei: In malum aperuit; in bonum non aperuit.*

Et addit Ràu Iehudà Ben R. Chijà: *Exilium propitiatur peccato, & pro medietate eradicat* (Gen. 4. 14) Et ero vagus, & profugus. *Et in fine ſcriptum eſt* (Ibid. v. 16.) Et ſedit in terra Nod. [R. Salom. *In terra Nod, & non eſt ibi ſcriptum* נע *Naà vagus, quia remiſſum ei fuerat exilium, nam ſcriptum eſt* (Ibid.) Et egreſſus eſt Kain] Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 104. col. 3. num, 54.

Sequitur Ràu Iehudà: *Exilium tria remittit, ſeù condonat, S. D.* (Ieremiæ 38. 2.) Sic dixit Dominus: Qui manſerit in Ciuitate iſta, morietur gladio, fame, & peſte: qui autem exierit ad Chaldæos, & viuet, & erit ei anima eius in ſpolium, & viuet. *R. Iochanàn dixit: Exilium propitiatur omnibus iniquitatibus, S. D.* (Ibid. 22. 30.) Sic dixit Dominus: Scribite virum iſtum carentem prole: Virum qui non proſperabitur in diebus ſuis: nam non proſperabitur de ſemine eius vir ſedens ſuper ſo-

ctorum Babylonici, & Terræ Sanctæ. Iſti omnes, neque qui ſint, aut fuerint, niſi à Talmudicis Doctoribus hodie agnoſcuntur, cùm Iudaicæ gentis vniuerſa politia funditùs euerſa ſit, & deleta. Vide prædicta in *En Iſraël* Par. II. pag. 104. col. 4. num. 56.

Ibidem circa medium. Cur Adam primus homo creatus eſt vnicus?

תנו רבנן אדם יחידי נברא ומפני מה שלא יהו מינין אומרים הרבה רשויות בשמים: דבר אחר מפני הרשעים שלא יהו צדיקים אומרים אנו בני צדיק ורשעים ואמרים אנו בני רשע: דבר אחר מפני המשפחות שלא יהו משפחות מתגרות זו בזו ומה עכשיו שנברא יחיד מתגרות נבראו שנים על אחת כמה וכמה: דבר אחר מפני הגולנין ומפני החמסנין ומה עכשיו שנברא יחידי גוזלין וחומסין נבראו שנים על אחת כמה וכמה וכו׳:

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: Cur homo vnicus eſt creatus? Reſp. Ne dicerent Hæretici: Multæ Poteſtates ſunt in cælis. Alio modo: Propter Iuſtos, & propter impios. Ne Iuſti dicerent: Nos ſumus filij Iuſti. Et Impij dicerent: Nos ſumus filij Impij. Aliter: Propter familias. Ne familiæ concitarentur vna contra aliam. Quòd ſi modo, quia procedunt ab eodem (Patre) *concitantur inter ſe, quantò magis ſi à duobus? Item aliter: Propter raptores, & violentos. Si enim modò, quia omnes veniunt ab vnico* (Protoparente) *rapiunt, & violentiam inferunt, quantò magis id facerent, ſi à diuerſis principijs procederent?* Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 104. col. 4. num. 57. Multa alia de Adamo hìc dicuntur, & quæruntur.

Ibidem paulò poſt: *Quare veſpera Sabbathi ſit creatus homo? Reſpondent: Ne impleatur mens tua, neue per ſuperbiā infletur, cùm & muſcilio præceſſerit te in*

חן ראש גולה שבבבל ונשיא שבארץ ישראל שנ׳ (ישעיה ח׳ : י״ד) והיה למקדש ולאבן נגף ולצור מכשול לשני בתי ישראל אמר להם בני קוצים אתם מטילים לי בעיני אמר לו רבי חייא רבי אל ירע בעיניך יין נותן בע׳ אותיות וסוד ניתן בע׳ אותיות נכנס יין יצא סוד:

Non veniet filius Dauid (Meſſias) *donec finiantur duæ Domus patrum de Iſraël. Iſtæ ſunt; caput tranſmigrationis Aechmalotarcha, qui eſt in Babel; & Princeps, qui eſt in terra Iſraëlis, S. D.*) Iſai. 8. v. 14.) Et erit in Sanctuarium, & in lapidem percuſſionis, & in petram offenſionis duabus domibus Iſraël. *Dixit eis: Filij mei, ſpinas vos infertis mihi in oculis meis. Dixit ei R. Chijà: Rabbi, ne diſpliceat in oculis tuis.* יין *Vinum datur 70. literis, &* סוד *Secretum, datur 70. literis; ingreditur* יין *Vinum, exit* סוד *Secretum.*

Cùm iam olim defecerint iſtæ duæ Domus ſiuè familiæ, certum eſt ex hac traditione Talmudica, iam diù Meſſiam veniſſe. Sed meliùs D. Hieronymus pro duabus Domibus duas Scholas Hillelis, & Sciammài eſt interpretatus, quę aduenіente Chriſto Meſſia Iudæorum, ambæ euerſæ ſunt. יין *Vinum*, י *Iod* denarium notat replicatum 20. litera נ 50. ſimul 70. conficiunt. Tantundem numerat סוד *Secretum*, ſeù myſterium. ס 60. ו 6. ד 4. ſimul 70. Notandum eſt ſemper fuiſſe ſuſpectum aduentum Meſſiæ, Doctoribus, Magnatibus, & Principibus Hebræorum, dicente Euangelio Luc. 2. 34. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël &c.* alludens ad ruinam iſtarum duarum Academiarum Hillelis, & Sciammài hominum Traditiones docentium, & duorum Iudaici populi Re-

de Par. I. huius Biblioth. pag. 75. col. 1. Hæc omnia reperies in *En Iſraël* Parte II. pag. 105. col. 2. num. 60.

Ibidem ſtatim. *Mala beſtia non nocuiſſet homini, niſi homo ſe ſimilem feciſſet beſtiæ, S. D.* (Pſal. 49. 13.) Comparatus eſt iumentis inſipientibus, quæ pereunt.

Subinde immediatè. De Angelis murmurantibus, quòd Deus vellet creare Adam. *Sed quando perditæ ſunt duæ turmæ, tertia dixit Deo: Fac quod lubet, tua ſunt omnia. Quando deuenit ad generationem diluuij, & diuiſionis linguarum, quorum opera corrupta erant, dixerunt coram Deo: Nonne primi rectè dixerunt coram te? Dixit eis* (Iſai. 49. v. 4.) Et vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canitiem ego baiulabo: ego feci, & ego feram, & ego baiulabo: & eruam.

Improuidum Deum faciunt Talmudiſtæ. Reperies etiam in *En Iſraèl* loco nuper citato num. 61.

Sequitur ibidem. *Dixit Ràu Iehudà, dixit Ràu: Adami magnitudo extendebatur ab extremo mundi ad aliud extremum, S. D.* (Deuteron. 4. 32.) A die, qua creauit Deus Adam ſuper terram ab extremo cælorum, & vſque ad extremum cælorum. *Quando iniquè egit, poſuit Deus ſanctus benedictus manum ſuam ſuper eũ, & imminuit eum &c.*

Iſta referuntur etiam in Cod: *Chaghigà*, & ego ibidem huiuſmodi fabuloſum commentum annotaui, vbi videndum pag. 408. col. 2.

Poſtea ſubdit idem R. Iehudà nonnullas ineptias, & blaſphemias contra Adam ex nomine Ràu. Ait enim: *Dixit Ràu* אדם הראשון בלשון אמרי סיפר שנאמר (תהלים קלט׳ : יז׳ :) ולי מה יקרו רעיך אל :

Adam

mundo. Aliter: Homo creatus eſt poſt omnia, Vt ſtatim poſſet præceptum Sabbathi obſeruare. Aliter: Vt haberet menſam paratam, S. D. (Prouerb. 9. v. 1.) Sapientia ædificauit domum ſuam; excidit columnas ſeptem. Immolauit victimam ſuam, miſcuit vinum ſuum; etiam parauit menſam ſuam. Miſit puellas ſuas, clamabit ſuper alas excelſorum Ciuitatis. Sapientia ædificauit, *hæc eſt proprietas Dei ſancti benedicti, qui creauit Vniuerſum mundum Sapientia.* Excidit columnas ſeptem; *iſti ſunt ſeptem dies creationis.* Immolauit victimam ſuam, miſcuit vinum ſuum; *iſta ſunt maria, & flumina, & omnia mundi neceſſaria.* Etiam parauit menſam ſuã; *iſtæ ſunt arbores, & olera.* Miſit puellas ſuas vocabit; *iſti ſunt Adam, & Eua.* Super alas excelſorum clamat. *Rabbà Bar Bar Channà: Etiam ſcriptum eſt:* Super alas. *Et ſcriptum eſt:* Super ſolium. *In principio*, Super alas, *& in fine* Super ſolium &c. *Adam ante peccatum ſuper excelſa dominabatur; poſt peccatum eiectus eſt ſuper ſolium.* Vide *En Iſraèl* Parte II. pagina 105. columna 1. num. 59.

Ibidem verſa pagina in ipſo principio. Ex ſententia *Ràu Oſciaaiàh Miniſtri Ràu*, Adam ex diuerſis mundi partibus creatus eſt.

גופו מבבל וראשו מארץ ישראל ואבריו משאר ארצות עגבותיו אמר רבי אחא מאקרא דאגמא :

Corpus ſuum de Babylone; Caput ſuum de terra Iſraëlis; membra eius ex reliquis terris. Nates, ſeù pudenda eius, dixit R. Achà, de Akrà Agmæ. [R. Salom. *Akrà Agmæ eſt locus profundus in Babylone.*

Ibidem immediatè. De duodecim horis, quibus Adam abſolutus fuit, Vi-

ſriuola eſt, & nullius momenti, quocumque modo exponatur verſiculus Pſalmi, quia eſt Cabalica, retorta, & recalcitrans. Neque enim iſtæ voces מה יקרו רעיך אל per למפרע ר״ת initia dictionũ retrorſum conſtituunt ארמי *Aramicè*, ſeù *Syriacè*, vt docet Cõmentator in *En Iſraël* Par. II. pag. 105. col. 3. n. 62. ſed efficiunt מירא, & inuerſo ordine pronuntiatæ audient ארים longè quidem ab ארמי. Nullum igitur ſubſidium pro linguæ Syriacæ primatu ex hoc loco Talmudis afferri poteſt.

Pagina 39. lin. 2. Deus Hebræorum eſt fur.

אמר ליה קיסר לרבן גמליאל אלהיכם גנב הוא דכתיב (בראשית ב׳ : כ״א) ויפל יהוה אלהים תרדמה על האדם ויישן אמרה ליה ברתיה שבקיה דאנא מהדרנא ליה אמרה ליה תנו לי דוכוס אחד אמר לה למה ליך ליסטין באו עלינו הלילה ונטלו ממנו קיתון של כסף והניחו לנו קיתון של זהב אמר לה ולוואי שיבא עלינו בכל יום ולא יפה היה לו לאדם הראשון שנטלו ממנו צלע אחת ונתנו לו שפחה לשמשו אמר ליה הכי קאמינא אלא לישקליה בהדיא אמרה ליה אייתי לי א׳מצא דבשרא אייתו לה אותכת תותי בחשא אפיקתה אמרה ליה אכול מהאי אמר לה מאיסא לי אמרה ליה אדם נמי אי הוה שקילה בהדיא הוה מאיסא ליה :

Dixit Cæſar (Romanorum Imperator) *ipſi Rabbàn Gamlieli : Deus veſter eſt fur, quia ſcriptum eſt* (Geneſ. 2. 21.) Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, & dormiuit. *Dixit filia* (Rabbàn Gamlielis patri ſuo) *: Permitte, vt ego reſpondeam. Dixit* (Cæſari) *: Da mihi Iudicem, vt vindicet me. Reſpondit ei : Cur hoc? Quia* (inquit) *venerunt fures nocte, & abſtulerunt nobis vrceum argenteum, & loco illius reliquerunt nobis vrceum aureum. Dixit* (Cæſar) *: Vtinam quotidiè id nobis feciſſent fures. Dixit ei*

(ſi-

Adam homo primus lingua Aramea, ſeù Syra loquebatur, S. D. (Pſal. 139. v. 17.) Et mihi quàm precioſæ fuerunt cogitationes tuæ Deus. *Sed Reſc Lakìſc aliter legit : nam dicit Reſc Lakìſc ; Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Geneſ. 5. 1.) Iſte eſt liber generationum Adæ? *Docet, quòd oſtendit Deus ſanctus benedictus ipſi Adam omnes generationes Sapientium. Quando vidit generationem, & Legem R. Akibæ, lætatus eſt ; quando autem vidit mortem ipſius, triſtatus eſt, dixitque :* Mihi autem honorati ſunt amici tui Deus.

Capita autem dictionum מה יקרו רעיך אל ſi legantur inuerſo ordine (inquit Poſtillator *En Iſraëlis*) fiet dictio ארמי. Infirma, imò & nullius momenti eſt probatio, ſicut & quæſtionis impertinens propoſitio. Hac Talmudis auctoritate poſſetne quis probare antiquitatem linguę Syriacę ſupra Hebraicam? *Minimè*. Quia præterquam quod propoſitio illa prolata à Ràu Iehudà, & Ràu eſt falſa, Rabbini, vt infament Protoparentem noſtrum, hanc infamiæ notam loquendi Syriacè poſt peccatum adinuenerunt ; volunt enim Adamum poſt peccatum, adeò rebellem fuiſſe Deo, vt omnia priuilegia, quibus à Deo ornatus fuerat, reſpuerit ; Syriacè loquutum fuiſſe, hæreticum euaſiſſe ; præputium attraxiſſe ; omnes articulos fidei abnegaſſe, ex Iſaac, & Ràu Nachmàn, ibidem. Quæ omnia ſunt Rabbinorum mendacia, vt oſtendimus ſuprà Parte I. pagina 76. & 291. columna 2. Non igitur ſapienter locutus eſt Adam Syriacè, ſed peccaminoſè, ex ſententia Talmudiſtarum. Adde, quòd probatio, quam afferunt ex Pſal. 139. 17.

mini, & tulit Ouadijàhu centum Prophetas, & abſcondit eos quinquaginta viros in ſpelunca, & pauit eos pane, & aqua. Sequitur: Cur odio habuit alios 50. & non eos abſcondit? Reſp. Quia hoc didicerat à Iacobo: (nam & Iacob partem populi ſui, & gregis odio habuit, cùm eum in duas turmas diuiſiſſet, vnam periculo mortis expoſuerat S. D. (Geneſ. 32. 8.) *Si venerit Eſau ad vnam turmam, & percuſſerit eam, alia turma, quæ reliqua eſt, ſaluabitur.* R. אבהו Auàhu dixit: לפי שאין מערה מחזקת יותר מחמשים Quia ſpelunca comprehendere (capere) non poterat niſi tantùm quinquaginta.] Prophetauit autem contra Edom, cùm & ipſe fuiſſet Idumæus, quia venit Abdias, & habitauit inter duos impios, [R. Salom. *inter Achab, & Iezabel*] & non didicit eorum opera. Et prophetauit contra Eſau impium, qui habitauerat inter duos Iuſtos [R. Salomon: *inter Iſaac, & Rebeccam*] & non didicit opera eorum.

Iſta omnia videnda ſunt in *En Iſraël* Par. II. pag. 106. col. 3. num, 71.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 4. *Sanhedrìn*. cap. 5. *Haiù bodekìn*.

Pag. 41. circa finem. *Eſt Traditio:*

כל שנותיו של רבן יוחנן בן זכאי מאה ועשרים שנה ארבעים שנה עסק בפרקמטיא מ׳ שנה למד ארבעים שנה לימד ותניא ארבעים שנה קודם חורבן הבית גלתה סנהדרי וישבה לה בחנות ואמר רבי יצחק בר אבדימי לומר שלא דנו דיני קנסות ס״ד אלא שלא דנו דיני נפשות:

Omnes anni Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài fuerunt centum & viginti. Quadraginta annis operam dedit mercaturæ: quadraginta didicit (Legem); *& quadraginta docuit. Et eſt Traditio: Quadraginta annis ante euerſionem Templi* (ſe-

(filia Rabbàn Gamlielis): *Nonne melius fuit Adamo, vt auferretur ab eo vnica coſta, & daretur ei ancilla ad ſeruiendum? Reſpondit* (Cæſar): *Idipſum ego dico, ſed quòd illam palam acciperet* (congruum erat). *Dixit illa: Afferte mihi carnis fruſtum. Adduxerunt. Poſuit illud ſub cinere, & poſtea eduxit, dixitque* (Cæſari): *Comede. Reſpondit: Nauſeam mihi affert. Dixit ei: Sic etiam Adamo, ſi palam accepiſſet* (id eſt formata fuiſſet mulier) *nauſeam attuliſſet.*

Alias nonnullas interrogationes Rabbàn Gamlieli Cæſar in hoc loco facit; de Deo; de Cælo, & Stellis, quarum difficultates quibuſdam alijs quæſtiunculis parabolicis propoſitis, dilucidat, & reſoluit. Eas non exſcribimus, vt ſæpius promiſſam breuitatem ſeruemus. Quædam ex his, ad numerum Stellarum ſpectantes habentur Parte I. pag. 365. colum. 2. & pag. 366. colum. 1. Eaſdem vide in *En Iſraël* Parte II. pagina 105, colum. 6. numero 64. & ſeqq.

Pagina eadem 39. b. poſt medium. Multa de Abdia Propheta dicuntur, quòd fuerit maior Abrahamo, quia nunquam reperitur dictum fuiſſe de Abrahamo מאד *Meòd valdè*, ſicut dictum eſt de Abdia 1. Reg. 18. v. 3. *Et Abdias timebat Dominum* מאד *valdè*. Volunt enim Talmudiſtæ Abdiam diſpenſatorem Domus Achab, fuiſſe Abdiam Prophetam, quem ex Idumeo Proſelytum faciunt. Et ibidem quærit Rabbì Iſaac: Quid meruerit Abdias vt euaderet Propheta? Reſpon. מפני שהחביא מאה נביאים במערה שנ׳ (מלכים א׳, יח״, ד׳:) Quia abſconderat centum Prophetas in ſpelunca, S. D. (1. Reg. 18. 4.) *Et fuit cùm excidere faceret Izèuel Prophetas Do-*

ſabulam referam, & illius falſitatem, oſtendam,

Pagina 46. poſt medium. Equitans die Sabbathi non eſt reus mortis, ſicut cognoſcens vxorem ſuam publicè ſub arbore, nihilominus ambo vltimo ſupplicio afficiuntur.

מעשה באחד שרכב על סוס בשבת ביטי יונים והביאוהו לבית דין וסקלוהו לא מפני שראוי לכך אלא שהשעה צריכה לכך שוב מעשה באדם אחד שהטיח את אשתו תחת התאינה והכוהו לבית דין והלקוהו לא מפני שראוי לכך אלא שהשעה צריכה לכך׃

Opus quod (accidit) *cuidam equitanti ſuper equum in Sabbatho, in diebus Græcorum* (Regum) *& adduxerunt eum ad Domum Iudicij, & lapidauerunt eum: non quòd æquum fuiſſet hoc, ſed quòd ſic expoſcebat tempus illud. Itemque de quodam viro, qui ſub ficu oblectauit ſe cum vxore ſua adduxerunt eum ad Domum Iudicij, & morti addixerunt eum; non quòd huiuſmodi pœnam meruiſſet, ſed quòd ita tempus illud exegiſſet.*

Ergo Summus Senatus arbitrium habebat ſuper delicta; & ſi qua ex Lege delicta non cenſebantur, habita tamen ratione temporis, loci, vel aliarũ circumſtantiarũ, pro ijs à magno Synedrio pœnę delictis grauioribus debitæ decernebantur, & vt grauiora delicta puniebantur.

Pagina 49. linea 1. de maledictis libenter ſufferendis. Prouerbium

תהא לוטא ולא תהא לאטא׃ *Eſto maledictus, & non eſto maledicens*. Maledictus, id eſt mala, quæ tibi alij malè dicunt patienter ſuffer. Hoc idem diſcipulis ſuis dicebat Dominus: *Beati eritis cùm maledixerint vobis homines &c.* Matth. 5. v. 11. Et ipſe nobis relinquens exemplum, *cùm malediceretur non maledicebat*, &

(ſecundi) *exulauit Synedrium* (& de Liſcàt haggazìt, vbi erat intra ſepta Templi) *& abijt, & ſedit in Chanùth*. [R. Salom. *Locus erat in Ieruſalem, & ita vocabatur.*] *Et dixit R. Iſaac Bar Abudimè, quòd non iudicabant cauſas criminales. Cauſas criminales arbitraris? Sed non iudicabant cauſas animarum vltimi ſupplicij. &c.* [R. Salom. *Cauſas criminales arbitreris? Forſan Aula* לישכת הגזית *Liſcàth haggazìth cæſi lapidis erat in cauſa, vt iudicarentur cauſæ criminales? Sed iudicia animarum, hoc eſt cauſæ capitales non poterant quocunque in loco exerceri, ſed vbi Synedrium fixum erat, & conſuetudinem habebat iudicare, dicente Scriptura* (Deuter. 17. 8.) Et ſurges, & aſcendes ad locum &c. *oſtendit quòd locus erat cauſa iudicij* (hoc eſt neceſſariò requirebatur ad iudicandum cauſas vltimi ſupplicij) *& quando viderunt, quòd multiplicabantur homicidæ, & non ſufficiebant iudicare, ſteterunt, & receſſerunt inde. Et quamdiù Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài vixerat poſt vaſtationem Templi inueniuntur* 40. *anni vltimi vitæ ſuæ, quibus nulla iudicia animarum executioni tradita ſunt, quia vltima iſta ſupplicia* 40. *annis ante euerſionem Templi ceſſauerant*].

De his iudicijs aliqua alibi dicta ſunt.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 4. *Sanhedrìn* cap. 6. *Nighmàr Haddìn*

Pagina 43. circa finem. Ad verba Miſcnæ וכרוז יוצא לפניו *Et præco egreditur ante eum &c.* בערב הפסח תלאוהו לישו וכו *In veſpere Paſchæ ſuſpenderunt Ieſum, &c.*

De morte Ieſu, & de diſcipulis eius ineptiunt in hoc loco Talmudiſtæ. In Diſſertatione de Meſſia Iudæorum hanc

iumentum: & mulier, quæ ſibi admittit iumentum, lapidatur. Si homo peccat, iumentum quid peccat? Sed quia per manum eius ſcelus commiſſum eſt, ideò præcipit Scriptura lapidari. Alia etiam de cauſa. Ne iumentum tranſeat per plateam, & dicant: Hoc eſt illud animal, propterquod talis N. lapidatus eſt.

Redditur ratio, eaque duplex, cur iumentum vnà cum homine flagitioſo lapidari debeat, quam tamen Scriptura non aſſignat. Ergo omnia præcepta ceremonialia, & iudicialia, quę in Lege Moſis continentur, habent peculiarem rationem, in qua fundata ſunt, & ex qua tamquam ex propria cauſa procedunt; qua ſublata, etiam ipſa præcepta tolluntur, vti ſunt omnia præcepta, quę terram Iſraëlis reſpiciunt; eſum prohibitorum, & cætera huiuſmodi, quę nullam aliá cauſam habere videntur, quantum aſſequi poſſumus, præter Dei voluntatem. Quæ iuſta eſt: (Pſ. 11. 7.) כי צדיק יהוה צדקות אהב *Iuſtus* (eſt) *Dominus, iuſtitias dilexit:* neque contra rectam rationem aliquid præcipit.

Pagina 56. b. in principio. Tractatur prolixè de ſeptem præceptis datis filijs Noë, hoc eſt Gentilibus. Porrò ea ſic aſſignantur -

תנו רבנן שבע מצות נצטוו בני נח דינין וברכת השם ע״ז וגילוי עריות ושפיכות דמים וגזל ואבר מן החי ׃

Tanù Rabbanàn Tradunt Magiſtri: Septem præcepta data ſunt filijs Noë. 1. De Iudicijs. 2. De Benedictione Dei. 3. De Idololatria fugienda. 4. De Scortatione. 5. De effuſione ſanguinis. 6. De rapina. 7. De membro de animali viuo, non comedendo, aut tollendo.

[R. חנינא Chaninà Ben גמלא Gamla dicit: Etiam על הדם מן החי de ſanguine de

& vt redimeret *vos ex maledicto Legis, factus eſt pro nobis maledictum.* Galat. c. 3. v. 13. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 110. col. 1. num. 91. lin. 7.

Ibidem circa medium. Dauidem omnia peregiſſe conſilio Aſtrologorum. De qua re egi in Par. II. huius Biblioth. pag. 164. col. 2. vbi locum hunc notaui. Et quomodo ab hac calumnia liberetur, oſtendi, & Gloſſam R. Salomonis attuli in vtroque idiomate. Vide *En Iſraël* loco nuper citato in fine numeri 91.

Ibidem ſtatim: Dauidem habuiſſe quadringentos filios, omnes ſpecioſos, &c. vt habetur ſuprà in hoc eodem Codice pag. 21. & Cod. *Kidduſcìn* pagina 76. b. prope finem. De his egi in Parte II. pag. 124. col. 2. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 110. col. 1. numero 91. in fine.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 5. *Sanhedrìn* cap. 7. *Arbaà methòth.*

Pagina 52. in fine. Prouerbium prolatum à Ràu Papà.

נפישי גמלי סבי דטעיני משכי דהוגני ׃ *Plures ſunt Cameli ſenes, qui onerantur pellibus pullorum* (Camelorum).

Prouerbium in eos iuuenes, qui ſeniorum mortem de die in diem expectant, & illorum præſentem diſceſſum non conſiderant.

Pagina 54. circa finem. Particularium præceptorum cauſæ aſſignantur ex Miſcnà cap. 7. huius Codicis, & ex *Perioka* 4. quæ ſic ſe habet -

הבא על הזכור ועל הבהמה והאשה המביאה את הבהמה בסקילה ׃ אם אדם חטא בהמה מה חטאת אלא לפי שבאת לאדם תקלה על ידה לפיכך אמר הכתוב תסקל ׃ ד״א שלא תהא בהמה עוברת בשוק ויאמרו זו היא שנסקל פלוני ע״י ׃

Qui ingreditur ad maſculum, vel ad

alij coram me. ועל האדם *Et ſuper hominem*, iſta eſt effuſio ſanguinis. Et ſic ipſe dixit (Geneſ. 9, 6.) *Effundens ſanguinem hominis in homine &c.* לאמר *Dicendo*; iſtud eſt de ſcortatione; ſic enim ipſe dixit (Ierem. 3. 1.) *Dicendo: En dimittet vir vxorem ſuam, & abibit ab eo, & erit Viro alteri.* מכל עץ הגן *Ex omni arbore horti*. Et non rapies. אכל תאכל *Comedendo comedes*, & non membrum animalis viuentis. &c.]

Magnæ exiſtimationis ſunt iſta præcepta apud Hebræos, quæ ſi à Viro Gentili ſeruentur, faciunt eum participem futuri ſeculi, eumque eſſe מחסידי אומות העולם *ex pijs Nationum mundi*. Et quia obuia non ſunt apud Auctores, vel vbi fundentur in Scriptura non explicantur, ideò cum ſuis probationibus ea hìc exhibere volui, licèt de hiſce probationibus R. Iſaac prolixiorem ſermonem protrahat. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 111. col. 1. num. 96.

Quæres לאדם הראשון *Adamo primo homini* datane fuerint præcepta aliqua, & quænam ſint? Reſpondent Talmudiſtæ ibidem circa finem. Maximè

ר' יהודה אומר אדם הראשון לא נצטווה אלא על ע"ז בלבד שנ' (בראשית ב' : י"ו) ויצאו יהוה אלהים על האדם ר' יהודה בן בתירא אומר אף על ברכת השם ויש אומרים אף על הדינין :

R. Iudas dicit: Adamo primo homini nullum aliud præceptum datum fuit, niſi tantùm de fugienda Idololatria. (Geneſ. c. 2. 16.) Et præcepit Dominus Deus ſuper Adam. *R. Iudas Ben Betherà dicit: De non blaſphemando, ſed Deo benedicendo. Sunt, qui dicunt, etiam de Iudicijs ferendis datum ei fuiſſe præceptum.* Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 111. col. 1. num. 96. in fine.

de animali viuo non tollendo. R. חירקא Chirkà dicit: אף על הסירוס etiam de caſtratione, ſcilicet non facienda. R. Scimòn dicit: אף על הכישוף etiam de maleficio, incantatione. R. Iosè dicit: Quicquid dicitur in ſectione de maleficio, filius Noë admonetur (Deuteron. 18. v. 10.) *Non inueniatur in te, qui tranſire faciat filium ſuum, & filiam ſuam per ignem. Diuinans diuinationes, præſtigiator, & augur, & maleficus. Et incantans incantationem, & interrogans pythonem, & magus, & quærens à mortuis, quia abominatio Domini &c. & propter abominationes iſtas Dominus Deus tuus eijcit eas* (gentes) *à facie tua.* Et non puniuiſſet eas, niſi monuiſſet eas. R. Eleazar dicit: אף על הכלאים etiam de Chilaìm permixtione heterogenearum rerum inter ſe. Permiſſum quidem fuerat filijs Noë veſtimentum contextum *lana*, & lino, & agrum ſeminibus *diuerſarum* ſpecierum ſerere; ſed prohibitum fuit illis, diuerſa animalium genera ſimul iungere (ne tertiũ genus animalis enaſceretur) & arborum inſitio. Porrò R. Iochanàn ait: Quando Scriptura dicit (Geneſ. 2. ver. 16.) ויצו יהוה אלהים על האדם לאמר מכל עץ הגן אכל תאכל: *Et præcepit Dominus Deus ad hominem dicendo: Ex omni arbore horti comedendo comedes.* ויצו *Et præcepit*, iſta ſunt præcepta de Iudicijs. Et ſic ipſe dicit (Geneſ. 18. 19.) *Quoniam noui eum, propterea quòd præcipiet filijs ſuis &c. ad faciendum iuſtitiam, & iudicium.* יהוה *Dominus*, iſtud eſt præceptum de Benedictione Dei. Et ideò ipſe dicit (Leuit. 24. 16.) *Et maledicens nomen Domini morte morietur.* אלהים *Dij*, iſta eſt de Idololatria: nam ita dicitur (Deuter. 5. 7.) *Non erunt tibi Dij*

ſos gignat. Ergo prohibetur adhæſio vxori alterius, ſecundùm viam ordinariam, ne ſpurij gignantur, שלא כדרכה *non ſecundùm viam ſuam* (non prohibetur).

In Thoſaphòth, quòd aliquid ſit prohibitum Gentili, & non Hebræo, clariùs ita explicatur: *Eſtne aliquod* (inquiunt) *quod permittatur Iſraëlitis, & prohibeatur Gentilibus? Vtique, quia Iſraëlitis licitum eſt vti vxore non ſecundùm viam ſuam*; & ſecundùm hunc ſenſum intelligendus eſt locus in Cod. *Nedarim* cap. 2. de muliere illa, quæ coram Rabbi conqueſta eſt, dicendo: *Rabbi, paraui menſam meam marito meo, & ipſe eam inuertit. Dixit ei Rabbi: Filia mea, Lex ei id permittit. Sed nonne fuit, quòd ipſa ſupra, & maritus infra manebat? Si ſic, quid mali inde? Sed reuera eſt, quòd ipſe ea abutebatur non ſecundùm viam ordinariam* שמצערתה *quia dolore eam afficiebat, ſecundùm quod intelligitur etiam illud* (Geneſ. 31. 50.) Si תענה afflixeris filias meas, *id eſt non ſecundùm viam earum. Et alibi dicitur* (Geneſ. 34. v. 2.) וישכב אתה Et concubuit cum ea, *id eſt* כדרכה *ſecundùm viam ſuam*; ויענה & afflixit eam, שלא בדרכה *id eſt non ſecundùm viam ſuam. Sed difficile eſt illud, quod legitur in Ieuamòth cap. 3. de Er, & Onan, quòd mortui ſunt, quia operabantur contra morem. Ergo licitum non eſt. Reſpondetur, hoc non eſſe prohibitum, niſi illis, qui hanc viam continuò exercent, ne vxor concipiat, & pulchritudinem amittat; ſed ſi vſus viri vt plurimùm ſit ſecundùm viam ordinariam, & aliquando, &* באקראי מתאוה *per accidens ei appetitus excitetur* שלא כדרכה שרי *non ſecundùm viam ordinariam, licitum eſt*. Hactenus Thoſaphòth.

Fla-

Pagina 57. longè poſt principium. Tranſgreſſores præceptorum filiorum Noë an vltimo ſupplicio plecti debeant. Dicunt quidam -

על שלש מצות בן נח נהרג ; גש״ר סימן : על גילוי עריות ועל שפיכות דמים ועל ברכת השם :

Propter trium præceptorum (tranſgreſſionem) *occiditur filius Noë. Huius rei ſignum eſt* ג׳ש׳ר׳, *hoc eſt* גילוי עריות *Propter ſcortationem; propter effuſionem ſanguinis; & propter* רחמנא *Benedictionem Dei, hoc eſt propter blaſphemiam*.

Alij addunt ע״ז *Idololatriam*. Alij volunt Gentiles tranſgreſſores omnium iſtorum ſeptem præceptorum à Synedrio morte puniendos eſſe. Omnem enim poteſtatem ſupra Gentiles ſibi arrogant Talmudiſtæ.

Pagina 58. b. poſt medium. Permittunt Iſraelitis abuti vxoribus ſuis.

אמר ר׳ אלעזר אמר ר׳ חנינא בן נח שבא על אשתו שלא כדרכה חייב שנאמר (בראשית ב׳, כ״ד) ודבק באשתו ולא שלא כדרכה אמר רבא מי איכא מידי דישראל לא מיחייב וגוי מיחייב אלא אמר רבא בן נח שבא על אשת חבירו שלא כדרכה פטור מאי טעמא באשתו ולא כאשה חבירו ודבק ולא שלא כדרכה :

Dixit R. Eleazar, dixit R. Chaninà: Filius Noë, qui abutitur vxore extra viam ſuam, condemnandus eſt (reus eſt) *S. D.* (Geneſ. 2. 24.) Et adhærebit vxori ſuæ, *ſed non contra naturam. Dixit Rauà: Quid? Anne eſt aliquid, ob quod Iſraël reus non exiſtimetur, & Gentilis ſit condemnandus? Sed dixit Rauà: Filius Noë, qui ingreditur ad vxorem proximi ſui, ſed non ſecundùm viam* פטור *Patùr liber eſt* (id eſt reus non eſt, nullam committit culpam). *Quænam eſt ratio, quòd in vxore ſua ſit reus? Reſpondet: Quia dicitur* ודבק & adhærebit *vxori ſuæ*, ſcilicet ſecundùm viam ſuam, vt libe-

buſtus) [R. Salom. *Salamandra parua beſtiola eſt, quæ exit de clibano ignis ardentis per ſeptem annos; & qui vnctus eſt ſanguine illius, ignis nihil poteſt in illum. Et de Achaz inuenimus ſcriptum* (2. Reg. 16. 3.) Etiam filium ſuum traduxit per ignem, *nec inuenimus filium Achaz niſi Ezechiam.*]

Quod dicitur de ſanguine Salamandræ, fabula Rabbinica procul dubio eſt. De Salamandra vide, quæ dicta fuerunt Par. II. pag. 157. col. 2.

Ibidem ſtatim. Antiqui Hebræi nunquam ſeruierunt Idolis.

אמר רב יהודה אמר רב יודעין היו ישראל בע״ז שאין בה ממש ולא עבדו עבודה זרה אלא להתיר להם עריות בפרהסיא מתיב רב משרשיא (ירמיה י״ז ; ב׳ :) כזכר בניהם מזבחותם ואשריהם וגומר : אמר רבי אלעזר כאדם שיש לו גיעגועין על בנו כתר דאביקי ביה :

Dixit Ràu Iehudà, Dixit Ràu: Nouerunt vtique Iſraëlitæ, Idolum nihil eſſe; nec colebant Idola alia de cauſa, niſi vt ſibi publicè permitterentur ſcortationes. [R. Salom. *Quia appetitus prauus ſollicitauit eos ad venerea, dixerunt: Dirumpamus omne iugum Legis à nobis, & ita non poterunt nos reprehendere de luxuria, cùm abdicauerimus à nobis totam Legem: ſed genius idololatricus nunquam præualuit in eos.*] *Oppoſuit Ràu Meſciarſcià illud* (Ier. 17. 2.) Cùm recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum, & lucorum ſuorum &c. *Dixit R. Eleazar:* (Loquitur) *ſicut homo, qui recepit querelas de filio ſuo, tandem adhæret ei.* [R. Salomon *Sicut homo, qui audit querelas de filio ſuo, & quando recordatur, ſuſpirat; ſic intelligitur illud:* Cùm recordati fuerint filij eorum, *ſimile eſt recordationi ararum ſuarum, & lucrorum ſuorum.*

Idololatriam antiquorum Hebræorum pal-

Flagitia ſunt iſta manifeſta in Talmude doctrinaliter tradita, & à Commentatoribus clariùs explicata, & approbata, neque aliqua tergiuerſatione, ea excuſare, aut verborum pallio tegere aliquo modo poſſunt Hebræi. Cùm iſtis doctrinis imbuti, & edocti ſint Iudæi, quomodo ipſorum res gubernentur, & mores regantur, quilibet intelligere poterit.

Eadem pagina, & ibidem immediatè legitur in fauorem Iudæorum.

אמר ר׳ חנינא גוי שהכה את ישראל חייב מיתה שנ׳ (שמות ב׳ ; י״ב) ויפן כה וכה וירא כי אין איש ויך את המצרי ויטמנהו בחול :

Dixit Rabbì Chaninà: Gentilis (per quem intelligunt Chriſtianum) *qui percutit Iſraëlitam reus eſt mortis, S. D.* (Exod. 2. 12.) Et reſpexit huc & illuc, & vidit quòd non vir; & percuſſit Ægyptium, & abſcondit eum in arena.

Amplius dicit idem Chaninà *ibid.*

הסוטר לועו של ישראל כאלו סיטר לועו של שכינה שנאמ׳ (משלי כ׳ כ״ה) מוקש אדם ילע קודש :

Percutiens maxillam Iſraëlitæ, eſt ac ſi percuteret maxillam Maieſtatis Diuinæ, S. D. (Prou. 20. 25.) Laqueus eſt homini deglutire ſanctificatum.

Primo loco concitat Iudæos in Chriſtianos, exemplo Moſis, qui auctoritate priuata percuſſit Ægyptium. Et ſecundo loco inſlant ſuos execrandæ adulatione, æquiparantes Iudæos Diuinæ Maieſtati, ineptiſſima ex Prouerbijs adducta probatione.

Pagina 63. b. circa fin. Ezechias à patre ſuo traducitur per ignem.

Etiam Ezechiam Regem Iuda, quæſiuit pater eius traducere per ignem (in honorem Idoli) *ſed mater eius vnxit eum Salamandræ ſanguine* (& non eſt com-

peccato cumulandum non eſt, cùm cultum vanum,& ſi in deriſum, aut contemptum, Idolo præſtandum non eſſe doceant Talmudiſtæ hac eadem pagina immediatè poſt relatam narratiunculam, aliam eiuſdem argumenti narrantes hoc pacto, ת״ר מעשה בסבטא בן אלס וכו׳ *Tradiderunt Magiſtri: Hiſtoria de quodam Sabatâ* (eſt nomen Iudæi) *de Elàs* (eſt nomen loci), qui cuidam mulieri gentili aſinum ſuum locauerat. Ambo cùm peruenissent ad Fanum Peòr, dixit illa mulier: *Expecta hic, donec ingrediar illùc, & exeam*. Poſtquam exierat, dixit mulieri (ille Iudæus): *Etiam tu expecta me, donec ingrediar, & exeam*. Dixit ei mulier illa: *Et nonne tu es Iudæus? Dixit ei: Et quid tibi eſt curæ? Quid tua intereſt?* Ingreſſus eſt, denudauit ſe in faciem eius, & naſo (Idoli) abſterſit podicem. Sacerdotes Idoli, hoc videntes laudauerunt hominem, dixeruntque numquam ſe vidiſſe aliquem, qui tam ritè, & rectè Idolum coluerit. [R. Salomon: *Quamuis id fecerit in contemptum, nihilominus tenetur offerre Sacrificium pro ignorantia; quòd ſi putat ſibi hoc licuiſſe; reus eſt mortis*]. Non ſunt igitur, neque per contemptum, ceremoniæ Idololatriæ exercendæ; & qui talia agunt, non eximuntur ab Idololatria, ſicut ab hoc flagitio eximi non poſſunt priſci illi Hebræi, qui ſimulatè, vt volunt Talmudiſtæ, Idololatriam perpetrarunt. Priorem Hiſtoriam habes etiam in *En Iſraël* Parte II. pag. 112. col. 2. num. 102. in fine.

Ibidem paulò poſt ex Miſcnà num. 7. extra Ghemarà. De cultu Idololatrico non perfectè completo, Tanaitarum ſententia.

palliant luxuria, ſed vtramque omni velo denudatam in ſcenam adducit Scriptura: *Altaria tua deſtruxerunt* (1. Reg. 19. 10.) notatur Idololatria populi Iudaici. *Et ſub omni ligno frondoſo* (Ier. 2. 20.) *luxuria eiuſdem populi in propatulo ponitur*. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 112. col. 1. num. 102 in fine.

Quòd omne ſcelus Idololatriæ commiſerint antiqui Hebræi auctoritate eiuſdem Talmudis probo, & Raù Iudæ ſententiam eidem Raù Iudæ oppono. Pag. 64. immediatè ſequenti circa medium refert Ràu Iudas quandam hiſtoriam relatam à Ràu, de muliere gentili grauiter ægrotante. Hæc ſi ſanitati reſtituta fuiſſet, cultum omnibus Idolis, quæ ſunt in mundo, ſe exhibituram promiſit. Sanitatem recuperauit, & omnia Idola colere cæpit. Cùm perueniſſet ad Fanum Peòr, petijt à Sacerdotibus, quo ritu colendum eſſet Idolum. Reſponderunt אוכלין תרדין ושותין שכר ומתריזין בפניו׃ *Manducant betas, & bibunt ſiceram, & pedunt atque egerunt in faciem eius*. [R. Salomon. *Betæ ſoluunt aluum, ſicut & ſicera noua muſtum*. *Dixit* (mulier): *Satiùs eſt mihi redire ad priſtinam infirmitatem, quàm tam turpi cultu Idolum colere*. אתם בית ישראל אינן כן (במדבר כה׳: ה) הנצמדים לבעל פעור׃ *Vos autem domus Iſraël non ſic* (feciſtis): nam illi (Num. 25. ver. 5.) *ſe coniunxerunt ipſi Baal Peor*. Ergo ex confeſſione ipſiuſmet Ràu Iudæ, priſci illi Hebræi reuera Idola coluerunt, quia propter idololatriã Baal Peòr occiſa ſunt 24. millia hominum, loco nuper citato, ver. 9. Neque dicendum, ſimulatè id feciſſe, vt liceret ſibi ſcortationem, omneque luxuriæ genus exercere publicè, & impunè. Quia peccatum

lech) פטור *Pàtur* liber eſt; *quia dicitur* (Leuit. 18. v. 21.) De ſemine tuo. *& non dicit totum ſemen tuum*. Quaſi puniendа ſint minora delicta & non maiora; & ſuſpendendus ſit fur, qui partem theſauri ſurripuit, & abſoluendus ſit latro, qui totum theſaurum prædatus eſt.

Pagina 65. b. longè poſt medium. Sine aliqua difficultate creatio conceditur creaturis, & præcipuè Rabbinis iuſtis, & perfectis.

אמר רבא אי בעו צדיקי ברו עלמא שנאמ׳ (ישעיה נ״ט ׃ ב׳ ׃) כי עונותיכם היו מבדילים ביניכם לבין אלהיכם ׃ רבא ברא גברא שדריה לקמיה דר׳ זירא הוה קא משתעי בהדיה ולא הוה קא מהדר ליה א״ל מן חבריא את הדר לעפריך ׃ רב חנינא ורב אושעיא הוו יתבי כל מעלי שבתא ועסקי בספר יצרה ומיברו להו עיגלא תילתא ואכלי ליה ׃

Dixit Rauà: Si vellent iuſti, crearent mundum, S. D. (Iſaia 59. v. 2.) Quoniam iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & inter Deum veſtrum. *Rauà creauit hominem* [R. Sal. *mediante libro* יצירה *Ietzirà, qui docet combinare literas nominis Dei,*] *quem miſit coram R. Zirà, qui locutus eſt cum eo, ipſe autem nihil reſpondit,* [R. Salom. *Quia non habebat loquelam*]. *Dixit ei* (R. Zirà): *De Chabarià es ne tu?* ([R. Salom. *De ijs, qui formati ſunt per viam magicam, es ne tu?*] *Reuertere in puluerem tuum. Rau Chaninà, & Rau Oſciaaià qualibet veſpera Sabbathi ſedebant, & ad ſtudium libri* יצירה *Ietzirà incumbebant, ac ſibi creauerunt tres vitulos* (vel vitulum triennem). [R. Salom. *magnum, veluti illum, qui ad triennium pertingit.*

An à Deo tribui poſſit creaturis virtus creandi res, ſine aliquo præexiſtente ſubiecto, diſputant noſtri Theologi, ne-

הנותן מזרעו למולך אינו חייב עד שימסור למולך ויעביר באש מסר למולך ולא העביר באש העביר באש ולא מסר למולך אינו חייב עד שימסור למולך ויעביר באש ׃

Qui dederit de ſemine ſuo ipſi Mòlech, non tenetur, donec tradat Mòlech. & traducat per ignem. Si verò dat Mòlech, & non traducit per ignem; vel traducit per ignem & non dat Mòlech; non eſt reus, donec vtrumq; fecerit, hoc eſt tradat ipſi Mòlech, & traducat per ignem.

Poſſet dubitari, an damnandum ſit hoc dictum Miſcnicum in ſemipleno cultu Idololatriæ quoad pœnam corporalem infligendam à Iudicibus, quia cultus Idololatricus non videtur omninò conſummatus. At quia Lex vtramque partem huius cultus damnat ſub pœna mortis, dicente Leuit. 20. 2. *Qui dederit de ſemine ſuo ipſi Mòlech* מות יומת *moriendo morietur, populus terræ lapident eum* באבן *lapide;* nihil addendo de traductione per ignem: dicendum eſt, huiuſmodi delictū eſſe completum ſolùm per traditionē de ſemine ſuo ſine alia traductione per ignem. Traductio autem per ignem erat quædam ſuperſtitionis ſpecies à quacumque alia diſtincta, quas omnes habes in libro Deut. cap. 18. 10. diligenter deſcriptas, quamuis Talmudiſtę hic velint vtramque actionem, traditionem videlicet, & traductionem ſpectare ad eandem functionem, & ritum Idololatricum. Sed multò peiùs eſt id, quod docent eadem verſa pagina 64. longè poſt principium: nam ibidem -

אמר רב אחא בריה דרבא העביר כל זרעו פטור שנ׳ (ויקרא כ׳ ׃ ב׳) ומזרעך ולא כל זרעך ׃

Dixit Ràu Achà Bar Rauà: Qui tranſire facit totum ſemen ſuum (Idolo Mo-

תֿל שם לימד על מקלל אביו ואמו שאינו חייב עד שיקללם בשם :

Nam eſt traditio R. Menachem Ben R. Ioſè. Dicitur (Leuit. 24. 16.) *de eo qui dum maledicit nuncupat* Nomen יהוה Domini, morietur. *Quid ſibi vult nomen? Docet, quòd qui maledicit patrem ſuum, & matrem ſuam, non ſit reus, donec maledixerit eis nomine* יהוה *Domini*.

Impia explicatio loci Scripturæ, vt per eam porta aperiatur maledictionibus, & imprecationibus filiorum contra parentes. Non ponitur nomen Domini loco citato, vt regula ſit: Quòd vbicumque Dei nomen non pronunciatur, maledictio nulla ſit; nec vllis pœnis punienda; ſed ibi ponitur Dei nomen, quia nominatim prohibetur. Ne quis audeat ſub pœna mortis maledicere Deo, idcircò Leuit. 24. ver. 16. ונקב שם יהוה מות יומת *& nuncupans* (balſphemando) *nomen Domini morte moriatur*. Eadem morte puniri vult, qui patri & matri ſuæ maledixerit, Leuit. 20. ver. 9.

כי איש איש אשר יקלל את אביו ואת אמו מות יומת :
Quicumque maledixerit patri ſuo, & matri ſuæ, moriendo morietur. Sine vlla limitatione promulgatur Lex de non maledicendo patri, & matri; & temerarius iſte Rabbinus Menachem vult illam reſtringere, eamque deludere, nihilque eſſe, niſi in ea abſolutum Dei nomen nominetur, priorem Legem corrigendo. Et mirum eſt, quomodo Rabbènu Hakkadòſc hanc correctionem, ſeù potiùs legis deprauationem in ſuo Syntagmate annotare voluerit, eamque approbare auctoritate חכמים *Chachamìm Sapientium*. Nullus tamen ex his Sapientibus adinueniri potuit à Sapientibus

Ghe-

neque noſtrum eſt de hac re diſſerere, cùm limites noſtros excedat. Aduertimus tamen hanc, quam Rabbini dicunt facultatem creandi, non eſſe veram creationem, quod patet in homine magica arte efformato à Rauà, qui licèt ambularet, & coram R. Zirà ſtaret, tamen loquelam non habuit, quamuis illam potuiſſet habere. Dæmones enim applicando actiua paſſiuis, mira efficere poſſe, & voces humanas efformare non negarim, ſed diù conſiſtere huiuſmodi fantaſtica corpora non crediderim; recedente enim Dæmone, qui per ſuam aſſiſtentiam eadem conſeruat, ſtatim in puluerem rediguntur; quod & cognouit R. Zira. Idipſum dicendum eſt de Vitulis, ſeù Vitulo trienni eadem arte magica effecto, & à prædictis Rabbinis deuorato. Quæ omnia apparenter fuerunt effecta, & non realiter.

Pagina 66. ex Miſcnà huius cap. extra Ghemaram num. 8. Maledicens Patri & Matri, quomodo liber, & immunis ſit à pœna.

המקלל אביו ואמו אינו חייב עד שקללם בשם קללם בכינוי רבי מאיר מחייב וחכמים פוטרין :

Qui maledicit patri ſuo, & matri ſuæ, reus non eſt, donec maledixerit eis per nomen. [R. Salom. *per nomen, id eſt quòd maledicat per nomina* המפורש *abſoluta*] *ſi autem maledixerit per attributa* [R. Sal. *per attributa puta per* שדי *omnipotentem*, צבאות *Sabaòth Deum exercituum*, חנון *pium* רחום *miſericordem*]. *R. Meir condemnat, & ſapientes abſoluunt*.

Ghemarà quærit: Quinam ſint iſti Sapientes? Reſpondet eſſe R. Menachem Ben R. Ioſè.

דתניא רבי מנחם בר׳ יוסי אומר בנקבו שם יומת מה

lumna 1. numero 106. In fine.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 5. *Sanhedrin* cap. 8. *Ben Sorèr Vmorè*.

Pagina 69. b. circa medium *Salomon octo annorum ætatis genuit filium. Abraham maior Nachòr Vno anno fuit; Nachòr maior Charàn Vno anno fuit. Iſcà eſt Sara. Scem maior Cham Vno anno fuit. Cham maior Iaphet vno anno fuit*. Parum ad rem iſta referunt. Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 113. columna 4. num. 108.

Pagina 70. circa med. De Noe ebrio quid dicant Talmudiſtæ, factum eſſe.

Noë ebrius nudatus in Tabernaculo Cham nunciauit duobus fratribus ſuis foras &c. Gen. 9. 22. *Euigilans autem Noë, cùm didiciſſet, quæ fecerat ei filius eius minor &c.* Ibidem.

רב ושמואל חד אמר סרסו וחד אמר רבעו מאן דאמר סרסו מתוך שקלקלו ברביעי קללו ברביעי ומאן דאמר רבעו גמר וירא וירא כתיב הכא וירא חם אבי כנען את ערות אביו וכתיב התם וירא אותה שכם בן חמור וגו׳ :

Ràu & Samuel (diſcordant) *Alter dicit: Caſtrauit eum, & alter dicit, ſubegit eum. Qui dicit caſtrauit eum, eò quòd deſtruxit eum in quarto* [R. Salom *Quia impediuit eum ne quartum filium gigneret, ideò*] *maledixit eum in quarto.* [R. Sal. *Quia Cham quatuor filios habuit* (Geneſi 10 num. 6.) Chus, Mitzràim, Put, & Chenàan. (Maledictus in quarto quia dicitur (Ibidem cap. 9. 25.) Maledictus Chenàan &c.) *Sed qui dicit: Subegit eum vnde hoc? Quia dicitur & vidit:* Et vidit Cham pater Chenàan &c. Geneſ. 9. num. 22.) *& alibi dicitur* Gene. 34. num 2.) Et vidit eam (Dinàh) Scechem filius Chamòr &c. & concubuit cum ea.

Ghemaræ niſi tantùm hic nebulo, & impius Menachem.

Pagina 67. De maleficis, & maleficijs agitur, & quomodo per incantationem poſſint fieri mirabilia. Vbi de magis Pharaonis, & illorum præſtigijs multa, alijſque metamorphoſibus hominum in beſtias à Iudæorum incantatricibus apparenter effictis.

Ibidem verſa pagina in fine. Vna rana totam terram Ægypti ranis replet Exod. 8. ver. 6. ותעל הצפרדע *Et aſcendit rana, & operuit terram AEgypti* [Dixit R. Eleazar: Rana vna fuit, quæ השריצה fœtificauit, & repleuit totam terram Ægypti כתנאי ſecundùm Doctores Tanaitas. R. Akiba dicit: Rana vna fuit, & impleuit totam terram Ægypti. Dixit ei R. Eliezer Ben Azariàh: O' Akiba quid tibi apud totam הגדה Hagadàh. (quaſi dicat: In tota Hagadàh eloquio myſtico nihil tale legitur) מדברותיך *à verbis tuis ceſſa* [*R. Salom.*] *Ito ad Vtiliores, & grauiores tractatus. Vti ſunt* נגעים *Neghaijm*, & אהלות *Aholòth de plagis, & Tabernaculis. Ego autem tibi dabo pulchriorem ſenſum* צפרדע אחת הייתה שרקה להם והם באו : *Rana Vna fuit, & coaxauit eis, item Et ipſæ Venerunt* [R. Sal. *Coaxauit, & ſuas coaxationes audiuerunt omnes Ranæ, quæ erant in mundo, & Venerunt ad eam*].

Ridiculæ expoſitiones, Non animaduertunt Talmudiſtæ paulò ſupra, Deum dixiſſe Moſi: *Extende manum tuam Virga tua ſuper flumina, ſuper riuos, & ſuper paludes, & aſcendere fac* את הצפרדעים *Ranas*. Sed hærent illi voci: *Et aſcendit* הצפרדע *Rana*, neſcientes diſtinguere inter ſpeciem, & indiuidua. Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 113. co-

ſic Domino Deo veſtro, [R. Salomon. *Et quantò magis hoc continget ſi ſit in Ciuitate Pentateuchus* (Moſis) *vel Prophetarum liber, vbi ſit ſcriptum Diuinum nomen?*]

Laudanda eſt reuerentia, quæ Dei nomini exhibetur, dummodo ſine ſuperſtitione id fiat, & contra Legem à Deo ſtatutam non ſit materialis tantummodo nominis Dei Rabbinorum ſcriptio. Si enim ob librum Legis, vel Prophetarum, aut etiam ob vnicam pergameni particulam in calamo arundinaceo incluſam, in qua Dei nomen inſcriptum ſit non poſſit adigi, impelli, execrari, & declarari hæretica Deo rebellis Ciuitas, fruſtatoria eſſet Lex Diuina, quæ hoc præcipit (Deuter. 13. ver. 16.) Pro re igitur parui momenti irritam faciunt Dei Legem Talmudiſtę. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 114. col. 3. num. 112.

Ord. IV. *Nezikìn*, Cod. 5. *Sanhedrìn*, cap. 9. *Hanniſraphìn*.

Pagina 82. b. circa medium. Quædam obſcœniſſima de viro illo, qui ingreſſus eſt ad mulierem Madianitidem, dicuntur, quæ cùm Talmudiſtas ſcribere non puduerint, neque tu verecunde Lector, offenderis, ſi ea occaſione inſtitutæ Talmudicæ cenſuræ, vtraque lingua breuiter explicauero.

אמר רב נחמן אמר רב מאי דכתיב (משלי ל׳ : לא׳) זרזיר מתנים או תייש מלך אלקום עמו : ארבע מאות ועשרים וארבע בעילות בעל אותו רשע אותו היום והמתין פנחס לו עד שתשש כחו והוא אינו יודע שמלך אלקום עמו : במתניתה תנא ששים עד שנעשה כביצת המוזרת והיא היתה כערוגה מלאת מים אמר רב כהנא ומושבה בית סאת תני רב יוסף קבר שלה אמה :

Dixit Ràu Nachmàn, dixit Ràu: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Prou. 30. ver. 31.) Accinctus lumbos, vel hircus: Et

ea. *Benè quidem ſecundùm qui dicit: Caſtrauit eum, quia maledixit eum in quarto; ſed ſecundùm illum, qui dicit: Subegit eum, quid quæſo ad quartum maledixit eum? Simul hoc, & hoc fecit ei. Vtrumque ſcelus commiſit in eum.*

Infame commentum, fundatum ſuper maledictionem quarti filij Cham, & ſuper voculam vnam וירא *Vaijàr & vidit*, quæ cùm de Sichem dicatur וירא *& vidit*, & ſubiungatur, *& concubuit cum ea*, volunt & Cham idipſum feciſſe cum patre (quod horreſcit animus excogitare) quia וירא *& vidit* ibidem habeatur. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 114. col. 1. num. 109.

Eadem pagina 70. in fine, & verſa pagina in principio. Diſputatur de arbore Adamo vetita, quænam fuerit, nam alij volunt fuiſſe vitem viniferam; alij triticum; alij arborem fici. Probationes ibidem videndæ ſunt, ſicut & in *En Iſraël* loco nuper citato in fine numeri 109.

Pagina 71. longè poſt med. Quænã reuerentia exhibenda eſt Dei nomini.

תניא רבי אליעזר אומר כל עיר שיש בה אפילו מזוזה אחת אינה נעשה עיר הנדחת מאי טעמא אמר קרא (דברים יג׳ : יו׳) ואת כל שללה תקבוץ אל תוך רחבה ושרפת באש וכיון דאי איכא מזוזה לא איפשר דכתיב (שם יב׳ : ד׳) לא תעשון כן ליהוה אלהיכם :

Tanià eſt Traditio: R. Elièzer dicit: Nulla Ciuitas, in qua ſit vel vna tantùm Mezuzà ſchedula oſtiaria, poteſt fieri Ciuitas execranda, ſeù impulſa, & hæretica. Quænam eſt ratio? Quia dicit Scriptura (Deuter. 13. ver. 16.) Et omne ſpolium eius congregabis in medium plateæ eius, & combures igni. *Et ſi ibi fuerit Mezuzà non poteſt fieri, quia ſcriptum eſt* (Ibidem cap. 12. ver. 4.) Non facietis

חלק *Chelek*, & pro vndecimo, & vltimo ponitur præſens caput.

Pagina 85.b. propè principium in Miſcnà numero 1. Permittitur percuti parentes ſed ſine liuore.

המכה אביו ואמו אינו חייב עד שיעשה בהן חבורה זה חומר במקלל מבמכה שהמקלל לאחר מיתה חייב והמכה לאחר מיתה פטור :

Qui percutit patrem ſuum, vel matrem ſuam non tenetur (reus non eſt) *donec fecerit in eis liuorem. Id quod eſt in maledicente grauiùs eſt eo, quod eſt in percutiente. Quia qui maledicit reus eſt, etiam ſi poſt mortem alicui maledicat. Qui autem percutit aliquem poſt mortem, liber eſt.* [R. Salom. *Quia poſt mortem in cadauere fieri non poteſt liuor.*]

Hæc Miſcnà, quo ad illud Exod. cap. 21. ver. 15. *Qui percuſſerit patrem ſuum, vel matrem ſuam, moriendo morietur*, gloſſando addit: *Si liuorem eis fecerit*, eſt impia, & ſacrilega; quaſi reus non ſit ille, qui animo percutiendi percuſſerit parentes, nec liuorem impreſſerit. Sed quorſum hæc dicuntur? Videtur potiùs ex his inuitari homines ad crimen, quàm dehortari à flagitio. Vnde gloſſarium iſtud Miſcnicum omninò damnandum eſt.

Pagina 88. b. circa finem in Miſcnà extra Talmùd num. 3. Qui contradicit verbis Legis liber eſt, qui verò contradicit verbis Talmudis, ſeù Sapientum, reus eſt quia -

חומר בדברי סופרים מדברי תורה האומר אין תפילין כדי לעבור על דברי תורה פטור חמשה טוטפות להוסיף על דברי סופרים חייב :

Maius eſt pondus in verbis Scribarum, quàm ſit in verbis Legis. Qui dicit: Non ſunt Thephillin, vt transgrediatur Legem, liber eſt. Qui verò dicit: Sunt quinque

 que

Et Rex Alkùm cum eo. 424. *vicibus rē habuit iſte ſceleſtus illa die.* Et expectauit Phinees illum, donec debilitaretur vis eius, non enim ipſe ſciebat, qòud Rex Alkum eſſet cum eo. [R. Salom. רדיר *Per Ghematriam numerum conſtituit* 424. Item מתנים *lumbos, eſt phraſis expectationis. Vel* תיש *à debilitatione, quòd debilitaretur robur ſuum,* אלקום *Alkum cum eo,* quòd omnis locus ſuus eſt, & Phinees non ſciebat, quòd Dei Sancti benedicti nomen eſſet Rex Alkum cum eo, quia non fuiſſet neceſſe expectare, quòd debilitaretur virtus eius. Et mihi videtur, quòd dictio אלקום Alkum ſit Arabica, quia omnes illorum dictiones ferè ſemper incipiunt per אל *Al.*] In Miſcnà eſt traditio, quòd ſexageſies (reiterauerit actus) donec facti ſunt teſticuli eius ſicut oua putrida propter multitudinem coitionum. Et ipſa facta eſt tamquam ſulcus plenus aqua. Dixit Ràu Cohanà: Locus ſeſſionis ſuæ factus eſt veluti Seàh (eſt menſuræ ſpecies). Tradit Ràu Ioſeph: Sepulchrum ſuum [R. Salom. *apertura vuluæ eius*] vnius cubiti.

Poſſetne obſcœniùs explicari factum illud damnatum à Scriptura Numer. 25. quod Phinees vltus eſt, vtrumque virum, & mulierem lancea transuerberando in loco pudoris, & cohibita eſt plaga à filijs Iſraël, cùm iam in ea mortui fuiſſent 24000. hominum, propterea quòd initiati fuiſſent Baal Peòr. Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 115. col. 3. num. 119.

Ord. IV. *Nezikin* Cod. 5. *Sanhedrin* cap. 10. *E'lu hen hannechenakin.*

In Miſcnà iſta duo vltima capita tranſponuntur. Pro 10. ponitur caput

Ord IV. *Nezikin* Cod. 5. *Sanhedrin* Cap. 11. Et vlt. *Chèlech*

Pagina 90. b. Agitur de reſurrectione mortuorum, & nituntur eam probare ex Lege, Prophetis, & Hagiographis. Et reſpondetur quibuſdam interrogationibus à Gentilibus factis contra eandem.

Pagina 91. circa medium. Coram Alexandro Magno inſtituitur diſceptatio inter Gheuià Ben Paſſiſà, & Africanos, qui à Iudæis repetebant terram Chananæorum ipſis debitam, vt potè olim à patribus ſuis poſſeſſam. Alijs diſputationibus eiuſdem Gheuià cum Ægyptijs, Iſmaelitis, & filijs Ceturę, de quibus inquit Scriptura (Gen. 25. ver. 5.) *dedit eis Abraham* מתנות *munera*. Quęritur hìc: מאי מתנות *Quid ſint munera?*

אמר רבי ירמיה בר אבא מלמד שמסר להם שם טומאה: *Dixit R. Ieremias Bar Abbà: Docet quòd tradiderit eis nomen immundum.* (Toſaphòth: Nomen immundum eſt כשוף ומעשה שדים *ars magica, & Dæmonum opera*) Vide. Par. I. pag 701. in Gheuià Ben Peſſiſsà, vbi huiuſmodi diſputationes Hebraicè, & Latinè prolixè referuntur. Et *En Iſraël* Parte II. pag. 118. col. 1. num. 129. & 130.

Ibidem prope fin. Quomodo corpus, & anima nulla tergiuerſatione poſſunt ſe ipſos excuſare à Iudicio. Reſpondetur Antonino à Rabbì, allato quodam exemplo, quod reperies ſuprà Parte II. pag. 148. col. 2. Et in *En Iſraël* Par. II. pag. 118. col. 2. num. 131.

Pagina 93. & ſequentibus hinc inde ſparſim multa de Meſſia dicuntur, quæ in Diſſertatione de Meſſia Iudæorum adducentur.

Pagina 95. poſt medium. Narratur Hi-

que Totaphòth (cùm tamen ſint quatuor) *vt addat ſuper Verba Scribarum reus eſt.*

Non in vno loco Talmudis præferunt mandata Rabbinorum mandatis, & præceptis Legis; quamplurima videnda ſunt ſuprà hinc inde ſparſim.

Pagina 90. paulò poſt medium. Aliquid ſimile impiè docetur -

אמר ר׳ אבהו אמר רבי יוחנן בכל אם יאמר לך נביא עבור על דברי תורה שמע לו חוץ מע״ז שאפילו מעמיד לך חמה באמצע הרקיע אל תשמע לו: תניא רבי יוסי הגלילי אומר הגיעה תורה לסוף דעתה של ע״ז לפיכך נתנה תורה ממשלה בה שאפילו מעמיד לך חמה באמצע הרקיע אל תשמע לו: תניא אמר רבי עקיבא חס ושלום שהקב״ה מעמיד חמה לעוברי רצונו אלא כגון חנניא בן עזור שמתחילתו נביא אמת ולבסוף נביא שקר:

Dixit R. Auàhau, dixit R. Iochanan: In omnibus ſi dixerit tibi Propheta: Tranſgredere Verba Legis audi eum, præterquam in Idololatria. Et quamuis huiuſmodi Propheta conſiſteret Solẽ in medio firmamenti, ne audias illum. Eſt traditio: R. Iosè Galilæus dicit; Pertigerat Lex ad finem opinionis Idololatriæ, ideò Lex data fuit, Vt præualeret Idololatriæ. Sol conſiſtet tibi in medio firmamenti, ne audias eum. Eſt traditio: Dixit R. Akibà; Abſit, quòd Deus Sanctus Benedictus ſtare faciat Solem pro tranſgreſſoribus Voluntatis ſuæ, ſed eſt ac ſi diceret de Chananià Ben עזור *Azùr, qui in principio fuit Propheta Veritatis, & in fine fuit Propheta falſitatis.*

Immò in nullo, quod ſit contra Legẽ, audiendus eſt Propheta. Sic Paulus Apoſtolus: *Licet Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus, anathema ſit.* (Ad Galat. cap. 1. verſiculò 8.

contundentium nucleos dactylorum. Dixit eis: Afferte mihi nouaculam. Contunde vnum ex his dactylorum nucleis, & dabimus tibi (nouaculam). *Contundit vnum ex illis dactylorum nucleis, & dederunt illi nouaculam, donec nox ſuperueniret. Dixit ei: Affer mihi ignem. Abijt, & ignem attulit. Dum in eum ſufflauit, accenditur ignis, & combuſſit barbam eius. Iuit, totondit caput, & barbam eius. Dixit: Hoc eſt, quod ſcriptum eſt* (Ibidem) Et etiam barbam conſumet.

In expoſitione locorum Sacræ Scripturæ vt plurimum delirant Talmudiſtæ. Quænam maior deliratio inueniri poteſt, quàm Deum facere barbitonſorem? Volentes literaliter intelligere, & explanare Scripturam, præſertim Prophetas, in hæc præiudicia dilabuntur Talmudiſtæ, non intelligentes, quæ à Paulo Apoſtolo prædicatur: *Littera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.* 2. Cor. 3. 6. Locus præcitatus Iſaiæ intelligendus eſt figuratè, vt intelligunt, & explicant recentiores Rabbini cum R. Salomone ad prædictum locum Iſaię 7. 20. vbi pro raſura intelligit ההריגה *occiſionem*; pro nouacula magna intelligit gladium; pro capite Regem; pro pedibus Miniſtros; & pro barba Principes. Adiungit tamen expoſitionem antiquorum ex hoc loco חלק quòd propriè barba fuerit vſtulata; & pro barba intelligi barbam Sancheriù, iuxta antiquorum intellectum. Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 123. columna 1. numero 158.

In eodem *Maamàr*. Quot viri relicti fuerint de exercitu Sancheriù, quem numeroſiſſimum conſtituunt 4500. filiorum Regum, 8000. virorum fortium te-

Hiſtoria Dauid cum ישבי בנוב *Iſcbibenòb* quam per extenſum reperies in Parte II. pag. 179. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 122. col. 2. num. 154.

Pagina 95. b. propè finem Deus officium barbitonſoris exercet, & barbam Sancheriù radit.

אמר ר׳ אבהו אלמלא מקרא כתוב אי אפשר לאמרו דכתיב (ישעיה ז׳ : כ׳) ביום ההוא יגלח ארני בתער השכירה בעברי נהר המלך אשור את הראש ושער הרגלים וגם את הזקן תספה : אתא קודש׳ בריך הוא ואדמי ליה כגברא סבא א״ל כי אזלת לגבי מלכי מזרח ומערב דאיית תיכה לבנייהו מאי אמרת להו אמר להו ההוא גברא בההוא פחדא נמי יתיב א״ל היכי נעביד א״ל זיל ושני נפשך במאי אישני א״ל זיל אייתי לי מספרא ואיגזייך מהיכא אייתי אמר ליה על לההוא ביתא אייתי אזל אשכחינהו אתו מלאכי השרת ואידמו ליה כגברי והוו קא טחני קשייתא אל״הבו לי מספרא טחן חד גריוא קשייתא וניתן לך טחן חד גריוא דקשייתא והבו ליה מספרתא עד ראתא איחשך א״ל זיל אייתי נורא אזל ואייתי נורא בהרי דקא נפח ליה אתלי בית נורא בדיקניה אזל גזייה לרישיה ודיקניה אמר היינו דכתיב (שם) וגם את הזקן תספה :

Dixit R. Auàhu: Niſi ſcriptum fuiſſet dici non poſſet, quòd ſcriptum eſt (Iſaia 6. 20.) In die illa radet Dominus nouacula magna trans flumen Regem Aſſur, caput, & pilos pedum; & etiam barbam conſumet. *Venit Deus Sanctus benedictus in figura hominis ſenis, dixit ei: Quando veniſti coram Regibus Orientalibus, & Occidentalibus; vt adducerent filios ſuos tibi, quid dixiſti eis? Dixit ei: Ille vir in eo timore adhuc ſtat. Dixit ei: Quomodo faciemus? Dixit ei: Ito transfer perſonam tuam: & in quam commutabo me? Dixit ei: Vade affer mihi nouaculam, & radam te. Vnde afferam? Dixit ei: Aſcende in domum illam, & affer. Abijt, inuenit eos. Venerunt Angeli miniſterij, qui facti ſunt ſimiles hominum*

tur ; vt alibi prolixè dixi. Vide Parte I. pagina 536. & 537. & *En Iſraèl* Parte II. pagina 127. col. 4. num. 178. circa medium.

Eadem pagina 100. b. longè poſt principium. Prohibetur lectio librorum Chriſtianorum. Nam prohibetur lectio בספרי מינין *librorum Hæreticorum*, vbi Gloſſa *Thoſaphòth* מינין גלחים *Hæreticorum*, *id eſt Monachorum*, ſeu *Raſorum*, nempè eorum, qui raſuram in capite gerunt, veluti ſunt omnes Sacerdotes Chriſtiani. De libris prohibitis apud Hebræos vide Parte I. pagina 501. *Et En Iſraèl* Parte II. pag. 125. num. 181.

Ibidem circa medium. De hominum barba huiuſmodi iudicium fertur – ולדקן קירטמן עבדקן סכסן: *Qui habet raram barbam, callidus eſt, qui denſam, ſtultus*: Et מאן דאית ליה מכרתא בדיקניה כולי עלמא לא יכלי ליה *Qui habet diuiſionem in barba* (nimirum qui habet barbam biſurcatam) *totus mundus non præualet ei*. Hanc barbæ formam habuiſſe Chriſtum docent nonnulli.

Ibidem ante finem. אל תצר צרת מחר כי לא תדע ילד יום: *Neſerues æmulam in craſtinum, quia neſcis, quid pariat dies*.

Idem ferè legitur apud Matth. cap. 6. 34. *Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum*. Eadem reperies in *En Iſraèl* Par. II. pag. 128. col. 2. & 3. num. 181.

In principio huius capitis חלק *Chèlek* determinatur, quòd vniuerſi Iſraëlitæ habeant portionem in ſeculo futuro. Sunt tamen nonnulli excluſi à futuri ſeculi participatione, videlicet: Tres Reges, & quatuor priuatæ perſonæ. Reges ſunt, Ieroboam, Achab, & Manaſſe: priuatæ perſonæ ſunt; Balaam, Doëgh, Achitophel, & Giezi. De his

nentium lanceas; & 6000. tenentium gladium. Reliqui erant equites. Ita venerunt contra Abrahamum, & eodem modo venient in futurum cum Gogh & Magogh.

Pagina 96. b. Venit Nebuzaradan contra Ieruſalem, ſecum ducebat 300. mulas ſecuribus oneratas, quibus ferrum cedebat, & omnes deglutitæ ſunt ab vnica porta Ieruſalem. Venit ad Templum ſuppoſuit ignem, ſed Templum aſcendit. [R. Salom. *Voluit aſcendere in Cælum, ſed Angeli conculcauerunt illud, & deſcendere fecerunt*]: *Nam dicitur* (Thr. 1. 15.) *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iudæ*. Intumuit illius animus, exijt vox, dixitque ei: עמא קטילא קטלת היכלא קילא קלית קימחא טחינא טחינית: *Populum occiſum occidiſti: Templum combuſtum combuſſiſti: Farinam molitam moliſti* [R. Salom. *quia iam decreta ſunt iſta, & ita à Deo ſunt facta*]. Vidit ſanguinem Zachariæ ebullientem &c. De eo, & de alijs ſupra narratis vide Parte II. pag. 813.

Pagina 97. Aſſignantur quamplurima ſigna aduentus Meſſiæ, vbi in fine eſt traditio דבי אליהו *de Be Eliàu*, de ſex millibus annorum, quibus duraturus eſt mundus, & de vltimis duobus mille annis ימות המשיח *dierum Meſſiæ*. De quibus ſatis egimus in Parte I. pagina 168. col. 2. & ſeqq. Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 123. col. 2. num. 164. & ſeqq.

Pagina 100. circa mediũ. R. Iochanàn ponit oculos ſuos malignos ſuper diſcipulum quendam, qui deridebat verba Magiſtri dicentis: In futurum, tempore Meſſiæ fore ædificandam Ieruſalem lapidibus pretioſis, & margaritis, & ſtatim in cumulum oſſium conuerti-

uina nolebat illum recipere, Deus ſanctus benedictus fecit ei מחתרת *foramen* cauernam in firmamento Cæli, & ignorante Iuſtitia, extendit ei manum, & introduxit Manaſſen in cauernam, vbi & pœnitentiam egit.] Fabuloſum commentum, ſed pium.

Ibidem circa finem. Quatuor claſſes iniquorum recenſentur, qui faciem Diuinitatis non videbunt; alibi fuerunt numeratæ, & videndæ ſunt ſuprà pagina 522. col. 1. & in *En Iſraël* Parte II. pag. 131. col 2. num. 200.

Ibidem in fine. Calumnia afficitur Dominus noſter Ieſus Nazarenus, de qua agetur in Diſſertatione de Meſſia Iudæorum.

Ibidem verſa pagina longè poſt principium. Abſalom non habet partem in ſeculo futuro. Achaz verò, & Ochozias, & omnes Reges Iſraël, de quibus ſcribitur: *Et fecit malum in oculis Domini*, non viuunt, & non iudicantur. [Gloſſa: Non viuunt cum iuſtis, nec etiam iudicantur in Gehenna. Et diſertè dicitur, Reges Iſraël; nam Salomon, & Sedecias de Domo Dauid, & licèt de eis ſcriptum ſit: *Et fecit malum*, viuunt ipſi, &c.] De Manaſſe interpretantur, eum occidiſſe Iſaiam in Occidente. Fecit Idolum ponderis mille hominum, & ſingulis diebus occidebat eos. [R. Salomon: *quia præ ponderis magnitudine dehiſcebant*.] Alia mala fecerunt Reges Iudæ. Achaz ſtatuit Idolum in Solario: Manaſſe collocauit in Templo; Amon introduxit Idolum in Sancta Sanctorum; Achaz deſiſtere fecit Diuinum cultum, & clauſit Legem; Manaſſes deſtruxit Altare; Amon combuſſit librum Legis, & poſuit araneam

his fuſiſſimè in Ghemarà, à pagina 101. vſque ad pag. 108.

Sunt & alij iniqui, qui excluduntur à participatione futuri ſeculi. Hi ſunt: Omnes, qui tempore diluuij perierunt, de quibus pagina 108. Qui in ædificatione Turris Babylonicæ operam ſuam impenderunt, & vocantur דור הפלגה *Generatio diuiſionis* linguarum. Item Sedomæi, illi videlicet, qui in Sodomis, & circumiacentibus Ciuitatibus tempore euerſionis illarum illic habitabant; eadem pagina 109. Item exploratores terræ, dempto Ioſue, & Caleb, quia detraxerunt terræ. Itemque congregatio Koræ, pagina eadem 109. b. circa finem.

Item דור המדבר *Generatio deſerti*, nempè Viri illi, qui quadraginta annis errauerunt per deſertum, & contra Moſen murmurauerunt, non habent partem in ſeculo futuro. Excluduntur etiam à participatione futuri ſeculi decem Tribus, quæ ampliùs ſecundùm opinionem R. Akibæ, non reuertentur.

Quamplurima abſurda, impia, & falſa dogmata continentur in explicatione iſtorum, qui à Talmudiſtis in orcum transmittuntur, inter quæ ſunt nonnulla non omninò damnanda, veluti ea, quæ ad mores rectè inſtituendos, afferuntur, veluti Prouerbia, Apophtegmata, & morales ſententiæ, quas omnes referre nimis longum eſſet, & ad præſens inſtitutum prorsùs alienum. *Et* ne omninò ieiuni ex hac benè inſtructa, & copioſa menſa recedamus, quædam tantummodo primoribus labris delibabimus.

Pagina 103. in principio. Manaſſe egit pœnitentiam, ſed quia IuſtitiaDi-

colum. 1. num. 193. De Achab ibid. colum. 3: & 4. num. 195. & 196. De Manaſſe ibidem colum. 4. num. 197. in fine, vbi de eius pœnitentia in foramine firmamenti. De Abſalom ibid. pag. 131. col. 3. num. 203. De Idolo Manaſſe ibidem. De reliquis iniquitatibus Manaſſe, Achaz, & Amon, ibidem numero 204. Cur non nominetur Iehoiakim, & Michà inter eos, qui excluduntur à ſeculo futuro, ratio aſſignatur, ibidem num. 205. Achaz autem, & Amon, cur non nominentur inter Reges reprobos à Miſcnà, cauſa aſſignatur, ibidem in *En Iſraël* Par. II. pagina 132. col. 2. num. 107. Iterum de Iehoiakim ibid. num. 208. Qui videre voluerit explanationem nonnullorum verſiculorum primi capit. Threnorum adeat *En Iſraël* Par. II. pag. 132. colum. 3. & 4. num. 210. & 212. vbi: *Qui anguſtiatur Iſraëlem, fit caput*. Et numero ſequenti 213. dicitur, quòd iniquitas Ieruſalem maior ſit iniquitate Sodomorum, & quomodo id intelligitur, declaratur, pagina ſequenti 133. colum. 1. in ipſo principio.

De priuatis perſonis, quæ excluduntur à ſeculo futuro, veluti eſt Balaam, Doëgh, Achitophel, & Giezi. agitur pagina 5. poſt medium, vbi datur etymon nominis Balaam. Dicitur enim בלעם בלא עם *Bilàm bilò am*, hoc eſt *ſine populo*, quia non habet partem cum populo. Aliter בלעם שבלה עם בן בעור שבא על בעור. *Bilàm: quia conſumpſit populum. Filius Beòr, quia ingreſſus eſt ſuper aſinam ſuam*. Eſt traditio: Beòr eſt כושן רשעתים *Chuſciàn riſciathaìm* (huius meminit Scriptura libro Iudicum 3. v. 8.) *Et iſte eſt* לבן *Labàn Aramæus*; & alia mul-

neam ſuper Altare, ita vt contexerit illud telis araneæ; Achaz permiſit impudicitiam. Manaſſe commiſit inceſtum cum ſorore ſua; Amon cum matre ſua.

Reddunt rationem, cur Iehoiakìm, & Michà, non fuerunt nominati inter eos, qui partem non habent in ſeculo futuro; itemque prædicti Achaz, & Amon. De Iehoiakim prolixius ſequenti pagina 104. circa medium. Et paulò poſt explicantur nonnulli verſiculi capitis primi Threnorum Ieremiæ, & verſa pagina proſequitur explanatio contra Iſraël, & Ieruſalem. Et circa medium dicit R. Iochanàn כל המיצר לישראל נעשה

ראש שני (ישעיה ח': כב") כילא מועף וגו':

Quicumque anguſtiatur Iſraëlem fit caput S. D. (Iſai. 8. 22.) Quia non poterit auolare de anguſtia ſua. (Ibidem 9. 1.) Secundùm tempus primum alleuiauit terram Zabulon, & terram Nephtali, & vltimò aggrauari fecit viam maris trans Iordanem Galilçæ gentium. *Dixit quoque Rabbì Iochanàn*.

סירה יתירה בירושלם שלא היתה בסדום דאילו בסדום כתיב (יחזקאל יו": מט") הנה זה היה עון סדום אחותך וגו' ואילו בירושלם כתיב (איכה ד': י') ידי נשים רחמניות בשלו ילדיהן היו לברות למו:

Maior menſura fuit contra Ieruſalem, quàm fuerit contra Sodomam. Quoniam ecce de Sodoma ſcribitur (Ezech. 16. 49.) Ecce iſta fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ: ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia otij: ſuit ei, & filiabus eius; & manum egeni, & pauperis non apprehendit, &c. *Et de Ieruſalem ſcribitur* Manus mulierum miſericordium coxerunt natos ſuos: fuerunt ad comedendum eis.

De his omnibus agitur etiam in *En Iſraël* Parte II. De Ieroboam pag. 130.

Et in fine Vocauit eum diſcipulum (Pſal, 41. 10.) Etiam vir pacis meæ, cui fidebam in eo, comedens panem meum. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 135. col. 2, numero 231.

Pagina 107. Quædam valdè iniurioſa contra Dauidem proferuntur, quorum nonnulla recenſita fuerunt Par. II. in Dauid Ben Iſai num. 429. pag. 41. & ſeqq. Quòd voluerit Idola colere. Vide *En Iſraël* Par II pag. 135. col. 4. numero 235. Quòd fuerit Dauid ſimilis mercatori Cuthęo. In *En Iſraël* loco citato num. 236. Quòd fuerit leproſus per ſex menſes, & receſſerit ab eo Diuina Maieſtas, vna cum Senatoribus magni Synedrij, habetur in eodem *En Iſraël* loco iam citato. Probant fuiſſe leproſum ex illo Pſalmi 51. ver. 9. *Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor*. Quòd receſſerit ab eo Diuina Maieſtas, probant ex eodem Pſalmo ver. 14. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me*. Et quòd ab eo ſeparati fuerint Senatores, intendunt probare ex illo Pſal. 119. 79. *Conuertantur mihi timentes te*. Quomodo autem probent, quòd per ſex menſes non minùs aut plùs fuerit leproſus, vide Parte II. pag. 100 col. 1. vbi hæc omnia prolixiùs referuntur.

Poſtremus ex quatuor priuatis perſonis, quæ excluduntur à ſeculo futuro, eſt Giezi, quem poſtquam acceperat munera à Nahaman Syro, volunt aufugiſſe Damaſcum; & de eo intelligi debere locum illum (2. Reg. 8. 7.) *Et venit Eliſeus Damaſcum*. Dicunt eadem pag. 107. b. longè poſt principium, quòd Eliſeus venerat Damaſcū לחזיר גחזי בתשובה ולא multa futilia. De Balaam ibidem dicuntur in fine paginæ: quòd fuerit חיגר ברגלו *claudus pede vno*; סומא באחת עיניו *cæcus Vno oculo*; quòd קוסם באמתו *diuinaret mentula ſua*; quòd אבא על אתונו *rem haberet cum aſina ſua*. De quibus alibi fuſiùs dixi. De eodem vide *En Iſraël* Par II. pag. 133. col. 3. numero 217. & col. 4. num. 219.

Doëgh eſt ſecundus, qui in Miſcnà, & Ghemarà excluditur à participatione ſeculi futuri. De eo pagina 106. b. non longè à principio multa dicuntur, quorum bona pars iam à me exſcripta fuerunt in Parte II. pagina 13. columna 2. vbi videnda.

De Achitophel tertio excluſo à futuro ſeculo agitur eadem pagina 106. b. propè finem, vbi dicitur -

אמר ר׳ יוחנן דואג ואחיתופל לא חצו ימיהם תניא נמי הכי (תהלים נ״ה כ״ד) אנשי דמים ומרמה לא יחצו ימיהם :

Dixit R. Iochanàn; Doègh, & Achitòphel non dimidiarunt dies ſuos. Tanid eſt traditio: Etiam hic (Pſal. 55. 24.) Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, כל שנותיו של דואג לא היו אלא שלשים וארבע ושל אחיתופל אינן אלא שלשים ושלשה; *Omnes anni Doëghi non fuerunt niſi triginta quatuor; & Achitophelis non fuerunt niſi triginta tres*. Sequitur idem R. Iochanàn: *In principio Dauid Vocauit Achitophelem* רבו *Magiſtrum ſuum, poſtea Vocauit* חבירו *Socium ſuum; & tandem in fine vocauit eum* תלמידו *Diſcipulum ſuum. In principio Vocauit Magiſtrum ſuum* (Pſal. 55. 14.) Et tu homo ſecundùm comparationem meam: Præceptor meus, & notus meus. *Poſtea Vocauit ſocium* (Ibid. ver. 15.) Qui ſimul dulceſcere faciebamus ſecretum, &c.

ſequitur Hiſtoria de Nahamàn Syro Principe militiæ Regis Damaſci, & de Giezi. Abſoluta hiſtoriola de Nahaman, & Giezi, Ghemarà numerat tres infirmitates, quas paſſus eſt Eliſeus; primam, quia incitauerat vrſos contra pueros; ſecundam, quia ambabus manibus expulerat Giezi; tertiam, quia mortalis erat.

Sequitur. Vſque ad Abrahamum non fuit ſenectus: Quicumque videbat Abrahamum, dicebat: Hic eſt Iſaac; & quicumque videbat Iſaacum, dicebat: Hic eſt Abraham. Poſtulauit Abraham ſenectutem à Deo, & ſenex effectus eſt, S. D. (Gen. 24. 1.) *Et Abram ſenex venerat in dies*. Vſque ad Iacob non fuit infirmitas. Petijt Iacob infirmitatem, & venit infirmitas S. D. (Gen. 48. 1.) *Et dixit quiſpiam ad Ioſeph: Ecce pater tuus infirmatur*. Vſque ad Eliſeum non fuit homo, qui infirmus fuiſſet, & ab infirmitate conualuiſſet, S. D. (2. Reg. 13. 14.) *Et Eliſeus ægrotauit, & ægrotatione ſua, qua mortuus eſt in ea*. Et iſtæ ſunt fabellę Talmudicę. Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 137. col. 2. num. 239.

Præter quatuor Viros vulgares, & idiotas iam enumeratos, & excluſos à participatione futuri ſeculi, excludunt inſuper generationes illas, quæ in diluuio periere: nec non Sodomæos; exploratores Terræ Chanaan; & Congregationem Core. De generatione diluuij ita loquuntur.

Pagina 108. longè poſt principium.

תנו רבנן דור המבול אין להם חלק לעולם הבא:
Tanù Rabbanàn Tradunt Magiſtri: Generatio diluuij non habet partem in ſeculo futuro, S. D. (Gen. 7: 23.) Et del..it omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper

ולא חזר *Vt reduceret Giezi ad pœnitentiã, ſed redire voluit*. Dicebat enim (Giezi): Sic à te accepi חחוטא ומחטיא את הרבים אין מספיקין בידו לעשות תשובה: *Qui peccat, & alios multos ad peccandum inducit, ei non conceditur, vt facere poſſit pœnitentiam*. Quid fecit? Quidam dicunt: Lapidem magneticum ſuſpendit vitulo Ieroboam, & eleuauit illum inter Cælum, & terram. Alij dicunt: Quòd Dei nomen inſculptum in ore huiuſmodi Idoli poſuerit, illud verò exclamauerit, atq; dixerit: Ego ſum (Deus) & non erit tibi (Deus alienus). Alij deniq; dicunt, quòd ipſe expellebat, & diminuebat Profeſſores Legis ab Academia Eliſei, S. D. (2. Reg. 6. 1.) *Et dixerunt filij Prophetarum ad Eliſeum: Ecce nunc locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis*. Signum eſt, quòd priùs, & eò vſquè, multi non fuerant. Ideòque dixerunt antiqui Rabbini: לעולם ההא שמאל דוחה וימין מקרבת *Perpetuò ſit ſiniſtra expellens, & dextera amplectens*; neque ambabus manibus eſt aliquis expellendus; quapropter damnant Eliſeũ, qui (vt ipſi volunt) Giezi ambabus manibus expulerit. Hinc infamem calumniam impingunt Saluatori noſtro Domino Ieſu Chriſto, quam in Diſſertatione de Meſſia Iudæorum, Deo propitio, adducemus, & confutabimus. In antiquis editionibus libri *En Iſraèl* per extenſum, prout in Ghemarà reperitur, exſcripta erat, ſed in modernis omiſſa, nempè ad paginã 136. Partis II. col. 1. n. 237. vbi extat *Maamàr* de profectione Eliſei ad Vrbem Damaſci, & de totali defectione Giezi. Et numero 238. incipit aliud לעולם ההא שמאל *Perpetuò ſit ſiniſtra &c.* vbi omiſſa eſt blaſphemia contra Ieſum Chriſtum. Sed pro-

nis caro corruperat viam ſuam ſuper terram. *Dixit Rabbì Iochanàn.*

מלמד שהרביעו בהמה על חיה וחיה על בהמה והכל על אדם וארם על הכל אמר ר׳ אבא בר כהנא וכולם חזרו חוץ מתושלמי :

Docet, quòd iungebant iumentum cum fera, & feram cum iumento, & omnia cum homine, & hominem cum omnibus. Dixit R. Abbà Bar Cohanà: Omnia reuerſa ſunt [R. Sal. *ad coniugium ſecundùm ſpeciem ſuam*] *præter* תושלמי *Toſcialmì.* [R. Salomon: *Toſcialmì eſt auis, quæ capit prædam multa malitia, eique coniungitur, cuiuſcumque generis fuerit.*] Et in *En Iſraël* Par. II. pag. 136. colum. 3. num. 242. Quamplurima de Noë, Arca, & animalibus, ac auibus in ea incluſis in hoc loco dicuntur, quæ breuitatis gratia connumerare omittimus. Recenſentur omnia in *En Iſraël* Par. II. pag. 136. col. 3. & 4. num. 243 244. & 245. & pag. 137. col. 1. n. 266.

In fine huius paginæ 108. b. & in principio ſequentis 109. narratur Hiſtoria de נחום איש גם זו *Nachùm Iſc gham zù*, quam reperies ſuprà Cod. *Taaniòth* cap. 3. pag. 21. in Ghemarà, & retuli in hac Parte III. pag. 448. col. 2.

Pagina 109. nimis procul à principio. דור הפלגה אין להם חלק לעולם הבא *Generatio diuiſionis* (linguarum) *non habet partem in ſeculo venturo.* Quid fecit? Dixerunt (Doctores) Domus R. Scilò: Ædificemus Turrim, & aſcendamus in firmamentum, & percutiemus illud ſecuribus, vt effluant aquæ. Deriſerunt hoc in Occidente. Si ſic, ædificandus erat mons vnus. Sed dixit R. Ieremias Bar Eleazàr: Diuiſi ſunt in tres turmas. Vna dicebat: נעלה ונשב שם *Aſcendamus, & habitabimus ibi.* Alia di-

per facies terræ, &c. *Et deleuit omnem ſubſtantiam in ſeculo præſenti, & deleuit de terra in ſeculo futuro. Eſt traditio R. Akiba. R. Iudas Ben Betherà dicit:* לא חיין ולא נדונין : *Non viuent, & non iudicabuntur, S. D.* (Gen. 6. 3.) Non iudicabit ſpiritus meus cum homine in æternum: non iudicium, & non ſpiritus erit. *Aliter:* Non iudicabit ſpiritus meus שלא תהא נשמתן חוזרת לנדנה *quia non erit anima eorum rediens in Vaginam, hoc eſt in corpus.*

ר׳ מנחם בר יוסף אומר אפילו בשעה שהקב״ה מחזיר נשמות לפגרים מתים נשמתן קשה להם בגיהנם שנ׳ (ישעיה לג׳ יא׳) תהרו חשש תלדו קש רוחכם אש תאכלכם :

R. Menachèm Bar Ioſèph dicit. Etiam in hora, qua Deus ſanctus benedictus redire facit animas in corpora mortuorum. Anima eorum difficilis eſt eis in Gehenna, S. D. (Iſai. 33. 11.) Concipietis ſtramen, parietis ſtipulam, ſpiritus veſter ignis comedet vos. [R. Salomon: *Anima eorum cremabit ſemetipſos; quia ſcribitur:* Spiritus veſter ignis comedet vos.)

Ibidem poſt medium. Gen. 7. 11. In die hoc rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ. *Dixit R. Iochanàn: Ex his tres adhuc remanent; Vorago Ghedàra, Thermales* (aquæ) *Tiberiadis, & præfurnium magnum Deuiràm.* [R. Salom. *Ex fontibus* (aquarum) *diluuij tres iſti ſuperfuerunt, qui calidi ſunt, quia aquæ diluuij feruentes erant, quia dicitur: In calidis peccauerunt, in calidis iudicati ſunt.*]

Volunt Talmudiſtæ, quòd iſta ſint tria veſtigia relicta ab aquis diluuij. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 136. columa. 3. num. 241. in fine.

Ibidem poſtea. Geneſ. 6. 12. Om-

mirum: cùm enim Talmudiſtæ Babylonici ſint, confuſores eos eſſe, atque peruerſores quis negarit? Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 137. columna 2. numero 249.

Sequitur *Ghemarà* ibidem: *Viri Sodomæi non habent partem in ſeculo futuro.* S. D. (Geneſ. 13. 13.) Et viri Sedom erant mali, & peccatores Domino valdè. *Mali in hoc ſeculo, & peccatores pro ſeculo futuro. Ràu Iudas dicit: Mali in illorum perſona* (quia erant libidinoſi) *& peccatores in facultatibus eorum. Mali in perſona, quia ſcriptum eſt* (Gen. 39. v. 9.) Et quomodo faciam malum grande hoc, & peccabo in Deum? *& peccatores in facultatibus, quia ſcriptum eſt* (Deuter. 15. 9.) Et erit in te peccatum. *Hæc eſt benedictio Dei, id eſt blaſphemia. Valdè* שמתכונים וחוטאים *quia cogitabant* (facere malum) *& faciebant.* In Miſcnà legitur: *Mali in facultatibus, & peccatores in perſona. Mali in facultatibus, quia ſcriptum eſt* (Deuter. 15. 9.) Et malignetur oculus tuus in fratrem tuum egenum. *Et peccatores in perſona ſua, quia ſcriptum eſt* (Geneſ. 49. 9.) Et peccabo in Deum? ו ברכת השם *Hæc eſt benedictio Dei*, id eſt *blaſphemia in Deum.* מאד *Valdè; Iſtud eſt homicidium, S. D.* (2. Reg. 21. 16.) Et etiam ſanguinem innocentem effudit Manaſſe multum. מאד *Valdè*. Deinde -

תנו רבנן *Tanù Rabbanàn Tradunt Magiſtri: Viri Sodomæi non ſuperbierunt niſi ob affluentiam bonorum, quam Deus ipſis dederat. Et quid ſcriptum eſt de eis?* Audi (Iob cap. 28. ver. 5.) Terra, ex ea egrediebatur panis; & ſubter ea verſus eſt vt ignis. (ver. 6.) Locus Sapphiri lapides eius: & pulueres auri ſunt ibi. (ver.

dicebat: נעלה ונעבוד ע״ז *Aſcendamus, & ſeruiemus Idololatriæ.* Et poſtrema dicebat: נעלה ונעשה מלחמה *Aſcendamus, & faciamus bellum.* Illos, qui dixerunt: *Aſcendamus, & habitabimus ibi*, diſperſit Deus (per totum mundum). Et illi, qui dixerunt: *Aſcendamus, & faciemus bellum*, facti ſunt Simiæ, Spiritus, Dæmones, & Lemures. [R. Salomon: *Spiritus ſunt ſine corpore, & figura. Dæmones habent figuram humanam, & manducant, atque bibunt ſicut homines. Lemures autem habent figuram hominis, & præterea habent alas.*] Et illi, qui dixerunt: *Aſcendamus, & faciamus Idololatriam*, quia ibi confudit Dominus labium vniuerſæ terræ. [R. Salom. *Ne quiſquam ex illis intelligeret ſocium ſuum, quomodo, & quibus verbis cultum præſtaret Idolo.*] Et poſt pauca: *Dixit R. Iochanàn*: מגדל שליש נשרף שליש נבלע שליש קיים: *Turris* (Babel) *tertia pars combuſta* (fuit); *tertia pars abſorpta; tertia pars permanſit.* [R. Salom. *Tertia pars abſorpta fuit, id eſt fundamenta eius vſque ad tertiam partem Turris abſorpta ſunt; tertia pars ſuperior Turris combuſta eſt; & tertia pars media permanſit in ſolo, non autem in aëre.*]

Fabulis inuoluunt hiſtoriam Sacræ Scripturæ de Turri Babylonica, cui maiorem confuſionem ſuis fabulis ingerere videntur Talmudiſtæ, quàm fecerit Deus confundendo linguas ædificantium: nam Deus ſolam loquelam hominum ſuperborum, ac impiorum Turrim ędificantium confudit: at Talmudiſtæ eorumdem etiam humanam naturam peruertunt, & rationalem creaturam in Simias, in Dæmones, in Lemures immutant, & conuertunt. Sed quid

gerunt alienos; gregem rapuerunt, & pauerunt (Iob 21. v. 32.) Et ipſe ad ſepulchra ducetur ſuper aceruo vigilabit. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 137. col. 3. num 251.

Ibidem prope finem. De Legibus Sodomæorum.

אמרו דאית ליה חד תורא מרעי חד יומא דלית ליה
לירעי תרי יומי הוא יתמא בר ארמלתא הבו ליה תורי
למרעיה אזל שקלינהו וקטלינהו אמר להו דאית ליה
תורא נישקול חד משכא דלית ליה תורא נשקול תרי
משכי אמרו ליה מאי האי אמר להו סוף דינא כתחילת
דינא מה תחילת דינא דאית ליה תורא מרעי חד יומא
דלית ליה תורי מרעי תרי יומי אף סוף דינא דאית ליה
חד תורא לשקול חד דלית ליה לישקול תרי:

Dixerunt: Cuicumque eſt vnus bos, paſcat die vno. [Gloſſa: *Omnes greges Ciuitatis.*] *Qui bouem non habet, paſcat duobus diebus. Fuit quidam orphanus filius viduæ: dederunt ei boues ad paſcendum; abijt, accepit, & occidit eos. Dixit ad eos,* (id eſt pupillus dixit ad dominum boum, & ad Iudices:) *Qui habet vnum bouem, accipiat vnam pellem: qui non habet vnum bouem, accipiat duas pelles. Dixerunt ei: Quid eſt hoc? Dixit eis: Finis iudicij eſt, ſicut principium iudicij. Quemadmodum principium iudicij eſt, vt, qui habet vnum bouem paſcat vno die, & qui non habet bouem, paſcat duobus diebus; ita finis iudicij eſt, vt, qui habet vnum bouem, accipiat vnam pellem, & qui non habet bouem, accipiat duas pelles.* [Gloſſa Thoſaphòth: *Sic erat conſuetudo Sodomæorum, quòd qui habebat vnũ bouem, paſcebat omnia iumenta Ciuitatis per diem vnum; & ſi quis non habebat iumentum, imponebant ei, vt per duos dies paſceret omnia iumenta Ciuitatis.*]

Secunda Lex Sodomæorum. Qui fluuium

(ver. 1.) Semitam non cognouit eam auis: nec vidit eam oculus vulturis. (ver. 8.) Non calcauerunt eam filij ſuperbiæ: non tranſiuit iuxta eam Leo. *Dixerunt: Poſtquam de terra exit panis, & puluis aureus, vt quid nobis viatores? Non enim veniunt ad nos niſi vt damnum inferant facultatibus noſtris. Venite, & obliuiſcemur pedis* (hoc eſt peregrinos eijciemus) *è terra noſtra, S. D.* (Iob 28. 4.) Erupit torrens apud eum, qui peregrinatur: & obliuioni traditi ſunt, à pede moti ſunt, ab homine receſſerunt. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 137. col. 3. num. 250.

דרש רבא *Daràſc Concionatur Rauà: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Pſal. 62. 4.) Vſquequo detrahetis ſuper virum? Interficietis vniuerſi vos tamquam paries inclinatus, maceria impulſa. *Docet, quòd oculos inferebant in diuites, & ponebant eos propè murum ruinoſum, & impellebant murum, eumque ſuper eos cadere faciebant, & bona illorum rapiebant. Daràſc Rauà: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Iob 24. 16.) Fodit in tenebris domos, die ſignauerunt ſibi, non cognouerunt lucem. *Docet, quòd oculos ponebant in diuites, & deponebant balſamum apud eos; & vbi theſauri eorum erant, collocabant. Nocte veniebant, & odorabant, vt ſolent canes, S. D.* (Pſ. 59. 7.) Conuertentur ad veſperam, tumultuabuntur ſicut canis, & circuibunt Ciuitatem; *veniebant, perfodebant ibi, & illorum bona prædabantur.* (Iob 24. 10.) Nudum ambulare fecerunt abſque veſtimento: & famelicis tulerunt manipulum. (Ibidem ver. 3.) Aſinum pupillorum ducebant in pignus: accipiebant bouem viduæ. (Ibid. ver. 2.) Terminos atti-

Quod mihi ſoluere debuiſſes, ſolue huic meo creditori, & pecunia mea ſtet vbi ſtat. [R. Sal. *Mercedem, quam mihi ſoluere deberes, quia tibi ſanguinem elicui, da huic homini, qui mihi elicuit ſanguinem, & mea pecunia ſtet ſicut ſtat*].

Erant ipſis cubilia, in quibus cubare faciebant hoſpites viatores. Si quis longior erat, decurtabant ipſum: ſi quis eſſet breuior, extendebant ipſum, donec lectuli menſuræ æquaretur.

Iſta, & quædam alia pauca de Sodomæis ibi leguntur, quæ ex Sacris literis fulciri minimè poſſunt; niſi quòd clamor Sodomorum, & Gomorræ כי רבה וחטאתם כי כבדה מאד *multiplicatus eſt: & peccatum eorum aggrauatum eſt valdè*, Geneſ. 18. 20. Peccatum autem Sodomorum ſatis ſuperque declaratur à Scriptura Gen 19. ver. 4. & ſeqq. vt non ſit neceſſe alia Sodomorum delicta inquirere ex Talmude. De his Iudicibus vide *En Iſraël* Par. II. pag. 137. col. 4. num. 252.

Eadem pagina 109. b. ibidem poſt pauca. Exploratores terræ non habent partem in ſeculo futuro: itemque Congregatio Core.

De Exploratoribus probant ex (Numer. 14. v. 37.) *Et mortui ſunt* viri illi educentes famam terræ malam *in percuſſione*. וימותו *Et mortui ſunt* בעולם הזה *in mundo hoc*; במגפה *in percuſſione, in mundo futuro*.

Sequitur: Congregatio *Kòrach* non habet partem in ſeculo futuro S. D. (Numer. 16. 33.) *Et operuit eos, terra* in ſeculo præſenti; *& perierunt è medio Congregationis*, in ſeculo futuro. Verba ſunt R. Akibæ &c. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 138. col. 1. num. 253.

Pa-

uium tranſibat per nauiculam יהיב חד זוזא *dabat vnum florenum*; qui aliunde tranſibat, dabat duos florenos.

Tertia. Si quis habebat ſeriem laterũ, quicumque veniebat, accipiebat vnum ex eis, & dicebat: Ego ſum vnus ex ijs, qui acceperunt (quaſi diceret) Nihil timeo, ſed dico. Ego ſum vnus &c.)

Quarta, Erant Campi alliorum, & ceparum: vnuſquiſque accipiebat vnum ex eis, & (audacter) dicebat: Ego ſum vnus ex his, qui tulerunt. De his omnibus vide *En Iſraël* Parte II. pagina 137. col. 4. num. 251.

Quatuor Iudices erant in Sodomis, שקראי ושקרוראי זייפי ומצלי דינא 1. *Sekrè Mendaces*; 2. *Scekerurè Incitantes ad mendacium*; 3. *Zaijephè Falſarij*; & 4. *Matzlè Dinà Peruertentes Iudicium*.

Quinta. Si quis percutiebat vxorem proximi ſui, & illa abortiebat. Dicebant (marito ſuo): Da eam ei, vt (tamdiù cum ipſa permaneat quouſque) grauidam reddat.

Sexta. Si quis amputabat auriculam aſelli ſocij ſui, dicebant: Da ei aſellum quouſque ei auricula renaſcatur.

Septima. Si quis ſocium vulnerabat, dicebant vulnerato: Solue ei mercedem, quia phlebotomiam in te exercuit.

Octaua. Qui per nauiculam tranſibat, ſoluebat quatuor ſcuta; qui pedibus vadabat fluuiũ, ſoluebat octo ſcuta.

Eliezer ſeruus Abrahami tranſiuit per Sodomam, venit quidam, & eum vulnerauit, adduxitque eum coram Iudice, & dixit: Solue mercedem meam, quia tibi ſanguinem elicui. Eliezer arripuit fuſtem, & Iudicem vulnerauit. Dixit Iudex: Quid eſt hoc? Reſpondit:

firmabo: Quibus iuraui in ira mea? *In ira ſanè iuraui, ſed poſtea pœnituit me*.

En quomodo craſsè admittunt in Deo pœnitudinem. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 139. col. 1. num. 258.

Ibidem circa medium. *Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri*:

עשרת השבטים אין להם חלק לעולם הבא ;

Decem Tribubus non eſt portio in ſeculo futuro, S. D. (Deuter. 29. 28.) Et extirpauit eos Dominus deſuper terra eorum, in furore, & in feruore, & in ira magna. *Et extirpauit eos Dominus deſuper terra eorum in hoc mundo: & proijcere fecit eos in terram alienam in ſeculo futuro.* Verba ſunt Rabbì. *R. Scimòn Ben Iehudà vir de villa Accò, dixit nomine R. Scimòn Si opera eorum erunt, ſicut ſunt hodie, non reuertentur. Si autem non ita erunt, hoc eſt, ſi egerint pœnitentiam, reuertentur. Rabbì dicit: Reuertentur in ſeculo venturo. S. D.* (Iſai. 27. 13.) In die illa clangetur in tuba magna, & venient, qui perditi fuerant in terra Aſſur, & expulſi in terram Ægypti: & incuruabunt ſe Domino in monte ſanctitatis in Ieruſalem. *Dixit Rabbà Bar Bar Channà, dixit R. Iochanàn: Relinquatur R. Akibà in ſua pietate, S. D.* (Ierem. 3. 12.) Vade, & clamabis ſermones iſtos ad Aquilonem, & dices: Reuertere refractaria Iſraël, dixit Dominus: non cadere faciam iram meam in vos, quia benignus ſum ego, dixit Dominus: non ſeruabo in ſeculum. *Quid ſibi vult benignitas eius? Quia eſt traditio: Paruuli filij impiorum Iſraëlis non veniunt in mundum venturum, S. D.* (Malach. 4. v. 1.) Quoniam ecce dies venit ardens tamquam clibanus. Et erunt omnes ſuperbi, & omnis faciens impietatem, ſtipu-

Pagina 110. in fine. Audiuntur homines Congregationis Core laudantes Moſen, & eius Legem, licèt in Gehenna crucientur.

Dixit Rabbà Bar Bar Channà: Aliquando iter faciebam: quidam Mercator Iſmaelita dixit mihi: Veni, & oſtendam tibi abſorptos Core: Abij, vidi duo foramina, & inde fumus egrediebatur. Accepit floccum lanæ, madefecit aqua, & poſuit illum in ſummitate lanceæ, & tranſire fecit eã illàc (per illud foramen). *Poſtea dixit ei: Auſculta quicquid audieris. Et audiuit quòd ita dicebant: Moſes, & Lex eius vera eſt, & iſti ſunt mendaces. Dixit ei* (ille Iſmaelita): *Singulis triginta diebus inuertit eos Gehenna, ſicut caro* (vertitur) *in aheno, & ſic dicunt: Moſes, & Lex eius vera eſt, & iſti ſunt mendaces.* Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 138. col. 4. num. 257. in fine, vbi huiuſmodi *Maamàr* indicatur, & remittitur Lector ad *Bauà Bathrà* cap. *Haſſephinà*, pag. 82. col. 3. num. 58. vbi per extenſum totum exſcribitur. Et in *Ghemarà* reperitur pag. 74. poſt med. vnà cum alijs ineptijs Rabbà Bar Bar Channà.

Pagina 110. b. propè principium. *Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: Generatio deſerti non habet partem in ſeculo futuro, S. D.* (Num. 14. 35.) In deſerto iſto יתמו *conſumentur*, & ibi ימתו *morientur. Conſumentur in præſenti ſeculo; & ibi morientur in ſeculo futuro. Et dixit* (Pſal. 95. v. 11.) Quod iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.] Verba ſunt Rabbì Akibæ. *R. Eliezer dicit: Ipſi venient in ſeculum futurum, S. D.* (Pſal. 50. 5.) Congregate mihi pios meos: ferientes pactum meum ſuper Sacrificium. *Sed quomodo*

pu-

gunt Talmudiſtæ in præſenti Capite *Chèlek* huius Codicis *Sanhedrìn*, confundentes duplicem aduentum Meſſiæ, exiſtimantes vnum tantùm futurum aduentum Meſſiæ in Maieſtate, potentia, & gloria; & duos futuros Meſſias, Ben Ioſeph, & Ben Dauid, de quibus plura agemus in Diſſertatione Meſſiæ Iudæorum. Et abſoluimus Codicem *Sanhedrìn*.

Ord. IV. *Nezìkin*, Cod. 5. *Maccòth* cap. 1. *Chetzàd Haèdìm*.

Pagina 9. b. & pagina 10. Tractatio longa de eo, qui homicidium peregit occultè, & quomodo Deus illum punit. Et de Prouerbio: *Ab impijs egredietur iniquitas*.

Ord. IV. *Nezìkin*, Cod. 6. *Maccòth* cap. 3. *E'lluen*.

Pagina 23. b. propè finem. 613. Præcepta Legis Moſaicæ reducuntur ad vnicum tantùm Præceptum.

דרש ר׳ שמלאי שש מאות ושלש עשרה מצות נאמרו לו למשה שלש מאות וששים וחמשה לאוין כמנין ימות החמה ומאתים וארבעים ושמנה עשה כנגד איבריו של אדם אמר רב חמנונא מאי קרא (דברים ל״ג : ד׳ :) תורה צוה לנו משה מורשה תורה״ שית מאה והדסרי הווי אנכי ולא יהיה לך מפי הגבורה:

Explicat R. Simlài: 613. Præcepta dicta fuerunt Moſi, 365. negatiua ſunt ſecundùm numerum dierum Solis: & 248 affirmatiua ſunt iuxta membra hominis. Dixit Ràu Chammenunà: Quinam eſt locus Scripturæ, qui huic dicto ſuffragatur? (Deuter. 33. 4) Legem præcepit nobis Moſes hereditatem: תורה *Thoràh* (ſunt) 611. & אנכי Ego ſum Dominus Deus tuus &c. & לא יהיה Non erit tibi &c. *Duo iſta præcepta, quæ ex ore Dei audiuimus*, [R. Salom. *ſicut ſcriptum eſt* (Pſal. 62. 12.) Vnum locutus eſt Deus, & pula, & inflammabit eos dies veniens, dixit Dominus exercituum: quia non derelinquet eis radicem, & ramum; שורש *radicem in hoc ſeculo*, & וענף *ramum in ſeculo futuro*. Verba ſunt R. Gamliel. *R. Akibà dicit: Venient ipſi in ſeculum futurum*, S. D. (Pſal. 116. 6.) Cuſtodit פתאים *Pethaìm* ſimplices (paruulos) Dominus. *ſic enim in maritimis Ciuitatibus paruulos* פתיא *Putti, vocant. Et dicitur* (Dan. 4. 20.) Succidite arborem, & perdite eam, attamen radicem eius in terram dimittite. *At ego, quid pono, ſi non relinquo eis radicem, & ramum, videlicet non relinquendo eis præceptum, & non præcepti reliquias? Aliter: Radix, hoc eſt anima; ramus, hoc eſt corpus*. Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 139. col. 2. num. 259.

Pro mundo, & ſeculo futuro intelligunt Talmudiſtæ tempus Meſſiæ, ad cuius aduentum omnes Iudæi pij, & iuſti reſurrecturi erunt, & cum eo regnaturi in terra Iſraëlis, & in Ieruſalem, vbi ſicut priùs, reſtituentur Iudices, Magiſtratus, Templum, & Sacrificia. Illi autem, qui impij, & iniuſti fuerunt, vti ſunt, qui in Miſcnà, & in Ghemarà referuntur, & nos ſuprà retulimus, non reſurgent, neque partem aliquam habebunt in ſeculo futuro. Et hęc eſt fides Iudaica, & Talmudica, quam habent de Meſſia, & de reſurrectione mortuorum. Sed valde errant: nam Meſſias quidem veniet, & non Iudæos tantum, ſed & vniuerſum mundum, tam bonos, quàm reos homines iudicabit, quia omnes reſurrecturi ſunt, & ſecundùm eorum opera, vel bona, vel mala mercedem recipient, non temporalem, & caducam, ſed ſpiritualem, & æternam. In hoc impin-

Digitized by Google

per magis, ac magis per ætates Lex imminuitur] Vndecim autem huiuſcemodi præcepta hoc modo ex eodem Pſalmo numerant.

1. *Qui ingreditur ſine macula.* 2. *Operatur iuſtitiam.* 3. *Loquitur veritatem.* 4. *Non egit dolum in lingua ſua.* 5. *Non fecit proximo ſuo malū.* 6. *Et opprobrium non accepit* [R. Salom. *Qui non fert opprobrium*] *proximi ſui.* 7. *Deſpectus eſt in oculis ſuis.* 8. *Timentes Dominum glorificat.* 9. *Qui iurat affligere ſe* (ieiunio) *& non mutat.* 10. *Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram,* אפילו בריבית גוי *etiam ad vſuram Gentili* [R. Sal. *Ne ſcilicet inſequeretur morem ſuum, & ſic daret etiam Iſraëlitis ad vſuram.* 11. *Et munus ſuper innocentem non accepit, ſicut faciebat R. Iſmael Bar Iosè.* [R. Salom. *Etiam munus, quod licitum ſit accipere non accepit, ſicut faciebat R. Iſmael Berabbì Iosè, cui hortulanus ſuus afferebat de ſuo, & non recipiebat vt poſſet illi eſſe Iudex*)

בא ישעיה והעמידן על שש דכתיב (ישעיה לג״ טו׳ :) הולך צדקות ודובר מישרים מואס בבצע מעשקות נוער כפיו מתמוך בשחד אוטם אזנו משמוע דמים ועוצם עיניו מראות ברע :

Venit Iſaias, & redegit ad ſex præcepta, quia ſcriptum eſt (Iſai. 33 15.) Qui ambulat in iuſtitijs; 2. & loquitur æquitates. *Iſte eſt qui non irritat os ſocij ſui publicè;* 3. Qui reprobat auaritiam oppreſſionum. 4. Qui excutit manus ſuas ne accipiant munus. 5. Qui obturat aurem ſuam ne audiat ſanguinem. 6. Et claudit oculos ſuos ne videant malum. *Iſte eſt, qui non intuetur mulieres dum abluunt pannos. Et ſcriptum eſt:* Ipſe in excelſis habitabit &c.

בא מיכה והעמידן על שלש דכתיב (מיכה ו׳ : ח׳ :)

& duo hæc audiui] *conſtituunt numerum 613. præceptorum.* Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 143. col. 2. num. 21.

בא דוד והעמידן על אחת עשר דכתיב (תהלים טו״ א׳ :) מזמור לדוד יהוה מי יגור באהלך מי ישכון בהר קדשך הולך תמים ופועל צדק ודובר אמת בלבבו לא רגל על לשונו לא עשה לרעהו רעה וחרפה לא נשא על קרובו נבזה בעיניו נמאס ואת יראו יהוה יכבד נשבע להרע ולא ימיר כספו לא נתן בנשך ושוחד על נקי לא לקח עושה אלה לא ימוט לעולם :

Venit Dauid, & reduxit ad vndecim, quia ſcriptum eſt (Pſal. 15. 1.) Pſalmus Dauidi; Domine; quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? Quis habitabit in monte ſanctitatis tuæ? Qui ambulat perfectè, & operatur iuſtitiam, & loquitur veritatem in corde ſuo. Non oblocutus eſt ſuper lingua ſua; non fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit contra propinquum ſuum. Contemptus in oculis ſuis reiectus, & timentes Dominum glorificabit. Iurauit affligere ſe, & non mutabit. Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munus ſuper innocentem non accepit. Qui facit hæc, non nutabit in æternum.

Vndecim conditiones numerantur in hoc Pſalmo, quòd ſi quis eas ſeruauerit, non mouebitur in æternum. Et in ſingulis hiſce conditionibus adducuntur exempla ex antiquis Doctoribus: [R. Sal. *In principio erant iuſti, & poterant recipere ſuper ſe multa præcepta: ſed in poſterioribus ætatibus non fuerunt adeò iuſti, & ſi veniſſent vt ſeruarent omnia illa, nullus fuiſſet homo, qui potuiſſet iuſtificari, ideòque venit Dauid, & redegit in numerum minorem, vt ſcilicet iuſtificarentur, ſi obſeruaſſent ij præcepta iſta; atque ita quantò magis à iuſtitia recedunt, ſem-*

תגיד לך אדם מה טוב ומה יהוה דורש ממך כי אם עשות משפט ואהבת חסד והצנע לכת עם יהוה אלהיך :

Venit Michàs, & redegit Legis præcepta ad tria, quia ſcriptum eſt (Mich. 6. v. 8.) Indicat tibi homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te, niſi facere iudicium, & diligere miſericordiam, & humiliare ſe, ambulando cum Deo tuo. 1. Facere iudicium, *iſtud eſt Tribunal Iuſtitiæ*. 2. Diligere miſericordiam, *iſta ſunt opera miſericordiæ*. 3. Et humiliare ſe ambulando cum Deo tuo. *iſta eſt delatio funeris, & officium mortuorum*.

חזר ישעיה והעמידן על שתים שנאמר (ישעיה נו׳ : א׳) כה אמר יהוה שמרו משפט ועשו צדקה :

Venit iterum Iſaias, & redegit ad duo præcepta, S. D. (56. 1.) Sic dixit Dominus: Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam.

בא עמוס והעמידן על אחת שנאמ׳ (עמוס ה׳ : ד׳) כה אמר יהוה לבית ישראל דרשוני וחיו מתקיף לה רב נחמן בר יצחק אימא דרשוני בכל התורה כולה אלא בא חבקוק והעמידן על אחת שנ׳ (חבקוק ב׳ : ד׳ :) וצדיק באמונתו יחיה :

Venit Amos, & reduxit ad præceptum vnum, S. D. (Amos 5. ver. 4.) Sic dixit Dominus Domui Iſraël: Quærite me, & viuetis. *Oppoſuit ei Ràu Nachmàn Bar Iſaaci: Sed dicam: Quærite me in tota Lege. Sed venit Habacùc, & ad vnum* (præceptum) *redegit, S. D.* (Habac. 2, 4.) Et iuſtus in ſua fide viuet.

Quòd ſi 613. pręcepta ad vnicum tantùm præceptum radacta ſunt, quid eſt quod tantopere Iudæi ſoliciti ſunt circa tàm maximam præceptorum multitudinem? Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 143. col. 2. & 3. vt ſuprà.

Pagina 24. longè poſt med. Quatuor ſententiæ Moſis latæ contra Iſraëlem, temperantur.

אמר ר׳ יוסי בר חנינא ארבע גזירות גזר משה רבינו על ישראל באו ארבעה נביאים וביטלום משה אמר (דברים לג׳ : כח׳) וישכון ישראל בטח בדד עין יעקב בא עמוס וביטלה (עמוס ז׳ : ה׳) חדל נא מי יקום יעקב כי קטן הוא : וכתיב (שם) ניחם יהוה על זאת גם היא לא תהיה אמר אדני יהוה :

Dixit R. Ioſè Bar Chanina: Quatuor ſententias decreuit Moſes Magiſter noſter ſuper Iſraëlem. Sed venerunt quatuor Prophetæ, & reſciderunt illas. Moſes dixit (Deuter. 33. 28.) Et habitabit Iſraël confidenter ſolus oculus Iacob. *Venit Amos, & aboleuit illam;* (Amos capite 7. ver. 5.) Domine Deus ceſſa nunc, quis ſurget Iacob, quia paruus eſt? *Et ſcriptum eſt* (Ibidem ſtatim) Pœnituit Dominum ſuper hoc: etiam iſtud non erit, dixit Dominus Deus. [R. Salom. *Benedictio Moſis eſt*. Et habitabit Iſraël confidenter ſolus oculus Iſraël. *Quaſi dicat: Quandonam habitabit Iſraël confidenter? Quando erunt iuſti inſtar Iacob. Sed Amos:* Quis ſuſcitabit Iacob, *id eſt quis poterit eſſe iuſtus ſicut Iacob,* quoniam paruulus eſt: *Parui ſunt boni, quia erunt iuſti vt Iacob.*] *Et ſcriptum eſt:* Pœnituit Dominum ſuper hoc: etiam iſtud non erit, dixit Dominus Deus.

משה אמר (דברים כח׳ : סה׳) ובגוים ההם לא תרגיע בא ירמיה ואמר :

2. *Moſe dixit* (Deuter. 28. 65.) Et in Gentibus ipſis non requieſces, &c. *Venit Ieremias, & dixit* (Ierem. 31. 2.) Eundo ad quieſcere faciendum ipſum Iſraëlem.

משה אמר (שמות לד׳ : ז׳) פוקד עון אבות על בנים בא יחזקאל וביטלה (יחזקאל יח׳ : ד׳) הנפש החוטאה היא תמות :

3. *Mo-*

bus addendus eſt R. Akibà; audierunt vocem tumultuantem Romæ à Palatio eius per 120. milliaria. Flere cœperunt, & R. Akibà ridebat. Dixerunt ei: Quid rides? Reſpondit eis: Et vos cur fletis: (Dixerunt ei: Gentiles iſti, qui colunt Idola, & adolent (incenſum) habitant confidenter, & tranquillitate fruuntur: & nobis ſcabellum pedũ Dei noſtri exuſtum eſt, nec ædificatur. Dixit ad eos: Et idcircò ego rideo: nam ſi prçuaricatoribus tantum (boni) quid facientibus voluntatẽ eius? Aliàs aſcendebant Ieroſolymam, quando venerunt ad montem הצופים *Hatzophim* ſciderunt veſtimenta ſua. Quando venerunt ad הר הבית *montem Domus* viderunt vulpem, quç exibat de Domo Sancta Sanctorum. Cœperunt hi flere, & R. Akibà ridere. Dixerunt ei: Cur tu rides? Reſpondit eis: Et vos cur fletis? Dixerunt ei: Locus ille, de quo ſcribitur (Num 1. 51.) *Et extraneus, qui acceſſerit, morietur*, modo incolitur à vulpibus; Sed ego (aiebat R. Akibà) idcircò rideo, quia ſcriptum eſt (Iſai. 8. 2.) *Et teſtificari faciam mihi teſtes fideles Vrijàh Sacerdotem, & Zachariam filiũ* יברכיהו *Ieurechiàhu Barachiæ*, ſed quomodo? Quid rei Vrias cum Zacharia? Et nonne Vrias in Sanctuario primo (fuit), & Zacharias in ſecundo? Sed ſuſpendit Scriptura prophetiam Zachariæ in prophetia Vriæ. De Vria ſcribitur (Mich. 3. 12.) *Idcircò propter vos Sion ager arabitur*. De Zacharia ſcriptum eſt (Zach. 8. 4.) *Adhuc habitabunt ſenes, & anus in plateis Ieruſalem*. Antequam adimpleretur prophetia Vriæ timebam, ne adimpleretur prophetia Zachariæ; nunc, quia adimpleta eſt prophetia Vriæ, certum eſt,

3. *Moſes dixit* (Exod. 34 7.) Viſitans iniquitatem patrum ſuper filios. *Venit Ezechiel, & aboleuit illam*. (Ezechiel. 18. 4.) Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur.

משה אמר (ויקרא כ״ו , ל״ח) ואבדתם בגוים בא ישעיה ואמר (ישעיה כ״ז , י״ג) והיה ביום ההוא יתקע בשופר גדול ובאו האובדים בארץ אשור וגו׳ : אמר רב וכו׳ : מתקיף ליה רב פפא וכו׳ :

4. *Moſes dicit* (Leuit. 26. 38.) Et peribitis in gentibus. *Venit Iſaias, & dixit* (Iſai. 27. 13.) Et erit in die illa clangetur in tuba magna; & venient, qui perditi fuerant in terra Aſſur. &c. *Dixit Ràu: Timeo de hac Scriptura*: Et peribitis in gentibus. *Oppoſuit ei Ràu Papà: Fortaſſis erit tamquam res perdita, quæ perquiritur; quia ſcriptum eſt* (Pſ. 119. v. 176.) Erraui ſicut ouis, quæ perijt, quære ſeruum tuum. *Sed in fine Scriptura* (habet Leuit. 26. 38.) *Et comedet vos terra inimicorum veſtrorum: Obiecit contra hoc Mar Zutrà: Forſan vti comeduntur cucumeres*. (Gloſſa ה״רמ״ה *Quamuis cucumeres comedantur, illorum ſemina non comeduntur*.) Innuere volens iſte Rabbinus, quòd Iudæi licèt inter gentes deperditi videantur, illorum tamen ſemina conſeruantur; quod quidem libenter concedimus, Diuina prouidentia ſic permittente, in bonum Religionis Chriſtianæ, à quibus noſtrę fidei teſtimonium habemus, & in fine ſeculi reliquiæ Iacob conuertentur ad Deum. Iſa. 10. v. 21. Prædicta leguntur etiam in *En Iſraël* Par. II. pag. 143. colum. 4. num. 22.

Ibidem ſtatim ſequitur. [Etiam quatuor Rabbini ambulabant per viam, videlicet Rabbàn Gamliel, Rabbi Elieezer Ben Azariàh, & R. Iehoſciùa, qui

Templi ædificationē, confidunt in verbis mendacij dicente Propheta (Ier. 7. 4.)

אל תבטחו לכם אל דברי השקר לאמר היכל יהוה היכל יהוה היכל יהוה המה :

Ne fidatis vobis in Verbis mendacij dicendo, Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini ſunt.

Per Templum Domini, Templum Domini intelligit Propheta primum, & ſecundum Templum. Huic intellectui robur adijcit Ghemarà Cod. *Nazir* cap. 5. *Beth Sciammài* pag. 32. b. circa medium. Scriptum eſt (Ierem. 7. ver. 4.)

היכל יהוה היכל יהוה המה זה מקדש ראשון ומקדש שני : *Templum Domini, Templum Domini. Iſtud eſt Sanctuarium primum, & Sanctuarium ſecundum.* Qui ergo dicit Sanctuarium tertium mendacium dicit, quia in terris ędificandum non erit aliud Sanctuarium, quòd futurum ſit tertium.

Ord. IV. *Nezikin*, Cod. 6. *Sceuuòth* cap. 1. *Sceuuòth*.

Pagina 6. b. De Roma. Et de peccato à Deo Rabbinico commiſſo.

דכתיב (דניאל ז׳ : כ״ג :) ותיכול כל ארעא ותדושנה ותדוקינה א״ר יוחנן זו רומי חייבת שטיבעה יצא בכל העולם כולו :

Scriptum eſt (Dan. 7. 23.) Regnum quartum erit in terra, quod differet ab omnibus Regnis: & deuorabit vniuerſam terram, & calcabit eam, & comminuet eam. *Dixit R. Iochanàn: Iſta eſt Roma, digna vt ſubmergatur; Vagatur per Vniuerſum Orbem.* Et in *En Iſraèl* Parte II. pagina 144. columna 3. numero 1. ſtatim legitur -

אמר ריש לקיש מה נשתנה שעיר של ר״ח שנ׳ אמר בו (במדבר כ״ח ט״ו :) לה׳ אמר הקדוש ברוך הוא שעיר זה יהא כפרה עלי שמעטתי את הירח :

Dixit Reſc Lakìſc : Quare mutatur Hir-

quòd prophetia Zachariæ adimplebitur in hac ſignificatione. Dixerunt ei: Akibà conſolatus es nos, Akibà conſolatus es nos.] Et hiſce vocibus abſoluitur Codex *Maccòth*; quibus in *En Iſraèl* Parte II pagina 144. col. 2. num. 23. additur אמן *Amen*.

Ex riſu, & gaudio R. Akibæ colligitur planè, eum expectaſſe reædificationem Tertij Templi, & credidiſſe eam propè futuram ſcilicet tempore vitæ ſuæ: nam pro Meſſia receperat *Bar Chuzibæ*, coram quo in Vrbe Bither gladium portabat, vbi & occiſus eſt à Romanis ſub Hadriano Imperatore, vt dixi ſuprà in hac Par. III. pagina 500. col. 1. ſibique gaudebat, quia recordabatur prophetiæ Vriæ, & Zachariæ, ſed neutra illarum ad Tertium Templum, quod imaginantur Iudæi futurum, ſpectat: nam Micheas de Primo Templo prophetauit tempore Iothan, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda, & vaticinatus eſt: *Sion quaſi ager arabitur &c.* cap. 3. v. 12. quod & impletum eſt, incenſo primo Sanctuario. Zacharias quoque prophetauit tempore, quo intermiſſa fuit ædificatio Secundi Templi anno ſecundo Darij Regis (Zach. 1. 1.) Confer Chronologiam Regum &c. Parte II. pag. 315. & illius prophetia etiam pertinet ad Templum, & Ieruſalem tempore ipſius Prophetæ ædificandam, in qua habitaturi erant ſenes, & anus in plateis, ſicuti factum eſt. Vanè igitur, & fruſtra R. Akibà præſtolatur ſuum Meſſiam, vt Tertium Templum, & Vrbem Ieroſolymam reędificet, cùm Templum primum, & ſecundum tantùm, & non tertium ædificandum eſſet terrenæ Ieruſalem: vnde qui expectant tertiam

deſuper ſeruo tuo : *nam expectandum eſt mihi hìc , donec hoſpitio recipiam peregrinos) ſecundùm illum , qui vadit . Hoc eſt illud quod dixit Ràu Iudas; dixit Ràu : Maiùs meritum eſt hoſpitari peregrinos , quàm recipere Maieſtatem Diuinam . Quomodo ? Velut accidit iſti pari .* Sequitur ſtatim .

כל שמות האמורים בלוט חול חוץ מזה שהוא קודש שנאמר (ראשית יט״ : יח״ :) ויאמר לוט אלהם אל נא אדני : הנה נא מצא עבדך חן בעיניך ותגדל חסדך וגומ׳ מי שיש בידו להמית והלחיות זה הקב״ה :

Omnia nomina dicta in Hiſtoria Lot ſunt profana , præter huiuſmodi (nomen) *quod eſt ſacrum , S. D.* (Gen. 19. v. 18.) Et dixit Lot ad eos : Ne quæſo Domini mei . (Ibid. ver. 19.) Ecce nunc inuenit ſeruus tuus gratiam in oculis tuis , & magnificaſti miſericordiam tuam , &c. *nam ille , in cuius manu eſt occidere , & viuificare eſt Deus ſanctus benedictus .*

כל שמות האמורים בנבות קדש במיכה חול ר׳ אליעזר אומר בנבות קדש במיכה יש מהן חול ויש מהן קדש אלף למד חול יוד הי קדש חוץ מזה שאלף למד והוא קודש (שופטים יח״ : לא״ :) כל ימי היות בית האלהים בשילה :

Omnia nomina (Dei) *quæ dicuntur in Hiſtoria Naboth , ſancta ſunt .* [R. Sal. *In Naboth ſcriptum eſt* (1. Regum 21. ver. 13.) Benedixit Naboth Deo, & Regi] *In Hiſtoria Micha ſunt profana . R. Eliezer dicit : In Naboth ſunt ſancta , & in Micha aliqua ex eis ſunt profana , & aliqua ex eis ſunt ſancta . Aleph , Lamed ſunt profana , Iod , He ſunt ſancta , præter hoc quod & ſi incipiam per Aleph , Lamed nihilominus eſt ſanctum .* (Iud. 18. v. 31.) Omnibus diebus, quibus fuit Domus האלהים Dei in Silo .

Nomina quæ incipiunt per Aleph Lamed ſunt אל , & אלהים ; quæ verò in-

Hircus Neomeniæ S. D. de eo (Num. 28. ver. 15.) Domino . *Dixit Deus ſanctus benedictus : Hircus iſte erit propitiatio pro me , quòd imminuerim* (lumen) *Lunæ.* Et in Ghemarà huius Codicis habentur infrà pag. 9. circa medium . Sed de huius peccati expiatione commiſſi à Deo Rabbinico, fusè agitur Cod. חולין cap. 3. pag. 60. b. Et ego ex integro retuli Parte I. pag. 633. col. 2.

Ord. IV. *Nezikin* Cod. 6. *Sceuuòth* cap. 4. *Sceuuàth haëdùth .*

Pagina 35. b. longè poſt principium. Quænam nomina in Scriptura Deo attribuantur .

כל שמות האמורים בתורה באברהם קודש חוץ מזה שהוא חול שנאמ׳ (ראשית יח״ : ג׳ :) ויאמר אדני אם מצאתי חן בעיניך :

Omnia nomina (Dei) *dicta in Lege , in Hiſtoria Abrahæ ſancta ſunt , præter vnum , quod eſt profanum , S. D.* (Geneſ. 18. 3.) Et dixit : Domini mei , ſi nunc inueni gratiam in oculis tuis . [R. Sal. *Dictum enim eſt ad Angelum medium , quem vocauit* אדון *Adòn , id eſt Dominum, quia ſic venerunt in conſpectum eius : Michael in medio , Gabriel à dextris ; Raphael à ſiniſtris .*]

חנינא בן רבי יהושע ורבי אליעזר בן עזרה משום רבי אלעזר המודעי אמר אף זה קדש כמאן אולא הא דאמר רב יהודה אמר רב גדול הכנסת אורחין יותר מהקבלת פני שכינה כמאן כאותו הזוג :

Chaninà Ben R. Iehoſciùa , & R. Elièzer Ben Azariàh nomine R. Elazaris Hammodaai , dixit : Etiam hoc (nomen) *eſt ſanctum .* [R. Salom. *Etiam hoc* (nomen) *eſt ſanctum, quia ſcriptum eſt ſuprà de eo* (Geneſ. 18. 1.) Et apparuit ei יהוה Dominus . *Et poſtea ſcriptum eſt* (Ibid. ver. 2.) Et ecce tres Viri . *Et dixit ipſi Deo ſancto benedicto :* Ne quæſo tranſeas

cipiunt per Iod , & He ſunt יה , & יהוה .

כל שמות האמורים בגבעת בנימן ר' אליעזר אומר חול ר' יהושע אומר קודש :

Omnia nomina (Dei) *quæ reperiuntur in Hiſtoria Gabaa Beniamin* , *R. Eliezer dicit* , *ſunt profana* ; *R. Iehoſciùa dicit* ; *ſunt ſancta* .

Hæc Hiſtoria habetur in libro Iudicum , capite 19. Sequitur -

כל שלמה האמורין בשיר השירים קודש למי שהשלום שלו חוץ מזה (שיר השירי' ח' : יב'') כרמי שלי לפני האלף לך שלמה ולמאתים לנוטרים את פריו רבנן ויש אומרים אף זה חול (שם ג' : ז') הנה מטתו של שלמה ששים גבורים וגו' :

Omnis Salomon, qui reperitur in Cant. Canticorum ſanctus eſt, (Deum ſiquidem ſignificat) *cui ſua eſt pax*. *Præter iſtud* (Cant. Cant. 8. 12.) Vinea mea , quæ mihi eſt, coram me: *mille tibi Salomon*. *Salomon*, *cui per ſeipſum ſuum eſt*: & 200. *cuſtodibus Rabbinis*. *Eſt etiam qui dicit*: *quòd & hoc ſit profanum* (Cant. Cantic. 3. 7.) En lectulus ipſius , qui eſt ipſi Salomoni, ſexaginta fortes ambiunt, &c.

כל מלכייא האמורים בדניאל חול חוץ מזה שהוא קודש (דניאל ב' : לז' :) אנתה מלכא מלך מלכיא די אלה שמיא מלכותא חסנא ותקפא ויקרא יהב לך : ויש אומרים אף זה קודש שנאמר (שם ד' : יו'' :) מראי חלמא לשנאיך ופשרה לעריך :

Omnes מלכייא *Malchaijà Reges*, *qui dicuntur in Daniele*, *ſunt nomina profana*, *præter iſtud quod eſt ſanctum* (Dan. 2. v. 37.) Tu Rex , Rex Regum , quia Deus Cælorum Regnum , potentiam , & fortitudinem , & gloriam dedit tibi . *Et ſunt* , *qui dicunt* , *quòd & hoc ſanctum eſt*, *S. D.* (Ibidem 4. 16.) Domine mi , ſomnium inimicis tuis ſit , & interpretatio eius hoſtibus tuis .

Cùm huiuſmodi nomina hominibus, vel Angelis attributa Diuinam Maieſtatem ſignificent , & oſtendant , magna vtiq; in ſe continere profunda myſteria , procul dubio dicendum eſt . Itaque tres illi Viri , qui Abrahamo apparuerunt , licèt tres Angeli fuerint , tamen quia Diuinam maieſtatem repræſentabant, & tres Diuinas perſonas oſtendebant, iſta non profana ſunt nomina , ſed Diuina , etiam Talmudis auctoritate . Alia quoque nomina ex alijs locis allata , ſuis non carere myſterijs, perſpicuum eſt . Cùm enim nomen Salomonis in Canticis Canticorum pro ſacro nomine Deo competenti aſſumitur , clarè apparet , Sponſum eſſe Deum, & Eccleſiam Sponſam , & quia epithalamium canitur inter Meſſiam , & Synagogam , ſequitur inde , quòd Meſſias ſit Deus . Quare attentè ſunt omnia iſta religiosè , & piè conſideranda . Quæ videri etiam poſſunt in *En Iſraèl* Par. II. pag. 146. colum. 2. num. 10. Et hìc dimitto Codicem *Sceuuòth* .

Ord. IV. *Nezikin* Cod. 7. *Eduijòth* non habet Ghemaram .

Ord. IV. *Nezikin* Cod. 8. *'Auoda Zarà* cap. 1. *Liphnè Edehèn* .

Pagina 2. ante finem . Gentilium Imperia , & Reges conſtituuntur rei coram Deo , & iudicantur .

דרש ר' חנינא בר פפא ואיתימא ר' שמלא לעתיד לבא מביא הקב''ה ספר תורה בחיקו ואומר כל מי שעסק בא יבא ויטול שכרו מיד מתקבצין ובאין אומות העולם בערבוביא שנ' (ישעיה מ''ג : ט') כל הגוים נקבצו יחדו אמר להם הקב''ה אל תכנסו לפני בערבוביא אלא תכנס כל אומה ואומה וסופריה שנ' (שם מ''ג :) ויאספו לאומים וכו' :

Sermocinatur R. Chaninà Bar Papà, *qui-*

rebus operam dediſtis? Dicunt coram eo: Domine Vniuerſi; Quamplurimas plateas aptauimus, & Thermarum multitudinem conſtruximus. Multum auri, & argenti congregauimus, & hæc omnia fecimus propter Iſraëlem, vt operam Legi daret. Dixit eis Deus ſanctus benedictus: Stultiores his ſuntne in mundo? Quicquid feciſtis ob veſtram vtilitatem, & commodum vos feciſtis. Plateas aptaſtis, vt in eis lupanaria collocaretis. Thermas ædificaſtis ad veſtrum luxum, & oblectamentum. Argentum, & aurum coadunaſtis, ſed iſtud meum eſt, S. D. (Aggæi 2. 9.) Mihi argentum, & mihi aurum, dixit Dominus exercituum. Eſtne inter vos aliquis, qui annunciet זאת hoc? Et non eſt זאת Zòth niſi Lex, S. D. (Deuteron. 4. v. 44.) וזאת VeZòth & hæc eſt Lex, quam poſuit Moſes, ſtatim exierunt in laqueos animæ. Exiuit Regnum Romanorum, & ingreditur Regnum Perſarum poſt illud. Sed cur eſt reputatum poſtremum? Et vnde? Quia ſcriptum eſt (Daniel. 7. 5.) Et ecce beſtia alia ſecunda ſimilis Vrſo. Dicit Ràu Ioſeph: Iſti ſunt Perſæ, qui comedunt, & bibunt ſicut Vrſus, ſunt carne onuſti inſtar Vrſi, nutriunt pilos vt Vrſus, & nunquam quieſcunt vt Vrſus. Dixit eis Deus ſanctus benedictus: In quonam laboraſtis? Dicunt coram eo: Domine Vniuerſorum, multos pontes fecimus, multas Vrbes ſubegimus, & bella multa confecimus. Et omnia fecimus vnius tantùm Iſraëlis cauſa, vt poſſet nauare operam Legi impenſiùs. Dixit eis Deus ſanctus benedictus: Quicquid feciſtis, in vſum veſtrum feciſtis, ædificaſtis pontes ad exigenda tributa. Vrbes, & Oppida condidiſtis, vel ſubiugaſtis, vt poneretis angarias, & vectigalia. Bel-

dam dicunt R. Simlài. In futurum adducet Deus ſanctus benedictus librum Legis in ſinu ſuo, & dicet: Quicumque dedit operam Legi, veniat, & mercedem ſuam accipiat. Statim congregabuntur, & venient Nationes mundi permixtim S. D. (Iſai. 43. v. 9.) Omnes gentes congregentur ſimul. Dixit ad eos Deus ſanctus benedictus: Ne introeamini coram me confuſè, & inordinatè, ſed intret Natio poſt Nationem cum Doctoribus ſuis, S. D. (Ibidem.) Et colligantur populi, & non eſt populus niſi מלכות Malcùth Regnum; S. D. (Geneſeos capite 25. ver. 23.) Et populus præ populo fortior erit. [R. Salomon Et Regnum contra Regnum præualebit.] Et quomodo poteſt eſſe vlla confuſio coram Deo ſan. benedicto? Idcircò ita factum eſt, vt ipſi inter ſe non confundantur, & audire non poſſint, quæ ipſis dicuntur. נכנס לפניו מלכות רומי תחילה וכו׳ Ingreditur primò Romanum Regnum. Et cur? Quia præ alijs eſt præſtantius, & magis æſtimatur, quia ſcriptum eſt (Dan. 7. 23.) Et deuorat vniuerſam terram, & calcabit eam, & comminuet eam. Dixit R. Iochanàn: Iſta eſt Roma nequam, cuius moneta [R. Salom. fama] percurrit vniuerſum mundum. Et vnde habemus, quòd qui in maiori æſtimatione habetur, prior ingrediatur? Secundùm Ràu Chaſdà, quia dicit Ràu Chaſdà: Rex, & Communitas. Rex primus eſt, qui ingreditur ad Iudicium, S. D. (1. Reg. 8. v. 59.) Ad faciendum iudicium ſerui ſui, & iudicium populi ſui Iſraël. Et ratio quænam eſt? Si vis dicam: Quia ſic eſt mos terræ, vt primùm Rex ſedeat foris (ſcilicet ſeorſim). Vel dicam aliter: Antequam ira incrementum accipiat. Dixit eis Deus ſanctus benedictus: Quibus

ille, cui præcipitur, & facit: nam dicebat R. Chaninà: Multò magis (remunerandus eſt) *ille, cui præcipitur, & facit, quàm ſit remunerandus ille, cui non præcipitur, & facit.*

Huiuſmodi dictum R. Chaninæ reperitur etiam in Cod. *Kidduſcin* cap. 1. pag. 31. vt ſuprà notaui pag. 485. colum. 1. Et in *En Iſraël* Par. II. pagina 149. col. 4. num. 3.

Pagina eadem, Quamplurima habentur, quæ contra Dei Maieſtatem blaſphema ſunt; vt, quòd decipiat creaturas, ſicuti quando dixerat (Deuter. 15. v. 5.) *Quod ego præcipio tibi hodie.* Hodie (inquit Iehoſciùa Ben Leuì) ad faciendum ea, & non cras ad faciendum ea. Hodie ad ea facienda; & non hodie ad capiendum præmium. Sed quia Deus ſanctus benedictus cum ſuis creaturis non agit tyrannicè, ideò dicitur præceptum leue, quia per eum non deficit crumena. Statim vnuſquiſque accepit, abijt, & fecit Tabernaculum in ſolario tecti ſui. Sed Deus ſanctus benedictus miſit Solem in ſolſtitio æſtiuo, & terebrando ea delere fecit: at vnuſquiſque eorum calce impegit in ea, & egreſſus eſt, S. D. (Pſal. 2. verſic. 3.) *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis funes eorum.* מקדיר Delere fecit (Deus). Nonne diximus, quòd Deus ſanctus benedictus אין בא בטרוניא non agit tyrannicè cum ſuis creaturis? Quomodo ergo Iſraëlitis tempore, quo durat ſolſtitium æſtiuum, vſque ad feſtum (Tabernaculorum) accidit eis dolor? Et nonne dicit Rauà: Quicumque dolore affligitur, liber eſt à conſtructione Tabernaculi? Sed eſto quòd ſit liber, nec adſtringatur ad *Succà* Taber-

Bella verò ego feci, S. D. (Exod. 15. 3.) Dominus Vir pugnator. *Nunquid eſt in vobis annuncians* זאת *Zoth hoc?* S. D. (Iſai. 43. 9.) Quis in vobis annuncians זאת Zoth hoc? *Et non eſt* זאת Zoth hoc *niſi Lex*, *S. D.* (Deuter, 4. v. 44.) וזאת *Vezoth* Et hæc eſt Lex quam poſuit Moſes. *Statim egreſſi ſunt confuſis faciebus laqueis animæ. Et quomodo? Poſtquam Regnum Perſarum viderat Regnum Romanum nihil profeciſſe, introiuit, vt ſe defenderet, dixeruntque* (Perſæ): *Iſti combuſſerunt Templum, & nos reædificauimus. &c.*

Ex his nonnulla in alijs quibuſdam locis Talmudis reperiuntur, vt ſunt ea, quæ de moribus Perſarum dicuntur. Vide ſuprà pag. 389. colum. 1. Prædicta omnia tranſcripta inuenies in *En Iſraël* Parte II. pagina 149. colum. 1. numero 1.

Pagina 3. lin. 2. Gentili ſtudenti Legi, quam mercedem aſſignent Talmudiſtæ.

ר׳ מאיר אומר מנין שאפילו גוי ועוסק בתורה שהוא ככהן גדול ת״ל (ויקרא יח׳ . ה׳ .) אשר יעשה אותם האדם וחי בהם כהנים לוים וישראל לא נאמר אלא האדם הא למדת שאפילו גוי ועוסק בתורח הרי הוא ככהן גדול אלא לומר לך שאין מקבל עליהם שכר כמצווה ועושה אלא כמי שאינו מצווה ועושה דאמר ר׳ חנינא גדול המצווה ועושה יותר משאינו מצווה ועושה :

R. Meir dicit: Vnde probatur, quòd etiam Gentilis, & laborans in Lege ſit ſicut Sacerdos Magnus? Scriptura dicit (Leuit. 18. 5.) Qui faciet ea homo; & viuet in eis. *Sacerdotes, Leuitæ, aut Iſraëlitæ, qui facient ea, non dicitur, ſed* homo *dicitur. En didiciſti, quòd etiam Gentilis, qui operam dat Legi, ſit tamquam Sacerdos Magnus. Sed dicit tibi, quòd Gentilis non recipiet mercedem ſicut*

ber-

Vltimo quadrante diei, quid facit Deus? Sedet, & docet puellos Scholæ Rabbàn Legem, S. D. (Iſai. 28. 9) Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus. [R. Salomon: *Puellos, qui moriuntur ante vſum rationis.*]

Et poſt pauca -

ובלילח מאי עביד איבעי' אימא מעין יממא ואיבעית אימא רוכב על כרוב קל שלו ושט בשמונה עשר אלף עולמות שנ' (תהלים ס״ח : י״ח) רכב אלחים רבותים אלפי שנאן אל תקרי שנאן אלא שאינן ואיבעית אימא יושב ושומע שירה מפי חיות שנ' (שם מ״ב : ט' :) יומם יצוה יחוה חסדו ובלילה שירה עמי :

Sed in nocte quid faciebat (Deus?) *Si vis dicam: Illud, quod* (faciebat) *in die. Et ſi vis dicam aliter: Equitabat ſuper Cherùb leuiſſimum ſibi proprium, & diſcurrebat per octodecim millia mundorũ. S. D.* (Pſal. 68. v. 18.) Currus Dei duæ myriades millia duplicata Dominus in eis. *Ne legas* שנאן, *ſed* שאינן *quæ non ſunt.* [R. Salom. *Quæ non ſunt viginti millia, vti eſſe debuiſſent duæ myriades, ſed deficiunt millia duplicata, id eſt duo millia, quibus ablatis à viginti millibus remanent octodecim millia.*] *Et ſi vis dicam aliter: Sedet* (Deus) *& audit Canticum animalium* (quatuor ſcilicet animalium currum Dei trahentium) *S. D.* (Pſ. 42. v. 9.) Interdiu præcipiet Dominus miſericordiam ſuam, & in nocte canticum eius mecum.

Quæ hic dicuntur de Deo, manifeſtæ ſtultitiæ ſunt. Inter hos ſtultiſſimos Talmudiſtas Reſc Lakìſc ſapit, dum præclaram ſententiam profert, in fauorem eorum, qui de nocte in Diuinis laudibus occupantur, ait enim -

כל חעוסק בתורה בלילה הקב״ה מושך עליו חוט של סחר ביום שנאמ' יומם יצוה יהוה חסדו ובלילה שירה עמי

bernaculum conſtruendum, ob id calce repellet? Statim Deus in cælis ſedens ridet ſuper eos, S. D. (Pſalmo eodem v. 4.) *Sedens in cælis ridebit.* Dixit R. Iſaac: Nunquam riſit Deus niſi tantùm illo die.

Idem legitur in *En Iſraël* Par. II. pagina 150. colum. 1. num. 3.

Ibidem. De Proſelytis. Vide Par. I. pag. 550. col. 1. & ſequitur, quòd Deus Hebræorum in Cęlis nunquam quieſcat, ſed diſtributum habeat diem duodecim horarum in quatuor quadrantes, in quibus, quid operetur, narratur. Tribus primis diei horis ſtudet Legi Moſaicæ: tribus ſecundis iudicat Vniuerſum, ſed cùm videat omnes reos eſſe, ſurgit è Tribunali, & ſedet in Throno miſericordiæ; tribus tertijs horis cibat Vniuerſum à cornibus Vnicornium vſque ad oua pediculorum; tribus vltimis horis ludit cum Leuiathano, S. D. (Pſ. 104. v. 26.) *Leuiathan iſte, quem formaſti ad ludendum cum eo.*

Huiuſmodi Talmudiſtarum ineptias vide Par. I. pag. 548. col. 2. Eaſdem habes in *En Iſraël* Par. II. pag. 150. colum. 2. num. 4.

Eadem pagina 3. b. circa medium: Dicit Ràu ipſi Ràu Nachmàn Bar Iſaaci: Poſtquam euerſum eſt Sanctuarium, & incenſum Templum, Deus non ampliùs ridet, iuxta illud (Iſai. 22. 12.) *Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum faciei.*

Et poſt pauca -

ברביעית מאי עביד יושב ומלמד תינוקות של בית רבן תורה שנאמ' (ישעית כ״ח : ט' :) את מי יורה דעה ואת מי יבין שמועה גמולי מחלב עתיקי משדים וכו' ;

pagulis citò corruunt, & in peccata labuntur, & moriuntur; vnde Abbas Ioannes ſolebat dicere: *Quod aqua piſci eſt, id Monaſterium Monacho*. Habetur & in *En Iſraël* loco citato num. 6.

Pagina 4. longè poſt principium. Orandum pro Regni pace.

רבי חנינא סגן הכהנים אומר הוי מתפלל בשלומה של מלכות שאלמלא מוראת של מלכות איש את רעהו חיים בלעו׃

R. Chaninà Vicarius Sacerdotum dicit: Ora pro Regno, quia niſi eſſet timor Regni; vnuſquiſque ſocium ſuum viuum deglutiret. In *En Iſraël* loco citato numero 6. in fine.

Ibidem in fine. Quid ſit momentum, Et de Dialogo Aſinæ cum Balaam.

[Tánù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: (Pſal. 7. 12.) *Deus iraſcitur per ſingulos dies*. Et vſque adeò (durat?) momento. Et momentum quanto tempore? De quinque myriadibus tria millia, octingenta, & quadraginta octo vnius horæ (hoc eſt 53848. momenta, quibus conſtat vna hora, vnum ex his eſt momentum indignationis Diuinæ) neque vlla creatura poteſt cognoſcere, & collimare horam illius præter Balaam impium. De quo ſcribitur (Num. 24. v. 16.) *Et ſcit ſcientiam Altiſſimi*. Sed quomodo? Scientiam aſinæ ſuæ non cognouit, & ſcientiam Altiſſimi cognouit? Cur ſcientiam ſuæ beſtiæ non cognouit? Tempore, quo viderunt eum, quòd equitabat aſinam ſuam, dixerunt ei: Cur non equitaſti equum? Reſpondit: In paſcuis, vt paſcat reliqui eum. Statim. Et dixit aſina: Nonne ego aſina tua? Reſpondit (Balaam): Ad ſarcinas aduehendas tantùm. Dixit illa: Et modò equitas? Reſpondit: Secundùm

עמי מה טעם יומם יצוה יהוה חסדו משום דבלילה שירו עמי׃

Quicumque operam dat Legi de nocte. Deus ſanctus benedictus trahit ſuper eum filum miſericordiæ in die, S. D. (Pſal. 42. v. 9.) Interdiu præcipiet Dominus miſericordiam ſuam, & in nocte canticum eius mecum. *Quænam eſt ratio*. In die præcipiet Dominus miſericordiã ſuam? *Quia* in nocte eſt canticum eius mecum. Ex eodem Reſc Lakìſc, alij dicunt -

Qui occupatur in Lege in hoc mundo, qui ſimilis eſt nocti, Deus ſanctus benedictus trahit ſuper eum filum miſericordiæ in ſeculo futuro, quod ſimile eſt diei, S. D. Inrerdiu præcipiet Dominus miſericordiam ſuam, &c. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 150. col. 3 num. eodem.

Pro eruditione eorum, qui in Clauſtris degunt, non minoris eſt momenti ſententia illa prolata à Ràu Iehudà ſtatim -

אמר רב יהודה אמר שמואל מאי דכתיב (חבקוק א׳ יד׳) ותעשה אדם כדגי הים כרמש לא מושל בו׃

Dixit Ràu Iehudà, dixit Samuel: Quid eſt quod ſcriptum eſt (Habacùc 1. 14.) Et facies hominem veluti piſces maris, tamquam reptile (cui) non eſt dominator in eo?

למה נמשלו בני אדם כדגי הים לומר לך מה דגים שבים כיון שעולין ליבשה מיד מתים אף בני אדם כיון שפורשין מדברי תורה ומן המצוה מיד מתים׃

Cur homines piſcibus maris aſſimilantur? Vt diceret; Sicut piſces, qui ſunt in mari, quando ſaliunt in ſiccum, ſtatim moriuntur, ſic homines quando ſeparantur à Lege, & præceptis, ſtatim mortui ſunt.

Sic Monachi extra Clauſtra ſunt tamquam piſces extra aquas, quia ſicut hi ſine aquis diù viuere non poſſunt, ita & ipſi ſine Regularum Monachalium re-

Pagina 5. circa medium. De libro Adami, in quo Rabbinorum geſta deſcripta ſunt. De eo ſuprà aliquid dixi pagina 551. colum. 2. Et in *En Iſraël* Parte II. pag. 151. col. 3. num 15.

Ibidem paulò poſt. Non venit filius Dauid Meſſias donec completæ fuerint omnes animæ, quę ſunt in corpore illo, [R. Salom. *Theſaurus, ſeù Apotheca eſt, & nomen eius eſt* גוף *Guph.*] De quo vide ſuprà pag. 466. col. 2.

Pagina 6. circa medium. Contra Dominicum diem Chriſtianorum.

ת״ש דאמר רב תחליפא בר אברימי אמר שמואל יום נוצרי לדברי ר׳ ישמעאל לעולם אסור׃

Veni, & vide illud, quod dixit Ràu Tachaliphà Bar Abrimì, dixit Samuel: Dies נוצרי *Notzrì Chriſtianus, ſeù Chriſtianorum, ſecundùm verba R. Iſmaelis, in æternum eſt prohibitus.* [R. Salom. *Notzrì Chriſtianus eſt ille, qui ambulat in errorem* של אותו איש *illius Viri* (IESV CHRISTI) *qui præcepit eis, vt facerent diem feſtum, ſeù* איד Ed *perditionis primo die Sabbathi, id eſt die Dominico.*] Tamquam iniurium Chriſtianis huiuſmodi commentum delendum eſt. Cur Sabbathum in diem alium profanum commutari poſſit, vide ſuprà pag. 385. col. 1. Et cur in diem Dominicum mutatum ſit, vide ſuprà pag. 412. col. 1.

Pagina 8. b. longè poſt principium. Explicatur quid ſit קרטסים *Karteſim*, quorum fit mentio in Miſcnà, & dicitur quòd ſint duo feſta Romanorum, in quibus celebrabant Romani feſtum dilatationis Imperij; in primo, quando ſubiugarunt Ægyptum ſub Cleopatra; & ſecundũ, quando vicerunt Gręcos. *R. Dimì dixit: Romani 32. prælia contra Græcos cõmiſerunt, nec præualere potuerunt contra*

dùm quod caſu occurrit. Dixit aſina: A' tempore, quo tua ſum, vſque ad hunc diem, ſemper hoc feciſti, & non tantùm hoc, cùm interdiù ſeruiam tibi, ſed etiam noctu inſeruio tibi pro vxore, &c.]

Iſta indicantur in *En Iſraël* Parte II. pag. 151. col. 1. num. 10. Et citatur Cap. 1. Cod. *Berachòth*, vt & ego retuli Par. I. pag. 658. col. 2. & ſeq. ex Codice *Sanhedrìn*, vbi hoc obſcœnum commentum refellitur. In hoc loco ſolùm notanda eſt inconſtantia, & obliuio Talmudiſtarum, circa aſſignationem momentorum, quibus exiſtimant horam componi: nam in hoc loco dicunt רגע אחת מחמש ריבוא ושלשת אלפים ושמונה מאות וארבעים ושמונה בשעה זו היא רגע׃

Momentum eſt vna (pars) *de quinque myriadibus, & tribus millibus, & octingentis, & quadraginta octo vnius horæ, ipſum eſt momentum.* Nempè 53848. momenta conficiunt vnam horam. Et in Cod. *Berachòth* cap. 1. pag. 7. longè poſt principium, de hoc eodem argumento agitur, & quæritur.

וכמה רגע אחד מחמשת רבוא ושמונת אלפים ושמונה מאות ושמנים ושמנה בשעה וזו היא רגע׃

Et quantum eſt momentum? Vnum de quinque myriadibus, & octo millibus octingentis, & octoginta octo per horam, & hoc eſt momentum. Videlicet 58888. momenta in vna hora reperiri. Excedit igitur hora Codicis *Berachòth* horam Codicis huius ע״ז *Auodà Zarà* momentis 5040. En quomodo in Talmude, etiam in ijs, quæ ad Mathematicam ſpectant doctrinam, nihil certum, nihil firmum reperitur. Quomodo igitur fidendum eſt Talmudiſtis, quando de dogmatibus tractant, aut S. Scripturã explicant?

eos, donec confœderati ſunt cum Iſraële. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 152. colum. 2. num. 22. Et poſt pauca.

אמר רב כהנא כשחלה רבי ישמעאל בר יוסי שלחו ליה רבי אמור לנו שנים וג׳ דברים שאמרת לנו משום אביך אמר להו מאה ושמנים שנה קודם שנחרב הבית פשטה מלכות הרשעה על ישראל שמנים שנה עד לא חרב הבית גזרו טומאה על ארץ העמים ועל כלי זכוכית ׃ מ׳ שנה עד לא חרב הבית גלתה סנהדרין וישבה לה בחנות וכו׳ ׃

Dixit Ràu Cohanà : Quando ægrotauit R. Iſmaël Ben Ioſè, miſerunt ad eum Rabbì. Dic nobis duo, & tria, quæ (olim) *nobis dixiſti nomine patris tui. Dixit eis : Centum octoginta annis antequam deſtructa ſit Domus* (Templum) *dilatatum eſt Regnum impium* [R. Sal. *Romanorum*] *ſuper Iſraëlem. Octoginta annis antequam deſtrueretur Domus, determinarunt immundiciam ſuper terram populorum, & ſuper Vaſa vitrea. Quadraginta annis antequam deſtructa fuiſſet Domus, exulauit Synedrium, & ſedit ſibi in Chanùth. &c.* Huiuſmodi notitia habetur etiam ex Codice *Sanhedrin*.

Pagina 9. poſt medium.

תנא דבי אליהו ששת אלפים שנה הוי העולם וכו׳ ׃

Tanà debe Elihàu Eſt traditio Scholæ Eliæ : Sex mille annis eſt (ſtabit) *mundus, &c.*

Ex hac traditione euidenter patet, iam diù olim veniſſe Meſſiam in mundum, vti prolixè eundem locum explicauimus ſuprà ex Cod. *Sanhedrin* Par. I. pag. 168. col. 2. De eodem in *En Iſraël* Par. II. pag. 152. col. 3. num. 23.

Pag. 11. b. non longè à princ. Quolibet 70. anno feſtum Romæ olim celebrabatur. Accipiebant hominem habentem omnia membra integra, & equitare faciebant ſuper hominem claudum [R. Sal. *ad ſimilitudinem Eſau robuſti, & Iacobi claudi*] &c. vti relatū eſt ſuprà in *R. Iſmaël Ben Eliſciàa* pag. 295.

Pagina 17. in ipſo principio. Quædam de Iacobo diſcipulo IESV Nazareni narrantur, quibus Iudæorum genius contra Chriſti diſcipulos hoc modo panditur.

אמר עקיבא פעם אחת הייתי מהלך בשוק העליון של ציפורי ומצאתי אחד מתלמידי ישו הנוצרי ויעקב איש כפר סכניא שמו אמר לי כתוב בתורתכם (דברים כ״ג ׃ י״ח ׃) לא תביא אתנן זונה מהו לעשות הימנו בית הכסא לכ״ג ולא אמרתי לו כלום אמר לי כך לימדני ישו הנוצרי (מיכה א׳ ׃ ז׳ ׃) מאתנן זונה קבצה ועד אתנן זונה ישובו ׃ ממקום הטנופת באו למקום הטנופת ילכו והנאני הדבר ע״י זה נתפסתי למינות ועברתי על מה שכתוב בתורה (משלי ה׳ ׃ ח׳ ׃) הרחק מעליה דרכך זו מינות ואל תקרב אל פתח ביתה ׃ זו הרשות ואיכא דאמרי הרחק מעליה דרכך זו מינות והרשות ואל תקרב אל פתח ביתה זו זונה וכמה אמר רב חסדא ארבע אמות ורבנן מאתנן זונה מאי דרשי בית כדרב חסדא דאמר רב חסדא כל זונה שנשכרת ולבסוף היא שוכרת שנ׳ (יחזקאל י״ו ׃ ל״ד ׃) ובתתך אתנן ואתנן לא נתן לך ׃ ותהי להפך ׃

Dixit Akibà : Aliquando ambulabam per plateam ſuperiorem (Vrbis) *Tzippurrì Sephoræ, & inueni vnum de Diſcipulis Ieſu Nazareni, & Iacobus* איש *Iſc Chephàr Sechanià Vir de Villa Secania vocabatur. Dixit mihi : Scriptum eſt in Lege veſtra* (Deuter. 23. v. 18.) Non introduces donum meretricis. *Quid de illo faciendum eſt; latrina pro Summo Sacerdote? Et non reſpondi ei quicquam. Dixit mihi : Sic docuit me Ieſus Nazarenus* (Mich. 1. 7.) De mercede meretricis congregauit, & vſque ad mercedem meretricis reuertentur. *De loco ſordido venerunt, in locū ſordidum abeant, & arriſit mihi hoc verbū, & idcircò effudi meipſum*

(la-

ſti fideles eiuſmodi nomine מינים *Hæreticorum* in Talmude appellentur; ſed quòd fuerit Medicus, id in Hiſtoria Eccleſiaſtica nunquam me legiſſe memini. Quare omnia, quæ de hoc Diſcipulo Chriſti dicuntur in Talmude, fabuloſa eſſe, & cum alijs propemodum infinitis fabulis in eodem libro narratis, intermiſcenda. Quòd verò Iudæi Synagogæ Romanæ credant, Eccleſiam in honorem S. Iacobi in Vrbe dicatam cum Hoſpitale Incurabilium, huic Rabbino Iacobo de Chephàr Secanià Medico, quem perperam vocant *Diſcipulum Ieſu Nazareni*, fuiſſe erectam, pro nihilo habemus, neque enim læſæ menti omnium Iudæorum, nos mederi poſſe, hiſce ſcriptis arbitramur. Satis erit, ſi illorum erroribus oſtenſis, viam rectam, per quam incedere debeant, demonſtremus. Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 153. col. 4. num. 29.

Eadem pagina 17. b. ante medium. Legis lectio ſine operibus bonis eſt ac ſi quis eſſet ſine Deo.

אמר רב הונא כל העוסק בתורה בלבד דומה כמי שאין לו אלוה שנ׳ (ד״ה ב׳ : ט״ו : ג׳ :) ימים רבים לישראל ללא אלהי אמת מאי ללא אלהי אמת שכל העוסק בתורה בלבד דומה כמי שאין לו אלוה וגמילות חסידים לא עסק :

Dixit Ràu Hunnà: Qui operam dat Legi ſolummodo, ſimilis eſt ei, qui Deum non habet, S. D. (2. Paralip. 15. ver. 3.) Dies multi erunt Iſraëli abſque Deo veritatis. *Quid eſt* Abſque Deo veritatis? *Quia qui dat operam Legi ſoli, ſimilis eſt illi, qui Deum verum non habet, & opera miſericordiæ non exercet.*

Locus Scripturæ citatus literaliter intelligitur, de populo Iudaico, qui multis diebus erit ſine vero Deo, ſine Sacer-

 do-

(lapſus ſum) *in hæreſim, & præuaricatus ſum ſuper illud, quod ſcriptum eſt in Lege* (Prou. 5. v. 8.) Longè fac ab ea viam tuam; *iſta eſt hæreſis*. Et ne appropinques ad oſtium domus eius; *iſta eſt libertas. Et ſunt qui dicunt*: Longè fac ab ea viam tuam; *iſta eſt hæreſis, & libertas*. Et ne appropinques ad oſtium domus eius; *iſta eſt meretrix. Et hoc eſt quod dicit Ràu Chaſdà, quatuor cubitis. Et Rabbanàn dicunt*: De mercede meretricis *tranſtulerunt ſecundùm ſententiam Ràu Chaſdà. Quia dixit Ràu Chaſdà: Quælibet meretrix, quæ mercedem accipit, tandem ſoluit eandem alteri, S. D.* (Ezech. 16. v. 34.) Et in dando te mercedem, & merces non ſit data tibi: & fuiſti in oppoſitum.

Quemdam Iacobum Medicum de Chephàr Sechanià, quẽ inducunt in hoc loco fatentẽ ſe in hęreſim lapſũ fuiſſe, & quem infrà pag 28. non longè à fine vocant יעקב מינאה *Iacobum Hæreticum*, perſuaſum ſibi habent Talmudiſtę eum fuiſſe diſcipulum Domini noſtri IESV Chriſti, eumque Medicinam exercuiſſe, & quamplurimos à languoribus curaſſe. Vnde moderni Iudæi Romanæ Synagogæ credunt Eccleſiam Sancti Iacobi apud Incurabiles infirmos, huic Iacobo de Chephàr Sechanià Medico dicatam eſſe, & ob hanc cauſam apud eandem erectum Hoſpitale Infirmorum incurabilium, vt ope huius Medici curentur, & ſanitati reſtituantur. Quòd Sanctus Iacobus Diſcipulus, & Apoſtolus Chriſti, qui poſt mortem Domini diuerſas, & longinquas Regiones peragrauerat, diſſeminando in eis Euangelium, fuerit vocatus Hæreticus à Talmudiſtis, non miror, cùm omnes Chri-

ſi ipſe eſſet plenus oculis, ſicut eſt Angelus mortis. Dicunt enim de מלאך המות *Malàch hammàueth*, quòd ſit מלא עינים *plenus oculis*, & in hora, qua infirmus diſcedit ex hoc mundo, ſtat ſuper ceruical ipſius, gladium euaginatum tenens in manu ſua, & gutta fellis pendet ex eo, & quando infirmus eam aſpicit, contremiſcit, & aperit os ſuum, & Angelus mortis proijcit illam in os eius, & ex ea moritur, & pallidus fit.

Putant Iudæi mori non poſſe hominem, niſi à *Malàch hammàueth Angelo mortis* gladio ſuo, quem ſemper geſtare credunt, occidatur. Vide *En Iſraèl* Par. II. pag. 156. col. 3. num. 48.

Ord. IV. *Nezikin* Cod. 8 *Auodà Zarà* cap. 2. *En Maamidin*.

Pagina 24. b. poſt medium. Vaccæ Philiſthinorum Arcam Dei ſuper plauſtrum deferentes Canticum cantant.

(שמואל א׳ : ו׳ : יב׳׳) וישרנה הפרות בדרך על דרך בית שמש וגומר :

(1. Sam. 6. 12.) *Et direxerunt Vaccæ in via, ſuper viam Beth Scèmeſc, &c.*

מאי וישרנה אמר רבי יוחנן משום רבי מאיר שאמרו שירה וכן אמר רב זוטרא בר טוביה אמר רב שעקמו פניהם כנגד ארון ואמרו שירה ומאי שירה אמרו אמר ר׳ יוחנן משום ר׳ מאיר (שמות טו׳ : א׳ :) אז ישיר משה ובני ישראל ליהוה : ורבי יוחנן דידיה אמר (ישעיה יב׳ : ד׳ :) ואמרתם ביום ההוא הודו ליהוה קראו בשמו : וגו׳ : ור״ש בן לקיש אמר מזמורא יתמא (תהלי׳ צח׳) מזמור שירו ליהוה שיר חדש כי נפלאות עשה הושיע לו ימינו וזרוע קדשו : ר׳ אליעזר אומר (תהלים צט׳ : א׳) יהוה מלך ירגזו עמים : ר׳ שמואל בר נחמני אמר (שם צג׳ : א׳) יהוה מלך גאות לבש : רבי יצחק נפחא אמר רוני רוני השיטה :

Quid eſt: Et direxerunt? (accipiunt וישרנה *Et direxerunt*, vt ſit à radice שור quod eſt *cantare*, transferunt, *& cantaue-*

dote, & Doctore, & ſine Lege. Verificatur hoc in diebus noſtris, qui cùm in Deum vnum, & Trinum credere nolint, illumque reſpuant, vtique ſunt ſine Deo vero. Sunt ſine Sacerdote, quia non habent Altare. Ad quid igitur Sacerdotes, quos fingunt ſe habere de ſtirpe Aharonis? Dicent: Vt poſſint benedicere populo in Synagoga poſt ſolemnes orationes. Ita faciunt, ſed hodie cùm incerti ſint, de qua Tribu ſint, incerti etiam erunt huiuſmodi Sacerdotes, an ex familia Aaronis, an alterius familiæ exiſtant, & ſic illorum benedictio, an idonea, nec ne fuerit, ſemper in incertum verſabuntur. Idem dicendum eſt de מורה *Morè* Doctore, & de Lege, quia cùm ſub iugo Nationum premantur Iudæi, Doctorem, & Directorem liberum, & ingenuum habere non poſſunt, nec Legem in omnibus obſeruare; cùm omnia ceremonialia terram reſpiciant Chananæorum. In *En Iſraèl* reperitur Parte II. pagina 154. columna 3. num. 33.

Pagina 18. circa principium. De pronunciante nomen Dei per ſuas literas, ait Abbà Sciaùl אין לו חלק לעולם הבא *Non habet partem in ſeculo futuro*.

Ibidem verſa pagina ante medium. Exponitur verſiculus primus Pſalmi. 1. *Beatus Vir, qui non abijt in conſilio impiorum, &c.* qui citatur à R. Salomone, & alijs, vbi ſenſus eſt: quod ex aſſuefactione in minori malo tranſducitur homo, vt cadat in peiora: & explicatur totus Pſalmus expoſitionibus interdum ridiculis, & annotatione indignis.

Pagina 20. b. in ipſo principio. Non aſpiciat homo animalia, quando inter ſe commiſcentur, nec etiam aues, etiam

Sam. 1. 18.) quis eſt? Eſt liber Abrahami, Iſaaci, & Iacobi, qui appellantur Recti; quia dicitur (Num. 23. 10.) *Moriatur anima mea morte Iuſtorum, & ſit nouiſſimum meum ſicut ipſe*. Et vbi eſt alluſio? (Gen. 49. 8.) *Iudas tu, laudabunt te fratres tui, manus tua in ceruice inimicorum tuorum*. Et vbi eſt bellum; vbi opus eſt manu contra ceruicem? Dicas hunc eſſe arcum. R. Eliezer dicit: Hic eſt liber Deuteronomij. Et quare vocat eum librum Iuſtorum? Quia ſcriptum eſt (Deuter. 6. 18.) *Et facias rectum, & bonum in oculis Domini*. Et vbi eſt alluſio &c. R. Samuel Bar Nachmanì dicit: Iſte eſt liber Iudicum. Et cur vocant eum librum Iuſtorum? Quia ſcriptum eſt (Iudic. 17. v. 6.) *In diebus illis non erat Rex in Iſraël, vnuſquiſque quod rectum erat in oculis ſuis faciebat*. Quem nos vertimus *Librum Iuſtorum* Scriptura appellat ספר הישר Sèpher Haijaſciàr Librum Recti. (Ioſue 10. 13.) *An non hoc ſcriptum eſt ſuper* ספר הישר *librum Recti? Et ſtetit Sol in medio calorum, & non feſtinauit occumbere quaſi die perfecta*.

Neſciunt Talmudiſtæ, quis ſit hic liber, ideò in diuerſas ſententias diſtrahuntur. Arridet tamen ſententia R. Leuì Ben Gherſciòm; qui in hunc locum dicit והנה ספר הישר אחשוב שהיה נקרא כן ואבד עם הגלות, *Iſte liber Recti erat in æſtimatione* (magna) *ideò ſic vocabatur, ſed perijt in* (populi) *tranſmigratione*.

Pagina 25. b. circa medium. Iudæus ambulans cum Gentili, hoc eſt cum Chriſtiano, quam cautelam obſeruare debeat.

ת״ר ישראל שנזדמן לו גוי בדרך טופלו לימינו ר׳ ישמעאל בנו של ר׳ יוחנן בן ברוקה אומר בסייף טופלו לימינו

uerunt) Vacca in via, ſuper viam Bethsèmeſc. Quid cantauerunt? Dixit R. Iochanàn nomine R. Meir, quòd dixerunt Canticum. Et ſic dixit Ràu Zutrà Bar Tobiæ, dixit Ràu: quòd verterint facies earum ad Arcam, & cecinerunt Canticum; & quale Canticum cantauerunt? Dixit R. Iochanàn nomine R. Meir (Exod. c. 15. 1.) Tunc cecinit Moſes, & filij Iſraël Canticum hoc Domino, &c. *Et R. Iochanàn Dedijàh dixit*: (Iſai. 12. v. 4) Et dicetis in die illa: Confitemini Domino, inuocate nomen eius, &c. *Et R. Scimòn Ben Lakìſc dixit: Pſalmum dixerunt* (Pſal. 98.) Pſalmus. Cantate Domino Canticum nouum, quia mirabilia fecit. Salutem fecit dextera eius, & brachium ſanctitatis eius. *R. Eliezer dicit* (Pſal. 99.) Dominus regnauit contremiſcant populi. *Rabbì Samuel Bar Nachmani dixit* (Ibid. 93.) Dominus regnauit celſitudinem inducit. *R. Iſaac Naphchà Faber ferrarius dixit*: Canta canta השיטה *Haſcittà* [R. Salom. *Dirigunt Vaccæ Canticum ad Arcam, quæ ex lignis* שיטים *Scittìm erat fabrefacta*] &c.

Quia ex Scriptura Talmudiſtæ vident loquentem aſinam Balaam, ideò loquentes, imò & cantantes inducunt Vaccas, quæ ex terris Philiſthæorum in terram Iſraëlis reducunt Arcam Dei: ſed hoc eſt chimericum commentum Rabbinorum, quod hactenus inauditum fuerat; & quod peius eſt, detorquent Scripturam, vt ex ipſa eliciatur illud, quod incredibile eſt, & portentoſum. Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 157. columna 1. numero 52.

Pagina 25. poſt medium. De libro Iuſtorum, iudicium Rabbinicum.

Liber Iuſtorum (de quo hic, & 2.

ſororis R. Iſmaelis, quem ſerpens momorderat. Venit Iacobus Iſc Chephàr Secanià Vir de Villa Sicania, Vt curaret eum, & non permiſit ei R. Iſmael. Dixit ei: Iſmael frater mi, ſine me, Vt medelam ab eo accipiam (pro filio meo) *& ſanus fiat, & ego adducam Scripturam ex Lege, quòd hoc ſit licitum. At adeò cunctatus eſt* (R. Iſmael) *donec ſpiritum efflauit, & mortuus eſt, &c.*

Dicunt Expoſitores: In nomine Ieſu Iacobum eius diſcipulum patraſſe miracula, & ſanaſſe infirmos, quod ex Talmude Ieroſolymitano docemur hoc eodem cap. אין מעמידין p. 40. col. 4. quatuor lineis ante finem. Eius verba ſunt.

מעשה באלעזר בן דמא שנשכו נחש ובא יעקב איש כפר סמא לרפותו אמר לו ניטא לך בשם ישו בן פנדרת אמר לו ר׳ ישמעאל אי אתה רשאי בן דמא, אמר לו אני אביא ראייה שירפאני לא הספיק להביא ראייה עד שמת,

Opus, quod accidit R. Eleazaro Ben Dama, quem momorderat ſerpens. Et Venit Iacobus Iſc Chephàr Samà Vir de Villa Samà in nomine Ieſu Ben Pandirà, Vt eum ſanaret, ſed non permiſit R. Iſmael dicens: Non tibi licet Ben Damà huiuſcemodi rem facere. Dixit ei (Ben Damà) *Ego afferam probationem, quòd liceat. Non permiſit ei adducere probationem, donec moreretur* (Ben filius ipſius Damà). Addit idem Talmùd Ieroſolymitanum Codice *Sciabbàt*, pag 14 col. 4. in fine probationem ex Scriptura, quam afferre debebat Damà, paulò infrà, ſic dicens

ומאי הו״ל למימר (ויקרא יח״ : ה׳) וחי בהם ולא שימותו בהם ורבי ישמעאל הני מילי בצינעא אבל בפרהסיא לא דתניא היה ר׳ ישמעאל אומר מנין שאם אומרים לו לאדם עבוד ע״ז ואל תהרג שיעבוד ואל יהרוג ת״ל וחי בהם ולא שימות בהם יכול אפילו בפרהסיא ת״ל (שם כ״ב : ל״ב) ולא תחללו את שם קדשי :

Et

לומינו במקל טופלו לשמאלו : היו עולין במעלת או ורדין בירידה לא יהא ישראל למטה וגוי למעלה אלא ישראל למעלה וגוי למטה ואלישות לפניו שמא ירוץ את גולגלתו שאלו להיכן הולך ירחיב לו את הדרך כדרך שעשה יעקב אבינו לעשו הרשע (בראשית ל״ג : י״ג) עד אשר אבא אל אדוני שעירה וכתיב (שם פסוק י״ז) ויעקב נסע סכותה :

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: Si Iſraëli obuiet in Via Gentili, iunget eum ad dexteram ſuam. R. Iſmaël Ben R. Iochanàn Ben Berukà dicit; Cum gladio iunget eum dexteræ ſuæ, cum baculo iunget eum ſiniſtræ ſuæ. Si aſcendant per gradus, aut deſcendant per locum decliuem, non erit Iſraël infra, & Gentilis ſupra; ſed Iſraël erit ſupra, & Gentilis infra: neque incuruabit ſe coram eo, ne fortè contundat (Gentilis) *cranium eius. Si quæſierit* (Gentilis:) *Quo Vadis? Longiùs ipſi iter indicabit, ſicut fecit Iacob pater noſter Eſau impio* (Geneſ. 33. 13.) Quouſque veniam ad Dominum meum in Sehir. *Et ſcriptum eſt* (Ibid. ver. 17.) Et Iacob profectus eſt in Succòth.

Summopere timent Chriſtianos Iudæi, ideòque his cautelis munire ſtudent ſuos, & æquiuocis vti in periculis, Iacobi exemplo, oſtendunt. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 157. col. 4. n. 55.

Pagina 27. b. Pro Hæreticis habentur Chriſtiani, quorum opem ad corporis languorem depellendum, reijciunt. Vbi iterum de Iacobo diſcipulo Ieſu. Inquiunt enim in hoc loco ante med.

מעשה כבן דמא בן אחותו של ר׳ ישמעאל שהכישו נחש ובא יעקב איש כפר סכניא לרפאתו ולא הניחו ר׳ ישמעאל ; אמר לו ישמעאל אחי הנח לי ואתרפא ממנו ואני אביא לך מקרא מן התורה שהוא מותר ולא הספיק לגמור הדבר עד שיצאה נשמתו ומת וכו׳ ;

Caſus, qui occurrit filio Damà Ben

Et quid erat ipſi dicendum? (Leuit. cap. 18. ver. 5.) Et viuat in eis. *Et non præcepta, quibus moriatur in eis. Et R. Iſmael: Iſta verba ſecretò* (dicenda erant) *& non publicè. Quia traditio eſt, R. Iſmael dicebat: Vnde probatur, quòd ſi dicant homini: Cole Idola, & non interficieris, quod colat, & non occidatur? Scriptura dicit:* Et viuat in eis, *& non quòd moriatur in eis, numquid etiam publicè? Scriptura dicit* (Ibid. 22. v. 32.) Et ne polluatis nomen ſanctitatis meæ.

Ex hoc vltimo loco adducto, videtur probatum eſſe; quòd neque in occulto abneganda ſit vera Religio, quia per abnegationem veræ Religionis clam factam profanatur, atque, quantum in ſe eſt, Dei nomen polluitur. Vnde Chriſtianus tam ore, quàm corde firmiter credere, & coram Iudice interrogante confiteri tenetur Religionem ſuam, dicente Apoſtolo ad Rom. c. 10. v. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Prænarrata hiſtoria Iacobi Iſc Chephàr Sechaniâ habetur etiam in *En Iſrael* Par. II. pagina 158. col. 1. num. 56 Vide etiam ſuprà pag. 618.

Et iſta ſint ſatis ex Codice *Auodà Zarà* annotata.

Sequitur Codex 9. *Auòth*, ſed non habet Ghemarà.

Ord. IV. *Nezikin* Cod. 10. *Horaijòth* cap. 1. *Horù Beth Din*.

Pagina 4. propè finem. Eſt quædam adoratio Idoli ex Scriptura, quam licitam faciunt: nam ſcriptum eſt (Exod. cap. 34. 14.) *Non incuruabis te Deo alieno*. Dicunt enim.

כי אסירה תשתחויה כדרכה אבל שלא כדרכה שריא ואיבעית אימא דאמרינן תשתחויה גופה דכרכה הוא
דאסיר דאית בה פישוט ידים ורגלים הא תשתחויה דלית בה פישוט ידים ורגלים שריא :

Quòd prohibita ſit adoratio ſecundùm morem ſuum, ſed quando non eſt ſecundùm morem ſuum ſit licita. Et ſi vis dicam: Quia dicunt: Adoratio corporis eius ſecundùm eius morem, & ordinem, hoc eſt quod prohibetur, quia eſt in ea extenſio manuum, & pedum; ſed ſi eſt adoratio, in qua non ſit eiuſmodi extenſio, licet.

Permittunt Talmudiſtæ aliquam ſpeciem Idololatriæ, quam Idololatriam eſſe negant: vt ſi cultu proprio Idoli, Idolum non adoretur, licitum ſit: vnde docent, quòd ſi quis coleret, v. g Idolum Mercurij, non ſecundùm ritum huius Idoli, ſed alio modo, puta cultu Iouis, vel Veneris, non committeret idololatriam, ſed eſſet פטור *Patùr Liber*. Contra textum Scripturæ ſuprà allatum: *Non incuruabis te Deo alieno*, quem ad ſuam impietatem firmandam Talmudiſtæ adducunt.

Ord. IV. *Nezikin* Cod. 10. *Horaijòth* cap. 3. *Cohèn Maſciàch*.

Pagina 10. b. circa medium. Filiæ Lot reſpexerunt ad præceptum Diuinum, ſed Lot ad concupiſcentiam. De eo vide ſuprà pag. 537. col. 2.

Pag. 11. b. longè poſt principium. De confectione olei Moſaici in deſerto, quomodo ad tot tantaque vngenda ſufficere potuerit, cùm tantùm 12. Log eſſet. Nota tamen, quòd non inungebant in Reges filios Regis, niſi quando diſſidium intercederet; ſic vnctus fuit Salomon filius Dauid, quia Adonias cum eo de Regno contenderat. &c.

Pagina 12. in ipſo principio. De rebus repoſitis in Arca Dei, quæ erant Oleum Vnctionis; Ampulla Mannæ:

Vir-

res : Si fuerit ipſe, & pater ſuus, & Magiſter ſuus in captiuitate ; ipſe præcedit Magiſtrum ſuum ; & Magiſter patrem ; ואמו קודמת לכלם *ſed mater præcedit omnes. Sapiens præcedit Regem. Sapiens, qui mortuus eſt, non eſt nobis. Similiter Rex, qui mortuus eſt, omnis Iſraël apti ſunt Regno. Rex præcedit Sacerdotem magnum, S. D.* (1. Reg. 1. v. 33.) Et dixit Rex ad eos : Accipite vobiſcum de ſeruis Dominorum veſtrorum. *Sacerdos magnus præcedit Prophetam, S. D.* (1. Regum 1. v. 34.) Et vnget eum ibi Sadoch Sacerdos, & Nathan Propheta. *Præponitur Sadoch Nathano. Et dicitur* (Zach. 3. v. 8.) Audi nunc Ioſuè Sacerdos magne, tu, & ſocij tui, &c. *Sacerdos Vnctus Oleo Vnctionis præcedit Sacerdotem plures habentem veſtes* (vt in Templo ſecundo vbi non erat Oleum Vnctionis, vt ſuprà dictum eſt). *Sacerdos habens plures veſtes præcedit eum, qui tranſit, & iſte præcedit vnctum bello ; Vnctus ad bellum præcedit* סגן *Seghàn Sacerdotem ſubſtitutum Vicarium. Subſtitutus Sacerdos præcedit* אמרכל *Amarcòl. Quid eſt Amarcòl? Dixit Ràu Chaſdà : Eſt ille, qui* אמר כולה *edicit omnia.* [R. Salom. *Eſt præfectus omnium, nec aliquis audet contradicere illi.*] *Amarcòl præcedit* גזבר *Ghizbàr Depoſitarium* (Templi). *Depoſitarius præcedit Principem Cuſtodiæ ; Princeps Cuſtodiæ præcedit Caput domus* (familiæ) ; *Caput domus præcedit Sacerdotem idiotam* (plebeium, priuatum). *Si verò petas de ijs, cum reſpectu ad immunditiam : Subſtitutus Sacerdotum, & Vnctus ad bellum, quis eorum alterum præcedit? Dixit Mor Zutra filius Ràu Nachmàn : Si duo iſti ambulabunt per viam, & occurrat mortuus in eos præcepti, melius eſt quòd*

Virga Aharonis amygdalina, quæ floruerat ; Capſula Philiſthinorum cum muneribus aureis præter Librum Legis, & Tabulas Moſaicas, quæ omnia poſtea fuerunt abſcondita à Ioſia Rege Iudæ. Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 160. col. 3. num. 7. 8. & 9.

Item de ritu inungendi Reges in modum Coronæ, & Sacerdotes ad modum literæ χ Græcorum. Spargebant enim Oleum ſuper caput Sacerdotis כמין כי מאי כמין כי אמר רב מנשיה בר גדא כמין כף יוני : *Secundùm figuram Chi : Quid eſt ſecundùm figuram Chi? Dixit Ràu Menaſcià Bar Ghedà : Secundùm figuram Caph Græcorum* χ.

Hinc apparet myſterium Crucis manifeſtatum fuiſſe in Veteri Lege, & ſigno Crucis, cuius figura exprimitur in litera χ *Chi* Græcorum, initiatos fuiſſe Sacerdotes magnos ſub Templum primum : nam poſt mortem Regis Ioſiæ Oleum Vnctionis, in Arca abſconditum, ampliùs non apparuit, neque Sacerdotes magni in Templo ſecundo diſcernebantur ab inferioribus Sacerdotibus, niſi tantùm veſtium pluralitate ; octo enim veſtibus Sacerdos magnus induebatur, cum tantùm quatuor inferiores Sacerdotes vterentur.

Pagina eadem 12. Ponitur quædam ſuperſtitioſa, & vana obſeruatio ad præcognoſcendum futura ; v. g. an hoc anno quis moriturus ſit? an negotium peragendum felicem exitũ ſit habiturum? &c. quæ vt futilia, & nullius ponderis cùm ſint, relinquuntur.

Pagina 13. circa medium. De ordine redimendi perſonas chariores exiſtentes in captiuitate.

ת״ר *Tanù Rabbanàn Tradunt Docto-*

meum, erga feles adeò propenſum, vt dum menſæ accumberet, quotquot domi catorum erant, accurrerent, eumque vallarent, expectantes ciborum reliquias, quos ſingulos alloquebatur veluti contubernales, & conuictores ſuos, eiſque ex paropſide intinctas bucellas modò huic, modò illi porrigebat ita vt non rarò ſuprà menſam erectis anterioribus brachijs, pedibus ſcamno innixis, vnà ſimul cum hero ſuo cibum ſumerent. Aliquando obſeruaui, amicum meum, cùm nihil obſonij ampliùs eſſet in menſa, accepiſſe bucellam panis ſiccam, eamque cato porrectam, ab eo ſemel, & iterum olfactam, & inſtante hero etiam aliquantiſper deguſtatam, vel fluido ſaliuis ore deturpatam, atque in menſa relictam, ſpontè ac libenter aſſumpſiſſe, in os ingeſſiſſe, & ſine vllo ſtomachi faſtidio, aut nauſea comediſſe. Et nihilominus adeò pollebat memoria, vt penitiora omnium ferè ſcientiarum, quibus inſtructus erat, Matheſeon præſertim, memoria adeò retineret, vt in digitorum faſtigijs ea habuiſſe ſcripta, ac legere crediciſſes. Vnde falſum eſſe cognoui, quod dicebant Talmudiſtæ de obliuioſa memoria illorum, qui relicta à felibus comederent. Prænotatæ vanæ obſeruationes, & aliæ ſubſequentes à nobis non notatæ reperiuntur in *En Iſraèl* Par II. pag. 161. col. 4. num. 14. Et ſic finit Codex *Horaiòth* ac totus Ordo IV. *Nezikin*.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 1. *Zeuachim* cap. 5. *Ezehù mekomèn.*

Pagina 53. b. propè finem. Altare Sacrificiorũ ædificatur in termino duarum Tribuum Beniamin, & Iudæ.

קרן מזרחית לא יהיה לו יסוד מאי טעמא אמר רבי אליעזר

quòd polluatur Vnctus ad bellum, & non polluatur Segàn, quia iſte deſeruit in neceſſitate Sacerdoti magno.

Ex his habetur ordo præcedentiæ dignitatum, & officiorum inter ſe ſecundùm Talmudicos; eundem reperies in *En Iſraèl* Par. II. pag. 161. colum. 3. numero 12.

Ibidem in fine: *Cur canis agnoſcit herum ſuum, & felis minimè? Ita petierunt diſcipuli R. Eleazaris Bar Tzadoki à Magiſtro ſuo. Reſpondit: Et cur, qui comedit de eo, quod mus comedit, obliuiſcitur; & qui comedit murem ipſum quantò magis? Interrogauerunt diſcipuli R. Eliezaris Magiſtrum ſuum: Cur omnia dominantur in mures?* [R. Salomon: *Cur feles dominium habent in mures, quaſi diceret: Cur omnes perſequuntur mures?*] *Reſpond. Quia natura, &* סורן רע *conſuetudo illorum eſt peior quàm deceat. Et cur? Dixit Rauà: Quia etiam Veſtimenta corrodent. Ràu Papà dixit: etiam* סופת מרא נייצי *manubrium marræ arrodent.*

Pagina 13. b. lin. 1. Cur Doctores doctrinæ ſuæ obliuiſcuntur.

ת״ר חמשה דברים משכחים את הלימוד וכו׳ :

Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Quinque ſunt res, quæ obliuiſci faciunt doctrinam. 1. Qui comedit ex eo, quod comederat mus, & qui comedit de eo, quod comederat felis. 2. Qui comedit cor iumenti. 3. Qui ſe aſſuefacit oleis. 4. Qui bibit aquas ex Vaſe, vbi lauantur manus. 5. Et qui lauat pedes Vnum ſuper alium. Sunt, qui dicunt: Etiam ille, qui Veſtes ſuas ſupponit capiti pro ceruicali.

Sunt vanæ, & ſuperſtitioſæ obſeruationes, & vt de alijs taceam, ſolùm indicabo, quid mihi contigerit aliquando obſeruare. Vidi non ſemel amicum

אליעזר לפי שלא היתה בחלקו של טורף דאמר רב שמואל בר רב יצחק מזבח אוכל בחלקו של יהודה אמה אמר רבי לוי בר חמא אמר ר׳ חמא בר חנינא רצועה היתה יוצאה מחלקו של יהודה ונכנסה בחלקו של בנימין והיה בנימין הצדיק מצטער עליה בכל יום לבולעה שנאמר (דברים לג״ ׃ יב״) חופף עליו כל היום לפיכך זכה בנימן הצדיק ונעשה אושפיזכן להקב״ה שנ׳ (שם) ובין כתפיו שכן ׃

Cornu (Altaris) *orientale ad meridiem vergens non habet fundamentum*(hoc eſt puluinũ protuberantem, ſicut ex aduerſa parte occidentis, & ſeptentrionis conſpiciebatur, non habebat.) *Quænam eſt huius rei ratio? Dixit R. Eliezer: Quia non erat in portione* של טורף *diſcerpentis rapacis.* [R. Salomon: *Quia non erat in territorio Beniamin, de quo ſcriptum eſt* (Geneſ. 49. 27.) Lupus diſcerpet, rapiet.] *Quia dixit Ràu Samuel Bar Ràu Iſaaci: Altare deuorat* (ſcilicet Sacrificia) *in portione Iudæ cubito* (אמה). [R. Salom. *ad orientem ſecundùm longitudinem Altaris, & latitudinem illius.*] *Dixit R. Leuì Bar Chamà, dixit R. Chamà Bar Chaninà: Ligula exibat è portione* (territorio) *Iudæ, & ingrediebatur in ſortem Beniamini. Et erat Beniamin Iuſtus anxius ſuper eam quotidiè, vt auferret eam S. D.* (Deuter. 33. v. 12.) Tegens ſuper eum tota die, *idcircò dignus factus eſt Beniamin iuſtus, vt fieret hoſpes Dei ſancti benedicti, S. D.* (Ibidem) Et inter humeros eius habitauit.

Declaratur in hoc *Maamàr*, quomodo Altare Sacrificiorum eſſet in ſorte Beniamin: nam licèt ירושלם לא נתחלקה לשבטים *Ieruſalem propriè alicui ex duodecim Tribubus nulli fuiſſet aſſignata*, vt dicitur Cod. *Iomà* pag. 12. lin. 7. attamen quia ſita erat in confinio territorij Iudæ, & Beniamin, inter vtramque Tribum diuidebatur, ita vt בחלקו של יהודה הר הבית הלשכות והעזרות ׃ *In portione Iudæ Mons Domus* (Domini Templum) *cubicula, & atria.* Et in portione Beniamini אולם והיכל ובית קדשי הקדשים *Porticus, Templum, & Domus ſanctitatis ſanctitatum, accenſebantur:* Altaris itaque Sacrificiorum maior pars, imò ex 32. cubitis, quibus quaquauerſum protendebatur, 31. in portione Beniamini extabant; hinc totum Altare Beniamino tribuitur ſecundùm prophetiam Iacobi (Gen 49. 27.) *Beniamin lupus rapiet, manè comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolium.* Altari alludens in ſorte Beniamini ædificati, quo iuge Sacrificium matutinum, & veſpertinum quotidiè cremabatur, & ad alia munera literaliter refertur, quæ Sacerdotes inter ſe diuidebant. De Altari Sacrificiorum, & locis ad vtramque Tribum; ex hiſce duabus ſpectantibus agitur etiam in Codicibus *Iomà* pag. 11. & *Meghillà* pag. 26. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 163. col. 1. num. 2.

Pagina 54. b. circa medium. Altitudo Templi, & Terræ Iſraëlis.

בית המקדש גבוה מכל ארץ ישראל וארץ ישראל גבוהה מכל ארצות ׃

Domus ſanctitatis excelſior eſt terra Iſraëlis: & terra Iſraël eſt ſublimior reliquis terris.

Si hæc concluſio intelligenda ſit phyſicè, pro illius veritate recurrendum eſt ad Coſmographos; ſi moraliter, & myſticè, ad Theologos: illi ſicut ſine vlla probatione id faciliter aſſerunt; eadem quoque facilitate iſti negabunt.

Ibidem paulò poſt ſubditur -

סנהדרין בחלקו דיהודה ושכינה בחלקו דבנימין ׃

Synedrium in ſorte Iudæ, & Diuina

Ma-

impertinenter tribuitur Doëgo Idumæo, cùm potiùs ſecundùm Dau. Kimchium attribuendum ſit exulibus Iſraëlitis, qui pręſertim tempore euerſionis primę Domus, dum in Babylone eſſent, de eazelati ſunt, quia locus illius ab hoſtibus occupabatur. Non minùs ineptè, & impertinenter alia loca Pſalmi 132. *Memento Domine Dauid &c.* ad eandem rem probandam adducuntur, cùm, vt inquit idem Dauid Kimchius, in illum vſque diem non fuerit notus locus, in quo extruendum erat Templum. Poſtquam verò diuinitùs ei demonſtratus fuerat per ora Prophetarum, dicit: *Audiuimus eum in Ephrathàh*; nempè propè Ciuitatem ſuam Ephrathàh, hoc eſt iuxta Bethleem, locum verò præciſè non agnouerat; ſed poſtquam audierat, *in campis ſiluæ*, hoc eſt in area Areunæ Iebuſæi, loco campeſtri, & ſiluoſo. Quæ verba nullo modo referri poſſunt ad Doëg Idumæum. Prædicta inuenies in *En Iſraël* Par. II. pagina 163. col. 2. num. 3.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 1. *Zeuachim* cap. 6. *Kodſcè kodaſcim*.

Pagina 61. lin. 5. De igne Altaris.

אש שירד מן השמים בימי משה לא נסתלקה מעל מזבח הנחשת אלא בימי שלמה ואש שירדה בימי שלמה לא נסתלקה עד שבא מנשה וסלקה וכו׳ :

Ignis, qui deſcendit de cælo in diebus Moſis, non receſſit ab Altari æneo, niſi in diebus Salomonis. Et ignis, qui deſcendit in diebus Salomonis non receſſit, donec venit Manaſſes, & aſcendit. &c. [R. Salom. *Ignis, quando Salomon fabrefecit Altare lapideum, deceſſit ex Altari æneo, & migrauit in Altare lapideum Salomonis. Quando venit Manaſſes, ceſſauit, & receſſit. &c.*]

Maieſtas in ſorte Beniamini.

Sequitur hęc concluſio ex ſuperioribus præmiſſis; quia ſi הלשכות erant in ſorte Iudæ; & Synedrium erat in לשכת הגזית ſequitur neceſſariò, quòd Synedrium fuerat in ſorte Iudæ. Itemque, ſi Diuina Maieſtas ſpeciali modo dicebatur reſidere in Templo in Sancta Sanctorum, hæc autem erant in ſorte Beniamin: Ergo. Addunt Talmudiſtæ, quòd וכל דבר ודין *hac de re*, puta de Synedrio in ſorte Iudæ collocato נתקנא דואג האדומי בדוד כדכתיב (תהלים סט : י :) כי קנאת ביתך אכלתני : *Doëg Idumæus inuidebat Dauid, quia ſcriptum eſt* (Pſal. 69. 10.) Quoniam zelus Domus tuæ comedit me. *Itemque* (Pſ. 132. v. 1. & ſeqq.) Memento Domine Dauid, & omnis afflictionis eius. Qui iurauit Domino &c. Si introiero in Tabernaculum Domus meæ, &c. Si dedero ſomnum oculis meis, palpebris meis dormitationem. Donec inueniam locum Domino, &c. Ecce audiuimus eam in Ephrathà: inuenimus eam in campis ſiluæ. In Ephrathàh, *iſte eſt Ioſuè, qui venit de Ephràim*. Inuenimus eam in campis ſiluæ, *iſte eſt Beniamin, quia ſcriptum eſt* (Gen. 49. 27.) Beniamin lupus rapiet.

Doëg virū nequam Prophetam faciunt, quia quando Doëg fuit in cauſa, vt occiderentur Sacerdotes Nob in odiū Dauid, non erat ædificatum Templum, imò nec locus erat notus, vbi ædificandum erat, cùm in eo habitarent Iebuſæi, quos poſtea Dauid expulit, & empta area ab Areuna Iebuſæo, ibi Altare Domino ædificauit, & in eo obtulit holocauſta, & pacifica: quod diù poſtea factum fuit. Vnde illud Pſal. 69. v. 10. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me &c.*

כדור המבול לא נגזרת גזרת על דגים שבים שנאמר (ראשית ז׳ ; כ״ב) מכל אשר בחרבה מתו ולא דגים שבים ;

Tempore diluuij non fuit prolata ſententia contra piſces, qui ſunt in mari, S. D. (Geneſ. 7. 22.) Ex omni quod in ſicco erat, mortua ſunt, *non autem piſces, qui in mari ſunt*. Quæ ſententia ab omnibus laudatur. An verò diluuium fuerit vniuerſale, nec ne, dubitant Rabbini: nam hac eadem pagina ſed auerſa poſt medium, Mar dixit, quòd deſcenderit diluuium in terram Iſraël: & alius Mar opinatur, quòd non deſcenderit. Dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaaci: Ambo citant, & explicant vnum, & eundem locum Scripturæ (Ezech. 22. ver. 24.) *Fili hominis, dic ei: Tu terra, quæ non munda es, nec pluuia eius in die indignationis*: & longam inſtituunt diſceptationem, quę hic conſultò relinquitur. Secundùm ſententiam illius, qui dicit, Aquas diluuij non occupaſſe terram Iſraëlis, benè ſtat pro ראם *Reèm Rhinocerote*, quia eo in loco conſiſtere poterat: ſed qui dicit: Aquas diluuij occupaſſe vniuerſam terram, Rhinocerotem vbi ponemus? Dixit enim R. Iannài: Catulos Rhinocerotis Noë introduxit in Arcam. At dixit Rabbà Bar Bar Channà: Aliquando oſtenderunt mihi catellam Rhinocerotis vnius diei effœtam, & erat ſicut mons Thabor. Et mons Thabor quantus eſt? Quadraginta leucarum eſt. Diſtenſio colli illius trium leucarum; recubatio capitis ſui vnius leucæ cum dimidio. Egeſſit ſtercora, & obſtruxit Iordanem. Dixit R. Iochanàn: Caput naſi introduxerunt in Arcam. [R. Sal. *Vt poſſet reſpirare extra aquas*.] Dixit Reſc Lakìſc: Et quia mouebatur Arca, ideò

Pagina 62. longè poſt princip. A tribus Prophetis oſtenditur locus Templi reædificandi.

אמר רבה בר בר חנה אמר רבי יוחנן שלשה נביאים עלו עמהם מן הגולה אחד שהעיד עליהם על המזבח ואחד שהעיד עליהם על מקום המזבח ואחד שהעיד להם שמקריבין אע״פ שאין בית במתניתא ; תנא רבי אליעזר בן יעקב אומר שלשה נביאים עלו עמהן מן הגולה אחד שהעיד להם על המזבח ועל מקום המזבח ואחד שהעיד להם שמקריבין אע״פ שאין בית ואחר שהעיד להם על התורה שנכתב אשורית ;

Dicit Rabbà Bar Bar Channà, dixit R. Iochanàn: Tres Prophetæ aſcenderunt cum reducibus captiuitatis. [R. Salom. *Tres Prophetæ: Vnus fuit Aggæus, alter Zacharias, tertius Malachias*.] *Vnus vt oſtenderet eis Altare: Alter, vt demonſtraret locum Altaris, & tertius ritum offerendi ſacrificia, licèt ædes non fuiſſet ædificata. Eſt etiam traditio: Rabbì Elièzer Ben Iacobi dicit: Tres Prophetæ reuerſi ſunt cum captiuitate: Vnus, vt indicaret Altare, & locum Altaris. Secundus, vt doceret eos offerendi ſacrificia, etiamſi ædificata non fuiſſet Aedes; & Tertius, vt oſtenderet Legem ſcriptam Syriacè*. [R. Salom. *Nam in principio ſcripta fuerat Scriptura Hebraicè*.]

Prædicta indicaui in Aggæo Propheta Par. II. pag. 827.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 1. *Zeuachìm* cap. 14. & vlt. *Paràth chattàth*.

Pagina 113. Diſputant Rabbini An diluuium fuerit vniuerſale; & an Terra Iſraëlis immunis fuerit ab aquis diluuij? Et vtrum piſces perierint in diluuio aquarum. Quoad piſces, determinant verſa pagina longè poſt principiū ſecundùm ſententiam Ràu Chaſdà -

ſtæ. *R. Iehoſciùa dicit: Audiuit prælium Amalek, &c. R. Eleazar* חמודעי *dicit: Audiuit datam fuiſſe Legem Iſraëli. Quando enim data fuit Lex, vox Dei exiuit, & pertranſiuit* מסוף העולם ועד סופו *ab vno extremo mundi vſque ad aliud extremum, & omnes Reges terræ in ædibus ſuis apprehendit tremor, & dixerunt canticum, S. D.* (Pſal. 29. 9.) Et in Templo eius omnis dicit gloriam. *Congregati ſunt omnes ad Balaam impium, dixerunt ei: Quænam eſt vox tumultus, quam audiuimus? Numquid eſt diluuium? S. D.* (Ibid. ver. 10.) Dominus in diluuio ſedit, & ſedebit Dominus Rex in æternum. *Iam iurauerat Deus, quòd non induceret ampliùs diluuium, S. D.* (Iſai. c. 54. v. 9.) Iuraui, ne tranſeant aquæ Noë vltra ſuper terram. *Dixerunt: Forſan erit diluuium ignis, S. D.* (Iſai. 66. v. 15.) Ecce Dominus in igne veniet. &c.

Etiam Rachab meretrix dixit exploratoribus miſſis à Ioſue (Ioſ. 2. 20.) Quoniam audiuimus, quòd ſiccari fecerit Dominus aquas maris rubri coram vobis &c. *Quænam particularitas eſt iſta, quam ipſa dicit* (Ibid. ver. 11.) ולא קמה עוד רוח באיש מפניכם: Et non ſurrexit vltrò ſpiritus in viro à faciebus veſtris. *Legitur hoc:* Et non ſurrexit vltra ſpiritus in viro, *etiam indurando non dureſcebant* [R. Salomon: *Etiam in vſu lecti membrum non dureſcebat; & ipſa ſciebat cauſam huius rei, eamque retulit exploratoribus Ioſue.*] *Et quis cognouit eam? Dixit Mor: Non erat Princeps, & Dux, qui non ingreſſus eſſet ad Rachab meretricem. Dixerunt: Decem annorum erat, quando filij Iſraël egreſſi ſunt de Aegypto, & fornicata eſt quadraginta annis, quibus fuerant in deſerto. Poſt quinquageſimum*

ideò קרניו קשר בתיבה *Cornua eius ligauit in Arca.* Et dixit Ràu Chaſdâ: Homines generationis diluuij ebullitionibus peccauerunt, & ebullitionibus puniuntur, & ſecundum ſententiam tuam Arca quoque ambulabat, ſicut & Og Rex Baſan: ſed miraculum fuit factum illis, quia refrigeratæ fuerunt aquæ ad latera Arcæ. &c.]

Miraculum fuit: quia licèt aquæ ebullijſſent, in quibus ebullitionibus perierunt homines diluuij, nihilominus aquæ, quæ tangebant Arcam, frigidæ erant, ne picem reſoluerent, Rhinocerotem elixarét, & vt Og Rex Baſan, qui inſidebat Arcæ, frigidas aquas circa pedes haberet, ne & ipſi elixarentur, & periret. Volunt enim Og Rex *Baſan* vnum ex gigantibus antediluuianis fuiſſe, qui cùm ob magnitudinem corporis locum in Arca habere non potuerit, inſiliens in Arcam ſententiam diluuij euaſit, qui poſtea famulus Abrahami fuit, & captum fuiſſe Lot eidem nunciauit, ſecundùm quod legitur Geneſ. 14. 13. *Et venit, qui euaſerat*, quod intelligunt Rabbini, *qui euaſerat* à diluuio, non à præda illorum Regum pugnantium contra Sodomæos. Huiuſmodi Talmudiſtarum nugæ referuntur in *En Iſraël* Par. II. pagina 164. col. 2. num. 7.

Pagina 116. longè poſt medium. Audiunt Reges terræ Chananæorum miracula patrata Iſraëli, & contremiſcunt. Vbi de cauſis conuerſionis Rachab meretricis; & de obſcœnis Rabbinorum commentis.

Ad illud (Exodi 18. 1.) Et audiuit Ithro ſocer Moſis &c. *Quid audierat? Num per hanc auditionem factus eſt Proſelytus?* Diſputant ſuper hoc Talmudi-

De quibus in hoc loco poſt medium.

אמר רבא שבעה אותיות צריכות שלשה זיונין ואלו הן; שעטנז גץ:

Dicit Rauà: Septem literæ ſunt, quæ opus habent tribus apicibus. [R. Salom. תגין *Apicibus exiguis ornandæ ſunt prædictæ literæ, vti in* ט*, apponendi ſunt iſti tres apices in ſiniſtro cornu, & ita in* ע *ijdem apices erigendi ſunt in capite interioris lineæ formatiuæ huiuſcemodi literæ, & ſic in reliquis. Sed quomodo formentur hi apices, ſeù coronulæ? Tres in ſiniſtrâ parte ſupradictarum literarum extolluntur apices, vnus ex his declinat ad dexteram, alter ad ſiniſtram, & medius erectus extollitur.*] vti in ſequentibus apparet.

ש ע ט נ ז ג צ quibus adduntur duæ literæ finales videlicet ן & ץ.

De his mira dicuntur à Cabaliſtis.

Ibidem paulò poſt. Deus creat præſentem mundum viſibilem, & futurum ſpiritualem, duabus literis Hebraicis י Iod, & ה He.

Dixit R. אמי *Amè: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Iſai. 26. 4.) Confidite in Deo ſemper per ſemper, *quoniam in* יה *Iah Dominus eſt formator mundorum. Dixit ei: Qui ſpem ſuam ponit in Deo, huic ſpes eſt in mundo præſenti, & futuro. &c.* Et poſt pauca: *Iſti ſunt duo mundi, quos creauit Deus, alterum cum litera* ה *He, alium cum litera* י *Iod. Nec ſcio, vter vna litera formatus ſit, quemadmodum* (Geneſ. 2. v. 4.) Iſtæ ſunt generationes cæli, & terræ in creari ea. *Ne legas ſic, ſed* בהי *in He creauit ea. Et cur iſte mundus creatus eſt cum litera He? Quia* (hic mundus) *ſimilis eſt* לאכסדרה *Exedræ, ex qua quicumque vult exire exit. Et cur ſuſpenmum annum proſelyta facta eſt; dixitque: Parcat mihi* (Deus) *propter meritum funiculi, lini, & feneſtræ.* [R. Sal. *Dicebat Mor: In Mechiltà in ſectione Ithro. Dixit Rachab: Parcat mihi propter funiculum, linum, & feneſtram. Dixerunt Doctores: Tribus rebus peccaui, tribus etiam rebus veniam merear: funiculo, lino, & feneſtra. Funiculo, quia per eum aſcendebant fornicarij, & deſcendebant per feneſtram, & abſcondebat eos ſubter faſces linorum nondum ex calamis purgatorum. Et iſtis tribus rebus meruit liberare Exploratores.*] Vide *En Iſraël* Parte II. pagina 164. col. 4. num. 10.

Quæ de Rachab meretrice dicuntur præter obſcœna commenta à Talmudiſtis excogitata, incredibilia etiam proferuntur: vt quòd fornicarij per funiculum aſcenderint in domum meretricis, & per feneſtram deſcenderint. De ætate quoque huius meretricis, quod aſſeritur, incertum eſt, ideo illud inter traditiones Talmudicas reponendum. Et de hoc Codice *Zeuachìm* nil aliud adducemus.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 2. *Menachòth* cap. 3. *Hakomètz*.

Pagina 29. b. non longè à principio. Quomodo occupetur Deus, & tempus terat in cælo.

אמר רב יהודה אמר רב בשעה שעלה משה למרום מצאו להקב״ה שיושב וקושר כתרים לאותיות:

Dixit Ràu Iehudà, dixit Ràu: Ea hora, qua Moſes aſcendit in altum, inuenit Deum ſanctum benedictum, qui ſedebat, & ligabat coronulas literis. [R. Salom. *V. g.* תגין *accentus cornicula* ס״ת *Sèpher Thorà Libri Legis.*]

De huiuſcemodi Taghìn corniculis, ſeù coronulis aliquam mentionem fecimus Parte I. pagina 162. columna 2.

De deficientibus quænam eſt ratio? Non dixit Ràu Cohanà: Propterea quòd apparet tamquam res pardata (quaſi pellis Pardi); *Aggarà ſocer R. Abbà habebat in ſuo libro multa, quæ ſuperflua erant, perrexit coram R. Abbà, dixit ei: Non dicimus niſi de deficientibus: nam de ſuperfluis nihil ad nos. &c.*

Imò ſi ſuperflua addantur in Sacris literis, Codices ſacri deprauantur, tam ſi repetantur, ſeù replicentur voces textus, quàm ſi in eo aliæ extraneæ apponantur. Sed de his ſuperfluitatibus nihil ad Rabbinos, & ad ſuos libros Legis; ſed ſolùm ſoliciti ſunt, de corniculis ſuper literis, de elementis non benè expreſſis, de dictionibus aliquantiſper corroſis, & alijs rebus minimis, quæ nihil, aut parum ad rem faciunt, in quibus totam perfectionem libri Legis reponunt.

Pagina 30. longè poſt principium. Octo verſiculos in fine Deuteronomij poſt mortem Moſis adiectos, exiſtimant Talmudiſtæ additos fuiſſe, & ſcriptos à Ioſue: Alij dicunt -

מכאן ואילך הקב״ה אומר ומשה כותב ברמע ׃

Hinc, & vltra Deus ſanctus benedictus dicebat, & Moſes ſcribebat lacrymis, &c.

B. D. S. id eſt quidam Spinoſus noſtri temporis Atheiſtarum Coryphęus in ſuo Tract. Theologico-Politico quē edidit. ſtatuere nititur, in Philoſophia quamplurima eſſe vera, quę in Religione falſa eſſe deprehenduntur. Quę quidem propoſitio verum Atheiſmum vel in ſe continere, vel certè ad eum viam ſternere exiſtimant Viri docti. Hinc, quia quamplurima in Lege Moſaica annotauerat, quæ ſibi inuicē repugnantia ab imperitis,

ſpenſus eſt pes eius, & pendulus apparet. Quia ſi reſipiſcit, & pœnitentiam agit, eum ingredi faciunt. Et paulò poſt: *Cur creatus eſt mundus cum litera* י *Iod? Quia Iuſti, qui ſunt in ipſo, pauci ſunt. &c.*

In creatione mundi non indiguit Deus aliquo inſtrumento, ſed ſolo verbo eius creata ſunt omnia: *Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandauit, & creata ſunt.* Pſal. 148. v. 5.

Ibidem propè finem. Quomodo liber Legis reddatur ineptus, nec in eo ampliùs legi poſſint lectiones Synagogales.

אמר רב ס״ת שיש בו שתי טעיות בכל דף ודף יתקן שלש יגנז ותניא תיובתיה שלש יתקן ארבע יגנז ׃ תנא אם יש בו דף א׳ שלימה מצלת על כולו ׃ אמר רב יצחק בר שמואל בר מרתה משמיה דרב והוא דכתיב רוביה דספרא בההוא דף שלש טעיות מאי אמר ליה הואיל ואיתיהיב לאיתקוני מיתקן והני מילי חסירות אבל יתירות לית לן בה חסירות מ״ט לא אמר רב כהנא משום דמיתחזי כמנומר ׃ אגרא חמוה דרבי אבא הות לית יתירות בסיפריה אתא לקמיה דרבי אבא אמר ליה לא אמרן אלא בחסרות אבל יתירות לית לן בה אידך וכו׳ ׃

Dixit Ràu: Sèpher Thorà Liber Legis: Si in eo contineantur duo errata in quolibet folio, emendant; tria, recondunt. Et eſt traditio reſponſionis: Tria (errata) *corriguntur, quatuor abſconduntur.*

Tanià Eſt traditio: Si eſt in eo vna pagina perfecta (ſine errore, aut macula) *liberat totum librum. Dixit Ràu Iſaac Bar Scemuel Bar Marthæ nomine Ràu: Et ſi maior pars libri ſcripta ſit, in eo folio tria menda fuerint, quid dixit ei? Poſtquam datus eſt* (liber) *ad corrigendum, corrigatur; &* hoc (intelligitur) *quando deficiunt nonnullæ dictiones; ſed quando redundant? Non de hoc agimus:*

di ס״ת *Librum Legis*, quæ ſpatia relinquenda inter literam, & literam, dictiones, Peſſukim, Paraſcioth: lineam, & lineam, margines, & huiuſmodi leges hoc in loco; & multa exquiſitè, & minutim explicata inuenies, etiam de Mezuzà, & Thephillìn vſque ad paginam 35. & ampliùs. Quæ omnia exſcripſit & per ordinem digeſſit Rambà in ſuo libro אהבה *Abauà, Halachòth Sèpher Thorà*.

Qui ritus ſeruandus in veſtiendis, & exuendis Thephillìn habes pag. 36. b. & in qua parte capitis apponendi ſint Thephillìn pag. 37. b. vſque ad finem capitis.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 2. *Menachòth* cap. 4. *Hatechèleth*.

Pagina 43. b. dicunt, Iſraëlitas eſſe populum Deo gratiſſimum, quos Deus circumdedit præceptis Thephillìn in capite, & Thephillìn in brachijs, & Tzitzìth in veſtibus, & Mezuzòth in portis; & de Iſraëlitis dixiſſe Dauidem Pſal. 119. 164 *Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ*. Et in hora, qua ingreſſus eſt Dauid in balneum, & vidit ſe nudum, & dixit: Væ mihi quia nudus ſum, nec cinctus præceptis. Sed quando recordatus eſt circumciſionis in carne ſua, quieuit animus eius. Poſtquam autem exijt, dixit ſuper eam Canticum, S.D. (Pſal. 12. v. 1.) *Victori ſuper octauam Pſalmus Dauid*, id eſt ſuper Circumciſionem, quæ data fuit 8. die. R. Elièzer Ben Iaakòu dicit:

כל שיש לו תפילין בראשו ותפילין בזרועו וציצית בבגדו ומזוזה בפתחו הכל בחזוק שלא יחטא שנאמר (קהלת ד׳ , י״ב) והחוט המשולש לא במהרה ינתק ואומר (תהלים ל״ד : ח׳) חונה מלאך יהוה סביב ליראיו ויחלצם :

Qui

tis exiſtimantur, & alia quædam, quæ Philoſophia falſa, & abſurda eſſe oſtendit, animaduerterat, ad hanc audaciam deuenit, vt Capite 8. pag. 109. doceat: illum librum Legis Dei, quem Moſes ſcripſerat, non fuiſſe Pentateuchum, ſed prorsùs alium, quem Auctor Pentateuchi ſuo operi ordine inſeruerit, affirmet. Hunc errorem ſequutus Richardus Simon in Hiſt. Critica V. Teſtamenti, quam lingua Gallica euulgauit anno 1680. cap. 2. pag. 19. cap. 5. pagina 43. & cap. 6. adeò pertinaciter adhæret Spinoſo Atheo, vt argumentis, quæ pro Lege Moſaica fiunt, quibuſq; oſtenditur, eam à Moſe, prout hodie extat, conſcriptam fuiſſe, reſpondere conetur. Quę cùm ab eodem Spinoſi Tractatu Theologico-Politico excerpta deprehendantur, ideò ad ea diluenda videndus eſt Tractatus ſub nomine *Arcana Atheiſmi reuelata per Franciſcum Cuperum philoſophicè, & paradoxè refutata*, vbi, quæ à Spinoſo contra priores libros Biblicos effutitur, nempe eos non modò non à Moſe, ſed multis poſt mortẽ Moſis ſeculis ab Ezra confictos, & populo ſtupido, partim per vim, partim per impoſturas obtruſos eſſe; idque à quibuſdam indicijs, in libris ipſis occurrentibus, euincere conatur, omnia à Cupero preſſo pede refelluntur; nec aliquid nobis reſtat circa hanc materiam de Pentateucho Moſis putatis additamentis agere vlterius.

Ibidem circa medium. Quomodo teneatur homo ſcribere ס״ת *Librum Legis*: quòd ſi ſcribere neſciat, vel alijs occupationibus præpeditus ſcribere non poſſit, ſufficit ſaltem, vt vnam tantùm literam ſcribat. Hinc de modo ſcriben-

& idcircò ſanguis eius eſt pretioſus.

Si prædicta ſunt vera, hodie cùm prædictus piſciculus ampliùs non reperiatur, impoſſibilis eſt Hebræis huiuſcemodi præcepti obſeruatio. Ergo ſignum eſt: nolle ampliùs Deum haſce Iudaicas ceremonias, & vanas obſeruationes. Vide, quæ de his dicta ſunt Par. I. pag. 587.

Ord. V. *Kodaſcin* Cod. 2. *Menachòth* cap. 6. *R. Iſmaël.*

Pagina 64. b. propè initium Ghemaræ. *Maledictus, qui alit porcum, & maledictus, qui docet filium ſuum literas Græcas.* Vnde fluxerit hoc prouerbium. De eo vide *En Iſraël* Parte II. pag. 61. col. 4. num. 23. & pagina 167. col. 4. num. 15. Itemque.

Ordinis eiuſdem, & Cod. cap. 8. *Hatodàh.*

Pagina 78. b. De Bethphage hic fit mentio, quæ deſcribitur tamquam pars הר הבית *Har Habbaith Montis Domus Sanctuarij.* De eo vide ſuprà in hac Par. III. pag. 570.

Ord. eiuſdem, & Cod. cap. 10. *Scethè middòth.*

Pagina 87. De menſuris aridorum, & liquidorum quædam decernuntur.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 2. *Menachòth* cap. 13. *Harè alài.*

Pagina 109. b. ante medium. *Tanià eſt traditio:* בית חוניו לאו ע״ז וכו׳ *Domus Oniæ non eſt Idololatria.* Sic enim habet traditio. *Eo anno, quo mortuus eſt Simeon Iuſtus, dixit ad eos: Hoc anno morietur. Dixerunt ei: Vnde hoc tu noſti? Dixit eis: Quolibet die Hacchippurim Expiationum occurrebat mihi ſenex quidam veſtitus veſte candida, & amictus candido indumento, & mecum ingrediebatur*

Qui habet Thephillin in capite, & in brachijs ſuis; itemque Tzitzith in veſte; & Mezuzà in portis; omnia (habet) *in fortitudine, Vt non peccet, S. D.* (Eccleſ. c. 4. v. 12.) Funiculus triplicatus non citò rumpetur. *Et dicitur* (Pſal. 34. 8.) Caſtrametatur Angelus Domini circum timentes eum, & eripiet eos.

Omnia prædicta pro rebus ſacris habent Iudæi, ideò magna religioſitate ea venerantur. De quibus prolixè egi ſuprà Par. I. pag. 556. & 576. Eadem reperies in *En Iſraël* Par. II. pag. 166. col. 3. num. 7. & 8.

Ibidem in fine. Cur Iudæi gratias agunt Deo quotidiè, quia non fecit eos fœminas. Dicebat R. Meir:

חייב אדם לברך שלש ברכות בכל יום אלו הן שלא עשאני גוי שלא עשאני אשה שלא עשני בור׃

Tenetur homo benedicere tribus benedictionibus quotidiè. Iſtæ ſunt: Quia non feciſti me גוי *Ghoi Gentilem* (Chriſtianũ) *quia non feciſti me* אשה *Iſcià mulierem; quia non feciſti me* בור *Bur ruſticum, rudem, vel ſtolidum. Sed cur homo non benedicit:* שלא עשאני עבד הינו אשה עבד׃ *quia non feciſti me* עבד *Eued ſeruum? Quia* (ſub muliere includitur ſeruus:) *nam mulier ſeruus eſt; nempè ancilla eſt.*

Pagina 44. in ipſo principio. Quid ſit חלזון *Chalazòn*, & ad quid adhibeatur?

ת״ר חלזון זה גופו דומה לים וברייתו דומה לדג ועולה אחד לשבעים שנה ובדמה צובעין תכלת לפיכך דמיו יקרים׃

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Magiſtri: Chalazòn, ſeù Chilazòn eius corpus (id eſt color corporis ſui) *ſimile eſt mari. Creatura ſua* (i. e. forma corporis eius) *ſimilis eſt piſci; & aſcendit vnus* (ex illis) *in annis 70. Et illius ſanguine inficiunt Thechèleth* (id eſt fila fimbriarum)

incipit רחמנא. Eandem inuènies in Talmude Ieroſolymitano Cod. *Iomà* pagina 43. columna 4. ſed paulò diuerſam à ſuprà relata. De eadem Ioſeph in antiquit. lib. 13. 6. & de Bello lib. 7. cap. 37. Et in Ioſephon Ben Guriòn.

Si Ghemariſtæ recipiunt Altare extra Ieruſalem, & dicunt Domum Oniæ in Ægypto ædificatam non eſſe Idololatricam, vt videtur innuere Propheta, quia illius Altare Domino erat ædificatum, neceſſariò cogentur affirmare non Ieroſolymis tantùm, ſed etiam alijs in locis extra Ieruſalem poterant vero Deo ædificari Altaria, quod tempore Chriſti adimplendum erat, dicente Propheta Malach. 1. 11. *Et in omni loco offertur incenſum nomini meo, & oblatio munda; quia eſt magnum nomen meum inter gentes.* Et hæc de Codice *Menachòth* ſint ſatis.

Ord. V. *Kodaſcìm* Cod. 3. *Cholìn* cap. 1. *Haccòl ſciochettìn*.

Pagina 5. b. longè poſt principium. *Scriptum eſt* (Pſal. 36. 7.) Hominem, & iumentum ſaluabis Domine. *Dixit Ràu Iehudà, dixit Ràu*.

אלו בני אדם שהן ערומין בדעת ומשימין עצמן כבהמה
התם כתיב אדם ובהמה הכא בהמה לחודה :

Iſti ſunt homines, qui ſunt nudi ſcientia, & qui ſtatuunt ſeipſos quaſi iumenta. Ibi ſcribitur: Hominem, & iumentum; *hic iumentum tantùm. Et vbi ſcribitur:* Homo, & iumentum, *ad augendum eſt* (vbi iumentum tantùm ad diminuendum). *Et nonne legitur* (Ierem. c. 31. ver. 27.) Et ſeminabo domum Iſraēl ſemine hominis, & ſemine iumenti? *Ibi diuidit Script.* זרע אדם לחוד וזרע בהמה לחוד : *ſemen hominis ſeorſim, & ſemen iumenti ſeorſim.*

Ad intelligendam Sacram Scripturam, *tur, & exibat. Sed hoc anno obuenit mihi ſenex veſtitus, & amictus pullis veſtibus. Ingreſſus eſt mecum, nec exiuit. Poſt feſtum ægrotauit ſeptem diebus, & mortuus eſt. Et prohibiti ſunt Sacerdotes benedicere in nomine* (Domini). *In hora tranſitus ſui dixit eis:* חוניו *Choniàu filius meus ſeruiet* (Sacerdotio fungetur) *pro me. Inuidit ei* שמעי *Scimhì Semei frater eius natu maior duobus annis cum dimidio. Dixit ei: Veni, & docebo te ordinem ſeruitutis* (Diuini cultus): *Veſtiuit eum* באינקלי *Enkalì, pectorali* (muliebri) *& cinxit illum* בצילצול *Tzilztzùl ſubligaculo, & ſtatuit eum ad Altare. Dixit fratribus ſuis Sacerdotibus: Videte, quid vouerit iſte, atque vxori ſuæ promiſerit:* (Dixit enim ei) *Eo die, quo in Summum Sacerdotem renuntiatus fuero, & miniſtrauero, veſtiam pectorale* (muliebre) *tuum, & cingar cingulo tuo. Voluerunt fratres eius Sacerdotes illum occidere, fugit ab eis, cucurrerunt poſt eum. Petiuit Alexandriam Aegypti, & ibi ædificauit Altare, & obtulit ſuper illud ad nomen Idololatriæ. &c. Verba ſunt R. Meir. Dixit ei R. Iudas. Non ſic fuit hiſtoria, quia non recepit ſuper ſe* חוני *Chonì, quòd Semei eſſet maior duobus annis, & dimidio, & nihilominus inuidit Chonì ipſi Semei fratri* (factum prorsùs contrarium ſuperiori). *Veni, & docebo te &c.* (vt ſuprà, & dicunt) *fugiſſe in Vrbem Alexandriæ Aegypti, ibique erexiſſe Altare, & impoſuiſſe Sacrificia* לשם שמים *ad nomen Dei, S. D.* (Iſai. 19. 19.) Et erit in die illa, erit Altare Domino in medio terræ Ægypti. &c.

Hæc hiſtoria ſiuè falſa, ſiuè vera, narratur alijs in locis Talmudis, præſertim in *Iomà*, quam inuenies in *En Iſraēl* Par. I. pag. 105. col. 3. num. 33.

Valdè vniuerſalis eſt huiuſmodi propoſitio, ideò falſa, quia ex ea ſequitur extra terram Iſraëlis inter omnes Nationes mundi nullam eſſe idololatriam, cùm in India multos cultores Idolorum hodie reperiri Hiſtoriæ prodant.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 3. *Cholìn* cap. 3. *Haſciochèt*.

Pagina 27. b longè poſt medium. Aues ſunt formatæ מן הרקק *de limo, ſeù limo paluſtri*, cuius rei eſt ſignum, quia habent קשקשת ברגליהם כדגים *ſquammas in pedibus veluti piſces*. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 171. col. 1. num. 10.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 3. *Cholìn* cap. 3. *E'llu Teraphòth*.

Pagina 42. non longè à fine. Moſes cognouit animalia immunda.

תניא דבית ר' ישמעאל (ויקרא י״א : ב׳ :) זאת החיה אשר תאכלו מלמד שתפס הקב״ה מכל מין ומין והראה לו למשה אמר לו זאת אכול וזאת לא תיכול :

Tanià eſt Traditio Scholæ R. Iſmaëlis (Leuit. 11. 2.) Hæc eſt beſtia, quam comedetis. *Docet, quòd Deus ſanctus benedictus accepit de qualibet ſpecie* (beſtiarum) *& oſtendit Moſi, dixitq; ei: Hanc comede, & hanc ne comedas.*

Intellectus Moſis nimis craſſus, & obtuſus fuiſſet, ſi per ſigna generalia non potuiſſet diſcernere feras, & beſtias mundas ab immundis. Quomodo ergo tam benè edocuit Iſraëlitas, tradendo generalem regulam in pecoribus: omne quod habet diuiſam vngulam, & ruminat ad manducandum fore licitum, & mundum cenſeri? quod verò ruminat, & diuiſam non habet vngulam; aut vngulam diuiſam habet, ſed non ruminat, immundum eſſe, & non comedendum? ſicut & in piſcibus duo pariter ſigna dedit, per quæ mundi, & liciti,

ram, quandò dilatari, aut reſtringi poſſit, ex hoc loco appoſitè inducto, homo inſtruitur.

Ibidem pagina 6. non admodum abeſt à principio. Columbæ imago inuenitur in monte Gharizim.

Dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaac

דמות יונה מצאו להן בראש הר גריזים שהיו עובדין אותה :

Imaginem Columbæ inuenerunt in cacumine montis Gharizim; quia adorabant eam. Vnde eſt illud: *Alba Paleſtino ſancta Columba Syro.* Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 169. col. 3. n. 3.

Pagina 13. b. propè finem. Hæreticorum res proſcinduntur.

תנו רבנן שחיטת מין לע״א פיתו פת כותי יינו יין נסך ספריו ספרי קוסמין וכו' :

Tanù Rabbanàn Tradiderunt Doctores: Iugulatio Hæretici ad Idololatriam, panis eius panis eſt Samaritani; vinum eius eſt vinum libaminum [R. Salomon: *Legitur in Ordine Zeraìm, quòd panis Samaritani ſit ſicut caro porcina Cod.* שביעית] *Libri eius ſunt magici &c.* [R. Salom. *Libri eius, id eſt Liber Legis, Prophetarum, & Hagiographorum, qui ſcripti ſunt ab Hæreticis, ſunt veluti libri magici, quia ſcripti ſunt nomine Idololatriæ. Hinc dicunt in Cod. Ghittìn* ספר תורה שכתבו מין ישרף *Liber Legis, quem ſcripſit Hæreticus, comburitor.*]

Ibidem verſa pagina non longè à principio. Habitantes extra terram extranei non ſunt Idololatræ.

אמר רבי יוחנן נכרים שבחוצה לארץ לאו עובדי ע״ז הן אלא מנהג אבותיהן בידיהן :

Dixit R. Iochanàn: Alienigenæ, qui ſunt extra terram (Iſraëlis) *non ſunt Idololatræ, ſed ſequuntur ritum, & religionem patrum ſuorum.*

-dit rugitum vnum, omnes prægnantes, & etiam muri Romæ corruerunt. Elongatur ampliùs 300. paraſangis, dedit alium rugitum, & ceciderunt maſcellares dentes omnium virorum fortium (Romanorũ) *& ipſe* (Cæſar) *cecidit è ſolio ſuo in terram. Dixit: Obſecro te, ora Deum, vt velit redire in locum ſuum: Orauit Deum, & reuerſus eſt in locum ſuum.*

Hanc eandem fabuloſam narratiunculam habes in *En Iſraël* Parte II pagina 171. col. 4. num. 19. Et ego retuli ex hoc loco Par. I. huius Bibliothecæ pag. 597. col. 2. Aliæ interrogationes fiunt à Cæſare in hoc loco, de Deo Hebræorum, quæ ob breuitatis ſtudium non referuntur.

Pagina 60. poſt medium. De Boue ab Adamo primo homine immolato.

אמר רב יהודה שור שהקריב אדם הראשון קרן אחת היתה לו במצחו שנ׳ (תהלים ס״ט : ל״ב) ותיטב ליהוה משור פר מקרן מפריס : מקרין תרתי משמע אמר רב נחמן מקרן כתיב ואמר רב יהודה שור שהקריב אדם הראשון קרניו קומות לפרסותיו שנ׳ (שם) ותיטב ליהוה משור פר מקרין ומפרס מקרין ברישא והדר מפרים מסייע ליה לר׳ יהושע בן לוי דא״ר יהושע בן לוי כל מעשה בראשית בקומתן נבראו בדעתן נבראו בצביונם נבראו שנ׳ (ראשית ב׳ : א׳ :) ויכלו השמים והארץ וכל צבאם אל תיקרי צבאם אלא צביונם :

Dixit Ràu Iudas: Bos, quem Adam primus homo obtulit, cornu vnicum in fronte geſtabat, S. D. (Pſal. 69. v. 32.) Et meliùs erit Domino, quàm bos, vitulus cornificans, vngulificans. *Duo cornua habuiſſe fama eſt. Dixit Ràu Nachmàn:* Vngulificans *ſcriptum eſt. Et dixit Ràu Iehudà: Bos, quem Primus homo obtulit, priùs cornificauit, quàm vngulificaſſet, S. D.* (Pſal. ibidem.) Et meliùs erit Domino quàm bos, vitulus cornificans, vngulificans. *Priùs*

מקרין

citi, ab immundis, & illicitis diſcernerentur, aſſignauit, videlicet pinnulas, & ſquammas, quas ſi haberent, mundi, ſi non haberent, immundi eſſent exiſtimandi. Non igitur fuit neceſſe, vt Deus oſtenderet Moſi, omnes ſpecies animalium mundorum, & immundorum, ſed ſuffecit, vt ſigna generalia ei traderet, per quæ ritè cognoſceret animalia ad eſum licita, eaque populum Iſraëliticum doceret. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 171. col. 2. num. 12.

Ord. V: *Kodaſcìm* Cod. 3. *Cholin* cap. 3. *Elu Teraphòth.*

Pagina 59. b. poſt medium. Deus quomodo leoni comparetur à Rabbinis.

א״ל קיסר לר׳ יהושע בן חנניא אלהיכם כאריה מתיל דכתיב (עמוס ג׳ : ח׳) :

Dixit Cæſar ipſi R. Iehoſciùa Ben Chananià: Deus veſter leoni comparatur, (Amos 3 8.) Leo rugit, quis non pauebit? *Qualis eſt excellentia eius? Homo leonem occidit. Reſpondit* (Cæſari R. Iehoſciùa): *Non in hoc comparatur, ſed comparatur leoni* דבי עילאי *De Be-Elài Domus ſupernæ* (dicunt eſſe nomen cuiuſdam ſiluæ). *Dixit ei Cæſar:* -

בעניא דמיחזית ליה ניהלי א״ל לא מצית חזית ליה אמר ליה איברא חזינא ליה בעא רחמי אתעקר מדוכתיה כי הוה מרחוק ארבע מאה פרסי ניהם חד קלא אפילו כל מעברתא ושורא דרומי נפל אדמרחק תלת מאה פרסי ניהם קלא אחרינא ניתור בכי ושיני דגברי ואף הוא נפל מכורסייה לארעא א״ל במטותא מינך בעי רחמי עליה דלהדר לדוכתיה בעא רחמי עליה ואהדר ליה לאתריה :

Volo mihi ipſum oſtendas, Dixit ei: Non poteris videre eum. Dixit (Cæſar) *Me hercle videbo illum. Rogauit* (Rabbì) *Deum, vt moueretur de loco ſuo. Quando elongatus eſt ſpatio* 400. *leucarum, de-*

do præeſt)· *Dixerunt : In opere* (creationis) *quando Deus ſanctus benedictus dixit* ad ſpeciem ſuam *in arboribus, herbæ ratiocinatæ ſunt intra ſe à minori ad maiorem : Si Dei ſancti benedicti Voluntas eſt in confuſione* (ſpecierum), *cur dixit* למינו Leminò ſpeciei ſuæ (Gen. 1. 11.) *in arboribus, quarum mos non eſt, vt exeant confuſè* (ſicut fit in herbis), *& tamen Deus ſanctus benedictus dixit* : למינהו Lominhèu ad ſpeciem ſuam, *nos quantò magis ? Statim quælibet herbarum ſpecies exiuit ad ſpeciem ſuam. Aperuit* (os ſuum) *Princeps* (cuſtos) *mundi, & dixit* : Erit gloria Domini in ſeculum, lætabitur Dominus in operibus ſuis.

Quia in verſiculo 11. cap. 1. Geneſ. *Germinet terra germen, herbam ſeminificantem ſemen, arbores fructus facientem fructum* למינו *ſpeciei ſuæ, &c.* & nihil tale legitur in herbis, effingunt Talmudiſtæ huiuſmodi ratiocinium in herbis, ſpontè, & ſine vllo Domini præcepto exijſſe de terra herbas למינהו *ad ſpeciem ſuam*, vt in ſequenti verſiculo 12. habetur. Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 172. col. 3. num. 22.

Ibidem verſa pagina propè princip. Lumen Lunæ minuitur. De eo vide Par. I. pag. 633. col. 2. vbi, ex hoc Codice *Sceuuòth* cap. 1. totum iſtud Rabbinicum, & impium commentum Hebraicè, & Latinè exſcribitur.

Ibidem poſt Hiſtoriam de diminutione luminis Lunæ, & de hirco pro peccato. [Ràu Asè arguit : Scriptum eſt (Gen. 1. 12.) *Et protulit terra germen* tertia Sabbathi (fer. 3.) Et ſcriptum eſt (Ibidem cap. 2. 5.) *Et omne virgultum agri antequam eſſet in terra* in occaſu Sabbathi.] Docet, quòd exijt herba, & ſte-

מקרין Makrin cornificans, *poſtea* מפריס Maphris vngulificans. *Fauet huic opinioni R. Ioſuè Ben Leuì. Quia dicebat R. Iehoſciùa Ben Leuì : Vniuerſa opera Bereſcìth ſex dierum creationis perfecta ſtatura creata ſunt ; cognitione propria creata ſunt ; ornamento ſibi debito creata ſunt, S. D.* (Geneſ. 2. ver. 1.) Et perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis צבאם Tzeuaàm exercitus eorum : *Ne legas* exercitus, *ſed* צביונם Tzeuionàm ornatus eorum.

Quòd Adam Vnicornem, ſeù Monocerontem in primo Sacrificij munere obtulerit, fabuloſum eſt ; & ex loco Pſalmi adducto nihil prorsùs probatur. Quòd opera ſex primis diebus creationis producta fuerint omni ſibi perfectione conuenienti ornata, concedendum eſt, dicente Scriptura (iuxta Vulgatam). Igitur *Perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum* ; quæ lectio approbatur à R. Ioſuè Ben Leuì. Vide *En Iſraèl* Parte II. pagina 172. col. 1. n. 22.

Ibidem ſtatim ſequitur. Quia in productione herbarum Deus non dixit : *ſecundùm ſpeciem ſuam*, Herbæ Dei mentem interpretantur, & exeunt ſecundùm ſpeciem ſuam.

דרש ר׳ חנינא בר פפא (תהלים ק״ד ; ל״א) יהי כבוד יהוה לעולם ישמח יהוה במעשיו פסוק זה שר העולם אמרו במעשה שאמר הקב״ה למינהו באילנות נשאו דשאים ק״ו בעצמן אם רצונו של הקב״ה בערבוביא למה אמר למינהו באילנות ועוד ק״ו ומה אילנות שאין דרכן לצאת בערבוביא אמר הקב״ה למינהו אנו על אחת כמה וכמה מיד כל אחד ואחד יצא למינו פתח שר העולם ואמר יהי כבוד יהוה לעולם ישמח יהוה במעשיו : *Diſſerit R. Chaninà Bar Papà* (Pſ. 104. 31.) Erit gloria Domini in ſeculum, lætabitur Dominus in operibus ſuis. *Iſte Verſiculus eſt Principis mundi*, (ſcilicet illius Intelligentiæ, quæ mun-

burantur, quæ (Moſes) *ea ſcribere non debebat, tùm Legi neceſſaria non eſſent: & turpe fuit ea coniungere cum ſanctitate.*] *Et iſta ſunt corpora Legis.* [R. Salom. *Sententia magna dependentes ab illis; & modo eas narrat ſingillatim vſque ad finem periodi, vti eſt illud* (Deuteron. 2. 23.) Heuæos quoque, qui habitabant in Haſerim vſque Gazam. *Quid inde elicimus?* (Geneſ. 21. 23.) Si mentitus fueris mihi, & filio meo, & nepoti meo. *Dixit Deus ſanctus benedictus* (Deuter. 2. 23.) Cappadoces egrediantur de Heuæis, qui ſunt Philiſthæi: & veniant Iſraëlitæ egrediantur de Cappadocibus. *Similia inuenies* (Numer. 21. ver. 26.) Quòd Cheſbòn ſit Ciuitas Sichòn Regis Hammorreorum, & ipſe pugnauerat in Regem Moab. &c. *Quid vtilitatis ex hiſce locis educitur? Quia dixit Deus ſanctus benedictus Iſraëli* (Deuteron. 2. v. 9.) Ne anguſties Moab. *Dixit Deus ſanctus benedictus:* Veniat Sichòn, exeat de Moab. Et veniat Iſraël, & exeat de Sichòn. *Et hoc eſt quod dixit Rau Papà: Amon, & Moab* טיהרו *ſplenduerunt* (ſeù mundi fuerunt) *in Sichòn.* [R. Salom. *Per manus Sichòn fuit mundata terra eorum pro Iſraële. De Moab ſcriptum eſt* (Num. 21. 26.) Et ipſe pugnauit, &c. *Et de Amon exponitur illud* (Ioſue 13. 27. & 28.) Hæc eſt benedictio filiorum Ghad, &c.] *Et perſequitur reliqua abundè, &c.*

Hactenus iudicium Talmudis de Libro Legis Moſis. Ideò dignus eſt R. Scimon Ben Lakìſc, vt ſimul cum R. Salomone ſuo Commentatore igne comburatur. Sanè quidem inuenti ſunt Athei nonnulli, qui Legem Moſaicam non à Moſe, ſed a quodam alio, & qui à Moſe

ſtetit vſque ad fores ſoli.

עד שבא אדם הראשון ובקש עליהם רחמים וירדו גשמים וצמחו ללמדך שהקב״ה מתאוה לתפילתן של צדיקים :

Donec venit homo primus Adam, & rogauit pro eis (Diuinam) *miſericordiam, & deſcenderunt pluuiæ, & germinarunt, vt diſcas, quòd Deus ſanctus benedictus auet orationes iuſtorum.*

Non eſt reſpuendum huiuſmodi commentum, per eum enim erudimur, orandum eſſe pro pluuijs tempore ſiccitatis, vti fecit Helias (1. Reg. 18. 42. & ſeqq.) & facit Eccleſia Catholica in huiuſmodi neceſſitatibus. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 172. columna 4. numero 23.

Eadem 60. pagina verſa longè poſt medium. De Lege Moſaica infame, & impium Rabbinicum iudicium.

אמר ר׳ שמעון בן לקיש הרבה מקראות שראויין לישרף כסיפרי מינין והן הן גופי התורה (דברים ב׳ : כ״ג) והעוים היושבים בחצרים עד עזה מאי נפקא לן מינה מדאשבעיה אבימלך לאברהם (בראשית כ״א : כ״ג) אם תשקר לי ולניני ולנכדי אמר הקב״ה ליהו כפתורים ליפקו מעוים דהיינו פלישתים וליתו ישראל ליפקו מכפתורים כיוצא בדבר אתה אומר כי חשבון עיר סיחון מלך האמורי היא והוא נלחם במלך מואב וגומ׳ מאי נפקא מינה דאמר להו הקב״ה לישראל (דברים ב׳ : ט׳) אל תצר את מואב אמר הקב״ה ליתי סיחון ליפוק ממואב וליתי ישראל וליפקו מסיחון והיינו דאמר רב פפא עמון ומואב טיהרו בסיחון :

Dixit R. Scimòn Ben Lakìſc: Quamplurima ſunt loca Scripturæ, quæ digna ſunt vt comburantur, ſicut comburuntur libri Hæreticorum. [R. Sal. יש הרבה מקראות שדומה לקוראיהן שהן ראוין לישרף שלא היה לו לכותבם שאין להם צורך בתורה וגנאי הוא לחברן עם הקדושה : *Quamplurima loca Biblica reperiuntur, quæ ſunt ſimilia lectionibus eorũ* (ſcilicet Gentiliũ) *& digna ſunt vt com-*

ſunt pauciores, quàm mundæ, non eſt inconueniens aſſerere: nam paulò poſt docet Ghemarà לעולם ישנה אדם לתלמידו דרך קצרה, *Semper homo doceat diſcipulũ ſuum Via breui, compendiaria*. Hoc idem Prouerbium habes Cod. *Peſachìm* pag. 3. b. longè poſt principium. Verba ſunt R. Meir. Vide *En Iſraël* Parte II. pagin. 173. col. 2. num. 27.

Ord. V. *Kodaſcìm* Cod. 3. *Cholìn* cap. 7. *Ghid Hannàſce*.

Pagina 90. b. circa medium. Multa de לשון הואי *Leſciòn Hauài*, de hyperbolicis locutionibus, vbi dicitur: quòd aliquando vtitur Scriptura hyperbolica locutione, vti videre eſt in Lege, Prophetis, & apud Sapientes. In Lege (Deuteron. 1. v. 28.) *Vrbes magnæ, & munitæ in cælos. &c.* In Prophetis (1. Reg. 1. 40.) *Et ſcindebatur terra in Voce eorum*. Dixit R. Iſaac Bar Nachmani, dixit Scemuèl: De tribus rebus loquuntur Sapientes לשון הואי hyperbolicè אלו הן תפוח גפן ופרוכת *Iſtæ ſunt: Pomum, Vitis, & Velum*. Pomum iſtud eſt, quod nos dicimus Vitem: Quia eſt traditio: Vitem auream fuiſſe iuxta portam Templi. &c.]

Verè multa hyperbolica habent Talmudiſtæ de hac Vite aurea, & de Velo Templi diuidente inter Sanctum, & Sanctum Sanctorum. De his nihil aliud dicam, ſufficit tantùm ea indicaſſe, ſicut & in ſequenti.

Pagina 91. b. ante medium, & deinceps. Multa de Iacobi Patriarchæ in ſomnis viſione Angelorum aſcendentium, & deſcendentium; de lapidibus capiti eius ſuppoſitis; de tota terra Iſraëlis reſtricta ſub capite Iacobi, vt facilis ſubiugatu eſſet filijs ſuis, quia dicitur (Ge-

ſe multis poſt ſeculis vixerat; ſcriptam fuiſſe, vti Auctor Tractatus Theologico-Politici pag. 108. ſomniauerat, & diſcipulus eius Simon in Hiſtoria Critica Vet. Teſtam. cap. 2. ſed nullus horum, aut aliorum vnquam ſceleſtorum hominum hactenus inuentus eſt, qui auſu planè impio dixerit, plurima in Lege Moſaica reperiri vana, profana, & quæ indigna ſint vt inter reliqua ſacra collocentur, imò digna vt igne comburantur. Hoc autem reſeruatum eſt Talmudiſtis de Lege Moſaica egregium iudicium. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 172. col. 4. num. 25.

Pagina 63. b. poſt medium. – תניא איסי בן יהודה אומר וכו׳: *Tanià eſt Traditio. Esè Ben Iehudà dicit: Centum aues immundæ ſunt in Oriente, & omnes ſunt Unius ſpeciei, nempè* איה *Aià Milui.* ז׳ מאות מיני דגים הן *700. ſpecies piſcium ſunt,* וח׳ מאות מיני חגבים *& 800. ſpecies locuſtarum, & auium non eſt numerus. Aues 24. fuerunt* (ſcilicet immundæ), *& aues mundæ ſunt ſine numero.* תניא *Tanià Eſt traditio. Rabbì dicit: Clarum, & notum eſt coram eo, qui dixit: quòd in mundo beſtiæ, ſeù animalia immunda in maiori numero ſunt, quàm munda. Et ideò Scriptura numerat munda* (animalia). *Notum item eſt apud Deum, quòd ex Volucribus maior numerus ſit earum, quæ mundæ ſunt, ideò Scriptura recenſuit aues immundas.*

De numero auium immundarum; piſcium, & locuſtarum, narratio iſta Talmudica non caret hyperbole. Quòd autem dicitur: munda animalia ideò recenſita fuerint, quia numero pauciora. Et è contra volucres immundæ eadem ratione recenſitæ fuerunt, quia numero

venit רבין *Rauin, dixit : Aquæ priores comedere faciunt carnem morticinam ; aquæ poſteriores occidunt animam.*

Referunt quaſdam hiſtoriunculas de quodam, qui non lauit manus ante cibi ſumptionem, & hoſpes credens eum non eſſe Iudæum, appoſuit ei carnem porcinam, eamque comedit, &c. Vide Buxtorf. in Synag. cap. 6. vbi ex Talmude illas refert.

Ibid. Interrogant: In quonã fundetur huiuſmodi ceremonia Phariſaica de lotione manuum? Reſpondent: In Lege, quia ſcriptum eſt (Leuit. 15. ver. 11.) *Et omnis, quem tetigerit fluens, & manus ſuas non inundauerit aquis &c.* Dixit R. Eleàzar Ben Aràch מכאן סמכו חכמים לנטילת ידים מן התורה׃ *Hinc Sapientes probationem* (elicuerunt) *ablutionis manuum ex Lege.* Sed nimis remotè transferunt immunditiam ex leproſi contactu in crebram manuum ablutionem. Quòd ex præſcripto Legis manus abluendæ ſint ſub pœna abluendarum veſtium, & ſe immergendi in aquis, & remanendi adhuc in immunditia vſq; ad veſperã, benè ſe habet; ſed quòd illam trahant ad immunditiam quamcumq; paruam expiandam leuiſſimis ceremonijs à Rabbinis non ſine varijs, & vanis obſeruationibus permixtis adinuentam hoc vtiq; non caret ſuperſtitione. Hoc non approbauit Chriſtus in Euangelio; ſed grauiſſimis verbis improbauit, ac omninò reiecit: vti apparet ex Marc. 7. ver 1. & ſeqq.) *Conuenerunt* (enim) *ad eum Phariſæi, & quidam de Scribis, venientes ab Ieroſolymis. Et cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius, communibus manibus, id eſt non lotis, manducare panes, vituperauerunt. Phariſæi enim, & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint*

(Geneſ. 28. 13.) *Terram ſuper quam tu dormis tibi dabo, & ſemini tuo.* De lucta cum Angelo; de aſcenſu Auroræ; & de Cantico, quod Angelus luctator cantare debebat coram Deo. De his aliquid dixi Par. I. pag. 256. col. 2. ex hoc loco *Cholin*, vbi Hebraicè, & Latine retuli Talmudicum Textum.

Ibidem poſtea recenſentur quædam prærogatiuæ Iſraëlitarum, quibus magis dilecti quàm ſint Angeli, apud Deum habentur propter Canticum, quod frequenter cantant: nam Iſraëlita dicit Canticum qualibet hora, & Angeli miniſterij ſemel in die, vel ſemel in hebdomada, vel ſemel in menſe, vel ſemel in anno, vel ſemel in Iubileo, vel ſemel in mundo. Et alia id genus ſimilia inſulſa commenta producuntur.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 3. *Cholin* cap. 8. *Col habbasàr*.

Pagina 102. De membro animalis viui non comedendo, longa diſputatio. Incipit à pag. 101. b. non longè à fine.

Pagina 104. De ſuperſtitione, qua abhorrent caſeum cum carnibus, vel coquere, vel comedere.

Pagina 105 b. longè à principio De aquis vltimis poſt cibum adhibendis propter ſalem Sodomæum, vel alias rationes: De his aquis dicta ſunt nonnulla ſuprà in hac Parte pag. 210. col. 2. & pag. 509. col. 2. Et de ijſdem hìc multa dicuntur. Et

Pagina 106. in ipſo ferè principio. Quando venit R. Dimi dixit מים הראשונים האכילו בשר חזיר אחרונים הוציאו את האשה מבעלה כי אתא רבין אמר ראשונים האכילו בשר נבלה אחרונים הרגו את הנפש׃ *Aquæ priores comedere faciunt carnem porcinam; aquæ poſteriores ſeparant mulierem à ſuo marito. Quando*

quoque reddita, eaque poſtea per baptiſmata munditiei fuiſſe reſtituta. Quæ omnia tamquam hominum traditiones, ac præcepta improbantur à Domino Ieſu.

II. Obſeruandum eſt aliud iniquum Phariſaicum præceptum contra Legem Diuinam à vana hominum, & ſuperſtitioſa traditione emanatum: nam licèt Talmudiſtæ doceant in Cod. *Kidduſcin* pag. 30. b. non longè à fine, quod & repetitur in *En Iſraèl* Parte II. pagina 52. col. 2. num. 12. Ex locis citatis in Euangelio, Honorandum eſſe patrem, & matrem, imò honorem hunc æquiparandum Dei honori: nam dicitur (Prouerb. 3. 9.) *Honora Deum de tua ſubſtantia*. Ghemarà elicit חשוה כבוד אב ואם לכבוד המקום : *æquiparare Scripturam honorem patris, & matris honori Dei*. Item dicit Scriptura: *Qui maledixerit patri ſuo, & matri ſuæ morte moriatur*. Et dicitur (Leuit. 24. 15.) *Quicumque maledixerit Deo ſuo, &c.* חושה הכתוב מוראת אב ואם למוראת המקום : *æquiparat Scriptura timorem patris, & matris timori Dei*. Multa quidem ibidem leguntur de honore parentibus deferendo. Sed honor in Scripturis (inquit Hieronymus) *non tantùm in ſalutationibus, & officijs deferendis, quantum in eleemoſynis, ac munerum oblatione ſentitur*. Vnde volunt Toſaphòth in *Kidduſcìn* pag. 31. quòd ſi filius pauper ſit, nec facultates habeat, quibus parentes alat חייב לחזור על הפתחים לזון את אביו ואת אמו : *teneatur oſtiatim circumire* (petere eleemoſynam) *vt nutriat patrem ſuum, & matrem ſuam*. Nihilominus hanc in fauorem parentum pietatis, & naturæ Legem ſcriptis à Deo iteratam irritam fecerunt priſci illi Phariſæi, teſte Marco ſuprà relato ca-

rint manus, non manducant, tenentes traditionem Seniorum: & à foro niſi baptizentur, non comedunt. Et alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum. Et interrogabant eum Phariſæi, & Scribæ: Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem Seniorum, ſed communibus manibus manducant panem? At ille reſpondens, dixit eis: Benè prophetauit Iſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt (Iſai. 29. 13.) Populus hic labijs me honorat, cor autem longè eſt à me. *In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptiſmata vrceorum, & calicum. Et alia ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis: Benè irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis. Moyſes enim dicit:* (Exod. 20. 12.) Honora patrem tuum, & matrem tuam. *Et* (Exod. 21. 17.) Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. *Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri Corbàn* (*quod eſt donum*) *quodcumque ex me tibi profuerit: & vltra non dimittitis eum quidquam facere patri ſuo, aut matri, reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram, quam tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmodi multa facitis.*

Ex hiſtoria iſta Euangelica duo obſeruanda veniunt.

I. Obſeruandum eſt hominum præceptum circa crebram manuum ablutionem, credentibus Phariſæis ſe per huiuſmodi lotionē purificatū iri ab imaginaria coinquinatione contracta in foro ex vulgarium hominum conuerſatione, ex qua vaſa ab eis contacta immunda

nia idem ſonant) quo quidem dono nulla obligatione tenebatur. Vti ſi quis dicat: En ſit mihi obligatio offerre holocauſtum, ſiuè Pacificorum, aut Minchà. Aut dicat: Sit iſtud animal pro holocauſto, aut pro ſacrificio Pacificorum. Si quis autem dicat: עלי הוא *Sit ſuper me*, vocatur נדר *Votum*; & ſi quis dicat; הרי זו הוא *Nunc iſtud ſit*, vocatur נדבה *ſpontaneum*. Votum autem, & ſpontaneum ſunt eiuſdem ſpeciei, ſolùm in hoc differunt, quòd Votum emittens tenetur, ſi vnum deficiat, alterum pro eo ſubſtituere; vt vouens agnum pro holocauſto, deficiente eo agno, vel quia mortuus, vel quia furto ſublatus eſt, tenetur vouens loco illius alium offerre; non ſic de re deuota, ea namque deficiente, non tenetur ad aliam; & de his intelligitur Scriptura, quando dicitur: (Deuter. 12. v. 17.) *Et vota tua, quæ voueris, & ſpontanea tua &c,*

Primi generis Votorū Iudicia ibi à Maimòne reſoluuntur. Secundi verò generis in tractatu de oblationibus, & ſacrificijs examinantur. Eſt autem præceptum affirmatiuum Moſaicæ Legis שיקיים אדם שבועתו או נדרו בין שהיה מנדרי איסר בין שהיה מנדרי הקדש: *quod tenetur homo obſeruare iuramentum ſuum, aut Votum ſuum, tam ſi fuerit votum obligationis, quàm ſi fuerit Votum ſanctificationis.* S. D. (Deuteron. 23. 23.) *Quod egreditur è labijs tuis, cuſtodies, & facies quemadmodum voniſti.* Et iterum (Num. 30. ver. 3.) *Secundùm omne, quod egreditur de ore ſuo, faciet.* Hinc intelligitur illud Marci ſuprà citati: *Si dixerit homo patri, aut matri Corbàn quodcumque ex me, &c.* vel ſecundùm Matthæum cap. 15. 5. *Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel* pite 7. v. 11. *Si dixerit homo patri, aut matri Corbàn quodcumque ex me, tibi profuerit: & Vltra non dimittitis eum quidquàm facere patri ſuo, aut matri, reſcindentes Verbum Dei per traditionem veſtram, quam tradidiſtis.* Quæ traditio, quamuis, prout traditur ab Euangeliſta, de verbo ad verbum non legatur in Corpore Iuris Iudaici, illius tamen ſententia, & ſenſus idem, eruitur ex Miſcnâ à R. Moſe Bar Maimonis in libro משנה תורה *Miſcnè Thorà* Par. II. *Halacòth. Nedarim De Votis* cap. 1. vbi docet, duo eſſe genera Votorum. Primum vocatur ab eo נדרי איסר *Nidrè eſsàr Vota obligationis*, & ſecundum dicitur ab eodem נדרי הקדש *Nidrè Hakòdeſc Vota ſanctificationis.* De primo genere, quo quis obligat ſe facere aliquid, ponit varia exempla. Vt ſi quis obliget ſe ipſum facere aliquod licitum, v. g. dicat: Fructus Prouinciæ N. ſint mihi prohibiti per 30. dies, vel in perpetuum. Aut dicat: Species huiuſmodi fructus ſit mihi prohibita in æternum, &c. Iſta omnia erunt ei prohibita, licèt firmata non ſint iuramento, aut in hoc nomen Dei non fuerit inuocatum, aut pronomen Voti non fuerit nominatum. Quid ſint pronomina Votorum, & quot ſint, vide ſuprà Cod. *Nedarim* pagina 157. huius Partis. Et de his intelligi volunt Scripturam Num. 30. v. 3. *Vir cùm vouerit Votum Domino, vel iurauerit iuramentum* לאסור איסר על נפשו *ligando ligamen ſuper animam ſuam*, quia ligauit ſeipſum rebus licitis, & liberis.

Secundum genus Votorum vocat *Bar Maimon* נדרי הקדש *Vota ſanctificationis* à ea ſunt, quando quis obligat ſeipſū בקרבן *Korbano oblatione, munere, dono* (quæ om-

אב ,י ; *Vidit rem perditam patris ſui, & rem perditam Rabbini ſui; priùs reddet rem amiſſam Rabbino, poſtea patri.* Item אביו ורבו נשואים במשא מניח את של רבו ואחר כך של-אביו : *Pater, & Rabbi ferunt onera, priùs onus Rabbini deponendum docent, poſtea patris.* Item אביו ורבו שבויים בשביה פודה את רבו ואחר כך פודה את אביו ; *Pater, & Rabbinus ſi ſint captiui, priùs redimendus eſt Rabbi, poſtea pater.* Et alia id genus multa hic leguntur, quæ videnda etiam ſunt apud alios Auctores præſertim apud ס'מ'ג *Samàgh* מצות עשה *Præc. affirm.* num. 74. pag. 153. col. 1. in principio. R. Iacob Bar Aſcèr in יורה דעה num. 242. pag. 57. col. 2. Et ibidem in שלחן ערוך eodem num. 242. סעיף 34. Et ſub eodem num. & ramo eadē prolixiùs in לבוש עטרת זהב apud Mardochæum Iaphè. Hinc patet, quomodo Traditio indicata à Chriſto de *Corbàn* oblatione facta Scribis, & Phariſæis ſub prætextu pietatis, & religionis in præiudicium pauperum parentum, qui aliunde alimenta quærere cogantur, ſit traditio hominum non bona, & transfuſa ſit ab antiquis in modernos Talmudiſtas, cuius veſtigia in Talmudicis libris hodie cernuntur, vbi honor Rabbinorum præfertur honori patris, vt in exemplis allatis apparet. Et hæc ſufficiant ex Codice *Cholin*.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 4. *Becoròth* cap. 1. *Hallokèach ouèr*.

Pagina 7. b. propè finem, & 8. in principio. Variæ, & vanæ obſeruationes naturales circa piſces, & animalia. תנו רבנן דג טמא משריץ דג טהור מטיל בצים וכו' ; *Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Piſcis immundus prolificat. Piſcis mundus proijcit oua. &c. Omne quod parturit, vel matri, munus quodcumque eſt ex me tibi proderit.* Quaſi dicat filius parentibus ſuis: Munus (quod idem eſt ac Corbàn, id eſt oblatio pro ſacrificio) quod ego voui, & obtuli Deo, ac Miniſtris ſuis in Templo, vt liberiùs cultui Diuino vacare poſſint, nec indigeant aliunde quærere alimenta, proderit tibi, ò pater, & ò mater, tam quoad animæ ſalutem, quàm quoad corporis incolumitatem: nam Deus ipſe, tam mihi, quàm vobis de alimentis prouidebit. Interim hac religionis ſpecie, docebant Phariſæi, & Scribæ, quorum procul dubio multi erant Sacerdotes, & Miniſtri Templi, vt in ſumma egeſtate relictis parentibus, quibus lege naturæ tenebantur filij ſuccurrere, cui omne votum, omniſque obligatio Iure Diuino, vel humano inducta cedere debet, & ſic irritum faciebant mandatum Dei propter malam traditionem Scribarum, & Phariſæorum. *Hu*iuſcemodi traditionem etiam hodie docent Talmudiſtæ, dum patris honorem poſtponunt honori Rabbini. Rabbini ſiquidem in locum Scribarum, & Phariſæorum ſucceſſerunt. Hinc & R. Moſes Bar Maimonis Talmudiſtarum omnium extra Talmudem Anteſignanus in ſuo משנה תורה *Miſcnè Thorà* Parte I. *Halach.* ת"ת *Talmùd Thorà* cap. 1. honorem Rabbini præponit honori patris, dicit enim in ipſo principio capitis כשם שאדם מצווה בכבוד אביו וביראתו כך הוא חייב בכבוד רבו ויראתו יותר מאביו : *Quemadmodum præcipitur homini honorare patrem ſuum, & timere eum; ita tenetur homo honorare, & timere Magiſtrum ſuum Rabbinum magis quàm* (honoret, aut timeat) *patrem ſuũ.* Huius rei quædam exempla affert v.g. ראה אבידת אביו ואבידת רבו של רבו קודמת לשל

דג אדם ונחש Piſcis, Homo, & Serpens. *Sedeur potiſſimùm hac tria? Quando venit Ràu Dimì, dixerunt: In Occidente Diuina Maieſtas loquitur cum eis.* [R. Salom. *Diuina Maieſtas eſt cum eis, S. D,* (Ion. 2. 11.) Et dixit Dominus ad piſcem.] תנא גמל אחור כנגד אחור. *Eſt traditio: Camelus* (init) *verſo dorſo contra dorſum.*

Hæc, quæ hìc dicuntur, quamuis plurima fabuloſa eſſe cenſentur, nonnulla tamen poterunt eſſe vera. De hiſce omnibus conſulendus eſt Ariſtoteles in Hiſtoria animalium, præcipuè libro 4. & ſeqq. Vide *En Iſraël* Par. II. pagina 179. col. 1. num. 3.

Ibidem, id eſt pagina 8. *Bechoròth* paulò poſt medium. Comparatio conceptus animalium cum plantis.

ת״ר תרנגולת לעשרים ואחד יום וכנגדן באילן לוז:
Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Gallina 21. diebus. & huic reſpondet amygdala. [R. Salom. 21. *diebus poſtquam à Gallo fœcundata eſt, perficitur ouum, & ſecundùm idem tempus perficit amygdala fructum ſuum poſtquā floruerit.*]

כלב לחמשים יום וכנגדו באילן תבואח תאינה:
Canis 50. diebus. Et inter fruges huic reſpondet ficus. [R. Salom. *Iuxta illud, quod dicunt: Lignum, quod comedit Adam, fuit ficus; ideò vocatur* תבואה *proventus arbor.*]

חתול לחמשים ושנים יום וכנגדו באילן תות:
Felis Cata 52. diebus. Et huic conceptui reſpondet morus arbor.

חזיר לששי׳ יום כנגדו באילן תפוח: *Scrofa 60. diebus: reſpondet ei arbor pomifera.*

שועל וכל מיני שרצים ששה חדשים וכנגדם באילן תבואה: *Vulpes, & omnes ſpecies reptilium ſex menſibus: reſpondent iſtis in plantis, ſeges.*

lactat; & quod proijcit oua colligit, præter Veſpertilionem, qui licèt proijciat, nihilominus lactat. Delphines multiplicant, & creſcunt vt homines. Quid ſunt דרולפנין *Delphines? Dixit Ràu Iehudà* בני ימא *Filij maris. Omnia* (animalia) *quæ habent teſticulos extra, pariunt; quæ intus, oua emittunt. Quid? Et nonne dixit Samuel: Anſer, & Anſer filius* כלאים *Chilaim permixtionum alter in altero. & arguimus de hoc. Quanam eſt ratio? Dixit Auijè: Alter habet teſtes extra, alter intra, & ambo proijciunt oua. Verùm omne, cuius* זכרותו *maſculinitas eſt extra parturit; intus, proijcit oua. Omne, quod coitum peragit de die, in die parit; quod de nocte, parit de nocte. Omne, cuius coitus die noctuque peragitur, ſic & parit. Cuius coitus die, die parit. Gallina in nocte gignit. Veſpertilio tam de die, quàm de nocte coit, & gignit ſicut homo, & quicquid eſt illi ſimile. Et quid inde educitur? Secundùm illud Ràu, Bar Ràu Cohanà: quia dicebat Ràu Mare, Barè de Ràu Cohanà viſitauit nidum gallinæ in peruigilio feſti, nec reperijt in eo ouum; mane perquiſiuit, & inuenit ouum: licitum eſtne comedere illud in die feſto? Dicam: Non ſedulò perquiſiuit. Sed nonne benè perquiſiuit? Dicam: Exijt maior pars, & redijt intro. Secundùm R. Iochanàn, quia dicit R. Iochanàn* ביצה שיצתה רובה מערב יום טוב וחוזרת מותרת לאכול ביום טוב: *Ouum, cuius maior pars exijt à vigilia feſti, & redijt, fas eſt comedere illud in feſto. Omnia animalia, quorum vſus copulæ, & conceptus eſt æqualis, gignunt, & educunt, pariunt, & lactant ſe ad inuicem.*

Omnia animalia cœunt facie contra ceruicem verſa, præter tria, quæ faciem contra faciem conuertunt. Hæc ſunt:

אמר רב משה רבינו עשר אמות היה שנ' (שמות מ' : יט ;) ויפרש את האהל על המשכן כי פרשו משה רבינו פירשו וכתב (שם כו : יו :) עשר אמות אורך הקרש וכו' ;

Dixit Ràu : Moſes Magiſter noſter, decem cubitorum erat (ſtatura eius) *S. D.* (Exod. 40. 19.) Et extendit tentorium ſuper Tabernaculum. *Quid extendit Moſes Magiſter noſter? Extendit ſe ipſum. Et ſcriptum eſt* (Ibidem 26. v. 16.) Decem cubitorum erat longitudo Tabulæ, &c. *Dixit Ràu* שימי *Scimì Bar Chijà ipſi Ràu : Si ſic eſt, ergo Moſes Magiſter noſter erat immundus* (irregularis) *eò quòd corpus eius maius, aut minus erat ſuis membris. Sed intelligendum eſt de cubito Sanctuarij. Naſus eius quantæ magnitudinis erat? Eſt traditio* באצבע קטנה *ſicut digiti minimi.*

Quomodocunque ſumatur cubiti menſura, ſemper Moſes, ex Talmudiſtarum præſcripto, erit giganteæ molis; nam illius longitudo erit 20. palmorum Romanorum. Quia cubitus, ex Kirchero in Arca Noë pag. 30. eſt 24. digitorum, ſiuè duarum ſpithamarum. Spithama enim eſt 12. digitorum, quæ correſpondet palmo Romano 12. vnciarum. Cubitus itaq; erit duorum palmorum Romanorum, ſumpto cubito à brachij flexione, ad medij digiti ſummitatem. Si igitur Moſis longitudo ſit 10. cubitorum, profectò liquet, quòd illius longitudo eſſe debeat 20. palmorum Romanorum; quare Moſes inter Gigantes connumerandus ſecundùm Doctores Talmudicos, quod hactenus inauditum eſt. Huiuſmodi Moſis proceritas non exſcripta fuit in *En Iſraël*, forſan, noluit compilator inter vulgus Iudaicum illam cum ſcandalo, & Talmu-

בהמה דקה טהורה לחמשה חדשים וכנגדן באילן גפן ;

Animalia minuta munda quinque menſibus ; reſpondet eis in plantis, vitis.

בהמה גסה טמאה לשנים עשר חודש וכנגדו באילן דקל ; טהורה לתשעה חדשים וכנגדן באילן זית :

Armenta maiora immunda 12. menſibus : reſpondet his in plantis, palma. Munda (armenta) *nouem menſibus : reſpondet in plantis, olea.*

הזאב והארי והדוב והנמר והברדלס והפיל והקוף והקיפוף לשלש שנים וכנגדן באילן בנות שוח :

Lupus, Leo, Vrſus, Pardus, Bardelas Baſiliſcus, Elephas, Simia, Cercopithecus, ſeù Simia caudata tribus annis: reſpondent his in plantis Benòth Sùach *ficus albæ.* [R. Salom. *Bardelas* אפא *Ephe Draco Baſiliſcus.* קוף *Koph Simia,* קיפוף *Kipùph ſimilis eſt Simia, ſed habet caudam.*]

אפעה לשבעים שנה וכנגדן באילן חרוב חרוב זה משעת נטיעתו עד שעת גמר פירותיו שבעים שנה וימי עיבורו שלש שנים ; *Vipera, ſeù Serpens quidam in 70. annis : reſpondet iſtis Ceraunia : nam Ceraunia, ſeù ſiliqua exigit à plantatione ſua ad maturationem fructus 70. annos. Et dies conceptus ſui ſunt trium annorum.*

נחש לשבע שנים ולאותו רשע לא מצינו חבר ;

Serpens in 7. annis, & huic nequam non inuenimus ſociam inter plantas, &c.

Hanc animalium analogiam cum plantis in generatione, & fructuũ productione nullibi me legiſſe memini, neque Philoſopho dignam arbitror, ideòque Talmudiſtis in ſuis פירושים diſcutiendam relinquimus. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 179. col. 1. num. 4.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 4. *Becoròth* cap. 7. *Mumin èlu.*

Pagina 44. non longè à fine in principio *Ghemaræ*. Magnitudo Moſis,

רב אחא בר יעקב הוא פרת דמעיקרא ׃ תניא ר״מ אומר
יובל שמו שנאמר (ירמיה י״ז ׃ ח׳ ׃) והיה כעץ שתול
על מים ועל יובל ישלח שרשיו ׃ ולמה נקרא שמו
פרת שמימיו פרים ורבים ׃

Et numquid ſunt fontes, qui eleuantur. [R. Salomon: *Erumpentes fontes in ſummitatibus montium, & tamen ſi ſunt altiores Euphrate, quomodo veniunt ab Euphrate?*] *Dixit Ràu Meſcierſcià: Hæ ſunt ſcalæ Euphratis.* [R. Salom. *Hæ ſunt aquæ fluentes per fiſtulas ſub terra, & aſcendunt ad montes veluti per ſcalam.*] *Sed nonne ſcriptum eſt* (Gen. c. 2. ver. 14.) Et fluuius quartus ipſe eſt Peràth Euphrates? *Dixit Ràu Nachmàn Bar Iſaac: Et eſt, qui dicit, Ràu Achà Bar Iacobi: Ipſe eſt Euphrates ſuprà commemoratus* (Et fluuius egrediebatur de Eden &c. *quia iſti tres egrediebantur ex eo.* Ita R. Salomon.) *Tanià Eſt traditio. R. Meir dicit: Iuuàl eſt nomen eius, S. D.* (Ierem. 17. 8.) Et erit tamquam lignum plantatum ſuper aquas, & ſuper יובל Iuuàl mittet radices ſuas. *Et cur vocatur nomen eius Peràth Euphrates? Quia aquæ eius creſcunt, & multiplicantur.* [R. Salom. *ſcilicet ſine pluuia.*]

Non probatur ex hoc Talmudico ratiocinio, omnia flumina ortum habere ab Euphrate, quia Euphrates non diuiditur, cùm & ipſum ſit vnum ex membris diuiſis ab eo flumine, quod egreditur ex Eden. Dicente Scriptura (Geneſ. 2. 10.) ונהר יוצא מעדן להשקות את הגן ומשם יפרד והיה לארבעה ראשים ׃ *Et fluuius egrediebatur ex Hèden ad irrigandum hortum: & inde diuiditur, & eſt in quatuor capita.* Fluuius igitur, qui egrediebatur ex Hèden, erat quid ſuperius, totum continens ſuas partes, in quas diuiſum

mudis irriſione, euulgare.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 4. *Bechoròth* cap. 9. & vlt. *Maaſsèr Behemà.*

Pagina 55. longè poſt medium. Origo Iordanis aſſignatur in ſpelunca פמיס *Pameàs*, vti etiam habetur Codice *Banà Bathrà* pag. 74. b. circa finem, vt retuli Par. I. pag. 467. col. 1. Cur autem vocetur ירדן *Iardèn* Iordanis, quia inquiunt. שיורד מדן *Deſcendit è Dan*. Vocatur autem *Dan* בשם דן אביהן *ex nomine Dan patris eorum*. Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 180. col. 3. num. 12. Et numero 13. habetur hiſtoria de *Bar Iuchnè*, de qua in Par. I. pag. 520.

Ibidem propè finem. Aquæ Euphratis reliquis mundi aquis excelſiores ſunt.

אמר רב הנודר ממימי פרת אסור בכל מימות שבעולם
ה״ד אילימא דאמר לא שתינא ממימי דפרת מי פרת
הוא דלא שתינא הא מנהרא אחרינא שתינא אלא דאמר
לא שתינא ממים דאתו מפרת דאמר רב יהודה אמר
כל הנהרות למטה מג׳ נהרות וג׳ נהרות למטה
מפרת ׃

Dixit Ràu: Ei, qui votum vouit de aquis Peràth Euphratis, prohibitæ ſunt omnes aquæ mundi. Quomodo res hæc ſe habet? Si quis dixerit: Non bibam de aquis Euphratis, aquæ ipſius Euphratis intelliguntur, de quibus non bibam, ſed de fluuio altero bibam. Sed ſi dixerit: Non bibam de aquis, quæ veniunt de Euphrate. Quia dixit Ràu Iehudà, dixit Ràu: Omnes fluuij ſunt infra tres fluuios: & tres fluuij ſunt ſub Euphrate, &c. [R. Salomon: *Tres fluuij Tigris, Phiſon, & Ghichòn; & omnes fluuij, qui ſunt in mundo inde emanant.*]

והאיכא עינתא דמידליין אמר רב משרשיא הנהו סולמי
דפרת נינהו והא כתיב (בראשית ב׳ ׃ י״ד ׃) והנהר
הרביעי הוא פרת ׃ אמר רב נחמן בר יצחק ואיתימא

ſignificata in intinctione tunicæ.

מכנסים מכפרים על גילוי עריות : *Fæmoralia propitiantur peccato luxuriæ, quia ſcriptum eſt* (Exod. 28. 42.) Et fac eis fœminalia lini ad operiendum carnem turpitudinis.

מצנפת מכפרת על גסי הרוח : *Tiara impetrabat remiſſionem ſuperbiæ, ſicut dicit R. Chaninà: Veniat res ſublimis, & expiet rem ſublimem.*

אבנט מכפרת על הירהור הלב אהיכא דאיתיה דכתב :
Cingulum propitiatur cogitationibus cordis, vbi tunc erat, quia ſcribitur (Exod. c. 28, 30. Et erit ſuper cor Aharon.

חושן מכפר על הדינין *Rationale propitiatur ſuper iudicia, quia ſcriptum eſt* (Exod. c. 28. 15.) Et facies Rationale iudicij.

אפוד מכפר על ע״ז : *Ephod Superhumerale propitiatur ſuper Idololatriam, quia ſcriptum eſt* (Hoſea 3. v. 4.) Non eſt Ephod Superhumerale, & Teraphim. [R. Salom. *Tempore, quo non fuit Ephod fuit ſcelus imaginum.*]

מעיל מכפר על לשון הרע *Pallium propitiatur ſuper maledicentiam. Dixit Deus ſanctus benedictus: Veniat res, quæ habet vocem, & medeatur voci.* (Nam pallium tintinnabulis plenum erat:)

ציץ מכפר על מעשה עזי׳ *Lamina frontis propitiatur ſuper impudentiam, ſcriptum quippe eſt* (Exod. 28. 38.) Et erit ſupra frontem Aharon; *Et ſcriptum eſt illic* (Ierem. 3. v. 3.) Et frons mulieris meretricis fuit tibi.

Quid Tropologicè Summi Sacerdotis veſtes ſignificent, vide S. Thomam Aquinatem 1. 2. qu. 102. art. 5. ad 10.

Ibidem verſa pagina ante medium. Humilitatis, & operum bonorum laus.

Prouerb. 3. 7. *Ne increpes deriſorem, ne fortè odio habeat te: increpa ſapientem, & diliget te.*

בעא

ſum fuit, videlicet in quatuor capita. Primus vocatur à Scriptura פישון *Piſciòn*, & aſſerunt nonnulli, hunc eſſe Nilum Ægypti fluuium. Secundus dicitur גיחון *Ghichòn* Gehon Ganges. Tertius חדקל *Chiddèkel* Tigris. והנהר הרביעי הוא פרת *Et fluuius quartus ipſe eſt Peràth Euphrates.* Hic non indiget alia deſcriptione, quia notiſſimus erat Iſraëlitis, & Terræ conterminus. Aquas itaque aliorum Terræ fluminum ex iſto fluuio effluere non eſt dicendum, cùm ex alijs tribus fluminibus oriri poſſint, & omnes ex ſupremo omnium fluuio è Paradiſo egrediente, quem quidem hodie, in quarum parte Terrarum inueniatur, cùm & ipſe Paradiſus terreſtris non ampliùs extet, deſignare non valemus. Et de hoc Cod. *Bechoròth* dicta ſint ſatis.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 5. *Arachin* cap. 2, *En Neerachin.*

Pagina 10. b. circa medium. Agitur de אבוב *Abùb*, & de חליל *Chalil* inſtrumentis Muſicis, de quibus ex hoc loco egi ſuprà Par. II. pag. 199. col. 2.

Ibidem pagina 16 longè poſt med. cap. 3. *Ieſc baarachin.* Veſtimenta Sacerdotalia propitiantur peccatis.

אמר ר׳ עיניני בר ששון למה נסמכה פרשת בגדי כהונה לפרשת קרבנות לומר לך מה קרבנות מכפר אף בגדי כהונה מכפרין :

Dixit R. Enenè Bar Sasòn: Quare iungitur Sectio, ſeù Tractatus Veſtium Sacerdotalium cum Tractatu Sacrificiorum? Reſpondeo tibi: Quòd ſicut Sacrificia tollunt peccata, ita & Veſtes Sacerdotales. כתונת מכפרת על שפיכות דמים *Tunica propitiatur homicidio. Quia ſcriptum eſt* (Geneſ. 37. 31.) Et tinxerunt tunicam in ſanguine. [R. Salomon: *Fuit alluſio propitiationis ſanguinis, quæ venit*

ſe, veluti quamplurima alia his ſimilia fabuloſa eſſe deprehenduntur. Et nil aliud ex hoc paruo Cod. annotabimus. Vide in *En Iſraël* Par. II. pag. 183. colum. 1. num. 1.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 7. *Cherethòth*, cap. 1. *Sceloſcim veſcèſc.*

Pagina 8. editionis Cracouianæ, & pag. 77. editionis Amſtelodam. longè poſt medium. Diffusè agitur de Oleo vnctionis à Moſe confecto. Verſa pagina: De miraculis huius olei, & quomodo tam modica quantitas (non enim excedebat menſuram 12. logorum, לוג *Log* enim ſex oua continet, ex Rabbì Dauid Kimchì in lib. radic.) ſcilicet 72. ouorum pro vnctione tot rerum ſufficere potuerit. Eo ſiquidem vnctum fuit Tabernaculum, & vaſa eius. Item, Aharon, & filij eius omnibus ſeptem diebus conſecrationis. Eo vncti fuerunt Sacerdotes magni, & Reges. Et credunt adhuc aſſeruari pro vnctione Regum tempore Meſſiæ: nam hìc poſt medium dicitur: abſconditam fuiſſe Arcam fœderis, & in ea reconditam fuiſſe ampullam Mannæ, Olei vnctionis, Virgam Aharonis, Amygdalam florentem, & ארגז *Argaz Capſulam*, quam miſerunt munus Philiſthæi Deo Iſraëlis, S. D. (1. Sam. 6. 8.) *Et Vaſa aurea, quæ miſerunt ei pro delicti expiatione, ponetis in Argaz capſulam à latere eius*. Sed quinam repoſuerunt? Ioſias Rex Iudæ recondidit illam, S. D. (2. Paralipom. c. 35. ver. 3.) *Ponite Arcam ſanctitatis*. Dixit R. Eleazar: Venit (bis) nomen, nomen. Veniunt generationes, generationes; Venit cuſtodia, cuſtodia. Dixit Ràu Papà: Cum balſamo puro. Tradiderunt Magiſtri: Reges vngebant ad

בעא מיניה ר׳ יהודה בריה דר׳ שמעון תוכחה לשמה וענוה שלא לשמה הי מינייהו עדיפא א״ל ולא מודית דענוה לשמה עדיפא דאמר מר ענוה גדולה מכולם שלא לשמה נמי עדיפא דאמר רב יהודה אמר רב לעולם יעסוק אדם בתורה ובמצות אע״פ שלא לשמה שמתוך שלא לשמה בא לשמה ה״ד תוכחה לשמה וענוה שלא לשמה :

Quæſiuit ab eo (à R. Iochanàn Ben Nuri) *R. Iudas Ben R. Simeonis: Reprehenſio ad nomen eius* [R. Salom. *Dei*] *& humilitas, ſeù manſuetudo, quæ non eſt ad nomen eius; quiſnam ex illis eſt præſtantior? Dixit ei: Ego non concedo, quòd humilitas ad nomen eius ſit præſtantior, quia dicebat Mor: Humilitas excellentiſſima omnium; quæ non ſunt ad nomen eius etiam præſtantior. Quia dicebat Ràu Iehudà, dicebat Ràu: Semper homo vacet Legi, & præceptis licèt non eorum cauſa; quia dum non fiunt ad eius nomen* (ad Dei nomen) *veniet* (poſtea) *ad eius nomen. Et hoc eſt illud quod dicunt* (Sapientes)*: Reprehenſio* (ſit) *ad nomen eius* (Dei) *& manſuetudo humilitas non ad nomen eius*.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 6. *Themurà* cap. 1. *Haccòl Memirìm*.

Pagina 16. editionis Cracouienſis; & pag. 116. Amſtelodamenſis propè principium. Tempore luctus Moſis doctrinæ Talmudicæ obliuiſcuntur Sapientes.

אמר רב יהודה אמר שמואל שלשה אלפים הלכות נשתכחו מימי אבלו של משה :

Dixit Ràu Iehudà, dixit Scemuèl: Tria millia Deciſiones Talmudicæ obliuioni traditæ ſunt in diebus fletus Moſis.

Arguitur ex hoc debilis memoria Iudæorum, vel rerum inutilium obliuio voluntaria; vel, quod probabilius eſt, huiuſmodi Commentum fabuloſum eſ-

in cornu ſignificatam, vel animo frangantur ſecundùm fragilitatem lenticulę olei. Illam habuerunt Reges, quorum Regnum perdurauit, vti Dauidis, & Salomonis. Huiuſmodi autem robur in Saul, & Iehù inuentum non fuit, ideòque infirma illorum virtus tamquam in teſtaceo vaſe incluſa, colliſa, fractaque lenticula, Regni diuturnitatem non fuerunt aſſecuti. Et hæc ſint annotata ex Codice *Cheretòth*.

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 8. *Meilà* cap. 4. *Kodſcè hammisbèach*.

Pag. 51. b. edit. Amſtel. & pag. 17. b. edit. Cracou. non longè à princ. Pręcepta Iudaica de Circumciſione, Sabbatho, & Menſtruatis à Diabolo reſtaurantur. Hanc Talmudicam hiſtoriam cum textu Hebraico, & Latina interpretatione exſcripſi Par. I. p. 587. Vide in *En Iſraèl* Par. II. pag. 188. col. 3. num. 1. vbi ad declinandum odium Romanorum pro מלכות הרשעה *Regnum impium*, putà *Romanum*, ſubſtituerunt מלכות חשמונאי *Regnum Chaſmonài*. At hoc imperitè quidem factũ eſt. Non enim Regnum Haſmoneorum, id eſt Machabæorum, qui erant Iudæi, & pro patrijs Legibus bella contra Gentiles ſuſceperunt, & ſacra omnia reſtituerunt, vnquam in haſce impietates declinauiſſe legitur, vt Sabbathum abrogarent, Circumciſionem tollerent, & menſtruatas permitterent. Concludendũ itaque eſt: Doctiores inter Iudæos, quibus hodie ſuorũ librorũ cenſura committitur, Iudaicarum antiquitatum adeò eſſe imperitos, vt Regnum Haſmoneorum, & Regnum Machabæorum, duo diuerſa Regna extitiſſe; & Regnum Haſmoneorum Gentile, Idololatricum, & Iudæis inimicum fuiſſe

ad modum Coronæ; Sacerdotes ad modum כי *Chi*. Dixit Ràu Menaſcià: ad modũ literæ Græcæ χ. Tradunt aliqui:

חדא בתחילה מציק שמן על ראשו ואח״כ נותן לו שמן בין ריסי עיניו ותני אחריתי בתחילה נותן לו שמן בין ריסי עיניו ואח״כ מציק משן על ראשו :

Semel in principio fundebat oleum ſuper caput eius, deinde imponebat oleum inter ſupercilia oculorum. Alij tradunt: Primùm imponebant oleum inter ſupercilia, & poſtea fundebant oleum ſuper caput eius. Aliqui dicunt, quòd redundabat de Vnctione, alij de infuſione, &c.

Omnes traditiones Talmudicæ in incertum vagantur. De Arca fœderis, & Oleo vnctionis vide, quæ dixi ſuprà pagina 623. & 624.

Pagina 78. Amſtelodam. & pag. 6. Cracouien. longè poſt principium. Stabilitas, vel inſtabilitas Regni vnde proueniat. *Orauit Anna* (1. Sam. 2. v. 1.) *& dixit: Exultauit cor meum in Domino, exalatum eſt cornu meum.*

במה קרני ולא רמה פכי דור ושלמה שנמשחו בקרן נמשכה מלכותם שאול ויהוא שנמשחו מן הפך לא נמשכה מלכותם :

Exaltatum eſt cornu meum, & non eſt exaltata lenticula mea. Dauid, & Salomon, quia vncti fuerunt cornu, protrahitur Regnum ipſorum. Saul, & Iehù, qui inuncti fuerunt lenticula, non protractum fuit ipſorum Regnum.

Parum refert, ſi Reges vngantur adhibito hoc, vel illo inſtrumento ad ſpargendum, & infundendum Oleum: neque ex his cauſis extrinſecis, & accidentalibus poterunt produci effectus ſpirituales, & morales, niſi tantùm per accidens, quatenus ſcilicet ſunt obiecta, ad quæ reſpicientes Reges inuncti, moueantur ad imitandam virtutem fortitudinis

אמר רבן גמליאל בשלשה דברים אותב אני את הפרסיים חן צנועין באכילתן וצנועין בבית הכסא וצנועין בדבר אחר׃

Dixit Rabbàn Gamliel : Propter tria amo Perſas ; ſunt verecundi in cibo , ſunt verecundi in latrina , & ſunt verecundi in alia re (in lecto).]

Alia quamplurima monita dantur ad tuendam ſanitatem , ne egerenda retineantur , & ſaltem mane , & veſpere ad ſellam familiaricam feſtinare quis debeat , & ibi aluum exonerare procuret . Ex retentione enim excrementorũ multa corpori obuenire mala pręducunt Medici iſti Talmudiſtæ .

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 9. *Tamid* cap. 4. *Lo haiù Cophethìn* .

Pagina 31. b. editionis Cracouianæ , & pag. 65. edit. Amſtelodam. lin. vlt. & pagina ſequenti . Referuntur decem quæſita à Iudæis facta per Alexandrum Macedonem .

עשרה דברים שאל אלכסנדרוס מוקדון את זקני הנגב אמר להן מן השמים לארץ רחוק או ממזרח למערב אמרו לו ממזרח למערב תדע שהרי חמה במזרח הכל מסתכלין בה חמה במערב הכל מסתכלין בה חמה באמצע רקיע אין הכל מסתכלין בה וחכמים אומרי׳ זה וזה באחד שוין שנאמר (תהלי׳ קג׳ ׃ יא׳׳ ׃) כגבוה שמי׳ על הארץ כרחוק מזרח ממערב ואי חד מיניהו נפיש נכתוב תרוייהו כי תהוא דנפיש ואלא חמה באמצע רקיע מאי טעמא אין הכל מסתכלין בה משום דקאי לחודיא ולא כסי ליה מידי ׃

Decem petiuit Alexander Macedo à Senioribus Auſtri . Dixit eis : Quanam eſt maior diſtantia ; An à cælo ad terram ; an ab Oriente ad Occidentem ? Dixerunt ei : Ab Oriente ad Occidentem . Scias , quia exiſtente Sole in Oriente omnes poſſunt intueri illum . In medio cæli non omnes poſſunt intueri in illum (& hoc accidit , quia eſt propè , inquit Gloſſator .) *At Sa-*

ſe credant . Et hæc eſt egregia eruditio recentiorum Rabbinorum . Finit Codex *Meilà* .

Ord. V. *Kodaſcim* Cod. 9. *Tamid* cap. 1. *Biſcloſcià mekomòth* .

Pagina 27. b. editionis Cracouianæ , & pag. 61. b. edit. Amſtelodam. circa medium . De morum honeſtate ſeruanda in latrinis .

רב ספרא הוה יתיב בבית הכסא אתא רבי אבא נחר ליה א״ל ליעול מר עד כאן וכו׳ ׃

Ràu Siphrà ſedebat in loco ſecreto (& ventrem exonerabat) *in latrina . Venit R. Abbà : Tuſſitu ſignum ei dedit . Dixit ei* (Ràu Siphrà :) *Ingrediatur Dominus vſque huc . Tu non aſcendiſti in Seir , & feciſti res de Seir . Tanù Tradiderunt : Inueniunt oſtium peſſulo clauſum , cognoſcunt ibi eſſe hominem . &c.* [Gloſſa : R. Siphrà ſedebat in latrinis , & non erat in eis oſtium ; ſed huiuſmodi mos erat , vt quicumque ingredi voluiſſet היה נוחר *tuſſiebat* , ſeù ſcreabat , & ſi ibi erat homo , eodem modo intus reſpondebat , & qui foris ſtabat , retrocedebat . R. Siphrà non fecit ſic, ſed dũ : R. Abbà ſcrearet . dixit ei Ràu Siphrà : Ingrediatur Dominatio veſtra . Sed debebat ei eodem tuſſitu reſpondere . Idcircò reſpondit R. Abbà poſtquam inde exierat (Ràu Siphrà :) עד כאן לא סילקת לשעיר וגרמת מילי דשעיר ׃ *Hactenus non aſcendiſti in Seir* , (id eſt in latrinas) *& feciſti res Seir* . Quaſi diceret : Hactenus huc non veniſti (in latrinas) & tu moribus eorum (id eſt Romanorum militum) imbutus es ; quoniam verecundiam non habes , ſicuti ipſi : verùm Perſæ verecundi ſunt , ſicut legimus (in Cod. *Berachòth* cap. 1. pag. 8. b. circa medium .)

(Geneſ. 1. 1.) In principio creauit Deus cælos, & terram.

Tertiò, Petijt Alexander אור נברא תחלה או חושך, *Lux creatane eſt primùm, an tenebræ? Reſponderunt* מילתא דא אין לה פתר ונימרו ליה חושך נברא תחלה דכתיב (בראשית א׳ : ב׳ :) והארץ היתה תהו ובוהו וחושך והדר ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור, *Hæc res non habet interpretationem, ſed tamen dicamus ei: quòd tenebræ creatæ ſint primùm, quia ſcriptum eſt* (Geneſ. 1. 2.) Et terra erat inanis, & vacua, & tenebræ. *Et redijt*. Et dixit Deus: Sit lux, & fuit lux.

סברי דילמא אתי לשיולי מה למעלה ומה למטה מה לפנים ומה לאחור אי הכי שמים נמי לא נימרו ליה מעיקרא סברי אקראי בעלמא הוא דקא אתי דשייל מה כיון דחזו דקהדר משאיל סברי לא נימא ליה דילמא אתי לשיולי מה למעלה וכו׳ *Cogitauerunt: Fortaſſe veniet, vt petat, quid ſit ſupra, quid ſit infra? quid ſit ante, quid ſit retro? ſi ſic cæli etiam. Non dicamus ei. Ab initio cogitauerunt eſſe quoddam accidens ſimpliciter quod ipſe petit. Sed quando viderunt, quod iterum petijt, dixerunt: Non dicamus ei. Fortaſſe veniet vt petat, quid ſit infra, quid ante, quid retro &c.*

Quartò, *dixit eis*: אידין מתקרי חכים אמרו לו הרואה את הנולד: *Quis eſt, qui dicatur Sapiens? Dixerunt ei: Qui videt quod futurum eſt.*

Quintò, *Dixit eis* אידין מתקרי גבור אמרו לו הכובש את יצרו: *Quis eſt, qui dicatur fortis? Reſponderunt: Qui ſubijcit prauum affectum ſuum.*

Sextò, *Dixit eis: Quis diues? Reſponderunt*: השמח בחלקו *Qui lætatur in parte ſua.*

Septimo, *Dixit eis* מה יעביד איניש ויחיה אמרו ליה ימית עצמו, *Quid faciet homo, & viuet? Reſp. ei: Occidat ſe ipſum.*

 Oc-

Sapientes dicunt: Hoc, & illud (ſpatium) *vt vnum æqualia ſunt, S. D.* (Pſ. 103. 11.) Secundùm altitudinem cæli ſuper terram. *Secundùm diſtantiam Orientis ab Occidente. Et ſi alterum illorum fuiſſet ampliùs, ſcriptum fuiſſet alterum illorum ſecundùm illud quod ampliùs fuiſſet: Sed quando Sol eſt in medio firmamenti* (in Meridie) *cur non videtur? Quia ſcilicet manet in propatulo, & nihil illum operit.* (Gloſſa: *Quia quando Sol eſt in Oriente, & Occidente operitur vaporibus.*

Parum verſati erant in Aſtronomicis iſti Sapientes Rabbini Seniores Auſtri, non enim ſciebant, omnes lineas ductas à centro ad circumferentiam eſſe æquales. Vel centrum Solis eccentricum, ſiuè diuerſum conſtituerunt à centro Terræ, ex quo ſyſtemate varia abſurda ſequerentur, præſertim ſi in Meridie Sol propinquior eſſet Terræ, conſequenter in imo Cæli longiſſimè diſtaret à Terra, & hoc qualibet nocte, ac die contingeret motu ſuo diurno, quod tamen falſum eſt. Adde, quòd ſi Sol in Meridie fuiſſet vicinior Terræ, illius corpus appareret maius, quàm appareret in Oriente, vel Occidente: quia corpora, quo viciniora maiora apparent, & tamen contrarium videmus. Itemque ob eandem rationem, tam in æſtate, quàm in hyeme in Meridie ſemper æſtuaremur calore magno, quod tamen in bruma non ſemper experimur. Alia argumenta Aſtrophilis relinquo.

Secundò, Petit Alexander Macedo. שמים נבראו תחילה או הארץ אמרו שמים נבראו תחילה שנ׳ בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ: *Cæli creatine ſunt primùm, an terra? Dixerunt; Cæli primùm creati ſunt, S. D.*

In fine huius Capitis 4. *Lo haiù Cophetìn* legitur -

תנא דבי אליה גיהנם למעלה מן הרקיע ויש אומרים לאחרי הרי חשך ׃

Tanà Eſt traditio Scholæ Eliæ. Gehenna eſt ſupra firmamentum. Sunt, qui dicunt, eam eſſe vltra montes tenebrarum.

Fabuloſa hæc ſunt. Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 184. col. 2. num. 5.

Ibidem ſtatim. Et in *En Iſraèl* numero 6.

תנא רב חייא כל העוסק בתורה בלילה שכינה כנגדו שנאמר (איכה ב׳ ׃ יט״) קומי רוני בלילה לראש אשמורות שפכי כמים לבך נכח פני ה׳ וגומר ׃ אמר ר׳ א׳ בן עזריה תלמידי חכמים מרבים שלום בעולם שנאמ׳ (ישעיה נד׳ ׃ יג׳) וכל בניך לימודי יהוה ורב שלום בניך ׃

Tanà Eſt traditio Ràu Chijà: Quicumq; de nocte dat operam Legi, Maieſtas Diuina eſt è regione ipſius, S. D. (Thren. cap. 2. v. 19.) Surge, prædica in nocte in principio vigiliarum. Effunde ſicut aquas cor tuum ante conſpectum Domini, &c. [R. Salom. *Quaſi dicat, quòd Diuinitas habitabit iuxta te.*] *R. Elièzer Ben Azariæ dicit: Diſcipuli ſapientes prae multis pace* (fruuntur) *in mundo, S. D.* (Iſai. 54. 13.) Et vniuerſi filij tui docti Domini: & multa pax filiorum tuorum.

In reliquis tribus Capitulis huius Codicis non reperitur Ghemarà. Et ſic abſoluitur totus Codex *Tamìd*.

Sequitur Codex *Middòth*, qui non habet *Ghemarà*, ſicut nec habet Codex *Kinìm* ſubſequens & vltimus huius Ordinis.

Ordinis VI. & vltimi *Taharòth*, nulli Codices habent Ghemarà præter Codicem *Niddà*, in quo agitur de honeſtate ſeruanda à muliere tempore menſtrui; itemque de conuerſatione virorum

Octauò, *Dixit eis: Quid faciet homo, & morietur? Reſp. Viuificet ſe ipſum.*

Nonò, *Dixit eis: Quid faciet homo, & recipietur à ſocijs? Reſp. ei* יסני מלכות ושלטן וכו׳ ׃ *Odio habeat Regnum, & Imperium. Dixit eis: Meum melius eſt veſtro. Ama Regnum, & Imperium, & bene fac hominibus.* [R. Salomon: *Meum meliùs eſt veſtro, hoc eſt: Scire meum veſtro eſt præſtantius, quia ego bonum conſilium do, quod ab omnibus recipietur. Amare Regem, & Dominum, & loqui cum eis iugiter, vt faciant bonum cum Ciuibus, & loqui pro eis ad Regem ne, aggrauet mundum ſuper eos, & tunc venient Ciues Ciuitatum, & ſeruient ei, eumque honorabunt.*

Decimò, *Dixit eis: Quid melius eſt habitare in mari, an in arida? Reſp. ei:* ביבשת יאי למידר דהא כל נחותי ימא לא מיתבא דעתיהון עד דסלקין ליבשתא *In arida. Quia ecce omnes, qui deſcendunt in mare, non quieſcunt donec aſcendant in terram. Dixit eis: Quiſnam inter vos ſapientior eſt? Reſp. ei: Omnes in ſapientia ſumus æquales: quia ad omnes tuas interrogationes æqualibus reſponſionibus, vno ore, reſpondimus.*

Iſta ſunt quæſita ab Alexandro Macedone, & reſponſa à Sapientibus Auſtri, quibus perſuadere tentat Alexander, vt ſuam religionem relinquant, & gentilitati adhæreant, ſed oblata reſpuunt Rabbini, & eidem Alexandro iter oſtendunt Africanum ad Amazonum Regna, qui & vſque ad oſtium Paradiſi terreſtris peregrinatus eſt, de quo quamplurima fabuloſa narrantur. Hæc omnia habentur etiam in *En Iſraèl* Parte II. pag. 183. col. 4. num. 3. & pagina 184. col. 1. num. 4.

כל עץ רענן שוחטי הילדים בנחלים תחת סעיפי הסלעים אל תקרי שוחטי אלא סוחטי וכו׳ ׃

Dixit R. Iochanàn : Quicunque fundit ſemen fruſtra , dignus eſt morte , S. D. (Gen. 38. 10.) Et diſplicuit in oculis Domini , quod fecit , & mori fecit etiam eum. *R. Iſaac , & R. Amè dixit :* (Ille qui hoc agit) *eſt quaſi homicida , S. D.* (Iſaiæ 57. 5.) Inſoleſcentes in vlmis ſub omni ligno frondoſo : mactantes natos in torrentibus ſubter eminentes petras. *Ne legas* שוחטי Iugulantes, *ſed* סוחטי Comprimentes, &c.

Ibidem. Ràu Iehudà , & Samuel ſtabant ſuper tectum Synagogæ דשף *De Sciàph* , & *Iatìb* de Nahardeà. Dixit R. Iudà Samueli: Neceſſitas mingendi mihi occurrit. Dixit ei : Vir ſapiens apprehende mentulam, & minge foras. [R. Salom. *Ne mingas*] ſic fecit. Et nonne eſt traditio. R. Eliezer dicit : Qui arripit virgam , & lotium facit, eſt ac ſi diluuium inferret in orbem. [R. Salom. *Quia hoc ſcelus , & patratio turpis fuit* בירם *in manibus eorum : nam ſcribitur* (Gen. 6. 12.) Quoniam corruperat omnis caro viam ſuam. *Item dicunt, quòd* ברתחין קלקלו *in feruentibus bullientibus fuit corruptela* ,] Vide *En Iſraèl* Parte II. pag. 185. col. 1. num. 4.

Ibidem verſa pagina longè poſt principium. Inuehitur contra molles.

אמר רבי אליעזר מאי דכתיב (ישעיה א׳ ׃ ט״ו ׃) ידיכם דמים מלאו אלו המנאפים ביד ׃ תנא דבי רבי ישמעאל (שמות כ׳ ; י״ד ׃) לא תנאף לא תהא בך ניאוף בי ביד בין ברגל ׃

Dixit R. Elièzer : Quid eſt quod legitur (Iſai. 1. 15.) Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt ? *Iſti ſunt maſtupratores* · *Tanà Eſt traditio Scholæ R. Iſmaelis :* (Exod. 20. ver. 14.) Non fornicaberis : *Non*

rum inter ſe , & cum pueris , multa , ſed parum honeſtè dicuntur. Itaque honeſtati , & pudori conſulentes , ea omnia non referemus , niſi tantùm quædam pauca , quæ minùs obſcœna videbuntur , & ex quibus aliquid vtilitatis ad bonos mores dirigendos erui poſſe credidimus.

Cod. *Niddà* cap. 2. *Col-haijàd.*

Pagina 13. in ipſo principio Capitis, in *Miſcnà*.

כל היד המרבה לבדוק בנשים משובחת ובאנשים תקצץ ׃

Omnis manus , quæ frequentat perquiſitionem (circa pudenda) *in mulieribus laudabilis , in Viris præcidatur .* [R. Sal. *In mulieribus & c. nam mulier fortaſſe poterit videre ſanguinem menſtruum , ſed in viris poterit ſequi pollutio.* Ghemarà: *In Viris exploratio eſt damnabilis propter effuſionem ſeminis. En Iſraèl* Parte II. pagina 185. col. 1. num. 2.

Ibidem longè poſt principium. Quomodo mingendum .

רבי אליעזר אומר כל האוחז באמה ומשתין כאילו מביא מבול לעולם ׃

R. Elièzer dicit : Quicumque apprehendit Veretrum, & mingit , idem quodammodo facit ac ſi diluuium in mundum induceret . In *En Iſraèl* Par. II pag. 185, col. 1. num. 3.

Sed quia per actum mingendi turpius quiddam inſinuatur , ob id prætermittimus dictum iſtud ſine alia maiori declaratione , & cenſura .

Ibidem longè poſt medium. Voluntaria pollutio interdicitur.

אמר רבי יוחנן כל המוציא שכבת זרע לבטלה חייב מיתה שנ׳ (בראשית ל״ח ׃ י׳ ׃) וירע בעיני יהוה את אשר עשה וימת גם אותו ר׳ יצחק ור׳ אמי אמר כאילו שופך דמים שנ׳ (ישעיה נ״ו ; ה׳) הנחמים באלים תחת

אמר ר׳ יוחנן אסור לאדם שישמש מטתו ביום אמר רב המנונא מאי קרא שנ׳ (איוב ג׳: ג׳ :) יאבד יום אולד בו והלילה אמר הרה גבר ׃ לילה ניתן להריון ויום לא ניתן להריון וכו׳ ׃

Dixit R. Iochanàn : Prohibitum eſt homini vti lecto interdiu. Dixit Ràu Hamenunà : Quonam ex Scripturæ loco? S. D. (Iob 3. 3.) Pereat dies, in qua natus ſum: & nox, in qua dictum eſt, conceptus eſt vir. *Nox datur conceptioni, dies autem non datur conceptioni. &c.* Reſc Lakiſc ex alio loco idem probat, ex (Prouerb. 19. 16.) בוזה דרכיו ימות *Qui contemnit vias ſuas, morietur.* [R. Sal. *Qui contemnit vias ſuas, id eſt coitum, iuxta illud* (Prou. 30. 19.) ודרך גבר בעלמה Et viam viri in adoleſcentula. *Et qui incumbit interdiu, facilè efficitur contemptor; quia fortè aliquid turpe videbit, ita vt actu illum ex abominatione dimittat.*]

Vſus matrimonij licitus eſt omni tempore; neque ex Scriptura contrarium probari euidenter poteſt. Loca à Rabbinis adducta intentum non probant. Non locus ex Iob; quia ſi ex verbis Iobi nox danda ſit conceptioni, & excludendus ſit dies; ergo pari modo ex ijſdem verbis dies danda erit natiuitati, & excludenda erit nox. Quia ſicut nox determinatur pro conceptione, ſic dies determinatur pro natiuitate, nec natura vnquam falli, aut fallere potuiſſet. Contrarium tamen videmus, quia ſæpiùs de nocte naſcuntur homines, raròinterdiù. Ergo intentio Iobi hoc ſuo dicto, non eſt excludere hominum natiuitatem de nocte; nec conſequenter excludere conceptionem de die. Locus autem Prouerbiorum citatus à Reſc Lakìſc, & huic dogmati Talmudico applicatus, moralis eſt, nec aliud concludit, quàm quòd

Non ſit in te fornicatio, ſiuè manu, ſiuè pede. Poſt pauca.

אלא משחקים בתנוקות מאי היא אילימא ׃ משכב זכור בני סקילה נינהו אלא דרך אברים בני מבול נינהו וכו׳ ׃

Verùm qui ludunt cum pueris quinam ſunt? Si dicas, ſunt, qui concumbunt cum eis, digni ſunt lapidatione; ſed intelligitur ludere cum illis via membrorum (contactu) *& ſunt filij diluuij, &c.* Vide in *En Iſraël* loco ſuprà citato numero 6.

Ibidem ante medium. Non veniet Meſſias quouſque *Guph* animarum euacuetur. De hac Talmudica doctrina vide ſuprà pagina 466. colum. 2. huius Par. III. & pag. 617. col. 2. Item in *En Iſraël* Parte II. pagina 185. col. 2. num. 6 in fine.

Ibidem paulò poſt. Manus infra vmbilicum non eſt inferenda.

אמר ר׳ טרפון כל המכניס ידו למטה מטבורו תקצץ אמרו לו לרבי טרפון ישב לו קוץ בכריסו לא יטלנו אמר להן לא והלא כריסו נבקעת אמר להן מוטב תבקע כריסו ואל ירד לבאר שחת ׃

Dixit R. Tarphòn : Qui manum immittit infra vmbilicum eius (ſcilicet ad verenda loca) *abſcindatur. Dixerunt ei: Quid ſi ſpina infixa ſit ventri eius, an non tollent eam? Dixit ad eos* (R. Tarphòn) *Non. Et nonne venter ipſius rumpitur? Reſpondit eis: Satiùs eſt vt ſcindatur venter eius, quàm vt deſcendat in puteum perditionis.*

Simile quid habetur apud Matthęum c. 5. v. 29 & 30. In *En Iſraël* Parte II. pag. 185. col. 3. num. 7.

Ord. VI. *Taaròth* Cod. 7. *Niddà* cap. 2. *Col haijàd.*

Pagina 16. b. circa medium. De die prohibent congreſſum viri cum vxore.

רבה כר רב הונא מקרקש זגי דכילתיא אביי באלי דידבי רבה באלי פרותי ;

Quatuor Deus ſanctus benedictus odit, nec ego illa amo. 1. Qui ex improuiſo domum ingreditur, & non opus eſt dicere In domum ſocij ſui. 2. Et apprehendit membrum mingendi cauſa. 3. Et mingit nudus ante lectum ſuum. 4. Et qui lectulo ſuo vtitur in facie omnium viuentium. Dixit Ràu Iudas ipſi Samueli; Neque etiam coram muribus? Dixit ei: Vir egregie; Non. Sed ſicut, qui de familia tali, qui vtebantur lecto ſuo coram ſeruis eorum, & ancillis. Et de ijs quid dicitur? (Geneſ. 22. v. 5.) Sedete vobis hìc cum aſino. *Populus enim* (ſiuè vulgaris homo) *ſimilis eſt aſino. Rabbà Bar Bar Hunnà ſtrepebat tintinnabulis lectuli.* [R. Salom. *Tintinnabula ſuſpenderat circumcirca ſiparium lecti tempore concubitus, vt qui eſſent domeſtici domus, tunc ſecederent.*] *Abijè abigebat muſcas.* [R. Salom. *Ne ſcilicet vteretur lecto ſuo coram vllo animantium.*] *Ràu abigebat muſciliones.*

Scrupuloſitates Rabbinorum. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 185. colum. 4. num. 8.

Alia non minùs obſcœna quàm ſuperſtitioſa ſequuntur: quæ conſultò, & lubenter ſub ſilentio relinquuntur. Curioſus lector, ſi voluerit, ea videre poterit in *En Iſraël* Par. II. loco cit. n. 9.

Ord. VI. *Tabaròth* Cod. 7. *Niddà* cap. 3. *Hamnaphèleth*.

Pagina 24. b. non longè à fine. Abbà Saulis proceritas deſcribitur.

תניא אבא שאול אומר קובר מתים הייתי פעם אחת רצתי אחר צבי ונכנסתי בקולית של מת ורצתי אחריו ג׳ פרסאות וצבי לא הגעתי וקוליה לא כלתה משחזרתי לאחורי אמרו לי של עוג מלך הבשן היתה ;

Ta-

quòd honeſtatis gratia de die cum vxore commercium non ſit habendum. Quæ honeſtatis, & vrbanitatis lex non parui-facienda, ſed quibuſdam circumſtantijs ſuperuenientibus liberatur homo ab illius obſeruatione. Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 185. col. 3. num. 8.

Ibidem propè finem. Prouerbium excerptum ex libro בן סירא *Ben Sirà.*

ג׳ שנאתי וד׳ לא אהבתי שר הנרגל בבית המשתאו׳ ואמרי לחשר הנרגן ואמרי ליה שר הנרגז והמושיב שבת במרומי קרת והאוחז באמה ומשתין מים והנכנס לבית חברו פתאום אמר רבי יוחנן ואפילו לביתו ;

Tria odiui, & quartum non amaui. *Principem* [R. Salomon: *id eſt* תלמיד חכם *Diſcipulum ſapientem profeſſorem Legis,*] *verſantem frequenter in conuiuijs. Alij dicunt: Principem* (id eſt Doctorem) *loquacem. Alij dicunt: Iracundum* [R. Salom. *Qui ex ira quodammodo ſtultus redditur.*] *& qui conſtituit ſedere in ſublimitate Ciuitatis.* [R. Salomon: *Qui conſtituit diſcipulos ſedere in loco ſublimi alicuius Ciuitatis, quia faſtus, & ſuperbia in hac ſeſſione oſtenditur. Inſuper: Qui impedit iter ijs, qui tranſeunt per vias.*] *Item, qui manibus membro apprehenſo, mingit: & qui in domum ſocij repentè, & ex improuiſo ingreditur.* [R. Salom. *Fortaſſe peraget aliquid pudore dignum.*] *Dixit R. Iochanàn: Etiam in domum ſuam.*

Ibidem in fine. De hocce argumento proſequitur R. Scimòn Ben Iochài.

ד׳ דברים הקב״ה שונאן ואני איני אוהבן הנכנס לביתו פתאום ואין צריך לומר לבית חבירו והאוחז באמה ומשתין מים ומשתין מים ערום לפני מטתו והמשמש מטתו בפני כל חי א״ל רב יהודה לשמואל ואפילו לפני עכברים אמר ליה שיננא לא אלא כגון של בית פלוני שמשמשין מטותיהן בפני עבדיהם ושפחותיהם ואנהו מאי דרוש שבו לכם פה עם החמור עם הדומה לחמור

Iehudà longus fuit in generatione ſua, & Addà Daijlà pertingebat ad illius humerũ. Peraſtauinà de Pumbeditbà non pertingebat ad Addà Daijlà vſque ad medium. Et vniuerſus Orbis non pertingebat ad lumbos eius. Vide *En Iſraèl* Par. II. pagina 186. col. 2. num. 11.

Hæc de hyperbolicis, ſed ſine ſale locutionibus Babylonicorum Talmudiſtarum.

Pagina 25. propè finem. Quomodo formetur fœtus in vtero materno.

Abbà Sciaùl dicit: (Hominis) *formatio à capite* (incipit) *& ambo oculi eius ſunt ſicut duo oculi muſcæ.*

Hæc ſententia Abbà Saulis, quòd primò in animali efformetur caput, fuit quorundam antiquorum tùm Philoſophorum, tùm Medicorum: nam alij exiſtimarunt, Cor primùm formari, & formationis reliquarum partium eſſe cauſam efficientem. Recentiorum verò vtriuſque profeſſionis nonnullorum ſententia firma eſt, In animali omnes ſolidas partes, ſiuè ſit cor, ſiuè cerebrum, ſiuè hepar, ſiuè alia quæuis, ſimul, & eodem tempore delineari, & efformari ſecundùm illarum propriam proportionem, & exigentiam. Ratio eſt, quia iſtæ partes à ſe mutuo non dependent, & ſunt omnes immediata naturæ opera. Probat hoc non minùs euidenter, quàm eleganter Iſbrandus de Diemerbroeck in Anatome lib. 1. c. 28. ad quem, cùm noſtri inſtituti non ſit de hac re ex profeſſo agere, amandamus curioſum Lectorem.

Pagina 30. b. poſt medium. Membrorum fœtus, ſitus, & diſpoſitio in vtero materno exactè deſcribitur.

דרש רבי שמלאי למה הולד דומה במעי אמו לפנקס
שמקופל

Tanià Eſt traditio. Abbà Sciaùl dicebat: Quodam tempore ſepeliebam mortuos. Cucurri poſt ceruum, & ingreſſus ſum in os fæmoris hominis defuncti, & cucurri poſt eum tres paraſangas, nec ceruum aſſequutus ſum, & os illud fæmoris non finiebatur. Quando redij retrorſum, dixerunt mihi: Os illud Og Regis Baſan fuit.

Item ſequitur -

תניא אבא שאול אומר קובר מתים הייתי פעם אחת נפתחה מערה תחתי ועמדתי בגלגל עינו של מת עד חוטמי כשחזרתי לאחורי אמרו עין של אבשלום היתה ושמא תאמר אבא שאול ננס הוה אבא שאול ארוך בדורו הוה ור׳ טרפון מגיע לכתפו הוה ור״ט ארוך בדורו הוה ור׳ מאיר מגיע לכתפו ר׳ מאיר ארוך בדורו הוה ורבי מגיע לכתפו ורבי ארוך בדורו הוה ורבי חייא מגיע לכתפו ור׳ חייא ארוך בדורו הוה ורב מגיע לכתפו רב ארוך בדורו הוה ורב יהודה מגיע לכתופו ורב יהודה ארוך בדורו הוה ואדא דיילא מגיע לכתפיה: פרשתבינא דפומבדיתא קאי ליה לאדא דיילא עד פלגיה וכולי עלמא קאי לפרשתביא ד׳ פומבדיתא עד חרציה:

Tanià Eſt traditio: Abbà Sciaùl dicebat: Dabam ſepeliendo operam. Aliquando aperta eſt ſpelunca ſub me, & ſteti in orbe oculi cuiuſdam defuncti vſque ad nares meas. Quando redij retrorſum, dixerunt: Oculus Abſalom fuit. Sed fortè dices: Abbà Sciaùl erat Nanus. Sed Abbà Sciaùl procerus in generatione ſua fuit: nam R. Tarphòn pertingebat ad humerum eius. Sed & R. Tarphòn procerus fuit ætate ſua, & R. Meir pertingebat ad humerum eius. R. Meir procerus ſtatura tempore ſuo fuit, & Rabbì pertingebat ad humerum eius. Rabbì fuit longus ætate ſua, & R. Chijà pertingebat ad humerum eius. R. Chijà longus fuit in generatione ſua, & Ràu pertingebat ad humerum eius. Ràu procerus fuit æuo ſuo, & Ràu Iehudà pertingebat ad humerum eius. Ràu

ambulabam in tenebris. *Nec de hoc mirandum eſt* (inquit Ghemarà) *quia ecce homo dormit hic, & videt ſomnians in Hiſpania, Nec ſunt homini dies, quibus homo poſitus ſit in maiori bono, quàm illi dies, S. D.* (Iob 29. 2.) Quis ponat me ſicut menſes priſtinos, ſecundùm dies quibus Deus cuſtodiebat me. *Sed quales ſunt iſti dies, in quibus ſunt menſes, & non anni? Dicito: Iſti ſunt menſes partus, & docent eum, & inſtruunt totam legem vniuerſam, quia dicitur* (Prouerb. c. 4. v. 4.) Et docuit me, dixitque mihi: Apprehendat verba mea cor tuum, cuſtodi præcepta mea, & viues. *Et ait:* (Iob 29. 4.) In ſocietate Dei in Taberculo meo. *Quid eſt*, dixitque? *Et ſi dicas: Propheta eſt qui dicit: Veni, & audi:* In ſocietate Dei, in Tabernaculo meo. *Et quando egreſſus eſt foras in auram mundi, venit Angelus, & comprimit eum ſuper os eius, & obliuionem illi efficit totius Legis vniuerſæ: S. D.* (Geneſ. v. 4. ver. 7.) Ad oſtium peccatum cubans. *Nec exit inde, donec ab eo iuramentum exigat, S. D.* (Iſai. 45. 23.) Quia tibi incuruabitur omne genu, iurabit omnis lingua. Quia tibi incuruabitur omne genu; *Hic eſt dies mortis, S. D.* (Pſalmi 22. ver. 30.) Incuruabit ſe omnes deſcendentes in puluerem. Iurabit omnis lingua, *hic eſt dies natiuitatis, S. D.* (Pſal. 24. v. 4.) Innocens manibus, & mundus corde, qui non accepit in vanum animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. &c.

Præter inſulſa, & fabuloſa commenta circa puellum in vtero matris exiſtentem cum lucerna, &c. Innuitur etiam noſtrum ſcire ſit reminiſci, vt docebant Platonici cum eorum Magiſtro in Phœ-

שמקופל ומונח ידיו על שתי צדעיו אציליו על שתי ארכובותיו ושני עקביו על שתי עגבותיו וראשו על ברכיו ופיו סתום וטבורו פתוח ואוכל ממה שאמו אוכלת ושותה ממה שאמו שותה ואינו מוציא רעי שמא יהרוג את אמו וכיון שיצא לאויר העולם נפתח הסתום ונסתם הפתוח שאלמלא כן אינו יכול להחיות אפילו שעה אחת וכו׳ :

Diſſerit R. Simlài: Cuinam rei comparare poſſumus infantem exiſtentem in viſceribus matris ſuæ? Pinacidi, ſiuè tabulæ pugillari [R. Salom. *Tabulæ ſunt in quibus ſcribunt* הגלחים Hagghelachim Raſi *Monachi, ſeù Presbyteri Chriſtianorum*] *complicatæ, & ponit manus ſuas ſuper gemina tempora ſua; ambos cubitos ſuper gemina genua ſua; & duo calcanea ſuper geminas nates; & caput inter genua; & os habet clauſum, & vmbilicum apertum; & per vmbilicum nutrimentum trahit: de eo quod mater eius comedit comedens eſt; & de eo quod ipſa bibit, bibens eſt; nec egerit ſtercus, ne fortè interficiat matrem. Et quando exit in aërem mundi, aperitur quod eſt clauſum, & clauditur quod eſt apertum; quia niſi ſic foret, non poſſet vel horam vnam viuere. &c.*

Non Anatomici omnes concederent hunc ſitum fœtus in vtero, cùm varium illum deſcribant, & varijs modis mutari poſſe dicant. Vnde videndi ſunt Bartholinus fil. lib 1. Anat. capite 36. & Diemerbroeck lib. 1. cap. 33. Nonnulla tamen in hoc loco habentur, quæ minimè à doctrina prædictorum Anatomicorum aliena eſſe cenſenda ſunt, ſed quamplurimis fabulis permixta Talmudicis, vt *de lucerna accenſa poſita ſuper caput infantuli, per quam proſpiciat, & intueatur à fine mundi ad finem, S. D.* (Iob c. 29. v. 3.) Dum ſplenderet lucerna eius ſuper caput meum, ad lumen eius

mulieri, & fœtui. Tribus menſibus medijs grauis eſt mulieri, & gratus eſt ſeù conferens fœtui. In poſtremis bonus eſt mulieri, & bonus eſt infanti, quia ex hoc inuenitur puer effici, fierique candidus, & alacris, id eſt valens, & ſanus. [R. Sal. *Idcircò eſt grauis mulieri, & infanti, quia tunc habitat in habitaculo inferiori, ſed cur ſit inſuauis mulieri, neſcio cauſam. Quod verò ait: fieri infantem candidum, & pulchrum in vltimis menſibus, hoc prouenit, quia ſemen dealbat infantem à ſuis ſordibus.*] O' egregiam R. Salomonis Philoſophiam!

Porrò Talmudiſtæ de formatione fœtus in vtero materno hoc pacto philoſophantur. Ibidem poſt alteram lineam. ת״ר ג׳ שותפין יש באדם וכו׳ *Tanù Rabbanàn Tradunt Magiſtri:* Tres conueniunt ad formandum hominem, Deus, pater, & mater: Pater ſeminat id quod eſt album, de quo oſſa, & nerui, & vngues, & cerebrum, quod eſt in capite, & album quod eſt in oculo: Mater ſeminat id quod eſt rubrum, de quo eſt pellis, caro, pili, & nigrum oculi. Sed Deus dat ſpiritum, & animam, & nitorem faciei, & viſionem oculi, & auditum auris, & locutionem oris, & inceſſum pedum, & intelligentiam, & intellectum. Et quando venit tempus ſeparationis de mundo, Deus accipit partem ſuam, & partem patris, & matris ponit ante illos. Dixit Ràu Papà: Hoc eſt quod dicunt homines פרן טלחא ושרי בשרא לכלבא: *Amoue ſalem, & proijce carnem cani.*

Prouerbium de homine anima deſtituto. Prædicta omnia inuenies in *En Iſraël* Parte II. pagina 186. columna 4. num. 14.

Se-done: Animas nempè noſtras ante corporis informationem omnibus ſcientiarum habitibus præditas, & ornatas eſſe; ſed deinde per vnionem cum corpore penè deletos, miniſterio Magiſtri reuiuiſcere paulatim, & iterum animum ornari, indeque fieri, vt nulla in nobis noua ſcientia appareat, ſed vetus, quæ olim in anima erat reminiſcentia. Simile quid hìc docent, dum animam volunt edoctã in vtero materno Legem vniuerſam, eamque poſt natiuitatem obliuiſci, puelli ore compreſſo ab Angelo. Quæ ſententia non admodum diſtat à Platonica, contra quam diſputant Philoſophi Ariſtotelici, & Sacri Theologi, qui concedunt dari in homine quoddam principium ſcientiæ, ſcilicet lumen intellectus agentis, per quod cognoſcuntur ſtatim à principio naturaliter quædam vniuerſalia principia omnium ſcientiarum: de qua videndus eſt S. Thomas 1. Par. quæſt. 117. art. 1. in corp. Sed noſtri Talmudiſtæ nullam ſententiam proferunt ſiuè veram, ſiuè falſam, ſiuè circa res naturales verſantem, ſiuè etiam ad mores pertinentem, quin contra eoſdem probos mores aliquid immiſcendo doceant. Vide *En Iſraël* Par. II. pag. 486. col. 3. n. 13.

Pagina enim 31. longè poſt principium: Nouem menſes, quibus fœtus in vtero vt plurimùm manet, & perficitur, in tres partes diuidunt ſingulas ex tribus menſibus conſtantes, dicuntque: ת״ר Ex *Traditione Rabbinorum.*

ג׳ חדשים הראשונים תשמיש קשה לאשה וגם קשה לולד אמצעיים קשה לאשה ויפה לולד אחרונים יפה לאשה ויפה לולד שמתוך כך נמצא הולד מלובן ומזות:

Tribus menſibus primis coitus grauis eſt

צדוק ופירשו (בראשית מ״ו : ט״ו) אלה בני לאה אשר ילדה ליעקב בפדן ארם ואת דנה בתו תלה הזכרים בנקבות ונקבות בזכרים. (א׳ דברי הימים ח׳ : מ׳ :) ויהיו בני אולם אנשים גבורי חיל דורכי קשת מרבים בנים ובני בנים וכי בידו של אדם להרבות בנים ובני בנים אלא מתוך שמשהין עצמן בבטן כדי שיזריעו נשותיהן תחלה שיהיו בניהם זכרים מעלה עליהם הכתוב כאלו הם מרבים בנים ובני בנים והיינו דאמר רב קטינא יכולני לעשות כל בני זכרים אמר רבא הרוצה לעשות כל בניו זכרים יבעול וישנה :

Dixit Ràu Iſaac, dixit R. Amè: Mulier, ſi primùm ſeminat, gignit marem; ſi Vir prius ſeminat gignit fœminam, S. D. (Leuit. 12. 2. (Mulier cùm ſeminificauerit, & pepererit maſculum. *Tanù Rabbanàn Tradunt Doctores: Erat hæc antiquorum ſententia: Si mulier prior ſeminaſſet, maſculum genuiſſet; ſi verò vir, fœminam. Sapientes autem huius rei rationem non tradiderunt, nec cauſam explicarunt, quouſque veniſſet R. Sadòk. Tùnc probationem ex Scriptura attulerunt* (Geneſ. 46. 15.) Iſti ſunt filij Leàh, quos peperit ipſi Iacob in Padàn Aràm, & Dinah filiam eius. *Suſpendit* (Scriptura) *mares ſuper fœminas, & fœminas ſuper mares* (hoc eſt tribuit mares ipſi fœminæ, & fœminas maribus). *Item* (1. Paralipom. 8. 40.) Et fuerunt filij Elam viri fortes docti ad bellum, & iacientes arcum, multiplicantes filios, & filios filiorum. *Sed vnde hoc? Anne eſt in poteſtate hominis multiplicare filios, & filiorum filios? Sed quia cunctabantur ſuper ventrem* (vxoris) *donec vxores ſeminarent, vt eſſent filij mares, tribuit eis Scriptura, quaſi ipſi multiplicarent filios, & filiorum filios. Et hoc eſt quod dixit Ràu Katinà: Poſſumus facere omnes filios maſculos. Dixit Rauà: Qui vult pro-*

Sequitur immediatè de mirabili modo, quo fœtus cuſtoditur in vtero materno.

דרש רב חנינא רב פפא וכו׳ : *Daràſc diſſerebat Ràu Chaninà Bar Papà:* Quid eſt quod ſcriptum eſt (Iob 5. 9.) *Faciens magnalia, & non eſt inueſtigatio, & mirabilia donec non eſt numerus?* Conſidera quòd non eſt eadem menſura Dei ſancti benedicti cum menſura carnis, & ſanguinis. Proprietas carnis ponit rem charam in vtre ligato, cuius orificium ſurſum erigit, & eſt ſemper dubius, an res conſeruetur, vel non conſeruetur. Sed Deus ſanctus benedictus (contrarium facit) format embrionem in viſceribus mulieris apertis, quarum os deorſum vergit, & conſeruatur. *Aliter:* Homo ponit rem deſiderabilem in lancem ſtateræ, quamdiu grauat, deſcendit deorſum, ſed Deus ſanct⁹ benedictus (non ita facit) ſed quamdiu grauior redditur fœtus, aſcendit ſurſum] Vide *En Iſraèl* Par. II. pag. 187. col. 1. num. 15.

Ibid. longè ante fin. דרש ר׳ אבהו וכו׳ : *Inquirit R. Auàhu: Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Num. 23. 10.) Quis numerabit puluerem Iacob, & numerum quarti רובע concubitus Iſraël?

Quæ verba fuerunt explicata Parte I. pag. 613. col. 2. vbi videnda. Sicut & *En Iſraèl* Par. II. pag. 187. col. 1. numero 16.

Eadem pagina 31. propè finem. Vnde prouenit, quòd maſculi, aut fœminæ gignantur.

אמר ר׳ יצחק א״ר אמי אשה מזרעת תחלה יולדת זכר איש מזריע תחלה יולדת נקבה שנאמ׳ (ויקרא י״ב : ב׳) אשה כי תזריע וילדה זכר : ת״ר בראשונה היו אומרים אשה מזרעת תחילה יולדת זכר איש מזריע תחילה יולדת נקבה ולא פירשו חכמים את הדבר עד שבא ר׳

(מלכים ב׳ : ו׳ , כ״ג) ויכרה להם כירה גדולה נקבה אין עמה כלום נקבה נקייה באה עד דאמרה מזוני לא יהבי לה דכתיב (בראשית ל׳ כ״ח :) נקבה שכרך עלי ואתנה :

Et dicebat Ràu Iſaac, dixit Ràu Amè : Quando venit mas in mundum, venit pax in mundum, S. D. (Iſai. 16. 1.) Mittite כר Chàr donum Dominans terræ. *Nam* זכר *Zachàr mas* (nil aliud ſignificat niſi) זה כר *Ze Char iſtud eſt donum* [R. Salomon. כר *Car eſt* מנחה *Minchà donum quod eſt ſignum pacis.*] *Et dixit R. Iſaac, dixit R. Amè : Quando venit maſculus in mundum, venit* ככרו *Chiccarò Talentum in manu ſua* זכר *Zachàr mas* זה כר *Ze char. Iſtud eſt Talentum, ſicut ſcriptum eſt* (2. Reg. 6. 23.) Et præparauit eis כרה Cherà apparatum magnum. *Cum fœmina nihil oritur cum ea. Cum fœmina munditics venit* (hoc eſt defectus carentia) *donec dicat : Alimentum meum non dederunt ei, ſicut ſcriptum eſt* (Geneſ. c. 30. 28.) Nomina mercedem tuam ſuper me, & dabo. נקבה Nomina *ſignificat & fœminam.* נקבה *id eſt* נקייה בה munditics cum ea.

Subtilitates ſunt, & luſus Talmudiſtarum in vocibus Sacræ Scripturæ. Supradicta omnia inuenies in *En Iſraèl* Par. II. pagina 187. col. 2. num. 17.

In eadem pagina poſt pauca. Reſoluuntur quædam quæſtiunculæ, inter quas recenſentur, quæ ſequuntur.

Petierunt diſcipuli Simeonis Ben Iochài (a Magiſtro ſuo) -

מפני מה אמר תורה יולדת מביאה קרבן אמר להם בשעה שכורעת לילד קופצת ונשבעה שלא תזקק לבעלה לפיכך אמרה תורה תביא קרבן מתקיף לה רב יוסף והא מזידה היא ובחרטה תליא מילתא ועוד קרבן שבועה בעי איתוי :

Cur procreare omnes filios ſuos mares, coëat atque iteret. [R. Salom. *Quia propter deſiderium coitus primi, mulier ſeminabit coitu ſecundo.*]

Pagina 31. b. immediatè poſt vltimò dicta. Determinatur tempus maſculorum conceptioni aptiſſimum.

א״ר יצחק א״ר אמי אין אשה מתעברת אלא סמוך לוסתה שנא׳ (תהלים נ״א : ו׳ ,) הן בעון חוללתי ורבי יוחנן אומר וסמוך לטבילה שנ׳ (שם) ובחטא יחמתני אמי וכו׳ :

Dixit Ràu Iſaac, dixit R. Amè : Mulier non concipit niſi vicina menſtruis, S. D. (Pſal. 51. 7.) Ecce in iniquitate formatus ſum. *Et R. Iochanàn dicit : Propè* טבילה *Teuilà immerſionem, S. D.* (Ibidem.) Et in peccato caleſecit me mater mea.

Præcitata loca Pſalmi 51. intelligenda ſunt de peccato vero originali, in quo concipitur homo, & in quo conceptus eſt Dauid, & non de fictitio peccato, quod imaginantur Talmudiſtæ, vel ante menſtruam coinquinationem, vel poſt à menſtruo purificationem, quibus temporibus nulla peccati ſpecies etiam legalis excogitari poteſt, qua dici poſſit, natum in peccatis conceptum fuiſſe: quia in primo caſu menſtruum nondum aduenit, & in ſecundo per legalem immerſionem mundatum eſſe neceſſario fateri debent Talmudiſtæ. Ergo loca ex hoc Pſalmo adducta nihil ad rem faciunt Talmudiſtarum.

Ibidem. Sequitur quoddam dictum in honorem maſculeæ prolis, prolatum ab eodem Ràu Iſaac.

ואמר רב יצחק אמר רבי אמי כיון שבא זכר בעולם בא שלום בעולם שנ׳ (ישעיה ט״ז : א׳ ,) שלחו כר מושל ארץ זכר זה כר : ואמר ר׳ יצחק אמר רבי אמי בא זכר בעולם בא ככרו בידו זכר זה כר דכתיב

quæ facilè atteritur, & diſſoluitur: ſed mulier de oſſe. Et tandem. -

מפני מה איש קולו עב ואין אשה קולה עבה זה ממקום שנברא וזה ממקום שנבראת של (שיר השירים ב: יד׳) כי קולך ערב ומראך נאוה׃

Propter quid hominis vox eſt craſſa, (inſuauis) *& mulieris vox eſt ſuauis? Reſp. Prouenit hoc ex locis vnde ambo formati ſunt*. [*Os ſi quatiatur edit ſonum, ſed nunquam terra, ſi percutiatur, ſonum edit*. R. Salom.] *Ob id de muliere dicitur* (Cant, Cantic. 2. 14.) Vox tua dulcis, & facies tua decora.

Egregia ratio ex phyſicis Talmudiſtarum delirijs deprompta, & auctoritate Sacræ Scripturæ, ad id nihil faciente, ineptiſſimè, ac ridiculè comprobata. Et abſoluitur cap. 3. Cod. *Niddà*.

Ord. VI. *Taaròth* Cod. 7. *Niddà* cap. 5. *Iotzè Dàphen*.

Pagina 45. b. longè poſt medium. Deus officium Paranymphi exercet propter Adamum.

Dixit R. Leui nomine R. Scimòn Ben מנסיא *Menaſſià* (Gen. 2. 22.) Et ædificauit coſtam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.

מלמד שקלעה הקב״ה לחוה והביאה אצל אדם הראשון שכן בכרכי הים קורין לקלעיתא בניתא׃

Docet, quòd Deus ſanctus benedictus crines Euæ aptauerat, eamque apud Adam harriſciòn primum hominem ſtatuerat. Quia in vrbibus maritimis hunc reticulatum capillorum nexum vocant בניתא *Banèta*: Idem ex alio Talmudis loco alibi exhibui. Vide Par. I. pag. 69. col. 1. & pag. 638. col. 2.

Pagina 47. non longè ante finem. Puellarum pudorem proſtituunt Rabbini.

שמואל בדק באמתיה ויהב לה ארבעה זוזי דמי בושתה שמואל

Cur dicit Lex: Quæ peperit adducat קרבן *Korbàn Sacrificium. Reſpondit: In hora, qua inclinatur, vt pariat, obfirmat ſe, & iurat, quòd non concumbet ampliùs cum marito ſuo; propterea dicit Lex: Adducat* קרבן *Korbàn oblationem* [*ſcilicet periurij* R. Salom.] *Sed arguit contra hoc Ràu Ioſeph: En ipſa peccat ſpontè, & non inaduertenter. Et in pœnitentia pendet dictum. Item* קרבן שבועה *Korbàn ſceuùàh oblatio iuramenti requirit, vt adducatur* (agna, vel hœda, at hìc auis offertur.)

Alia quæſita ad legales ceremonias ſpectantia hìc ab ijſdem diſcipulis Simeonis Ben Iochài proponuntur, & cur Lex hoc, vel illud præcipiat, rationes afferuntur; attamen non paruum emolumentum ab ijſdem percipietur, dum videmus antiquos Talmudiſtas finalem cauſam ceremonialium præceptorum aſſignare, qua ſublata, & ipſum præceptum tolli debere ex conſequenti etiam ex ſententia Talmudiſtarum, dicendum eſt. Ampliùs -

Interrogauerunt diſcipuli Doſtài Be-Rabbi Iannài: *Cur vir redit ad mulierem, & non mulier redit ad virum*: Pro reſponſione ponit exemplum de homine, qui amiſit aliquid gratum, & charum. *Quis redit? Ad quem pertinet res amiſſa? Ad eum, qui amiſit*. [R. Salomon: *Redit ad mulierem homo ſolutus, & quærit donec ducat illam in vxorem*.]

Cur vir facie deorſum verſus, & mulier ſurſum verſus prodit in lucem? Reſp. Vnuſquiſque de loco, vnde formati ſunt.

Cur homo recipit conſolationem (id eſt facilis eſt placari) *& lenitur in tribulatione, non autem mulier? Vterque de loco vnde creatus eſt. Nam homo de terra*,

dedi eum, & omnem populum eius. &c. Ne timeas eum. Sed qua ratione? Propterea quòd סיחון Sichòn, & עוג Ogh erant fratres. Quia dixit Mor: Sichon, & Ogh filij אחיה בר שמחזי Achiàh Bar Scemchazài fuerunt. [R. Salomon: *Ex Scemchazài, & Azaèl duobus Angelis, qui deſcenderunt in terras tempore Enos.*] De his nos egimus Par. I. pag. 260.

Sed quid ſibi vult hoc peculiare? De Ogh dubitat, & de Sichòn non dubitat. Dixit R. Iochanàn, dixit R. Scimòn Ben Iochài: Ex reſponſione huius viri iuſti tu noſti, quid fuit in corde ipſius. Dixit: Fortaſſe ſtabit ei meritum Abrahæ patris noſtri, S. D. (Geneſ. cap. 14. v. 13.) Et venit, qui euaſerat, & nunciauit Abrahę Hebręo. *Et dixit R. Iochanàn:* זה עוג שפלט מדור המבול *Iſte eſt Ogh qui euaſit è diluuio.*

In Toſaphòt hæc adducuntur. *Iſte eſt Ogh, qui euaſit è generatione diluuij. Sic etiam euaſit Sichon de generatione diluuij, poſtquam fratres fuerunt, niſi quòd iſte euaſus, certum eſt, quòd ſit Ogh, & non Sichòn. Huius rei ratio eſt, quia Moſes de eo timuit. Ampliùs, legitur in Capitulis R. Eliezer: Quòd Ogh inuenit Abraham patrem noſtrum ſtantem in areis, vt diſponeret, pararetque placentas in Paſchate, & hac de cauſa appellatus eſt* עוג *Ogh, & adducit ſibi propterea quòd indicat iuxta linguam malam, quia dicitur in Medràſc quòd Ogh dixerat in corde ſuo: Ibo, & dicam Abrahæ, & pugnabit, & morietur, & accipiam Saràh vxorem ſuam. Nihilominus timuit Moſes, fortaſſe ſtabit apud eum meritum Abrahæ.*

Et hac fabella de Ogh Rege Baſan vltimam manum imponimus cenſuris in Codices Talmudicos habentes Ghema-

ma-

שמואל לטעמיה דאמר לעולם כהם העבודו לעבודה נתתיו ולא לכוש מייתר להן רב נחמן מחליף להן רב ששת מסר להן לערבי ואמר להן אזדהרו מישראל רבי יוסי אוסר מאי עוקץ אמר שמואל עוקצו של דד:

Samuel explorabat ancillam ſuam, [R. Salom. *Senſus eſt: explorabat, vt videret ſi adduxiſſet duos pilos circa pudenda inferius, & ſi adduxiſſet ſigna ſua in mammis*] *& compenſabat eius pudorem, quem ferebat dum exploraretur, quatuor nummis pecuniarum. Quia dicebat Samuel: Semper eis* (ſeruis) *vtimini: nā ad ſeruitutem dedi eum* (ſeruum), *& non in confuſionem, & pudorem. Samuel exponebat ipſas* (*ancillas ſuas videndas hominibus ſeruis ſuis, & non publicabat eas propter pudorem.*) *R. Nachmàn permutabat eas,* [R. Salomon: *Permutabat illas, hanc ſcilicet cum alia, & non publicauit pudorem illarum.*] *Ràu Sciſciàth tradebat eas Arabibus.* [R. Salom. *Ancillas ſuas explorandas tradebat Gentilibus Arabibus, & hunc explorandi ritum illis concedebat,*] *& dicebat ancillis ſuis: Cauete vobis ab Iſraëlita. &c.*

Per huiuſmodi pudendorum perquiſitionem à ſeruis, & ab Arabibus Rabbinorum iuſſu in puellas exercitam, eas in euidenti periculo meretriciæ artis addiſcendæ exponebant ſceleſti iſti Rabbini. De eadem re alicubi dixi ſuprà nonnulla.

Ord. VI. *Taaròth* Cod. 7. *Niddà* cap. 9. *Haiſcià.*

Pagina 61. propè finem. Quædam de Seon Rege Amorreorum, & de Og Rege Baſan iuxta morem Talmudiſtarum referuntur.

Legitur Numer. 21. 34. *Dixit Dominus ad Moſen: Ne timeas eum* (ſcilicet Og, Regem Baſan) *quia in manu tua*

afferebant, ex quibus compoſito Commentario in Miſcnaijòth, Ghemaram compilarunt, quam vulgò Talmudem Babylonicum appellant. Horum doctrina dicitur מימרא *Memrà*, & aliquando הוראה *Horabà*. Vbi autē in Talmude inuenitur איתמר *Ithmàr Dictum eſt*, ſignū eſt, quòd ibi אמורא *Amorrà* loquitur.

Quæres: Quis omnium Amorraitarum Doctorum primus fuerit? Reſp. Verè, & propriè ille eſt, qui primò in Babylonia Miſcnicam doctrinam Rabbènu Hakkadòſc publicè in Scholis explanare cæpit; & quia Ràu, & Samuel diſcipuli prænominati Rabbènu Hakkadòſc è terra Iſraëlis in Babylonem deſcenderant anno 3979. vt ſcribit *Harrauàd*, & approbat Dauid Ganz (licèt perperam, vt infrà apparebit) quorum alter in Sorà, alter in Nahardeà Academijs Babylonicis primùm doctrinam Miſcnicam explanare cæperunt; ideò *Ràu*, & *Samuel*, omnium Amorraitarum Doctorum primos eſſe dicendum eſt. Sed antequam ſingulos Amorraitas, quorum mentio in ſuprà memoratis cenſuris facta eſt, recenſeamus; operepretium eſt, vt de Academijs Hebræorum in Babylonia olim exiſtentibus aliquid dicamus; his enim cognitis, eorumdem Doctorum notitiam faciliùs percipiemus.

De Scholis, & Vniuerſitatibus Babylonicis Iudæorum.

SCholæ, ſeù Academiæ, & Vniuerſitates Iudæorum in Babylonia fuerunt præcipuè quatuor. 1. in נהרדעא Nahardèa; 2. in סורא Sorà; 3. in פומבדיתא Pumbeditā; 4. in נרש Narèſc, quibus ad-

marà: nam, reliqui huius VI. Ordinis Ghemaram non habent.

Ex hiſce annotatis Talmudiſtarum doctrinis facilè in notitiam ſuorum Auctorum, deuenire, & quo ſpiritu ducti ſint, cognoſcere poterimus. Vt autem ſingulorum exactiorem notitiam habeamus, libet hic eos omnes Amorraitas, de quibus in cenſuris facta eſt mentio, recenſere, vnde ſit -

De אמוראים *Amorraim Amorraitis, ſeù Ghemaraticis, & Talmudicis Doctoribus; deque Scholis, & Academijs Babylonicis.*

§. XIII.

DVas inſigniorum Doctorū Claſſes habent Iudæi, תנאים *Tanaim Tanaitarum*, & אמוראים *Amorraim Amorraitarum*. De Tanaitis dictum eſt ſuprà §. VIII. pagina 252. De Amorraitis in hoc Paragrapho dicendum eſt.

אמוראים *Amorraim Amorraita* ſunt illi Doctores, qui præſertim in Babylone Traditiones orales à Rabbènu Hakkadòſc in terra Iſraëlis compilatas ſub nomine משניות *Miſcnaijòth* in Scholis explanare cæperunt; & quia hinc inde propoſitis quæſtionibus, ferè more Scholaſtico reſpondebant, diſceptabant, dubia ſubtiliter reſoluebant, ideò iſti Doctores vocati fuerunt אמוראים *Amorraim Dicentes, diſceptantes.* Hi præter Traditiones orales Miſcnicas alias nouas, & olim inauditas, & plerumque exorbitantes, & impias in medium

raim quòd poſt mortem *Ràu*, quæ accidit, vt ibidem dicitur, anno 4003. Chriſti 243. omnes diſcipuli eius Academiæ כאו לשמואל *ierant ad Samuelem*, qui & ipſe obijt anno 4010. Chr. 250. Tandem deleta fuit Vrbs, & Academia Nahardeana à Papos Ben Polmos anno Contractuum 589. mundi 4038. Chriſti 278. *Scialſceleth hakkab.* pag. 34.

Secunda *Academia* סורא *Soranà*.

סורא *Sorà*, ſeù סוריא *Soria* propriè eſt Syria, cui R. Moſes Bar Maijmonis in *Halachòth Therumà* capite 1. attribuit omnes terras, quas ſubiugauit Rex Dauid, ait enim -

כל הארצות שכבש דוד חוץ לארץ כנען כגון ארם נהרים וארם צובה ואחלב וכיוצא בהן וכו׳ הן הנקראין סוריא : *Omnes Terræ, quas ſubiugauit Dauid extra terram Chanaan, Vti Aram Neharàim, & Aram Tzòba, & Achaleb, & ſimiles. &c. Iſtæ Vocantur Syria.* Et infrà ibidem. Quærit אי זו

היא סוריא מארץ ישראל ולמטה כנגד ארם נהרים וארם צובה כל יד פרת עד בבל כגון דמשק ואחלב וחרן ומכבב וביוצא בהן עד שנער וצחר הרי היא כסוריא : *Quænam eſt Syria? A terra Iſraëlis, & infra è regione Aram Neharàim Meſopotamia, & Aram Tzoba, totum tractum Euphratis Vſq; ad Babel, Veluti Damaſcum, Achlàu, Charàn, Machbàu, & quæ ab his exeunt Vſque Scinàr, & Tzòhàr, quæ ſunt ſicut Sorià Syria.* In tractu Syriæ poſita erat hæc Academia, ideò Academia Soræ, ſeù Soriæ vocabatur, ædificata præciſè in Vrbe מתא מחסיא *Mathà Mechaſià*, quæ per excellentiam dicta fuit Sorà. Hinc Sorà, & Mathà Mechaſià pro eadem Vrbe accipiunt *Harra-*

additur quinta in Vrbe מחוזא Machuzà, & ſexta in פירוץ שבור Perùtz Scibbùr territorij Nahardeæ.

נהרדעא Nahardeà eſt Vrbs ad ripam fluminis Euphratis, vbi inſignis Academia fuit etiam antequam in ea Miſcnica doctrina à Samuele diſcipulo Rabbènu Hakkadòſc publicaretur: nam Samuel cùm deſcendiſſet in Babel antequam eò Ràu deſcenderat, nempè an. mun. 3945. Chriſti 185. Rabbènu enim Hakkadòſc obijt anno 3954. Chriſti 194. vti probatum plene fuit ſuprà pag. 81. colum. 1. & *Ràu* ſecundùm quod reperitur ſcriptum in בבל ספרים חדשים גם ישנים *in omnibus libris tam modernis, quàm antiquis* (teſtante hoc Rabbì Sciamuel Sciullàm in ſuis annotationibus ad librum *Iuchaſsìn* pag. 105. b. in fine) deſcendit in Babel anno 3949. Chriſti 189. Vnde apparet, quòd Ràu deſcenderat in Babel an. 5. ante obitum Rabbènu Hakkadòſc, & ibi inuenit Samuelem in Vrbe Nahardeà מקומו של שמואל *loco ipſius Samuelis*. Innuitur ex hoc, quòd Nahardeà ſit patria Samuelis ſecundùm ſtylum, & phraſim Rabbinicam, & anno nono ante mortem Rabbènu Hakkadòſc reliquerit eius Academiam, & de terra Iſraëlis deſcenderit in Babel; quamuis *Harrauàd*, & alij, qui deſcenſum *Ràu* in Babel ad annum 3979. Chriſti 219. reijciunt, de anno, quo Samuel ante Ràu in Babel deſcenderat, nihil ſtatuant. Itaque Samuel in Academia Vrbis Nahardeà inuenit Ràu שילא *Scilà*, qui eam regebat. Poſt eius mortem in ea ſuffectus eſt ipſe Samuel, quo defuncto, ſucceſſit in Rectoratu Ràu Iehudà anno 4010. Chr. 250.

Scribit *Harrauàd* ætate prima Amor-

Erant autem in Babylonia duo Tribunalia magna, vnum in Nabardeà, quod olim extiterat; & alterum in Sorà erectum, & fundatum à Ràu. Et hoc eſt, quod dicit Samuel: Non ſcribunt Peroſbòl, niſi tantùm in Domo Iudicij (in Senatu) *Soranæ* (Vrbis,) *aut in Domo Iudicij Nabardeæ.* Quid ſit Peroſbòl vide Par. II. pag. 787.

Fundatur autē Academia Sorana à Ràu circa an. mun. 3955. Chr. 195. eamque vſque ad eius obitum, ad annum ſcilicet 4003. Chriſti 243 eo enim anno Ràu obijt. *Iuchaſsìn* pag. 106. Rexit igitur Academiam ſuam Soranam annis circiter 48. Poſt obitum Ràu ſucceſſit in Rectoratu Academiæ Soræ Ràu הונא *Hunnà*, qui, vt dicitur in *Iuchaſsìn* pagina 120. eam rexit 40. annis, nempè vſque ad annum 4043. Chriſti 283. Secundùm hunc computum error apparet in Chronologia Dauid Ganz ad annum 60. quinti millenarij, ad quem reijcit initium Rectoratus רב חסדא *Ràu Chaſdà* ſucceſſoris Ràu Hunnæ in Sorana Academia. Porrò tempore, quo Ràu Hunna Academiam regebat, licèt Academia Nahardeà, vti antiquior ipſa Sorana, cenſeretur etiam nobilior; attamen, quia Ràu Hunnà Æchmalotarchæ affinis erat לפיכך גברה ישיבת סורא *ideò Academia Sorana cæpit praualere* ſuper Academiam Nahardeæ. Obijt autem Ràu Hunnà anno mundi 4050. Chr. 290. Et hæc eſt ſecunda ætas à fundatione Academiæ Soranæ.

Tertia Academia פומבדיתא *Pumbeditana.*

Defuncto Ràu Hunnà, rexit Academiam Soranam רב חסדא *Ràu Chaſdà*, cuius

rauàd in סדר המוראים; *Iuchaſsìn* pagina 115. b: & reliqui omnes. Et Auctor *Scialſcèleth hakkabalà* pagina 34. longè poſt principium, eandem iuxta fluuium Euphratem collocat poſt Nahardeà infernè, nam inquit.

נהרדעא וסורא תרויהו על נהר פרת ונהרדעא לעיל מסורא טפי כ׳ פרסי:

Nahardeà, & Sorà ambæ ſuper fluuium Euphratem (ſitæ erant) *ſed Nahardea ſupra Soram viginti circiter paraſangis*, ſcilicet 60. milliaribus. Sed cur Sorà dicta fuit *Mathà Mechaſià*? Reſpondet *Scialſcèlet hakkab.* loco citato:

לפי שהיו מתים שם הרבה במגפה רב אחא החזירם בתשובה ולמד אותם שיאמרו בכל יום פרשת הקטורת ונתרפאו ואז קראיו המקום ההוא מתא מחסיא:

Propterea, quòd cùm ibi quamplurimi mortui fuerint percuſſione (plaga peſtilentiali.) *Ràu Achà reduxit eos ad pænitentiam, docuitque, vt ſingulis diebus recitarent ſectionem* הקטורת *Haketòreth ſuffimenti* (ex *Paraſcià* תשא *Tiſsà* capite 30. Exodi) *& ſanati ſunt. Tunc vocauerunt huiuſmodi locum Mathà Mechaſià Vrbem propitiationis, clementiæ, & miſericordiæ.* Hæc ſita videtur ad læuam Euphratis, cùm Nahardeà ad dextram eiuſdem fluuij in Meſopotamia fuerit constructa. Ambæ autem dicuntur eſſe in Babylonia, quia in finibus Babyloniæ, vt potè ad vtramque ripam Euphratis extiterant. In his præter Academiam, etiam duo magna Tribunalia, in quibus iuſtitia adminiſtrabatur, extabant, de quibus *Iuchaſsìn* pagina 115. b. in fine ita effatur:

והיו בבבל שני בתי דינין גדולים חד בנהרדעא שהיה כבר וחד בסורא דקבעיה רב והיינו דאמר שמואל לא כתבינן פרוסבול אלא או בבי דינא דסורא או בבי דינא דנהרדעא:

parte Mathà Mechaſià, quàm in Palatijs Pumbeditanæ Vrbis. Cod. *Cherithòth* pag. 6. ver. 8. à principio editionis Cracouianæ, & pag. 78. Amſtelodamenſis. Ideò Sorani, ſeù Vrbis Mechaſiæ incolæ, vti magis morigerati ſocietatem Pumbeditanorum fugiebant. Vnde priſcorum erat prouerbium פומבדיתא לוייך אשני אושפיזך: *Pumbeditanus aſſociat te, muta hoſpitium tuum*. Cholin pag. 127. circa finem, vt eo oſtenderent Pumbeditanos in furandi arte expertiſſimos fuiſſe, & exercitatiſſimos latrones.

In ea tamen Academia vigebant Iudaicæ literæ, & traditiones, non minùs quàm apud Soranam, cuius prærogatiuæ maximæ erant, & ſupra Pumbeditanos valdè extollebantur: nam Soranus Præſes à ſua Academia titulum גאון Gaonis Illuſtris, ſeù excellentis, & ſublimis recipiebat, quo vti non poterat Pumbeditanus Rector, ſine facultate ei conceſſa à Rectore, & ab Vniuerſitate Soranâ.

2. Quando ſimul conueniebant Rectores vtriuſque Academiæ, primum locum, nempè dextram manum Æchmalotarchæ tenebat Soranus Rector, Pumbeditanus ſiniſtram; eodemque modo ſi legebant in libro Legis, & ſedebant in conuiuijs. Vbi Rector Soranus panem frangebat, & benedictionem menſæ præmittebat.

3. In ingreſſu, & egreſſu ſemper Rector Soranus præibat, etiamſi iuuenis eſſet, & Rector Pumbeditanus ſenex.

4. Cùm epiſtolam mitteret Rector Pumbeditanus ad Rectorem Soranum, eum vocabat גאון Gaòn Sublimem, non autem è contra ſi Soranus ſcribebat ad Pumbeditanum.

5. Quin-

ius antea fuerat חבר *Chauèr* Collegâ. Cæpit igitur Rectoratum anno 4050. Chriſti 290. vſque ad annum 4060. decem annis. *Harrauàd* ætat. 2. Amorraitarum. *Scialſcèleth hakkab.* pag. 34. b.

Quatuor annis ante mortem Ràu Hunnà, id eſt anno mundi 4056. Chr. 296. idem Ràu Chaſdà ædificauit ſibi peculiarem Academiam, quæ citra dubium fuit Pumbeditana, quia, vt dicit *Scialſcèleth hakkab.* loco citato, poſt eum rexit Academiam רבה בר נחמני *Rabbà Bar Nachmanì*, qui quidem in Pumbedita Rectoratum geſſit ſecundùm *Iuchaſsìn* pagina 116. Et R. Ganz ad annum 60. quinti millenarij, licèt poſt mortem Ràu Hunnà, ipſe Ràu Chaſdà in Sorà Scholæ præfecturam ſuſceperit, & per decem annos exercuerit. Fundata igitur fuit Pumbeditana Academia poſt Soranam anno 76. à Ràu Chaſdà; licèt varient Auctores, & alij velint, Fundatorem huius Academiæ eſſe Rabbà Bar Nachmanì, & alij exiſtiment. anno 50. à fundatione Academiæ Soranæ fuiſſe excitatam.

Vrbs autem Pumbeditâ, vbi erecta fuit hæc Academia, ſita erat in ארם נהרים *Aràm Naharàim Meſopotamia* inter duo flumina Euphratem, & Tigrim.

Vrbs quidem celebris fuit Pumbedita, & populi frequentia, & ædificiorum ſtructura inſignis; infamis tamen eſt habita, quia habitatores illius cuiuſcumque generis eſſent, furtis, & latrocinijs dediti erant, ita vt extranei eos, & eorum hoſpitia abhorrerent, vnde tritum fuit Adagium אקילקי דמתא מחסיא ולא אפדנא דפומבדיתא: *Sterquilinium Vrbis Mechaſiæ, & non Palatium Pumbeditæ*. hoc eſt, præſtantiùs eſt habitare in infima

gina 34. b. *R. David Ganz* ad annum 99. quinti millenarij.

Sexta Academia in פרוץ שבור *Perùtz Sciabbùr.*

Denique fuit & alia Academia in Territorio Nahardeà erecta à *Ràu Scerirà*, vt refert R. Dauid Ganz in *Tzemàch Dauid* ad annum 727. quinti millenarij propè Babel in loco vocato פרוץ שבור *Perùtz Sciabbùr* Fractura Saporis (Regis Perſarum, vel R. Samuelis cognomento Sciabbùr). Vbi iactant fuiſſe nongenta millia Iudæorũ. Vigebat an. Dñi 967.

Omnium autem iſtarum Academiarum Doctores, licèt nomine *Amorraim* vocari poſſint, attamen eorum nonnulli alijs prænominibus inſigniuntur, videlicet סבוראי *Seuuràì*, & גאונים *Gheonim*.

סְבוּרָאִי *Seuùrràì Seburraita* ita dicti à סברא *Seuarà opinione*. Iſti enim diſputabant ſuper *Miſcnaijòth* על דרך הסברה *ſecundùm modum opinionis*, nullam firmam ſententiam tenentes, ſed omnes coniecturales eſſe, & probabiles docebant, vnde סבוראים *Opiniſtæ* dicti ſunt, qui pro opportunitate temporis, & præſentaneæ rationis, aut vtilitatis omni vento doctrinæ agitabantur, & ad politica dogmata, religionis dogmata conuertebant. Rediuiuos hoc ſeculo *Seburraitas* habemus in *Opiniſtis* noſtris, quorum hi virulenta propago ſunt, & fruticatio. De noſtris Hæreticis intelligo. Horum primus hoc inſignitus nomine, fuit Ràu יוסי Iosè Rector Academiæ Soranæ poſt Rauenà anno 4236. Chriſti 476. qui ſecundùm R. Abraham Ben Dauid rexit Academiam vſque ad an-

5. Quando Princeps captiuitatis legebat in libro Legis, Rector Soranus explicabat eandem lectionem Chaldaicè, id eſt vulgari ſermone, vt lectio Legis Hebraica à vulgo intelligeretur. Rector verò Pumbeditanus ſedebat, & audiebat.

6. In donis autem, ac muneribus regula erat generalis, quòd ex tribus partibus duas acciperet Rector Soranus, tertiam Pumbeditanus. Viguit hic ordo aliquot annorum centurijs, quouſque ſub Perſarum Regibus fuerunt Babylonici populi. Sed declinante Perſarum Monarchia, declinauit & bonum regimen Academiarum Iudæorum, quouſque ſub Imperio Iſmaelitarum omninò deletæ ſunt, quod contigit ad annum mundi 4797. Chriſti 1037. ſecundùm computum R. Dauid Ganz, vel paulò ante iuxta *Scialſcèleth hakkab.* pag. 38.

Quarta Academia in נרש *Narèſc.*

Nares fuit Vrbs propinqua Soræ, in qua ætate quinta Amorraitarum, tempore, quo Academiam Pumbeditanam regebat Ràu Nachmàn Bar Iſaaci, hæc quarta Academia excitata fuit an. 4113. Chriſti 353. à Ràu Papà, qui ibidem Rectoratum geſſit vſque ad ann. 4132. Chriſti 372. quo obijt, cùm Academiam ſuam annos 19. rexiſſet.

Quinta Academia in מחוזא *Machuzà.*

Fuit & alia Academia in Vrbe מחוזא Machuzà, quam poſt mortem Auijè primò rexerat רבא Rauà Bar Ioſeph ipſius ſocius 14. annis ab anno 4099. vſque ad annum 4113. Chr. 353. *Harrauàd* ætate quarta Amorràim; *Iuchaſſin* pag. 106. b. *Scialſcèl. hakkab.* pa-

que rexit octo annis vſque ad annum 4457. Chr. 697. R. Dauid Ganz hunc facit Rectorem Soranum ad ann. 4448. exordium Gheonitarum aſſumens in רב חנן מאישקיא *Ràu Chanàn Meiſckia* ad annum 4349. Chriſti 589. quem *Harrauàd* ætate tertia Seborraitarum reponit, centum annis priùs. Qui autem Gheonitarum agmen claudit, eſt רב האיי גאון *Ràu Haai Gaòn*, de quo ſatis abundè diximus Par. II. pag. 384. quo vita functo, Ghaonitica dignitas expirauit, cum perduraſſet annis circiter 448. vt ibidem habetur. Deletis indè omninò Academijs Iudęorum in Babylone, vniuerſa Iudæorum doctrina in Hiſpaniam, præſertim Cordubam, tranſlata eſt.

Cæterùm Amorraitarum Catalogus, quorum nomina in ſuprà narratis Cenſuris recenſita ſunt, eſt, vt ſequitur.

Catalogus Amorraitarum, quorum nomina referuntur in Cenſuris ad Talmudem Babylonicum.

§. XIV.

אבא ABBA' *Abbas*, nomen eſt honoris, & dignitatis, vti eſt *Rabbì*: ex *Iuchaſsìn* pag. 61 b. in *Abbà Iosè*. Sed lingua Chaldaica propriè ſignificat *Patrem*. Hanc notionem approbat Dominus, dum alloquens Deum, dicit apud Marcum 14. v. 36. *Abba Pater: omnia tibi poſſibilia ſunt, &c.* Et Apoſtolus ad Rom. c. 8. v. 15. *Clamamus, Abba Pater*. Porrò priſci illi Iudæi Babylonici ſæpè pro nomine appellatiuo, ſed ſæpiſſimè pro pronomi-

num 4274. annis 38. Vltimi ex Seburraitis Doctoribus fuerunt רב סימונא *Ràu Simòna*, & רב עינא *Ràu Inà*. Hic Rector fuerat Academiæ Soranæ, ille Pumbeditanæ, qui Scholam ſuam rexerat annis 21. vſque ad annum 4295. Chriſti 535. Vnde Rectoratū anno 274. quinti millenarij cæpiſſe dignoſcitur.

Tempore, quo Seborręorum Titulus vigebat, abſolutum fuit Talmud Babylonicum anno 4260. Chriſti 500. viuente prædicto Ràu Iosè, 23. anno Rectoratus ipſius, & anno 73. poſt mortem Ràu Aſcè, qui omnium primùm in huiuſcemodi improbi laboris opus manū admouerat, de quo vide Parte I. pagina 484.

Anno itaque 4300. quo cum morte *Ràu Simòna* Titulus *Seboràì* expirauerat, ceſſarunt etiam Academiæ in Babylonia, decreto Regum Perſarum, per 50. fermè annos; anno enim 4349. iterum reaſſumpta ſunt literarum ſtudia in vtraque Academia, vigente adhuc Titulo Seburraico, vt vult *Harrauàd*, vel eo abrogato, ſecundùm *Ràu Scerirà Gaòn*, à quo orti ſunt גְּאוֹנִים *Gheonìm Gheonitæ Illuſtres*, id eſt *Excellentes*, ſeù veriùs *Superbi*; hi enim attollebant ſe ſuper alios, & faſtuoſi ore, & habitu apparebant; ita vt de facili huiuſcemodi Phariſaici Doctores ab alijs dignoſcerentur. In Academiarum Babylonicarū rerum reſtauratione innotuit Titulus גאון *Gaòn* primò in Pumbeditana Academia. Porrò eorum primus, qui inter Gheonitas Princeps habebatur, iuxta *Harrauàd*, fuit רב חנינא גאון מנהרפקוד *Ràu Chaninà Gaòn de Naarpekòd* Rector Academiæ Pumbeditanæ an. 4449. Chriſti 689. eam-

אבהו ABHV. Scribit *Iuchaſsin* pag. 73. b. in fine hunc fuiſſe חבר ſocium R. חייא Chijà Bar Abbà. Et *Harrauàd* eum numerat inter diſcipulos Rabbènu Hakkadòſc, vocatque אבהו דשמואל *Abhù de Sciamuèl*. Auctor verò *Iuchaſsin* patrem Samuelis eum facit, & planè diuerſum à primo loco poſitum conſtituit. Fuit quidem non pater, ſed auus Samuelis Iarchinæi, vt infrà videbimus, qui tamen eſt collocandus inter vltimos Tanaitas; ſunt enim nonnulli, qui de vtroq; extremo participant. Vnde ad annum mun. circiter 3980. Chriſti 220. referendus videtur. In Cenſuris memoratur pag. 410. col. 2. — 417. col. 2. — 474. — 582. 2. — 594. 2. — & 595.

אבהו בר כהנא ABHV' BAR COHANA', non eſt certum, quòd ſit diuerſus ab אבא *Abbà Bar Cohanà*, vt in *Sciabbàth* cap. 22. vide ſuprà pag 390. colum. 2. Fortaſſis erit idem, de quo *Iuchaſsin* pag. 74. aſſerit, eum fuiſſe ſocium R. אמי Amè, & R. אסי Aſsè. Si ſic, ergo iſte erat diſcipulus R. Iochanàn. Erat יפה מאד יותר מרבי יוחנן כי היה לו הדרת פנים ר״ל זקן *Pulcher nimis* (inquit *Iuchaſsin* loco citato) *pluſquam eſſet R. Iochanàn: quia habebat decorem faciei*, id eſt barbam, qua R. Iochanàn carebat; vnde eius nitor, & pulchritudo laudatur à R. Banàh, Codice *Bauà Bathrà* pag. 58. vide infrà in *R. Banàh*. R. autem Iochanàn à Chronographis ad annũ 3990. Chr. 230. refertur. Viuebat igitur Abhu iſte eodem tempore.

אבוה בר איהי AVVA'H BAR IHI'. Eius meminit *Iuchaſsin* pag. 74. b. ex mine vſurparunt. In Ghemarà tam frequens inuenitur hoc nomen Abbà, etiam abſolutè, vt difficilè admodum ſit cuinam perſonæ particulari inditum fuerit, cognoſcere. Certum tamen eſt eſſe nomen antiquiſſimorũ Amorraitarum, & pręſertim aliquorum Opiniſtarum Sectę addictorum, vt patet ex Cod. *Eruuin*, cap. *Mauòi*, vbi quidam Abbà adhæret opinioni Samuelis, qui aſſerebat vtramq; opinionem, licèt omninò diſcordantem, inter Scholam Hillelis, & Sciammài fuiſſe à Cęlo per oraculum approbatam (forſan quia vtraque probabilis) vide ſuprà pag. 395. 1. Hic verò Abbà ſynchronus fuit Samueli ætate prima Amorraitarum circa an. 3980. Chr. 220. Idcircò ait *Iuchaſsin* pagina *69. b.* quòd pro Abbà abſolutè intelligitur רב *Ràu*, de quo infrà in רב *Ràu*.

אבא בר כהנא ABBA' BAR COHANA'. Duos Amorraitas nomine *Cohanà* inuenio, vnũ ætate prima Amorraitarum, tempore, quo R. Iochanàn compilator Talmudis Ieroſolym. viuebat in terra Iſraëlis anno circiter 4010. Chriſti 250. Alterum ætate tertia eorundem in Sorà, viuente adhuc Ràu Ioſeph circa annum 82. quinti millenarij, Chriſti 322. *Harrauàd, & Dauid Ganz*. Non longè poſt patrem hic Abbà dicendum, quòd vixerit, licèt ignoremus vtrum ſit primus, vel ſecundus. Memoratur Cod. *Sciabbàth* cap. 22. & Codice *Sanhedrin* cap. *Chèlek*. Vide ſuprà pag. 390. col. 2. & 601. col. 2.

אבא סלא רבה ABBA' SELA' RABBA'. Vide רב סלא *Ràu Selà*.

Hinc apparet error in *Iuchaſsin* pagina 116.b. dum *Auijè* Rectorem facit anno 4234. Chriſti 474. & defunctum anno 4249. Chriſti 489. *Samuel Sciullàm* in Annotationibus ad *Iuchaſsin* pagina 73. b. dicit, quòd pater *Auijè* vocabatur כייליל *Caijelil*, & quòd ſuſceperat filium nomine רב ביבי *Ràu Bibì*, nupſit enim in ſenectute cuidam mulieri viduæ, quæ duos viros olim ſucceſſiuè habuerat. De hoc Amorraita frequens fit mentio in Ghemarà, vide Cenſur. pag. 384. col. 2. — 418. 1. — 443. 2. — 474. 2. — 484. 2.

אבימי ABIMI' filius patrui Bar איפא *Ephà*, eius pater fuit *R.* רחבא *Rachuà* de Pumbeditâ. *Iuchaſsin* pagina 74. b. *Rabbà*, & *Auijè* fuerunt ipſius ſocij, qui anno Chriſti 325. Rectoratum in Pumbeditâ agere cœpit. Ibid. De eo in Cenſuris pag. 511. col. 2.

רב אבין בר רב ארא RA'V AVI'N BAR RA'V ADA' Aſtronomi celeberrimi, quem *R. Dauid Ganz* refert ad annum mundi 4003. Chriſti 243. Eius meminit *Iuchaſsin* pag. 75. & memoratur in Cenſuris pagina 363.

רבי אבינא RABBI' AVENA', quamplurimi hoc nomine in Ghemarà inſigniuntur, vel abſolutè, vel præpoſito pronomine רבי *Rabbì*, quod Doctoribus terræ Iſraëlis præponi ſolet. Vnde quiſnam iſte fuerit, qui docuerit modum legendi Nomen Tetragrammaton tempore Meſſiæ, difficilè erit adinuenire. De eo in Cenſuris pag. 404.

ex Cod. *Metzijà* cap. 1. Contemporaneus fuit Samuelis, & in eodem atrij aditu ſimul habitabant, vtique in Nahardeà. Viuebat igitur ætate prima Amorraitarum circa initium quinti millenarij. Chriſti 240. Vide ſuprà in Cenſuris pag. 462. col. 2.

אבטילס בר יוסי AVTILA'S BAR IOSE' quartogenitus ex quinque filijs Iosè, de quo in *Sciabbàth* cap. *Col Chithuè hakkòdeſc*. Vide in Cenſuris pag. 389. col. 2.

אביטול ספרא AVITO'L SAPHRA' Scriba. De Pharaone incredibilia, & obſcœna loquitur. Cod. *Moèd katàn* cap. 1. Vide in Cenſuris pagina 417. col. 2. Fuit Miniſter רב *Ràu*, qui in Sorà Academiam regebat ætate prima Amorraitarum.

אביי AVIIE' Orphanus, & poſthumus: eius mater in partu perijt, ſuſceptus à patruo רבה בר נחמני *Rabbà Bar Nachmanì*, vocauit eum אביי *Auijè* compoſito nomine ex initialibus literis illius (Oſeæ 14. 4.) אֲשֶׁר בְּךָ יְרֻחַם יָתוֹם *Quia in te miſeratio eſt pupilli*. ne vocaretur נחמני *Nachmanì* nomine aui ſui, ne nomen nepotis cum ſuo occurreret, ac confunderetur. Puellum educauit, eumque Legem, ritus, ceremonias, & alia Iura Rabbinica diligenter edocuit, in quibus adeò profecit, vt in Rectorem Pumbeditanæ Academiæ ſublimari mereretur anno 4085. Chriſti 325. Rexit Academiam annis quatuordecim *Harrauàd*, ætate tertia, & quarta Amorraitarum, *Scialſcéleth hakkab.* pag. 34. b. *Dauid Ganz* ad annum 85. quinti millenarij.

ſcipulus *Ràu*, qui huius Academiæ Rector extiterat. Quo anno obierit non ſatis liquet; longam tamen vitam duxiſſe autumant plerique cum *R. Dauid Ganz* ad annum 3. quinti millenarij. Memoratur in Cenſuris ad pag. 489. col 2.

ר׳ אחא RA'V ACHA'. Plures ſunt Ràu Achà in Ghemarà quàm ſint hebdomadæ in anno, Certè Auctor *Iuchaſsìn* pluſquam 50. eos numerat pagi. 77. & 78. Et quis poterit inter tantos eum cognoſcere Doctorem, qui ſublimem illam ſententiam protulerit: quod hominum partes infernæ creatæ ſint ex fœce Babylonica? Vide Cenſuras pagina 580.

אחא בר חנינא ACHA' BAR CHANINA'. De eo ſuccinctè loquitur *Iuchaſsìn* pag. 77. b. ex loco *Sanhedrìn* adducto in Cenſuris pag. 577. videtur fuiſſe expoſitorem Sacræ Scripturæ, & antiquiorem, quàm fuerat R. Iacobus Bar אידי *Edè*, *Ràu Nachmàn*, & *R.* טבלא *Taulà*, quia de nomine illius hi loquuntur. Et Rau Nachmàn fuit Præſes Scholæ in Nahardeà anno 10. quinti millenarij ex *Dauid Ganz*, Chriſti 230. ſi tamen de hoc Ràu Nachmàn intelligatur, quod videtur difficile, Regentem Academiæ tam illuſtris voluiſſe loqui nomine alterius Rabbini inferioris.

ר׳ אחא בן ר׳ יאשיה R. ACHA' BEN R. IOSIÆ. Auctor *Iuchaſsìn* vocat ר׳ אחאי בר יאשיה *R. Achài Bar Ioſiæ*, incertum, an ſit idem cum eo, de quo fit mentio in Cenſuris pag. 525. colum. 2. & cuius ſunt nonnulla moralia monita non

אדא בר אהבא ADA' BAR AHAVA', in *Bereſcìt Rabbà Paraſcià* חיי שרה *Chaijè Sarà* circa princ. dicitur-

יום שמת רבינו נולד רב אדא בר אהבה וקראו עליו
(קהלת א׳ ; ה׳ :) וזרח השמש ובא השמש :

Die illo, quo obijt Rabbènu (Hakkadòſc) *natus eſt Ràu Adà Bar Ahauà, & legerunt de eo illud* (Eccleſ. 1. 5.) Oritur Sol, & occidit Sol.] Quòd ſi hoc admittendũ ſit, neceſſariò dicendum eſt Ràu Adà natum eſſe anno mundi 3954. Chriſti 194. Cùm autem *R. Dauid Ganz* meminerit Ràu Adæ ad annum 3. quinti millenarij vnà cum Samuele Iarchinæo, nec hunc annum aſſignet pro natiuitate, aut morte ipſius Ràu Adæ, nihil ſtabile de periodo vitæ huius Amorraitæ affirmare poterimus. Probatur autem Ràu Adà natum eſſe anno 3954. quia naſcitur eodem die, quo moritur Rabbènu Hakkadòſc. Atqui Rabbènu *Hakkadòſc* moritur anno 3954. vt probauimus ſuprà pag. 79. Ergo.

Porrò iactant Talmudiſtæ ſanctitatem huius Doctoris, eamque maximam faciunt, quia לא הלך ד׳ אמות בלא תורה ובלא תפילין: *non ambulabat quatuor cubitos ſine Lege, & ſine Thephillìn.* Viuebat diebus Ràu, & Samuelis; nec minùs ipſo Samuele doctior in Aſtronomicis, imò eo peritior eſt habitus in intercalatione anni, & *Tekuphis*; ita vt vſque hodie in libellis annualibus, vbi feſta ſtatis diebus, & temporibus annotantur, *Tekuphòth* Æquinoctia, & Solſtitia ſecundùm hypotheſin Ràu Adà annotentur, vt in Hebræorum Calendario videre eſt Par. II. pag. 553. Vitam duxit in Academia Sorana, quia, vt dicitur in *Iuchaſsìn* pag. 79. ex Cod. *Berachòth*, & ex *Aſſarà Iuchaſsìn*: *Ràu Adà* fuit di-

nihil in *Iuchaſsìn*. Vide Cenſuras pagina 525.

איסי בן יהודה ESE' BEN IEHVDA'. Vide pag. 639.

ר' אליעזר R. ELIE'ZER abſolutè ſæpè in Cenſuris reperitur citatus, ſed in Catalogo Amorraitarum libri *Iuchaſsìn*, vbi omnes ſub nomine אליעזר recenſentur, huius nulla fit mentio. Nec mirum, quia, vt alicubi annotaui אלעזר & אליעזר nomina indifferenter in Ghemarà, & in Miſcnà ſcribuntur, & vnum pro alio indiſcriminatim accipitur. Animaduertit tamen auctor *Iuchaſsìn* ex R. Salomone, quod ר' אלעזר *R. Eleàzar* abſolutè poſitus inter *Tanaìm* intelligitur *R. Eleàzar Ben Sciamùa Sacerdos Magiſter Rabbì*, i. e *Rabbènu Hakkadòſc*. Et inter *Amorraitas* intelligitur R. Eleàzar Ben פדת *Pedàth* Sacerdos, qui occupabatur in lectione Legis in platea inferiori Vrbis Tzippurrì, & ſindonem ſeù pallium Rabbinicum relinquebat in platea ſuperiori, cui ſerpens inſidens complicatus illud cuſtodiebat. *Iuchaſsìn* pag 80.

De R. Elièzer vide in Cenſuris pagina 361. 2. — 401. 2. — 403. 2. — 410. — 433. — 467. 2. — 529. — 547. — 576. — 592. — 611. — & 621.

Et de R. אלעזר *Eleàzar* vide pagina 300. 2. — 401. — 402. 2. — 408. 2. — 454. — 462. — 465. 2. — 466. — 470. 2. — 587. 2. — 611.

אלישיב ELISCIV. De eo *Iuchaſsìn* pagina 81. b.

non contemnenda, Hic in Vrbe Nahardeà, vbi habitabat, habebat vas argenteum, quod dono dedit ipſi R. Doſtài Bar Iannài, & ipſi R. Iosè Ben Chephàr; ſi ſic eſt, potiùs referendus eſt hic R. Achà Ben Ioſię inter Tanaitas, quàm inter Amorraitas, quia viuebat antequam Amorraitę extitiſſent. De R. Doſtài Ben Iannài vide Par. II. pagina 291. col. 2. Et de R. Iosè Ben Chelpetà vide ſuprà pag. 291.

רב אחא בריה דרבא RA'V ACHA' BERE' DE RAVA', fuit Miniſter Ràu Aſcè, ex *Iuchaſsìn* pag. 77. & ex cap. אלו טרפות citante eodem *Iuchaſsìn* pag. 78. רב אחא ורבינא לפני רב אשי *Ràu Achà*, *& Rauinà* (ſteterunt) *coram Ràu Aſcè*. Et Cod. *Cholìn* cap. 1. רבינא ורב אחא בריה דרבא יתבי קמיה דרב אשי quæ tantundem ſonant. Ràu autem Achà videtur, non fuiſſe tantùm Miniſtrum Ràu Aſcè, ſed etiam ſocium: nam *R. Dauid Ganz* ad annum 170. quinti millenarij Soranæ Academię eum Rectorem facit, anno ſcilicet Chriſti 410. & obijſſe 173. Chr. 413. viuente adhuc Ràu Aſcè, qui & ipſe obijt Rector Scholæ Soranæ anno 187. minoris ſupput. Chriſti 427. ex eodem *Ganz*, vt annotaui ſuprà Par. I. pagina 490. vbi de Ràu Aſcè abundè dixi. De eo in Cenſuris pag. 390. col. 2. & 589.

ר' אילעא R. ELAA'. De eõ vide in *Iuchaſsìn* pag. 79. Et in Cenſuris pag. 474.

ר' אילעא בר יברכיה R. ELAA' BAR IEVARECHIA'. De eo

ר׳ אלעזר בן צדוק R. ELEA'ZAR BEN TZADO'K, alij legunt *Bar Iſaaci*. Videtur quòd ſit Amorraita, quoniam איבו וחזקיה *Ibò*, *& Ezechias* filij filiæ דר׳ Ràu ſteterunt coram eo, & dixerunt de Samuele; *Ambulat tria millaria veſpera Sabbathi*. Cap. לולב, Igitur viuebat poſt Ràu circa annum 10. quinti millenarij, Chr. 250. in Babel. Habes eius nomen in Cenſuris pagina 447.

ר׳ אלעזר בן שימון R. ELEA'ZAR BEN SCIMO'N. Memoratur in Cenſuris pag. 514.

ר׳ אמי R. AME' Sacerdos, diſcipulus R. Iochananis, poſt eius obitum repleuit ipſius locum factus Rector Academiæ Tiberienſis in Terra Iſraëlis. *Iuchaſsin* pagina 82. Scripſit 400. ספרי תורות *Libros Legis*. Non quòd 400. integros libros ſcripſerit, ſed ſecundùm quod explicat *Iuchaſsin* citata pagina, ſcripſerit tantùm in eis vnum verſiculum, qui eſt Deuteron. 33. 4. תורה צוה לנו משה מורשה קהלת יעקב׃ *Legem præcepit nobis Moſes: hereditatem congregationi Iacobi*. In quo cum ſint ſeptem dictiones, qui eas in libro Legis ſcripſerit, reputatur ac ſi ſeptem libros Legis ſcripſiſſet. Septem enim libros Legis numerant Talmudiſtę: Sectionem (cap. 10.Num. v. 35 ויהי בנסע הארון ויאמר משה קומה יהוה וכו׳׃ *Et erat quando proficiſcebatur Arca, & dicebat Moſes: Surge Domine &c.* librum vnum conſtituunt; alterum, qui erat ſeptimus, non indicant. Roborant tamen hunc ſeptenarium librorum Legis numerum, illo

ר׳ אלישיב וכנו רבי יצחק בר אלישיב רבי יצחק בן אלישיב ורבי אבא ורבי הושעיא כולם בזמן ר׳ יוחנן׃

R. Eliſciu, & filius eius R. Iſaac Bar Eliſciu. R. Iſaac Ben Eliſciu, R. Abbà, & R. Hoſciaaià omnes fuerunt tempore R. Iochanànis. Quod intelligendum eſt de R. Iochanàn Auctore Talmudis Ieroſolymitani, & Hoſciaaià Rabbà, qui omnes fuerunt Magiſtri in Terra Iſraëlis poſt mortem Rabbènu Hakkadòſc circa ann. 990. m, ſup. Chr. 230. Hinc apparet quòd Amorraitæ non ſunt tantùm Doctores Babylonici, ſed etiam Terræ Iſraëlis, nimirùm ij, qui poſt Rabbènu Hakkadòſc in Terra Iſraëlis explanare cæperunt *Miſcnaijòth*, vel Academias rexerunt, vti Hoſciaaià Rabbà, R. Elièzer Ben Pedàth, & *alios* huiuſmodi, licèt etiam vocentur Tanaiꝗ דברייתא *de Baraijethà*. *Iuchaſsin* pagina 81. in *R. Eleàzar Ben Pappòs*. Vnde Eliſciu dicendum eſt fuiſſe Amorrà Terræ Iſraëlis, & vixiſſe circa annum Domini 230. Citatur in Cenſuris pagina 418.

ר׳ אלעזר בן חרסים R. ELEA'ZAR BEN CHARSI'M. Memoratur in Cenſuris ad pag. 429. col. 2.

ר׳ אלעזר בן יוסי R. ELEA'ZAR BEN IOSE'. Auctor libri *Iuchaſsin* pag. 81. exiſtimat eum eſſe *R. Eleàzar Ben Iosè Ben Chalpatà*, qui Romam petijt cum R. Simeone Ben Iochài, prout narratur in Cod. מעילה *Meijlà*. *R. David Ganz* hunc refert ad annum mundi 884. quarti millenarij Chriſti 121. Habetur in Cenſuris pag. 384. col. 2.

R. Aſè maior fuerit in doctrina quàm Râu Amè: quoniam R. Zirà quæſiuit à R. Amè, & R. Amè quæſiuit à R. Aſè; & R. Aſè (quęſiuit) à R. Iochanàn; & R. Iochanàn à R. Iannài; & R. Iannài à R. Ionathàn Ben Amràm.

Aduertendum eſt, quod in Cap. 1. Codicis *Kidduſcìn* dicitur R. Aſè propter matrem ſuam de Babele aſcendiſſe in Terram Iſraëlis, & coram R. Iochanàn ſtetiſſe, ſicut & coram R. Eleàzar, ſed ex eodem loco apparet, quòd is, qui aſcenderat fuerat Ràu Aſè diſcipulus ſocius *Ràu*.

Cæterùm hic R. Aſè in Talmude Ieroſolymitano vocatur ר׳ יסא *R. Ieſà*, ita referente *Iuchaſsìn* pag. 82. b. & pagina 96. Et in Cap. גיד הנשה in fine vocatur מופת הדור *Mophèth haddòr Prodigium æui*, hoc eſt Vir magnus inter alios æui ſui, iuxta illud (Zach. 3, 8.) אנשי מופת המה *Viri magni ſunt*. In Cenſuris eum inuenies ad pag. 389. col. 2. — 400. — 418. — 466. 2. — & 481.

ר׳ אשי RA'V ASCE'. De eo ſatis dictum eſt Par. I. pagina 484. In Cenſuris eius mentio fit pag. 375. 2. — 391. — 393. 2. — 551. 2.

ב

רב ביבי בר גידל RA'V BIBI BAR GHIDEL' Babylonius, eius pater Ghidèl loquitur nomine Ràu, & Samuelis, *Iuchaſsìn* pag. 86. b. Fuit igitur in vtraque Schola Sorana, & Nahardeana poſt annum 980. Chriſti 220. Et quia ibidem dicitur, ſtetiſſe Ràu Ghidèl coram Ràu Hunà, qui ad annum 4010. Chriſti 250. refertur à *R. Dauid Ganz*

Prouerb. 9. 1. *Sapientia ædificauit domum ſuam, excidit columnas ſuas ſeptem*.

Cæterùm R. Iochanàn obijt anno mundi 4039. Chriſti 279. quo anno ſucceſſit in Rectoratum R. Amè, *Iuchaſsìn* pag. 106. qui & ipſe deſijt viuere anno 4060. Chr. 300. *Dauid Ganz* ſeculo tertio Ghemaricorum, cùm rexiſſet Academiam annis 21. Citatur in Cenſuris pag. 468. col. 2. — 481. — & 515.

ר׳ אמי בר אבא R. AME' BAR ABBA'. Huius meminit liber *Iuchaſsìn* pag. 82. vbi ſic habet: *Dixit R. Amè Bar Abbà, dixit R. Iſaac. Dixit R. Amè Bar Abbà, dixit R.* הונא *Hunnà*. Ex quo colligimus hunc Amorraitam vixiſſe non multò poſt Ràu, quia Ràu Hunnà fuit diſcipulus Ràu Cod. *Sciabbàth* cap. מפנין, & in fine Cod. *Iom Tòu*. Et vixit ætate ſecunda Amorraitarum anno 4010. Chriſti 250. eadem ætate viuebat R. Amè Bar Abbà, de quo vide in Cenſuris pag. 529.

ר׳ אסי R. ASE' Sacerdos, ſocius R. Amè, & ſimul cum eo Rector Academię Tiberienſis in Terra Iſraëlis poſt deceſſum R. Iochanàn anno 4039. Chriſti 279. Ambo videntur ordinati, viuente adhuc R. Iochannane à tribus Rabbinis: nam hic erat mos Doctorem conſtituendi per ordinationem, & manuum impoſitionem. כי סמיכה היא בג׳ חכמים אבל למנותו ראש ישיבה צריך עשרה *Quoniam ordinatio* χειροθεσία *fit à tribus Sapientibus: Verùm ad conſtituendum Principem Academiæ requiruntur decem (Sapientes ordinatores)*. *Iuchaſsìn* pag. 82. Ex cap. אין מעמידין apparet, quod

erant cæteris, qui tunc viuebant in terra Iſraëlis, ideò illorum pulchritudinem inter ſe, & cum pulchritudine Iacobi Patriarchæ compararat Banàh. Ràu autem fuit quidem in Babel, vbi & mortuus eſt; ſed ex terra Iſraëlis eo deſcenderat anno, ſecundùm quòd dicit *Harraùàd* 3979. Chriſti 219. quo an. etiàm noſter R. Banàh viuebat. De quo quid dicatur in Talmude, vide Cenſuras pagina 564. col. 2.

ר׳ ברכיה R. BERACHIA', videtur quòd vixerit tempore prænotati R. Banàh, ſecundùm *Iuchaſsin* pagina 86. De eo vide in Cenſuris pag. 513. col. 2. ſecundò ſignata ex errore typographico.

ג

רב גידל RA'V GHIDEL' fuit diſcipulus Samuelis Iarchinæi, & Magiſter R. Zirà ſecundùm verba relata in *Iuchaſsin* pag. 86. b. יתיב ר׳ זירא אחוריה דרב גידל ויתיב רב גידל קמיה דרב הונא *Sedebat R. Zirà poſt Ràu Ghidèl & manebat Ràu Ghidèl coram Ràu Hunnà*. Iſti omnes eadem ætate vixerunt, Samuel anno 4003. Chriſti 243. & Ràu Hunnà anno 4010. Chriſti 250. Sub idem tempus viuebat R. Ghidel, *Iuchaſsin* locò citato, & alij ibi recenſiti, nempè R. Abbà, R. Zirà, & R. Iſaac נפחא *Nephchà faber ferrarius*. Vide in Cenſuris pag. 417.

רבן גמליאל RABBA'N GAMLIEL filius Rabbènu Hakkadòſc, adhuc viuente patre, in Academia Tiberiadis explanare cæpit ſyſtema *Miſcna-*

Ganz, pluſquam 30. annis poſt Samuelem vixiſſe dicendum eſt. Coëtaneus itaque fuit R. Abbà, R. Zirà, & R. Iſaaci Nephcà fabri ferrarij. Ibidem. Vnde Ràu Bibì eius filius ad annos ætatis R. Iochananis, hoc eſt circa annum 4039. Chriſti 279. pertingere poterat, cùm circa ea tempora ſupradicti Sapientes vixerint, quamuis *Iuchaſsin* de hoc Ràu Bibì nihil proferat. De eo in Cenſuris vide pag. 545.

ר׳ בנאה R. BANA'H. Licèt apud Iudæorum Chronologos non inueniatur vbinam natus ſit R. Banàh an in Babylone, an verò in terra Iſraëlis; attamen mihi videtur dicendum, eum in terra Iſraëlis natum eſſe, educatum, & defunctum. Moueor ad hoc ſuſpicandum, quia fuit Magiſter R. Iochananis Auctoris Talmudis Ieroſolymitani, *Iuchaſsin* pag 86. qui floruit anno 3990. *Chriſti* 230. vt in R. Iochanane videbimus. R. autem Iochanàn Academiam rexit in terra Iſraëlis, in Tiberiade. Igitur R. Banàh floruit paulò ante quàm floruerit R. Iochanàn, circa annum mundi 3960. Chriſti 200. Huic aſſertioni videtur obſtare id, quod ex Cod. *Bauà Bathrà* ſuprà annotauimus in Cenſuris pag. 564. col. 2. quòd ipſe *R. Banàh* pulchritudinē, & nitorem Ràu Cohanæ compararat nitori Ràu, & nitorem Ràu nitori אבהו Abàhu; at Ràu fuit in Babel, & omnes iſti poſteriores fuerunt R. Banàh. Reſp. Ràu quidem, & reliqui nominati, ſcilicet Ràu Cohanà, & Abàhu fuerunt ætate poſteriores R. Banàh, ſed ſynchroni, eodem quippè tempore omnes ſimul viuebant, ſed R. Banàh ſenior erat, & quia iſti tres pulchriores

Dimì eſt, כי אתא רב דימי אמר וכו׳ *Cùm veniſſet Ràu Dimì dixit: &c.* vel clariùs: כי סליק רב דימי לנהרדעא וכו׳ *Cùm aſcendiſſet Ràu Dimì in Nahardeà &c.* oſtendit ex loco decliui in ſuperiorem aſcendiſſe, quod non eſt intelligendum de terra Iſraëlis in terram Babylonicam, quia illa non eſt decliuior iſta; ſed eſt intelligendum de Academia in Academiam, ita vt primùm de terra Iſraëlis quæ eſt ſublimior reliquis terris, Ràu Dimì deſcenderit in Babylonem, in Academiam Soranam, quæ eſt propinquior terræ Iſraëlis, & inferior Academia Nahardeæ: nam vtraque ad ripam fluminis Euphratis ſita eſt, ſed Sorana infra, Nahardeana ſupra, vt in Academia huius nominis dictum eſt pagina 664. Quando igitur dicitur, quòd Ràu Dimì aſcenderat in Nahardeà, intelligendum eſt: de Sora in Nahardeam aſcendiſſe, in congreſſu Doctorum ſententiam ſuam protuliſſe ad mentem ſuorum Magiſtrorum terræ Iſraëlis, potiſſimùm R. Iochannanis, qui obijt anno 4039. Chriſti 279. vt infrà in *R. Iochannane* videbimus. De Ràu Dimì fit mentio in Cenſuris frequenter, ſed præſertim pag. 491. Quamplurimi Ràu Dimì recenſentur in *Iuchaſ.* pag. 87. b. ſed in locis cenſuræ ſuppoſitis nulla mentio, ſolùm in Cod. *Sciabbàth* cap. 24, pagina 156. circa medium legitur. אמר רב אשי אנא ודימי בר קקוזתא חזין כחר בשבת אנא מלך והוא הוה ריש גנבי: *Dixit Ràu Aſcè: Ego, & Dimì Bar Kakotzita nati ſumus in prima Sabbathi* (die Dominico) *ego factus ſum Rex* (id eſt Princeps Academiæ) *& ipſe fuit Caput latronum.* Vide ſuprà pag. 393.

naijòth à patre compilatum, in eo explanando occupati fuerunt præter R. Scimòn eius fratrem, etiam alij eorum ſocij, nempè *R.* חייא *Chijà*, *R.* אושעיא *Oſciaaià*, *R. Iochanàn*, &c. Ita *R. Dauid Ganz* ad annum 979. quarti millenarij, Chriſti 219. De Tiberiade vide infrà in *R. Zirà*. Quamuis Rabbàn Gamlièl poſtremus inter Tanaitas cenſeatur, attamen, quia omnium primus cæperat diſputare ſupra *Miſcnaijòth*, meritò Princeps Amorraitarum eorum, qui in terra Iſraëlis fuerunt, cenſendus eſt, atque inter Amorraitas recenſendus, vti facit Auctor *Iuchàſsìn* pag. 87. Eodem tempore, quo in terra Iſraëlis Rabbàn Gamlièl cum ſocijs *Miſcnaijòth* explanabat, idem præſtabant in Babylone *Ràu*, & *Samuèl* cum ſocijs ſuis. De hoc Tana-Amorraità Rabbano Gamliele ſæpè in Cenſuris fit mentio pagina 377. — 388. — 389. — 422. 2. — 581. 2.

ד

רב דימי RA'V DIMI'. Videtur quòd fuerit ex terra Iſraëlis, & diſcipulus R. Iochanàn, & poſtea deſcenderit in Babel, & nomine Magiſtri ſui aliquoties locutus eſt, vt Cod. *Ghittìm* cap. 4. pag. 40. Nec obſtat ſi dicatur vocari מנהרדעא *de Nahardeà* in fine *Ienamòth*, quia ita vocatur ex longa mora ibidem protracta, vbi & vitam finiuit. Ex terra Iſraëlis in Babyloniam veniens, diuerſas ſententias ſecundùm quod audierat in Scholis Terrę Sanctæ, in Academijs Babylonicis promulgauit, & ſecundùm ſuam ſententiam deciſiones firmatæ ſunt. Vnde ſtylus loquendi Ghemaræ in firmanda deciſione Ràu

Hic

Ràu Hunnà, de quo in Cenſuris pagina 545. — 619. 2. erit Ràu Hunnà Princeps Academiæ Babylonicæ in Sorà, cùm & in Nahardèa poſt mortem Samuelis anno 4010. Chriſti 250. Ràu Iehudà Bar Iechezkèl Academiam rexiſſet, quæ maior Sorana ratione antiquitatis exiſtimabatur; & ipſe doctior Sorano Rectore extitiſſet, ſed quia Ràu Hunnà propinquus erat Regno Principi captiuitatis, ideò præualere cæpit Academia Sorana ſupra Nahardeanam. Poſt Ràu Hunnæ deceſſum, anno 4050. Chriſti 290. ſucceſſit in Rectoratu Academiæ Soranæ רב חסדא Ràu Chaſdà, cùm Academiam rexiſſet *Ràu Hunnà* annis 40 *Harrauàd*, & alij. Scribit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 34. b. quòd Ràu Hunnà היה קטן הגוף *fuerat paruus corpore*; & quòd ſcripſerat ſeptuaginta libros Legis, & vnus ex illis inuentus eſt פסול *Paſsùl illegitimus*, quia illius latitudo fuerat æqualis longitudini. Fuitque omnium primus, qui in Babel Academiam rexerit cum nomine ראש ישיבה *Roſc Ieſciuà Principis Academiæ*: nam antea Princeps captiuitatis, vtrumque titulum ſibi arrogauerat.

רב הושעיא RA'V HOSCIAAIA', Sutor calceorum pro meretricibus, cap. 1. de *Kidduſcìn*. Non videtur eſſe רבי אושעיא diſcipulus Rabbènu Hakkadòſc, quem *Harrauàd* in fine Tanaitarum facit Auctorem *Baraijthòth*, quia iſte ſcribitur per א, cũ alius ſcribatur per ה, quamuis *Iuchaſsìn* parum referre id putet, pag. 84. Hic autem noſter Ràu הושעיא *Hoſciaaià* addictus erat ſtudio Cabalæ, & exercitatus in libro יצירה *Ietzirà*, vbi de rerum formatione, per artem magi-

Hìc igitur notandum eſt: Nomine Regis venire etiam Principes, & Rectores Academiarum, vt ex Cod. *Berachòth* notat Auctor libri *Iuchaſsìn* pag. 73. b. his verbis ואחר רב יוסף מלך אביי ואחר אביי מלך רבא וכל שהיה ראש ישיבה נקרא מלך שהיה שופט: *Et poſt Ràu Ioſeph regnauit Auijè; & poſt Auijè regnauit Rauà. Omnis enim, qui eſt Princeps Academiæ vocatur Rex, quia eſt Iudex.*

Cæterùm *Harrauàd* ætate ſexta Amorraitarũ ſub Ràu Aſcè meminit Ràu Dimi, quem Rectorem facit Academiæ Pumbeditanæ tribus annis ab an. 4140. vſque ad annum 4143. quo anno obijt, Chriſti ſcilicet anno 383. ſed hic planè eſt alius à ſuperiore.

ה

רב הונא RA'V HVNNA'. Quamplurimos Ràu Hunnà numerat Auctor libri *Iuchaſsìn* pag. 89. & primo loco ponit *Ràu Hunnà* ראש גלות בבבל *Principem captiuitatis in Babylonia*, de Domo Dauid Regia ſtirpe, ex poſteris יהויכין *Iehoiachìn* Regis ex latere patris. Viuebat tunc temporis in terra Iſraëlis Rabbènu Hakkadòſc, qui & ipſe ex latere materno coniunctus erat Regię proſapiæ Regum de Domo Dauid, de quo vide in *Bereſcìth Rabbà*, *Paraſcià* 33. ויזכור אלהים את נח pag. 36. col. 3. in ipſo principio editionis Amſtelodamenſis. Mortuus autem eſt Ràu Hunnà adhuc viuente Rabbènu Hakkadòſc, & ſepultus eſt in terra Iſraëlis. *Iuchaſsìn* loco citato. Itaque non potuit hic Princeps captiuitatis eſſe poſt Ràu, & Samuel, quia iſti poſt Rabbènu Hakkadòſc mortui ſunt, etiam ex ſententia *R. Dauid Ganz* in principio quinti millenarij. Igitur . .

re vocabantur *Ràu* iuxta tritum priſcorum effatum כל רב ומר מכבל וכל רבי מארץ ישראל. *Harrauàd* inter quamplures diſcipulos Ràu Hunnæ connumerat R. Zirà, & ſocium eius *Ràu Hammenunà* ætate ſecunda Amorraitarum. Viuebat igitur R. Zirà cum ſuo ſocio ſub magiſterio R. Hunnæ in Babylonia; poſt cuius mortem, nempè poſt annum 60. quinti millenarij, Chriſti 300. credibile eſt, eum terram Iſraëlis repetijſſe, vbi & humanos artus reliquit: obijt enim Tiberiade ſecundùm quod teſtatur *Iuchaſsin* pag. 90. qui addit, quòd fuerit cognominatus קטינא *Kattinà*, quaſi diceres זעירא *paruus*. abſorpta enim litera ע fit זירא *Zirà*. De eo vide in Cenſuris pag. 364. 2. — 371. 2. — 429. — 481. 2. — 496. 2. — 567. 2. — 589. columna 2.

רב זוטרא בר טוביה RA'V ZVTRA' BAR TOVIIA'H. Eius meminit *Iuchaſsin* pag. 90. b. eique ætatem R. Iudæ aſſignat. Hic R. Iudas fuit Præſes in Nahardeâ poſt mortem Samuelis anno mundi 4010. Chriſti 250. vnde circa hunc annum adhuc ſuperſtes erat præſens Ràu. De eo in Cenſuris pagina 431. 2. — 621.

ר' זכריה בן אבקולם R. ZACHARIAS BEN AVKVLAS. *Iuchaſsin* pag. 90. b. ſuſpicatur quòd ſit Tanaita, quamuis inter Amorraitas eum reponat. Habetur in Cenſuris pagina 492.

ר' זריקא R. ZERIKA'. Eum ſynchronum R. אבהו *Abbàu* fuiſſe dicit *Iu*-gicam, agitur, qui vnà cum ſocio ſuo רב חנינא *Ràu Chaninà* vitulam triennem efformarunt, Cod. *Sanhedrin* pag. 65. b. vbi per literam Aleph ſcribitur in Ghemarà, & per literam He in *Iuchaſsin* pag. 90. b. Vide ſuprà pag. 589. columna 2. Itaque non erit inconueniens ſi dicatur: Hunc *Ràu Hoſciaaià* eſſe illum, de quo in eodem Cod. *Sanhedrin* cap. *Echàd Dinè* pagina 38. lin. vltima dicitur רב אושעיא משמיה דרב *Ràu Oſciaaià Miniſter Ràu*, vbi & per Aleph ſcribitur, de quo videndus eſt ſuprà in hac Par. III. pag. 580. col. 1. Ràu autem deſcendit in Babel anno mundi 979. Chriſti 219. quo tempore viuebat præſens *Amorrà*. Vide etiam pag. 431. 2.

רב המנונא RA'V HAMMENVNA'. Scribit *Iuchaſsin* pag 90. b. fuiſſe ſocium R. זירא *Zirà*. Ætatem illius vide infrà in R. *Zirà*. In Cenſuris fit mentio pag. 399 2. — 418. — & 511. 2. — 619. 2. — 654. 2.

ז

מר זוטרא MAR ZVTRA'. זוטא *Zuttà paruus* floruit tempore Ràu Aſcè, qui ab anno 4127. vſque ad annum 4187. Chriſti 427. præfuit Scholæ Soranæ; hic autem noſter Mar Zutrà præfuit Scholæ Pumbeditanæ anno 4162. vſque ad annum 4170. Chriſti 410. *R. Dauid Ganz* ad hunc eundem annum. Vide in Cenſ. pag. 609.

רב זירא RA'V ZIRA'. naſcitur in Babylonia, & nutritur in terra Iſraëlis, vbi ordinatus eſt Magiſter Rabbì, ſic enim vocabatur ibidem: nam Rabbì terræ Iſraëlis in Babel patrio mo-

bis R. Chijà, vel Oſciaaià. Pater R. Chijà fuit אבא סלא Abbà Selà, & ideò vocatus eſt breuiter R. Chijà Bar Abbà. Abbà Selà quinque filios habuit, omnes in Iudaiſmo illuſtres. Horum primus fuit איבו *Ibò* pater רב *Ràu*; ſecundus חנא *Channà* pater *Rabbà Bar Bar Channà*; tertius שילא *Scilà* pater רבא *Rauà*; quartus מרתא *Marthà* mater R. *Iſaaci Bar Martha*. Nota circa *Martham matrem &c.* eundem *Iuchaſsin* non ſibi eſſe conſtantem: nam pagina 105. circa principium de מרתא loquens, dicit: ולא נודע אם מרתא איש או אשה *Neſcio; an Martha ſit* (nomen) *viri, vel mulieris*. Hunc redarguit R. Samuel Sciullàm in ſua animaduerſione אם היה אשה לא היה מוכירו התלמוד בסנהדרין קודם ר׳ חייא: *Si* (Martha) *fuiſſet mulier* (inquit) *non eius meminiſſet Talmud in Cod. Sanhedrin ante R. Chijà*. Sed & hæc animaduerſio nihil concludit, quia procedit per argumentum negatiuum. Nominatur autem Martha mater Iſaaci (vt hic dicitur) ante R. Chijà, quia filij omnes Abbà Selà per ordinem recenſentur ſecundùm prioritatem temporis; & quia Martha tempore præceſſit ipſũ R. Chijà, ideò prior eo nominatur. Qua propter dicendum eſt, quòd Martha ſit mulier, & non vir, vti putat ש״ש *Sciamuèl Sciullàm*. Et quintus חייא הגדול *Chijà*, qui & *Magnus* nuncupatus eſt, ex Cod. *Sanhedrin*. Hinc patet, quòd omnes iſti fuerint Babylonici, licèt terram Iſraëlis ſtudij gratia aliquando petierint. Tandem hic noſter R. Chijà à *R. Dauid Ganz* ad annum 3979. Chr. 219. reijcitur. De eo in Cenſuris pagina 368. 2. — 389. 2. — 406. — 411. — 418. — 430. 2. — 521. 2.

Iuchaſsin pag. 91. Vide in Cenſuris pagina 507. 2.

ח

רבי חייא RABBI CHIIA,

ipſe eſt R. Chijà רבה *Rabbà* magnus בר *Bar* filius Rabbì, non quòd fuerit filius illius naturalis, ſed quòd fuerit excellens illo æuo, vt meruerit hoc modo appellari, qui vnà ſimul cum הושעיה *Hoſciaaià Rabbà* compoſuerunt תוספתא *Toſaphthà*, vti ſcribit *Rambàm* in Præfatione ad *Sèder Zeraìm*, *Iuchaſsin* pag. 91. *Don Iſaac Abrauanèl* in Præfatione ad *Nachalàth Auòth*. Auctor libri כריתות *Cherethòth* lib. 4. At in libro *Halichòth Olàm* dicitur *Toſaphthà* eſſe *R. Nachmià*. Et *Harrauàd* in libro Cabalæ in fine Tanaitarũ ſcribit בר קפרא כתב התוספתא ורבי חייא ורבי אושעיא ברי ור׳ שמעון בר׳ כתבו הברייתות והמכילתות: *Bar Kaphrà ſcripſit Toſaphtà; & R. Chijà, & R. Oſciaaià Ben Rabbì; & R. Scimon Ben Rabbi ſcripſerunt Baraijthòth, & Mechiltòth*. Explicationes in *Miſcnaijòth*. Vnde quia diſcipulus fuit Rabbènu Hakkadòſc, & extra illius Scholam ſcripſerat ſuper *Miſcnà*, dicitur de eo cap. המפלת *Hammaphèleth*, ſic referente *Iuchaſsin* pag. 91. quòd partim fuerit תנא *Thanà Thanaita*, & partim אמורא *Amorrà Amorraita*. De quo cap. 1. Cod. *Sciabbàth* dicitur והתניא אפר והתניא עפר *Et eſt traditio Ephèr cineris, & eſt traditio Aphàr pulueris*. [R. Salom. *Vna* תנייה *Thanià traditio eſt R. Chijà; & alia Thanià eſt R.* אושעיא *Oſciaaià*.] Et addit Auctor *Iuchaſsin* pagina 84. ומי נראה כי כל תניא שבתלמוד היא מדברי אחד מאלו השנים: *Hinc videre eſt, quòd omnis Tanià traditio, quæ eſt in Talmùd, ex verbis vnius iſtorum duorum eſt* (id eſt compilata ex ver-

num 4132. Chriſti 372. Vide pagina 426.

רב חמא בר גוריא RA'V CHAMA' BAR GVRIA'. Vide pagina 375. 2. — 545.

ר' חמא בר חנינא R. CHAMA' BAR CHANINA'. Frequenter in Cenſuris pag. 452. — 481. — 513. 531. 553. — 586. — 587. — 589. 2. 2. — 2. —

רב חנא בר ביזנא RA'V CHANA' BAR BIZNA'. Huius meminit *Iuchaſsin* pagina 92. b. Vide in Cenſuris pag. 437.

רב חנילאי RA'V CHANILA'I. *Iuchaſsin* pag. 93. vocat eum בר אידי *Bar filium Edè*, fratrem R. Iacobi Bar Edè, & dicit vixiſſe tempore R. Iochananis. Vide pag. 464. 2.

רב חנינא RA'V CHANINA'. Quamplurimi ſunt ex Amorraitis, qui vocantur hoc nomine: quòd ſi illorum patrem ignorauerimus, & eos quoque ignorabimus. Inter cenſuras in his locis abſolutè Ràu Chaninam inuenies citatum pag. 393. 2. — 394. — 460. 2. — 484. — 485. — 530. 2.

ר' חנינא בן גמלא R. CHANINA' BEN GAMLA'. Vide pagina 584.

רבי חנינא בן רבי יהושע R. CHANINA' BEN R. IEHOSCIVA'. Vide pag. 611.

רב חייא בר אשי RA'V CHIIA' BAR ASCE', non illius *Aſcè* compilatoris Talmudis Babylonici, qui anno mundi 4127. Chriſti 367. Academiam Soranam regebat, ſed alterius antiquioris, qui vt dicitur in *Iuchaſsin* pag. 84. & pagina 91. b. fuit diſcipulus רב *Ràu*, & *Samuelis* fundatorum Academiarum in Babel, qui tertio Chriſti ſeculo viuebant. Ràu autem Aſcè iunior, vno ſeculo & ampliùs poſterior priore fuit.

De hoc Ràu Chijà Bar Aſcè iactant in fine Cod. *Kidduſcin*, vt ardorem concupiſcentiæ extingueret, ingreſſum fuiſſe in caminum ignis (non ardentis) ſed fumigantis. Fit de eo mentio in Cenſuris pag. 481. 2. — 507. 2. — 509. 2.

ר' חייא בר גמרא R. CHIIA' BAR GAMRA'. De eo pag. 481.

ר' חייא בר יוסף R. CHIIA' BAR IOSEPH. Fuit ætate R. Iochanàn, & Samuelis circa annum Domini 230. *Iuchaſsin* pag. 91. b. *R. Dauid Ganz* ad annum 3990. Vide pag. 478.

ר' חלבו R. CHALBO'. Fuit diſcipulus Ràu Hunnà circa annum Domini 250. *Iuchaſsin* pag. 92. Vide pag. 433. 2.

חמנונא CHAMENVNA'. Vide pag. 606. 2.

רב חמא RA'V CHAMA'. Fuit Rector Nahardeæ Academiæ tempore Ràu Papà, eamque rexit annis 15. ab anno 4117. Chriſti 357. vſque ad an-

in *Teſciuuàth Ràu Scerirà*, vbi eundem errorem inuenies. Quomodo potuit Ràu Iehudà diſcipulus Samuelis, vt ibidem dicitur, poſt ipſius mortem anno 4010. Chriſti 250. conſtitui Præſes Academiæ Pumbeditanę, ſi Academia hæc Pumbeditana nondum erat fundata, neque in rerum natura extabat? Longè poſt erecta eſt, nimirùm anno 4056. Chriſti 296. vt ſuprà in eius titulo dictum eſt.

De hoc *Ràu Iehudà* frequenter fit mentio in Cenſuris, vide pag. 367. 2. — 382. — 392. — 394. 2. — 401. 2. — 405. — 407. — 408. — 414. 2. — 418. — 498. 2. — 500. — 575. — 580. — 587. — 602. — 630.

ר׳ יהודה בר בזנא R. IEHVDA'H BAR BIZNA'. Vide pagina 529.

ר׳ יהודה בן גדידים R. IEHVDA'H BEN GHEDIDI'M. Vide pag. 487.

ר׳ יהודה בן גרים R. IEHVDA'H BEN GHERI'M, ita appellatus, quia tam pater quàm mater ipſius fuerunt גרים *Gherìm Proſelyti*. Fuit diſcipulus R. Simeonis Ben Iochài. Fuit admodum ſapiens, & ad eum R. Simeon miſit filium ſuum, vt ei benediceret: ſed poſtquam è ſpelunca, vbi per plures annos latuerat vnà cum filio, oculos ſuos in hunc Rabbinũ ambo iniecerunt, ונעשה גל של עצמות *& factus eſt cumulus oſſium*, de quo ſuprà. In Talmude Ieroſolymitano Cod. *Berachòth* vocatur ר׳ יודן *R. Iodàn*. Vide inter Cenſuras pagina 377. col. 2.

ר׳ חנינא בר פאפא RA'V CHANINA' BAR PAPA'. Vide pagina 511. 2. — 516. 2. — 612. 2.

רב חנן בר רבא RA'V CHANA'N BAR RAVA'. Vide pagina 552. 2. — 490. 2.

רב חננא RA'V CHANANA'. Vide pag. 454.

רב חסדא RA'V CHASDA'. Rector Academiæ Soranæ; De eo vide ſuprà in Academia Pumbeditana. Vide & inter cenſuras pagina 371. 2. — 372. 2. — 374. — 441. — 511. 2. — 555. 2. — 613. — 618. 2.

י

רב יהודה RA'V IEHVDA'H. Nomen eſt inſignis Rectoris, & Principis Academiæ Nahardeæ. Meminit *Harrauàd* in libro Cabalæ ætate ſecunda *Amorraim*, quem vocat *Ràu Iehudà Bar Iechezkèl*, vbi ſic חרור חסני -

רב יהודה ורב הונא אחרי מות שמואל בשנת ד״י היה לראש רב יהודה בר יחזקאל בנהרדעא ורב הונא בסורא ורב יהודה היה גדול מרב הונא בחכמה וכו׳.

Ràu Iehudà, & Ràu Hunnà poſt mortem Samuelis anno 4010. Chr. 250. *fuerunt Principes: Ràu Iehudà Bar Ezechielis in Nahardeà; & Ràu Hunnà in Sorà. Ràu autem Iehudà erat maior in doctrina, quàm eſſet Ràu Hunnà, &c.* Idem habetur in *Iuchaſsìn* pagina 106. Hinc patet error in Chronologia *R. Dauid Ganz*, qui ſeculo ſecundo Ghemaricorum Ràu Iehudam filium Ezechielis conſtituit Præſidem in Academia Pumbeditana. Vide *Iuchaſsìn* pagina 116.

addūnt fuiſſe תלמיד חבר *Talmid chauèr* *diſcipulum*, *ſocium*, *collegam*. Et quænam eſt differentia inter diſcipulum abſolutè, & diſcipulum collegam? Quòd diſcipulus, ſocius, ſiuè collega erat vocatus in partem miniſterij cum Rectore Academiæ, idque ex ipſa loquela cognoſcebatur: nam quando alloquebatur ſuum Magiſtrum, ſiuè Rectorem Academiæ, non eum vocabat Magiſtrum, aut Dominum, ſicut faciebat diſcipulus abſolutè, & ordinarius, ſed cum eo, vt ſolet ſocius cum ſocio ſuo in ſecunda perſona loqui, loquebatur. Huius rei exemplum habemus in cap. תפלת השחר *Thephillàth haſciàchar*, vbi quidam diſcipulus ſocius dicit ipſi *Ràu* מי כרילת? & non dixit מי כריל מר? vt alicubi notauimus.

Cæterùm huius Iudæ mentio habetur in Cenſuris pag. 578.

יהודה בן לקיש IEHVDA' BEN LAKI'SC inquit *Iuchaſsìn* eſt תנא דברייתא *Tana de Baraijthà*, hoc eſt vnus ex Doctoribus Tanaitis, qui fuerunt tempore Rabbènu Hakkadòſc, & explanauerunt *Miſcnaijòth* extra Academiam Rabbì in terra Iſraëlis; & tamen idem Auctor *Iuchaſsìn* inter Amorraitas illum reponit: quod ſignum eſt, etiam illos, qui adhuc viuente Rabbì, extra tamen illius Academiam docebant *Miſcnaijòth*, Amorraitas vocari poſſe, licèt eaſdem extra Babel docuiſſent. Vide pag. 433.

ר' יהודה אח רב סלא R. IEHVDA'H FRATER RA'V SELA'. Vide pag. 426.

יהודה בריה דר' חייא IEHVDA'H BERE' DE R. CHIIA'. Habuit fratrem nomine Ezechiam, qui ambo ex eadem gutta in duas partes diuiſa (vt loquuntur Talmudiſtæ) geniti ſunt gemini; ſed Iudas tribus menſibus anticipauit exitum ſuum, ſemeſtris enim partus extitit: quod ægrè admitterent Medici. Ita refert *Iuchaſsìn* pagina 93. b. Sed ibi apparet manifeſtus error, quia dicitur ויהודה יצא ג' חרשים קודם חזקיה *Et Iudas exijt tribus menſibus priùs quàm* (exijſſet) *Ezechias*. Et ſuprà ad pag. 91. loquens de eodem Ezechia ait: וחזקיה נגמרה צורתו שלשה חדשים קודם ויצא שלשה חדשים לפני יהודה: *Et Ezechias tribus menſibus priùs perfectus eſt, & tribus menſibus, antequam exiret Iudas, exijt ipſe*. Si iam priùs egreſſus erat Iudas, quomodo Ezechias modò prior ipſo Iuda egreditur? Sed nihil mirandum, quia iſta, fabulę ſunt Talmudiſtarum, & indoctarum fabularum fundamenta mendacia eſſe ſolent. Dicitur ibidem, duas ſorores gemellas habuiſſe; & quòd illorum mater nomine *Iehudìth* poculum ſterilitatis ſumpſerit, ne conciperet ampliùs, vt à doloribus partus eximeretur: quod prolixè narratur in fine cap. 6. Cod. *Ieuamòth*. Et capite השוכר dicitur, quòd *R. Chijà* iſtorum pater cum duobus ſuis filijs prępondeararet Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo Patriarchis; item quòd primùm didicerit Legē in Babel, poſtea ſenex effectus aſcenderit in terrā Iſraëlis, ibiq; audiuerit Rabbènu Hakkadòſc. In cap. 1. Cod. *Kidduſcin*, & in *Toſaphòth* in fine Cod. *Ghittin* dicitur: quòd R. Scimòn fil. Rabbì fuerit Magiſter R. Chijà. Et capite *Col Haijàd* explicat Raſci, id eſt R. Chijà diſcipuli Rabbì. Et *Toſaphòth*

nis audierat. Et quartus fuit Ezechias filius R. Chijà cap. עושין פסין , & אלו קשרים. Præter hos quatuor principaliores Magiſtros, habuit & alios minùs præcipuos, nempè R. בנאה *Banàh*, Cod. בבא בתרא. Et R. Scimòn Ben Iehotzedèk Cod. *Sanhedrìn*, & הר'אש *Harròſc* capite מי שמת, ſcribit, quòd בר קפרא *Bar Kaphrà* etiam fuerat eius Rabbinus. Et *Rambàm* cap. 1. גיטין addit ei R. Iehoſciua Ben Leuì.

Vocatur aliquando בר נפחא *Bar Naphchà*, hoc eſt *filius fabri ferrarij*. At *Iuchaſsin* ait pag. 96. hoc nomine ita appellari, vel à pulchritudine, vel à cœcitate, videre enim non poterat pilis palpebrarum illius viſum impedientibus. Et nihilominus mira iactant de illius pulchritudine, & aſpectus venuſtate. Vnde dicunt, quòd ſedere ſolebat iuxta oſtium balneorum, vt quando mulieres abluendi gratia iuxta Legem menſtruatę intrarent eis preſto eſſet poſt benedictionem reſpondere; *Amen*. Cuius pulchritudinem intuentes mulieres, eamque, dum maritali lecto vterentur, recolentes, filios maſculos, & formoſos, vti erat deformis iſte Rabbinus, conciperent. Quod quidem damnauimus ſuprà pag. 549. & 550. vbi plura de obſcœnitatibus huius Rabbini referuntur, quē & oculos malignos habuiſſe dicunt, ita vt quos toruo oculo aſpiciebat, in cumulum oſſium verteret, vti notauimus ſuprà pag. 446. col. 1. Et ad hoc fortaſſis factum eſt illud, quod prodigiosè de hoc Rabbino ſcribunt Talmudiſtæ cum R. Salomone Cod. *T'aanìth* pag. 9. eum habuiſſe palpebras oculorum adeò deformes, vt oculos eius operirent, pilis illarum deſcendentibus vſque

ר' יהודה בן שמוע R. IEHUDA'H BEN SCIAMUA'.

Vide pagina 447. col. 2.

ר' יהושע בן לוי R. IEHOSCIU'A BEN LEVI'.

De eo egi ſuprà inter *Tanaìm* pag. 280. licèt R. Salomon, & R. Dauid Ganz inter Amorraitas connumerent, attamen, vt ibidem notaui, alij inter Tanaitas eum reponunt, ideò de eo egi loco citato, ex quo huius Rabbini notitia eſt habenda: In Cenſuris eius frequens fit mentio, præſertim pag. 385. 2. — 386. 2. — 387. — 434. 2. — 451. 2. — 465. — 522. — 524. 2. — 547.

ר' יוחנן בן אליעזר R. IOCHANA'N BEN ELIE'ZER

cap. מי שמת de ſemine Ioſephi Patriarchę oriundus; fuit pulcherrimus, ſed non habuit הדרת פנים *decorem faciei*, id eſt *barbam*, vt legitur cap. השוכר את הפועלים. Naſcitur in terra Iſraèlis circa annum mundi 3944. Chriſti 184. factus eſt Rector Academiæ ibidem circa annum 3959 *Chriſti* 199. eamque rexit 80. annis, vti Ioſeph in Ægypto, Principatum exercuerat vſque ad annum 4039. Chriſti 279. quo anno vitam cum morte commutauit, vt ſtatim probabimus. Habuit quatuor pręcipuos Magiſtros, à quibus Legem oralem recepit; Rabbènu Hakkadòſc fuit primus, capite אלו טרפות, eique inſeruiebat in Lyceo ſtando, cùm eidem Ràu inſeruiret in Academia ſedendo. *Secundus* fuit R. Iannài, quem רבינו *Magiſtrum noſtrum* vocat, cap. האשה, & cap. מי שמת. Tertius R. Oſciaaià Rabbà, cap. בני העיר cuius lectiones vndecim an-

Quo autem anno hunc inceperit laborem, & colophonem huic operi impoſuerit, definiri de facili non poteſt. Elias Leuites Germanus in ſuo *Meturghemàn* ait, id factum eſſe anno ferè 300. poſt vaſtatum Templum, id eſt à creatione mundi 4128. Chriſti 368. Idem ſentit Galatinus lib. 1. de Arc. relig. Chriſtianæ cap. 5. & Sixtus Senenſis Biblioth. ſan. lib. 2. pag. mihi 125. colum. 1. הרא'ב'ד *Harrauàd* in libro Cabalæ, ætate prima Amorraitarum propè finem ait: compoſitam fuiſſe Ghemaram Ieroſolymitanam בקרוב מטאתים שנה אחר החרבן *circa annum ducenteſimum à deſolatione Templi*, à creatione mundi 4028. Chriſti 268. *Ghedalià Aben Iachijà* Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 34. verſus finem, affirmat eandem Ghemaram compoſitam fuiſſe anno m. 4000. qui dicit: שהיה כמו מתאים שנים לחרבן *eſſe annos circiter ducenteſimos à vaſtatione Templi*, cùm reuera ſint tantùm anni 172. nam ſecunda Domus euerſa eſt ſecundum omnium Doctorum Hebræorum ſententiam anno mundi 3828: Poſtellus de Concord. Orbis p. 24. aſſerit hanc Talmudis Ieroſolymitani compoſitionem factam eſſe anno à Chriſto paſſo plùs minùs 300. Igitur ab eius Natiuitate 333. Sethus Caluiſius anno ab eodem 369. Buxtorf. in Tiberiade capite 6. anno 406. circiter: nam ait, Talmud Babylonicum 100. aut paulò plùs annorum poſt Ieroſolymitanum compliatum fuiſſe. Calendarium Iudæorum, cuius exemplar exhibuimus ad annum mundi 5435. Chriſti 1674. & inuenies Parte II. pag. 552. firmat eundem annum 5435. eſſe annum 1196. ab obſignatione Ghemaræ Ieroſolymitanæ-

que ad inferiores genas, nec videre valebat, niſi inſtrumento aliquo ab oculis amouerentur ſetæ iſtæ Rabbinicæ. Denique eius animi, & corporis dotes videndæ ſunt pagina 445. Volunt nonnulli eum fuiſſe Sacerdotem, ſed hoc non admittitur ab Auctore libri *Iuchaſin* pag. 94. b.

Decem filiorum parens fuit, quorum nouem, patre adhuc viuente, naturali morte ſublati, decimus in ahenæum caldarium feruentis aquæ plenum caſu delapſus, elixatur, ita vt nihil, niſi oſſa extrahi inde potuerint, ex quibus ſibi reſeruauit digitum minimum eoque conſolatus fuerit lugentes. Sunt aliqui, qui dicunt, alium filium ei ſuperſtitem habuiſſe, quem illicò in Babyloniam miſerit, vt ſtudio Legis vacaret. Hæc ex notulis Samuelis Sciullàm in *Iuchaſsin* pag. 94. b.

Scripſit autem hic R. Iochanàn גמרא ירושלמית *Ghemarà Ieruſcialimith Talmudem Ieroſolymitanum*. Quid autem ſit *Ghemarà* vide ſuprà pag. 349. de qua ſufficiat tantùm in hoc loco ſcire, quòd ſit Commentarium ſuper Codices Miſcnicos ex diuerſis Rabbinorũ ſententijs compilatum. Et quia hoc factum fuit in terra Iſraëlis, & præſertim pro ijs, qui eam terram incolebant, dialecto Ieroſolymitana; ideò à vulgo Talmud Ieroſolymitanum appellatum eſt. Non tamen ſuper omnes Codices Miſcnicos huiuſmodi Commentarium reperitur, ſed tantùm ſuper nonnullos; cur autem non in omnes, videndum eſt ſuprà pag. 351. Et quinam ſint illi Codices Miſcnici, qui carent Ghemarà Ieroſolymitana, requirendum eſt ad paginam 353. huius Partis III.

Chaninà non ſuſcepit Rectoratum Academiæ, niſi poſt mortem Rabbènu Hakkadòſc, שכן צוה רבינו הקדוש *quia ſic præceperat Rabbènu Hakkadòſc*. Ita *Harrauàd* in fine *Tanaim* ſui libri Cabalæ. Igitur dicendum eſt, mendum eſſe in computo Chronologico *R. Dauid Ganz*, ſicut & in anno 980. quarti millenarij, quem circum deſignat pro initio Rectoratus eiuſdem R. Chaninæ, videlicet 26. anno poſt mortem Rabbènu Hakkadòſc. Itaque firmandum R. Chaninà quinque tantùm annos vixiſſe poſt mortem Rabbènu Hakkadòſc, per quod temporis ſpatium gubernaſſe Academiam; ſublatis enim quinque annis ab anno 3959. remanent anni 3954. quo anno mortuus eſt Rabbènu Hakkadòſc, & R. Iochanàn decem tantùm ætatis annos tunc temporis habuiſſe, dicendum eſt. Itaque R. Iochanàn naſcitur anno mun. 3944. Chriſti 184. quod ita probatur: A natiuitate R. Iochanàn ad mortem Rabbì anni 10. à morte Rabbì ad initium Rectoratus eiuſdem R. Iochanàn anni 5. à principio Rectoratus eiuſdem ad finem, & mortem ipſius anni 80 ſimul iuncti conſtituunt numerum 95. annorum vitæ R. Iochananis, quibus additi anni 3944. natiuitatis ipſius efficiunt ſummam annorum 4039. quo anno ſecundùm communem ſententiam Iudæorum mortuus eſt R. Iochanàn. Hoc modo ſtabilita vitæ periodo R. Iochananis, facilè erit coniectare, quo anno cæptum ſit huiuſmodi opus Talmudis Ieroſolymitani. Cùm enim ex ſuprà firmato calculo eliciatur, R. Iochananem regere Academiam cæpiſſe anno decimo quinto ſuæ ætatis, quod mirum non

tanæ, vnde deducitur obſignatam fuiſſe huiuſmodi Ghemaram anno mundi 4239. Chr. 479. Hæc itaque ſententia annualis Calendarij Iudaici enormiùs, quàm vlla ſupradictarum aliqua, aberrare deprehenditur. Ego quidem inter tot ſententiarum diſcrimina conſtitutus, vt aliquid magis probabile congrua ratiocinatione proferre valeam, vitæ ſpatium huius Rabbini inueſtigandum eſſe exiſtimaui, quod tali via aggredior. Et primò pro re certa ſuppono, quòd mihi ſine vlla controuerſia ab omnibus conceditur, R. Iochananem obijſſe anno 4039. Chriſti 279. Ita *Harrauàd* lib. Cab. ætate ſecunda Amorraitarum. *Scialſcèleth hakkab.* pag. 34. & *R. Dauid Ganz* ad annum 39. quinti millenarij. Secundò, eundem rexiſſe Academiam in terra Iſraëlis annis 80. Iidem, & *Iuchaſsìn* pag. 94. b. Itaque his firmatis retrocedendo, & ſurſum aſcendendo inueniemus, eum cæpiſſe regere Academiam anno 3959. Chriſti 199. poſt mortem *R.* חנינא *Chaninà*, qui eandem Academiam rexerat annis decem ſecundùm *R. Dauid Ganz* ad annum 980. quarti millenarij. Sed hoc verum eſſe non poteſt, quia R. Chaninà Rectoratum Academiæ accepiſſet quinque annis ante mortem Rabbènu Hakkadòſc, quod patet: nam Rabbènu Hakkadòſc obijt anno 3954. Chriſti 194. vt ſuprà probatum eſt pag. 81. col. 1. Et R. Chaninà moritur anno 3959. quo anno R. Iochanàn Rector Academiæ creatus eſt. Subducendo autem ab annis 3959. annos 10. inueniemus initium Rectoratus R. Chaninæ incidiſſe in annum 3949. quinque annis ante mortem Rabbènu Hakkadòſc. At R.

R. David Ganz, aut ab alijs in ſuis Chronologijs. De noſtris tamen calculis meliùs, & veriùs explicatur Hiſtoria Chronologica Hebræorum, & rectiùs concordare deprehenditur cum Hiſtoria noſtrorum Chronologorum; nec incommoda illa, quæ in quibuſdam noſtris Auctoribus ex Anachroniſmis apparent, notari poſſunt in computis à me exhibitis. Vti exorbitans eſt error Galatini l. 1. de Arcan. relig. c. 5. & Sixti Senen. l. 2. Bibl. Sanctæ, Verbo *Traditiones Seniorum*, & aliorum illuſtrium virorum a Galatino deceptorum, aſſerentium *R. Iochananem aſſumptis ſibi Collegis Ràu, & Samuele: ipſum Miſcna, & quæcunque alia ſcripta habere potuit in vnũ colligendo, Talmudem Ieroſolymitanum confeciſſe*: nam Ràu, & Samuel non fuerunt Collegæ R. Iochananis, quia licèt fuerint tempore Rabbènu Hakkadòſc, & paulò ante ipſius mortem deſcenderint in Babel, attamen iſti erant viri prouectæ ætatis, & R. Iochanàn adoleſcens, ſeù potiùs puer, cùm decimum ætatis annum non attigiſſet. Non loquor de anno, quo prædicti deſcenderint in Babel, quem communiter aſſerunt Hiſtorici eum fuiſſe 3979. Chriſti 219. Qui quidem maximus error eſt, cùm iam pridem obijſſet Rabbènu Hakkadòſc, nempè anno 3954. Chr. 194. vti probauimus ſuprà. Sed nos ſequentes Hiſtoriam Iudaicam, & ſecundum illorum Chronologiam loquentes id, quod ipſos ratum habere dignoſcimus, in Rabbinorum vitis referimus: quòd ſi ex ipſorum hypotheſibus quamplurimi Anachroniſmi enaſcantur, huic incommodo ipſi prouideant.

Interim obiter notamus, alium craſſum errorem ipſius Sixti Senenſis loco nu- non eſt, quandoquidem Ràu Aſcè annos natus quatuordecim in celeberrima Sorana Academia Babylonica conſtitutus fuerit Rector ſecundùm communem conſenſum omnium Chronologicorum, vti diximus Par. I pag. 484. quæ tot, tantiſque viris doctis, & canitie venerandis abundabat. In terra Iſraëlis, in qua non magna ſeges virorum doctorum extabat, quantò magis prouidenda erat Academia de iuuene docto, ingenio perſpicaci, & magnæ expectationis viro futuro? Credendum igitur eſt, in ipſo primo ſui regiminis ingreſſu cogitaſſe de Commentario componendo ſuper *Miſcnaijòth*, ſecundùm explanationem, & traditionem, quam oretenus receperat à ſuis ſuprà narratis Magiſtris, & præcipuè à Rabbènu Hakkadòſc, ſed in iuuenili ætate ſuperſediſſe, laboremque ſuũ incæpiſſe cùm prouectior, ac ſapientior factus erat circa ann. 30. ætatis ſuæ, qui inciderat anno mundi 3974. Chriſti 214. eumq; abſoluiſſe ferè cum clauſula vitæ, hoc eſt anno 4039. Chr. 279. Hinc itaque apparent, quàm exorbitantes ſint ſententiæ ſuprà citatorum Auctorum, de anno, quo Talmud Ieroſolymitanum cæptum ſit, aut abſolutum.

Quamuis enim ego exiſtimem omnes Iudæorum Chronologias falſiſſimas eſſe, cùm non reſpondeant quibuſdam principijs ab ipſis perpetuò ſtabilitis, quod in annis vitæ Rabbènu Hakkadòſc manifeſtè apparet, vt inde nos coacti fuerimus recedere à calculo illorum, aliamque periodum vitæ Rabbì conſtituere fundatã ſuper ijſdem axiomatibus Rabbinorum; vnde factum eſt, quòd non recurrant ſemper anni conſtituti à

ſit proſcripta à Conſtitutionibus Summorum Pontificum? Reſp. Affirmatiuè, quia Talmud Hebræorum prohibetur in Indice librorum prohibitorum, ſed ſub nomine Talmud venit etiam Talmud Ieroſolymitanum. Ergo. Pro Talmude non intelligo Textũ Miſcnæ, ſed illius Antiquorum Comment. quæ Ghemaram appellant. Quæ generalitas vtriuſq; Talmudis Ieroſolymitani, & Babylonici declaratur in Conſtit. Clementis PP. VIII. ſub Dat. Romæ apud S. Petrũ an. 1592. promulgata contra impia ſcripta, & libros Hebræorum, vbi ſpecialiter, & expreſsè ſtatuit, & vult, vt huiuſmodi impij Talmudici, Cabaliſtici, alijq; nefarij Hebræorum libri omninò damnati, & prohibiti maneant, & cenſeantur. Vide Obſeruationes ad regulam decimam Alexandri Papæ VII. iuſſu additas, quas habes in principio Indicis librorum prohibitorum.

Cæterùm R. Iochanàn prima ætate Amorraitarum floruit, & ætate ſecunda eorundem obijt in terra Iſraëlis. *Harrauàd* Generatione prima, & ſecunda Amorraitarum. Eius diſcipuli fuerunt ר׳אמי ור׳ אסי ור׳ אלעזר בן פדת ור׳ שמואל בר נחמני׃ *R. Amè, R. Aſsè, R. Eleàzar Ben Pedàth, & R. Samuèl Bar Nachmani.* Idem ibidem: In ſenectute היה שותה דברים חמים *calida ſorbebat*, natiuo calore ob ſtudiorum continuum laborem debilitato, vnde dicebat: *Se hocce medio repueraſcere*. *Iuchaſsìn* pagina 95. Loca autem huius Rabbini citata in Cenſ. ſunt pagina 361. 2. — 368. 2. — 388. — 396. — 411. — 423. — 425. — 428. — 445. 2. — 450. — 462. — 471. — 530. 2. — 549 — 573. — 599. — 601. — 602. — 613. — 653. 2.

nuper citato, qui dicit Talmudem Babylonicum conſtructum fuiſſe in Babylone Ægypti, quæ nunc Cayrum dicitur, quod quàm ſit verum, ex hiſtoria hac Talmudica facilè quis aduertere poterit. Talmud autem Ieroſolymitanum, de quo hìc loquimur, licèt in magno pretio nunquam ſit habitum, attamen paſſim citantur dicta, & apophthegmata Rabbinorum, quæ ſparſim in eo continentur, & magnæ ſunt auctoritatis apud Hebræos. Huius Talmudis exemplaria, ob prædictam cauſam paruæ exiſtimationis, rara ſunt, quia raró excuſa. Primò impreſſum fuit Venetijs typis Bombergianis anno non notato. Sed quia Daniel Bombergus circa initium ſuperioris ſeculi Venetijs libros Hebraicos cudere cæpit, prædictum quoque Talmud per idem tempus excuſum fuiſſe dici poteſt. Huius editionis quatuor tantùm exemplaria me vidiſſe Romę memini, vnum in Ampliſſ. Biblioth. Barberinorum apud altam ſemitam; alterum in refertiſſima, & in omni genere librorum ſelectiſſima Biblioth. Eminentiſſ. Card. Caſanatę; tertium in Biblioth. Aracælitana FF. Min. de Obſeru.; & quartum in Seminario S. Pauli apud S. Pancratiũ extra Vrbis mœnia, vbi FF. Carmel. Diſcalceati Theologi in Controuerſijs, & Orientalibus linguis erudiuntur; qui poſtea per varias infidelium regiones Catholicam religionem diſſeminantes, inde copioſos ſuorũ laborum fructus in Dei Eccleſiam referunt. Fuit etiam excuſum Cracouię cum gloſſis marginalibus vnico Volum. in fol. an. m. 369. min. ſup. Chr. 1609.

Fortaſſis quæret non nemo: An huiuſmodi Talmudis Ieroſolymitani lectio

ר' יוחנן בן דהבא R. IOCHANA'N BEN DEHAVA'. Vide pag. 526.

ר' יוחנן בן נרבאי R. IOCHANA'N BEN NARBA'I. Vide pag. 405. 2.

ר' יוחנן בן קרח R. IOCHANA'N BEN KO'RACH. Vide pag. 441. 2.

בר יומיה BAR IOME'. Vide pag.

ר' יונתן R. IONATHA'N. Vide pag. 381. 2.

ר' יונתן בן עוזיאל R. IONATHA'N BEN VZIE'L. Vide pagina 438. 2. — 440. 2.

ר' יוסי R. IOSE'. Vide pagina 418.

ר' יוסי בר חנינא R. IOSE' BAR CHANINA'. Vide pag. 364. 2. — 532. — 550. — 608. 2.

ר' יוסף R. IOSEPH. Vide pagina 407. — 416. 2. — 613.

ר' יוסף בן יוחנן R. IOSEPH BEN IOCHANA'N. Vide pag. 376.

ר' יעקב R. IAACOB. Vide pagina 418. — 467. 2.

ר' יצחק R. ISAAC. Vide pagina 366. 2. — 445. — 452. — 464. — 574. 2.

רבי יצחק בר אבודימי R. ISAAC BAR ABVDIMI'. Vide pag. 583.

ר' יצחק בר נפחא R. ISAAC BAR NAPCHA'. Vide pag. 515. 2. — 621.

ר' יצחק בר שמואל R. ISAAC BAR SCIAMVE'L. Vide pagina 300. 2.

ר' יצחק בר תבלאי R. ISAAC BAR TAVLA'I. Vide pagina 431. 2.

ר' ירמיה R. IEREMIAS abſolutè, eſt ille, qui in Talmude vocatur בעל הבעיות *Baal Habbaijòth Auctor Quæſtionum, ſeù Interrogationum* capite 2. *Kidduſcin*. Hic continuo pudore afficiebat Babylonicos (Doctores) & ad literariam pugnam laceſſebat, eoſque vocabat obtuſos intellectu, & ſtultos Babylonios. Videtur tamen quòd & ipſe fuerit Babylonius, cap. 7. חמריר de *Chetuuòth*. Nupſit Sacerdotiſſæ, quam producebat in Academiam diſputationis gratia, Cod. *Bauà Bathrà* cap. 1. Viuebat tempore R. Hunnà Rectoris Academiæ Soranæ, cuius diſcipulus erat, Cod. *Kidduſcin* cap. 2. circa ann. mundi 4050. quo anno obijt Ràu Hunnà anno videlicet Domini 290. Eius mentio fit in *Iuchaſin* pag. 97: & citatur inter cenſuras pagina 440. 2. — 451. — 459. — 547.

ר' ירמיה בר אבא R. IEREMIAS BAR ABBA', diſcipulus, ſocius, & collega *Rau*, Probatur ex hoc,

cap. *Kodſcè Kodaſcim*. Secundò, tempore Rectoratus R. Iochanàn. Dubitatur, an fuerit Sacerdos nec ne, quia quamplurima loca reperiuntur in Ghemarà, quæ euidenter oſtendunt, eum fuiſſe Sacerdotem, & adducuntur à *Iuchaſsin* pag. 97. b. & alia non minoris momenti exhibentur, quæ contrarium probare videntur. Vnde cùm duo fuerint Ràu Cohanà, vnus hic noſter, qui Primus dicitur, & alius Secundus, qui viuebat tempore Ràu Aſcè, tertia ætate Amorraitarum, & omnes Chronographi ſine controuerſia affirmant, eum fuiſſe Sacerdotem; ideò omnia loca Ghemaræ, quæ de Sacerdotio Ràu Cohanà loquuntur, de hoc ſecundo intelligi debere affirmant. Verùm in *Midràſc Samuel* ad illum locum 1. Sam. 3. v. 14. ולכן נשבעתי לבית עלי *Et idcircò iuraui Domui Heli &c.* euidenter apparet Ràu Cohanà fuiſſe Sacerdotem. Ibi enim dicitur, referente *Iuchaſsin* pag. 97. b.

שרב כהנא היה מאריך בתפלתו ורבי חייא בר אבא נתכעס עליו שהיה אחורי רבי חייא ואמר שם מה אעשה שאני מבית עלי וכו׳, *Quòd Ràu Cohanà prolixè orabat, & R. Chijà Bar Abbà ſuccenſerat ei, quia ſtabat poſt Rabbi Chijà; ibique dicebat: Quid faciam quoniam ego ſum de Domo Eli, &c.* Qui enim de Domo Eli eſt, de ſtirpe Sacerdotali vtique eſt, ac Sacerdos. At hic dici non poteſt, quòd ſit Ràu Cohanà ſecundus, ſed primus, quia fuit tempore R. Chijà Bar Abbà תלמיד מובהק *Diſcipulus illuſtris* דר׳ R. Iochanàn; vnde apparet, quòd huiuſmodi caſus acciderat in terra Iſraëlis, quando eò profectus eſt R. Cohanà, vt inuiſeret R. Iochanàn ſupra centum annos ante R. Coha-

hoc, quòd cap. תפלת השחר alloquitur Magiſtrum ſuum tamquam ipſi parem, dixit enim Magiſtro ſuo *Ràu*, מי בדילת *Quid diſtinxiſti?* & non dixit: מי בדיל מר *Quid diſtinxit Mor Dominus?* vti ſolent loqui diſcipuli ad Magiſtrum vt ſuprà pag. 682. indicaui. Ex *Iuchaſ.* pag. 97. Huius *Amorrà* fit mentio in Cenſ. pagina 474. 2. — 481. 2 — 522 — 594. 2.

ר׳ ירמיה בר אלעזר R. IEREMIAS BAR ELEAZARIS. Vide pag. 374. 4.

ר׳ ישמעאל R. ISMAE'L. Quædam inſignis Schola huic Rabbino attribuitur, quæ בית ישמעאל *Beth Iſmaël* vocabatur, & cuius Talmud frequenter meminit. Non tamen eſt certum, quòd erecta fuerit ab Amorraita aliquo, cùm in Talmude hactenus nihil de eo inuenerim. Magis credibile erit, ſi ab aliquo ex poſtremis Tanaitis id factum fuerit, dicamus. Quod forſan à R. Iſmaele ſocio R. Akibæ factum eſt. Si ſic: Auctor huius Scholæ, inter Tanaitas reponendus erit. De hac Schola inter cenſuras videnda eſt pag. 385. 2. — 414. — 433. 2. — 472. 2. — 507. — 635. 2. — 653. 2.

כ

רב כהנא הראשון RA'V COHANA' PRIMVS, תלמיד חבר *Talmid Chauèr Collega Ràu*, ſed vltimus eorum, qui inter diſcipulos eius connumerantur ab *Harrauàd*, fuit facie admodum venuſtus cap. חזקת הבתים Bis aſcendit in terram Iſraëlis ex Babylonia. Primò, vt inuiſeret R. Simeonem Ben Rabbènu Hakkadòſc. Cod. *Zeuachim*.

raitas ab Auctore *Iuchaſsin* pag. 98. b. ſed nihil peculiare de eo, niſi tantùm quòd illius mentio fiat vnà cum fratre ſuo cap. איו על בני, & cap. בני העיר De vtroque vide in Cenſuris pag. 462. 2.

רב מנשיא RA'V MENASCIA' ſine aliquo addito vix collimari poteſt, quis fuerit. *Iuchaſsin* pag. 98. b. quinque numerat. Primum *Bar Iacobi*, qui viuebat tempore Ràu Nachmàn; ſecundum *Bar Menachèn* tempore רב Ràu; tertium Bar גדא *Ghedà* tempore אביי *Auijè*; quartum, *Bar Iehudà* tempore רבה *Rabbà* Bar Nachmanì; & quintum *Ràu Menaſcià* de דויל *Dauil*. Ex iſtis quiſnam fuerit hic noſter, nil certi aſſerere poſſumus. Qua autem ætate prædicti vixerint, requirendum eſt in nominibus, quæ hìc citantur.

Cæterùm aduerte ne legas מנשה *Menaſcè* pro מנשיא *Menaſcià*. In cenſuris *Ràu Menaſcià* habetur pag. 649.

מר MAR, ſeù MOR *Dominus* abſolutè intelligitur de *Rabbà Bar Nachmanì* patruo *Auijè*, de quo ſuprà pagina 670. : De præſenti Amorrà vide inter cenſuras pag. 436. 2. — 470. — 490.

רב משרשיא RA'V MESCIARSCIA'. Refertur ſuprà inter cenſuras ad pag. 418. poſt mortem Auijè, & Rauà immediatè; vnde credibile eſt, eum fuiſſe filium רבא *Rauà*, & diſcipulum ipſius Auijè, vt dicitur cap. 1. Cod. *Kidduſcin*. Vide *Iuchaſsin* pagina 99.

נ

ר' נחמיה R. NACHMIA'H. Vide pag. 455. — 463. 2.

hanà ſecundum. Sed huiuſmodi litigium Rabbinis dirimendum relinquimus.

Cæterùm de *Ràu Cohanà* fit mentio in Cenſuris ad pag. 376. — 379. 2. — 425. 2. — 549. — 564. 2.

ל

לוי LEVI' abſolutè in Ghemarà ſumitur pro *R. Leuì Bar* סיסי *Sisì* diſcipulo Rabbi, id eſt Rabbènu Hakkadòſc. *Iuchaſsin* pag. 97. b. De eo vide pag. 427. — 489, 2. in Cenſuris:

בר לוי BAR LEVI'. Vide pagina 419.

ר' לוי בר חיתא R. LEVI' BAR CHITHA'. *Iuchaſsin* coniungit eum cum R. Iosè Bar Chaninà, quem ordinauerat R. Iochanàn, pagina 96. Itaque vixerat ætate ipſius R. Iochanàn noſter hic R. Leuì Bar Chithà, de quo pag. 419.

ר' לוי בר חמא R. LEVI CHAMA'. *Iuchaſsin* pag. 97. b. in fine recenſet inter Amorraitas Leuì, quem in doctrina, & in annis æqualem facit ר' חנינא בר חמא *R. Chanina Bar Chamà*, & *R.* אפס *Aphès*, ſed *R. Aphès* grandiorem natu duobus annis, quàm fuerint prædicti Leuì, & Chaninà, qui omnes poſt mortem Rabbènu Hakkadòſc Academiam rexerunt in terra Iſraëlis. Hos omnes *R. Dauid Ganz* refert ad annum 3980. Chriſti 220. In Cenſuris vide pagina 626.

מ

מנימין בר איהי MINIAMI'N BAR IHI', Nominatur inter Amor-

עולא VLA' ſine cognomine accipitur pro עולא רבה *Vlà Rabbà*, & pro עולא סבא *Vlà Seniore*, qui & ipſe de Babele aſcendit in terram Iſraëlis, extra quam moritur, ſed in ea ſepelitur. *Iuchaſsin* pag. 100. b. Vide inter cenſuras pag. 368. — 418. 2.

ר' עיניני בר ששון R. ENENE' BAR SASO'N. *Iuchaſsin* legit ר' עננאי *R. Aananaè* pag. 101. De eo in cenſuris pag. 647.

פ

ר' פנחס בן ערוכה R. PINCHA'S BEN ARVVA'. Huius Phinees meminit Auctor *Iuchaſsin* pagina 101. b. De quo in cenſuris pag. 494. 2.

רב פפא RA'V PAPA' abſolutè ſine aliquo addito, an intelligatur de eo, qui fuerat Rector Scholæ נרש *Narèſc* ætate quinta Amorraitarum, incertum eſt. De eo in cenſuris pag. 469. 2. — 549. Hic viuebat anno 4113. Chriſti 353.

רב פפא בן רב אחא RA'V PAPA' BEN RA'V ACHA' Bar Adà, *Miniſter Ràu Achà Bar Vlà*. De eo *Iuchaſsin* pag. 101. b. Et in cenſuris pagina 398.

פפוס בן יהודה PAPOS BEN IEHVDA'. Vide pag. 504. 2.

ק

קטינא KATTINA'. Vide ſuprà *Ràu* זירא *Zirà*, & in cenſuris pag. 338. 2.

בר קפרצא BAR KAPHRA', fuit

רב נחמן RA'V NACHMA'N. Vide pag. 445. — 458. — 468. 2.

רב נחמן בר יצחק RA'V NACHMA'N BAR ISAACI. Diues fuit: & quamuis pater eius Scriba fuerit דמר Mar Samuelis in omni loco; nihilominus ordinatus non fuit per manus impoſitionem. *Iuchaſsin* pagina 99. b. De eo in cenſuris 396. — 433. 2. — 472. — 487. 2. — 488. — 517. — 523. 2.

ר' נתן R. NATHA'N. Vide inter cenſuras pag. 381. 2. — 538. 2. — 547. 2.

ס

ר' סימאי R. SIMA'I. Vide pag. 513.

סנב בן בנימין SANA'B BEN BENIAMIN. Vide pag. 447.

רב ספרא RA'V SAPHRA' loquitur nomine R. Iehoſciuà Ben Chananià, pag. 483. 2. de quo in loco Tanaitarum locuti ſumus. Si iſte Amorrà Babylonicus aſcendit de Babel in terram Iſraëlis, vt habet *Iuchaſsin* pag. 100. b. neceſſariò dicendum eſt aſcendiſſe adhuc perſiſtente Templo ſecundo; quod aſſerere ſtultiſſimum eſt: nam tunc temporis ne nomen quidem Amorraìm erat in mundo. Idem *Iuchaſsin* ibidem dicit, hunc Ràu Saphrà aſcendiſſe in terram Iſraëlis tempore אביי *Auijè*, de quo ſuprà pagina 670. qui floruit anno Domini 325. & hoc potuit eſſe. De eo vide in cenſuris pag. 483. 2.

ע

bat ſedendo, & à quo oralem Legem ſuſcepit. Præter Rabbì, alios Magiſtros habuit, præſertim R. Chijà.

Paulò ante mortem Rabbènu Hakkadòſc Ràu deſcendit in Babel, quò non diù antea deſcenderat Samuel.

Quidam Babyloniorum Princeps nomine אררכן *Adarchàn* dilexit hunc noſtrũ *Ràu*, non minùs quàm Antoninus Rabbènu Hakkadòſc dilexerat; huius auctoritate, & opera haud fuit illi difficile Academiam in Vrbe סורא *Sorà* inſtituere. Ibi quamplurimos diſcipulos habuit, eamque vſque ad mortem, nempè ad annum 4003. Chriſti 243. rexit. *Harrauàd*, *Iuchaſsìn*, *Scialſcèleth bakkab. R. David Ganz*, & alij omnes Chronographi. Vocatur גרול מכל האמוראים *Maior inter omnes Amorraitas*, *Iuchaſsìn* pagina 69. b. quamuis aliquando inter Tanaitas ibidem connumeretur.

ספרא וספרי *Siphrà, & Siphrì*, inquit *R. David Ganz* ad ann. 3979. Chr. 219. duo iſti libri deriuantur à רב *Ràu*, vti ſcribit *Rambàm* b. m. in Præfatione ſua ad *Sèder Zeraìim*. Sic quoque *Don Iſaac Abrauanèl* ſcribit in Præfatione libri ſui נחלת אבות *Nachalàth Auòth*, & ait, Ràu compoſuiſſe *Siphrà*, *& Siphrì*; idem quoque ſcribit Auctor שבילי אמונה *Sceuilè Emunà* ſemita 8. Planum verò eſt, ex ſupradictis ad annum 881. R. Iehudam F. Elihæi abſoluiſſe *Siphrà*, vti aſſignatur in *Iuchaſsìn* pagina 60. ſic quoque ſcribit pag. 36. in hunc ſenſum: [Abſoluit *Siphrà* R. Iuda, abſoluit *Siphri* R. Simeon F. Iochàij; duo enim iſti libri ſunt diuerſorum; alius eſt *Vaikrà*, qui eſt *Toràt Cohanim*, & vocatur in Talmude *Reliquiæ Siphrì Ràu*.] Sic ille. Idem quoque ſcribit ſub initium pag.

fuit Magiſter אושעיא ברבי *Oſciaaià beRabbì* filij Rabbènu Hakkadòſc. Compilauit quaſdam Miſcnicas traditiones extra Scholam eiuſdem Rabbènu, quas *Miſcnà Bar Kaphrà*, vel *Toſaphtà* vocauerunt. Huius meminit *Iuchaſsin* pag. 101. b. & *Harrauàd* in libro Cabalæ in fine Tanaitarum. Hic partim eſt Tanaita, partim Amorraita, & inter hos collocat idem *Iuchaſs*. Verba ipſius tam pretioſa exiſtimabantur, vt ea ipſe pecunia numerata venderet. Ita in fine Cod. *Beracbòth*. De eo in cenſuris pag. 472.

קרנא KARNA'. Videtur eſſe nomen proprium, vt apparet in *Maamàr* relato ſuprà ad pag. 475. quamuis huiuſmodi nomen non inueniatur apud *Iuchaſsìn*.

ר

רב RA'V, eſt generale pronomen Doctorum Amorraitarum Babyloniorum: hic autem per antonomaſiam intelligitur אבא אריכא *Abbà Arichà*, vt apud nos *Apoſtolus* abſolutè, intelligitur *Paulus Apoſtolus*. Adeò inualuit apud Talmudiſtas huiuſmodi locutio, vt ſi nominaretur nomine ſuo *Abbà Arichà*, non ita benè intelligeretur, ſicut ſi pronunciaretur pronomine רב *Ràu*. Fuit hic Babylonius, & ſocius indiuiduus Samuelis; eius pater vocabatur איבו *Ibò* frater *R.* חייא *Chijà*, & eius mater fuit ſoror eiuſdem Rabbì Chijà, ille ex parte patris, iſta ex parte matris. Vxorem habuit rixoſam, ex qua duos filios ſuſcepit, vnum de nomine patris ſui vocauit איבו *Ibò*, alterum de nomine patrui appellauit חייא *Chijà*. Fuit in terra Iſraëlis apud Rabbènu Hakkadòſc, eiq; inſeruie-

רבא בר בר חנא RAVA' BAR BAR CHANA'. Notat *Iuchaſſin* pag. 101. quòd רבא בר רב חנא ſcriptũ cum א *Aleph* ſit diſcipulus R. Iochanàn, & de eo dixerunt Rabbanàn Doctores in *Bauà Bathrà* capite *Hammochèr eth haſſephinà* pag. 74. non multum longè à princ. כל אבא חמרא׳ וכל בר בר חנה סיכסא *Omnis Abbà Vinoſus ; & omnis Bar Bar Chanà ſtultus eſt*. Alludunt ud hyperbolicas, ſtultas, & ridiculas narrationes, quas ibidem iſte veſanus Bar Bar Chanà refert. Sed hunc R. Iochanani diſcipulum fabularum narratorem etiam in Ghemarà ſcriptum inueni רבה בר בר חנה *Rabbà Bar Bar Chanà* cum litera ה *He*, vti videre eſt Cod. *Kidduſcin* cap. 4. *Aſſarà Iuchaſsin* pag. 71. vt retuli ſuprà ad pag. 488. huius Partis III. vbi nomine Magiſtri ſui R. Iochanani loquitur. Vnde indifferenter ſcribi poterit *Rabbà Bar Bar Chanà*, & *Rauà Bar Chanà*. Communiter tamen pro רבה בר בר חנא *Rabbà Bar Bar Chanà* intelligitur nepos ר׳ חייא *R. Chijà*, qui poſt mortem Rabbènu Hakkadòſc cum reliquis ſuis diſcipulis viuebat. *Harrauàd* in fine *Tanaìm*. Hic ſecundùm quòd refert *Iuchaſsìn* pag 102. facultatem recepit à *R.* חייא *Chijà* iudicandi cauſas in Synedrio. Vxorem habuit, quæ tempore Ràu defuncta eſt. Igitur viuente Ràu viuebat & Rabbà Bar Bar Chanà, cuius frater patruelis erat. Vide ſuprà in *R. Chijà*, licèt nonnulla exemplaria habeant רבה בר חנן *Rabbà Bar Chanàn*. Inter cenſuras reperitur ſcriptum Rabbà Bar Bar Chanà, vnde de hoc Rabbà intelligenda erunt loca ibidem citata, vt pagina 426. 2. — 452. — 484. — & 488.

pag. 30. Et videtur Ràu compoſuiſſe *Siphrà* R. Iudæ F. Elihæi; vti & Rabbì, qui abſoluit *Miſcnaijòth* ſuffragio Rabbì Meir. In libro autem *Halachòth Olàm* ſcribitur: [Abſoluit *Siphrà* R. Iuda, abſoluit *Siphrì* R. Iſmaël. Opus eſt conſideratione.] Ita *R. Dauid Ganz* ex verſione G. H. Vorſtij. De huiuſcemodi libris vide ampliùs, quæ diximus ſuprà in *R. Iehudàh Bar Elaài* pagina 28. & ſeqq. De eo inter cenſuras fit mentio pag. 371. — 373. — 375. 2. — 376. — 377. — 392. — 394. 2. — 501. 2. — 414. 2. — 455. 2. — 459 — 481. 2. — 502. 2. — 527. — 574. — 630.

רבא RAVA' ſocius אביי ע״ד *Auijè* ætate tertia Amorraitarũ *Harrauàd* ibidem. Eius pater fuit R. Ioſeph beRabbì חמא *Chamà*, Bar Iechezkèl. Idem ibidem. At *Iuchaſsin* dicit pag. 102.b. quòd Ràu Ioſeph fuerat eius Magiſter, ſed vocabatur *Rauà Bar Ioſeph Bar Chamà*, & quòd aduerſarium habuit רמי *Ramè Bar* חמא *Chamà*, & *Auijè*. Non fuit Sacerdos, ſed munera Sacerdotalia recipiebat propter vxorem ſuam filiam Ràu Chaſdà, cui poſt mortem *Ramè Bar Chamà* nupſerat. Didicit etiam oralem Legem à ſocero ſuo Ràu Chaſdà. In concurſu *Auijè*, *Halachà* deciſio doctrinæ eſt ſecundùm ſententiam *Rauà*, præter pauca quædam. Et eo die, quo mortuus eſt Rauà naſcitur רב אשי *Ràu Aſcè*; nempè anno 4113. Chr. 353. De quo vide Par. I. pag. 484. colum. 2. Cæterùm eius mentio fit inter Cenſuras pag. 418. — 441. — 449. 2. — 453. — 454. — 435. — 488. — 490. — 516. — 589. 2.

iunior; ſiuè ſecundus fuit vltimus omnium חאמורים *Amorraitarum*, & obijt anno 4234. Chriſti 474. annis 149. poſt mortem Rauenà ſenioris. Et anno 47. poſt mortem Ràu Aſcè compilatoris Talmudis Babylonici. De Rauenà ſeniore fit mentio inter cenſuras pag. 451.

ריש לקיש RESC LAKI'SC. Vide *R. Scimòn Ben Lakìſc*.

ר׳ רמי בר אבא R. RAME' BAR ABBA'. Vide pag. 400.

ש

ר׳ שילא איש כפר תמרתא R. SCILA' ISC CHEPHA'R TAMRATHA', *Vir de Villa Tamrathà*. Huius nomine differit R. Chaninà Bar פפא *Papà*, inquit Auctor *Iuchaſsin* pagina 103. b. De eo in cenſuris pag. 516. 2.

ר׳ שמואל R. SCIAMVE'L. Samuel abſolutè intelligitur ille inſignis Amorrà, quem Ghemarà frequenter vnit cum Ràu. Fuit corpore paruus, ſed Sacerdos, *Iuchaſsìn* pag. 69 filius אבא בר אבא אבוה *Abbà Bar Abbà Aùh*. Quibuſdam prænominibus cognominatus eſt. 1. שקוד *Sciakùd Vigil*, propter ipſius induſtriam, & ſedulitatem. 2. אריוך *Ariòch* [R. Salom. *de nomine cuiuſdam Regis ita nuncupati, eò quòd* (populum) *iudicabat veluti Rex*.] Alij dicunt, ita fuiſſe vocatum, quia deciſiones ſecundùm ſuam ſententiam firmabantur eæ quidem, quæ ad iudicia, non verò quæ ad illicita pertinebant. 4. שיבור מלכא *Scibùr Malcà*, de nomine Saporis Regis Perſarum. 3. ירחינאה *Iarchinàh Iarchinaus*, id eſt, *Lunaticus*, quia dicebat (*Berachòth* pag. 58. b. ver. 8. ante fin.)

נהירין

רבא בר לימא RAVA' BAR LIMA'. Interrogabat eum, hoc eſt obijciebat ei אביי *Auijè*, inquit *Iuchaſsìn* pag. 103. Viuebat igitur tempore *Auijè*, de quo ſuprà pag. 670. Inter cenſuras vide pag. 455. 2.

רבא בר מתתיה RAVA' BAR MATHATHIA'H *Mathatiæ*. Vide pag. 375. 2.

רבא בר עולא RAVA' BAR VVLA'. *Iuchaſsìn* ſcribit רבה *Rabbà Vulà* pag. 103. De eo in cenſuris pagina 464. 2.

רבה בר בר שילא RABBA' BAR BAR SCILA'. De eo *Iuchaſsìn* pag. 102. b. in fine. Et inter cenſuras pagina 393. 2. — 426. 2. — 432. — 491. — 518.

רב משרשיא דרבא RA'V *Miniſter* τῷ *Rauà*: De eo in cenſuris pagina 567. 2. De Rauà vide ſuprà in *R. Chijà*.

רבינא RAVENA', ſeù *Rauinà*. Cùm duos *Rauenà* numeret *Iuchaſsin* pag. 103. propè finem, alium vocet הקדמון *antiquiorem*, alium האחרון *poſteriorem*, id eſt *iuniorem*, dicendum eſt, hunc, de quo loquimur, Rauenà eſſe antiquiorem, quia R. Ieremias refert ſententiam R. Chijà Bar Abbà; at R. Chijà Bar Abbà fuit diſcipulus Rabbènu Hakkadòſc, vt ſuprà in *R. Chijà*. Rauenà autem ſenior, ſeù primus fuit diſcipulus Ràu Ioſeph, qui ex *Harrauàd*, & alijs Chronographis ætate tertia Amorraitarum anno mundi 4082. Chriſti 322. in Sorà Rectoratum geſſit. *Rauenà* verò

pagina 380. — 381. — 383. 2. — 402. 2. — 450. — 510. 2. — 621.

שמלאי SAMLA'I. Auctor *Iuchaſsin* meminit cuiuſdam Samlài מלוד *de Lydda*, & habuit Academiam in Nahardeà, quem R. Iochanàn librum magicum dictum *Iuchaſsin* docere noluit, pag. 105. Videtur eſſe idem, de quo in cenſuris pag. 656. 2.

רב שמן בר אבא RA'V SCEMA'N BAR ABBA' Sacerdos, fuit diſcipulus R. Iochanàn, & fleuit, quod eum non ordinauerat Doctorem; fuit propinquus Samuelis, cuius filiam, vel eius propinquam in vxorem duxit. Exiſtimat *Iuchaſsin*, quòd fuerit frater ר׳ חייא בר אבא *R. Chijà Bar Abbà*. Sed inter fratres R. Chijæ Bar Abbà non numeratur iſte *Ràu Scemàn*. Vide ſuprà pagina 679. in R. *Chijà Rabbà*. Eius mentio fit inter cenſuras pag. 576.

ר׳ שמעון R. SCIMO'N. Vide pagina 476.

ר׳ שמעון חסידא R. SCIMO'N CHASID'A. Vide pag. 437. — 545.

ר׳ שמעון בן יהוצדק R. SCIMO'N BEN IEHOTZEDE'K paſtor armentorum. De eo *Iuchaſsin* pag. 105. Et in cenſuris pag. 428.

ר׳ שמעון בן לקיש R. SCIMO'N BEN LAKI'SC, abbreuiatè dictus רשב״ל *Raſcbàl*, eius pater vocabatur ריש לקיש *Reſc Lakiſc Princeps latronum*, quia Caput, & Dux prædonum, & graſſatorum viarum erat, ad meliorem

Nota נהירין לי שבילי דשמיא כשבילי דנהרדעא *mihi ſunt via calorũ ſicut Via Nahardeà*, quæ Vrbs erat eius domicilium, & præſes illius Academiæ, innuens per hæc verba, eum fuiſſe peritiſſimum Aſtronomum, & præſertim in computo Synagogali, circa emboliſmum annorum Lunarium, & à quo Lunaticũ fuiſſe dictum autumant, de cuius doctrina, & peritia videndus eſt computus iſtius Aſtronomi in Cyclis annorum Iudaicorum Parte II. pagina 445. Nec minùs peritus erat in arte medendi, cùm enim Rabbènu Hakkadòſc infirmaretur, ei medicinam præbuit, & ſanitati reſtituit. Iactabat ſe vidiſſe, & legiſſe ſuper librum Adami quædam, quæ de eo ſcripta erant. Habuit quatuor filios. 1. לוי *Leuì*, 2. רמי *Ramè*, 3. רב פפא *Ràu Papà*, 4. רבה *Rabbà*. Iſti fuerunt filij Samuelis Iarchinitæ. In Vrbe Nahardeà eius patria ſtudiorum Iudaicorum Academiam inuenit, vbi *R.* שילא *Scilà* præfecturam gerebat. Poſt eius mortem eiuſdem Academiæ Rector electus vſque ad mortem ipſius, quæ accidit anno 4010. Chriſti 250. vt annotauimus ſuprà in Academia Nahardeà pag. 664. col. 1. nempè anno mun. 3945. Chriſti 185. ante mortem Rabbènu Hakkadòſc (erat enim eius diſcipulus) deſcendit in Babel, priuſquàm *Ràu* eius ſocius eò deſcendiſſet. Eius mentio in cenſuris fit pagina 368. 2. — 369. — 382. — 383. — 443.

רב שמואל בר נחמני RA'V SCEMVE'L BAR NACHMANI'. Frequenter memoratur in *Ghemarà*, vt in cenſuris apparet; ſed de eo altum ſilentium in *Iuchaſsin*. In cenſuris vide

quamplurimos alios intra fœculentas lacunas, & fœtidas Talmudis cloacas ſepultos reliquimus, quorũ impia, blaſphema, & obſcœna dogmata ne dum referre, ſed neque ipſorum nomina hìc anguſto ſermonis ſpatio abſque benigni Lectoris nauſea perſtringi nequeunt. Animaduertimus tamen, Iudæorum genium in exteras Nationes, præſertim in Romanam, ſemper fuiſſe malignum, tàm antequam in Chriſtum crederet, quàm poſtquam ſuſcepta fide Chriſti, vt eadem fides dilataretur per vniuerſum Orbem, ſedulò curauit. Hanc non ſemel laceſſerunt Iudæi, ſed viciſſim ab ea grauiter exagitati ſunt, & grauiſſimis pœnis affecti, vti in his, quæ ſequuntur, exemplis, docebimus.

Anno Chriſti 21, Imperante Tiberio, quidam peſſimus Iudæus Romæ agens, gerebat ſe pro Moſaicæ Legis interprete, aſcitis in ſocietatem tribus alijs, per omnia ſui ſimilibus. His cùm ſe in diſciplinam dediſſet Fuluia mulier nobilis amplexa Legem Moſaicam, perſuaſerunt ei, vt purpuram, & aurum in Ieroſolymitanum Templum mitteret: quæ accepta in proprios vſus verterunt, quod Templo deſtinauerant. Id poſtquã Tiberius ex amico ſuo Saturnino, ipſius Fuluiæ marito, de iniuria coniugi facta, conqueſto cognouit, iuſſit vniuerſos Iudę. os ex Vrbe pelli: ex quibus Conſules delectu habito, quatuor millia militum miſerunt in Sardiniam, &c. Ita propter quatuor ſceleratos, omnes Iudæi coacti ſunt Vrbe cedere. De his Ioſephus libro 18. antiq. cap. 4. & 5.

Tempore Hadriani Imperatoris anno Domini 130. graues preſſuras paſſi ſunt Chriſtiani à Iudæis in bello Bithera-

rem frugem conuerſum fuiſſe à R. Iochanàn, dicunt in Cod. *Bauà Metzijà* cap. 7. pag. 84. vt ſuprà retuli ad pag. 551. Vxorem duxit ſororem ipſius R. Iochananis, à qua hunc filium ſuſcepit, Doctor euaſit, & coram R. Iochanàn docuit. Eius ætas videnda eſt in R. *Iochanane*. Frequens eſt vtriuſque patris, & filii memoria in cènſuris pag. 370. 2. — 371. — 397. 2. — 413. — 414. — 476. — 516. 2. — 519. — 526. — 638. — 654. 2.

רב שמעון בן מנסיא RA'V SCIMO'N BEN MENASIA'. Vide pag. 374.

ר' שמעון בר קפרא R. SCIMO'N BAR KAPHRA'.

רב ששת RA'V SCESCIA'TH. Fuit סגי נהור *Saghì Nabòr Cæcus*, ſicut fuerat Ràu Ioſeph, de quo in ordine Auctorum. Habuit Magiſtrum Ràu Hunnà, vnde dicendum vixiſſe circa annum mun. 4045. Chr. 285. De eo *Iuchaſsin* pagina 105. Et inter cenſuras pagina 563. 2.

ת

ר' תנחום בר חייא R. TANCHVM BAR CHIIA'. Procul dubio intelligendum eſt de R. Chijà Bar Abbà, vt habet *Iuchaſsin* pag. 105. b. De quo ſuprà in R. *Chijà Rabbà*. Huius meminit Ghemarà in locis diuerſis, quorum duo habes inter cenſuras pagina 418. — 464. 2.

Iſti ſunt, qui ex *Amorraim* in impiam Talmudicã doctrinã promulgandã ſua quiſque ſymbola contulerunt. Pauci ſunt iſti, quos in hiſce cenſuris retulimus;

appellatione, tanquam ſidus aliquod è cælo delapſum, ſe illis, qui velut homines ex mancipiorum numero, graui ſeruitutis iugo oppreſſi, atque miſerijs ærumnoſis afflicti, affectique erant, lucem, ac ſpem ſalutis allaturum, falsò commentus eſt. Iam verò cùm decimo octauo anno Imperij Adriani bellum iuxta Vrbem Beththera nuncupatam (quæ erat omnium rerum præſidijs munitiſſima, neque is adeò longè à Ciuitate Hieroſolymorum ſita) vehementiùs accenderetur, cùmque extra Vrbis mœnia longinquioris temporis ſpatio continuaretur obſidio, & rerum nouandarum authores fame, ac ſiti eſſent ad extremam propè perniciem detruſi, & caput illius temeritatis debitas pœnas perſoluiſſet. Ariſto Pellæus narrat, vniuerſæ genti ex illo tempore prorsùs interdictum, ne pedem in agrum Hieroſolymitanum aliquando inferrent, & legis decreto, inſtitutiſque Adriani vetitum (ille planè ſic in mandatis dederat) ne vel ex edito loco paternum ſolum oculis aliquando aſpicerent. Hieruſalem ergo cùm ita eſſet Iudæorum gente orbata, & veteribus incolis prorsùs deſtituta, genereque frequentata exterorum hominum; deinceps cùm eſſet à Romanis occupata, nomen commutauit, & ad honorem Aelij Adriani Imperatoris, qui eam deuiciſſet, illuſtrandum, Aelia appellata eſt. Porrò autem ſimul ac Eccleſia, quæ ibidem fuit, ex gentibus coaleſceret, primus poſt Epiſcopos, qui erant ex circumciſione, Marcus adminiſtrationem gregis Hieroſolymitani capeſſit. Et in Chronico an. 17. Hadriani idem Euſebius habet: *Barchochebas Dux factionis Iudæorum, nolentes ſibi Chriſtianos aduerſus Romanum militem ferre ſubſidium, omnimodis cruciatibus enecat.* Et lib. 4. hiſt. cap. 8.

rano, & Ieroſolymitano: nam rebellantibus Iudæis, qui erant Ieroſolymis, vel quòd verebantur mutilare genitalia, vt Spartianus in Hadriano ait; vel quòd Ieroſolyma pridem euerſa, rurſum habitari iuſſit Imperator, atque Vrbem Æliam Capitolinam appellauit; Ioui item ex aduerſo Templi Æde excitata, bellum hinc & graue, & diutinum natum eſt, quod luculenter deſcribitur à Dione in Hadriano, illud in Ieroſolymam, & in vniuerſam Iudæam vertens, quod Iudæi præcipuè contra Bitheram, & Bar Cozibam eius Ducem conuerſum fuiſſe contendunt. Non negant Iudæi etiam Ieroſolymam ab Hadriano deletã, & à Turno Rufo Iudææ Præfecto Templi ſolum aratum iuxta Prophetæ vaticinium (Ierem. 26. ver. 18.) *Sion ſicut ager arabitur*; Sed omnes, & maximos Imperatoris conatus fuiſſe, vt Bithera *Vrbs* præpotens, & rebellis Iudæorum propemodum infinita multitudine repleta funditus deleretur. De qua Euſebius libro 4. hiſt. cap. 6. hoc modo loquitur. *Porrò cùm Iudæorum defectio longiùs in dies ſerperet, Rufus Præfectus Iudææ auxiliaribus copijs ab Imperatore ſibi ad eam rem miſſis, illorum amentiam tamquam anſam oblatam ad exitium arripiens, acerbè, & crudeliter eos exagitat; virorum ac mulierum vnà cum liberis infinita propè millia confertim concidit, belli iure agros illorum populo Romano adiudicat.* Subinde de eadem Vrbe Bithera, & de Bar Choziba Iudæorum Duce ſic proſequitur: *Quo quidem tempore Iudæorum Dux erat Barchochebas, quod quidem nomen, ſi lubet interpretari, aſtrum ſignificat, vir, quanquam reliqua vita ratione cruentus, ac prædo nefarius, ipſa tamen*

In quo ineſſe errorem in numero annorum ab euerſione Templi manifeſtè apparet, quia annus 73. ab euerſione prædicta reſpondet anno à mundi creatione 3901. & Chriſti 141. at Hadrianus tunc mortuus erat, obijt enim anno Chriſti 140. Meliùs videtur annum Bitheræ expunctæ attigiſſe Euſebium, qui eum ad annum 18. Imperij Hadriani reijcit. Imperare enim cæpit Hadrianus anno Domini 120. quibus additis 18. euerſionis totalis, Bitheræ incidet in annum Domini 138. duobus annis ante mortem Hadriani. R. autem Akibà non obijt in hac extrema Vrbis deſolatione, ſed in principio bellorum Cuzibæ contra Romanos, coram quo gladium eius ferebat, & inclamabat ad populum hunc eſſe Meſſiam Domini, qui in manus Romanorum incidens pectinibus ferreis corpus ipſius excarnificari iuſſum eſt. Hoc enim incidit anno 52. ab excidio Templi, vt diſertè docet *R. Dauid Ganz* ad annum 880. quarti millenarij, anno videlicet Chriſti 120. quo anno natus eſt Rabbènu Hakkadòſc, vt ſuprà notaui ad pag. 81. huius Partis III. Si quid aliter notatum ſit in Iudæorum Tabulis, præſertim in numeris, ſcito, omnia eſſe errata, vt putamus typographica, ſicut in *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 29. b. vbi annus עג׳ 73. à Templi excidio refertur ad ann. mun. ג׳ אלפים תת׳ק׳כ 3920. quod falſum eſt: nam Templi excidium incidit anno mundi 3828. additis annis 73. fit ſumma annorum mundi 3901. Error igitur libri *Scialſcèleth hakkabbalà* eſt annorum decem & nouem.

Idem Hadrianus ſupra Portam Ieroſolymitanam à ſe ædificatam, qua Bethlehem egrediebatur, porcum in marmo-

ex verbis Iuſtini Mart. ait: *In hoc Iudaico bello, quod iam geritur Barchochebas, qui Iudæis author fuit, Vt ab Imperio Romano deficerent, Chriſtianos ſolos, ſi non Chriſtum denegent, maledictiſque figant, iubet ad grauia ſupplicia adduci.* Sed Deo mortem Chriſti Domini vlciſcente, deleta eſt Vrbs Bithera, in qua, ſi Talmudiſtis credimus, Cod. *Ghittin* cap. 5. pagina 57. b. 400. myriades, vel, vt alij volunt, quatuor millia myriades Iudæorum interfecti ſunt. De huius Vrbis magnitudine, & populi frequentia vide ſuprà pàg. 500. & pag. 496. vbi cauſa friuola aſſignatur de huius Vrbis excidio.

De *Barchocheuà* ſic tradunt Iudęorum Hiſtorici: *Vocabatur iſte* בר כוכבא *Bar Cocheuà filius Stellæ, Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 29. b. quem R. Akibà prædicabat eſſe *Meſſiam à Deo promiſſum*, &c. & auctoritate Scripturæ ſuum mendacium confirmare nitebatur illo Numer. 24. 17. דרך כוכב מיעקב וגו׳ *Inceſſit Stella ex Iacob, &c.* ſed fraude detecta, dictus fuit בר כוזיבא *Bar Chuzibà filius mendacij*, quem tamen *Rambàm* מלך גדול *Regem magnum* appellat, vt notaui Par. II. pagina 723. Iſte regnare cæpit in Bither anno 52. ab euerſione Templi, mundi 3880. Chriſti 120. anno primo Imperij Hadriani. Poſt mortem Bar Chuzibæ regnauit in eadem Vrbe Rufus eius filius, & poſt Rufum regnauit Romulus, quo regnante aſcendit Hadrianus in terram Iſraëlis, cæpit Bitheram in תשעה באב *Tiscàh beàu nona die* Iulij anni ab euerſione Templi ſecundi 73. vt legitur in Tabulis Iudæorum. In libro Cabalæ R. Abrahami Leuitæ Ben Daùd, & in *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 29. b.

5. edit. lat. Ven. 1583. in 4. pag. 433. col. 4. propè princ. his verbis: *Poſt hunc* (nempè Hadrianum) *ſub Conſtantino rurſus eadem aggreſſi ſunt* (ſcil. rebellare contra Romanum Imperium) *at ille amputatis illorum auriculis, ac rebellionis ſigno impreſſo corpori illorum, per omnia loca circumferebat illos, ceù fugitiua mancipia, ac verberones, corporibus mutilatis, conſpicuos illos faciens omnibus, ac eos, qui per omnes regiones erant ſparſi, erudiens, ne in poſterum eadem conarentur.* Hactenus Chryſoſtomus.

Anno Domini 363. quo Iulianus ille Apoſtata Imperij Romani habenas regebat Iudæorum maximus fautor, quibus & reſtaurare Ieroſolymitanū Templum à Tito dirutum in odium Chriſtianæ religionis, tentauerat; ijs fauoribus inſoleſcentes Iudæi Chriſtianorum Templa diruunt, & ſolo adæquant. Quam inſaniam refert S. Ambroſius ad Theodoſium ſcribens (lib. 2. epiſt. 17. Tom. 5.) his verbis: *At certè ſi iure gentium agerem, dicerem quantas Eccleſiæ Baſilicas Iudæi tempore Imperij Iuliani incenderint: duas Damaſci, quarum vna vix reparata eſt, ſed Eccleſiæ, non Synagogæ impendijs; altera informibus horret ruinis. Incenſæ ſunt Baſilicæ Gazis, Aſcalonæ, Beryto, & illis ferè locis omnibus, & vindictam nemo quæſiuit. Incenſa eſt Baſilica & Alexandriæ à Gentibus, & Iudæis, quæ ſola præſtabat ceteris. &c.* Ita Ambroſius de barbarie Iudæorum, quorum crudelitatem, ſi hodie contra nos non videmus exercere Iudęos, hoc ideò euenit, quia Chriſtianos & pios Principes timent, ne in eorum capita omnes iniurias Chriſtianis illatas vertant. Notat hoc S. Ioannes Chryſo-

more ſculptum voluit collocari, vt qui Deum reliquerant olim Vrbis tutelarem, porcum deinceps haberent Ciuitatis dominatorem, vt indicium eſſet nunquam Iudæos in eam Ciuitatem fore reuerſuros, à qua tam ignominioſè fuerunt eiecti.

Anno Domini 315. cùm tempore Conſtantini Magni Chriſtiana Religio per vniuerſum mundum mirificè propagaretur, ac Iudæorum infinita fermè multitudo in Chriſtum crederet, eorum contribules id indignè ferentes, ipſos ad necem vſque inſequebantur. Conſtantinus hanc Iudæorum ferociam, vt par erat, ſequenti lege promulgata, compeſcuit.

Imper. Conſtantinus A. ad Euagrium. Iudæis, & Maioribus eorum, & Patriarchis volumus intimari, quòd ſi quis poſt hanc legem aliquem, qui eorum feralem fugerit ſectam, & ad Dei cultum reſpexerit, ſaxis, aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognouimus) auſus fuerit adtemptare: mox flammis dedendus eſt, & cum omnibus ſuis participibus concremandus. Si quis verò ex populo ad eorum nefariam ſectam acceſſerit, & conciliabulis eorum ſe adplicauerit, cū ipſis pœnas meritas ſuſtinebit. Data xv. Kal. Nouemb. Murgillo, Conſtantino A. IIII. & Licinio IIII. Coſſ. Ex Cod. Theod. l. 1. de Iudæis. &c.

Hæc lex reperitur quoque in Cod. Iuſtin. l. 3. de Iudæis, &c. Sed in editione Gothofredi correctiùs. Vide notas eiuſdem.

Ijdem Iudæi ſub eodem Conſtantino iterum rebellantes amputatione auriculæ mulctati ſunt. Refert hoc S. Ioannes Chryſoſt. Orat 2. aduerſus Iudęos Tom.

compreſſerit, dum collectas ab eis ex more faciendas inhibuit, ita reſcribens ad Meſſalam Præfectum Prætorio l. 14. de Iudæis C. Theod.

Superſtitionis indignæ eſt, vt Archiſynagogi, ſiuè presbyteri Iudæorum, vel quos ipſi Apoſtolos vocant, qui ad exigendum aurum, atque argentum à Patriarcha certo tempore diriguntur, à ſingulis Synagogis exactam ſummam, atque ſuſceptam, ad eumdem reportent. Qua de re, omne quicquid conſiderata temporis ratione confidimus eſſe collectum, fideliter ad noſtrum dirigatur Aerarium. De cetero autem nihil prædicto decernimus eſſe mittendum. Nouerint igitur populi Iudæorum, remouiſſe nos deprædationis huiuſmodi functionẽ. Quòd ſi qui ab illo depopulatore Iudæorum ad hoc officium exactionis fuerint directi: Iudicibus offerantur; ita vt tamquam in legum noſtrarum violatores ſententia proferatur. Dat. III. Idus Aprilis Mediol. Theodoro V. C. Conſ. Hæc colligendarum conſuetudo pecuniarum ſemper fuit in vſu apud Iudæos, vt ex eleemoſynis ab vniuerſis Synagogis per orbem diſperſis collectis pauperiores Synagogæ in Paleſtina, quã ארץ ישראל *Eretz Iſraël terram Iſraëlis* appellitant, ſuſtentarentur. Idem vſus fuit, antequam Romanorum Reſpublica Imperatores agnoſceret. Cicero in Oratione pro L. Flacco huius meminit, aſſeritque: *Aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia, & ex omnibus* (Rom. Reipub.) *Prouincijs Ieroſolymam exportari ſolere*, quod certè factum eſt: *vt qui tunc temporis in Lege Domini meditabantur die ac nocte* (vt inquit Hieronymus in Vigil. in fine.) *& partem non haberent in terra* (intelligit Sacerdotes antiquæ Synagogæ)

ſoſtomus Homil. 34. in Matth. referente Baronio ad hunc annum, his verbis: *Nemo veſtrum ignorat, memoria noſtra, quando Iulianus, qui omnes homines impietate ſuperauit, contra Chriſtianos ſæuiret, quomodo plerique ex Iudæis Gentibus adhærebant, & cultum Idolorum præferebant. Quare ſi aliquo modo modeſtiùs nunc degere videntur, formidine Principum id ſimulant: quæ ſi nulla eſſet, crudeliora quàm antea vmquam, facere auderent, cum omni prauitate, atque malitia priſcos nimium antecedant: maleficas artes atque magicas, petulantiam, audaciam, ceteraque vitia ſupra modum colentes; & quamuis tanto fræno coërceantur, ſæpenumero tamen in Principes conſpirarunt, & in extremas inde calamitates inciderunt.* Hactenus Chryſoſtomus de malitia, & prauitate Iudæorum.

Anno Domini 397. ſub Arcadio, & Honorio AA. non meliores ſuis patribus fuerunt Iudæi: nam vt Chriſtianorum immunitatibus gauderent, ſimulabant ſe fore Chriſtianos, cùm interim Iudæorum perfidiam in mente retinerent, contra quos ad Archelaum Præfectum Prætorio (l. 1. C. de ijs, qui ad Eccleſiam confugiunt) hoc modo reſcripſerunt: *Iudæi, qui reatu aliquo, vel debitis fatigati, ſimulant ſe Chriſtianæ legi velle coniungi, vt ad Eccleſias confugientes euitare poſſint crimina, vel pondera debitorum; arceantur: nec ante ſuſcipiantur, quàm debita vniuerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati. Dat. XV. Kal. Iul. Conſtantinop. Cæſario, & Attico Coſſ.*

Notat Baronius ad annum Chr. 399. quòd idem Imperator Honorius Iudæos ſibi nimiùm arrogantes nouo edicto

libus Iudaicis onuſtum, capitur à piratis, & Rabbini ac diſcipuli vniuerſitatis Saphet nouorum veſtimentorum ſpe fruſtrantur; quorum diſtributio quę ſolemni pompa in principio anni noui fieri ſolebat, eo ipſo anno intermittitur, & veteribus veſtimentis ſuperindùi etiam in inſequentem annum neceſſe eſt, licet ægrè ferentes, & frementes.

Idem Honorius, & Theodoſius Imperatores videntes, quòd Iudæi ſub prętextu feſtiuitatis Mardochæi celebrandæ, in contemptum Chriſtianę religionis, Chriſtum Cruci affixum ſub ſimulato nomine Aman, contumelijs, & probris affectum, in ignem inijciebant, & comburebant, edito ſequenti reſcripto an. 408. eorum audaciam compeſcuit.

Impp. Honor. & Theodoſ. AA. Anthemio Præfecto Prætorio. Iudæos quodam feſtiuitatis ſuæ ſolemnia Aman ad pœnæ quondam recordationem incendere, & Sanctæ Crucis adſimulatam ſpeciem in contemptum Chriſtianæ fidei ſacrilega mente exurere, prouinciarum Rectores prohibeant, ne locis ſuis fidei noſtræ ſignum immiſceant, ſed ritus ſuos citra contemptum Chriſtianæ Legis retineant: amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus niſi ab illicitis temperauerint. Dat. IIII. Kal. Iun. Conſtantinop. Baſſo, & Philippo Coſſ. Libro 16. C. Theod. 1. de Iudæis, Cælicolis & Samarit. L. Iudæos. Etiam hodie infixum eſt Iudæorũ mentibus, quod Aman Chriſtianus fuerit, ideoq; Chriſtianorum teſſeram nempè Crucem in pectore eum geſtaſſe credunt.

Anno Domini 415. Iiſd. Impp. Honorio, & Theodoſio. Iudæi in Alexandria Ægypti magnam Chriſtianorum ſtragem faciunt nocturno tempore, ſub

gæ) *niſi ſolum Deum; Synagogarum, & totius Orbis fouerentur miniſterijs.* Hæc S. Hieronymi verba referenda ſunt ad Synagogam, antequam Chriſtus aduenıſſet in terram. Hæc autem per tot ſecula continuata conſuetudo pro terra Iſraëlis, vt dicunt, colligendarum pecuniarum etiam hodie viget: & ſicut antiquitùs à ריש גלותא *Rêſc Ghelutha* ab Æchmalotarcha Principe Captiuitatis, qui in Babylone domicilium fixum habebat, & in reſcripto Imperatorio nuncupatur Patriarcha, Apoſtolos hoc eſt Miſſos ad Synagogas dirigebat, vt exactam pecuniam ad eumdem reportaret; ſic hodie, qui in Terra Sancta ſunt Archiſynagogi, quos vel ראשי ישיבות *Reſcè Ieſciuuòth Academiarum Principes,* vel Vniuerſitatum ממונים *Memmonim Gubernatores* appellant, præſertim ex Vrbe צפת *Tzaphèth* ſuperioris Galilææ, vbi hodie maximè florent Iudaicarum literarum ſtudia, per vniuerſum Orbem ad ſingulas Synagogas שלוחים *Sceluchim,* hoc eſt *Miſſos,* quos, vt Imperator vocat *Apoſtolos* nominare poſſumus, dirigunt, vt taxatas pecuniarum contributiones eò mittant; quarum collectio ex vniuerſa Italia, & circum adiacentibus regionibus Venetijs coadunantur, & indè Theſſalonicam; vbi in emendis veſtimentis pro Rabbinis, & pro diſcipulis eiuſdem, & aliarum tenuiorum Vniuerſitatum Terræ Sanctæ bona illarum pars inſumitur; reſiduum pro Doctorum, & Magiſtrorum ſtipendijs reſeruatur. Huiuſmodi veſtimenta in Saphetanam Vrbem diriguntur, niſi fortè contraria Iudæorum fortuna aduerſetur doctoribus ſuis, & ſcholaribus Vniuerſitatis: nam quandoque nauigium hiſce ſuppellecti-

ri. Puerum ſcilicet Chriſtianum̄ comprehendere, Cruci alligare, in ſublime ſuſpendere. Quo facto, primùm irriſione illudere, cachinnos in eum tollere; poſt paulò, inſania correpti, illum vſque eò verberibus cædere aggrediuntur, quoad præ cruciatu vitam amittat. Hac de cauſa grauis inter eos, & Chriſtianos concertatio oritur. Quin etiam Imperatores de facinore certiores fiunt: qui per literas Prouinciæ illius Magiſtratibus ſignificant, vt facinoris authores, & conquirendos curarent, & debitis ſupplicijs coërcendos. Itaque Iudæi, qui ibi habitabant, pro ſcelere, quod ioco conſciuerant, ſeriò pœnas luerunt. Hactenùs Socrates. Non ſemel impij iſti Iudæi huiuſmodi ſcelera crucifigendi puellos Chriſtianos commiſerunt, ſed non ſine condignis pœnis res iſta nefaria patrata eſt, vt infrà videbimus.

Itaque ne fœculenta Iudæorum progenies ſuperbiret ob honores, & dignitates ſuis ab Imperatoribus collatos, quibus freti magis inſoleſcerent in Chriſtianos, ideò eodem anno Domini 415. Theodoſius Imperator reſcriptum mittit ad Aurelianum Præfectum Prætorio, quo iubet præfecturam honorariam abrogari cuidam Gamalieli inſoleſcenti Iudæo. Quod factum eſt anno Dominì ſuprà notato. Reſcriptum ex Codice Theodoſ. l. 22. de Iudæis eſt, vt ſequitur: *Quoniam Gamalielus exiſtimauit ſe poſſe impunè delinquere, quòd magis eſt erectus faſtigio dignitatum: illuſtris auctoritas tua ſciat, noſtram ſerenitatem ad Virum Illuſtrem Magiſtrum officiorum direxiſſe præcepta, vt ab eo Codicilli demantur honorariæ præfecturæ: ita vt in eo ſit honore, in quo ante præfecturam fuerat conſtitutus: ac deinceps nullas condi faciat Sy-*

ſub ſpecie conflagrationis Eccleſiæ Alexandri nomine nuncupatę, ad quã accurrunt ignis extinguendi gratia ab omnibus Vrbis regionibus Chriſtiani, qui in Iudæos impingentes ex improuiſo omnes trucidant: Iudæi verò ne inter ſe occiderentur, teſſeram dederunt annulũ ex cortice palmæ compactum, quo oſtenſo, à cæde ſuorum abſtinebant. Mane facto, & tota re cognita, Cyrillus Epiſc. grauiter commotus cum ingenti manu ad Iudæorum Synagogas recta pergit, eas incendit, & ex Iudæis nonnullos dat neci; alios expellit è Ciuitate, eorumque fortunas à multitudine diripi permittit.

Cùm enim Iudæi à tempore Alexandri Macedonis Vrbem Alexandriam incoluiſſent, & in qua quamplurimæ Iudæorum Myriades numerarentur, omnes ab Vrbe eiecti, & aliò abire compulſi per diuerſas regiones, & loca diſperſi hactenus non apparuerunt. Quapropter debitas pœnas luit Iudaica gens. Totum factum prolixè narrat Socrates Hiſt. Eccl. lib. 7. Cap. 13.

Idem Socrates Ibid. Cap. 16. refert aliud iniquum facinus à Iudæis non diù poſt commiſſum. Ait enim

Breui tempore poſt, Iudæi pro ſcelere nefario rurſus contra Chriſtianos ab ipſis admiſſo pœnas perſoluerunt. In loco quodam Chalcidem, & Antiochiam interiacente, qui Inmeſtàr dicitur, Iudæi cùm more ſuo ludos facerent, & inter ludendum multa abſurda admitterent: tandem præ ebrietate è mentis poteſtate egreſſi, non Chriſtianos ſolùm, verùm etiam ipſum Chriſtum in ludis ſuis contumelia afficere cœperunt: Crucem etiam, eoſque, qui in Crucifixo ſpem ponunt, habere ludibrio: & propterea tale quoddam facinus moli-

His pœnis mulctatis Iudæis, non meliores, ſed deteriores in dies fiebant: vnde anno Chriſti 418. Honorius Imperator legem tulit, qua Iudæos vetuit honoribus, & Magiſtratibus fungi, militiæque cingulo, ſi qui accepiſſent, exui. Refert Baronius ad annum nuper notatum, ita ab Honorio afflictos eſſe Iudæos, vt illos ad fidem hortaretur.

Anno 419. refert Socrates lib. 7. hiſt. de quodam Iudæo veteratore, qui Chriſtianam fidem ſimulans, ſæpiùs baptizatus fuit: per quam fallaciam multas corraſit pecunias. Volens tandem à quodam Epiſcopo baptizari, dum alueum baptiſterij aqua impleri iuſſiſſet Epiſcopus, Iudæum eò deduxit, vt illi baptiſmum impertiret, aqua vniuerſa ſubitò exhauſta eſt: ſed cùm per foramen, quòd in imo alueo fuerat, effluxiſſe exiſtimarent, foraminibus aluei baptiſterij vndique diligenter obturatis, alueum aqua iterum implent. Ac cùm Iudæus eſſet ſecundò ad alueum deductus, aqua rurſus penitùs euanuit. Vnde ei Epiſcopus inquit; O homo, aut veteratoris partes agis, aut baptiſmum ignorans recepiſti. Fortè inter hominum multitudinem, qui eò concurrerant, quidam Iudæum de facie nouit, cumque ab alio Epiſcopo baptizatum viderat, ſicque Iudæi fraus detecta eſt. Quapropter, ne fraudes huiuſmodi, in ſpretum ſacri baptiſmatis ab hiſce ſceleratis hominibus committerentur in Eccleſia Catholica, prouiſum fuit, ne quiſpiam infidelium ſacra vnda abluatur, niſi priùs per publica documenta, eum nunquam aliàs baptizatũ fuiſſe conſtet.

Anno mundi 4180. Chriſti 420. Expulſi ſunt omnes Iudæi, qui erant Alexan-

Synagogas, & ſi quæ ſint in ſolitudine, ſi ſine ſeditione poſſint deponi, perficias: & vt in Chriſtianos nullam habeat copiam iudicandi. Et ſi qua inter eos, ac Iudæos ſit contentio, à Rectoribus Prouinciæ dirimatur. Si Chriſtianum, vel cuiuſlibet ſectæ hominem, ingenuum, ſeruumuè Iudaica nota fœdare tentauerit vel ipſe, vel quiſque Iudæorum, legum ſeueritati ſubdatur. Mancipia quoque Chriſtianæ ſanctitatis, ſi qua apud ſe retinet, ſecundùm Conſtantianam legem Eccleſiæ mancipentur. Dat. XIII. Kal. . . . Conſtantinop. Honorio X. & Theodoſio AA. Coſſ.

Hunc autem illum exiſtimo (inquit Baronius ad hunc annum) Gamalielem Patriarcham Iudæum eſſe, cuius eſt mentio apud S. Hieronymum. Non leui coniectura eruditiſſimus hic Auctor ad id exiſtimandum mouetur: nam hunc Iudæum Patriarcham Gamalielem ex proſapia Hillelis ſenioris eſſe, in qua tres Gamalieles numerantur, & vltimus Hillel Hannaſsì Princeps ab Epiphanio l. 1. contra hæreſes, *Patriarcha Iudæus* nuncupatur; fortaſſis erat nepos huius Patriarchæ Hillelis, cuius auus fuerat Gamliel tertius, & eius nepos Gamliel quartus. *Hillel Hannaſsì* mortuus eſt anno Domini 315. vel paulò poſt, vt notaui Par. II. pag. 798. & Gamaliel quartus anno Domini 415. dignitate priuatus; centum ſiquidem anni tribus generationibus inſumi commodè poſſunt. Cùmque conueniant annorum tempora, & dignitas, ac titulus Patriarchæ idem ſit in vtroque ideò ſuſpicari prudenter quis poterit, Gamalielem Patriarcham Iudæũ à Hieronymo (qui an. D. 415. viuebat) commemoratum, fuiſſe hunc noſtrum, Gamalielem.

lij mercatores fuerunt: hi nonnullos eorum aqua propè ſuffocatos (qui iam tum in calamitate conſtituti, ſuam amentiam agnoſcere cœperunt) extrahentes conſeruarunt: alios, ne ſe in mare deijcerent, prohibuerunt, exitio eorum, qui ante ſe præcipites dediſſent, commonſtrato. Iudæi tùm fraude patefacta, cùm temerariam ipſorùm crudelitatem incuſarunt, tùm Pſeudo-Moyſen illum occidere contenderunt. At cum nullo modo comprehendere poterant: quippè clàm ſe ex eorum conſpectu ſubduxerat. Vnde nonnullorum animis inſedit opinio, eum exitialem Dæmonem fuiſſe, qui ad ipſorum gentis perniciem, hominis ſpeciem induiſſet. Quo circa multi Iudæi in Creta ea clade impulſi, Iudaiſmo derelicto, ad fidem Chriſti ſe tranſtulerunt. Hactenus Socrates.

Eandem hiſtoriam habet Paulus Diaconus Miſcell. lib. 14. ex Theophane, & Nicephorus lib. 14. cap. 40. quam Baronius refert ad annum Chriſti 432. Multoties ſeducti ſunt Iudęi à falſis Prophetis ſub nomine Meſſiæ, vt notat Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 44. b; & 45. Et Dominus in Euangelio prædixerat (Ioan. 5. 43.) *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.*

Anno Domini 522. Dunaam Dux Hebræorum vir impius, & Chriſtianorum generi inimiciſſimus, acerrimè pugnat contra Chriſtianos, eoſque omnes ſine miſericordia necat. Hiſtoria hæc habetur apud Surium in martyrio S. Arehtæ die 24. Octobris Tom. 5. Et refertur à Baronio ad annum 522.

Iuſtinianus Imperator anno Domini 552. die 8. Febr. ſanciuit, vt Iudęi Sac. Biblia præter Hebraicè, etiam lingua Græ-xandriæ in Ægypto; qua de cauſa ſunt excitata magna bella, & multum ſanguinis effuſum eſt. *David Ganz* ad hunc annum.

Idem Socrates eodem lib. 7. hiſtor. cap. 37. de quorundam Iudęorum inſania in Creta Inſula habitantium in veſanum Pſeudo Moſen hiſtoriam hiſce verbis refert: *Eodem ferè tempore multi Iudæi in Creta, Chriſti fidem receperunt, tali calamitate ad eam rem inducti. Iudæus quidam veterator ſe Moyſen eſſe ſimulauit, deque Cælo demiſſum dixit, vti Iudæos, qui illam Inſulam incolebant, per mare in continentem traduceret. Se namque eundem eſſe, qui olim Iſraëlem per mare rubrum ducens conſeruaſſet. Ad annum verò integrum nihil aliud moliebatur, quàm vt ſingulas Ciuitates totius Inſulæ peragraret, Iudæos in illis habitantes ad illud credendum impelleret, hortareturque, vti omnes ſuas diuitias, & poſſeſſiones relinquerent: nam eos per mare aqua exſiccatum, in terram promiſſionis ſe traiecturum pollicitus eſt. Illi igitur eiuſmodi vana, & falſa ſpe in fraudem illecti, omnia opera, quibus vti ſolebant, depoſuerunt, facultates, ac fortunas neglexerunt, earumque poteſtatem illis, qui eas accipere vellent, permiſerunt. Vbi dies profectionis ab illo veteratore præſtituta aduenit, ille præcedere, ſubſequi omnes cum mulieribus, & pueris cæperunt. Eos ergo ad promontorium mari imminens deducit: ex eo ſe in mare præcipitare iubet. Proinde, qui primi ad præcipitium acceſſerant, ita faciunt; ac pars præcipitio obtriti, pars aqua demerſi, ſtatim perierunt, & niſi Diuina prouidentia illis proſpectum fuiſſet, multò plures interijſſent: nam fortè fortuna aderant Chriſtiani, quorum alij piſcatores, a-*

Eiuſdem Iuſtiniani Imperatoris tempore quædam impoſtura publicata eſt ex libro quodam (qui dicebatur reconditus apud Iudæos, & tunc temporis proditus à Theodoſio Iudæorum Principe) de Ieſu Chriſto Nazareno, quod (vt ibidem dicitur) fuerit Sacerdos de Tribu Leui, & ſtirpe Aaronis commixta cum ſtirpe Dauid; imò ordinatus Sacerdos in Templo, vbi 22. Sacerdotes ſecundùm 22. Alphabeti Hebraici literas miniſtrabant. Referunt itaq; poſt mortem vnius ex iſtis, in locum demortui ſuffectum fuiſſe Ieſum Chriſtum Filium Dei, & B. V. Mariæ, ſicut ipſamet Virgo Maria teſtata fuerat, ſe virtute Spiritus Sancti concepiſſe Verbum æternum, Dei Filium, & Virginem permanſiſſe tam ante partum, quàm in partu, & poſt partum, ſicut & obſtetrices, quæ Mariæ virginitatem explorauerant, teſtatę ſunt. Huiuſmodi ſomnium, & fabuloſum commentum prolixè narratur à quibuſdam ex noſtris Legum peritis, prę ſertim à Petro Leuanderie Par. 4. qu. 86. Tit. de Doctor. (qui in Tomo XVIII. Tractatuum Illuſtrium Iuris Conſultorum Tractatu de Priuilegijs Doctorum vocatur Petrus Lenauderius Cadomenſis Par. 4. qu. 86. num. 171. relato à Bartholomęo Chaſſanæo in Catal. *Gloria mundi*. Par. 4. Conſiderat. 6. (& ſcriptum dicitur à quodam Ioſepho Hebræo antiquo Auctore, qui paulò poſt Apoſtolos floruerat, in libro, quem ediderat de Captiuitate Iudæorum, cuius mentio frequens ſit apud Euſebium Cęſarienſem in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Et quòd etiam à Luca Euangeliſta idipſum indicatur, quando cap. 4. v. 18. ſui Euangelij dicitur: quòd ingreſſus Ieſus in Synago-

Græca, & Latina legerent; in Græcia Græcè, in Italia Latinè.

Anno Domini 535. Iuſtinianus Imperator edidit Conſtitutionem, qua prohibetur Iudæis teſtimonium ferre contra Chriſtianos; eiſque denegat ſeruos habere Chriſtianos. Sed neque eorum Synagogas ſtare concedit, ſed ad Eccleſiarum figuras præcipit reformari. Poſt Nouell. Iuſtinian. edit. Iulian. pag. 246. & Nouell. 36. 37.

Anno Domini 555. & Imperij Iuſtiniani anno 29. ſeditionem concitauerunt Iudæi, & Samaritæ Cæſareæ Paleſtinæ irruerunt in Chriſtianos eiuſdem Ciuitatis, & multos interfecerunt, & Eccleſias combuſſerunt, & Stephanum ipſius Ciuitatis Præfectum in Prætorio peremerunt, & ſubſtantiam eius diripuerunt. Vxor verò illius fugiens in Vrbem, adijt Imperatorem: qui *iuſſit* Adamantio Magiſtro militum *deſcendere* in Paleſtinam, & occiſionem exquirere Stephani: qui veniens, eorum, quos reperit, alios ſuſpendit, alios decollauit, alios verò debilitauit, & publicauit: & factus eſt timor magnus in omnibus partibus Orientis. Refertur hoc à Baronio Tom. 7. ad annum prænotatum Chriſti, & Iuſtiniani Imp.

Anno Domini 560. Hoc tempore Iudæus quidam imaginem Saluatoris de Eccleſia furtim deponens, eam telo transfixit, & clàm in domum ſuam deferens, cùm vellet flammis exurere, ſe ſanguine imaginis cruentatum videns, præ ſtupore eam abſcondit. Quam Chriſtiani requirentes, & per veſtigia ſanguinis inuenientes, eam ſanguinolentam receperunt, Iudæum verò lapidauerunt. Hæc ex Sigeberto.

phus Hiſtoricus: non alius ſuppoſititius Ioſeph, ſiuè Ioſephòn Ben Gurion, qui nihil talia ſcripſerant. Veriſimile tamen eſt hanc fabulam primò repertam fuiſſe in Bibliotheca librorum Hebræorum Ioſephi Hebræi Tiberienſis; qui cùm eſſet comes in Tiberiade, vt ſuprà Par. II. pag. 798. narrauimus, potuit fieri, vt inter alios Apocryphos libros iſtũ quoque de Genealogia Ieſu Nazareni repererit; ſicut quamplurimi alij ſimiles Apocryphi libri tunc temporis reperiebantur, vti de Infantia Saluatoris, Actus Pauli, & Theclæ, & tota baptizati Leonis fabula, qui omnes inter Apocryphos libros connumerantur à Gelaſio Papa diſt. 15. cap. 3. & à S. Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis in S. Luca Euangeliſta.

Apocryphum, imò & falſum eſt, quod dicitur de 22. Sacerdotibus miniſtrantibus in Templo, cùm Ioſeph Hebræus, qui Templum Hieroſolymitanum vidit, contra Apionem referat, Ezechiam Pontificem Iudæorum coram Ptolemæo Rege Ægypti teſtatum fuiſſe: omnes Sacerdotes Iudæorum, qui decatas accipiebant; & vniuerſa in communi gubernabant, circa mille, & quingentos exſtitiſſe. Et Rabbì Bar Maijmonis lib. עבודה *De ſeruitute*, הלכות כלי המקדש והעוברים בו: *Halachòth De Vaſis Sanctuarij, & eorum vſibus*. cap. 4. & 5. vbi de Leuitis, & Sacerdotibus miniſtrantibus in Templo ait: cunctos Sacerdotes diſtributos fuiſſe in 24. Curias: quarum quiſque ſua hebdomada vicem obibat: rurſus vnã quamq; curiam diuiſam eſſe in familias ſeptem, quarum ſingulæ ſingulis diebus ſacra operabantur. Vnde quamplurimos Sacerdotes per ſingulos dies gam accepit librum, & legit in Iſai. caput 61. 1. *Spiritus Domini ſuper me: propter quod Vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me: &c.* quod niſi in ordinibus ſacris conſtitutus fuiſſet Chriſtus, nunquam legiſſet Sacram Scripturam in Synagoga, in qua licitum non erat eam legere, niſi tantùm Sacerdotibus, & ijs, qui in ſacris ordinibus fuiſſent conſtituti. Hæc omnia ſcripta, & annotata fuerunt in libro, quem diligentiſſimè Iudęi aſſeruarunt, & qui vſque ad tempora Iuſtiniani Imperatoris apud Tiberiadem Galilææ Vrbem reperiebatur, prout quidam Iudæorũ Princeps nomine Theodoſius ingenuè docuerat. Id prolixiùs videre eſt apud citatos Auctores, & apud Suidam in hiſtoria verbo *Ieſus Chriſtus*, qui primus omnium hanc impoſturam literis conſignauit, & ſimplicibus credendam ſuo nimis incauto exemplo reliquit, quam temporibus noſtris Ioannes Maria Vincenti in ſuo libro Italicè edito, cui titulus eſt: *Il Meſſia venuto, Diſcorſo* 22. num. 14. nimis temerè, & incautè commendauit. Hunc ſecuti ſunt nonnulli, qui ex ſuggeſtu, & in Templis inter concionandum, vel in totum, vel in partem huiuſmodi fabulam multitudini retulerunt, quam audire ſine ſtomacho non potuerunt Viri docti, & indocti ſine ſcandalo.

Quòd autem huiuſmodi narratio fabula ſit, & impoſtura, patet -

Primò, Quia dicitur, quòd ſcripta fuerit à quodam Ioſepho Hebræo, qui paulò poſt Apoſtolos floruerat, in ſuo libro de Captiuitate Iudæorum. Nullus quippè Ioſephus Hebræus, qui de Captiuitate Iudæorum paulò poſt Apoſtolos ſcripſerit, reperitur. Non Fl. Ioſe-

dæis aliqua inferatur iniuria, aſſignantur nonnulli milites, qui eos comitentur, & cuſtodiant eundo, & redeundo. Hæc autem ſuprema in milites præſidiarios Præfectura ab immemorabili tempore eſt apud Principem familię Romanæ Matthæiorum nobilitate inſignis, ex regione Tranſtyberina:

Cæterùm Iudæos olim, & à tempore gentilitatis Tranſtyberim habitaſſe, teſtis eſt Philo l. de leg. ad Caiũ. & apud Martialem Epigram. lib. 1. in Cæcilium Iudæus vocatur Tranſtyberinus ambulator; & vt noſtris hiſce temporibus vidimus cannabinos calamos ſulphuratos vitris fractis permutaſſe Iudæos, eadem feciſſe tempore Martialis, hiſce verſibus idem oſtendit.

Hoc quod Tranſtyberinus ambulator,
Qui pallentia ſulphurata fractis
Permutat vitreis.

Sed à Iudæis ſulphuratis ad Iudęos Chriſtianos per violentiam effectos conuertatur noſtra narratio.

Anno Domini 591. S. Gregorius Papa audiens, quòd in Gallijs compellerentur violentia Iudæi ad fidem, ne id penitùs fieret, ſcribens ad Virgilium Arelatenſem, & Theodorum Maſſilienſem Epiſcopos, Apoſtolica auctoritate prohibuit l. 1. epiſt. 45. vbi inter alia hæc quoque habet: *Dum enim quiſpiam ad baptiſmatis fontem non prædicationis ſuauitate, ſed neceſſitate peruenerit: ad priſtinam ſuperſtitionem remeans, inde deterius moritur, vnde renatus eſſe videbatur. &c.* De iiſdem rurſus Iudæis non perſequendis, ſed benignitate ad fidem alliciendis, dedit idem Gregorius Epiſtolam ad Petrum Epiſcopum Tarracinenſem, quam lib. 1. epiſtol. 34. inuenies circa ſacrificia operari fatendum neceſſe erit.

Quòd non poſſent legere Sacrã Scripturam, niſi ij, qui in ſacris ordinibus eſſent conſtituti, craſſa ignorantia eſt rerum Iudaicarum: nam præterquam quòd omnes legunt libros Sacros Sacerdos, Leuita, Iſraëlita, vt Parte II. pagina 591. docuimus, arguit impoſturam Hiſtoriæ, dum apud Iudæos ad ſacros ordines promouendi eſſent laici, vt apud nos Clerici promouentur.

Tandem derogat honori B. V. Mariæ, quòd ab obſtetricibus illius virginitas fuerit explorata. Huiuſmodi fabula à vulgo etiam tempore Clementis Alexandrini iactabatur, vt ipſe refert ſeptimo Stromatum; quare ab omnibus libris delenda omninò eſt & explodenda, ne ampliùs audiatur.

In Concilio Narbonenſe ſub Reccaredo Rege Sueuorum anno Domini 589. quod in Tomo 4. Conciliorum Binij editionis Pariſinæ anno 1636. habetur pagina 514. ſancitum fuit: *Vt Iudæis non liceat corpus defuncti deducere pſallendo: ſed vt eorum habuit mos; & conſuetudo antiqua, corpus deducant, & deponant. Quòd ſi aliter facere præſumpſerint, inferant Comiti Ciuitatis vncias ſex.* Hæc conſuetudo ne Iudæi pſallant, ſed ſub ſilentio deferant mortuos ſuos ad locum ſepulturæ deſtinatum, perquam exactè Romæ obſeruatur. Quinimò nec tempore Sedis vacantis de eorum ſepto nuncupato *il Ghetto* ſuorum defunctorum corpora extrahi permittuntur, multò minùs ad cemeterium deferri, ſine expreſſa licentia, & ſcriptis data ab Excellentiſſimo & Supremo præſidiorum Pontium, & Riparum Præfecto. Ne autem Iu-

Et ſicut B. Gregorius præmijs Iudęos alliciebat ad fidem amplectendam ita rigidus, & ſeuerus Iudæorum ſcelerum caſtigator erat. Vnde ſcribit Libertino Præfecto Siciliæ lib. 2. epiſt. 37. vt contra quendam ſceleratiſſimum Iudæorum nomine Natam, qui ſub nomine Beati Heliæ Altare conſtruxerat, multoſque illic Chriſtianorum ad adorandum ſacrilega ſeductione deceperat, animaduertat: & mancipia Chriſtiana, quæ ea ſibi comparauerat, ad libertatem perducat. *Ne, quod abſit* (inquit) *Chriſtiana religio Iudæis ſubdita polluetur*.

Anno Chriſti 614. in Chriſtianos, antea nunquam auditam crudelitatem exercent Iudæi. Hæc breuiter deſcribitur in Annalibus à Theophane his verbis.

Anno quinto Imperij Heraclij (Chriſti 614.) *cæperunt Perſæ Iordanem bello, & Palæſtinam, & Sanctam Ciuitatem, & multos in ea per Iudæorum manus interfecerunt, id eſt* (*vt quidam aiunt*) *millia nonaginta. Iſti enim ementes Chriſtianos, prout vnuſquiſque habere poterat, occidebant eos, Zachariam verò Hieroſolymitanum Præſulem comprehenſum, & pretioſa, & viuifica ligna S. Crucis cum multa præda abduxerunt in Perſidem*: Idem proculdubio nobis feciſſent Iudæi, ſi in manus eorum (quod auertat Deus) incidiſſemus.

Hanc Iudæorum in Chriſtianos feritatem vindicat Heraclius Imperator, vt poteſt; ſcribit Dagoberto Regi Francorum, vt omnes Iudæos Regni ſui ad fidem Catholicam baptizandos pręcipiat. Quod protinus Dagobertus adimplet. Idipſũ facit Heraclius Ieroſolymis poſtquam eam Vrbem à Perſis receperat. Aimoin. hiſt. Franc. libro 4. capite 22. Quin

nies hoc documento ſuauem: *Eos enim* (inquit) *qui à religione Chriſtiana diſcordant, manſuetudine, benignitate, admonendo, ſuadendo, ad vnitatem fidei neceſſe eſt congregare; ne quos dulcedo prædicationis, & præntenſus futuri Iudicis terror ad credendum inuitare poterat, minis, & terroribus repellantur. &c.*

De hac benignitate S. Gregorij erga Iudæos, teſtimonium perhibent etiam ipſi Iudæi. Poſt an. mun. 4349. Chriſti 589. decurſis quibuſdam annis inquit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 36. *Inueni in libris nationum mundi, quòd hoc anno fuit quidam Epiſcopus in finibus Calabriæ, qui aduerſatus fuerat Iſraëlitis. Hoc verò cùm innotuiſſet Papæ Romano, cui nomen erat S. Gregorio, ſcripſit ei, mandauitque ne Iudæis contrarius eſſet; hoc enim legibus ſuis repugnare. Hæc autem epiſtola inſerta eſt legibus Paparum, eorumque decretis ad hanc vſque diem.*

Idem S. Gregorius de conuertendis Iudæis valdè ſolicitum ſe præbuit, quos non violentia, ſed ſpe præmij allici debere iuſſit. Vnde anno Chriſti 594. Pontificatus ſui 5. ſcribit Cypriano Diacono, & Rectori patrimonij Siciliæ de tollendis penſionibus Iudæis impoſitis, ſaltim ex parte, vt ad fidem Chriſti faciliùs conuertantur. Itaque in eius epiſtola, quæ lib. 4. ſexta eſt in ordine. Hæc, quæ ſequuntur, verba notatu digna putamus. Ait enim: *Nec hoc inutiliter facimus, ſi pro leuandis penſionum oneribus, eos ad Chriſti gratiam perducamus: quia & ſi ipſi minùs fideliter veniunt, hi tamen, qui de eis nati fuerint, iam fideliùs baptizantur. Aut ipſos ergo, aut eorum filios lucramur. Et ideò non eſt graue, quidquid de penſione pro Chriſto dimittimus.*

Circa annum Domini 686. Iudæorum (etiam baptizatorum) maxima multitudo, quæ in Hiſpania erat, exprobrabant Chriſtianis falſam annorum ſupputationem ab origine mundi, ex qua factum eſſet, vt ipſi perperam Meſſiam recepiſſent, cuius aduentus nondum tempus adeſſet. Ad quorum procaciam retundendam S. Iulianus Toletanus Epiſcopus tres eo argumento libros edidit, qui adhuc extant.

Anno Chriſti 694. ijdem nequiſſimi Iudæi in Hiſpania conſpirant aduerſus Regem Egicanem, Regnumque, atque vniuerſos Chriſtianos, & in ſocietatem adhibent Iudæos illos, qui habitabant in Africa. Relatum fuit à Rege hoc iniquorum hominum conſilium Synodo, quæ tunc temporis Toleti celebrabatur, & inter Concilia Toletana 17. in ordine conſtituitur. Itaque communi omnium Patrum conſenſu conſtitutũ eſt aduerſus eoſdem Iudæos, vt omnes redigerentur in ſeruitutem, ac bona fiſco addicerentur. Et quoniam ijdem Chriſtianæ religioni nomen dederant (erant enim baptizati) de liberis eorum conſtituerunt, vt cùm ſeptem annorum ætatis eſſent, diuellerentur à parentibus, & Chriſtianorum ritu educarentur, ijſdemque nuptiarum fœdere iungerentur.

Anno Domini 716. Iudæorum proditione Toletana Ciuitas Saracenis ceſſit. Quomodo iſta euenerint, à Baronio hoc modo narratur: *Cùm Chriſtiani in die in ramis palmarum ad Eccleſiam S. Leocadiæ extra Vrbem Regiam ob reuerentiam tantæ ſolemnitatis, ad audiendum Verbum Dei, conueniſſent; Iudæi, qui proditionis ſignum Saracenis dederant, à Chriſtianis clauſas portas Sarracenis aperue-*

Quin & in Hiſpania anno Domini 614. ſancita fuit lex contra Iudæos à Siſebuto Gothorum Rege, vt omnes ſacrum baptiſma recipiant infra vnius anni ſpatium, quod niſi faciant, centum flagella decaluati ſuſcipiant, & debita mulctentur exilij pœna. Cauſa verò huius edicti videtur fuiſſe, quòd prædictum eſſet: Religionem Chriſtianam à circumciſis euerſam iri, quod de Iudæis intelligebatur, cum Saracenis competeret. Vide Platin. in Pelag. Tunc nonaginta millia Iudæorum baptizata fuiſſe aliqui tradunt. Alij fuga lapſi in Gallias migrarunt, qui iuncti veteribus ſectæ ſuæ incolis ingentem numerum fecerunt. Turpe autem videbatur Franco, à Gothis eiectos religionis noſtræ hoſtes indomitos, finibus ſuis receptos diutiùs retinere, ac Gothis religione cedere. Dagobertus igitur Rex diem præſtituit, intra quam quicumque mortalium religionem noſtram non profiterentur, hoſtes iudicarentur, compræhenſiq; capite luerent, plecterentur tum eorum exilium pietati antetulere: reliqui Chriſtiani effecti, incolumes manſere. Io. Vaſæus ad annum Dom. 616. Aimon. loc. cit. & Append. ad Gregor. Turonen.

Concilium Toletanum quartum hanc violentiam improbat Canone 56., vel ſecundùm Garziam Loaiſam 57. vbi præcipit de Iudæis, ne deinceps vi ad credendum cogantur. De quibus ſic loquitur Sancta Synodus: *Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes, vt integra ſit forma iuſtitiæ*. Et poſt pauca: *Ergo non vi, ſed libera arbitrij voluntate, vt conuertantur, ſuadendi ſunt, non penitùs impellendi*.

obitum in priſtinum honorem Imagines ſacræ reſtitutæ ſunt. Eiuſque filius Vlidus nomine, indignatus Iudæo Serantapico tamquam parentis interfectori, turpiſſima morte ipſum affecit. Intereà verò tu hic conſidera, quibus gloriari poſſint anteſignanis hodierni Iconoclaſtæ, nempè Iudæis perfidis, atque impijs Saracenis. Triennio poſt, anno videlicet Domini 726. iterum ſuadentibus Iudæis, qui Imperium Leoni Iſaurico prænunciauerant, Imperiali edicto promulgato, omnes ſacræ Imagines vbique delentur, ac bellum ſacris Imaginibus crudele patratur, de quo legendi ſunt Theophanes, Cedrenus, & alij.

In Concilio Romano ſub Zacharia Papa celebrato anno Domini 743. Ipſe beatiſſimus Zacharia ſequentem Canonem contra coniugia Chriſtianorum cum Iudæis, promulgauit.

Si quis Chriſtianus filiam ſuam Iudæo in coniugio copulare præſumpſerit, niſi perfectè crediderit Chriſto, & baptizatus fuerit; vel ſeruum, aut ancillam eidem Iudæo Chriſtianus venundare præſumpſerit; & ſi vidua Chriſtiana Iudæum duxerit virum, vel conſentientibus ei: anathema ſit.

Anno Domini 787. in ſeptima Synodo Generali, quæ Nicæna ſecunda eſt, Actione 4. recitata fuit oratio de miraculo Imaginis Domini Noſtri Ieſu Chriſti facto in Beryto Ciuitate Syriæ intrà terminos Tyri, & Sidonis, quæ cùm à Chriſtiano relicta fuiſſet in domo, vbi quondam habitauerat, ibidem inuentam, Iudæi magnis conuicijs, & ludibrijs illuſerunt, manus, & pedes ſacræ Imaginis clauis confixerunt, & alia

ruerunt, & Deo fidelis populus Toletanus foris inuentus, extra Vrbem gladio deletus eſt.

Anno Domini 721. Refert Theophanes, quòd Syrus quidam impoſtor apparuit, ſe ſimulans eſſe Chriſtum, atque eo modo ſeduxit Hebræos, putantes eum verè eſſe Chriſtum, & ſæpè ſæpiùs à ſuis Pſeudoprophetis ita decepti ſunt.

Anno ſequenti 722. inquit Theophanes: *Leo Iſaur. Imperator coëgit Iudæos baptizari. At verò Iudæi baptizati contra propoſitum ſuum diluerunt baptiſmum, & comedentes ſancto munere participabantur, & contaminabant fidem.*

Hi ſunt fructus, quos producunt, qui ob vim, & metum Chriſtianam religionem ſuſcipiunt.

Anno Chriſti 723. horrendum monſtrum, quod diù cornibus ventilauit Eccleſiam Dei; nempè hæreſis Iconoclaſtarum exoritur in Oriente obſtetricante manu Iudæi cuiuſdam *Serantapici*, qui cùm eſſet Dux Iudæorum, anno ſeptimo Leonis Iſaurici Imperatoris (vt refert Theophanes) acceſſit ad Gizidum Saracenorum Principem, promiſitque effecturum ſe, vt is triginta (ſeù vt alij habent quadraginta) annos Principatum retineret, ſi ſacras Imagines ab Eccleſijs Chriſtianorum auferri mandaret. Fecit hoc impius Princeps, & Imagines omnes comburi fecit, & muros, vbi pictæ erant, dealbari calce, vel colore aliquo, vel etiam atramento deturpari mandauit. Et hæc eſt origo hæreſis Iconoclaſtarum ab vno Iudæo ex Laodicea maritimæ Phœniciæ oriùndo in Orbem Catholicum inuectæ. Sed Gizidus ſpe longioris vitæ fruſtratus, intra annum, & dimidium mortuus eſt, ac poſt eius

pud Aurelianenſem Galliarum Ciuitatem degentes, ceteris omnibus nequiores, & audaciores, conſilio inito, fugitiuum quemdam ſeruum Cœnobij S. Mariæ Melerenſis pecunia corruptum, ſub peregrini habitu clàm miſerunt ad Principem Babylonis cum literis Hebraicis characteribus ſcriptis, iiſdemque pictaciolis ferri baculo inſertis, ne quo caſu poſſent ab eo diuelli; quibus ei ſignificarent, niſi celeriùs Eccleſiam Chriſtianorum ſubuerteret, breui Chriſtianos Regno illum priuaturos. Itaque Princeps furore arreptus, mox Hieroſolymam miſit, qui Templum funditùs ſubuerterunt; ſed ipſum concauum Sepulchri tumulum nullo conatu quaſſare valuerunt. Quare rurſum rabiem ſuam in Eccleſiam S. Georgij Martyris conuertentes, eam pariter ſubuerterunt. &c. Ceterùm cùm paulò poſt manifeſtum eſſet, Iudæorum perfidia Templum Domini ſubuerſum eſſe, communi omnium Chriſtianorum conſenſu decretum eſt, vt cuncti Iudæi per vniuerſum Orbem ab eorum terris, vel Ciuitatibus pellerentur: ſicque omnes vndique expulſi, magna ex parte diuerſis mortium generibus interempti ſunt, nonnullique ſibi ipſis in tanta calamitate necem intulerunt; itaut vix pauci reſidui fierent in Orbe Romano. Tunc quoque decretum eſt ab Epiſcopis, atque interdictum, vt nullus Chriſtianorum illis ſe in quocumque ſociaret negotio, niſi eis, qui baptiſmum ſuſciperent, & omnem Iudaicam reſpuerent conſuetudinem: quod & plurimi metu mortis fecerunt, qui nihilominus poſtea ad vomitum redierunt. &c.

Anno Chriſti 1017. In fragmentis Hiſtoriæ Aquitanicæ traditur: *His diebus in Paraſceue poſt Crucem adoratam vſque ad Sabbathum Sanctum circa veſpe-*alia, quæ in crucifixione Domini patrata ſunt, impij iſti Iudæi fecerunt. Tandem, arrepta lancea latus Imaginis Domini percuſſerunt, mox ab eo ſanguinis, & aquæ copioſa quantitas emanauit, quem colligentes, tam Orientales, quàm Occidentales Eccleſiæ vbertim acceperunt, & per eum infinita propemodum miracula facta ſunt, quorum minimum non fuit conuerſio omnium fermè Iudæorum, qui Beryti erant, conuertentes etiam Synagogam in Eccleſiam, quam Saluatori noſtro Chriſto Domino Epiſcopus dedicauit. Itaque inſtituta fuit dicta dedicatio, & Altaria in honorem Saluatoris per Orbem V. Idus Nouembris, cùm antea non adeſſent Altaria Saluatori dedicata, vt legitur in Cod. Vaticano mſc. ſub numero 5696. pag. 32. Pergam. in folio maximo.

Cæterùm de miraculo Imaginis à Iudæis Cruci affixæ, vide in eadem Bibl. Vatic Cod. mſc. ſignatum num. 4854. Non minùs crudeles ſunt Iudæi contra Principes: nam-

Anno Chriſti 877. Carolus Caluus Imper. veneno necatur à Medico ſuo Sedecia Iudæo Prid. Non. Octob. Naucler. pag. 133. b. ad annum Chr. 877.

Anno Domini 1009. Templum Sacroſancti Sepulchri Domini Ieroſolymis Iudæorum conſilio, & arte diruitur à Principe Babyloniorum. Hiſtoriam in hunc ſenſum narrat Glaber lib. 3. c. 7. huius temporis Hiſtoricus. *Cùm enim* (vt ait) *de toto terrarum Orbe ob Domini memoriam plurima fidelium multitudo Hieroſolymam viſitaturi pergerent, rurſus cæpit inuidus Diabolus per aſſuetam ſibi Iudæorum gentem eiuſmodi Chriſtianorum deuotiones perturbare. Siquidem Iudæi a-*

Sacroſanctum Lauacrum cum honeſto Clericorum agmine prodijt. Tum verò Iudæi præparatam iam maleficijs iconem lychnis inſerentes, accendere; ea porrò abſumpta dimidiata, Pontificem ſacris miniſterijs inſiſtentem vires omnes ſubitò liquere. Re diuina nihilominus conſtanter prolata, elanguidus Antiſtes, ac veneni afflatu, faſcinoque, vti creditur, propemodum enectus, abſceſſit in Sacrarium; ibi, poſitis coram Chriſti in Cruce pendentis effigie genibus, fuſus in preces, caputque in Archidiaconi ſinum reclinans, collacrymante præſenti Clero, ſpiritum exhalauit; annis in Pontificatu exactis vndeuiginti paulò minùs XVII. Kal. Maij, anno ſalutis ſupra milleſimum ſexti, & ſexageſimi, vt inſignes ab hoc ſeculo teſtantur Scriptores. Lambertus ita:

Eberardus Treuirorum Archiepiſcopus, dum in Sabbatho Sancto tantæ diei myſterium ſolemniter populo exhibuiſſet, regreſſus in Sacrarium, caput in ſinum Archidiaconi reclinauit, circumſtantibuſque fratribus, ſpiritum exhalauit. Contracti appendix:

Eberardus Treuirenſis Archiepiſcopus XVII. Kal. Maij, Sabbato Sanctæ Paſchæ, completis à ſe ipſius diei officijs, ipſis Sacerdotalibus veſtimentis indutus, requieuit in pace] Ita Chriſtophorus Browerus, & Iacobus Maſſenius in Annalibus Treuirenſibus ad annum Chriſti 1066. num. 145.

Tumulatus eſt in Æde B. Paulini cum hoc Epitaphio.

Pauſat hic Eberardus Treuirorum Archiepiſcopus, qui in Vigilia Paſchæ ſacris inſtans officijs, ex cerea imagine per Iudæos accenſa, infirmatus, ad Sacrarium ductus ibi-

ſperam concuſſa eſt Roma à Vi Ventorum, & penè omnes Romani mortui ſunt tam Chriſtiani, quàm Iudæi. Cùm verò quidam Iudæus Chriſtianis intimaſſet, quòd in Paraſceue in Synagoga Imaginem Chriſti deluſiſſent, ſicut fecerunt Domino parentes eorum: hoc comperto, Benedictus Papa, Iudæos, qui hoc egerant, iuſſit decollari, moxque Venti ceſſarunt. Refert hoc Baronius Tom. XI. Annal.

Quòd Iudæi ſint etiam malefici, conſtat ex Hiſtoria excerpta ab Annalibus Treuirenſibus, quæ huiuſcemodi verbis narratur.

[Anno Domini 1066. Eberardus Treuirorum Archiepiſcopus, obſtinatam Hebræorum gentem, quæ frequens tum in Vrbe habitabat, redigere ad Chriſtiana Sacra maximoperè ſtuduit; pro poteſtate atque officio minitatus Vrbe ijs excedendum, ni ante Paſchalia feſta morem geſſiſſent. Quare ita vehementer aſperatos perfidorum animos accendit, vt conſilio de conſcinſcenda ei nece inter ſe agitato, oportunum ad perficienda cogitata, quæreret tempus. Excuſſis igitur in ante diem XVIII. Kalendas Martij diligenter conſilijs, quo die, proximo Paſchali, ſacro Fonti ex ritu Eccleſiæ Pontifex operam daturus erat; facta ex cera ad Epiſcopi ſimilitudinem imagine, Clericum Ædis Paulinianæ, nomen ei erat Chriſtiani, ſed Pſeudo-Chriſtianum ego potiùs dixerim, corrupere pretio, vt ad ſtygias haſce machinationes, imaginem eam vndæ ſalutari immerſam ablueret, ac veluti infantem ſacro Fonte tingendum expiaret. Vbi igitur dies ſanctioris hebdomadæ extremus illuxit, Archiepiſcopus Pontificali ornatus amictu, & ſtola incinctus, ad

Meminit huius cædis Auctor *Scialſcèlet hakkabbalà* pag. 110. b. eamque his verbis deplorat: *Circa annum mundi* 4856. Chriſti 1096. *profecti ſunt omnes fideles* (Chriſtiani) *in bellum Ieroſolymitanum contra Turcas, traſeunteſque terminos Germaniæ occiderunt multos cœtus Iſraelitarum Spiræ*, Wormatiæ, *Moguntiæ, Coloniæ. &c. à Menſe Iiàr* Aprilis, *vſque ad Menſem Ab* Iulium. *Et fama fert, aſcendiſſe numerum interfectorum, & ſubmerſorum propter ſanctificationem vltra quinque millia animarum. Eorum autem, qui religionem mutauerunt,* אין מספר *ſine numero fuerunt.* Item *David Ganz* ad hunc annum, ſed prolixiùs hæc deſcribuntur à *R. Ioſeph Cohèn* in דברי הימים *Diurè Haijamìm in Chronicis.*

Anno Domini 1131. Ob impiam tyrannidem Petri Leonis, qui ſub nomine Anacleti II. Petri Cathedram inuaſerat, totamque Vrbem occupauerat, Innocentius II. legitimus Papa, ac ſanctiſſimus vir in Gallias cogitur exulare. Vbi auctoritate S. P. N. Bernardi Abbatis Claræuallenſis in legitimum Pontificem receptus, etiam ab ipſo Rege pijſſimo Francorum Ludouico alacriter, & honorificè ſuſceptus eſt. Dum enim Pariſijs ſumma cum veneratione exciperetur, Iudæos ipſos, qui cum libro Legis ſibi occurrerant Legem Moſaicam laudantes, Innocentius non deſpexit, ſed aſpexit, dicens: *Rogo Deum, vt velamen oculorum veſtrorum auferat, vt quæ libris his veritas continetur, à vobis intelligatur.*

Porrò libet hìc aliquantiſper digredi, & cùm de Innocentio II. mentio facta ſit, de eo, eiuſque antiquiſſima, ac nobiliſſima familia Papareſca breuiter

ibidem flexis genibus orans, in ſacris veſtibus expirauit anno Domini MLXVI. XVII. Kal Maij.

Anno Chriſti 1080. Gregorius VII. Papa in literis ſcriptis ad Alphonſum Hiſpaniæ Regem, de Iudæis ſic habet: *Quoniam autem ſicut de bonis gloriæ tuæ merito congratulari, ita & de his, quæ non conueniunt à te fieri, dolere, ac ex merito inhibere compellimur; dilectionem tuam monemus, vt in terra tua Iudæos Chriſtianis dominari, vel ſupra eos poteſtatem exercere vlteriùs, nullatenus ſinas. Quid eſt enim Iudæis Chriſtianos ſupponere, ac hos illorum iudicio ſubijcere, niſi Eccleſiam Dei opprimere, & Satanæ Synagogam exaltare? & dum inimicis Chriſti velis placere, ipſum Chriſtum contemnere? Caueas itaque, fili, hoc facere Domino, ac Creatori tuo, quod non impunè fieri tibi ſuſtineres à ſeruo tuo. &c.*

Anno Domini 1096. Expeditio Occidentalium Cruce ſignatorũ in Orientem contra Infideles, de qua traditur, tantam hominum multitudinem Cruce ſignatam fuiſſe, vt ad trecenta millia cenſa fuerint. Verùm ante profectionem magnam ab eis factam eſſe pluribus in locis ſtragem Iudæorum, Bertholdus, alijque horum temporum Auctores affirmant. Qui enim Diuino inſtinctu aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes dedere ſacræ militiæ nomen, in quos primos incidunt Chriſti hoſtes Iudæos infelices, animi impetu, legum habenis excuſſis, feruntur, eoſque trucidant, fugant, vel obſident, atque ex deſperatione ad conſciſcendam ſibi mortem impellunt; datur tamen illis venia, qui Chriſtainam fidem, abiurato Iudaiſmo, profiteri vellent.

quà mari, quà terra ad vſum vitæ neceſſaria in Vrbem aduehenda, & ipſius Vrbis aditum, ſi opus ſit, hoſtibus intercludendum, fidam habere cuſtodiam. Huiuſmodi autem ſupremæ Præfecturæ honore, tamquam totius Matthæiorum familiæ Princeps hodie potitur D. Marius Matthæius Vrſinus Paganicæ, & Montis nigri Dux, &c. q. D. Ioſephi Matthæi Vrſini filius; cùm ex diplomatibus Summorum Pontificum conſtet, filios prædicti Ioſephi eſſe totius familiæ Papareſcæ—Matthæiæ Capita, & Principes.

Cæterùm Innocentius II. Summus Pontifex renuntiatus eſt anno Domini 1130. obijtque anno 1143. cùm ſediſſet annos 13. menſes 7. dies 8. ſepultuſque eſt in Baſilica S. Mariæ Tranſtyberis, quam à fundamentis proprijs ſumptibus renouauerat. Et hæc obiter de antiquiſſima æquè ac nobiliſſima Papareſca, ſeù Matthæia familia dictum ſit. Nunc abruptum orationis filum de Iudæorum in Chriſtianos animoſitate connectam.

Anno Domini 1146. S. Bernardus Claræuallenſis Abbas hortatur, imò prohibet, ne Iudæi occidantur. ep. 322. Epiſcopo Spirenſi, & vniuerſo Clero, & populo ſcribens, ſic ait: *De cætero fratres moneo vos, non autem ego, ſed & Apoſtolus Dei mecum, non eſſe credendum omni ſpiritui. Audiuimus, & gaudemus, vt in vobis ferueat zelus Dei: ſed oportet omninò temperamentum ſcientiæ non deeſſe. Non ſunt perſequendi Iudæi, non ſunt trucidandi, ſed nec effugandi quidem. Interrogate eas diuinas paginas. Noui quid in Pſalmo legitur Prophetarum de Iudæis,* (Pſal. 58. ver. 12.) Deus oſtendit mihi (*in-*

hæc pauca ſubnectere. Innocentius II, Pontifex Maximus ante Pontificatum dictus eſt Domnus Gregorius Monachus Lateranenſis Cœnobij Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, Ioannis Euangeliſtæ, atq; Pancratij, idemque Abbas Monaſterij Sanctorum Nicolai, & Primitiui Ordinis S. Benedicti, loco, qui vocatur Gabis, prope lacum Burranum, Romanus natione de regione Tranſtyberim, ex nobiliſſima, & antiquiſſima Papareſcorum, & de Papa familia, quæ nunc Matthæia dicitur, & in Vrbe pari cultu, ac nobilitate ſplendet, quæ & ampliſſimis à Summis Pontificibus decoratur priuilegijs; nam cùm in Tranſtyberina regione inter nobiliſſimos Romanorum primarium ſemper retinuiſſet locum, eidem etiam familiæ, quandocumque fuiſſet opus, huius regionis demandabatur cura. Sanè quemadmodum vt Eminentiſſimorum Patrum pro electione Summi Pontificis in Conclaui recluſorum ſecuritati conſulatur, Principibus quibuſdam Romanis eiuſdem Conclauis committitur cuſtodia; ſic Matthæiorum familiæ Principi alia cura demandatur, qua non ſolùm Cardinalium, ſed & ipſorum Conclauis Cuſtodum Cuſtos efficitur. Qui namque totius familiæ Matthæiorū Caput eſt, & Princeps præſidiorum militum vtriuſque Pontis quatuor capitum, & S. Mariæ, nec non maioris Ripæ, Ripettæ, & Marmoratæ ſupremus, ac perpetuus à Summis Pontificibus conſtitutus eſt Præfectus: cùm non minùs Sacri Collegij ad Cardinaliū ſecuritatem pertinent, Principes Romanos Conclauis eſſe Cuſtodes, quàm ad eiuſdem Sacri Collegij quietem, ſpectet; Tyberis, ac Vrbis Pontium,

qui ad Ludouicum Regem Francorum ſcribens (lib. 5. epiſt. 33.) de Iudæis pariter agens, eos non occidendos quidem exiſtimat, ſed impunitos non relinquendos de exceſſibus ſuis, quibus bona Chriſtianorum, vel vſuris exhauriant, vel emendo ſurto rapta poſſideant; quibus eos iuſtè expoliandos ſuadet, iiſdemque militantes pro Chriſto alere milites (Cruce ſignatos in expeditione Terræ Sanctæ.) His ita narratis, addit Eminentiſſimus Baronius ad hunc annum. *Vt autem* (inquit) *ijs temporibus penes omnes Iudæi execrabiliores haberentur præter antiquam maledictionem, qua tenetur omne genus eorum aſtrictum, recentia acceſſerunt demerita; & præſertim ea, quæ hoc anno ab eis ſunt ſceleſtiſſimè perpetrata: quæ cùm innotuiſſent Orbi, Fideles omnes in eos ſunt vehementer incenſi. Siquidem hoc anno Iudæi implacabili odio, quo cum Chriſto Chriſtianos omnes ſemper ſunt perſecuti, execrandum facinus perpetrarunt, quod à Roberto de Monte in Appendice ad Sigebertum ita paucis deſcribitur. Apud Noruicum Angliæ Ciuitatem Iudæi crucifixerunt puerum quemdam Chriſtianum nomine Willelmum, quem etiam foras Ciuitatem ab eis ſepultum Diuina lux (vt ferunt) ſuper eum emicans declarauit: ſicque à fidelibus inuentus, honorabiliter eſt in Eccleſia poſitus. Creuit ob eiuſmodi eorum ſcelera in Iudæos odium immenſum, quo cæderent eos Chriſtiani milites frequenter. &c.* Ita de flagitioſis Iudæis refert Baronius.

Sub Philippo II. Francorum Rege cognom. Theodato, & Auguſto anno Domini 1185. referente Genebr. l. 4. Chron. Iudæi è Francia expulſi ſunt, & eorum Synagogæ euerſæ, vel mutatæ in

Xxxx 2 Ec-

(*inquit Eccleſia*) ſuper inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei. *Viui quidam apices nobis ſunt repræſentantes Dominicam paſſionem. Propter hoc diſperſi ſunt in omnes regiones, vt dum iuſtas tanti facinoris pœnas luunt, teſtes ſint noſtræ redemptionis. Vnde & addit in eodem Pſalmo loquens Eccleſia:* Diſperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine. *Ita factum eſt: Diſperſi ſunt, depoſiti ſunt, duram ſuſtinent captiuitatem ſub Principibus Chriſtianis. Conuertentur tamen ad veſperam; & in tempore erit reſpectus eorum. Denique cùm introierit gentium multitudo, tunc omnis Iſraël ſaluus erit, ait Apoſtolus* (ad Rom. 11. 26.) *Interim ſanè qui moritur, manet in morte. Taceo, quòd ſicubi deſunt, peiùs iudaizare dolemus Chriſtianos fœneratores: ſi tamen Chriſtianos & non magis baptizatos Iudæos conuenit appellari. Si Iudæi penitùs conterantur, vnde iam proſperabitur eorum in fine promiſſa ſalus, ſiuè conuerſio? Planè & Gentiles ſi eſſent ſimiliter expectandi ſuſtinendi forent potiùs, quàm gladijs expetendi. Nunc autem cùm in nos cœperint eſſe violenti, oportet vim vi repellere eos, qui non ſine cauſa gladios portant. Eſt autem Chriſtianæ pietatis, vt debellare ſuperbos, ſic & parcere ſubiectis, his præſertim, quorum eſt legiſlatio repromiſſa, quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt benedictus in ſæcula. Attamen exigendum ab eis, iuxta tenorem Apoſtolici mandati, vt omnes, qui Crucis ſignum ſuſceperint, ab vſurarum exactione liberos omninò dimittant.* Hactenùs S. Bernardus ſeptem annis antequam ad ſuperos aſcendiſſet. Idem cenſet Petrus Abbas Cluniacenſis,

conceſſit Iudæis habitandi Pariſijs contra voluntatem populi; ſed non diù ibi largitus eſt ijs tempus, & expulit eos ſecundò, vbi & hodie. Ex Chron. *R. Ioſ. Cohèn.* Quòd verò inter eos fuerit R. Salomon, videtur mendum in Chron. Genebrar. quia iam diù anteà mortuus erat R. Salomon. Obijt enim anno 865. eiuſdem millenarij, Chriſti 1105. annis 81. ante hanc expulſionem è Gallia.

Anno Chriſti 1233. In Germania, quia Iudæi mancipia Chriſtiana detinebant, circumcidebant, atque ad Iudaiſmi ſuperſtitionem ſuſcipiendam compellebant, ipſoſque Iudæos Principes, & Magiſtratus, publicis officijs præficiebant, quorum occaſione in Chriſti fideles ſæuiebant: nutrices, ac famulas Chriſtianas domi alebant, quas ijs ſceleribus contaminabant; ſignum in Concilio Generali ſtatutum, quo à fidelibus diſcerni poſſent, non ferebant. Gregorius Papa IX. literis datis ad Præſules Germaniæ, ne de cætero prædicta Iudæis permittant iubet; & vt illorum audacia faciliùs comprimatur, auxilio brachij ſecularis inuocato, contra eoſdem procedant: ijſdemque in Pannonia ſuccreſcentibus malis, miſſo Iacobo Cardinale Præneſtino Epiſcopo, olim trium fontium Abbate Ord Ciſtercien. Sedis Apoſtolicæ Legato ad Andream Hungarorum Regem, Iudæorum arrogantiam compeſcuit.

Anno Domini 1250. Iudæorum immane ſcelus committitur Cæſarauguſtæ in *Hiſpania* in puerum ſeptennem nomine *Dominicū*: nam in Chriſti odium Iudæi hunc puellum arripiunt, & parieti clauis configunt ad modum Crucis, latuſque haſta crudeliſſimè transfodiunt: cùm Eccleſias, edicto Philippi Regis, quòd Chriſtianum puerū in Chriſti ludibrium Cruci affixiſſent, & grauiſſimis vſuris vexarent Franciam. Æmil. l. 5. Gagui l. 6. Verùm non multo poſt tempore redeuntes ab eodem admittuntur. Æmil. l. 6. Inter eos fuiſſe aiunt R. Salomonem Iarchi, quos Rex in Germanias expulit. Eſt autem Iarchi magni nominis Rabbinus, ordinarius Vet. Teſtamenti, & Talmudis interpres, qui videtur cognominatus Iarchi, q. Lunenſis. Luna autem Oppidum eſt Prouinciæ Aquitanicæ, vbi Iudæos manſiſſe ſcribit Diuus Gregorius lib. 3. epiſt. 21.

Anno Domini 1190. Londini ſeditio contra Iudæos, donec res à Richardo Rege componeretur. *R. Ioſeph* ex Genebr. l. 4. Chron.

Eodem anno octoginta Iudæi, iuſſu Philippi Blaiæ combuſti ſunt. R. Iom Tou multos ſuorum interfecit, ne baptizarentur. *Idem.*

Anno Domini 1191. In Anglia primùm 150. interfecti ſunt, deinde in alijs Vrbibus alij, qui baptizari recuſabant. *Idem.*

Anno 1198. Expulſio magna in Gallia, nec mitiùs tractatos fuiſſe Iudæos in Regno Leon, teſtatur *Iuchaſsin* pagina 137. & *Scialſcèleth bakkab.* pag. 50. b.

Anglicæ perſecutionis ex *R. Ioſeph* meminit Genebr. an. 1190. Vide Mat. Pariſ. in Richard. I. pag. 148.

Huius expulſionis Iudæorum è Francia meminit *R. Dauid Ganz* ad annum mundi 946. quinti millenarij, nempe Chriſti 1186. ex Chronicis *R. Ioſephi Cohèn* pag. 67. Quòd poſtea redierint. *Idem Ganz* ad annum 958. Chr. 1198. ſic ait: *Rex Galliæ Philippus facultatem*

erat ; & quoties illud condere Iudæi tentauere , toties poſtea ſequenti die ſeſe præferebat. Horrere metu perfidi cœpere, ac ne à Chriſtianis conſpiceretur, in puteum abiecere. Interea pueri mater dolore agitatata filium quæritabat, certiorque facta puerum in Iudæi domum ingreſſum eſſe, irrumpit, ſcrutatur, atque in puteum oculos conijcit; cruentum illicò filij corpus adſpicit, preſſoque intus dolore ad Iudicem aduolat. Capitur ædium Dominus, rei ſeriem fatetur, atque equorum caudis alligatus laniatur: nonaginta Iudæi Londinum in vincula abducti, & iuſto ſupplicio afficiuntur.] Ita Par. hiſtor. Anglic. anno 1255.

Non mirum igitur eſt, ſi paulò poſt, hoc eſt anno mundi 5020. Chr. 1260. à tota Angliæ Inſula extorres facti ſunt Iudæi; vt refert Auctor שבט יהודה *Scèuet Iehudà* השבר *Clade* 18. In eadem Inſula multa crimina commiſerunt Iudæi, inter quæ narratur, quòd -

Anno mundi 5020. Chriſti 1260. *Quidam Presbyter Anglus adamauit puellam Hebræam, & vt ei nubere poſſet, circumciditur. Re cognita, voluerunt Angli comburere omnes Iudæos, ſed Rex mitiorem ſententiam promulgat, iubetque, vt omnes Iudæi infra tres menſes Chriſtianam religionem ſuſcipiant, & Iudæus, qui Sacerdotem Chriſtianum circumciderat, comburatur. Hinc multi Iudæorum mutarunt religionem; à reliquis in pertinacia perſiſtentibus, ablati ſunt illorum filij ad ſex annorum ſpatium non pertingentes, & longè à conſpectu parentum in diuerſas Regni partes abducti, vt Iudæorum rituum obliniſcerentur, baptizati in Chriſtiana religione inſtructi ſunt. Scialſcèleth hakkab-*

cùmque ad tegendum ſcelus ſacrum corpus in littore ſepeliendum curaſſent, noctu clariſſimo fulgore locus radiauit, quo prodigio commoti Chriſtiani eò accurrere, indeque erutas ſacras reliquias magna religioſa pompa in princeps Templum extulere: vbi plura miracula patrata ſunt. Quibus viſis, Iudæus Moſes Albayhuzerus, qui innocentem puerum rapuerat, Chriſto nomen dedit. Cæterùm portenderat Martyri Deus glorioſiſſimum illud mortis genus, cùm ex materno vtero Crucis humero dextro, Coronæ verò figura capiti impreſſa decorum in lucem prodire voluit. Hæc pluribus Hieronymus Blancha Commentar. rerum Aragon. in Iacob. I. ex primarij Templi, vt ait, Tabulario decerpta.

Anno 1255. Sæuum facinus Lincolniæ in Anglia Iudæi in puerum Hugonem octennem Chriſtianum perpetrarunt. Intercepto enim puero, ex omnibus Angliæ Vrbibus Iudæos maximè conſpicuos exciuere; ex ipſis vnum creauere, qui tamquam in ſcena, Pilati perſonam referret, alij tortorum officia ſuſcepere, illatiſque puero omnibus probris, quæ Sacra recenſet hiſtoria, crudeliſſimis verberibus illum cæcidere, ſpineam coronam impreſſere capiti, egere in Crucem, potauere felle, ac denique latus mortuo lancea tranſuerberauere. Ad cumulum improbitatis, & flagitij, viſcera auulſere, vt eorum beneficio incantationes magicas exercerent: vtque ſcelus tantum lateret Chriſtianos, corpus terra diligentiſſimè obruerunt. Sed vindex Deus rem patefecit: Euomuit terra innocens corpus, quod honorificentiori ſepulchro dignũ

da re, & reſponſo dando. Redierunt ad Regem, eumque interpellant, quòd omnes quidem fient Chriſtiani, ſi tamen ſtatim liceat eis, & ſuis filijs nubere cuicunque voluerint ex Nobilibus Regni. Annuit Rex, quod Iudæi non credebant, ſtatimque omnes baptizati ſunt, & illorũ maior Synagoga conuerſa eſt in Eccleſiam Deo in honorem S. Catharinæ dicatam. Et hinc אנוסים *Anuſsim* eorum, qui coacti dicuntur, in Regno Neapolitano ſumpſit initium; ſed paulò poſt omnes expulſi fuerunt, vt habetur in *Scèuet Iehudà* שבט *Clade* 19. vbi Iudæi Neapolitani laudantur, quòd fuerint viri ſcientijs celebres: imprimis verò admirandi Oratores, & Poëtæ, qui pares certè non habuerunt, præter eos, qui Galliæ Prouinciam incolebant, ſcientiarum, & artium laude reliquos Iudæos longè ſuperantes.

Cæterùm de expulſione Iudæorum à Regno Angliæ meminit *R. Dauid Ganz* ad annum 20. ſexti millenarij.

Circa annum 5022. Chr. 1262. *Diuulgatum eſt, quòd Iudæi percuſſerint Sacramentum Euchariſtiæ, & ex eo exierit multum ſanguinis, & ſurrexerunt Ciues Theutoniæ* (Germaniæ Vrbis) *& occiderunt omnes Iudæos, & illorum pars apoſtatauit. Ita ſcripſit* האוסקי *Haòski*. Hęc transſcripta ſunt ex libro *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 112. b. circa finem. Sæpè hoc flagitium perpetrarunt Iudæi, de quo debitas pœnas reportarunt.

Iudæi puellam occidunt Chriſtianam.

Anno Domini 1271. *Iudæi in Germania in Theutoniæ Pfortzheim horrendum facinus, ſed clandeſtinum committunt Iudæi*

kabbalà pag. 112. in fin. & p. 113. in principio Ibidem.

Huius Regis Angliæ filius prope litus maris duo Tabernacula fixit, in vno erexit ſtatuam Moſis, in altero imaginem Chriſti, præcepit Iudæis omnibus, qui Chriſto nomen dederant, & ſuſpecti de apoſtaſia fuerant, vt qui vellent ſequi Legem Moſis, ingrederentur in Tabernaculum Moſis; qui Chriſtianam, in Tabernaculum Chriſti. Omnes, qui ingrediebantur in Tabernaculum Moſis, interficiebantur, & in mare proijciebantur, & hoc modo cogniti ſunt apoſtatæ, & puniti.

Eodem anno 5020. Chriſti 1260. Cùm Londini in Anglia fuiſſent ſupra duo millia familiarum capita Iudęorum, quorum ingens numerus à plebe trucidatus eſt, quia infamia contra eos percrebuerat, quòd adulteraſſent monetas: ideò Rex ne, cuncti occiderentur, è Regno ſuo Iudæos omnes eiecit. De qua Iudæorum clade vide *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 111. vbi etiam de Iudæis Regni Neapolitani in hunc ſenſum legitur.

Anno 5020. Chr. 1260. *Robertus Rex Neapolis cùm aduerſo Marte bellum geſſiſſet, Iudæi magnam auri ſummam ſponte Regi obtulerunt, qua reſtaurato bello, hoſtem expulit. Tempore mortis iuſſit Rex filio ſuo, vt poſt eius mortem benè faceret Iudæis impensè. Mortuo Rege, Rex nouus vocatis ad ſe Iudæis, retulit id, quod pater ſuus ipſi iuſſerat; additque, nil melius pro Iudæis ſe facere poſſe, quàm eos in paradiſum introducere; vnde iuſſit vt ſtatim, & abſque mora interpoſita, religionem Chriſtianam ſuſcipiant. Petunt Iudæi trium dierum ſpatium pro conſultan-*

1313.) *Ludouicus Vtinus pecunia, vt fertur, corruptus, eos recepit*, ex Æmil. l. 8. Guag. lib. 7. non ſubſiſtit, quia anno 1313. adhuc Rex Philippus viuebat. Obijt enim an. 1314. Huius expulſionis meminit etiam Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pág. 113. b. ſed valdè errat in annis. *R. Leuì Ben Gersòn* huius exilij mentionem facit ad Paraſcià אם בחקתי Leuit. 26. 38. *Peribitis inter gentes*. Et addit: *Aduerſus Iudæos quoque in Germania exijt excandeſcentia Domini, atque flammis ibi traditæ ſunt multæ animæ Iſraëlitarum anno eodem.*

Anno Domini 1287. Iudæi pariter in Germania Wernherum puerum in Chriſti Domini odium Weſaliæ crudeliſſimis ſupplicijs affectum occidunt, in crypta corpus recondunt, noctu cæleſti luce locus oſtenditur, ſacrum corpus inuenitur odore fragrans, ſumma deuòtione in S. Cuniberti Sacellum, quod eſt in colle prope Parochiam ſepelitur, quod illicò Dominus magnis, & ſtupendis illuſtrauit miraculis. Sur. Tom. 2. die 19. April. eaque de cauſa quadraginta, & ampliùs Iudæos à Chriſtianis cæſos (ait Chron. Colmarien.) reque ad Rodulphum delata, ſupremum Rabbinum in vincula deiectum, atque ad eum redimendum Iudæos 20. marcharum millia in Rodulphi ſinum effudiſſe; Cæſaremque auri fulgore perſtrictum, Chriſtianos Weſelienſes, & Popardienſes duobus millibus marcharum mulctaſſe.

Ob hæc, & alia grauiſſima crimina, quæ paſſim in diuerſis Orbis partibus in odium Chriſtianæ religionis perpetrabantur à Iudæis, odium etiam Chriſtianorum contra ſe ipſos concitabant, vt dæi in puellam ſeptennem, quam occidunt, *& in profluentem proijciunt, ſed à piſcatoribus inuenta, & in Villam deportata coram Marchione de Baden manum extendens, ac ſi ab eo vindictam peteret, quibuſdam inditijs præcedentibus, & ſubſequentibus capti ſunt Iudæi, qui rei ſeriem in quæſtionibus narrantes per ordinem rotati, & ſuſpenſi ſunt.* Hiſtoriam prolixè narrat Thomas Cantipratanus lib. de Apibus cap. 29. num. 22.

Anno Domini 1286. Iudæi expelluntur è Gallijs, quæ expulſio hoc modo refertur in שבט יהודה *Virga Iudæ* ספר *Clade 21.*

Anno 5046. Philippus Philippi filius Rex Galliæ, omnes è Regno ſuo eiecit Iudæos. Tantus verò, tamque innumerabilis in illis Regnis propemodum Iudæorum numerus fuit, vt duplò plures fuiſſe dixiſſes, quàm olim ex Ægypto egreſſi ſunt; vt ſcriptum reliquit R. Leuì Ben Gerſon in enarratione huius verſ (Num. cap. 23. 10.) Quis numerat puluerem Iacobi? *Quam quidem enarrationem ſcripſit quindecim annis poſt hoc exilium. Vniuerſus cætus, qui Toloſæ fuerat, Legem Moſaicam deſeruit: Anni autem illius numerus continetur in hac voce* (Pſal. 34. ver. 1.) ויגרשהו וילך Expulit eum, & abijt. *Illud autem exilium fuit menſe* אב *Au fer.* 6. 10. menſis Iulij. *Iuchaſin pag.* 133. *die Chriſtianis Mariæ Magdalenæ ſacrato. R. Dauid Ganz* huiuſmodi exilium reijcit ad annum 66. ſexti millenarij, Chr. 1306. quo anno regnabat Philippus Pulcher Philippi filius, ſub quo expulſi ſunt Iudæi, vt refert Genebr. l. 4. Chronol. ad annum 1304. Verùm quod addit: *Sed ſeptem annis poſt* (hoc eſt anno

in aquam frigidam, quæ etiam tota effecta eſt rubea: Chriſtiani autem peruenientes, vt acciperent ab eo ſub vſuris, & domum intrantes eius, perpenderunt ſacrilegium maximum Iudæi: hoſtia nempè per ſeipſam euolauit ſuper quandam tabulam. Captus ergò Iudæus, confeſſo ſcelere, combuſtus eſt; & Sacramentum reuerenter acceptum à Sacerdotibus cum multa deuotione fidelium, & honore deportatum eſt ad Eccleſiam, & ex domo Iudæi fabricata eſt Eccleſia, & vocatur Eccleſia Saluatoris del Boglento.

In linteis Iudæorum Cruces apparent.

Anno Domini 1295. Narrat Ioannes Longinus in Hiſt. Pol. l. 7. quòd *in quarto menſe huius anni, qui dicitur apud Iudæos Chamitz* (lege Thamùtz) *vltima die ipſius Maij* (*in qua die prædixerunt Rabbini Iudæorum, quòd Iudæi debebant habere ſignum redemptionis ſuæ à Deo miraculosè factum, ad quorum proclamationem omnes Iudæi fecerunt ſuas pænitentias in ieiunijs multis, cum ſatisfactionibus, eleemoſynis, quaſi ad Deum reuerſi, orantes, vt ſibi prædictum ſignum ſuæ ſalutis oſtenderet*) *in quo anno, menſe, & die aſſignatis intrauerunt Synagogas ſuas ad orandum Deum induti ſyndonibus albis lineis, ſiuè ſericis, prout eſt moris apud eos, in die expiationis, ſcilicet in die decima menſis ſeptimi. Ex tunc altiſſimo Deo cooperante, qui nullum tempus ſine bonitatis ſuæ teſtimonio reliquit, in ſyndonibus, quæ ſeruabantur, apparuerunt ſigna Crucis in omnibus, & vbicumque erant etiam in illis ſyndonibus, quæ condebantur in ſuis apothecis. Quo ſigno viſo, multi eorundem fuere turbati: quorum*

vt quandoque à plebe nullo iuris ordine ſeruato, aut facultate à Magiſtratu accepta, quamplurimæ Iudæorum cædes auditæ ſint. Sic Trecis in Gallia anno 5048. Chriſti 1288. igni cremati ſunt tredecim Iudæi. Extat hæc Hiſt. m. ſ. in Biblioth. Vatic. Cod. Pergam. ſub num. 322. Hinc apparet, quod in aliquas partes Galliæ redierint Iudæi, vel expulſio Iudæorum facta anno 1286. non fuerat vniuerſalis per totã Galliam.

Anno Domini 1290. Iudæus ſacratam hoſtiam impiè tractans condignam pœnam luit. Narrat Sanctus Antoninus 3. par. tit. 20. cap. 5. §. 8. Io. Vill. lib. 7. c. 14. 144. Naucl. gen. 44. & alij, quòd *inſigne miraculum accidit Pariſijs circa Euchariſtiam: nam cùm quidam Iudæus mutuaſſet ſub vſuris cuidam mulieri certam quantitatem pecuniæ ſuper pignus cuiuſdam veſtimenti ſui; illa, vt eo poſſet veſtiri in Paſchate de propinquo aduenienti acceſſit ad Iudæũ ad concedendam tunicam ſuam. Sed perfidus Iudæus auſus eſt dicere mulieri: Si tu portas mihi Corpus Chriſti, quod dicitis eſſe in hoſtia conſecrata, ego tibi reſtituam veſtem ſine aliqua pecunia. At mulier cupiditate deuicta, plùs amans pecuniam, quàm animam, hoc ei promiſit. Vnde die Paſchatis accedens ad communionem, in ore retinuit Sacramentum, non glutiens, nec purificationem ſumens: ſed recedens ab Eccleſia Iudæo detulit. Qui, vt perfidiſſimus, & ſacrilegus, poſuit Sacramentum in patella ſuper ignem cum aqua bullienti: & cùm Sacramentum illæſum permaneret, ille gladium accipiens, pluriès percuſſit hoſtiam, indeque ſanguis exiuit, quo aqua tincta effecta eſt rubea tota. Extrahens autem de patella, miſit hoſtiam*

fuerat manſiones : qui ſæpè dictum Corpus Chriſti ſacratiſſimum acubus , & ſubulis pungentes , & in mortariolis tundentes , & per illas puncturas , & tunſiones ſanguinem elici conſpicientes , tandem in diuerſis locis ſub terra ſuffoderunt . Sed Deus omnipotens Sacramentum ſalutis , multis miraculis prodentibus , ſuis fidelibus propalauit . Quapropter Chriſtiani inſurgentes contra Iudæos , eos per diuerſas Ciuitates , & loca turmatim occiderunt . Contigit , vt multi Iudæi ad quoddam Caſtrum confugerent , vt ſe ibidem defenſarent : cùmque Chriſtiani ad expugnandū dictum Caſtrum forti manu conueniſſent , & illud iam vallaſſent, quædam Virgo Iudæa de eodem Caſtro importunis clamoribus rogabat Chriſtianos , vt ipſam inde eriperent , & baptizarent , Iudæis ipſam deorſum trahentibus , & increpantibus , illa de manibus eorum elapſa, de altitudine Caſtri ſe præcipitem dedit . Sed ecce mirum in modum ipſa , quaſi manibus Angelicis portaretur , illæſa deſcendit : & mox ad fidem Chriſti , & baptiſma confugit . De hac Iudæorum ſtrage, cùm percrebuiſſet fama , ipſos Chriſti Corpus contudiſſe , atque ex eo diuinitùs cruorem fluxiſſe , meminit etiam Eberhardus apud Caniſ. antiq. lect. to. 1. pag. 335.

Iudæi in odium Chriſtianæ Religionis puerum occidunt .

AnnoDomini 1303. idem Siffridus t. 2. ſic ait : 1303. *Iudæi perfidi effuſioni ſanguinis Chriſtiani aſſueti, ſcitum quendam puerum ſcholarem , Conradum nomine , filium cuiuſdam militis in Vueiſenſeha Ciuitate Turingiæ multis cruciatibus affligentes , & ſectis omnibus neruis , & venis , totum ſanguinem eius elicientes , ante ſe-*

rum quidem dicebant , quòd hoc fuerat factum diabolica arte , nimirùm cùm prædeceſſores eorum de Chriſto maxima miracula faciente , In Beelzebub eijcit dæmonia , *Matthæi nono capitulo idipſum dicebant . Nonnulli dubitabant non audentes loqui , nec aliquid circa hoc iudicare . Alij verò crediderunt hoc ſignum fuiſſe veri Chriſti crucifixi , & diſpoſuerunt ſe ad eius fidem cum baptiſmo recipiendam . Iſti tamen fuerunt pauci .*

In Sanctiſſimū Euchariſtiæ Sacramentum Iudæi inſultant in Germania. Narrat Siffridus Epit. l. 2.

Anno Chriſti 1299 Iudæi (inquit Siffridus *) perfidiſſimi Corpus Chriſti Sacrum in nocte Sancti Paſchatis emptum à Cuſtode Eccleſiæ in Ciuitate Franconiæ , quæ Roetingen dicitur per diuerſas Ciuitates , & Caſtella alijs Iudæis diſtribuerunt . Quædam religioſæ mulieres , quæ ſacras Vigilias ad tumulum Crucifixi obſeruabant (ſicut moris eſt in Theutonia) cùm hora matutinarum de Eccleſia prodeuntes , irent ad excitandum Eccleſiæ Presbyterum , vt Crucifixum de monumento ante matutinas , ſecundùm conſuetudinem , ſubleuaret , viderunt ſuper domum Iudæi , qui Sacramentum emerat , duo rutilare luminaria : cùmque attonitæ ſtarent , & ſecum quærerent , ſuperueniens Presbyter interrogat , quid conferant ; Videnſque cum ipſis luminaria , compertoque quòd Iudæus cum Cuſtode in Eccleſia fuiſſet , & iuxta Altare , cautè vocat Iudicem Ciuitatis , & quoſdam de Ciuibus . Qui irruentes in domum Iudæi , ipſum , & Cuſtodem Eccleſiæ ceperunt : qui coacti facinus perpetratum confeſſi ſunt . Iam verò . vt dictum eſt , idem Corpus Chriſti per diuerſas Iudæorum diſperſum*

ſæuire cæperunt in Iudæos tamquam Chriſti inimicos. Hinc in Aquitania accidiſſe ferunt, vt quingenti ex Iudæis in Turrim ſe receperint, qui circumobſeſſis à Paſtorellis (ita iſti vocabantur) cùm nullum effugium pateret, de ſua ſalute deſperantes, iacta ſorte, vnum elegere, qui reliquos ſtrangularet; ſed cùm is ætate ſenex eſſet, iuuenem in ea crudeli carnificina ſocium popoſcit: ij duo reliquos voluntariæ morti ſe offerentes, ne in Paſtorellorum manus inciderent, necauere. Qua perfecta re, ſenex à iuuene idem crudele popoſcit officium, quo ille perfunctus, non ſibi manus intulit, ſed Paſtorellis ſe dedidit, ac baptiſmo vnà cum pueris ſuperſtitibus luſtrari flagitauit: at ipſum ij, vt generis ſui tortorem, ſupplicio affecere. Commotus ob Paſtorellorum ſæuitiam Pontifex, Iudæorum aduerſus eos ſuſcipere clientelam eſt compulſus. Itaque Ioannes XXII. Papa datis literis ad Principes Chriſtianos, ac Viros nobiles, armis à Paſtorellorum feritate Iudæos defendere iuſſit. In ea porrò perſecutione a Paſtorellis excitata plures Iudæi ad baptiſmi ſacra perfugere, quibus alijſque in poſterum conuertendis, vt conſuleret Ioannes, editas antea ſuperioribus annis ſanctiones, vt à Iudaica ſuperſtitione ad fidem traducti bonorum iacturam, quæ antea obtinebant, non paterentur, renouauit. Diuinæ porrò iuſtitiæ à Paſtorellis facta ſtrages aſcribi poterit, ſi atrocia Iudæorum ſcelera, ac blaſphemæ voces, quas in Chriſtum, & Virginem iactabant, perpendantur, vtque Talmudicis fabulis ſimplicem populum irretire niterentur. Ad quorum perfidiam frœnandam Pontifex Tal-

feſtum Paſchatis crudeliter occiderunt, ſed Deus omnipotens, qui glorioſus eſt in ſanctis ſuis, innocentis pueri necem occultari non ſuſtinens, & homicidas perdidit; & martyrium innocentis multis miraculis declarauit. Cùm enim dicti Iudæi puerum occiſum occultè per plura loca Turingiæ ducerent ad tumulandum, Deo diſponente, nuſquam abſcondere valuerunt: inde ipſum reducentes ad prædictam Ciuitatem Vueiſenſeham, in quadam vinea ſuſpenderunt. Tandem, tam crudeli homicidio prodito, & rei veritate comperta, milites de Caſtro proſilientes, & Ciues eiuſdem Ciuitatis, reliquumque vulgus vnà cum Marchione Friderico filio Lantgrauij Turingiæ Alberti repugnantes turmatim occiderunt.

Iudæi expelluntur ex Gallia.

Anno Domini 1306. Damnantur Iudæi perpetuo exilio, cùm ex Gallia iuſſu Regis Philippi bonis omnibus ſpoliati expelluntur: eaque arte Regem magnas opes cumulaſſe ſcribit Iordanus Chron. mſc. Biblioth: Vatic. ſign. numero 1960.

Paſtorellorum factio ingentem Iudæorum numerum occidit.

Anno mundi 5080. Chriſti 1320. Infinita ferè multitudo Paſtorum ouium videlicet; armentorum, porcorumque ductores imprudenti ſanè conſilio ſine vlla Ducis auctoritate arma cepit, vbique clamantes, ſe reliquo Orbe licèt inuito, Terram Sanctam recuperaturos. Sed cùm nihil vectigalium haberent, graſſari armis, rapinis, ac flamma cæpere, quos Pontifex cenſuris, armiſque comprimi iuſſit. Hæc popularis fœx ex Gallijs in alias regiones pertranſijt, tunc

quæruntur in ſabulo, crebreſcunt miracula, populorum concurſus, ex votis piorum inſtruitur Cappella, Chriſto laudes perſonant, Iudæi exquiſitis ſupplicijs fracti, rotis necantur.

Anno Chriſti 1338. In Germania ingentes Iudæorum ſtrages editæ, efferatique ſunt tanta barbarie aduerſos eos Chriſtiani, vt nullo iudiciorum ſeruato ordine ſontes inſonteſue contrucidarent. Dedit tumultui occaſionem hoſtia in oppido diœceſis Patauienſis ſub paleis ſanguine tincta reperta in Eccleſia haud procul à Iudæi domo, creditaque à Iudæis ferro percuſſa. Perlata re ad Albertum Auſtriæ ducem, vehementer is æſtuare cœpit, an verè ſacrata eſſet hoſtia, & miraculo diuino tincta ſanguine, an ab aliquo reſperſa cruore ad creandam Iudæis inuidiam, cum alias nonnulli clerici de ſimili ſcelere conuicti eſſent; Pontificemque conſuluit, quid in ea re agendum videretur. Cui Benedictus Papa. XII reſpondit: diligentiſſimam inquiſitionem agendam, eamque ſe Epiſcopo Patauienſi commiſiſſe: vt ſi Iudæi conſecratam hoſtiam Chriſti odio confodiſſent, traderentur ſupplicio, vel eo afficerentur impoſtores, qui magnam cum religionis offenſa id ſcelus ipſis affinxiſſent. Meminit de Iudæorum effecta clade ſub hæc tempora Benedicti Pontificis vitę auctor apud Boſq. his verbis: *Surrexit* (inquit) *quidam in partibus Alemanniæ, qui adunata ſibi multitudine ruſticorum, Iudæos quoſcumque reperire poterat, trucidari ordinabat ſub colore zeli fidei Chriſtianæ. Sed demum hic in perniciem & damnum Chriſtianorum redundare cœpit; nam etiam tales ſic coadunati in Chriſtianos ſæuire tentauerunt; pro-*

Talmud aboleri flammis, ac reliquas corruptelas, quas inuexerant, tollendas, conſtituit: At de his infrà vberius. De hac Iudæorum cæde loqui videtur Auctor צרח לדרך in Præfat. quando Iudæi ſæuiunt in ſacratam hoſtiam.

Anno mundi 5088. Chriſti 1328. Dicit: ſurrexiſſe vulgus in Gallia, & decreuiſſe delere omnes Iudæos, qui erant in Regno Nauarræ, & trucidauit ex ijs circiter 6000. Iudæorū in Vrbe Eſtella, & in reliquis locis. Huius meminit *R. David Ganz* ad hunc eundem annū *Scialſceleth hakkabbalà* pag. 111. in fine, eamque refert ad annum 5080. Chriſti 1320. quam vocat גזירת הרועים *Clades Paſtorum*.

Anno Chriſti 1330. Inuentam tradunt in Iudæorum Synagoga, quæ in Guſtrouuenſi Vrbe Vuandaliæ erat, Diuinam hoſtiam quatuor cruentam locis, quam Iudæi à Chriſtiana coëmptam ad exercendam in Chriſtum crudelitatem pugionibus confoderant: dumque eam pungerent, auditus eſt velut infantis vagitus, neque eo miraculo ad fidem ipſi conuerſi. Sola ex ijs Iudæa mulier Sacro Baptiſmo luſtrata eſt, illiuſque opera retectum poſtea facinus: ac ſumptum de Iudæis ſupplicium à Ioanne Vuandaliæ Principe. Hæc ex Crantzio l. 8. Vuand. c. 8. qui addit: In eiuſdem Prouinciæ Magnopolenſis Cracone oppido haud diù ante commiſſum à Iudęis grauiſſimum flagitium in Sacroſanctum Chriſti Sacramentum: pyxidem enim multis hoſtijs refertam ſuſtulerunt furto, alias laniarunt, alias conculcarunt, ſparſeruntque per viam. Ex tantis tamen ſacrilegijs diuina gloria effloruit; addit enim hæc Crantzius: Sacratæ Hoſtiæ

deuenerunt, ob eorum fidem, propter quam 15. millia Iudæorum occiſa ſunt. Et hæc vocata fuit גזרת המצורעים *Edictum perſecutionis ob leproſos*. Hic etiam videtur error in computo Chronologico, ſicut valdè manifeſtum eſt mendum, quod ſequitur de diſputatione Ioſue הלורקי *Halorki* poſt conuerſionem nuncupati Hieronymi à S. Fide, quam idem Auctor ineptiſſimè ponit ad annum 5113. Chriſti 1353. quæ reuera habita eſt anno Dom. 1313. coram Benedicto XIII. Antipapa, quem errorem ſequitur *Dauid Ganz* ad annum 113. ſexti millenarij, alium errorem addens, dum dicit quod diſputatio fuerit habita coram Papa Martino. Et ipſe Auctor *Scialſcèleth hakkabalà* ibidem dicit, Iudæos habuiſſe recurſum ad Papam Marcum Florentinum, qui prohibuerat Iudæis poſt prædictam diſputationem vſuræ exercitium, & quòd quidam Fr. Petrus reſiſtebat Iudæis, Papa tamen cùm eis diſpenſauit, vt priùs. Hæc omnia non concordant cum vera hiſtoria diſputationis habitæ coram Antipapa Benedicto XIII. nec legitur alia diſputatio coram aliquibus Romanis Pontificibus fuiſſe vnquam habita cum Iudæis, vnde in rebus ſerijs fabulas immiſcent Iudæi. Huiuſmodi autem diſputatio fuit facta coram prædicto Benedicto XIII. anno 1413. conuerſionem Iudæorum procurante S. Vincentio Ferrerio. De quo paulò infrà vberiùs dicemus.

Anno Domini 1379. In Belgio Iudæi in odium Chriſti hoſtiam conſecratam gladijs tranſuerberant, quæ cruoris ſtillas fudit. Porrò Iudæi igne cremati à Wenceſlao Duce. Deus verò ingentibus editis miraculis Euchariſtiæ ſacrum cul-

propter quod fuit eis obuiatum, & præſertim per Ludouicum Ducem Bauariæ memoratum, qui licèt aliàs eſſet admodum peruerſus, prout ſua facta demonſtrant; tamen in hoc benè egit: procurauit namque, & operatus eſt, quòd Capitaneus, ſeù Ductor prædictorum occiſus eſt: & ſic demùm illa congregatio diſperſa, & confuſa diſparuit.

Iudæi trucidantur.

Anno 108. ſexti millenarij, Chriſti 1348. cùm Peſtis horribilis fuerit per vniuerſum Orbem Chriſtianum, ex Iudæis pauci admodũ mortui ſunt. Ea propter Chriſtiani in Hiſpania, in Gallia, & Germania facinus aduerſus Iudæos machinati ſunt, dicentes inieciſſe illos venenum in puteos, & fluuios. Trucidata atque mactata ſunt Iudæorum multa millia, & myriades ex vulgo cum Chriſtianis, neque erat in poteſtate Principum hoc ſedare opera ſua; decretum enim factum erat contra illos è cælo. *R. Dauid Ganz. Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 113. b. anno circiter 5110. Chriſti 1350. alias vniuerſales calamitates refert contra Iudæos כמעט בכל העולם *ferè per Vniuerſum mundum*, in Aragonia, Catalonia, Barcinonæ, Tareka, Sultona, Salikona, Prouenza, Mouſon, Ialdiras, Oiska. & Germania. Sed quęnam fuerint iſtæ calamitates, non indicantur.

De quadam magna peſtilentia, quæ fuerat per vniuerſam Hiſpaniam, idem *Scialſcèleth hakkabb.* an. circiter 5081. Chriſti 1321. & quòd eiecti fuerant Iudæi extra Vrbem quandam, vbi quamplurimi leproſi manebant, quorum occaſione Iudæi in odium Chriſtianorum

è Gallia referunt ad eundem annum 5155. Chr. 1395. Igitur errat *Ganz*.

Hoſtiam ſacram confodiunt Iudæi.

Anno Domini 1399. Iudæi Euchariſtiam emptam à famula Chriſtiana cultris confoderunt. At Diuina vis eorum vultus ſanguine aſperſit, qui elui non potuit, multiſque alijs prodigijs perterriti Euchariſtiam in aliquot particulas diuiſam in prato Poſnanienſi confodere; ſed dum puer Chriſtianus armentum paſcebat, illam vidit volare in aëre, ac boues genu ad eam adorandam mox flectere; cùmque aliquot vicibus id inſpexiſſet, re delata ad Epiſcopum, inſtructa ſolenni ſupplicatione, conquiſita ſacra Hoſtia reperta eſt, patratis nonnullis miraculis; Sacellumque in eo loco conditum fuit ab Epiſcopo. Famula proditrix capta, comprehenſi pariter Iudæi, ac lento igne concremati vnà cum canibus, à quibus ignis vi efferatis laniabantur: at famula admiſſum crimen defleuit, Iudæi verò in ſcelere pertinaciſſimi obduruerunt. Indè plura cœleſtia prodigia edidit pietas Diuina, quibus permotus Wladiſlaus Rex Poloniæ, magnificentius Templum condidit, ac Sanctiſſimi Corporis Chriſti nomine conſecrandum curauit; necnon qui ad eum locum religionis ergo confluxere, Diuinis beneficijs ſupra naturę vires donati fuerunt: quorum inſignem Catalogum ex monumentis peruetuſtis, ac votiuis tabulis illius Eccleſiæ exſcripſit Thomas Treterus ad Nouatores confundendos: teſtaturque Stephanus Damaleuicius cruentum ſtigma in ſacra Euchariſtia ibi aſſeruata ſuis oculis inſpexiſſe. Vide Matthiam Michouium l. 4. c. 49.

Anno mundi 5151. Chriſti 1391. Facta eſt cædes magna Iudæorum in vniuerſa Catalaunia, Caſtilia, & Aragonia, & vltra ducenta millia Iudæorum mutarunt Legem ſuam. Et ſignum iſtius anni eſt קנ״א אל *Deus zelotes*, Exod. 20. 5. Ita *Iuchaſin* pag. 134. in principio; qui addit, fuiſſe traditionem apud eos, quòd per ea tempora ſolebant Iudæi habere famulas Chriſtianas, è quibus cùm ſuſcepiſſent liberos Chriſtianos, iſti fuerunt, qui gladium vertentes in Iudæos, genitores ſuos occiderant [Iuſtus itaque eſt Deus, qui ne affinitate iungantur Iudæi Idololatris, zelo zelatus eſt.] Hactenùs *Iuchaſin*, apud quē Iudæi ne agnoſcantur ſuorum patrum ſcelera contra Chriſtum, & Chriſtianos tam frequenter patrata, illa refundunt in ſpurios filios, quos fingunt ex ſuis famulabus ſuſceptos. Eamdem cladem notat *R. Dauid Ganz* ad hunc annum.

Sequenti anno 1392. in Germania edicto Imperatoris eijciuntur Iudæi, & literas, ac pignora debitoribus reddere coguntur, nobilibus quidem abſque vlla ſolutione, Ciuibus, & alijs pro dimidio pretio. Annal. Sueu.

Anno mundi 5155. Chriſti 1395. Expulſio vniuerſalis Iudæorum ex tota Gallia, *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 141. Videtur quòd iſta fuerit vltima expulſio, quamuis *Dauid Ganz* vltimam expulſionem Gallicanam referat ad annum 146. ſexti millenarij, Chriſti 1386. qui Dauidis computus non concordat cum annuali Calendario Iudæorum, vbi vltimum Iudæorum exilium

Valentinus ex Ordine Prædicatorum, vt diſertè dicit Auctor *Scialſcèleth bakkabbalà* pag. 115. in princ. Eius verba ſunt:

בשנת ה׳ אלפים ק״נ וי״א שנת קע״ב קם פרח ויצינצו דולינצה מכת דומינגו ויש אומרים שהיה מומר ; והיה נאהב ממלך דון פ רננדו דארגון להיותו א׳ מה״ב דיינים שהעלוהו למלוכה ויסת נגד היהודים כל יושבי הארץ ויהרגו יהודים רבים אין מספר וישללו את ממונם כי היה רב ונשרפו כל כתבי הקדש והכנסיות ובפרט בתי המדרשות של הגאונים זקנינו ז״ל :

Anno 5150. Chr. 1390. *Sunt, qui dicunt anno* 172. Chriſti 1412. *Surrexit Fr. Vincentius de Valentia Ordinis Dominicani. Sunt aliqui, qui dicunt, eum fuiſſe* מומר *Mumàr Apoſtatam* (hoc iniquo nomine appellant conuerſos ad Chriſtum Neophytos). *Diligebatur à Rege Don Ferdinando de Aragonia: cùm ipſe fuiſſet vnus ex duodecim Iudicibus, quos ſuper Regnum conſtituerat. Concitauit contra Iudæos omnes habitatores Terræ, & occiderunt Iudæos multos ſine numero; & prædati ſunt omnem ſubſtantiam eorum multam nimis, & igni combuſſerunt omnes Codices ſacros, Synagogas quoque, & Academias Seniorum noſtrorum illuſtrium b. m.*

Non memini vnquam me legiſſe S. Vincentium Ferrerium fuiſſe Neophytum, fuit tamen miræ virtutis Vir, & cuius fama ſanctitatis ea tempeſtate per ora omnium nationum volitabat, cuius opera in vna Hiſpania Mauri octo millia, Iudæi ad triginta quinque millia Chriſto nomina dediſſe compertum eſt, vt tradit Io. Mariana de reb. Hiſp. l. 19. c. 12. Quòd autem ſint ad fidem Chriſti conuerſi vltra ducenta Iudæorũ millia, vt dicunt Rabbini, hac hyperbole magis exaltatur Dei miſericordia, & ſanctitatas Vincentij. Eſt tamen mendacium, vt pau-

Anno mundi 5160. Chriſti 1400. *Plaga magna facta eſt hoc anno in omni circuitu Germaniæ, Prouinciæ, & Italiæ, qualis clades nunquam fuit audita (excepta clade Romana) atque ex Iudæis nullus mortuus eſt, hinc machinati ſunt malum aduerſus Iudæos, & dixerunt, illos venenum conieciſſe in fluuios, & inde ſecutam eſſe plagam, & propterea decretum generale factum eſt in omnibus ditionibus Germaniæ, & Prouinciæ, atque fuit tempus calamitoſum, & afflictum, quale non fuerat ante. Et vbique Germani inſurgebant aduerſus ſanctificationem Dei, neque mutarunt* (Iudæi) *gloriam ſuam, vel apoſtaſiam commiſerunt.* Nullus mortuus eſt ex Iudæis, quia à Magiſtratibus non fuerunt huiuſmodi venenorum delicta legitimè probata; ideò ne inſontes condemnarentur, à Iudicio ferendo abſtinuerunt Iudices. Et ita non fuerunt Iudæi perſecuti, vt in hoc loco inculcat Auctor *Scèueth Iehudà* pag. 20. & *R. Dauid Ganz* ad hunc annum. Et *Scialſcèleth hakkabbalà*, vt retuli Par. II. pagina 851. 2.

Iudæorum conuerſiones ad fidem, & apoſtaſia.

In libro *Iuchaſin* pag. 134. de Iudæorum ad fidem Chriſti conuerſione hoc modo legitur: *In anno* ע״קב 172. (min. ſupput. Chr. 1412.) *facta eſt cædes à quodam* (Monacho) *raſo nomine Fr. Vincentio, qui mutare fecit Legem pluſquam ducentis millibus Iudæorum per manum Regis Don Ferdinandi aui Don Ferdinandi Regis Aragoniæ, qui expulit omnes Iudæos de Caſtilia anno* רנ״ב 252. min. ſupput. Chr. 1492. &c. Iſte procul dubio fuit S. Vincentius Ferrerius

bruario Pontificatus ſui anno XIX. ſuadente Hieronymo à S. Fide Conuerſo eius Medico inſtituta fuit publica diſputatio coram Papa, Cardinalibus, & tota ſua Curia inter præfatum Hieronymum, & Rabbinos illarum partium, cuius acta diligenter annotata fuerunt à principio vſque ad finem diſputationis inceptę die 7. Febr. 1413. & abſolutæ die 11. Maij 1414. vt habetur in Cod. mſc. in perg. in fol. Bibl. Vat. ſub n. 4069. Intrà ſpatiũ huius anni, quo diſputatio hæc perdurauerat ad fidem pluſquam 3000. Iudæorũ conuertuntur; vt ibid. affirmat idem Hieron. à S. Fide in ſcriptura, quam obtulit Bened. XIII. contra Talmudẽ, vbi ſic habet: *Ad cognitionẽ Veritatis, præfato durante proceſſu, tam de his, qui in Curia Apoſtolica, quàm alijs in diuerſis partibus huius Regni habitantibus non vi, vel aliquali violentia, ſed ſolùm Diuino Flamine inſpirante Veritatem ad oculum intuentes vltra tria millia hominum ad fidem orthodoxam, Deo gratias, ſunt conuerſi.* Non igitur vi, ac metu, vt dicunt Iudæi, conuerſi ſunt ad fidem Chriſtianam contribules ſui; ſed per ſeruum ſuum Vincentium hæc magnalia Deus operatus eſt. Verùm tanta erat malitia Iudęorum, vt poſtquam ſacra vnda abluti fuerant, clàm ad Iudaicum vomitum quamplumi ex ipſis redibant, contra quos latrabat veluti Canis cuſtodis ouilis Domini Vincentius. Quod ſi aliquando ex recidiuis aliqui in manus Curię ſecularis incidebant, neque vllo modo reconciliari Eccleſiæ poterant, dolebat de æterna illorum damnatione, & interim non deſiſtebat labantes ſuſtentare ne caderent, & lapſos erigere, quamuis quamplurimi ipſorum flammis addicti fuerint; vnde paulò poſt videbimus, quòd dicunt eundem Sanctum concitaſſe contra Iudæos habitatores terræ, & concremaſſe libros ſacros. Si per libros ſacros intelligant libros Talmudicos, vltrò concedimus, fuiſſe à S. Vincentio igni traditos, & combuſtos.

Cæterùm de S. Vincentio Ferrerio, eiuſque admirabili vita, & ſanctitate vide Martyrol. Hiſp. Tom. 2. ad diem V. April. pag. 509. vbi inuenies Catalogum eorum, qui de eo ſcripſerunt. Obijt autem S. Vincentius anno Domini 1419. ibid. pag. 514. Quod attinet ad tempus, quo S. Vincentius floruerit, dicendum: vtramque Rabbinorum opinionẽ tam eorum, qui dicunt an. 1390. quàm illorum, qui aſſerunt anno 1412. cognitum Vincentium, eſſe veram: nam an. 1390. cæpit clarere ſanctitas, & virtutes eius 4. annis antequam Petrus de Luna intruſus in Pontificatum vocaretur Benedictus XIII. cuius mala cauſa cùm in partibus Hiſpaniæ tunc temporis non conſtaret, pro legitimo, & vero Papa habitus eſt. Is Auenione in Hiſpaniam ſecedens in Aragonia cum ſua Curia ſubſtitit. Regnante Ferdinando Aragonum Rege anno primo ſui Regni, Chriſti verò 1413. in Ciuitate Dertuſenſi eiuſdem Regni. Bened. XIII. Magiſtrum Sac. Pal. Apoſtolici nominauit S. Vincentium hunc noſtrum, qui huiuſcemodi officiũ per duos circiter annos retinuit, ſed cognita mala ipſius Benedicti cauſa, illum deſeruit, & in partes Galliæ Celticæ ſecedens, in Vrbe Venetenſi ad ſuperos euolauit anno 1419. Porrò Benedictus XIII. apud quandam Villam Sancti Matthæi dictam, eodem anno 1413. de menſe Fe-

dæorum licentiam Eugenij diploma, quo conceſſa ab eo, vel à Martino V. Iudæis priuilegia abrogata erant, confirmauit, reſciſſis tamen cenſuris, ne Chriſtiani ijs illaquearentur.

Scribit Auctor *Scialſcèleth hakkabalà* pag. 115. quòd ab anno רכד 224. min. ſupput. Chriſti 1464. vſq; ad annum 5250. Chriſti 1490. variæ calamitates occurrerunt Iudæis in die ט' באב *Tiſcià beàu* 9. Iulij præſertim in Sabaudia, & Pedemontio, Lombardia, Prouincia, & Sicilia: in Germania, Portugallia, Nauarra, & Neapoli. Sed quales fuerint iſtæ calamitates, non indicat.

Anno Domini 1475. Ingens ſcelus Tridenti eſt patratum à perfidis Iudæis, qui puerum Chriſtianum nomine Simonem furto ſublatum occultè, dum Paſcha celebrabant, excarnificarunt; cuius martyris hiſtoriam Ioannes Tiberinus eodem anno ſcripſit: Sacræ autem reliquiæ in Templum S. Petri delatæ ſunt, ad quas venerandas populorum ingentes concurſus facti fuere; & miracula plurima, reſtitutis ſanitati infirmis, emicuerunt. Rei geſtæ tempus conſignat his verbis Auctor: *Natus eſt Simeon, de quo agimus, die Veneris* VI. *Kal. Decembris anno à partu Virginis ſalutifero ſeptuageſimo ſecundo ſupra millenum quatercentenum ex Andrea, & Maria parentibus pauperrimis, Domino Ioanne Hinderbach IV. Pontifice, & Domino Tridentino imperante feliciter. Ob quam rem Iudæi omnes à maiore vſque ad minorem in carceribus, catenisque concluſi ſunt, non inde receſſuri priùs, quàm debitas pœnas luant. Tridenti* II. *Non. Aprilis* 1480.

Hu-

dè Lucius Marineus Siculus de Rebus Hiſpaniæ lib. 19. Tractatu de animaduerſione in hæreſin eorum, qui cùm Iudæi fuiſſent, & ad Religionem Chriſtianam conuerſi, poſtea rurſus in occulto Iudaicum ritum ſeruabant, loquitur de conuerſione Iudæorũ facta à S. Vincentio Ferretio (pag. 963. edit. Francofurtenſ. anno 1579. in fol.) ait: *Septemdecim hominum millia vtriuſque ſexus reconciliata fuiſſe Eccleſiæ, alij verò concremati: & paucis annis vtriuſque ſexus duo millia combuſta fuerunt.* Hæc de conuerſione Iudæorum facta per S. Vincentium Ferrerium.

Anno Domini 1447. Nicolaus V. Pontif. Max. Iudæorum ſortem miſeratus, Cenſores fidei in eos, populum Chriſtianum concitare vetuit, quin illos potiùs ab irruentium iniurijs iuſſit vindicari, adducto hoc argumento: *Quia reliquiæ ſaluæ fient.* Confirmatum idetiam paulò inferiùs hac ratione: *Quia ſpecialiùs ſunt in teſtimonium fidei orthodoxæ reſeruati.* Quo etiam tempore edixit Hiſpanis, ne Iudæos, qui inter ipſos degebant, ad baptiſmalia ſacra ſuſcipienda vi adigerent, neuè afficerent iniurijs.

Anno Chriſti 1451. Ioannes Rex Caſtellæ Religionis Chriſtianæ propagandæ ſtudio inſtaurauit legem ab Henrico Rege antea latam, vt qui ex quauis ſecta in Eccleſiæ ſinum ſe recepiſſent, ſine vllo diſcrimine ijſdem prærogatiuis, quibus veteres Chriſtiani potirentur, illiſque ad honores ſacros, vel profanos aditus pateret. Quam legem Pontifex iam antea collaudatam, firmatamque corroborauit. Tum ad frœnandam Iu-

ſacra amplexus eſt.] Vide hiſtoriam Brixienſem Octauij Rubij.

Anno Chriſti 1492. Ferdinandus, & Elizabeth Hiſpaniarum Reges à Iudæorum ſuperſtitione Hiſpanias expiare decreuerunt, expulſis Iudæis ab omnibus Hiſpaniæ Regnis ſibi ſubiectis. Iudæorum autem multitudinem (inquit Mariana) qui ex Hiſpania diſceſſerunt, ad certum numerũ reuocare promptum non eſt: plerique Scriptores centum, & ſeptuaginta familiarum millia abijſſe affirmant, quidam ad octingenta millia capita perueniſſe ait, ingens numerus, ac vix fidem facturus.] Vide Marian. de Reb. Hiſp. De qua Iudæorum expulſione Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 115. in fine hoc modo loquitur;

Anno רנ״ב 252. min. ſupput. Chriſti 1492. *Rex Ferdinandus, & Iſabella eius Vxor prœliati ſunt contra Iſmaëlitas* (commorantes) *in Vrbe Granata, & ceperunt eam. Et cùm reuerterentur præceperunt Iudæis, qui erant in Vniuerſis Regnis ipſorum, infra paruum temporis ſpatium, Vt exirent de terris eorum, Videlicet de Regnis Caſtellæ, Nauarræ, Cataloniæ, Aragoniæ, Granatæ, & Siciliæ. Habitatores autem Vrbis Toleti dixerunt, ſe non habuiſſe partem in crucifixione Chriſti, ſicut apparet ex ſcriptura in lapide magno inciſa, quæ in platea Ciuitatis extat, quam ſcripſerat quidam antiquus Epiſcopus, qua teſtificatur quòd Iudæi Toletani non egreſſi ſunt Toleto tempore ſecundi Templi, neque inuenti ſunt tempore mortis Meſſiæ. Sed nihil profuerunt eis huiuſmodi excuſationes. Quare inde exierunt ſexcenta millia Iudæorum, eorumq; ſubſtantiæ valorem tranſcendiſſe triginta millia milliorum ducatorum, ſicut teſtatur Rau Magnus*

Huius innocentiſſimi Martyris Simeonis pueri 29. menſium ætatis hiſtoria, & martyrium ſcriptum à prædicto Ioanne Matthia Tiberino habetur apud Surium ad diem 24. Martij.

De huiuſmodi ſancti, & innocentis pueri in odium Chriſtianæ religionis occiſione fit mentio in *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 116. b. his verbis

ובימים קדמונים טענו על היהודים שבעיר טרינטו שהרגו נער ונהרגו כל היהודים כן כתוב הקרוניקי׃

Et in priſtinis diebus accuſarunt Iudæos, quòd in Ciuitate Tridenti occiderint puellum; & occiſi ſunt omnes Iudæi. Ita ſcriptum eſt in Chronicis.

Anno Domini 1477. B. Iacobus Picenus, vulgò à Marchia dictus, Minorita miraculis clarus, inter quæ illud eſt admodum inſigne, & publicis monumentis confirmatum, quod Brixiæ edidit, reuocato ad vitam puello ſexenni Conrado nomine Friderici Lauellongi filio, qui cùm puerum alium Hebræum nomine Ioſephum deducere ad B. Iacobum ſoleret, à quo fide Chriſtiana informabatur, inflammatus Iudæus rabie Ioſephi pater nomine Salomon, interceptum Conradum trucidauit, ac recondidit in camini poſtica parte intra craſſitiem parietis, quem obductum ſarmentitio fumo, ne facinoris nota extaret, obfuſcauit. Occiſi pueri parens, cùm apud B. Iacobum de filij iactura conqueſtus eſſet, ab eo diuinitùs colluſtrato de Conradi filij cæde edoctus eſt; verùm ab infanticida vllam vltionem repetere vetitus. Profectus verò ad domum Hebræi B. Iacobus præſente eo murum dirui iuſſit, ex quo puer viuidus, ac vegetus emerſit: quo perculſus prodigio Salomon vnà cum Ioſepho filio Chriſtiana

puteos proiecerint, ſibique necem intulerint: plerique autem, ne vitam in tot ærumnis ducerent, Chriſto impia ſimulatione nomen dedere. Narrant hæc Oſorius, & Mariana lib. 16. c. 13. & tanquam cum legibus, & inſtitutis Chriſtianis pugnantia iure merito damnant, cùm fas non ſit quemuis inuitum ad Chriſtiana ſacra impellere, filioſuè è parentum ſinu diuellere, niſi ob flagitia iure patrio excidant.]

Duobus annis poſt, vt ſcribit R. Iſaac Karo, vnus ex exulantibus ab Hiſpania in Præfatione libri ſui תולדות יצחק *Toledòth Itzchàk* primæ editionis, hoc eſt anno 258. m. ſupput. Chriſti 1498. ſex annis poſt exilium Hiſpanicum, eiecti ſunt omnes Iudæi à Regno Portugalliæ, quamuis alij ad annũ 260 Chr. 1500. reijciant.

Anno Domini 1503. Petrus Aubuſſonius S. R. E. Diaconus Cardinalis (referente Boſio Equ. Hieroſ. lib. 16.) Ieroſolymitanorum Equitum Magiſter, cum animaduertiſſet ex Iudæorũ Rhodi commorantium colluuie tamquam ex fœdiſſima ſentina omnia pene vitia, quibus Rhodij Ciues inficerentur, dimanare, eos mulctauit exilio, iuſſitque Niciam Prouinciæ deportari, ne, ſi hærerent in Oriente, barbari ipſis tamquam exploratoribus vterentur; eos verò, qui ſuperſtitionem veterem exuere, cæleſtique lauacro expiari mallent, Chriſtianorum numero aſcriptos manere Rhodi permiſit.]

Supradicta omnia ſunt à me exſcripta ex Baronio in Annalibus, & ex alijs probatæ fidei Auctoribus, qui ſuis quibuſque locis citantur, quin ex ipſis Iudæis Scriptoribus non pauca excerpſimus, qui licèt in fauorem ſuæ gentis re-*gnus Abrauanel* (in Præfatione ad librum ſuum מעייני הישועה). Huius exilij dant סימן *Simàn* ſignum illud Iſai. 54. 1. כי *Quoniam* רבים *Rabbim multi* בני שוממה *filij deſolatæ*. Vide *Scèueth Iehudà* pag. 38. 39. 40. *R. Dauid Ganz* ad hunc annum 252. ſexti millenarij: Et prædictus *Abrauanel* in limine Comment. Regum, vbi cauſam huius exilij adducit, cùm & ipſe fuerit vnus ex illis, qui migrarunt.

Anno 5256. Chriſti 1496. *In Vrbe Venetorum* (inquit *Elias Germanus* in *Tiſcbi* ad radicem כרכום, & in Annotat. ad lib. rad. Kimchij rad. כרכום) *iuſſi ſunt filij gentis noſtræ imponere capitibus ſuis pileum flauum, quem Vocant Gialdo ſimilem colori croceo*, & dat ſignum huius anni illud Iſai. 61. 9. כל *Omnes* ראיהם *Roehèm videntes eos* יכירום *cognoſcent eos* Nã ראיהם in num. valet 256. num. Ann. Mun. m. ſupp. Et יכירום *cognoſcent eos*, & כרכום *Crocus*, dictiones in numeros reſolutæ eundem numerum conficiunt 286. & ambæ ſignum Crocei coloris.

Eodem anno Domini 1496. Emmanuel Luſitaniæ Rex, Iudæos, & Mauros omnes in Luſitaniæ Regno agentes die conſtituta excedere iuſſit, impoſita cunctantibus ſeruitutis pœna, ac tum illicò Mauri traiecere in Africam. Cùmque pariter ſolum vertere Hebræi anniterentur, Rex pio religionis incitatus ſtudio, ſed non ita æquo, vt impuberum ſaluti conſuleret, illos qui nondum decimum quartum ætatis annum exceſſerant, à patrum complexu vi abſtrahi iuſſit, inque Religione Chriſtiana educari: quod ægrè adeò tulere parentes, vt non defuerint qui filios crudeliter in

dem damnarit, & flammis addixerit, fuit Gregorius IX. anno Dom. 1230. deinde Innocentius IV. an. Chr. 1244. quod ita docemur non ſolùm à Bernardo Luzemburgio in Catal. hæret. lib. 2. ſed etiam à Petro de Luna Antipapa in ſua Obedientia nuncupato Benedicto XIII. in Bulla, quam contra Talmudem, & Iudæos edidit anno Chr. 1415. Antipontificatus ſui anno 21. cuius exemplar extat mſc. in Bibliotheca Vaticana ſub num. 4069. fol. in Pergam. pag. 196. quod hic de verbo ad verbum libet referre, vt appareat, quàm iuſtè ſemper, & ab omnibus fuerit damnatum Talmud, & Iudæorum audacia repreſſa. Verba Bullæ ſunt -

referant, approbant tamen veritatem hiſtoriæ, ita vt nefas ſit de illius veritate dubitare. Huiuſmodi autem ſcelera, & flagitia commiſſa ſunt à Iudæis ab impia doctrina Talmudis edoctis, ſeruantibus interim antiquum, & implacabile odium, & inimicitiam contra Chriſtum, & ſuos fideles, de quibus, & alijs blaſphemijs contra Diuinam Maieſtatem, contra Legem Diuinam, Naturalem, & Moſaicam, & contra bonos mores conuicti exiſtunt, vt ex ſupra notatis Cenſuris manifeſtum eſt, propter quæ prædicti Commentarij in Miſenâ, vulgò Talmud nuncupati frequenter damnati à Summis Pontificibus, & flammis addicti meritò fuerunt. Horum primus, qui inter Summos Pontifices Talmu-

BENEDICTVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI
Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD perpetuam rei memoriam. Et ſi Doctoris Gentium inſtruamur notiſſimo documento nihil ad nos de ijs, qui foris ſunt, pertinere; ipſos tamen Apoſtolo edocente, ramos illos ex Iudæorum populo propter incredulitatem ſuam, ſiquidem fractos ex radice tamen ſancta Patriarcharum, & Prophetarum progenie ortos, ſi in ſua incredulitate non permanſerint, ipſi oliuæ Saluatori IESV CHRISTO, qui ex Tribu Iuda in Sacratiſſimo Virginis vtero pro humani generis redemptione tamquam oliua fructifera carnem ſumpſit, aliquando fore legimus inſerendos, nec enim (inquit Apoſtolus) adeò offenderunt, vt caderent, ſed ob illorum delicta ſalus Gentibus facta eſt. Sic profectò cœcitas in Iſraël contigit ex parte, donec plenitudo gentium intraret; & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret. Hæc ſiquidem ne dum in Codicibus legimus, ſed etiam corporeis oculis quotidiè intuemur, dum in diuerſis mundi partibus ex conuerſione Iudæorum fœtu nouæ prolis Eccleſia fœcundata illos,

quos inimicos Petrus habuerat, in pacis filios lætatur eſſe conuerſos. Nos itaque, quos, licèt immeritos, cæleſtis Agricola vineæ ſuæ dignatus eſt ijs impacatis temporibus præeſſe cuſtodes, quamuis alijs grandibus, & arduis negotijs vnionem S. Matris Eccleſiæ, & extirpationem peſtiferorū ſchiſmatum concernentibus, quæ illam omninò deuaſtare conantur, quamplurimùm occupati, quantum tamen in nobis fuit, Domino cooperante, huic inſertioni dedimus operam efficacem, à biennio namque citra quocirca inſerendos ramos huiuſmodi efficaciùs intendere cæpimus Iudæorum Magiſtros, quos ipſi Rabbinos appellant, qui reperiri commodè potuerunt, multoſque alios peritiores, & notabiliores in ditione Chariſſimi filij noſtri Ferdinandi Aragonum Regis Illuſtris, intra cuius Regni fines cum noſtra Curia moram à dicto tempore citra traximus, & trahimus etiam de præſenti, noſtro fecimus conſpectu præſentari, cum quibus tam aſſiduis altercationibus, quàm crebris informationibus tùm in noſtra præſentia, tùm abſentia, per illos, quos ad hoc deputauimus, inſiſtentes actū eſt, vt Deo inſpirante, eorum quamplurimi ſacrum baptiſma puro corde reciperent, & mente deuota ſuis ſe Codicibus conuictos publicè confitentes illum, quem ſui Prædeceſſores transfixerant Chriſtum, Ieſum ſcilicet Nazarenum verum Meſſiam, Saluatorem ſuum, & Dominum cognoſcentes, humiliter adorarent. Sic quanta in noſtra Curia, quam alibi illo cooperante, qui potens eſt de induratis lapidibus Iſraël filios ſuſcitare ferè tria millia hominum mediantibus altercatione, & informatione præfatis ex illorum gente fidem Catholicam ſuſceperunt, quos etiam copioſa multitudo tam in Regno prædicto, quàm in alijs Hiſpaniæ partibus, Deo inſpirante ſequi ſperetur in breui. Verùm prout manifeſta percepimus experientia, & fideles ex præfata conuerſione teſtantur, occaſio Iudaicę cœcitatis, quæ corda eorum indurat, & oculos aggrauat intellectus, vt illum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, videre non valeant, quædam peruerſa doctrina potiſſima eſt, quæ poſt Ieſu Chriſti Saluatoris aduentum per quoſdam Satanæ filios confecta, & apud Iudæos Talmud vocata, ſub diuerſis librorum nominibus, ac in multis voluminibus ſcripta dignoſcitur, cuius doctrinæ fabricatores impij, vt maioris auctoritatis apud Iudæos habeatur, Diuinam Legem datam à Domino Moyſi ſine Scriptura ſeù oretenus perperam mentiuntur; in qua ſiquidem doctrina multiplices errores, ac hæreſes continentur,

Initur diſputatio inter Chriſtianos & Iudæos.

Ex diſputatione prædicta, tria millia Iudæorum conuertuntur ad Chriſtum.

In Talmude multiplices errores continentur.

tur, nedum contra Noui, ſed etiam Veteris Teſtamenti ſeriem, bonos mores, naturalemque rationem, quæ nulla poſſunt congrua excuſatione defendi, nec cauillatione aliqua palliari, prout in diuerſis inſtantijs in ipſorum Iudæorum præſentia examinari fecimus ſtudioſè. Nos itaque omne velamen ab eorum oculis euellere cupientes, attento quod Prædeceſſores noſtri Gregorius IX. & Innocentius IV. præfatos libros Talmud eandem peruerſam doctrinam, vt dictum eſt, continentes propter errores, & hæreſes in ea contentos comburi iuſſerunt. Nos eorum veſtigia imitantes præfatam doctrinam vnà cum ſuis Auctoribus, fautoribus, & defenſoribus reprobantes ſtatuimus, vt nemo fidelis, vel infidelis cuiuſcumq ſtatus, conditionis, aut ſectæ exiſtat, doctrinam ipſam audire, legere, aut docere præſumet publicè, vel occultè, & vt tanto faciliùs præſens noſtra Conſtitutio obſeruetur, quantò minor aderit tranſgrediendi facultas decernimus, & mandamus, vt infra menſem à die publicationis præſentis Conſtitutionis in Cathedrali Eccleſia cuiuſuis Diœceſis impoſterum computandum omnes libri, ſeù volumina; ac Codices quicumq; doctrinam præfatam continentes, aut per modum Gloſſæ, ac Poſtillæ, Summæ, Compendij, vel aliàs quouis modo directè, vel indirectè ad doctrinam eandem quomodolibet pertinentes in manu, ſeù poteſtate Diœceſani, vel eius Vicarij deſignati per inuentarium abſquè alia quacumque exceptione ponantur, qui penes ſe illos conſeruent, & Nobis intiment facturi de ipſis prout Sedes Apoſtolica duxerit ordinandum; Diœceſanis locorum, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in virtute Sanctæ obedientiæ iniungentes quatenus poſt lapſum dicti termini contra tenentes, vel occultantes aliquos de libris, ſcripturis, vel Codicibus antedictis, procedant vniuerſaliter, etiã per captionem perſonarum, vt contra vehementer ſuſpectos de hæretica prauitate, illis dumtaxat exceptis, quibus ad prædictorum Iudæorum perfidiam conuincendam tenere aliquos de prædictis libris conceſſum fuerit de Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali; & vt premiſſa pleniùs exequutioni mandentur, prædictis locorum Diœceſanis, & Inquiſitoribus præcipiendo mandamus, quatenus ſaltem de biennio in biennium per ſe, vel alios in quibuſlibet locis ſuarum Diœceſum, in quibus Iudæos aliquos habitare cognouerint, diligenter inquirere, & eos, quos in præmiſſis culpabiles repererint, iuxta huiuſmodi noſtræ Conſtitutionis tenorem punire vllatenus non ommittant, ſi canonicam, & Sedis Apoſtolicæ effu-

Talmud damnatur, & eius lectio prohibetur.

effugere voluerint vltionem. Cæterùm quia diſſimulare illius opprobria non debemus, qui probra noſtra deleuit, ſtatuimus, vt nullus Iudæus de cætero libellũ illum, qui apud eos* Mar Mar Jeſu nominatur, quique in contumeliam Redemptoris noſtri affirmatur compoſitus, legere, audire, aut apud ſe retinere præſumat; quod ſi contrafecerit, eo ipſo tamquam conuictus de blaſphemia puniatur; & hoc idem de illo cenſemus, qui apud ſe quemcumque librum, breuiarium, ſeù ſcripturam, maledictionem, vituperia, ſeù contumelias contra Saluatorem noſtrum Chriſtum Jeſum, Sacratiſſimam Virginem eius Matrem, aliquem Sanctorum, ſeù contra fidem Catholicam, Eccleſiaſtica Sacramenta, Sacra vaſa, libros, vel alia Eccleſiaſtica ornamenta, ſeù miniſteria, aut contra Chriſtianos quoſlibet continentes præſumpſerit retinere: ſimili pœna Judæus quicumque plectatur, qui Chriſtum Dominum, Virginem Matrem eius, aliquem Sanctorum, Sacramentum Euchariſtiæ, ſiuè quæcunque alia Sacramenta, vel Miniſteria, Crucem, vaſa ſicut ornamenta Eccleſiaſtica, ſeù quidquid alıud apud Chriſtianos ſacrum, aut religioſum, vel Diuino cultui dedicatum reputetur turpibus nominibus, aut in opprobrium, contumeliam, ſeù vituperium, vel contemptum ſonantibus publicè, vel occultè Hebraica, vel alia lingua præſumpſerit nominare. Et quia Iudæi contra Crucem, vaſa ſacra, & alia Eccleſiaſtica ornamenta, & libros Chriſtianorum, nedum linguas ſuas hactenus in contumelias relaxare, ſed etiam factis, & operibus contra ipſam conſueuerunt temerè perpetrare; Nos, vt Judæis ipſis ſuper hoc opportunitas auferatur, ſtatuimus, vt Judæo, qui Crucem, Calicem, Vaſa ſacra, vel ad ſacrum miniſterium dedicanda, aliauè ornamenta Eccleſiaſtica fabricare facere, vel reparare, aut cauſa pignoris, vel aliàs recipere, vel retinere, vel libros Chriſtianorum, in quibus nomen Jeſu Chriſti, vel B. Virginis Mariæ ſit ſcriptum, ligare præſumpſerit, per loci Diœceſanum Chriſtianorum communio ſubtrahatur, donec ad eiuſdem Diœceſani arbitrium ſatisfecerit competenter. Chriſtianus autem, qui aliquid prædictorum pro arte ea, vel in caſu Iudæis ſuperiùs interdictis cuiq; Iudæo tradiderit, excommunicationis ſententia eo ipſo ſe nouerit innodatum. Inſuper licèt Iudæis officium iudicandi lex ciuilis etiam interdicat, ad Apoſtolatus noſtri tamen ſæpè peruenerit auditum, quòd in quibuſdam partibus Catholicis ſubiectis Principibus Iudæi priuilegijs Regum, ſeù alio-

rum

Libri contra Ieſũ eumque blaſphemantes damnantur. * forſan

תולדות ישו:

Libri contra B. V. Mariam, Sanctos, & in contumeliam rerum Sacrarum conſcripti, prohibentur.

Sacrorum vaſorum Iudæis interdicitur retentio, aut circa ea operatio.

rum Dominorũ ſæcularium ſe prætendentes munitos auſu temerario Iudices inter ſe conſtituere non verentur. Cùm autẽ valdè ſit abſonum, & Religioni contrarium Chriſtianæ, vt quos mors Ieſu Chriſti tradidit ſeruituti, colentium Chriſtum priuilegia ſic exaltent: eoſdem Reges, & Dominos exhortamur ne huiuſmodi concedant priuilegia de cætero, vel ſeruent, aut ſeruari faciant, vel permittant etiam iam conceſſa. Et vt tantò faciliùs illum, qui mittendus erat, Iudæi ipſi iam veniſſe cognoſcant, quantum per effectum operis nullum ſceptrum prærogatiuæ, aut excellentiæ inter ſe perceperint remanſiſſe, præſentium tenore decernimus; & iubemus, vt nullus Iudæus de cætero quibuſcumque priuilegijs fuerit communitus, in aliquibus cauſis criminalibus, ciuilibuſque, aut alijs quibuſcumq; priuilegijs etiam contra illos, quos ipſi Malſiuos appellant, vel quocumque alio exquiſito colore Iudex exiſtere, aut iudicandi officium, etiam inter Iudæos quomodolibet audeat exercere; & ne huiuſmodi Conſtitutionem fraudandi occaſio relinquatur, ſtatuimus, & mandamus, vt nec arbitrium in ſe ſuſcipere, aut per viam compromiſſi, ſeù arbitramenti quomodocumque, aut inter quaſcumque perſonas pronunciare præſumant, decernentes irritum, & inane quidquid contra præmiſſa fuerit attentatum. Et nihilominus Iudæus, qui præſentis noſtri Decreti extiterit violator pœna ſuper proximè deſignata ſe nouerit puniendum. Porrò quamuis nouas Synagogas fabricare tam Imperialibus legibus, quàm Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Decretis, & antiquas in ampliores, vel pretioſiores extollere ſit Iudæis penitùs interdictum; ipſi tamen, ſicut accepimus, in diuerſis mundi partibus tam de nouo conſtruendo, quàm antiquas in pretioſiores fabricas ampliando decreta præfata ſeruili audacia violare multoties præſumpſerunt. Nos itaque diſſimulare talia vlteriùs non valentes, & ſtatuta canonica exequentes decernimus, & mandamus, quòd Diœceſani locorum infra duos menſes à publicatione præſentium in eorum Cathedralibus Eccleſijs impoſterum computandos per ſe, vel per alios omnes Synagogas in eorum Diœceſibus conſiſtentes claudi faciant taliter, quòd Iudæis ad eas nullus pateat aditus, vel ingreſſus; ita tamen, quòd vbi tantùm vna fuerit Synagoga, ſi pretioſa non fuerit non claudatur; vbi autem fuerint duę, vel plures, vna tantùm de non pretioſioribus dimittatur. In locis autem vbi iuxta huius noſtræ Conſtitutionis tenorem, omnes Synago-

Iudices neque inter ſe eſſe poſſunt.

Vnica tantum Synagoga in Ciuitate conceditur.

gogas, ſi plures ibi eſſent, vel vnam, ſi illa tantùm ibi eſſet, claudi contingerit, Iudæis ipſis impedimentum non fiat, quominus ſi voluerint hac vice tantùm vnam ſolam poſſint domum habere ædificij competentis ad Diœceſani arbitrium, vel ſui Vicarij generalis. Porrò in cognitione habenda ſuper iam dicta pretioſitate Diœceſanorum conſcientias oneramus: hoc tamen præſenti Conſtitutioni adijcimus, quòd ſi de antiqua Synagoga legitimè poſſit conſtare, quòd aliquo tempore fuiſſet Eccleſia, vel ſuper hoc fama laboret, indiſtinctè claudatur. Præfatas itaque Synagogas, ſicut præmittitur, clauſas ijdem Diœceſani ad manus ſuas faciant retineri, donec per Apoſtolicam Sedem aliter fuerit ordinatum, niſi infra ſex menſes à die publicationis præmiſſæ coram Nobis, vel ad id per Nos ſpecialiter deputatis, ipſi Iudæi oſtendant, quo eis titulo eas habere contra ſtatuta canonica licuiſſet. Si quis verò cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis exiſtat, Diœceſanum ipſum, ſeù eius Viceſgerentem in præmiſſis præſumpſerit impedire, niſi tertiò monitus omninò deſtiterit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, à qua abſolui nequeat, niſi ad arbitrium Diœceſani præfati ſatisfecerit competenter. Præterea ſtatuimus, vt nemo Iudæorum vtriuſque ſexus artem, ſeù officium Medici, Chirurgici, Apothecarij, Pigmentarij, Obſtetricis, Mediatoris, ſeù Proxenetæ, Tractatoris, ſeù Concordatoris ſponſalium, vel matrimoniorum, vel campſarum inter fideles, vel ad opus cuiuſcunque fidelis exercere, aut alicuius fidelis redditus colligere, vel arrendare in domo, vel bonis Chriſtiani officium, vel adminiſtrationem, aut cum Chriſtiano ſocietatem in aliqua arte, vel artificio habere, aut nutricem, vel alium familiarem, vel ſeruitorem fidelem tenere, aut cum fideli in balneo, vel conuiuio communicare, aut in Sabbato, vel alio feſto Iudæorum ſeruitium accendendi ignem, vel parandi cibum, aut aliud opus ſeruile in fauorem cultus, ſeù feſti à Chriſtiano recipere, aut panes azymos, ſeù alia victualia ad ſuarum feſtiuitatum obſeruantiam deputata, vel carnes per eos refutatas, quas Trufa vocant, Chriſtiano vendere, ſeù donare præſumant. Iudæo autem, qui contra aliquod præmiſſorum commiſerit, per loci Diœceſanum Chriſtianorum communio ſubtrahatur, donec ad eius arbitrium ſatisfecerit competenter; Chriſtianus autem in aliquo prædictorum Iudæo participans, excommunicationis ſententia eo ipſo ſe nouerit innodatum. Vt autem tantò faciliùs illicita conuerſatio inter*

Medicinam, aut officium publicum non exerceant, neque ſocietatē ineant cùm Chriſtianis.

Chriſtianos famulos non habeant.

*Therephà.

Chri-

Chriſtianos, & Iudæos euitetur, quantò diligentiùs communicandi occaſio inuicem ſubtrahetur; fideles Principes, & alios Dominos temporales hortamur in Chriſto, vt in ſuis Ciuitatibus, Villis, aut locis, in quibus Iudæi morantur, certos aſſignent limites, extra quos eis non liceat habitare; Iudæus verò, qui extra limites aſſignatos domum ſuæ continuæ habitationis habuerit, coërceatur pœna iam ſuperiùs deſignata; fideles verò, qui Iudæis domum vendere, locare, commodare, vel aliàs concedere præſumpſerint, ſi ſingulares ſint perſonæ, excommunicationis; ſi autem Collegium, vel alia Vniuerſitas fuerit, Interdicti ſententias ipſo facto ſe nouerint incurſuros. Ad hæc antiqua iura exequentes, quæ vtriuſque ſexus Iudæos in omni Chriſtianorum Prouincia qualitate habitus publicè ab alijs fidelium populis diſtingui mandarunt, ſtatuimus, vt in partibus, in quibus Iudæi tempore Dat præſentium ita patens, & eminens ſignum non portant, ſicut in huiuſmodi Conſtitutione diſponimus, amodo ſignum eminens bipartiti coloris, rubei ſcilicet, & crocei affixum deferant patenter, videlicet mares in ſuperiori veſte ſuper pectus, fœminæ verò ſuper frontem eius, ſcilicet magnitudinis, atque formæ, quas in præſentibus fecimus deſignari. Iudæis autem huius iuris tranſgreſſoribus pœna plectendis ſuperiùs expreſſa eſt. Exigit quoque ipſorum Iudæorum cupiditas, quæ ad exercendam vſurariam prauitatem nouas quotidiè, & exquiſitas ſatagit inuenire colores, vt non ſimus antiquorum iurium prouiſione contenti, ſed nouis eorum fraudibus, noua etiam remedia præbeamus. Cùm itaque ſicut fide dignorum relatione percepimus nonnulli Iudæorum per priuilegia Regum, & Principum ſibi hoc aſſerentes impunè cum certa moderatione licere extorquere à Chriſtianis vſuras apertè, ſeù publicè non formidant; quidam verò ex eis ſubtili circa hoc vtentes aſtutia, debitores ſuos, quibus pecunias mutuant ſub vſuris alios faciunt ſimulare contractus. ſicque fit, vt ſub ſpecie venditionis, emptionis, vel aliorum contractuum, in quibus ſui dolus abeſſet iuxta naturam eorum non committeretur vſura, occultum mutuum quod ſub vſuris in rei veritate contrahunt, tali fraudulenta ſimulatione ſatagunt palliare. Alij verò tali cautela vtuntur, quòd debitores ſuos in maiori quantitate, quàm ab eis receperint, obligari facientes ſub appellatione ſortis principalis vſuras exigere non verentur. Inducentes inſuper Chriſtianos eoſdem ad præſtandum de ſeruandis huiuſmodi con-

Aſſignatur eis habitatio in Ciuitatibus à Chriſtianis ſeiuncta.

Rubeo, & croceo ſigno ad diſtinctionem Chriſtianorum vtantur.

Iudæorum vſuris modus imponitur.

tractibus iuramentum, quòdque talia debita coram aliquo Eccleſiaſtico recognita Iudice, niſi infra conuentum inter eos terminum perſoluerint, excommunicationis ſe patiantur ſententia innodari. Vnde Nos ipſorum Iudæorum malitijs cupientes, quantum cum Deo poſſumus obuiare, ſtatuimus, vt nullus Iudæorum de cætero contractum aliquem, ſiuè tractatum inire præſumat, cuius cauſa, ſeù occaſione Chriſtianus aliquis ad ſoluendum, reſtituendum, dandum, ſiuè tradendum pecuniam, aut quamcumque rem in futurum, ſeù cum futuri temporis tractu alicui Iudæo, aut ad eius vtilitatem directè, vel indirectè teneatur, aut remaneat obligatus. Nos enim omnem tractatum huiuſmodi, quem eo ipſo de vſuraria prauitate ſuſpectum habemus, nec non iuramenta quæcumque iudiciales recognitiones, & excommunicationes, aut quaſcumque ſententias alias, quæ, vel quas ſuper huiuſcemodi, aut alio quocumque contractu per Iudæum, vel ad eius vtilitatem ſub vſura, vel in fraudem vſurarum confecto fieri, vel ferri contigerit, & quicquid ex præmiſſis, vel ob ea ſecutum fuerit, auctoritate omnipotentis Dei, cuius cauſam in hoc proſequimur, caſſamus, irritamus, annullamus, & haberi volumus pro infectis, decernentes neminem Chriſtianorum ad obſeruationem talium contractuum, iuramentorum, aut ſententiarum quouis modo teneri. Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, iuribus, ſtatutis, priuilegijs, ſiuè indulgentijs per quoſcumque Principes, Dominos, vel Superiores ipſorum, Eccleſiaſticos, aut ſeculares, editis, ſiuè conceſſis, ſeù impoſterum edendis, aut concedendis, quæ quantum huiuſmodi noſtræ Conſtitutioni contradicunt, eadem auctoritate haberi volumus pro infectis. Nullus autem Prælatorum, Officialium, aut Iudicum Eccleſiaſticorum, aut ſecularium aliquem ex dictis contractibus, aut eius recognitionem, ſeù confeſſionem coram ſe, aut in ſuis Curijs fieri permittat, aut ſuper eo pœnam, auctoritatem, vel decretum imponere, aut excommunicationis, vel aliam quamcumque ſententiam promulgare, vel aliàs fauorem præſtare præſumat. Nullus etiam Notariorum, ſeù Tabellionum ſuper aliquo prædictorum contractuum, vt eis recognitione, confeſſione, pœna, decreto, auctoritate, excommunicatione, vel alia ſententia ſupradictis, inſtrumentum, vel ſcripturam conficiat. Quòd ſi aliquis Prælatorum, Officialium, Iudicum, aut Notariorum, ſeu

ſeù Tabellionum aliquid huic noſtræ Conſtitutioni contrarium, fecerit, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrat: & nihilominus Officialis ipſe, Judex, aut Notarius, ſeù Tabellio huiuſmodi noſtræ Conſtitutionis tranſgreſſor, ſi ab Eccleſia, officium, iuriſdictionem, aut auctoritatem ſuſcepit ab ipſo, per annum continuum ſit eo ipſo ſuſpenſus. Et quia ſicut ad audientiam noſtram nonnullorum relatione peruenit, in quibuſdam mundi partibus ipſi Iudæi timentes in prædictis fraudibus faciliùs deprehendi, nouum genus fraudis reperire conantur, de perſona quidem ad perſonam fraudulentum tranſitum facientes, Chriſtianos aliquos loco ſui in eiſdem contractibus ſubmitti, ſeù ſubrogari procurant, ita quòd contractus, qui timetur fieri per Judæum, in perſonam Chriſtiani, de quo Judæus confidit, fraudulenter conficiatur, & fictè. Nos itaque volentes in præmiſſis Chriſtianorum indemnitati ſalubriùs prouidere, prohibemus ne de cætero aliquis fidelis contractum aliquem, qui Judæum concernat, in perſonam ſuam, ſeù ſub ſuo nomine concipi, vllo modo, ſeù colore quæſito permittat, aut cuicumque Judæo in hoc auxilium, conſilium, aut fauorem ad illudendum mentem huius noſtræ Conſtitutionis, vel contra eam in aliquo veniendum directè, vel indirectè, occultè, vel publicè impendere, ſeù exhibere, præſumat; ſciturus, ſi contrarium fecerit, excommunicationis ſe ipſo facto, ſententia ſentiat innodatum, quem per loci Ordinarium in virtute ſanctæ obedientiæ tam diù publicè nunciari mandamus, quouſque debita ſatisfactione præmiſſa, fuerit abſolutus. Et quia cedit in iniuriam fidei Chriſtianæ, quòd Judæi filios, aut alios conſanguinitate ſibi coniunctos volentes conuerti ad fidem Catholicam, à ſancto propoſito retrahunt, auferendo eis ſpem ſuccedendi in bonis ſuis, quorum ſucceſſionem conuerſione ceſſante, ſe crederent veriſimiliter habituros: Nos huic tam euidenti impedimento fidei, quantum cum Deo poſſumus, prouidere volentes, in eiuſdem fidei fauorem, huic noſtræ ſanctioni duximus annectendum, quòd omnes, & ſinguli vtriuſque ſexus, qui ex Judæorum gente, inſpirante Domino, ad fidem Catholicam hactenus conuerti contigerit in futurum, & generaliter quicumque Chriſticolæ, qui Judæos in conſanguinitatis gradu habuerint ſibi coniunctos, in bonis Judæorum in infidelitate

De ſucceſsione Iudæorum.

Si Chriſti fidē ſuſcipiant, in bonis parentum infidelium ſuccedunt.

ſua decedentium eo modo ſuccedant, ac ſi præfati Iudæi ſic, vt præmittitur, decedentes tempore mortis ſuæ fuiſſent Chriſtianæ fidei profeſſores, & nullum feciſſent, aut ordinaſſent teſtamentum, vel aliam vltimam voluntatem, decernentes, vt nullum teſtamentum, vel aliqua vltima voluntas, nec vlla inter viuos, vel cauſa mortis donatio, vel alia alienatio facta in fraudem Conſtitutionis huiuſmodi, nec lex aliqua Iudæorum, vel conſuetudo, etiam inter eos hactenus obſeruata, Chriſtianis obſtare valeant, quominus in bonis infidelis defuncti ſucceſſionem legitimam conſequantur, iuxta formam iurium, quibus Chriſtiani illarum partium in Chriſtianorum ab inteſtato decedentium ſucceſſionibus regulantur. Demùm verò quia morum cultori prouido vitia ſarculo extirpare non ſufficit, niſi quantum in ſe eſt virtutes laboret inſerere, nobis, qui Iudæorum fraudulentas aſtutias cohibere, caliginoſamque nebulam cœcitatis ab eorum obtutibus tergere, præſentium Conſtitutionum tenore conamur, reſtat, vt ad imprimendum in eis veri luminis claritatem totis viribus inſurgamus. Statuimus itaque propterea, & ordinamus, quòd in quibuſcumque Ciuitatibus, Villis, ſeù locis, in quibus Iudæos in competenti multitudine ſecundùm arbitrium Diœceſani contingerit habitare, per Magiſtros ſacræ paginæ, aut alios Viros idoneos, quos ad hoc Diœceſani ipſi duxerint deputandos, fiant ſermones publici ter in anno, quorum primum in ſecunda Dominica Aduentus; ſecundum, in craſtinum Reſurrectionis Dominicæ; tertium, in Dominica, qua cantatur Euangelium, Cùm appropinquaſſet Ieſus Ieroſolymam, videns Ciuitatem, fleuit ſuper eam, *præſentibus omnibus Iudæis vtriuſq; ſexus à duodecim annis ſupra, qui in Ciuitate, Villa, ſeù loco potuerint reperiri, omninò fieri volumus, & mandamus. Contra Iudæos autem, qui intereſſe neglexerint, procedi volumus per dictos Diœceſanos per ſubtractionem communionem Chriſtianorum quouſque ad Diœceſani arbitrium ſatisfecerint competenter. Erit autem materia primi ſermonis veri Meſſiæ Jeſu Chriſti Saluatoris noſtri diutiùs optatum aduentum apertiſſimè declarare, & per auctoritates, quibus Iudæi refragrari non poſſunt, eis oſtendere Meſſiam, quem ipſi venturum ſperant, longè iam retroactis temporibus adueniſſe; prout ex proceſſu contra Iudæos in Curia noſtra formato faciliter ille colligere poterit, cui onus incumbet prædictum proponendi ſermonem. Secundus verò ſermo circa illam verſetur materiam, in qua varias hæ-*

De Sermonibus fiendis.

Ter in anno verbum Dei audiant.

De materia primi Sermonis.

De materia ſecundi ſermonis.

hæreſes, & errores Iudaica cœcitas poſtquam Chriſtum Dominum venientem in carne videre intellectualibus oculis cognoſcendo renuit, inciderit manifeſtè, ipſis Iudæis notificetur ad plenum recitatis videlicet circa hoc vanitatibus ridiculoſis, damnatis erroribus, mendacijs, & hæreſibus execrandis contentis in Iudæorum Talmuto confecto per illos nequam impios auctores, quos tamen ipſi Iudæi maximæ auctoritatis, & prudentiæ viros putant: prout etiam ex præfato proceſſu facilè colligi poterit, & videri. Qui verò tertium ſermonem proponet; ad hoc principaliter intendat, vt eiſdem Iudæis deſtructionem Templi, & Ciuitatis Ieroſolymæ, prout Chriſtus cum ſanctis concordando Prophetis prædixerant, perpetuitatemque captiuitatis eorum apertè declaret. Et demùm in fine ſui ſermonis has noſtras Conſtitutiones publicè legat voce intelligibili, eas, prout meliùs potuerit, omnibus declarando, vt efficaciùs memoriæ commendetur. Et quia parum prodeſſet ordinare ſalubria, niſi foret, qui ordinata executioni mandaret: Diœceſanis locorum in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus in exequendis præmiſſis adeò ſe promptos, ſolicitoſq; exhibeant in fidei Chriſtianæ de ipſius hoſtibus triumphalem victoriam, Sanctæ Matris Eccleſiæ de noua prolis fœcunditate lætitiam, & cunctorum fidelium de fratrum in Chriſto noua progenie ſibi aucta conſolationem, & gloriam, ſicut ad eorum ſpectat officium, quærere ſubiectis ſibi populis manifeſta experientia ſe oſtendant. Congruit autem religioni, ac manſuetudini Chriſtianæ libenter Iudæis contra iniuſtas perſecutiones hominum præſtare ſubſidium. Sinendi ſunt enim vſque in tempus meſſis creſcere, ne fortè credentes eradicare Zizaniam, triticum, quod in agro gentis præfatæ bonus ille paterfamilias ſeminator recti conſilij Deus ſuis viuificandum temporibus ſeminauit, immatura adhuc ſegete, & indiſcreta anticipatione eradicari contingat. Plùs enim blandimentis, quàm aſperitatibus erga eos agendum eſt, vt quos Chriſtiana benignitas ad viam rectam forſitan reuocaret, procul pellat in ruinam aſperitas inhumana. Vniuerſos igitur Catholicos Principes obnixè rogamus, & hortamur attentè, & nihilominus omnibus Eccleſiarum Prælatis, ac cæteris Chriſti fidelibus in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſic Iudæos ipſos ad obſeruantiam præſentium Conſtitutionum quantum in eis fuerit, & ad cuiuſlibet eorum officium pertinet, non omittant compellere, quod tamen

De materia tertij ſermonis.

ipſos vltra ea, quæ in prædictis Conſtitutionibus, aut alijs ſanctionibus continentur, grauari, moleſtari, ſeù in eorum perſonis offendi, aut bona eorum diripi, ſeù aliàs quoquo modo abſque rationabili cauſa necari, vlteriùs non permittant, quinimò eos tractent humaniter, & clementer, ac per alios etiam quantum ad eorum officium pertinet, faciant ſic tractari. Itaque tali mediante ſuffragio ab iniurioſis inquietationibus valeant præſeruari. Tunc enim in cordis ara ſacrificium Deo acceptum tribulatus ſpiritus verè creditur immolari, cùm inſpectori cordium illud offertur voluntariè non coactè: nam ſecundùm ſacrorum Canonum ſanctiones conſultiùs agitur, ſi ad veritatis cognitionem, & Diuinum amorem pijs monitis informando, & prædicando, quàm violentiam inferendo à fidelibus inducantur. Nulli ergo noſtrorum ſtatuti, conſtitutionis, mandati, decreti, iuſſionis, ordinationis, additionis, caſſationis, irritationis, annullationis, prohibitionis, & voluntatis infringere, &c. Datum, & actum in Ciuitate Valentinen. Prouinciæ Terraconenſis V. Idus Maij, Pontificatus noſtri anno Viceſimo primo.

A. de Belencinis.

Talmudis, & alios, in quibus nomen IESV Saluatoris noſtri, &c. cum blaſphemia, & ignominia nominatur. Habetur in Bullar. Tom. I. Conſt. 24. Incip. *Cùm ſicut nuper &c.*

Quæ conſtituerat præfatus Benedictus XIII. per Prouincias Hiſpaniarum, quæ ei obedientiam præſtabant, eadem renouauit Concilium Baſileenſe ſeſſ. 19. Et Paulus IV. pro Iudæis Romæ, & in Statu Eccleſiaſtico habitantibus Conſtitutionem edidit, quæ habetur in Bullar. Tom. I. Conſtit. 111. Et incip. *Cùm nimis abſurdum.* In qua hæ leges ſanciuntur -

1. *In Ciuitatibus, & Terris in vno Vico, vel pluribus intra Vrbem claudantur Iudæi.*

2. *Vni-*

Hiſce diligentijs à Summis Pontificibus adhibitis vt huiuceſmodi libri Talmudici, medijs flammis ab hominum memoria tollerentur, fieri non potuit, quin quamplurima exemplaria à Iudæis recondita fuerint, & auxilio Artis Typographicæ non diù poſtea inuentæ, iterum propemodum infinita Talmudis volumina emergerent in lucem, potiſſimùm induſtria Danielis Bombergij, qui בשנת ה' אלפים ר'ע'א התחיל דניאל בומברגו להדפיס הגמרא *anno* 5271. (vt ait *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 116. b.) Chriſti 1511. *cæpit imprimere Ghemarà* (hoc eſt Talmud). Huic malo occurrere volens Iulius III. anno Domini 1554. & ſui Pontificatus V. Conſtitutionem edidit contra Hebræos retinentes libros

Pius IV. eam in partem moderatus eſt.

1. Vt in ipſo itinere biretum, ſeù pileum nigrum deferre poſſint.

2. Si locus, vbi habitant, capax non ſit, ampliari permittitur.

3. Quòd bona ſtabilia habere valeant vſque ad 1500. ducatorum auri; & mercaturam quarumcumque rerum exercere permittitur. Quæ poſtea fuerunt reuocata.

4. Cum Chriſtianis honeſtè conuerſari permittit, non tamen famulos Chriſtianos illis concedit.

5. Quòd pignora poſt 18. menſium temporis decurſum vendere valeant.

6. Statuta Vrbis ſeruare teneantur.

7. Domini domorum in illorum ſeptis exiſtentium teneantur ea locare iuſto pretio.

8. Qui ſtabilia ab eis emerunt, ſoluere debeant pretium abſque cautione, vel illa cum fructibus reſtituant.

9. Quòd poſſint retinere Apothecas extra Ghettum, ſeù ſeptum Hebraicum.

Huiuſmodi Conſtitutio habetur in Bullario Tom. 2. Conſtit. 48. Incipien. *Dudum*. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcat. anno 1562. Pontif. ſui anno tertio.

Hæc autem Conſtitutio videtur reuocata fuiſſe à Beato Pio V. Conſtitut. 6. ſub Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1556. Pontificatus eius anno 1. In qua Conſtitutionē ſuprà narratam Pauli IV. *Cùm nimis* confirmat, & præcipit ab omnibus non ſolùm in terris, & dominijs Papæ ſubiectis, ſed etiam vbique locorum obſeruari. Et quoad colorem bireti à maſculis, & ſigni à fœminis deferendorum declarat dictum co-

2. *Vnicam tantùm Synagogam in loco ſolito habeant, nec nouam conſtruant. Reliquæ deſtruantur.*

3. *Bona immobilia poſſidere eis ſit nefas; & quæ habent Chriſtianis vendant.*

4. *Signum diſtinctiuum portent, vt à Chriſtianis diſtinguantur: Mares biretum, fœminæ aliud ſignum patens glauci coloris.*

5. *Nutrices, ancillas, ſiuè ſeruientes vtriuſque ſexus Chriſtianos nullum habeant.*

6. *Dominicis, vel alijs de præcepto Eccleſiæ diebus, per ſe, vel per alios, non laborent in publico.*

7. *Contractus fictos, vel ſimulatos cum Chriſtianis celebrare prohibetur.*

8. *Itemque prohibetur cum Chriſtianis ludere, comedere, aut familiaritatem, & conuerſationem habere.*

9. *Libros computorum, Italicè ſcribant, alioquin contra Chriſtianos nullam fidem faciant.*

10. *Nullam mercaturam exerceant frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum, quæ vſui humano ſunt neceſſariæ, ſed ſola ſtrazzariæ, ſeù cenciariæ, hoc eſt veteranarum veſtium arte contenti ſint.*

11. *Iudæis Medicis prohibetur medicinam facere Chriſtianis infirmis.*

12. *Nec ſe à pauperibus Chriſtianis Dominos vocari patiantur.*

13. *In mercatura, & negotijs menſes integros triginta dierum conficiant.*

24. *Statuta Ciuitatum, vbi habitant, fauorem Chriſtianorum concernentia inuiolabiliter obſeruare teneantur. Additis grauiſſimis pœnis contrafacientibus. Dat. Romæ apud S. Marcum Anno Domini 1555. Pontificatus ſui anno primo.*

Huius Conſtitutionis meminit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 117.

& B. Pij V. & reuocatis omnibus, & ſingulis priuilegijs à Summis Pontificibus eis conceſſis, iterum Iudæos à toto Statu Eccleſiaſtico, Vrbe Roma, Auenione, & Ancona exceptis) exulare præcipit Clemens VIII. Conſtit. 19. incip. *Cæca, & obdurata Hebræorum perfidia*. Dat. Romæ in Monte Quirinali anno Domini 1593. Pontificatus ſui anno 2. Habetur in Bullar. Tomo III.

Idem Clemens VIII. Conſtit 20. incipien. *Cùm Hebræorum malitia*. Sub Dat. Romæ apud S. Petrum an. Chriſti 1593. Pontific. ſui anno 2. iterum ſub grauiſſimis pœnis prohibet Iudæis, ac damnat impiũ Talmudem, alioſque Talmudicos, & Cabaliſticos libros, & præcipit, vt ijdem nefarij libri tradantur locorum Ordinarijs, ſeù Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, à quibus poſtmodum abſque alio mandato nulla interpoſita mora comburantur.

Cæterùm non eſt quòd immoremur in meritis cauſæ damnationis Talmudis inquirendis, quamuis nonnulli illius malam cauſam defendant, illudque non eſſe damnandum, imò in Latinum ſermonem vertendum, & in Chriſtianorum Scholis publicè legendum eſſe contendant. Vnde Galatinus lib. 1. capite 7. quaſi vnus ex inſipientibus loquitur, quando ait: *Diuina prouidentia factum eſſe, vt Clemens V. Pontifex Maximus Sacroſancto approbante Concilio, inſtitueret: Talmudicos Iudæorum libros per fideles Hebraicam linguam callentes, in Latinum ſermonem traducendos, atque Chriſtianis publicè legendos eſſe, vt habetur in Clement. de Magiſtris*, At Clemens V. non dicit libros Talmudicos traducendos eſſe in linguam Latinam, *ſed*

colorem eſſe, qui vulgò *Gialdo* dicitur.

Idem B. Pius V. omnes Iudæos ab omnibus locis Dominij S. R. E. eiuſque ſubditorum, præterquam ab Vrbe Roma, & Ciuitate Anconæ expellit anno Domini 1569. prout ex ſua Conſtitutione 80. incipien. *Hebræorum gens*. Dat. apud S. Petrum Pontificatus ſui anno quarto. Extat in Bullar. Tom. 2.

Gregorius XIII. Quoad Medicos Iudæos ne accedant ad ægrotos Chriſtianos, etiam ſi fuerint vocati, vt Paulus IV. præceperat, in Conſtitutione ſupra laudata, incipien. *Cùm nimis*. Conſtitutionem approbat, confirmat, & innouat, & diſtrictè inhibet, & interdicit, ne poſthac Iudæos, vel alios infideles ad ipſorum Chriſtianorum ægrotantium, & infirmorum curam, vocent, ſeù admittant, aut vocari, admittiuè faciant, concedant, vel permittant. Quòd ſi ſecus fecerint, nullatenus eis miniſtrentur Sacramenta, imò ſic decedens, Eccleſiaſtica careat ſepultura: Iudæus verò Medicus grauiter à Magiſtratibus puniatur. Sic in Conſtit. 68. quæ incip. *Alias pia memoria Paulus Papa IV*. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1581. Pontificatus ſui anno 9. Et habetur in Bullario Tom. 2.

Cùm autm Iudæi ab omnibus terris Status Eccleſiaſtici eiecti fuiſſent à Beato Pio V. Vrbe Roma, & Ancona exceptis, nihilominus benignitate Summ. Pontificum abutentes paulatim in diuerſas Ciuitates, & Terras prædicti Status Eccleſiaſtici introierunt, cum irreparabili damno, præſertim pauperum, & ſimplicium ruſticorum, ob magnas, & graues pecuniarum vſuras. Ideò priùs confirmatis Conſtitutionibus Pauli IV.

ſunt, qui cùm neſciant quid ſit Talmud, aut è limine linguam Hebraicam ſalutauerint, de Talmude ita loquuntur ac ſi præ manibus illud ſemper haberent. & intimè vſque ad animarum compagem penetrarent. Inter hos quidem ineptit Io. Maria Vincentius, qui in libro ſuo, quem Italicè edidit præfixo titulo, *Il Meſſia venuto: Meſſias, qui iam venit*, vbi in tractatu 78. num. 5. dum de Talmude loquitur, ait: *Talmud altro dir non vuole, che dottrina*, id eſt *Talmud nil aliud dicitur, quàm doctrina*. Benè quidem. Sequitur: *Perche contiene la dottrina tutta ſi può dire della vecchia legge, & della nuoua: Quia in ſe continet fermè totam doctrinam Veteris, & Noui Teſtamenti*. O'egregium Talmudis perſcrutatorem! Proſequitur hic Doctor Talmudiſta: *Parlo del Talmud Babilonico, perche dui ſono i Talmud hebrei: Gieroſolimitano l'vno, Babilonico l'altro: Fu tal libro Talmud Babilonico compoſto da Maeſtri de gli Hebri* 400. *anni dopo la Paſſione del Redentore: Scrittura, e volume ben dieci volte maggiore della Biblia noſtra*. Id eſt, *Loquor de Talmude Babylonico, quoniam duplex eſt Talmud Hebræorum, Ieroſolymitanum vnum, Babylonicum alterum. Fuit huiuſmodi Talmud compoſitum à Magiſtris Hebræorum* 400. *annis poſt paſſionem Redemptoris: Scriptura, & volumen eſt decies magnitudine excedens noſtrorum Sac. Bibliorum volumen*. Si inquirerem à *Vincentio*, qua forma (vt loquuntur) ſit huiuſcemodi volumen Talmudis Babylonici? Forſan reſpondebit in 4. vel in 8. quod cùm vnico volumine coarctet (Vincentius) ſignum eſt, quòd nunquam illd viderit. Duodecim Tomis in folio

ſed libros in linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſollicitè doceat.

In Concilio ſiquidem Viennenſi, vt habetur in Clementinis tit. *De Magiſtris*. cap. 1. *Inter ſollicitudines*. præcipitur, in præcipuis Europæ Academijs trium linguarum Scholas eſſe erigendas Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldææ, & vt Scholares rectè in hiſce linguis, & ſine errore inſtituantur, iubet Pontifex *libros de linguis*, hoc eſt libros Grammaticales in Latinum fideliter transferri, à quibus ſic tranſlatis, faciliùs huiuſcemodi linguæ à diſcipulis addiſcantur. Galatinus autem oſcitanter transfert libros de linguis ad libros Talmudicos, *In quibus* (ineptè addit) *tot Catholicæ veritates Talmudicæ continentur*. Quænam ſint iſtæ Catholicæ veritates Talmudicæ à Galatino laudatæ, ab eo non recenſentur; diligenter autem inſpiciat prudens, & curioſus Lector prænotatas Cenſuras, & videbit, quàm vera ſint, quæ de Talmude referat Galatinus. Reuchlinus etiam, ſeù Io. Capnio ante Galatinum pro Talmude pugnauerat contra Ioannem Pfeffercornum Chriſtianæ profeſſionis Iudæum, mota lite de Talmude damnando, vel permittendo, quæ per quinquennium durauit; tandem Pfeffercornus, qui contra Talmudem arma cæperat, ad vomitum rediens ob Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, & Sacratæ Hoſtiæ profanationem, Halæ Saxonum forcipibus ignitis carptus, & exuſtus eſt, anno 1520. Itaque ex inſcitia ipſorum, quæ in Talmude continentur, non tantùm ex antiquioribus pro Talmude fauorabilem ſententiam tulerunt, ſed ex recentioribus nonnulli

catur, qua ſine rerũ ſcribendarũ delectu, quicquid ſibi bonum viſum eſt, bonum eſſe voluit; & in Tractatu de vero Meſſia contra Iudæos, multa contra verum Meſſiam pro Iudæis affirmare deprehenditur. Nonne fauere Iudæis eſt, & contra verum Meſſiam agere, aſſerere Eccleſiam Catholicam, hoc eſt Eccleſiam veri Meſſiæ in magna exiſtimatione aliquando habuiſſe librum Talmudis, & Summum Pontificem in Concilio Vienneſi præcepiſſe illius lectionem publicè habendam, eamque docendos Chriſtianos? Hæc, & alia quamplurima oſcitanter ab eo in hoc ſuo libro (*Il Meſſia venuto*) dicta cernuntur, quæ quidem ſeueram cenſuram merentur. De hoc egregio Talmudis libro apprimè hactenus ab eo laudato, hoc modo ſequitur Vincentius: *Benedetto Terzodecimo pur Papa impoſe à Marco Geronimo da Santa Fede Medico ſuo, prima Hebreo, poi Chriſtiano, gli errori tutti ſcriueſſe di tal libro, che infiniti narrò, &c.* Id eſt, *Benedictus Decimus tertius item Papa præcepit Marco Hieronymo à Sancta Fide eius Medico, antea quidem Hebræo, deinde Chriſtiano, vt errores omnes huius libri* (Talmudis) *ſcriberet, quos infinitos* (inuenit, atq;) *narrauit. &c.* Neſcit Vincentius, quòd Benedictus XIII. de quo loquitur, non fuit Papa, ſed Papæ nomini præfixa vocula *Anti* vocatus eſt *Antipapa*. Pro *Marco Hieronymo*, debebat legere *Magiſtro Hieronymo*, qui infinitos errores huius libri Talmudis collegit, & publicauit. Si antea laudatur hic liber Talmud ab Eccleſia Catholica, à Summo Pontifice Clemente V. cur modò tot, tantiſque erroribus ſcatet? Nonne à Clemente huiuſcemodi er-

diuiſum reperitur Talmud Babylonicũ editionis Amſtelodamenſis, totidem Tomis diſpertitum cernitur editionis Bombergianæ Venetæ in magno folio; vel ad minimum nouem, aut octo Tomis. De anno non inquiro, ſi quis aueat ſcire, quo anno Talmud Babylonicum fuerit compoſitum, adeat Par. I. huius Bibliothecæ pag 488. 2. & videbit, quo anno compoſitum ſit Talmud.

Subdit Vincentius: *Libro* (cioè *il Talmud*) *in tanta ſtima già anche preſſo la Cattolica Chieſa, che Clemente Quinto Pontefice Maſſimo ordinò foſſe publicamente letto à Chriſtiani, come ſi hà nella Clementina, de Magiſtris.* Id eſt, *Liber* (Talmud) *in tanta æſtimatione fuit olim apud Catholicam Eccleſiam; vt Clemens V. Pontifex Maximus præceperit illud publicè legi Chriſtianis* (hoc eſt in Vniuerſitatibus explicari) *vti habetur in Clementina, de Magiſtris.* Cum bona venia Lectoris, hanc impudentiam, & mendacem temeritatem ſecundùm morem vulgi hoc modo retundere mihi liceat. Solemniter mentitur Vincentius, affirmando. Eccleſiam Catholicam aliquando tam magni feciſſe Talmud, vt præceperit publicè (in Scholis) debuiſſe legi. Nihil de Talmude in Clementina tit. *de Magiſtris*, vnde mendaciorum conſarcinator eſt *Vincentius*. Quid in Clementina tit. *de Magiſtris* contineatur, vide paulò ſuprà ea, quæ diximus contra Galatinum non intelligentem, aut peruertentem ſenſum verborum Clementis V. & Concilij Viennenſis.

Non poteſt excuſari Vincentius, niſi fortaſſis ex nimia ſimplicitate erraſſe di-

ptoris. Ideò benè conſultum eſt à Summis Romanis Pontificibus eoſdem Ghemaricos, & Talmudicos Codices proſcribi, damnari, & vltricibus flammis addici. Breuiter annotauit huiuſmodi Summorum Pontificum decretum de libris Talmudicis comburendis Auctor *Scialſcèl. hakkab.* pag. 117. his verbis -

בשנת ה׳ אלפים ש״יד בהיות יוליאו מונטי פפה קצת מומרים טענו נגד קצת אגדות הגמרא וא״ע ודנו אותו לשריפה ונשרפו ברומה יום ר״ה ש״יד ובבולוניה בחדש ההוא וברומניה בחדש חשון ובאנקונה בחדש שבט וכן בכל איטליאה בשנת ההיא :

Anno 5314. Chriſti 1554. *Cùm eſſet Iulius Montius Papa, nonnulli Apoſtatæ obloquuti ſunt aduerſus nonnullas allegoricas compoſitiones Ghemaræ. Propterea adiudicatum fuit Talmud combuſtioni, combuſtumque fuit Romæ ipſo initio anni* 5314. *eodemque menſe Bononiæ; in Romandiola menſe Chaſuàn Octobri, & Anconæ menſe Sceuàt Ianuario, & ſic per totam Italiam eodem anno.* Hæc Conſtitutio Iulij III. contra Talmudem data fuit Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 29. Maij 1554. Pontificatus eius anno quinto. Pauca quidem Talmudis exemplaria tempore huius Pontificis per Vrbes Italiæ fuerunt combuſta, quia Iudæi quotquot in manus habere potuerunt, omnia tamquam in tutum aſylum Cremonam tranſmittere curauerunt. Cognouerat hoc B. Pius V. Summus Pontifex, propterea Cremonam miſit Sixtum Senenſem Prædicatorum Ordinis Theologum, & fidei zelatorem omnibus neceſſarijs facultatibus munitum. In ea Ciuitate tamquam in opulentiſſimo Iudæorum Cremonenſium emporio infinitum propemodùm Talmudicorum librorum reperit numerum,

errores cogniti non fuerunt? Imò ideò Scholas linguæ Hebraicæ inſtituerat, vt à Viris doctis, & peritis linguæ Hebraicæ errores librorum Iudaicorum cognoſcerentur, & confutarentur, ſicut ſubſequentibus ſeculis factum eſt. Hactenùs Talmudis libri iudicium à *Vincentio* datum, in quo paucis in lineis vidimus Talmudem approbatum, & reprobatum; ſed *Vincentius* de Talmude neſcit, quid loquitur.

Alij *Vincentio* prudentiores, & ſapientiores ingenuè fatentur in Talmude contineri multa impia, & blaſphema in Deum, atque in Ieſum Chriſtum, B. Virginem, & Cælites; ſed multa alia in eo reperiri, quibus confirmatur Chriſtianorum fides, cùm quamplurima loca Veteris Teſtamenti in fauorem eiuſdem fidei explicentur, & nonnulla loca Noui Teſtamenti Veterum vſu, & eruditione illuſtrentur. Vnde ſibi videri aiunt Talmudem non eſſe omninò proſcribendum. Ego quidem non negarim multa reperiri in Talmude, quæ apertè fauent Religioni Chriſtianæ, fidei Catholicæ dogmatibus, & quæ Sacr. Bibliorum Vulgatæ verſioni ſunt conſona, quorũ nonnulla in ſuprà appoſitis Cenſuris retuli: ſed ſi hæc conferantur cum ijs, quæ in eodem Talmude ſunt contra Deum, & eius perfectiones, contra Legem Diuinam, & naturalem, contra Legem Moſis, contra perfectionem veri Meſſiæ, contra bonos mores, obſcœna, & turpia; non ſunt illius bona tanti momenti, & ponderis, vt poſſint æquiparari damnis, quæ ex lectione dicti Talmudis, etiam ipſis infidelibus conceſſa, in Repub. Chriſtiana oriri poſſunt cum iniuria Creatoris, & Redem-

ſui decimo tertio, quæ habetur in Bullario Tom. 2. pag. 360.) omnibus Eccleſiarum Prælatis, vt in ſuis Ciuitatibus & locis, in quibus competens aliquis numerus Iudæorum, qui Synagogam conſtituat, commoratur, curent aliquo hebdomadis ſtatuto die ad Iudæos in locum præſtitutum, vbi tamen Sacra confici non ſoleant, conuocatos, per aliquem Magiſtrum in Theologia, aliumuè idoneum virum ab eis eligendum cum mercede congrua, Hebraicæ (ſi fieri poterit) linguæ peritum ſermones, vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur Scripturæ Veteris Teſtamenti iuxta SS. Patrum interpretationes, & verum Catholicæ Eccleſiæ ſenſum, ac in eis diſſeratur de veritate Chriſtianæ fidei, de certo Aduentu, & Incarnatione Filij Dei, illiuſque natiuitate, vita, miraculis, paſſione, morte, ſepultura, deſcenſu ad inferos, reſurrectione, in Cælum aſcenſione, de eius Euangelio in toto terrarum Orbe per Apoſtolos eius, & alios Sanctos prædicato, innumeris, atque clariſſimis virtutibus, & illuſtrium miraculorum gloria confirmato, ac de eius ſpirituali, & vero Regno, & de impio Idolorum cultu ſublato, & Gentium vocatione; de perpetua tùm Hieruſalem, & terræ eorumdem Iudæorum deſolatione, tùm ipſorum vbique terrarum diſperſione, & captiuitate, & de alijs ſimilis argumenti dogmatibus, & articulis ex Lege, & Prophetis: de diutina præterea, & irrita Iudæorum Aduentus Meſſiæ, & carnalis ipſius Regni expectatione; de vana eorum, quæ ſæpè, quinimò quotidiè eos fruſtrata eſt ſpe reditus in terram promiſſionis, & reſtaurationis tertij Templi;

rum. Et ſicut ipſemet teſtatur, mandante Sacro Romanæ Inquiſitionis Senatu an. Dom. 1559. duodecim corporum Talmudicorũ millia (h. e. 144000. Voluminum) in vnica ſola Vrbe Cremona exuſta ſunt. Ita ipſe Sixtus Senen. in Biblioth. Sancta lib. 2. pag. 125. in fine. Et lib. 4. pagina 314. col. 2. A.

Cæterùm Summi Pontifices totis conatibus ſemper inſtiterunt conuerſioni Iudæorum, nulla intermiſſa opera, quæ huius pertinacis populi ſaluti conducere videbantur; & modò blanditijs, modò terroribus vtendo, ad viam veritatis, qui Chriſtus eſt, eos reducere conati ſunt. Hinc tot Epiſtolæ Romanorum Pontificum ad diuerſos directæ, vt cum Iudæis mitiùs agendũ eſſet, nec cogendi eſſent ad fidem ſuſcipiendam, nec ad necem trahendi. Hinc eorundem Pontificum iuſſu tot amara pharmaca Iudæis propinata, vt tamquam in caueam primò fuerint incluſi in ſeptũ (in Ghettum) eorum Synagogis omnibus demolitis vnica tantùm reſeruata; deinde bonis omnibus ſtabilibus ſpoliati; ſigno in capite ipſorum, tamquam in Cain fratris occiſore impoſito, ne interficeret eos omnis homo. Nullius generis mercaturæ eis permiſſa niſi tantùm ſtracciariæ, & cenciariæ, hoc eſt veteranarum veſtiũ arte ex miſericordia tolerata. Et alia id genus multa, vt per ea incommoda ad fidem Chriſti ſuſcipiendam hortarentur. Adde, quòd non permiſerunt Pontifices has miſerabiles Iſraëliticę gentis, & Iudaicæ Nationis reliquias fame verbi Dei, & aquæ refectionis perire. Vnde præcepit Gregorius XIII. (Conſtit. 92. ſub Dat. Romæ apud S. Marcum anno Domini 1584. anno Pontif.

dine Prædicatorum committitur cura ad Hebræos concionandi, cuius officium hodie perquam diligenter annis ab hinc ſupra triginta ſeptem exercetur à Viro doctiſſimo, & in rebus Iudaicis, ac Rabbinicis peritiſſimo, & exercitatiſſimo Patre Gregorio de Scharintijs eiuſdem Sacri Ordinis Prædicatorum Theologo, ac Magiſtro, maximo cum fructu animarum, quæ ex Iudaiſmo conuertuntur, & Chriſtianorum ædificatione, qui huiuſcemodi ſermonibus interfuerunt, quorum aliqui, licèt heterodoxi fuerint, huiuſmodi Conciones, & inſtitutum ad Hebræos concionandi, ad propria redeuntes apud ſuos mirificè laudarunt, vt ingenuè ex ipſorum relatione teſtatur Leuſden in Philologo Hebræomixto Diſſert. 5. de *Targumim* pag. 38. his verbis. *Pontificij in procuranda conuerſione Iudæorum, hac in re laudabilem præſtant operam. Romæ enim, vt mihi pro certo relatum eſt, coguntur per vices quidam ex Iudæis ſingulis hebdomadibus conuenire in vnum locum, vbi Monachus aliquis, linguarum Orientalium peritus, coram ipſis ex ſcriptis Veteris T. ex Talmude, ex Paraphraſibus Chaldaicis, alijſque ſcriptis Rabbinorum fidem Chriſtianorum confirmat, & Iudæorum refutat. Laudabile ſanè medium, & inſtrumentum ad Iudæos conuincendos: vtinam idem medium à Chriſtianis Magiſtratibus in illis locis, in quibus quamplurimi Iudæi ſunt, etiam adhiberetur.* Enimverò Vir doctus, & pius ad Hebræos Concionator ſecundùm Gregorij XIII. mentem partes ſuas adimplet, & Sacram Scripturam ſecundùm Catholicum ſenſum explicans, & in Rabbinos, & Talmudiſtas eiuſdem Sacræ Scripturæ ſenſum

pli; & demùm de multiplicibus, & varijs erroribus, & hæreſibus eorum, in quas miſerrimè ſe demerſerunt, poſtquam Chriſtum Dominum in carne venientem agnoſcere noluerunt: de falſa quoq; per eorũ Rabbinos tradita Sacrarum Scripturarum interpretatione, quarum literam, & ſenſum fabulis, mendacijs, & varijs dolis, & modis detorquentes corruperunt, & deprauarunt, & hactenus corrumpere, & deprauare non deſinunt; deque omnibus alijs, quæ eos poſſint ad agnitionẽ fidei, ad errorũ ſuorum correctionem, ad orthodoxamque fidem conuertere; pro loci, temporis, ſumptique argumenti ratione prudenter agant; veriſque, & ex Sacra Scriptura depromptis demonſtrationibus, nulla cum obtrectatione, aut iracundia, ſed magna cum charitate, & modeſtia, veritatis lumen illis aperire conentur. Ad quos ſermones, & lectiones vult Summus Pontifex vtriuſque ſexus Iudęorum à duodecim annis ſupra, dummodo infirmitate, aut alia legitima cauſa non ſint impediti, tertiam ſaltem eorum partem, nec vmquam minorem ſemper adeſſe. Quòd ſi in pleriſque locis hæc Conſtitutio ſuum non eſt ſortita effectũ, vt res humanę à ſuperuenientibus quamplurimis accidentibus non rarò impediri cernuntur; attamen Romæ piè, & religiosè prædicta Conſtitutio ſemper obſeruata fuit, licèt quoad numerum Iudæorum nonnihil remiſſum; at hodie ab Innocentio XI. regnante, eadem Gregorij XIII. Conſtitutio etiam quoad numerum Iudæorum, qui adeſſe debent, in primæuam, & viridem obſeruantiam reſtituta eſt; & Viro Theologo, ac linguæ Hebraicæ perito ex Or-

ctare. Relinquo particulares diſputationes, quæ quotidiè fiunt cum Iudæis in Monaſterijs, & Collegijs Vrbis, vbi non deſunt Viri docti, & in linguis Orientalibus, & præcipuè in lingua Hebraica exercitati. Horum omnium Catalogum texere nimis longum eſſet, ſolùm ex ijs nonnullos referam. Inter hos primum locum tenere exiſtimo Cl. V. Adm. Reu. D. Ioannem Paſtritium Sac. Theol. Doct. & Polemicæ Theologiæ in Collegio de Propag. Fide Lectorem, linguæ Hebraicæ peritiſſimum, & in Talmudis lectura exercitatiſſimum, huiuſce meæ Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ, iuſſu Reuerendiſſ. Pat. Sac. Palatij Apoſtolici Magiſtri, cenſorem.

Sunt & in Sapientia Romana, quæ Vrbis eſt Academia, & ſtudiorum Vniuerſitas, vbi & linguarum Hebraicæ, Græcæ, Syriacæ, & Arabicæ Profeſſores aluntur, qui vnà cum reliquis ſacrarum literarum Profeſſoribus pro conuerſione infidelium, præſertim Iudæorum omnes conſpirant. Linguarum profeſſores numerantur; linguæ Hebraicæ, D. Laurentius Moroſinus, olim in Collegio Neophytorum in eadem lingua meus diſcipulus. Linguæ Græcæ ob mortem Simonis Portij adhuc vacat. Syriacæ profeſſor eſt Adm. R. D. Fauſtus Naironus Baneſius Maronita è Monte Libano, & Bibliothecę eiuſdem Sapientię Pręfectus. Linguæ Arabicæ Reuerendiſſ. Pater Ludouicus Marraccius Lucenſis S. D. N. Innocentij XI. à Sacris Confeſſionibus Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, qui etiam in linguis Græca, & Hebraica apprimè eſt excultus; & in conuertendis Iudæis ad Chriſtum, & Neophytis adiuuandis ſedulam ope-

ſum fabulis, mendacijs, aut etiam execrandis expoſitionibus deprauantes inuehens, mirum non eſt, ſi aliqui ex ipſis non ea attentione, & modeſtia, qua par eſſet, præconem ſuum audiant. Quòd ſi Apoſtolus ad Titum ſcribens cap. 1. 10. conqueritur de illis priſcis Iudæis ad fidem Chriſti conuerſis, de quibus hoc modo loquitur: *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & ſeductores; maximè qui de circumciſione ſunt, quos oportet redargui; qui vniuerſas domos ſubuertunt:* quid mirum, ſi Iudæi non conuerſi, ſed peruerſi, & coacti audire verbum Dei, & ſuorum Rabbinorum ineptias, ac fabuloſas Scripturæ Sacræ interpretationes, in riſus, & ſcreatus aliquando ſe reſoluant? Quapropter redarguuntur Concionatoris voce; & vt in officio perſiſtant, nec auditorium perturbent, adeſt, qui hoc caſu, non ingenti pertica, ſed oblonga, ac tenui virga in eos leuiter animaduertat. Qui fructus ex hac prædicatione colligantur, domus Cathecumenorum, vtriuſque ſexus oſtendunt, quæ Cathecumenis repletæ ferè ſunt ſemper.

Caterùm ipſe Concionator antequam ſermonem incipiat, genibus flexis ſigno ſalutiferæ Crucis præmiſſo ſubmiſſa voce Deum orat, vt ſpiritum ſuum dirigat, & quæ Iudæorum conuerſioni conducibilia ſunt, inſpiret verba proferenda, & ipſius mentem inflammet. Formula iſta orandi ante ſermonem alta voce, vt concepta eſt, non recitatur, ne Iudæi audientes nomen *Ieſu*, & *Mariæ* blaſphemare incipiant, antequam verba ſalutis audiant. Non deſinit & Clerus Romanus quantum in ſe eſt, conuerſionis Iudæorum negotium ſedulò pertra-

ad Ordines, & ad Confeſſiones audiendas.

Adm. R. P. Magiſter Ioannes Baptiſta Beltramius de Riparolio Polemicæ Theologiæ in eadem Vrbis Vniuerſitate profeſſor, eiuſdem Ord. Min. Conuentualium.

Adm. R. P. Michaël Heckius vulgò Van Heck Gandauenſis Doctor Theologus, & egregius Concionator Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, olim ad Hollandos Miſſionarius, nunc Romæ in Sapientia Romana Sac. Scripturæ Interpres ordinarius, & apud Sac. & Vniuerſalem Inquiſitionem Qualificator; atq; in Collegio de Propag. Fide Studiorum Præfectus, ac Moderator; Vir quidem doctiſſimus, & ſicut olim in conuertendis ad fidem Catholicam Hæreticis laborauerat, ita & nunc Romæ pro conuerſione Iudæorum ſacras literas explanando ſedulò laborat.

Adm. R. P. Ludouicus Perez de Caſtro Hiſpanus Toletanus, inſignis Sac. Theologiæ Magiſter; multiplicis eruditionis, & literaturæ Vir egregius, in Romana Academia Metaphyſices Profeſſor, ac Sanctæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis Qualificator. Ord. Carmel.

Reuerendiſſ. P. Io. Dominicus Roccamora Neritonenſis, Congregationis Monachorum Silueſtrinorũ Abbas, Mathematicarum ſcientiarum Lector ordinarius.

Adm. R. P. D. Pompeius Balbanius Lucenſis Clericus Regul. Congregationis Matris Dei, Reuerendiſſ. P. D. Ludouici Marraccij pro lingua Arabica Coadiutor.

Præter Studium Romanæ Sapientiæ, viget Romæ aliud vniuerſale Studium omnium ... operam charitatiuè impendit. Reliquorum ſacrarum literarum Profeſſorum huius Vniuerſitatis in negotium conuerſionis Iudæorum incumbentium nomina hic referam, nullo prioritatis, aut dignitatis ordine ſeruato, ſed ſicut in mentem mihi occurrent, ita calamus ſcribet.

Reuerendiſſimus Pater Thomas Ruffus Neapolitanus Sac. Theol. Magiſter in eadem Vniuerſitate ad mentem Diui Thomæ Sacræ Theologiæ explanator. Generalis Procurator Ordinis Prædicatorum.

Adm. R. P. Sac. Theologiæ Magiſter Paulinus Bernardinus Lucenſis, in eadem Vniuerſitate Lector ordinarius, Ordinis Prædicatorum.

Reuerendiſſ. Pater Laurentius Fabri Ord. Min. Conuentualium, Sac. Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Conſultor, & Sac. Theologiæ ad mentem Scoti in hac inclyta Romana Vniuerſitate Lector, cùm olim rexiſſet ſtudia in Collegijs ſui Ordinis in Vrbe Viennæ Auſtriæ, & Pragæ, ac vltimò in Patria in Vniuerſitate Bononienſi Metaphyſices Cathedram adeptus per 16. annorum ſpatium illam retinuit, quouſque à S. D. N. Innocentio XI. Romam euocatus, prædicta onera pro Catholicæ Religionis zelo ex obedientia ſuſcepit, & retinet.

Adm. R. P. Sacræ Theol. Magiſter Balthaſſar Melatius à Naro, eiuſdem Ord. Min. Conuent. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lector, & in eadem Vniuerſitate in publicis Concluſionibus à Parochis Vrbis ſuper Moralem Theologiam habendis Aſſiſtens Generalis: & eiuſdem Vrbis, & Orbis examinator Synodalis pro omnibus beneficijs ſimplicibus, & Curatis, & pro ijs, qui admittendi ſunt

nes Paſtritius; Io. Cupareus Tranſmarini Spalatenſes Dalmatæ; Laurentius Moroſinus, & Didacus Ferrus, iam ex Alumnis huius Collegij in Hebraicis, & Rabbinicis emicant egregiè. Hodie in eodem Collegio Petrus Riuier inter alios eminet in eiſdem.

In Collegio Maronitarum de Monte Libano, vbi Iuuenes huius Nationis in omni genere ſcientiarum, & linguarum inſtruuntur, & ab eiſdem Academia Generalis de linguis Orientalibus in die S. Ioannis Euangeliſtæ in Eccleſia eiuſdem Collegij, in cuius honorem Deo dicata eſt, habetur; breues ſermones ab Alumnis recitantur linguis Hebraica, Chaldaica, ſeù Syriaca, Græca, Arabica, Turcica, & mox Latinè redduntur. Inter alios linguæ Hebraicæ ſtudioſi ſunt Abrahamus de Benedictis Gaſirenſis; Petrus de Benedictis Saphrenſis, & Georgius Beniaminus Edenſis.

Viget etiam in aliquibus Clauſtris Monachorum linguarum ſtudium, & præcipuè linguæ Hebraicæ, præſertim poſtquam S. D. N. Innocentius XI. hodie regnans iuſſit, vt in omnibus Vrbis Monaſterijs, in quibus literarum ſtudia habentur, ſtudium eiuſdem Hebraicæ linguæ habeatur. Quòd ſi alicubi præfatum ſtudium, caſu aliquo, non reperiatur, non deſunt Magiſtri, & Doctores Theologi, qui alijs argumentis extra linguam deſumptis Iudæorum perfidiam perfringant.

Viget in Conuentu S. Mariæ ſupra Mineruam Ord. Prædicatorum, è cuius gremio vt plurimùm aſſumitur ordinarius Concionator ad Hebræos, & hodie huiuſmodi miniſterium à Reuerendiſſ. Patre Gregorio de Scharintijs, à triginta ſe-

omnium bonarum artium, & ſcientiarum, quod à PP. Soc. Ieſu regitur ſub nomine Collegij Romani. Ibi etiam in linguis, præſertim Hebraicis, erudiuntur Iuuenes. Et hodie in eadem lingua Hebraica profeſſor ordinarius eſt Adm. R. P. Ioannes Antonius Vannius Lucenſis Soc. Ieſu.

Quamplurima alia Collegia ſunt Romæ, vel communia omnibus Nationibus, vel particularia vnius Nationis, in quibus Iuuenes inſtruuntur in dogmatibus controuerſis, & in linguis, vt in negotio conuerſionis Infidelium, & Hęreticorum apti reddantur.

In Collegio Vrbano de Propaganda fide, vbi omnium Nationum Iuuenes, vel Vltramontani, vel Vltramarini in bonis literis inſtituuntur, præter Philoſophicas, & Theologicas facultates, quæ ibidem à pluribus Lectoribus explicantur, ſunt & linguarum Magiſtri. In Hebraicis Laurentius Moroſinus; in Græcis Ioſeph de Iulijs; in Syriacis, & Arabicis Ioſeph Baneſius Maronita. In eo ſæpè colloquia, & diſputationes cum Iudæis habentur familiares, quorum argumenta hodie à Ioanne Paſtritio Controuerſiarum Doctore, ob peritiam linguarum Hebraicæ, Rabbinicæ, & Græcæ facilè reſoluuntur.

In Collegio Neophytorum, & Tranſmarinorum, vbi habetur ordinaria lectio linguæ Hebraicæ, & Rabbinicæ, quam ab anno 1651. vſque ad præſentē annum 1682. ego, licèt linguę Hebraicę Profeſſorum minimus, exerceo, & ex quo præſtantes, & docti Viri egreſſi, nonnulli eorum adhuc ſuperſtites ſunt, vti Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domnio Gaudentius Epiſcopus Arbenſis, Ioan-

gloria.

Adm. R. P. Ignatius Sauinus Theologus, ac Verbi Dei Concionator eximius, cuius famam per vniuerſam Italiam volitare cernimus, quam audiens, & agnoſcens Sac. Cæſ. Maieſtas, eum in ſuum Concionatorem nominauit.

Adm. R. P. Octauius à Iadera, in eadem Eccleſia Aracælitana Sacræ Scripturæ doctiſſimus, & eruditiſſimus Interpres, ac Sac. Theologiæ Doctor inſignis. Aptiſſimi ſunt omnes ad conuincendam Iudæorum perfidiam.

Iſti, & quamplurimi alij ex Aracælitano Alueario egrediuntur Doctores, qui mellea Doctrinæ Chriſtianæ pabula Iudæis præbere ſtudent, & argumentorum aculeis Iudæorum torpedinem ad fidem Chriſtianam amplectendam excitare non deſiſtunt.

In Conuentu S. Franciſci ad Ripam Ord. Min. Strict. Obſeru. Adm. R. P. Angelus à Sirolo Sac. Theol. profeſſor, & Verbi Dei Præco eximius, qui 36. annis inſigniores Italiæ pulpita aſcendit, & coram Cæſare in Cappella concionatus eſt inde inſignitus titulo Prædicatoris Cæſarei; Sac. Congregat. Indicis Conſultor, & linguæ Hebraicæ ſtudioſus, qui verbo, & opere Iudæis viam veritatis oſtendit.

In Conuentu S. Auguſtini Ordinis Eremitarum S. Auguſtini reperitur Adm. R. P. Ioſeph Sabbatinus Rauennas Sac. Theol. Magiſter, & Bibliothecæ Angelicæ in eiſdem Ædibus Præfectus. In omni genere literaturæ excultiſſimus, & Iudæis ad ſe venientibus patulam, & tritam ſibi viam fidei, per quam itur ad Chriſtum oſtendens, ad eandem fidem ſuſcipiendam leniter, ac placidè eos diſponit.

Cccc In

ſeptem annis & ſupra, magna cum laude, & animarum fructu exercetur. Nullum fermè argumentum eſt, quod Iudæi ex ſuo Talmude nobis obijciant, cui non ſit reſponſum à Patre Scharintio, totaq; illius vis eneruata; & licèt ætate, & aduerſa valetudine vires ipſius confractæ adeò videantur, vt vix familiari colloquio exilis illius vox benè percipiatur, cum tamen in ſuggeſtum aſcenderit, ſpiritus intra pectoris præcordia, Deo ſic operante, aduerſus Iudæos ita viuificatur, vt de ipſo contra eos clamante verè dici poſſit: *Leo rugit, quis non pauebit?* Sunt & alij eiuſdem Conuentus Viri docti, & in linguis, præſertim Hebraica, eruditi: inter quos præcipuum locum tenent Adm. R. P. Franciſcus Mandarinus de Trebia, Sac. Theologiæ Magiſter, Ord. Prædicatorum; & Adm. R. P. Magiſter Gregorius Compagni Romanus eiuſdem Ordinis, qui doctas, & eruditas quamplurimas ad Hebræos habuit Conciones, dum ordinarius Concionator infirmitate detineretur, nec poſſe pulpitum aſcendere.

In Conuentu Aracælitano Ord. Min. de Obſeruantia reperitur Adm. Reu. P. Romanus Petrellius, Sac. Theol. Lector Iubilatus, Chriſtinæ Suecorum Reginæ Auguſtæ Theologus, & Prouinciæ Romanæ, ac totius Italiæ ſuæ Religionis ArchiTheologus. Cùm enim in tota Italia huius Ordinis ſupra 350. Theologos actu Sac. Theologiam docentes ſint, qui omnes ſub magiſterio huius Doctoris Sac. Theologiam didicerint; meritò Archi-Theologus dicendus eſt, qui tot Theologos Magiſtros diſcipulos habuit. Ita mihi à fide dignis relatum eſt; quod non eſt huius Patris modica

In Monaſterio S. Mariæ Nouæ Congregat. Montis Oliueti Reuerendiſſ. P. Abbas D. Iuſtinus Campora Neapolitanus, olim Abbas Generalis II. nunc Procurator Generalis, linguarum, & in omni ſcientiarum genere excultiſſimus, ac eruditiſſimus Vir.

In Monaſterio S. Euſebij Congregat. Cæleſtinorum Adm. R. P. D. Benedictus Giancaſperus Sac. Theol., Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Sacrorum Conciliorum Profeſſor.

In Monaſterio S. Crucis in Ieruſalem Sac. Ord. Ciſtercienſis Adm R. P. D. Theodorus Landus Sac. Theol. Lector, & linguæ Hebraicæ Profeſſor.

In Monaſterio S. Pudentianę eiuſdem Ordinis Reuerendiſſ. P. D. Ioannes Baptiſta Borgia, eiuſdem Monaſterij Abbas, Sac. Theol. Profeſſor, in lingua Hebraica admodum verſatus, & in eadem lingua quondam meus diſcipulus; nunc meorum librorum Cenſor à Superioribus Clauſtralibus deputatus.

In Monaſterio S. Bernardi ad Thermas Diocletianas Adm. R. P. D. Ioannes Maria Gabriellius Sacræ Theologiæ, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, præſertim Conciliorum Profeſſor, & acerrimus Iudaicarum doctrinarum impugnator. Alij quamplurimi ex Monachiſmo ſunt Viri docti, qui ſub ſilentio relinquuntur.

Sunt & in Collegijs Clericorum Regularium Viri docti, & Theologi, benè etiam verſati in lingua Hebraica, qui frequenter ſermones habent coram Iudæis, & in illorum conuerſionem totis viribus incumbunt:

In Collegio S. Andreæ de Valle Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum inter alios reperitur Adm. R. P. D.

In Conuentu S. Mariæ Tranſpontinę Ord. Carmelitarum reperitur Adm. R. P. Magiſter Angelus Formentinus Senenſis, in lingua Hebraica peritus, quam aliquando in eodem Conuentu Carmelitas ſuos docuit, ſed modò Prouincialis Prouinciæ Thuſciæ renunciatus, quamprimùm Vrbe diſcedet ad guberniũ ſuæ Prouinciæ profecturus.

Ibidem linguam Hebraicam profitetur Adm. R. P. Magiſter Aſcanius Morgana Mediolanenſis, in qua admodum exſcultus eſt.

In eodem Conuentu Adm. Reu. Pat. Thomas Cantoni Sac. Theologiæ Magiſter, Studiorum Regens, partes egregiè adimplet, dum opus eſt Chriſtum eſſe verum Meſſiam Iudæis demonſtrare.

In Conuentu S Marcelli Ord. Seruorum B. Mariæ Adm. Reu. P. Sac. Theologiæ Magiſter Calixtus Lodigerius Studiorum Regens Vrbeuetanus.

Reu. P. Magiſter Calixtus Morallus Ciuitatis Plebis linguæ Hebraicæ cultor.

Et Adm. R. P. Antonius Maria Caſtellus Mantuanus eiuſdem linguæ ſtudioſus.

In Monaſterijs verò Monachorum ſub Regula Sanctiſſ. P. N. Benedicti Abbatis militantium, in lingua Hebraica periti, vel eminentiores Sac. Theologiæ Profeſſores ſunt.

In Monaſterio S. Praxedis Congregationis Vallis Vmbroſæ Reuerendiſſ. Pater Domnus Martius Sebregundius Romanus Abbas Soanæ, Hebraicæ linguæ quondam profeſſor, nunc Eminentiſſimi Cardinalis Cybo Theologus.

Ibidem Adm. R. P. D. Paſchalis Pagnanus Romanus Sac. Theol. Profeſſor, ac in eodem Monaſterio Lector.

habenda minus curioſus extitit, cum more patrio, contra hoſtes Eccleſiæ manu fuerit promptior, quàm lingua; & calami ſpiculis illos confodere magis, quàm verbis laceſſere, licèt oratione ornata. De hac re loquatur, ſi poteſt, ſaucius Seldenus, & Hottingerus quaſſatus ab Ecchellenſi, alter de origine nominis Papæ, alter in Cenſura in illius Hiſtoriam Orientalem. Tali igitur, ac tanto patre dignus filius, qui vt infelices Iudæos à peſſimis Rabbinis deceptos ad caulam veri Meſſię tamquam oues errabundas reducat, pabulum Verbi Dei ore prædicat, linguam ſanctam, qua idem verbum ſcriptum eſt, excolit, & in ſuggeſtu ſcelera Rabbinorũ Dei quondam populo annunciat, & domui Iacob peccata eorum; etenim eum, quem vanè de die in diem expectant, & ſcire vias eius volunt, ijſdem viam veritatis oſtendit, & vt eum verum Chriſtum eſſe agnoſcant, ſatagit diligenter.

Sunt & in Bibliotheca Vaticana pro linguis, Hebraica, Græca, Syra, Arabica, & Latina Scriptores Apoſtolici, Viri docti, & in rebus ad ſuas linguas ſpectantibus valdè eruditi. Ij, qui pro Hebraica lingua partes agunt, tamquam reliquis in Hebraicis peritiores habiti, veluti milites auxiliarij, quotieſcumque ſit opus, pro Chriſtiana Religione contra Iudæorum perfidiam pugnaturi in arenam deſcendunt. Vnus ex his eſt *Auguſtinus Grimanus*, de quo egi ſuprà in *Rabbì Iudas Tezuì* pagina 71. Alter eſt *Iulius Moroſinus*, de quo agam infra in *Rabbì Samuel Nachmias*. De eo tamen hìc non eſt prætermittendum ſub ſilentio, quòd dum ex liberalitate Sacræ Congregationis de

D. Petrus Plantamonius Panormitanus egregius Concionator, qui ſingulis hebdomadibus horis pomeridianis, concionem habet ad populum, coram quamplurimis Iudęorũ, de quorum controuerſijs agit, eoſque aliquando adeò conuincit, vt ad amplectendam Chriſtianam Religionem quodammodo cogantur.

In Collegio Clericorum Regularium Minorum in Eccleſijs S. Laurentij in Lucina, & SS. Vincentij, & Anaſtaſij in Triuio, inter alios linguæ Hebraicæ peritos primum locum tenet Adm. R. P. Dionyſius Ecchellenſis Maronita-Romanus, filius q. illius Cl. Viri Abrahami Ecchellenſis, cuius fama in eius præclarè ſcriptis viuet in æuum, & à memoria Virorum Reipub. literariæ nunquam delebitur. Hic eius filius à patris virtutibus haud degenerat: quippè, qui & in humanioribus literis, & in ſcientijs Theologicis, & in linguis Orientalibus parentem imitatur, hac tamen ſorte, vt in duobus filius patrem ſuperare videatur, hoc eſt in notitia linguæ Hebraicæ, & in declamationibus ad populum. In his enim duabus prærogatiuis parum ſolicitus videtur fuiſſe Abrahamus, vel quia cùm totus addictus fuiſſet potiſſimùm ſcriptioni earũ rerum quæ lingua Arabica conſcripta ſunt, ſic linguam Arabicam mirificè excoluit nihil cunctatus de Hebraica, in qua libri ſacri conſcripti ſunt, & toties in alia idiomata conuerſi, vt nil ferè circa eos ſuperſit, quod requirat manus apponi diligentiores; vel in contemptum habens Rabbinorum vana commenta, vt nihil de illorum lingua ei curæ fuerit addiſcenda. Eadem quoque ratione in declamando, aut ad populum oratione

gio Neophytorum diſcipulum, Sacræ Theologiæ Doctorem, & in eiſdem Hebraicis valdè peritum, & doctum.

In eadem Hebraica literatura non minùs peritus habendus eſt Reuerendiſſ. Dominus Abbas Ioannes Franciſcus de Laurentijs I. V. D. Ripanus, ſeù a Ripatranſona in Piceno, olim Vicarius Generalis Piſauri, nunc verò pro Eminent. & Reuerendiſſ. D. Carolo Card. Barberino Abbate, perpetuo Commendatario, & Ordinario, Abbatiarum Farſen. & S. Saluatoris Maioris Viſitator Generalis.

Ex Laicis quoque quamplurimi ſunt Romæ in lingua Hebraica excultiſſimi, ſed inter eos duo numerantur præſtantiores, cælebs vnus, vxoratus alter. Cęlebs eſt D. Odoardus Altham Anglus, Vir pius, doctus, & qui in linguæ Hebraicæ intelligentia vix parem habet.

Vxoratus eſt Dominus Franciſcus Griſendus Romanus Bibliothecæ Eminentiſſ. qq. DD. Cardinalium Brancatiorum Præfectus, humanarum, diuinarumque literarum, ac linguæ Hebraicæ peritiſſimus, de quo nil aliud dicam, cùm ſatis ſuperque eius doctrina appareat ex epiſtolis ad me tranſmiſſis. *De anticipatione liberationis populi Iudaici ex Aegypto:* & *de Angelis:* quas ego, vt tanti Viri in Hebraicis dignoſceretur eruditio, tamquam Leo ex vngue, in Par. I. huius meæ Bibliothecæ Rabbinicæ retuli pag. 172. & 206.

Non tantùm Viri in Vrbe ſunt eruditi in Hebraicis, ſed & fœminæ aliquot non deſunt in lingua Sancta benè inſtructæ, adeò vt Rabbinicum faſtum, & ſuperbiam contundere valeant. Sanè Vrbanum Romæ domicilium habet Tiburtina Virgo honeſtiſſima æquè ac

de Propaganda fide hæc Tertia Pars noſtræ Bibliothecæ Rabbinicæ typis eiuſdem Sac. Congregationis cuderetur, etiam fuit in eadē Typographia excuſum egregium, & Tripartitum opus eiuſdem Iulij Moroſini Italicè ſub titulo דרך אמונה *Via della Fede* ad ſciendos, & explodendos omnes ritus, & mores recentium Iudæorum accommodatum doctis, & eruditis diſputationibus identidem diſſeminatis mirificè auctum; cui plurimùm contulit Cl. Vir Ioannes Paſtritius: Opus ſanè optimum, & ad infringendam Iudæorum perfidiam perquàm vtile, eruditionibus Iudaicis, præſertim priſcorum Iudæorum admodum refertum, quarum non paucas ſuppeditauit hæc noſtra Bibliotheca Rabbinica, eamque Auctor pluribus in locis honorificè commemorat, pro qua humanitate grates illi reddo maximas. Me ipſum prætereo, quamuis ab an. Iub. 1650. Hebraicæ linguæ vſq; ad pręſentem meam decrepitam ætatem in Vatic. Biblioth. laborauerim, & adhuc laborem. Pro lingua Syriaca, & Arabica Adm. R. D. Matthæus Naironus Romano-Maronita, & linguarum orientalium apud S. Sedem Apoſt. ordinarius Interpres. Pro lingua Græca extat Reuerendiſſ. Abbas D. Georgius Gripparius nobilis Cydonius.

Non deſunt in Hebraicis Viri docti Sacerdotes, atque Laici, qui in domibus proprijs Romæ viuentes ſtrenui ſunt contra Iudæos pugnatores; vnum aut alterum ex his nominabimus.

Adm. R. D. Carolum Marianum, illius magni doctoris in Rabbinicis Ioannis Baptiſtæ Ionæ ex filia nepotem, de quo ſuprà egi in *R. Iuda Iona* pag. 48. meum aliquando in Hebraicis in Colle-

bant. Ex Cod. mſc. Biblioth. Vaticanæ ſig. ſub num. 6415. pag. 160. Poſtea ex alijs Prouincijs, quouſque ab omnibus excedere ſint iuſſi à B. Pio V. & Clemente VIII. exceptis Vrbibus Roma, Ancona. & Auenione, vt ſuprà notatum eſt. Antiquitùs enim in omnibus Prouincijs Status Eccleſiaſtici cùm habitaſſent Iudæi, & quamplurimas Synagogas habuiſſent, ſoluebant quandam ſummam pecuniarum pro publicis eorum neceſſitatibus.

Romæ habebant Synagogas 9. & ſoluebant ſcuta 108.

Campania, & maritima habebant Synagogas 19. ſoluebant ſcuta 132.

Patrimonium B. Petri habebat Synagogas 12. ſoluebant ſcuta 72.

Vmbria habebat Synagogas 8. ſoluebant ſcuta 48.

Marchia Synagogas 36. ſoluebant ſcuta 264.

Romandiola Synagogas 13. ſoluebant ſcuta 156.

Fanum Fortunæ Synagogam 1. ſoluebat ſcuta 12.

Bononia Synagogas 11. ſoluebant ſcuta 132.

Beneuentum Synagogas 2. ſoluebant ſcuta 24.

Auenio Synagogas 6. ſoluebant ſcuta 36.

Sed hodie in Statu Eccleſiaſtico nullibi ſunt Iudæi, niſi tantùm ex indulto ſupradictorum Summorum Pontificum Romæ, vt ad lucem veritatis faciliùs conuerti poſſent. Anconæ, ne Orientis mercimonia prorsùs impedirentur; & Auenione, vt in ditione Pontificia etiam vltra montes hoc genus hominum in memoriam paſſionis Chriſti conſeruaretur.

ac doctiſſima, nomine Cæcilia Sabutia, annorum circiter 18. Hæc à tenera ætate à parentibus, & patruo Canonico lingua Latina apprimè imbuta, & in humanioribus literis exculta adeò profecit, vt ad Philoſophicas ſcientias, & ad Theologica ſtudia tranſiens addiſcendas, ſub Magiſterio Adm. Reuer. P. Ioannis Antonij de Panormo Lectoris Iubilati Ord. Min. de Obſeru. Theſes Philoſophicas, ac Theologicas publicè ſuſtinuerit, & ad obiecta doctè, & acutè com omnium adſtantium admiratione reſponderit. Nec linguarum Orientalium ignara eſt, ſed præcipuum ſtudium ſuum adhibuit in addiſcendo linguam Hebraicam, quam tam benè, & expeditè legit, atque intelligit, vt loca Scripturæ contra Iudæos inde exhibita, ſcitè, ac doctè valeat explicare. Itaque glorientur alij ſe habere Annas Marias à Schurmàn; Romę ſufficeret vnicam habere Sabutiam.

Conſtat igitur ex his, quæ hactenùs dicta ſunt, tam in Concionibus publicis, quàm in priuatis colloquijs, vniuerſum Clerum Romanum ſecularem, & Regularem, imò ferè omnem vtriuſq; ſexus Pop. Rom. ordinem in negotium conuerſionis Iudæorum totis viribus incumbere. Hæc omnia prouenire ab inexhauſto Summorum Pontificum charitatis fonte, quis non videt? Ipſi enim vt ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam Iudæos magis, ac magis diſponerent, eos à Status Eccleſiaſtici Prouincijs paulatim exire iuſſos, ferè omnes Romam venire collectos, vt faciliùs inſtrui poſſent ad fidem, voluere. Sic tempore Pij IV. an. D. 1563. exierunt ex Marchia Anconitana, vbi 34. Synagogas habe-

pien. *Romanus Pontifex in Beati Petri Sede &c.* Et vt ipſi Neophyti, aut Neophytorum filij in literis benè educari poſſent, pro ipſis Neophytis Greg. XIII. anno Domini 1577. fundauit Collegium Neophytorum.

Alliciuntur Iudæi ad fidem Chriſti ſuſcipiendam à Summis Pontificibus, etiam honoribus ſtatim poſt baptiſmum illis collatis. Sic feciſſe B. Pium V. refert Ricciullus Tract. *De Neophytis* cap. 5. num. 6. & 7. *Cùm ſub Pontificatu ſanctæ memoriæ Pij Papæ V.* (inquit Ricciullus) *familia quædam ex primarijs inter Iudæos ad fidem Chriſtianam conuerſa fuerit, meruit ab eodem Pontifice in Veteri Eccleſia S. Petri, magno populorum concurſu, & apparatu propria ipſius Pontificis manu baptizari; ac deinde ſtegmate nobilitatis, priuilegijs inſignioribus, proprioque cognomine decorari, vt teſtantur Genebrardus in Chron. Surius in Compend. Hiſtor. & omnes qui Vitam Pij V. ſcripſerant. Inter quos* (ſcribit Io. Antonius Gabutius in vita Pij V. lib. 6 capite 3.) *ex Vrbanis celebris in primis, & inſignis fuit conuerſio Eliæ Corcoſſij, & doctrina, & diuitijs inter ſuos facilè Principis, qui per id temporis Synagogæ præpoſitus erat. &c.* Et poſt pauca de eodem Elia loquens, qui colloquium de Religione cum Beato Pio habuit, ait: *Diſceſſit Hebræus, ſed paulò poſt, Diuina gratia permotus, ad Pontificem redijt, & velle ſe vnà cum tribus filijs ſuis, ac nepote fieri Chriſtianum, profeſſus eſt. Quare vſque adeò Pontifex lætatus eſt, vt vocatum ad ſe hominem, Deo Domino gratias agens, amiciſſimè amplecteretur. Mox eos omnes Chriſtiana doctrina imbutos manu ſua baptizauit; mira populi celebritate, atque om-*tur. Ideòque à Summis Pontificibus arctati ſunt Iudæi, vt ad cor redirent, & Chriſtum agnoſcerent. Non hiſce tantùm ſeuerioribus remedijs vſi ſunt Pontifices ad Iudæorum conuerſionem, ſed & honorabilibus priuilegijs, vt alij allicerentur ad fidem, eos decorarunt. Ideò Iudæos ad fidem conuerſos effici Ciues, vbi baptizantur, voluit Paulus III. Conſtit. 32. pag. 548. Tom. 1. Bullarij. Item eis condonari bona, quæ reſtituenda forent, dummodo perſonæ, quibus reſtitui deberent, incertæ ſint. Idem Pontifex Paulus III. Conſt. eadem §. 1. Eiſdem Iudæis conuerſis legitimam ab eorum parentibus deberi, & in eorum bonis ſucceſſionem competere; Idem Paulus III. ibidem decreuit. Itemque Iudæos hoſpitali Catechumenorum de Vrbe pro qualibet Synagoga decem ducatos ſoluere debere voluit Paulus IV. Conſt. 9. §. 1. pag. 592. Tom. 1. Bul.

Quamplurima alia priuilegia huic hoſpitali conceſſerat Paulus III. in eius fundatione facta anno Domini 1543. anno Pontificatus ipſius 9. in Bullario Tom. 1. pag. 552.

In eo, & in domo Catechumenorum, quæ vocatur Monaſterium, teneri recipi Iudæos, qui ad fidem Catholicam conuerti voluerint, illiſque victum, & veſtitum ex ipſius hoſpitalis bonis aſſignari, & Catechumenos per vnum annum ſeù aliud tempus in ipſo manere poſſe, ex eadem Pauli III. ibid.

Variæ item indulgentiæ, & gratiæ Confratribus huius hoſpitalis conceduntur, ſed videndæ ſunt Conſtitutiones reuocatoriæ B. Pij V. Conſt. 30. & 40. & Clem. VIII. Conſt. 115. *Quicumque.* & Pauli V. Conſt. 21. aliàs 16. inci-

Concionem, ſeu lectionem, quæ pro conuerſiope Iudæorum ſingulis Sabbathis Romæ fit coram Iudæis, eidem interuenire debeant etiam Chriſtiani, nec ne? Reſpondetur: quòd Chriſtiani huiuſcemodi Concionibus interuenire debent. Probatur -

1. Quia Chriſtus Dominus iuſſit diſcipulis ſuis Matth. 28. 19. *Docete omnes gentes*. Et apud Ioan. 18. 20. dixit: *Ego palam locutus ſum mundo, &c. & in occulto locutus ſum nihil.*

2. Quia maximè expedit bono Chriſtianorum, quòd Chriſtiana fides prædicetur, laudetur, explicetur, & defendatur coram Chriſti fidelibus; quod non fit in reliquis concionibus pro Chriſtianis, in quibus ſupponitur quicquid ad fidem pertinet.

3. Quia Romæ ſunt multi Neophyti, & alij quamplurimi deſcendentes à Iudæis; qui à parentibus, & amicis inter Iudæos de facili poſſunt ſubuerti. Et perſpicuum eſt, omnes Neophytorum caſus proueniſſe ex inſcitia controuerſiarum, quæ inter Chriſtianos, & Iudæos agitantur, & ex ignorantia eorum, quæ ad fidem pertinent.

4. Quia Romæ Iudæi frequenter verſantur in domibus Chriſtianorum, nec vllus eorum eſt, qui non audiuerit loqui in materia fidem concernente. Itaque ne Iudæi poſſint decipere Chriſtianos ſimplices in intelligentia tùm dogmatum Iudaicorum, tùm Chriſtianorum; concio ad Hebræos publica eſſe debet, & non priuata inter Iudæos tantùm.

5. Quia omnes Theologi cum Sancto Thoma 2. 2. qu. 10. art. 7. docent: Quòd vbicumque fideles cum infidelibus ſimul habitant, neceſſe eſt vt fideles pu-

omnium gratulatione, inde Neophytos ipſos multis beneficijs, ac donis exornauit. Eliam, qui mutato nomine Michaël eſt appellatus, vnà cum filijs in Giſlertorum gentem retulit. &c. Idem Ricciullus proſequitur loco citato: *Et Gregorio XIII. æternæ memoriæ* (ſedente) *Pontifice, Salomon Corcoſſus inter eoſdem Iudæos familia antiquitate primarius, ac multis opibus florens, ad fidem veniens, fuit ab eodem Pontifice proprio nomine, cognomine, armis, & nobilitate Romana pro ſe, ſuiſque donatus, ac deinde, vti nobilis electus Conſeruator Vrbis. Quibus factum eſt, vt his muneribus allecti omnes ex vtraque familia, Chriſtianam fidem ſunt amplexati, in qua tam laudabiliter diuerſantur, vt in omnium laude, & commendatione ſint.* Et addit Marcus Antonius Ciappi Senenſis in Compendio Heroicarum rerum geſtarum à Papa Gregorio XIII. quod Italicè ſcripſit capite 8. pagina 68. *Fece battezzare per mano de Cardinali ſuoi Nepoti in S. Pietro nella ſua Cappella Gregoriana per maggiormente honorarli, Salomone Corcos, con vn ſuo figliuolo, & nuora, Hebrei nobili, & facoltoſi, ſuoi conoſcenti già in minoribus, & gli fece della ſua famiglia de Buoncompagni, creandoli Caualieri, & Gentilhuomini Romani, In ſegno di che volle, che doppo eſſo Salomone, detto Vgo dal primiero nome batteſimale di Sua Santità, foſſe Conſeruatore di Roma; & il figliuolo, dal ſuo moderno nome di Lazaro, ſi chiamò poi Gregorio nome Ponteficio del Papa, & poſcia lo fece fare Caporione.* Hactenùs de Summorum Pontificum cura, & ſedulitate erga Iudæorum ad fidem Catholicam conuerſionem.

Circa quam quærendum eſt: An ad

argumenta eis proponantur, & eorundẽ fallaciſſimæ argumentationes ſoluantur. Quòd ſi vrgeantur, vt in ſcriptis referant quicquid in contrarium habent, procul dubio apparebit Iudæorum rationes ſine fundamento omninò eſſe, ideoque vanas, & friuolas exiſtimandas.

10. Quia Paulus Papa V. ſel. recordationis conceſſit Indulgentiam ſpecialem ijs, qui aſſiſtunt concioni Hebræorum, dummodo ſint adſcripti Archiconfraternitati Sanctiſſimæ Trinitatis. Hinc liquidò apparet, quòd hic Summus Pontifex cupiebat, quòd huic Hebræorum concioni Chriſtiani adeſſent.

11. Et vltimò tandem, Quia iuſſu fel. rec. Gregorij XIII. Alumni Collegij Neophytorum ſingulis Sabbathis interueniebant concioni ad Hebræos, & habebant locum ſeorſim cum ſcamno decenti tapete cooperto. Sed poſtquam tranſlatum fuit Collegium Neophytorum apud Eccleſiam B. Mariæ ad Montes; quia diebus Sabbathi ijdem Alumni aſſiſtunt Litanijs, quæ in ea Eccleſia ſolemni cantu recitantur, ideò huiuſmodi vſus interueniendi concioni Hebræorum intermiſſus eſt. Quare exiſtimarem, non arcendos eſſe Chriſtianos ab huiuſmodi concionibus, ſeù ſermonibus, qui ad Hebræos Romæ fiunt, imò potiùs debere eos ſemper adeſſe.

Nunc ad Talmudis Babylonici materialem œconomiam noſter ſermo conuertatur. De qua -

Quærimus, Quoties, & quibus in locis Talmud Babylonicum ſit excuſum?

Reſp. Quinquies fuiſſe excuſum Talmud Babylonicum. Bis *Venetijs* in magno folio charta optima, & characteribus publicè diſputent cum infidelibus, & hoc propter duo. Primò, vt fideles confirmentur in fide. Secundò, vt tollatur occaſio infidelibus peruertendi fideles.

6. Quia hactenus ſemper huiuſmodi concio habita eſt coram Chriſtianis, à tempore, quo inſtituta fuit à fel. rec. Papa Gregorio XIII. vnde benè percipitur voluntas Inſtitutoris, quænam fuerit.

7. Cur potiùs Chriſtiani interuenire poterunt concionibus Rabbinorum, in quibus in fauorem Iudæorum præco clamat; & non poterunt interuenire concionibus, in quibus Concionator Chriſtianus contra Iudæos in fauorem fidei ſermocinatur?

8. Quia ex interuentu Chriſtianorum huic concioni infra ferè 100. annorum ſpatium, quo introducta eſt huiuſmodi concio ad Hebræos nunquam ortum eſt ſcandalum, rixa, quæſtio, aut tumultus; nec hactenus vlla querela contra Chriſtianos, aut Iudæos apud Iudices delata eſt.

9. Quòd ſi coram Chriſtianis dum interſunt huiuſmodi concioni, adeò inſoleſcunt Iudæorum nonnulli, ita vt ſit neceſſe eos aliquando virga compeſcere; quid futurum exiſtimandũ, ſi nulli Chriſtianorum adeſſent huic concioni? Itaque audiri non debent Iudæi, qui ſub friuolis querimonijs obfuſcare mentem Superiorum ſatagunt ſub prætextu, quòd Chriſtiani contra eos, & ipſorum mulieres inſoleſcant, idque omninò falſum eſt, ſed Iudæorum finis, & ſcopus eſt; ne Chriſtiani audiant id, quod contra Iudæos dicitur à Concionatore, neque ſuorum Rabbinorum blaſphemiæ, doli, & falſæ doctrinæ publicentur, aut

V. *Amſtelodami* tandem Talmud Babylonicum impreſſum eſt an. mundi ק״ד״ט 404. min. ſupput. Chriſti 1644. In 4. magno apud Immanuelem Ben Banaſti. Hæc eadem commoda habet, quæ & Cracouienſis, & ampliùs à Iudæis commendatur, quia in ea reſtituta ſunt illa loca, quæ contra Ieſum erant, licèt quædam alia, quæ ad Religionem non pertinent, vel caſu exciſa, vel voluntariè, ſed imprudenter deleta ſunt. Ex his nonnulla annotaui ſuprà in Cenſuris. Quod autem attinet ad editionem Venetam: Danielem Bombergium Antuerpienſem filium Cornelij Bombergij ter manus appoſuiſſe impreſſioni Talmudis, euidenter patet, ex Codicibus Talmudicis, qui etiam hodie ſuperſunt ex editionibus Bombergianis. Quia tametſi videantur in eadem forma, chartæ qualitate, & characteribus ijſdem; attamen in frontiſpitio perſpicuè habetur in quibuſdam eiuſdem materiæ Tomis diuèrſitas annorum, vt infrà apparebit. Sic enim in 12. Tomos diuiſum eſt totum Talmud, quorum œconomiam ſtatim ſuccinctè referam.

Interim monitum te eſſe volo benigne Lector, præter duas Venetas, Baſileen. Cracouianã, & Amſtelodam. nullã aliam Talmudis edit. ex integro excuſam reperiri. Quamobrem ſi apud Conſtantinum L'Empereur in מדות *Middòth* cap. 3. ſect. 1. pag. 91. hæc verba legantur: *Tamen in Talmudis editione Lublinenſi legitur:* אין יורדין לקורדימא *Non deſcendunt in Kurdima, &c.* eſt intelligendum nomine Talmudis Miſcnæ Volumen: vbi in Comment. R. Moſis Ægyptij in Cod. *Sciabbàth* cap. 23. num. 6. vox לפוליםא explicatur per vocem bus perpulchris I. Apud Danielẽ Bombergum, ſed non eodem anno: vt infrà videbimus. II. Apud Iuſtinianos.

III. *Baſileæ* apud Ambroſium Frobenium anno mundi 339. min. ſupputat. Chriſti 1579. in fol. turpiter reſectum à D. Marco Marino Brixiano Canonico Regulari S. Saluatoris, vnde hæc editio non magni fit à Iudæis. Vnum tamen eſt, in quo hæc Bombergianas ſuperet; quia in margine notata ſunt loca Scripturæ, quæ adducuntur, vel explicantur. Præterea ſi hiſtoria, vel conſimilis textus alibi adducatur, locus itidem in margine annotatur. Idque in ſubſequentibus editionibus additum eſt.

IV. *Cracouiæ* anno mun. שסב 362. min. ſupput. Chriſti 1602. apud R. Iſaacum Ben Aaron. In fol. 12. Tomis, vel etiam 13. diſtinctum, regnante Sigiſmundo Tertio Polonorum Rege. Hæc editio etiamſi non ſit adeò elegans ac eſt Bombergiana, cùm characteres minores ſint ſicut & charta, attamen laudatur à Iudæis ob commodum lectionis, quia non ſolùm reſtituta ſunt ferè omnia, quæ in Baſileenſi reſecta erant (exceptis locis contra Ieſum) ſed & loca Scripturæ, & Talmudica marginalia vti in eadem, ita & in hac annotantur. Aliud commodum in hac Cracouiana editione reperitur, quòd ſingulæ paginæ adamuſſim conueniunt cum paginis edit. Bombergianæ, & Iuſtinianæ ita vt in eadem dictione, vbi incipiunt, & finiunt Bombergianæ, & Iuſtinianæ, incipiant, & finiant Cracouianæ: & hoc factum eſt, vt loca Talmudica, quæ ab aliquibus Auctoribus afferuntur, citatis tantùm paginis Talmudis faciliter poſſint inueniri.

editionem Iuſtinianeam nũquam vidi. Quòd ſi alicui aliter videatur, opto, vt oppoſitum mihi oſtendat. Reperiuntur quidem in Bibl. Vatic. inter Codd. Hebraicos impreſſos ſub n. 15. duo Codd. Talmudici ברכות & בִּיצָא cum *Raſcì*, & *Toſaphòth* excuſi Soncini in Lombardia an. חנמ״רא ל״פ״ק 249. Chr. 1489. in fol. apud R. Salom. Ben R. Iſraëlis de Soncino. Sed neſcitur, an reliqui Codd. Ghemaratici ibidē fuerint excuſi, ideò inter ſuprà relatas Talmudis editiones, hanc Soncinenſem non recenſui.

Talmudis Babylonici Bombergiani œconomia.

In 12. Volumina, ſiuè Tomos diuiditur totũ Talmud Babylonicum Bombergianum, cuius Tomi in Biblioth. Vatic. ſequenti ſerie ſunt diſpoſiti. Quid autem in eis contineatur, modò explico.

Tomus I. in tres columnas diuiditur. In media columna characteribus nitidiſſimis, & quadratis reperitur Textus Miſcnæ, & Ghemaræ iiſdem prorſus characteribus. Diſtinguitur autem Ghemarà à Miſcnà, præpoſita Ghemaræ vocula decurtata גמ׳ hoc eſt גמרא *Ghemarà*. Itaq; in principio cuiuſcumque Capit. ponitur משנה *Miſcna* textus in diuerſa ſegmenta diſpertitus, poſt quem ſequitur textus Ghemaræ, & ita continuatur vſq; ad finem Cod ברכות *Berachòth*.

In prima columna, & in interiori libri parte extat פירוש ר״שי *Perùſc Raſci Commentarius R. Salomonis Iarchì*. In tertia columna in exteriori libri latere, reperitur *Perùſc* תוספות *Commentarius Toſaphòth* compoſitus, & additus à quibuſdam Rabbinis recentioribus, quorũ vnus eſt Rabb. Chananèl, de quo ſuprà Parte II. pag. 847. col. 1. & de alijs ſuo loco. Ex-cem קורדימא *Kurdima*. ſicut in Comment. Miſcnicæ editionis Lublinenſis legebat L'Empereur. Ita Miſcna pro Talmude accipitur; vti alibi notauimus, nomine Talmudis ſolam Miſcnam aliquando venire. Niſi fortaſſis pro Talmude Lublinenſi, Cracouianum Talmudem intelligi velit L'Empereur; cùm vtraque Ciuitas in Regno Poloniæ ſita ſit, & Iudæi Lublinenſes Cracouiani cenſeantur. Cæterùm non eſt negandum, bis Venetijs excuſum fuiſſe Talmud Babylonicum, primò apud Bombergum, ſecundò in ædibus Marci Antonij Iuſtiniani. Rem hanc teſtatur frontiſpitium vtriuſque Talmudis Cracouianæ, & Amſtelodamenſis editionis, in quibus hæc verba leguntur כפי אשר נדפס בויניציאה הבירה בדפוס יוסטיניאה ובול׳: *Iuxta editionem Venetam Typographiæ Iuſtinianeæ, &c.* Huiuſmodi veritas confirmatur ex libello Precum ſecundùm morem Synagogæ Romanæ edito in eadem Typographia Iuſtinianea, vbi in fine hæc habentur ספר תפלות נדפסו בויניציאה בבית מרקו אנטוניאו יושטיניאן בשנת חמשת אלפים שלש מאות וששה ותלמוד בבלי עם המוראה מקום ונתחיל אותו בחרש טבת שנת הע״ל: *Liber precum impreſſus Venetijs in domo Marci Antonij Iuſtiniani anno 5306:* (Chriſti 1546.) *& Talmud Babylonicum cum Indicibus. Captumque eſt opus menſe Decembri, anni vt ſuprà.* Ex hoc teſtimonium habemus, quòd ſuprà notati, & explicati Indices dicti מראה מקום *Marè Makòm*, primò à Rabbinis Venetis in Talmude Iuſtinianeo fuerunt appoſiti, quod poſtea idem factum eſt à Frobenio in editione Baſileenſi, & vltimò à Typographis Cracouianis, & Amſtelodamenſibus. Præfatam tamen Talmudis

ſa ſunt iſta omnia Venetijs apud eundem Danielem Bombergum anno ר״פב 282. m. ſ. Chr. 1522. in fol. Eſt & aliud exemplar huius I. Tomi impreſſum pariter Venet. apud eund. Bombergum an. ר״צ 290. min. ſupput. Chriſti 1530.

Tandem habentur expoſitiones רבינו אשר *R. Aſcèr* in הלכות קטנות *Halachòth ketanòth paruas Lectiones*, ſeù *Conſtitutiones*, & *Tractatus paruos*, nempè in ספר תורה *Sèpher Thorà Librum Legis*, ס׳ העתים *Sèpher Haittìm Librum Temporum*, & תפילים ומזוזה *Thephillìm vMzuzà Schedas horarias*, *&* *Schedam oſtiariam*; quæ in Miſcnà, & Ghemarà reperiuntur nomine גאון *Gahonis* cognomento שמושא רבה *Scemuſcià Rabbà*. Item *Halachòth* ציצית *Tzitzìth*; טומאת כהנים; חלה; כלאים; וערלה *Tumàth Cohanim*, *Chalà*, *Chilaìm*, *&* *Orlà De fimbrijs*, *immunditia Sacerdotum*, *heterogeneis*, *&* *arbore præputiata*. Ibidem anno ר״ץ 290. m. ſup. Chriſti 1530.

Tomus II. ſecundi Ordinis *Moëd* complectitur Cod. *Sciabbàth* cum *Perùſc Raſcì*, & *Toſaphòth*; *Piskè Toſaphòth*; *Pèruſc Hammiſcnaijòth Harambàm*, & *Rabbènu Aſcèr*, vt ſuprà. Excuſus ibidem apud eundem Bombergũ anno ר״פ׳ 280. min. ſup. Chriſti 1520. & iterum anno ה׳ר״צ 5290. Chr. 1530.

Item *Maſsèchèth* עירובין *Iruuin* cum *Perùſc Raſcì*, *Toſaphòth*, *Piskè Toſaphòth*, *Perùſc Hammiſcnaijòth Harrambàm*, *&* *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibid. apud eundem anno ר״פ׳ב 282. m. ſupp. Chriſti 1522. & iterum anno רפ״ח 288. Chriſti 1528.

Tomus III. Ordinis ſecundi *Moëd*, complectitur *Maſsèchèth Peſachìm* cum *Pèruſc Raſcì*, & *Toſaphòth*, *Piskè Toſaphòth*,

Expleto Cod. *Berachòth*, ſequuntur Concluſiones excerptæ ex Comment. *Toſaphòth*, & idcircò vocantur פסקי תוספות *Piskè Toſaphòth*. Hæ literis Alphabeti numerantur, & in hoc Cod. *Berachòth* ſunt קצ״ד 194. Concluſiones.

Et quia ex 11. Codicibus Miſcnę Ordinis primi *Zeraìm* nullus (excepto *Berachòth*) habet Ghemarà, ideò reliquis ſubſequentibus decem Codicibus Miſcnæ loco Ghemaræ addiderunt expoſitionem R. Moſis Bar Maijmonis. Et ne huiuſmodi expoſitio deeſſet Codici *Berachòth*, ideò poſt *Piskè Toſaphòth* addiderunt פירוש המשניות מהרמ״בם *Perùſc Hammiſcnaijòth Meharrambàm Commentarium in Miſcnaijòth R. Moſis Bar Maijmonis* in Cod. *Berachòth*. Poſt huiuſmodi Commentarios

Sequitur expoſitio *Rabbènu* אשר *Aſcèr* in eundem Cod *Berachòth* cum ſuccinctis הגהות *Haghaòth Animaduerſionibus*, pleriſque ex *Toſaphòth* Commentarijs excerptis, Anonymi.

Statim ſequuntur Miſcnaijòth reliquorum decem Codicum huius Primi Ordinis *Zeraìm*, qui non habent Ghemarà, quibus addiderunt פירוש הנשר הגדול הרמ״בם *Perùſc hannèſcer haggadòl Harrambàm Expoſitionem Aquilæ magnæ R. Moſis Bar Maijmonis*, & פירוש ר״ש *Perùſc Ràſc Expoſitionem Rabbènu Scimſciòn*. In medio paginæ iuxta ſolitum reperitur textus *Miſcnæ* numeralibus literis diſſectus. In parte interioris paginæ explanatio *Bar Maijmonis*, & in parte exterioris paginæ expoſitio *Rabbènu Scimſcionis*. In fine horum Codicum exhibetur prolixa, & erudita Præfatio *R. Moſis Bar Maijmonis* in primum Ordinem Miſcnicum *Sèder Zeraìm*. Excu-

ſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibid. apud eundem anno ר״פא 281. Chriſti 1521. & poſtea anno ר״צח 298. Chriſti 1438.

Sequitur *Maſsècheth* תענית *Taanìth* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Ibidem apud eundem anno ר״פא 281. Chriſti 1521. & ſubinde anno ר״צח 298. Chriſti 1538.

Sequitur *Maſsècheth* שקלים *Scekalim* cum *Perùſc Hammiſcnà R. Moſis Bar Maijmòn*, & *Talmùd* ירושלמי *Ieroſolymitano*. Ibidem apud eundem anno ר״פב 282. Chriſti 1522. anno primo Antonij Grimani Venetiarum Ducis. In fine extat הקדמה *Hakadmà Præfatio R. Moſis Bar Maijmonis* ſuper סדר מועד *Sèder Moëd*.

Tomus V. Ordinis tertij נשים *Naſcim Maſsècheth* קדושין *Kidduſcin* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פ 280. Chriſti 1520.

Sequitur *Maſsècheth* גיטין *Ghittìn* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth Harrambàm*, & *Rabbènu Aſcèr*. Ibidem apud eundem anno ר״פא 281. Chriſti 1521. & poſtea anno ר״פו 286. Chriſti 1526.

Sequitur *Maſsècheth* יבמות *Ieuamòth* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פב 282. minoris ſupput. Chriſti 1522. & anno השג 5303. Chr. 1543.

Tomus VI. Ordinis tertij נשים *Naſcim, Maſsècheth* סוטה *Sotà* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc*

phòth, & *Perùſc Hammiſcnaijòth Harrambàm* cum אשרי *Aſcerì Comm. Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibid. apud eundem anno non notato.

Sequitur *Maſsècheth* בצא *Betzà* cum *Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פא 281. min. ſupput. Chriſti 1521. & deinde anno ר״ץ 290. Chriſti 1530.

Maſsècheth ר״ה *Roſc Haſcianà* cum *Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Ibidem anno ר״פא 281. m. ſup. Chriſti 1521. & poſtea anno ר״צא 291. Chriſti 1531.

Maſsècheth יומא *Iomà* cum *Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem anno eodem.

Tomus IV. Ordinis ſecundi *Moëd*. *Maſsècheth* סוכה *Succà* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud Danielem fil. Cornelij Bombergij anno רפ״א 281. Chriſti 1521. & deinde anno רפ״ו 286. Chriſti 1526.

Sequitur, *Maſsècheth* מועד קטן *Moëd katàn* cum *Perùſc Raſcì, &c.* vt ſuprà. Excuſ. ibidem apud eundem anno רפ״א 281. Chriſti 1521. & poſtea anno רצ״ט 299. Chriſti 1539.

Sequitur *Maſsècheth* חגיגה *Chaghighà* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, ſed ſine *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno non notato. Et in alia editione anno רפ״א 281. Chriſti 1521.

Sequitur *Maſsècheth* מגילה *Meghilà* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè To-*

Aſcèr. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פא 281. Chriſti 1521. & poſtea anno ר״צח 298. Chriſti 1538.

Sequitur *Maſsècheth* בבא מציעא *Bauà Metziaà* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *R. Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פא 281. & poſtea anno ר״צא 291. Chriſti 1531.

Tomus VIII. Ordinis quarti *Nezikìn Maſsècheth* בבא בתרא *Bauà Bathrà* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth. Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno non notato. Et iterum anno ר״פא 281. Chriſti 1521.

Sequitur *Maſsècheth* ע״ז *Auodà Zarà* cum *Perùſc Raſcì i Toſaphòth, Piskè Toſaphòth*, & האשירי *Haſceri* id eſt *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno פ׳ 80. ita contractè relictis centenarijs, & millenarijs, id eſt Chr. 1520.

Tomus IX. *Nezikìn*, *Maſsècheth* סנהדרין *Sanhedrin* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פ׳ 280. Chriſti 1520.

Sequitur *Maſsècheth* שבועות *Sceuuòth* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth. Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno non notato. Et poſtea anno ר״פא 281. Chriſti 1521.

Sequitur *Maſsècheth* מכות *Maccòth* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Ibidem apud eundem anno ר״פ׳ Chriſti 1520. & poſtea an. הר״ץ 5290 Chriſti 1530. etiam cum *Perùſc Hammiſcnaijòth*.

Sequitur *Maſsècheth* הוריות *Horaijòth* cum *Perùſc Hammiſcnaijòth Harrambàm*, ſine *Rabbènu Aſcèr*. Excuſus ibidem apud eundem anno ר״פ׳ 280. m. ſupp. Chriſti 1520.

Sequitur *Maſsècheth* נזיר *Nazir* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth*, & *Perùſc Hammiſcnaijòth*, ſed ſine *Rabbènu Aſcèr*. Ibidem apud eundem anno ר״פב 282. Chriſti 1522. & poſtea an. ש״ח 308. Chriſti 1548.

Sequitur *Maſsècheth* כתובות *Chetuuòth* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth Harrambàm*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פא 281. Chriſti 1521. & anno ר״פז 287. Chriſti 1527. Et apud Cornelium Adilkind typis Bombergianis 290. Chriſti 1530.

Sequitur *Maſsècheth* נדרים *Nedarim* cum *Perùſc Raſcì*, & *Perùſc Rabbènu* נסים *Nisìm*, & *Perùſc* הרא״ש *Harròſc*, id eſt *Rabbènu Aſcèr, Toſaphòth*, & *Piskè Toſaphòth*, *Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *libro Rabbènu Aſcèr*.

In hoc Codice *De Votis*, cùm perſpecta fuerat vtilitas Commentariorum Rabbènu Niſim, in locum Toſaphòth collocati fuerunt, & Toſaphòth reiecti in finem Codicis. In hoc eodem Codice *De Votis* מורה מקום *Morè Makòm* Index in margine indicans, qua in pagina, & paginæ columna Codicis Toſaphòt expoſitio cadat. Poſt *Toſaphòth* ſequuntur *Piskè Toſaphòth*, & poſtea *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פג 283. Chriſti 1523. & poſtea anno בו״קר 308. Chr. 1548.

Tomus XII. Ord. 4. נזיקין *Nezikìn*. *Maſsècheth* בבא קמא *Bauà Kamà* cum *Perùſc Raſcì, Toſaphòth, Piskè Toſaphòth, Perùſc Hammiſcnaijòth, Rabbènu*

ſaphòth, & Piskè Toſaphòth. Ibidem apud eundem an ר״פ״ג 283. Chr. 1523. & deinde anno ר״פ״ח 288. Chr. 1528. ſine Perùſc Hammiſcnaijòth.

Eodem modo ſequentes *Maſſachtòth* קינים : ומידות : ותמיר : וכריתות, *Kinim*, *Middòth*, *Tamìd*, & *Cheritòth*. Excuſ. ibidem apud eundem anno eodem.

Cæterùm in fine huius Codicis editionis anni 283. Chriſti 1523. reperiuntur duo Maſſachtòth Codices Talmudici extrauagantes, nempè מכס׳ שמחות *Maſsècheth Semachòth De luctu funebri*, & *Maſsècheth* סופרים *Sopherìm Scribarũ*, de quibus, & alijs duobus, qui in hoc loco non ponuntur, videlicet כלה ודרך ארץ *Callà*, & *Dèrech èretz*, vide infrà in œconomia Talmudis Babylonici Amſtelodamenſis editionis. Additur tamen in hoc loco Præfatio R. Moſis Bar Maijmonis in *Sèder Kodaſcìm*.

Sequitur *Maſsècheth* בכורות *Becurròth* cum *Perùſc Raſcì*, *Toſaphòth*, *Piskè Toſaphòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Ibidem apud eundem an. ר״פ״ב 282. Chr. 1522. & anno ר״פ״ח 288. Chriſti 1528.

Sequitur *Maſsècheth* תמורה *Themurrà* cum *Perùſc Raſcì*, & *Toſaphòth*. Ibidem apud eundem anno ר״פ״ב 282. Chr. 1522. & anno 288. Chr. 1528.

Sequitur *Maſsècheth* ערכין *Arachìn* cum *Perùſc Raſci*, *Toſaphòth*, *Piskè Toſaphòth*, & *Perùſc Hammiſcnaijòth* cum *Rabbènu Aſcèr*. Ibidem apud eundem anno eodem. Ibi in fine extant משניות *Miſcnaijòth* in Ordinem *Kodaſcìm* cum *Perùſc* הרמב״ם *Harrambàm*. Excuſ. ibidem apud eundem anno eodem.

Tomus XII. Ordinis ſexti טהרות *Taharòth*. *Maſsècheth* נדה *Niddà* cum *Perùſc Raſcì*, *Toſaphòth*, *Piskè Toſaphòth*, cum *Perùſc Raſci*, & *Perùſc Hammiſcnaijòth*, ſine Toſaphòth; ſed cum Talmude Ieroſolymitano in fine. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פ״ז 287. Chriſti 1527.

Sequitur *Maſsècheth* עדיות *Eduijòth* cum *Perùſc* הנשר הגדול *Hannèſcer hagghadòl* Aquilæ magnæ Moſis Bar Maijmonis. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פ״א 281. Chr. 1521. & an. ה׳ר״צ 5290. Chriſti 1530. Et in fine huius Codicis reperitur *Perùſc* הר״כ״ר *Harrauàd*.

Sequitur *Maſsècheth* אבות *Auòth* cum *Perùſc R. Moſis Maijemonis*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פ״א 281. Chriſti 1521. & anno ר״צ״ט 299. Chriſti 1539.

Tomus X. Ordinis quinti קדשים *Kodaſcìm*, *Maſsècheth* חולין *Cholìn* cum *Perùſc Raſci*, *Toſaphòth*, *Piskè Toſaphòth*, *Perùſc Hammiſcnaijòth*, & *Rabbènu Aſcèr*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פ״א 281. Chriſti 1521. & anno ר״פ״ו 286. Chriſti 1526.

Sequitur *Maſsècheth* זבחים *Zeuachìm* cum *Perùſc Raſcì*, *Toſaphòth*, *Piskè Toſaphòth*. Excuſ. ibidem apud eundem ſine Perùſc Hammiſcnaijòth anno ר״פ״ב 282. Chriſti 1522.

Sequitur מנחות *Menachòth* cum *Perùſc Raſcì*, *Toſaphòth*, *Piskè Toſaphòth*. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פ״ב 282. Chriſti 1522. In fine huius editionis ר״פ״ב in hoc Cod. Menachòth reperitur Rabbènu Aſcèr in הליכות *Halichòth* קטנות *Ketanòth Lectiones paruas*. Iterum fuit excuſ. ibidem an. ר״פ״ט 289. Chriſti 1529. ſine Perùſc Hammiſcnaijòth.

Tomus XI. quinti Ordinis *Maſsècheth* מעילה *Meijlà* cum *Perùſc Raſci*, To-

ribus editionibus.

Secundò, quia in ea quædam ſunt commoda, quibus priores editiones carebant: nam quatuor Indices, quos מראה מקום *Marè makòm* vocant, in hac reperiuntur. Nempè -

1. *Marè makòm* של מסורת התלמוד *Index locorum Talmudis*, quo notantur concordantia, & parallela loca, quæ in alijs locis Talmudis reperiuntur, vt exempli gratia Tomo I, Cod. ברכות cap. 1. pag. 2. b. in fine illam ſententiam R. Ioſè, qua dicitur בין השמשות כהרף עין זה נכנס וכו׳ eandem ijſdem verbis reperies in Cod. שבת פ״ב׳ דף ל״ד׳ ב׳ *Sciabbàth Pèrek cap.* 2. *daph pag.* 34. *b.* vt notatur in margine interna Codicis ſub titulo מסורת התלמוד.

2. *Marè makòm* מהתוספות *Index locorum* ſimilium Talmudis, quæ in Commentarijs Toſaphòth citantur, vt v. gr. pag. 2. Cod. *Berachòth* in externa columna *Toſaphòth*, illa ſententia R. Iochan. habetur, qua dicitur, איזהו בן העולם הבא וכו׳ Eandem inuenies דף ד׳ ב׳ *pag.* 4. *b.* eiuſdem Codicis, vt ibidem notatur.

3. *Marè makòm* מהפסוקים *Index Happaſſukim Verſiculorum*, id eſt locorum Sacræ Scripturæ, quæ in Talmude citantur ſub titulo תורה אור *Thorà Or Legis lux*, indigitantur, vt in eodem Codice *Berachòth* pag. 2. In textu, circulus reperitur in voce בשכבך, & è regione ipſius in margine notatur locus Scripturæ; ex quo deſumpta eſt, nempè דברים ו׳ *Deuteron.* 6. Item aliud exemplum ibidem ויהי ערב וגומ׳ : & in margine notatur בראשית א׳ *Geneſ.* 1. & ſic de reliquis.

4. *Marè makòm* מדיני התלמוד כפוסקים : *Index locorum Talmudis*, quæ à *Poskim Cauſidicis* ventilantur in ſuis libris deciſionum Cauſarum, à tribus ſcilicet inſignio-

phòth, Perùſc Hammiſcnaijòth, & Rabbènu Aſcèr. Excuſ. ibidem apud eundem anno ר״פ 280. Chriſti 1520. & iterum ר״צ 5290. Chriſti 1530.

Et hæc eſt diſpoſitio Talmudis Babylonici cum ſuis Commentarijs iuxta editionem Venetam Bombergianam. De editione Iuſtinianea nihil dicimus, quia illam non vidimus, eam tamen habebimus infrà in editione Cracouiana, cui ſimilis eſt.

De editione Baſileenſi Frobeniana, quia à Marco Marino caſtrata fuit, ideò in pretio non habetur, nec meretur, vt circa eam aliquid vlteriùs dicamus.

De editione Cracouiana eiuſdem Talmudis præſtat, vt illius œconomiam in 13. Tomos diſpertitam, prout viſitur Romæ in ampliſſima Barberinorum Bibliotheca, huc transferamus.

Talmudis Babylonici Cracouianæ editionis œconomia.

Tomus I. Primi Ordinis *Zeraim*. *Maſsèchet h Berachòth*, cum *Perùſc* ר״ש *Raſci*, id eſt R. Salomonis Iarchi, *Toſaphòth*, & *Rabbènu Aſcèr*, ſecundùm quod priùs fuerat impreſſum Venetijs in Typographia Iuſtinianea, cum perpulchris characteribus, atramento, & charta, ita vt de illa priori nihil deſideretur, ſiuè correctionem ſpectes, ſiuè chartarũ formam, & libri menſuram: nam pagina paginam imitatur, & vtriuſque editionis paginæ eadem voce incipiunt, & finiunt.

Præterea duæ aliæ vtilitates in hac editione cernuntur, vt in frontiſpitio legitur.

Primò, quia eſt emendata ex correctiſſimis exemplaribus mmſſc. & collata diligentiſſimè cum Talmudis prio-

: עש׳ א׳ ומ״ג ، וטו׳א״ח סי׳ שס״ג quæ ita exponi debent : מיימוני *Maijmòni* hoc eſt *Maijmonides*, פי״ו id eſt פרק י״ז *Cap.* 17. מהל׳ id eſt מהלכה *Halachà*, Tractatu, ſeù Codice שבת *Sciabbàth de Sabbatho*. ומיימ׳ *Et* idem *Maijmòn* פ״ד *Cap.* 4. מה׳ *Halachà* Codice סוכ׳ *Succà*. סמ״ג hoceſt ספר מצות גדול *Libro Mitzuòth Ghadòl Præceptorum magno*, עש׳ id eſt עשין *Aſsin* faciendorum ſcilicet *affirmatiuorum* א׳ 1. & מ״ג 43. וטו׳ *Et Tur*, hoc eſt Auctor *Turrìm*, א״ח id eſt אורח חיים *O'rach chaìim* (Tract. 1. *Turrìm*) סי׳ id eſt סימן *Simàn ſigno* ש״ס״ג 363. Et ſic de reliquis. Et quamuis aliquando non apponatur huiuſmodi titulus עין משפט vt fit in Cod. יבמות huius editionis, tamen ſubintelligitur, quando videlicet in eo citantur loca trium prædictorum Iuriſperitorum. Vnde licèt nulli apponantur tituli ſupradictorum Indicum מורא׳ה מקום ; tamen regula generalis eſt. Quotieſcumque in textu Miſcnæ, aut Ghemaræ reperitur circulus ° ſuprà dictionem, & in margine citatur alius Codex cum numero paginæ, arguatur, quòd eſt ſignum *Morè makòm* primum ſuprà notatum cum titulo *Maſſorèth hatTalmùd*, exempli gratia : In Cod. יבמות pag. 23. lin. 1. ſupra vocem חייבי reperitur circulus ° & in margine interna habetur קדושין סח inditium eſt quòd huiuſmodi ſignum ſit *Morè makòm Maſsòreth hattalmùd*. Itaque parallellum, & ſimilem locum inuenies in Cod. *Kidduſcìn* pag. 68. vbi e conuerſo hunc eundem locum citatum in margine inuenies יבמות דף כ״ג *Ieuamòth pag.* 23.

2. Quando in margine propè *Toſaphòth* citatur pagina, eſt ſignum Codicis citati in ipſo *Toſaphòth*, vt ſuprà n. 2. in

gnioribus Iuris Conſultis ; hi ſunt R. Moſes Bar Maijmonis ; Auctor libri סמ״ג *Samàgh* ; & Auctor libri ארבע טורים *Arbaà Turrìm Quatuor Ordinum*. Iſta loca literis numeralibus per ordinem intra paruam marginem ad dexteram, vel ad læuam Commentarij *Raſcì*, vel *Toſaphòth* notantur, præfixo titulo נר מצוה *Ner mitzuà Lucerna præcepti*, vel עין משפט *En miſcpàt Oculus Iudicij*. In Primo Tomo Codice *Berachòth* inter *Perùſc Raſcì*, & textum Ghemaræ in fronte legitur נר מצוה *Lucerna præcepti*, id eſt Index præceptorum Ghemaræ, quæ referuntur à tribus illis Iuris conſultis, è regione literarum Alphabeti, ſed non citantur loca, vbi prænominati Doctores de iſtis agunt. Et hic ſanè maximus error eſt, quia difficillimum erit ea loca Ghemaræ in prædictis Auctoribus adinuenire. Huiuſmodi vitium in ſubquentibus Codicibus Ghemaraticis emendatum eſt ; quibus in fronte marginis internæ, vel externæ, ſecundùm exigentiam præceptorum Ghemaræ legitur עין משפט *En miſcpàt*, & è regione præcepti in textu Ghemaræ notata habentur loca trium prædictorum Auctorum, vbi prænotata Ghemaræ præcepta indicantur. Sit exemplum : Tomo II. Cod. עירובין *Iruuìn* pag. 2. in fronte exterioris marginis notatur עין משפט *En miſcpàtt*. In textu Ghemaræ ver. 1. in voce גבוה ſuper ג inuenitur circulus °, quo indicatur præceptum Miſcnicum, vel Ghemaricum ibi ineſſe, & è regione in margine indicantur loca trium prædictorum Iuris-Conſultorum, quibus huiuſmodi דין *Din Iudicium*, ſeù *cauſa* ventilatur. Cuius notæ ſunt -

מיימוני פי״ו מהל׳ שבת ، ומיימ׳ פר׳ מה׳ סוכ׳ : סמ״ג

Ordinis *Taharòth* cum reliquis vſque ad finem anno שׂסד 364. Chr. 1604.

Talmudis Babylonici editionis Amſtelodamenſis œconomia.

Diſpoſitio Talmudis Babylonici huius editionis non differt à Cracouiana; niſi tantùm in quibuſdam, & leuioribus rebus, veluti in *Marè makòm* של מסורת התלמוד *Scel Maſsòreth hattalmùd* in frontiſpitio appoſito, & in fronte marginis paginarum in odium vocis *Talmudis* ſublato התלמוד *Hattalmùd*, ſubſtituerunt מסורת ח׳ש׳ס *Maſsòreth hàſciſcià Sedarim* id eſt Index Traditionis *ſex Ordinum*, quæ verba tàntundem ſonant ac תלמוד *Talmùd*.

Huiuſmodi Talmudis Amſtelodamenſis Codices, non omnes eodem anno excuſi ſunt, ſed illorum nonnulli variant: nam Codex *Berachòth* excuſus eſt anno קדש 404. Chriſti 1644.

Codex *Peà* cum reliquis ſequentibus Ordinis Primi *Zeraìm*; omnes excuſi ſunt anno בקדש 406. Chr. 1646.

Secundi Ordinis *Moëd* Codex *Iruuìn* excuſ. anno eodem nempè Chr. 1646. ſicut & reliqui vſque ad Cod. *Moëd katàn* incluſiuè.

Roſc Haſcianà excuſ. anno Chriſti 1644. *Iomà* 1646. ſicut & reliqui eiuſdem Ordinis ſecundi.

Tertij Ordinis *Naſcìm* Codex *Ieuamòth* excuſ. anno א׳ת׳ 407. Chr. 1647. ſicut & reliqui Codices huius Ordinis.

Quarti Ordinis *Nezikìn* excuſ. eod. anno ſcilicet 407. Chriſti 1647. Reliqui omnes huius Ordinis excuſi ſunt anno בקדש vel א׳ת׳ה quæ voces numerales tantundem numerant, nempè 406. Chriſti 1646.

in *Marè makòm* מהתוספות *Hattoſaphòth*.

3. Quando in textu Miſcnæ, aut Ghemaræ notatur ∘, & in margine è regione ipſius citatur locus, ſignum eſt eſſe *Marè makòm* tertio numero ſupra relato, vt in Codice prædicto *Ieuamòth* pag. 23. lin. 2. ad vocem כי תחיין reperitur ∘, & in margine notatur דברים כא Deuter. 21. ſignum eſt, quòd ille ſit Index verſiculorum Sacræ Scripturæ, locum hunc reperies ver. 15.

4. Quando in margine citantur loca trium præfatorum Iuriſperitorum, licèt nullus titulus reperiatur, erit tamen *Marè makòm medinè hattalmùd beposkìm*, vt ſuprà ad num. 4. in *Marè makòm*.

In hac Cracouiana editione notamus annorum diuerſitatem, quibus hi Codices Talmudici excuſi ſunt. Codices -

Primi, & Secundi Ordinis Talmudis videlicet *Zeraiìm*, & *Moëd* omnes fuerunt excuſi anno ש׳ס׳ג 363. min. ſupp. Chriſti 1603.

Tertij Ordinis *Naſcìm* omnes excuſi ſunt anno Domini 1604. quorum ſymbolum eſt, vel ש׳ס׳ד 364. vel משיחו׳ quod tantundem numerat.

Quarti Ord. *Nezikìn* Codd. *Bauòth* an. ש׳ס׳ג 363. Chriſti 1603. *Sanhedrìn* cum ceteris ſequentibus vſque ad *Maccòth* anno משיחו 364. Chriſti 1604. *Auodà Zarà* ש׳ס׳ד 364. Chriſti 1604. *Cholìn* ש׳ס׳ה 365. Chriſti 1605.

Quinti Ordinis *Kodaſcìm* Codices *Zeuachìm* cum reliquis ש׳ס׳ה 365. Chriſti 1605. *Auòth* autem cum ſubſequentibus *Eduijòth*, *Sopherìm*, *Semachòth*, *Callà*, *Dèrech èretz*, *Horaijòth*, *&c.* anno ש׳ס׳ד 364. Chriſti 1604.

Sexti Ordinis *Taharòth* Cod. *Niddà* ש׳ס׳ה 365. Chriſti 1605. *Miſcnaijòth*

nis compilati. & intra Talmud Babylonicum incluſi; Iſti ſunt -

מסכת סופרים : שמחות : כלה , ודרך ארץ :

1. *Maſsècheth* סוֹפְרִים *Sopherim* Codex *Scribarum*. Tractat de libro Legis. Ex quibus animalibus ſeligenda ſint coria, vel pergamena; quomodo paranda, vt ſint idonea pro ס׳ תורה *Sèpher Thorà Libro Legis*, vt ſuper ijſdem ſcribi poſſit; qua lingua, & charactere ſcribendus; an Lex ſcribenda ſit ſeorſim à libris Prophetarum, vel ijſdem vnita. De Dei nominibus ſcribendis in libro Legis, qua religione ſcribenda; & an liceat ea aliquando delere. De nominibus, quæ ſacra, vel profana in Sacra Scriptura cenſeantur. De ſcriptione libri Legis, & quomodo differat à ſcriptione *Thephillinorum*, & *Mezuza*; de modo legendi librum Legis infra annum, de quo vide plura Par. II. pagina 600. & ſeqq. Habet Capita 21.

2. *Maſsècheth* שְׂמָחוֹת *Semachòth Lætitiarum* per antiphraſin hoc eſt *luctuum*, idcircò vocatur etiam אֵבֶל רַבָּתִי *E'uel rabbethi Luctus magnus*. Tractat quid agendum ſit circa ægrotum laborantem in extremis. De ijs, qui in lectulo ſuo moriuntur, quomodo lugendi. Item, de his, qui morte violenta obeunt, vel Senatus ſententia, vel alio accidente animam efflant. De exequijs celebrandis. De ritu deferendi mortuũ ad ſepulturam. De puellis, qui tempore partus matris exſpirant; & an & quomodo ſint lugendi. De numero dierum, quo luctus perdurare debeat, & quid illis diebus faciendum ſit: itemque

Hic tamen aduertendum eſt, quòd poſt Codicem שבועות *Sceuuòth* in hac editione Amſtelodamenſi reperitur מסכת אבות דרבי נתן *Maſsècheth Auòth de Rabbi Nathàn* Codice *Capitulorum Patrum R. Nathanis*. Vltimum Capitulum in alias Sectiones ſubdiuiditur num. 29. Complectuntur Apophtegmata, morales ſententias, & obſeruationes ſcripturales actionum SS. Patrum Veteris Teſtamenti compilatas ex dictis antiquorum Rabbinorum, ſecundùm ſtylum Codicis אבות *Auòth Patrum* in Miſcnæ ſyntagmate ſecluſorum, & *Pirkè Elièzer Capitulorum R. Eliezeris*. Libellus eſt curioſus, & eruditus, nec aliàs inter Talmudis Codices relatus. Quiſnam fuerit iſte R. Nathàn non ſatis liquet. Buxtorfius in Biblioth. Rabbinica voce פרקי אבות *Pirkè Auòth* vult eum הבבלי *Habbaueli Babyloniũ*, ac vixiſſe circa annum Chriſti 130. & collegiſſe פרקי אבות *Pirkè Auòth Capitula Patrum*. Sed ibi Buxtorfius pro *Pirkè Auòth* intelligit librum, qui inſertus eſt operi Talmudico, & ſeparatim excuſus Iſnæ, & explicatus à Paulo Fagio, à Ioanne Druſio, & Commentarijs illuſtratus à *Rambàm*, & à Don Iſaac Abrauanèl, de quo ego egi Parte I. pag. 8. At hic Codex אבות דרבי נתן *Auòth R. Nathanis* eſt alter omninò diuerſus ab eo, quem tradit Buxtorfius, quamuis nonnullæ ſententiæ Rabbinorum, quæ extant in *Pirkè Auòth* à Fagio, & ab alijs explicato reperiantur in hoc noſtro *Auòth de R. Nathàn*.

Poſt פירקיא דרבי נתן *Capitula Rab. Nathàn*, ſequuntur quatuor *Maſſachtòth*, nempè 4. Codices exotici non comprehenſi in Corpore Miſcnico Rabbènu Hakkadòſc; ſed à poſterioribus Rabbi-

quaſi diceret (inquit Buxtorfius in Lex. magno col. 598.) *Repete caput illud apud te. Ne exiſtimes ſemel legiſſe ſufficere: repetendum, & iterandum eſt ſtudium.* Torquetur tamen Elias à litera ן *Nun finali* addita verbo חדר *Hadàr* Chaldæo, quod ſignificat *redire*, ait enim: וקשה לי על הנון *Sed difficile mihi redditur illud* ן *Nun*. At Buxtorfius facilè ſoluit hunc nodum, dum illud affixum tertiæ perſonæ ex forma Hebræorum eſſe putat. Vide ampliùs, quæ de his vocibus dicuntur à Conſtantino L'Empereur in fine Codicis מדות *Middòth* cap. 5. ſect. 3. & à Buxtorfio loco ſuprà laudato. Et hæc de Talmude, illius Auctoribus, impia, & execranda eius doctrina, Cenſuris in illam, & damnationis ſententijs à Summis Pontificibus toties in illud latis dicta ſufficiant.

At fortaſſis dicet nonnemo: Rectè quidem omnia procedunt contra Talmudem, ſed ſummopere diſplicere ad confirmationem damnationis Talmudis allatam Bullam Pſeudo-Pontificis Benedicti Decimi Tertij, qui cùm ipſe Pſeudo-Pontifex damnetur, damnanda eſt etiam ipſius Pſeudo-Bulla, & omninò caſſanda, atque delenda, nec de verbo ad verbum per extenſum recenſenda, quia ſic videtur approbari ſanctio Pſeudo-Papæ.

Reſp. Non omnia, quæ à Schiſmaticis Pontificibus ſancita ſunt, omninò damnanda, aut reijcienda veniunt, præſertim ſi ea ad vtilitatem totius Eccleſiæ Catholicæ pertineant: eorumque auctoritate vti poterimus, ſed non tamquam Pontificia, aut Canonica. Hoc modo Gratianus Canones Quiniſextæ Synodi aliquando citat, & approbat, vt conſtat

que, quid in Sabbatho, vel in alijs diebus ſolemnibus, ſi quis in eis moriatur. De ſciſſione veſtimentorum facienda ſtatim poſt mortem parentum, & propinquorum. De rebus ad religionem ſpectantibus, à quibus abſoluuntur lugentes, & præſertim de lectione quotidiana שמע *Scemaà Audi &c.* Habet Cap. 14.

3. *Maſsèchetb* כַּלָּא *Callà Sponſæ.*

De prohibitione accedendi ad Sponſam antequam benedicatur, & qui aliter fecerit, damnatur, ac ſi ad menſtruatam acceſſiſſet. Præcipuè agitur de honeſto vſu matrimonij; & vnico Capite abſoluitur.

4. *Maſsèchetb* דֶּרֶךְ אֶרֶץ *Dèrech èretz* Cod. *Viæ terræ.* Tractat de vrbanitate, & bonis moribus in conuerſatione ſeruandis. Diuiditur in duos *Maſſachtòth* Codices: In מסכת דרך ארץ רבה *Maſsècheth dèrech èretz Rabbà in Codicem magnum vrbanitatis.* Et habet 10. Capita.

Et in מסכת דרך ארץ זוטא *Maſsècheth Dèrech èretz zuttà Codicem Vrbanitatis paruum.*

Tandem in fine additur vnicum Caput, quod vocant פרק השלום *Pèrek Haſcialòm Caput de Pace.* Quid in eo tractetur, conſtat ex titulo.

Cæterum eſt notandum; in fine Capitulorum vtriuſque Talmudis, tam Ieroſolymitani, quàm Babylonici hæc verba reperiri הֲדְרָן עֲלָךְ *Hadedràn alàch,* quæ à diuerſis diuerſimodè exponuntur. Mihi tamen probatur expoſitio Eliæ Leuitæ Germani in תשבי *Tiſcbì* ad radicem חדר, vbi ex Chaldaica lingua Hebraicè transfert חזור בך *repetas,* vel *redeas apud te,*

Concilium Palentinum in Hiſpania (quæ tunc temporis Clementi VII. Antipapæ adhærebat) anno Dom. 1488. ſub præſidio Petri de Luna Cardinalis ſchiſmatici celebratum; & nihilominus huiuſmodi Conciliabulum, nomine Concilij Palentini in Conciliorum voluminibus inſertum reperimus, & in Parte II. Tomi XI. Conciliorum Labbei inuenitur colum. 2068. & ab eodem Petro de Luna Cardinali promulgatum, qui præmiſſa præfatione, hiſce verbis incipit: *Petrus miſeratione Diuina Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, ad perpetuam rei memoriam. Quia diſponente Patre luminum, ex iniuncto nobis Legationis officio curam gerimus Cleri, & populi Hiſpaniarum, &c.* Vbi plurima ſanciuntur vtilia, & ad diſciplinam Eccleſiaſticam inſtaurandam conducentia. Itemque nonnulla contra Iudæos, & Sarracenos decernuntur, quæ poſtea idem Petrus de Luna in Sede Apoſtolica intruſus ſub nomine Benedicti XIII. in ſuam Bullam contra Iudæos à nobis ſuprà relatam intulit. Huiuſmodi autem Conciliabulum, etiam totum tranſcribere, ſi vtilitati Eccleſiæ id commodum exiſtimaretur, vel ex parte citare licebit; non quòd illi, aut alicui ipſius parti canonica aliqua auctoritas attribuatur, ſed illud tamquam hiſtoria ad mores pertinens proponetur, imitandum. Eodem prorsùs modo nos proponimus Bullam ipſius Antipapæ contra Talmudem, & Iudæos, non vt illi aliquam canonicam, aut Apoſtolicam attribuamus auctoritatem, ſed vt cognoſcamus, tam legitimos, & veros Pontifices, quàm illegitimos, & falſos Papas, omnes conſpiraſſe in ſtat ex cap. *Placuit*. diſt. 16. cap. *Quoniam*. diſt. 31. & alibi paſſim. Canones autem huius Synodi, quæ & Trullana dicitur, quia in Palatio Imperiali Conſtantinopoli in Aula rotunda, & concamerata, celebrata eſt, ſunt duo ſupra centum. Quoniam enim nulli in V. & VI. Synodo Conſtantinopolitana editi fuerant, vt dicitur cap. *Habeo librum*. diſt. 16. ideò poſt aliquot annos ijdem ferme Epiſcopi iterum congregati ſunt in Trullo ab Imperatore, ſed abſque auctoritate Romani Pontificis, contra Canones, nullis Apoſtolicæ Sedis Legatis præſentibus, nulla eiuſdem Sedis approbatione, adeòque tamquam Conciliabulum, & Pſeudo-Synodus habita fuit. Et tamen quia inter huius Canones 102. nonnulli ſunt, qui non ſolùm ad bonum regimen totius Eccleſiæ Catholicæ, ſed & ad illius ritus, & dogmata ſtabilienda pertinent, meritò referuntur à Gratiano, & iiſdem Eccleſia vtitur. Sicut cap. *Iacobus*. de Conſecrat. diſt. 1. cap. *Dicimus*. de Conſecr. diſt. 2. cap. *Siquis Epiſcopus*. 27. quæſt. 1. Poſſunt igitur aliqua ab Eccleſia recipi, licèt à Schiſmaticis edita ſint, ſi tamen ipſi Eccleſiæ Catholicæ non aduerſentur, ſed in fauorem illius ſancita fuerint, & ſtabilita. Huius generis ſunt, quæ in Antibulla Benedicti XIII. Pſeudo-Papæ continentur contra Iudæos.

Sed quid opus eſt vt ſubſidia petamus ab antiquorum Schiſmaticorum Orientalium Conciliabulis? Nonne ex noſtrorum Latinorum pariter Schiſmaticorum Pſeudo Synodis, quæ ſub Antipapis celebrata ſunt, recentiora exempla habemus, & inter Conciliorum volumina includuntur, & citantur? Notum eſt

in huius pernicioſiſſimi libri Talmudis damnationem. Retulimus autem totam hanc Pſeudo-Bullam de verbo ad verbum nihil penitùs omittendo, quia cum tota pertineat ad remouenda media Iudæis, quibus retardantur, ne conuertantur ad fidem, nulla vocula in ea eſt, quę non cenſeatur neceſſaria, & qua ablata, non modicum præiudicium fini ipſius Bullę ſit allatura. Ad hunc igitur finem ex integro exſcripſimus, nullam penitùs ei tribuendo auctoritatem, ſed tantùm tamquam ſcripturã priuatam eam proponentes, vt ab ea hoc tantùm diſcamus, quòd fraudes, & malitiæ Iudæorum cognitę fuerint etiam à ſceleſtis hominibus, vti fuerunt ſchiſmatici, & inter illos prædictus Petrus de Luna anteſignanus extitit, qui tot fraudibus, technis, & cauilloſis tergiuerſationibus Eccleſiæ Chriſti tunicam inconſutilem ſuo ſchiſmate lacerauit, fidelium vnionem deluſit, & tandem pertinax, & impœnitens ſchiſmaticus in Peniſcholæ Oppido Regni Valentiæ munitiſſimo animam efflauit anno Domini 1424. cùm in ſchiſmate vixiſſet annis 30. De hoc Pſeudo-Papa vide eandem Tomi XI. Partem ſecundam Conciliorum colum. 2086. & ſeqq. vbi epiſtolas ipſius ad Gregorium XII. per extenſum inuenies tranſmiſſas.

Itaque abſolutis rebus, quæ ad Talmudem ſpectabant, opere pretium eſt, vt ad reliqua modò pergamus ſcripta à Rabbènu Hakkadòſc, ſeù R. Iuda Ben Rabbàn Simeonis.

In libello inſcripto ספר אלפא ביתא דבן סירא *Liber Alphabeti Ben Sirà* inter alia reperitur Opuſculum cum hoc titulo - מעשה תורה לרבינו הקדוש ז״ל׃ *Maaſsè Thorà Opus Legis Rabbènu Hakkadòſc b. m.* Continet Apophtegmata quædam, & morales ſententias numero quodam propoſitas à ternario incipientia, & vſque ad decuriam progredientia. Vti v.g. שלשה דברים העושה אותם יורש העולם הזה והעולם הבא׃ המפרנס עניים׃ והעושה צדקה׃ וגמילות חסדים׃

Tria ſunt, quæ ſi quis fecerit, hæreditabit præſens, & futurum ſeculum. 1. Tribuens alimoniam pauperibus. 2. Faciens eleemoſynam. 3. Et beneficentiam (Hoc eſt exercens ſe in operibus miſericordiæ). Excuſ. Venetijs anno ר״ש׳ 304. Chr. 1544. apud Ioannem de Fari, & fratres eius, pag. 30. b.

גלא רזיא *Ghalè razaijà Reuelans ſecreta arcana.* Tit. ex Daniele cap. 2. v. 29. deſumptus; huius frequenter meminit Galatinus, illumque Rabbènu Hakkadòſc lib. 3. cap. 17. attribuit, multa ex eo referens, quæ de Ieſu Redemptore Deo & Homine, nihil clariùs dici poteſt à Chriſtiano, & Theologo Doctore, loco enim nuper laudato, ex eodem libro hæc habet Galatinus: *Sic enim de Meſſiæ nominibus loquens Ghalè razijà ait: Quia Meſſias Deus, & Homo futurus eſt: Vocatum eſt nomen eius Emmanuel, quod interpretatur Nobiſcum Deus: in corpore ſcilicet, & carne noſtra. Quemadmodum Iob teſtatur cap. 19. 26. dicens; Et ex carne mea videbo Deum. Item, quia Deus eſt, mirabilis Conſiliarius, dicitur: Excogitauit enim mirabile conſilium ſaluandi omnes animas, quæ propter Adæ peccatum condemnatæ ſunt, nec poſſunt vllo pacto ſaluari, niſi Rex Meſſias mortem acerbiſſimam, multaque tormenta ſubeat. Idcircò dictus eſt* גבר *Ghèuer id eſt Vir. Et quia ſua eſt omnis* for-

Buxtorfius. Alij denique concedunt exiſtere hunc librum alicubi, eumque tractare de arcanis noſtræ fidei, & Auctorem illius eſſe Rabbènu Hakkadòſc, ſed non illum Rabbènu Hakkadòſc; de quo hactenùs locuti ſumus, & impræſentiarum loquimur. Sed alium hocce anteriorem, & antiquiorem, qui ſecundùm traditionem Iudaicam ſcripſit de arcanis Meſſiæ, & illius fidei, ex quo Galatinus ſumpſit auctoritates, ſed hodie huiuſmodi liber nullibi reperitur, nec à Iudæis admittitur quicquid ex eo refertur. Quòd autem fuerint duo Rabbènu Hakkadòſc eſt etiam ſententia quorundam doctiorum inter Iudæos, & eſt valdè notabilis locus, quem affert eruditus Rabbinus Azarias de Haadumìm in אמרי בינה *Imrè binà* cap. 22. pagina 92. in fine, vbi ex ſententia Auctoris מכילתא *Mechiltà* admittit duos fuiſſe Rabbènu Hakkadòſc, quod ita probat.

והרי במכילתא דבשלח פרשת השירה תמצא א״ר עקיבא דבר הסיח לי רבינו הקדוש וכו׳ הרי קדוש קדוש.

Et nonne in M.chiltà ſect. בשלח *Beſcialàch, Paraſcià Haſcirà* de Cantico Moſis Exod. 15. Cantabo Domino glorioſè enim &c. inuenies? *Dixit R. Akibbà: Rem narrauit mihi Rabbènu Hakkadòſc &c. Ergo* (duo ſunt) *Kadòſc, Kadòſc*. Hæc conſequentia quòd fuerint duo Rabbènu Hakkadòſc, elicitur ex hiſtoria R. Akibbæ, & Rabbènu Hakkadòſc. Tradunt enim Auctores Hebræi, vt ſuprà notaui pag. 75. col. 2. quòd eodem die, quo occiſus fuit R. Akibbà natus ſit Rabbènu Hakkadòſc. At Rabbènu Hakkadòſc, qui confabulatus fuerat cum R. Akibbà, non potuit eſſe Rabbènu Hakkadòſc Ben Rabbàn Simeonis, quia mo-

fortitudo: Deus fortis vocatur. Item, quia ipſe eſt æternus: Pater ſempiternus dicitur. Item, quia in diebus eius pax multiplicabitur, Princeps, ac Pax appellatur. Item, quia ipſe feſtinabit, vt auferat animarum ſpolia, quæ in Inferno torquentur, vocatur Expeditus, Spoliator, Feſtinus, Prædator. Quia autem eos ſaluabit, & ad Paradiſum adducet, vocatur IESVS, quod idem eſt quod Saluator. Hæc ille. Hæc eſt explicatio illius loci Iſaiæ cap. 6. 14. & cap. 9. 6. qua clariſſimè delineatur Deus & Homo Chriſtus Dominus. Quòd ſi huiuſmodi liber hodie repereretur inter Iudæos, ex iſto, & alijs quamplurimis locis à Galatino allatis, adeò Iudæorum perfidia confunderetur, vt vellent nollent fateri cogerentur, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum eſſe verum Meſſiam Iudæorũ. Verùm quia iſte liber גלא רזיא *Ghalè razaijà* hodie non reperitur, nec veriſimile eſt, quòd Rabbènu Hakkadòſc, qui fuit Auctor Iudaicarum Pandectarum, quibus vſque hodie reguntur Iudæi; ita vt reſtaurator Iudaicæ ſectæ, cui pertinaciſſimè inhærent recutiti, fuerit etiam prænotati libri *Ghalè razaijà* Auctor, aut compilator. Sunt enim aliqui, qui rotundè negant huiuſcemodi librum vnquam in mundo extitiſſe, ſed fictitium eſſe, aut adulterinum. Alij concedunt præfatum librum aliquando extitiſſe, cuius Auctorem quidem faciunt Rabbènu Hakkadòſc; ſed de his arcanis Chriſtianæ fidei agere negant. Alij negant huius libri fuiſſe Rabbènu Hakkadòſc. *Sed recentem quendam Scriptorem Hebræũ, qui dicunt eum attribuiſſe Abrahamo ex diſcipulis* הארי, *& dicunt, eſſe in eo* דברים ונוראים *res tremendas, ac ſtupendas.* Sic

קרעד ר' יהודה ן' תכן היה כמו שנת
תתפ לפק ושמואל בנו היה בימי רמבם כמו נראה באגרות שלהם
כמו שכתב בעל ספר צמח דוד על דוד נכו :

674. R. IVDAS ABEN TACA'N fuit circa annum 880. m. ſupp. Chriſti 1120. & filius eius R. Samuel fuit diebus רמב״ם *Rambàm*, id eſt Rabbi Moſis Bar Maijmonis, vti liquet ex literis ipſorum impreſſis, & per vniuerſum Iſraëlem diſperſis. Ex R. Dauid Ganz in *Tzèmach Dauid* ad annũ 880. quinti millenarij.

תרפט יהודיים פלונים אמרו כמה
דברים טובים על הגוף שאמתי של משיחנו אשר הוא בקרבן
הלחם :

675. IVDÆORVM QVORVNDAM Sententiæ: *De vera præſentia Corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ*. Reperiuntur in Ioanne Garetio Louanienſi Claſſe IX. Excuſ. Pariſijs 1562. in 8. pag. 217. Reperitur in Biblioth. Vatic. ſub num. 4447.

תרעו רבי יהושע בן ביבאש
אלרקי חבר ס' על העשבים ;

676. R. IEHOSCIV'A IOSVE' BEN BIVA'SC ALRAKI', Arabicè ſcripſit *Herbarium*, id eſt de virtutibus herbarum. Eum in linguam Hebraicam vertit R. Ioſ. Vidal. Hiſpanicè reperitur mſc. in Bibliotheca Cæſarea in 4.

קרעו רבי יהושע לוי חבר ס' מנהיג
עולם :

677. R. IEHOSCIV'A LEVI'. Scripſit.

ס' מנהיג עולם *Sèpher Manhig O'lam Li-*

moriente R. Akibbà tunc naſcitur Rabbènu Hakkadòſc. Ergo alius Rabbènu Hakkadòſc Senior dicendus eſt ille, qui locutus eſt cum Rabbì Akibbà. Vel dicendum eſt, quòd alius Rabbì Akibbà fuerit ille, cum quo locutus eſt Rabbènu Hakkadòſc. Sed in tota *Miſcnà*, & *Ghemarà* non reperitur alius R. Akibbà præter R. Akibbam Ben Ioſeph; ergo non eſt multiplicandus R. Akibbà, ſed Rabbènu Hakkadòſc. Ideò concluditur ex auctoritate allata duos *Kadòſc*, *Kadòſc*, hoc eſt duos fuiſſe *Rabbènu Hakkadòſc*, & non duos RR. Akibbà. Vnde cùm R. Akibbà viderit ſecundam Ædem Ieroſolymitanam, conſequens eſt hunc Rabbènu Hakkadòſc ſynchronum R. Akibbæ circa Chriſti tempora etiam vixiſſe: nam R. Akibbà naſcitur eodem anno, ac Chriſtus, nempè anno mundi 3760. Ita R. Dauid Ganz ad hunc annum. Vnde incongruum non eſt, quod dicitur à Geſnero: *Hunc Rabbènu Hakkadòſc* (*alium fuiſſe à R. Iuda, quem Iudæi etiam Rabbènu Hakkadòſc, id eſt Sanctum nominant*) *doctrina, & ſpiritu prophetiæ claruiſſe, ac multa, & quidem admiranda de Chriſto ſcripſiſſe, præſertim librum inſcriptum* גלי רזיא *Galè razijà, i. Reuelator ſecretorum. Vixit annis aliquot ante Chriſtum natum*. Hæc Geſnerus.

Cæterùm hunc noſtrum R. Iudam Ben Rabbàn Simeonis cognominatum Rabbènu Hakkadòſc obijſſe anno mundi 3954. Chriſti 194. ætatis ſuæ 74. vt ſuprà probaui pag. 79. col. 2. Sepulturſque eſt in patria circa Vrbé Tzippori, vt ſuprà retuli pag. 81. Et hęc de R. Iuda Ben Rabbàn Simeonis cognomento *Rabbènu Hakkadòſc* dicta ſint ſatis.

Incæpta anno Domini 1412. Antipontificatus ſui anno 18. præſentibus Cardinalibus ſuis, & tota Curia. Rabbini verò, qui diſputationi huic interſuerunt, recenſentur ab Auctore שבט יהודה *Scèueth Iehudà* השמד *Haſciamàd Clade* 40. & ſunt.

Catalogus Rabbinorum, qui interfuerunt diſputationi cum Hieronymo à S. Fide, coram Antipapa Benedicto XIII.

Ex Regno Aragoniæ.

De Ciuitate Cæſarauguſtana.

Rabbi Zarachia Halleuì, & Naſsi Princeps Don Vidal בנבנשתי Benbanaſte.

De Calahorra.

Macaltia Præfectus, Don Samuel Halleuì.

De Ciuitate Ghoriſca.

Don Todròs Alconſtantin Theodorus Conſtantinopolitanus.

De Alcaues.

Don Ioſeph Aben ארדוט Ardùt, Don Meir חליגוא Chalègua.

De Daroca.

Don Aſtrùk Halleuì.

De Montaluàn.

R. Ioſeph Albo, qui vt aliquatenus dealbaret ruborem vultus ſui in hac diſputatione conceptum, non diù poſt in obſignationem ſuæ perfidiæ librum עקרים *Ikarrìm* ſcripſit.

De Monſon.

D. Ioſeph Halleuì: & R. Iom Tòu קרקושה Korkòs.

Ex Montalbano.

Abuganda.

Ex Malieſet.

D. Ioſeph אלבלג Albalàg, & Sapiens Bongua, cum R. Todròs Theodoro Aben

Librum Directorem mundi. Liber eſt Ritualis demonſtrans ritum obſeruandi Legem per vniuerſas mundi partes. Ita Plantauitius in ſua Biblioth. Rabbinica. Geſnerus addit in ſua: Scripſiſſe etiam *Librum Itinerum*, & excuſi ſunt Venetijs.

תרע״ח ר׳ יהושע בן לוי עיין למעלה בדף רף עמוד ב׳ :

678. R. IEHOSCIV'A BEN LEVI'. Vide ſuprà pag. 280. col. 2.

תרע״ט ר׳ יהושע הלורקי ספר ספר
שנעשה מנוצרי נקרא מאשטרו גירונימו די [illegible] פי׳ ג׳ פסס
עבום כנגד היהודים :

679. R. IEHOSCIV'A HALLORKI' Hiſpanus, deſerta Iudæorum perfidia, & ſuperſtitione; Chriſto adhærens, vocatur Magiſter Hieronymus à S. Fide, contra quem debacchantur Iudæi eum vocando מג׳ר׳ף *Meghadèph Blaſphematorem*, compoſito ſymbolo ex literis initialibus prænominis, nominis, & cognominis ipſius, ita vt מ׳ ſignificet *Magiſtrum*; ג׳ *Girolamo Hieronymum*; ר׳ *de Sancta* ף *Fè Fide*. Reuera autem fuit Vir pius, & doctus, ſed Iudæorum acerrimus hoſtis, quos non ſemel laceſſiuit, & in arenam pro Fide, & Religione Chriſtiana contra eos pugnaturus deſcendit, & inſignem victoriam reportauit, & triumphum egit. Inſignis autem habetur, & nunquam antea ſimilis audita diſputatio illa, quam habuit cum Iudæis Aragonenſibus, & Catalaunenſibus coram Petro de Luna Antipapa, in ſua obedientia dicto Benedicto XIII. in partibus Hiſpaniæ, & in Villa S. Matthæi, eiuſdem Hieronymi à S. Fide eius Medici ſuaſu.

Digitized by Google

Magiſtrorum habuerim. quod illæ habeant, vel poſſint alium ſenſum habere: fatear tamen, illum me ignorare. Ideò dictis auctoritatibus nullam fidem adhibeo, nec auctoritatem aliqualem, nec illis credo, nec ea quidem defendere intendo, & quamcumque reſponſionem per me ſuperiùs datam huic meæ vltimæ reſponſioni obuiantem illam reuoco, & pro non dicta habeo in eo ſolùm, in quo huic contradicit. Omnibus Iudæis, & Rabbinis totius Congregationis ibidem præſentibus (Rabbì Ferrer, & Rabbì Ioſeph Albo dumtaxat exceptis) magna voce clamantibus, & dicentibus: Et nos in dicta Cedula concordamus, & illi adhæremus.

Die verò Lunæ 12. Menſis Decembris apud præfatam Villam S. Matthæi, Iudæi dictæ Congregationis, voce, & nomine omnium, præfatam Cedulam obtulerunt, &c: Hactenùs Codex Vaticanus ſuprà citatus.

Benedictus autem Antipapa ſuam Conſtitutionem editam contra Talmudem, & contra Iudæos non publicauit. niſi anno ſequenti 1415. V. Idus Maij, hoc eſt 11. Maij, vt patet ex ipſius Conſtitutione ſuprà relata pag. 731. incipien. *Et ſi Doctoris gentium.*

Acta huius diſputationis habentur ex Codice Vatic. citato, ex quibus, & ex Bulla prædicti Antipapæ, & ex ipſa diſputatione, quam idem Magiſter Hieronymus à S. Fide ſcriptis exarauit, eamque inuenies in Bibliotheca Patrum de la Bigne, editionis Pariſienſis 1610. Tomo 4. pag. 930. & in Maxima edit. Lugdun. 1677. Tom. XXVI. pag. 528. ex quibus (inquam) omnibus apparet, Iudæos à Chriſtianis fuiſſe victos, & proprijs armis Talmudicis ſauciatos, licèt

Aben Iachijà Gerundenſi Viro percelebri.

Adfuerunt etiam R. Mathathias היצהרי *Haiietzari*, R. Samuel Leuita, R. Moſes משה *Moſà*, & alij quamplurimi docti Viri in Talmude, & ſcientijs Philoſophicis, qui & linguæ Latinæ ignari non erant. Honorificè à Benedicto excepti fuerunt, cuius expenſis domicilium, & alimenta abundè toto tempore diſputationis, quæ diù perdurauit, acceperunt. Completa tandem fuit diſputatio in eadem Villa S. Matthæi anno Domini 1414. & die 10. Nouembris eiuſdem anni idem Hieronymus à S. Fide ibidem obtulit præfato Benedicto quandam ſcriptionē contra Talmudem incipientem: *Sanctiſſime, ac Beatiſſime Pater. Habita ſiquidem per Veſtram Sanctitatem diligenti conſideratione &c.* vt in Codice Vaticano mſc. numero 4063. pag. 196. qua perlecta, in eadem dieta lecta etiam fuit quædam Cedula, quam in præſentia Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Cardinalis S. Angeli Iudæi obtulerunt ſub tenore ſequenti:

Et ego Aſtruch Leui cum debita humilitate, ſubiectione, & reuerentia Reuerendiſſimæ Paternitatis, & Dominationis Domini Cardinalis, aliorumque Reuerendorum Patrum, & Dominorum hìc præſentium reſpondeo, dicens: Quòd licèt auctoritates Talmudicæ contra Talmud tam per Reuerendiſſimum meum Dominum Eleemoſynarium, quàm per honorabilem Magiſtrum Hieronymum allegatæ ſicut ad literam iacent, malè ſonent; partim quia prima facie videntur hæreticæ, partim contra bonos mores, partim quia ſunt erroneæ; & quamuis per traditionem meorum

Meſſiæ Chriſti. Sic fecit Papa: adduxit ex Hiſpania Viros ſapientes, & inter eos R. Todròs Theodorum Aben Iachijà, & ſubtiliter diſputauerunt diebus multis coram Papa, & Principibus quamplurimis vt apparet ex (libro) שבט יהודה *Scèuet Iehudà. Poſt quam decretum fuit contra Iudæos vt reſtituerent vſuras perceptas. Idcircò venerunt Iudæi contra fratrem Petrum coram Papa, qui vocabatur Marcus Florentinus, & permiſit eis, liberoſque dimiſit.* Ita Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* ex libro *Scèuet Iehudà, Sciamàd Clade* 40. Sed vterque Auctor valdè errat circa Chronologiam, & nomen Papæ. Non anno mundi 5113. Chriſti 1353. diſputatum fuit, vt dicunt iſti egregij Chronographi, quia eo anno in Cathedra Petri ſedebat Innocentius VI. quietè, & pacificè ſine aliqua ſchiſmatis ſuſpicione. De Papa Marco Florentino, eſt etiam error, & ridicula Iudæorum hallucinatio. Volebant indicare diligentiſſimi iſti Hiſtoriæ Scriptores ſchiſma, quod tunc temporis erat in Eccleſia; ſic indicant decretum contra Iudæos vſurarios publicatum ab Antipapa poſt diſputationem habitam cum Iudæis anno 1415. quo anno celebrabatur Concilium Conſtantienſe contra Schiſma, præſertim Benedicti XIII. ſeù Petri de Luna, in quo, depoſito Benedicto, electus fuit Martinus V. qui in Italiam venit, poſtea Florentiam; vbi cũ Curia aliquandiu ſubſtitit. Iudæi Hiſpani Conſtitutionem Antipapæ reſpuentes, eum vti à Papatu depoſitum vocant fratrem Petrum, nempè Petrum de Luna, eumque ad verum Summum Pontificem Martinum prouocant, licèt ignoranter eum appellitent *Marcum Papam*, & quia cet in lib. שבט יהודה *Scèueth Iehudà* חשמד *Haſciamàd Clade* 40. R. Salomon Abèn Verga iactet: Iudæos in conflictu fuiſſe ſuperiores; ſed exitus acta probauit: nam ex ipſa diſputatione teſtatur Benedictus XIII. in ſua Conſtitutione, tria millia Iudæorum in fine huius diſputationis conuerſos fuiſſe ad Chriſtum, Iudæis mulctatis in pragmaticis, & acclamantibus omnibus Iudæis, nolle ampliùs credere Talmudicis dictis, atque doctrinis. Videns autem Ioſeph Albo vnus ex Rabbinis ad pugnam vocatis, per hanc diſputationem res Iudæorum in malum ruere in dies, animum applicuit ſcribere librum, in quo Iudaica perfidia comprobaretur. Compoſuit itaque ספר עקרים *Sèpher Ikarrìm Librum fundamentorum*, in quo de fundamentis Iudaicæ ſectæ pertractat, & ſæpè Chriſtiana dogmata refutat, de quo agemus infrà in *R. Ioſeph Albo*.

Huius diſputationis meminit etiam Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 113. b. ſed abſurdiſſimis mendacijs inuolutæ, ait enim -

ובשנת קי"ג יהושע הלורקי שנקרא מש' יירולימו דס'
פי השיג מהאפיפיור להביא לפניו חכמי ישראל שהיה
רוצה להראות להם ביאת המשיח ׃ וכן האפיפיור
הביא מספרד אנשים חכמים ובתוכם הר"ר טודרוס ן'
יחייא ופלפלו ימים רבים לפני אפיפיור ושרים רבים
כנראה בשבט יהודה ׃ וכן אחר כך נגזר על יהודים
להשיב הרבית שלקחו ובאו יהודים נגד פרה פייר
לפני הפפה על זה שהיה נקרא מרקו פיורינטינו
ונפטרו היהודים ׃

In anno 113. min. ſup. Chr. 1353. *Iehoſciùa Halòrki, qui vocabatur Magiſter Hieronymus de Sancta Fide, obtinuit à Papa, vt adducerentur coram eo Sapientes Iſraëlita, vt eis oſtenderet aduentum*

R. Dauid Ganz, & auctorem *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 24. b. Recepit oralem Legem anno 3621. ante Chriſti natiuitatem annis 139. quamuis pag. 68. dicat: R. Ioſue Ben Perachijà oralem Legem recepiſſe an. m. 3606. ante Chriſti natiuitatem anno 154. Rex Iannai odio inſectatus eſt Senatores magni Synedrij, eoſque ferè omnes interfecit, præter Simeonem Ben שטח *Sciattàch* ſuum cognatum, & Iehoſciùa Ben Perachijà, qui aufugerat in Ægyptum, vbi Alexandriæ diu moratus eſt, quouſque Simeon Ben Sciattàch ſocius R. Ioſuè Ben Perachijæ reditum à Rege Iannài mediante Salome obtinuerit. Cap: *Chèlek* pagina 107. b.

Mentiuntur tamen Talmudiſtæ ibidem, & alibi, quòd Ieſus fuerit diſcipulus huius R. Iehoſciuæ Ben Perachiæ, ſi tamen pro Ieſu intelligant Ieſum Nazarenum Redemptorem noſtrũ, vt volunt ferè omnes expoſitores Rabbini, licèt aliqui eorum contrarium ſentiant, vt videbimus in Diſſertatione de Chriſto. Hìc tantùm ex ratione temporum falſitatem agnoſcimus huius commenti. Quia Iehoſciùa Ben Perachijà ex Alexandria Ægypti reuertitur Ieroſolymas anno mundi 3704. *Iuchaſsin* pag. 17. ante Chriſti natiuitatem annis 56. quia Chriſtus naſcitur anno mundi 3760. & Scimòn Ben Sciattàch, ex eodem Auctore loco cit. recepit oralem Legem an. mundi 3621. ante Chriſti natiuitatem annis 139. quadraginta & ampliùs annis antequam R. Iehoſciùa Ben Perachijà in Ægyptum aufugeret. Si autem iſti tres, tot annos inter ſe diſtare cernuntur, quomodo Ieſus Nazarenus in Ægyptum cum R. Iehoſciùa Ben Perachijà ire

quia Florentiæ reſidebat, vocauerunt *Florentinum*, & vt Hiſpania ſub vno Capite reuniretur, ea, quę à Pontifice ſchiſmatico circa res politicas decreta fuerant, reſciſſa ſunt, inter quas comprehenſa eſt Bulla contra Iudæos, *Et ſi Doctoris gentium*, ſuprà relata. Vnde Iudæi Hiſpani gaudentes ad propria reuerſi ſunt. Cæterùm huius Bullæ, ſeù decreti, & Antipapæ Conſtitutionis contra Iudæos meminerunt Mariana, Surita, Valla, Bzouius, & alij.

תרפ״ח : רבי יהושע יבן ויבש כקרא שלרקי חבר קאנון סאגיר רל׳ קאנון קטן והוא ספר על העשבים :

688. R. IEHOSCIV'A IBN VIVAS C cognomento שלרקי *Scialrakì*. Scripſit

קאנון סאגיר *Canon minor*, & eſt Herbarium, vbi nomina, qualitates, & operationes herbarum deſcribuntur, inquit Hottingerus Claſſ. X. Biblioth. Or.

תרפ״א : רבי יהושע בן ר׳ יוסף הלוי : עיין ר׳ ישועה בן ר׳ יוסף הלוי :

681. R IEHOSCIVA BEN R. IOSEPH HALLEVI Vide *R. Ieſciuà Ben R. Ioſeph Halleuì*.

תרפ״ב : ר׳ יהושע בן פרחיה הנזכר בפה פעמים במשנה : ובפרקי אבות אומר עשה לך רב וכו׳

682. R. IEHOSCIV'A BEN PERACHIIA' vnus ex præcipuis Senatoribus magni Synedrij, floruit tempore Alexandri ex ſtirpe Haſſamonæorum cognomento *Iannài*, qui circa annum mundi 3670. ante Chriſti natiuitatem annis 90. regnauit ſecundùm

Chriſto fuſiùs diſſeremus.

Cæterùm huius Ioſuè Ben Perachijà memoratur præclarum dictum in *Pirkè Auòth* capite 1. numero 6. & eſt -

יהושע בן פרחיה אומר עשה לך רב וקנה לך חבר והוי דן את כל האדם לכף זכות ;

Iehoſciùa Ben Perachijà dicit: Habeto vnum Magiſtrum præceptorem, itemque ſocium: & aliorum facta in meliorem partem iudica. Huius Rabbini ſententia explicatur in Cod. *Auòth* דר׳ R. Nathàn cap. 8. in ipſo initio pag. 3. col. 4. poſt Cod. שבועות. Ibid pag. 4. col. 1. initio cap. 9. aliam ſententiam eiuſdem Rabbini videre poteris.

Tandem fatis ceſſit, & ſepelitur in Villa כפר חטין *Chittìn*. Ejus ſepulchrum hodie viſitur in quadam Eccleſia Chriſtianorum in Terra Sancta, vt dicitur in Epiſtola itineraria Terræ Sanctæ.

תרפג׳ . רבי יהושע בן סרוק ס״ה

בזמן שהריבו היהודים והשמרונים לפני המלך תלמיום ונצחו היהודים בשנת ג׳ אלף תקל״ט : וחבר שני ספרים יכתו שמואל אלגאזי בספר תולדות אדם ;

683. R. IEHOSCIV'A BEN SARV'K, qui viuebat tempore, quo Iudæi, & Samaritani ſimul coram Rege Ptolemæo contendebant de Religione. In fauorem Iudæorum cauſa deciſa eſt anno mundi 3539. ante Chriſti natiuitatem ann. 221. ſecundùm R. Samuelem Algazæum in ſuo libro *Toledòth Adàm*. Scripſit ſecundùm eundem, loco citato, duos libros, ſed nihil de illorum argumento.

תרפד׳ ר׳ יואב בן ברוך מלפיטולי

חבר הקדמה על ספר מרגליות טובות לר׳ יעקב נחלון וגם כן כתב הקדמה על ס׳ מורשה קהלת יעקב לר׳ הנ״ל .

684.

ire potuerat, ſi nondum erat natus? Sed ſi regeres, Chriſtum natum fuiſſe anno mundi 3671. annis 89. citiùs quàm nos tradidimus. Reſp. Hoc manifeſtè falſiſſimum eſſe, quia vniuerſa hiſtoria Euangelica teſtatur ſub Herodum Regno Chriſtum natum, in Ægyptum aufugiſſe, in Iudæam redijſſe, & paſſum fuiſſe. At initium Regni Herodum auſpicatur ab anno 3724. annis 36. ante Chriſti natiuitatem, ex Dauid Ganz. Herodũ igitur Primus dictus Aſcalonita regnauit 37. annos, mortuus eſt anno 3761. anno primo Chriſti, ex eodem Ganz, qui negare non potuit Ieſum Nazarenum natum ſub hoc Herode. Sed eius natiuitatem ad quem annũ ipſius Herodis referat, non indicat. Sub Hillel & Sciammài, quos ponit ad annum mundi 3728. ante Chriſti natiuitatem an. 32. dicit: quòd in diebus Hillel, & Sciammài fuerat quidam ex diſcipulis eorum vocatus R. Iehoſciùa Ben Perachijà; atque hic fuit Præceptor Nazaræi, ſeù Ieſu, vti ſcripſit in libro ſuo Aben Iachijà pag. 25. Et ſuprà ad annum mundi 3670. ante Chriſti natiuitatem ann. 90. deſcribit ſtragem patratam ab Iannai Rege Haſſamonæorum; qua perierunt omnes Sapientes magni Synedrij, demptis Simeone Ben שטח *Sciattàch* ipſius cognato, & Iehoſciua Ben Perachijà, qui cum Ieſu fugerat in Ægyptum. Vnde neceſſariò dicendum eſt; vel duos Ioſuè, vel duos Ieſu fuiſſe, diſtantes vnum ab altero pluſquàm nonaginta annis, vel vtrumque (quod veroſimilius eſt) vanum, & fictitium eſſe, quod ex anachroniſmo manifeſtatur. Sed de hac materia in Diſſertatione de Meſſia, ſiuè de

684. R. IOAB BEN BARVCH, vulgò dictus *Dattulo* delli Piatelli Romanus, ex poſteris R. Iſaaci Romani filij R. Iudæ delli Piatelli, cuius mentio fit in *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 65. b. hodie officiũ Morenatus Senis exercet. Scripſit duas Præfatiunculas; primam in librum מרגליות טובות *Margaritarum bonarum* R. Iacobi Tzahalon; excuſam cum eodem libello Venetijs anno 425. min. ſupp. Chriſti 1665. apud Dominicum Vedalam in 8. Secundam in librum מורשת קהלת יעקב *Moraſcià Kehillàth Iaacòu Hæreditas Congregationis Iacob*, præfati Tzahalonis cum eodem, ibidem in 8. Hodie præ manibus habet Catalogum omnium Auctorum, qui Conſilia forenſia ſcripſerunt, eaq; vocant שו״ת *Sceelòth vtſciuuòth Quæſita & Reſponſa*, lucemque quamprimùm aſpiciet.

תרפ״ס ר׳ יואב הקטן חבר פירוש על מזמור ע״ב נמצא בוואטיקאנו בי׳ סימן צ׳ ;

685. R. IOAB HAKKATA'N *paruus*, ſcripſit expoſitionem in Pſal. 72. *Deus iudicium tuum Regi da*, &c. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. num. 90. in 4.

תרפ״ו ר׳ יואל הלוי אשכנזי א׳ מתשעה בעלי המרדכי ;

686. R. IOE'L LEVITA Germanus, vnus ex IX. Auctoribus, qui ſcripſerunt מרדכי *Mordachi* expoſitiones in aliquot Codd. Talmudis. Reperitur mſc. apud Vatic. in fol pergam. ſub numero 141.

תרפ״ז רבי יואל ן׳ שועב חבר עולת שבת והם הדרשות על התורה בימי ספקות :

687. R. IOE'L ABEN SCIOE'V Hiſpanus Aragonenſis. Scripſit Conciones ſuper aliquot Sectiones Pentateuchi admodum prolixas, ſed doctas, & eruditas, eaſque vocauit

עולת שבת *Olàth Sciabbàth Holocauſtum Sabbathi* Tit. ex Numer. 28. 10. quia ad vſum Sabbathorum aptatæ ſunt. Excuſæ Venetijs anno חשל״ז 5337. Chr. 1577. apud Io. de Gara, characteribus Bombergianis, in fol. Eſt & alius liber ſub nomine

עולת שבת *Olàth Sciabbàth*, & eſt Pars II. libri זמירות ישראל *Zemiròth Iſraël*, de quo infrà in *R. Iſraël* נאגארה *Nàgara*. Et alius eſt ſub nomine אבן שועיב *E'uen Scioìu Lapis denſus*; videturque eſſe Commentarius in Legem. Frequenter citatur à Zacharia Porto in ſuo Indice *Maamarìm* pag. 1. colum. 2. lin. 3. pag. 31. colum. 1. linea antepenult. & alibi paſſim. Scripſit præterea R. Ioël

נורא תהלות *Norà Tehillòth Formidabilis laudibus*, Tit. ex Exod. 15. 11. dicitur, quòd ſit expoſitio in Pſal. Excuſ. Theſſalon. anno 329. Chriſti 1569. Plantauitius in ſua Biblioth. exhibet librum Concionatorium cum ſimili titulo, eumque tribuit Rabbi Moſi Almoſinino. Scripſit quoque idem R. Ioël

פירוש על איכה *Perùſc al echà Expoſitionem in Threnos Ieremiæ*. Claruit hic Auctor in Aragonia anno mundi 5224. Chriſti 1464.

תרפ״ח יואן אבן משואה חבר ספר על הרפואה ושלחן ערבי נעתק אל לשון עברי ;

688. IOANNES ABEN MESVE' Medicus Arabs. Scripſit multa ad Medicinam ſpectantia, & ex his nonnulla ex Arabica fuerunt in linguã Hebraicam

rum ; & in fine libri reperitur Formula tradendi repudium, & ſoluendi calceum leuiro .

תרנ״ג רבי יודא בר שלמה הספרדי אל חריזי העתיק ספר מוסרי הפילוסופים מלשון ערבי אל לשון הקדש :

693. R. IODA' BAR SALOMONIS Hiſpanus Poëta, ex lingua Arabica in linguam Hebræam tranſtulit librum מוסרי הפילוסופים *Muſarè Happilaſophìm Eruditionum Philoſophorum* , quo continentur quamplurima documenta ad mores benè efformandos ex quorundam Philoſophorum placitis excerpta , Diuiditur in tres Portas , ſeù Tractatus , quorum ſinguli habent nonnulla capita. Tertius autem Tractatus habet 12. capita , quibus de morte Alexandri Macedonis luculenter agitur, & de funere corpori ipſius à Philoſophis præſtito, & maximo cum honore ſepulturæ tradito. Non indicatur, à quonã Auctore fuerint compilata, nec locus vbi impreſſa, nec annus impreſſionis. Plantauitius aſſerit hunc libellum Riuæ fuiſſe excuſum , ſeque eum in Bibliotheca Altempſiana Romæ vidiſſe . In Collegio Neophytorum pariter Romæ reperitur, ſed abſque vlla ex his notis .

תרנ״ד רבי יוחנן אלמאן מקושטנטינה עשה פירוש על התורה וקראו עיני העדה ; ופירוש על שיר השירים וקראו חשק שלמה :

694. R. IOCHANA'N ALEMA'N Conſtantinopolitanus tempore Alexandri VI. Pontificis Maximi in Italia verſabatur . Sed à Ioanne Pico Mirandulano Principe Mirandulam euocatus , eundem in Rabbinicis Præceptorem habere voluit . Scripſit -

cã conuerſa à R. Theodoro יום טוב *Iom Tòu Buon dì* , vti Tractatus de febribus ; de aſtringentibus , roborantibus , & ſoluentibus medicamentis an. 5158. Chr. 1398. qui in Bibl. Vat. mſc. reperiuntur in Pergam. in 4. ſub n. 366. pag. 71.

Item , Dialogus inter Dinam , & Iacobum patrem . De infirmitatibus mulierum . Ibidem pag. 84.

תרפ״ט יואן מיקאח עיין ר׳ יוסף נשיא :

689. IOANNES MIKA'. Vide *R. Ioſeph Naſsi* .

תר״צ ר׳ יודא בלי כינוי חבר אגרות על ענין יבום ;

690. R. IODA', ſeù Iuda ſine cognomine , ſcripſit אגרות *Igheròth Epiſtolas* ſuper Tractatum יבום *Iabùm De Lege fratria* , & *leuiratu* ad diuerſos . Extant mmſſcc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 8.

תרצ״א יודא וואליריו בעל ספר חזון למועד ; עיין ר׳ שמואל בן ר׳ יהודה וואליריו :

691. R. IVDA', ſeù Iuda VALERIO. Auctor libri חזון למועד *Chazòn lamoëd* . Vide *R. Samuel Ben R. Iuda Valerij* .

תרצ״ב ר׳ יודא מינץ חבר ס׳ שאלות ותשובות נדפס בויניציאה במצות אלוויז בראגדין שנת שי״ג לפ״ק ונראה בספר יש סימני התשובות ובסוף יש סדר הגט עם סימניו וסדר חליצה :

692. R. IODA', ſeù Iuda מינץ MINTZ , compoſuit librum , quem vocant ש״ות *Sceelòth Vtſciuuòth Quæſita & Reſponſa* legalia , impreſſum Venetijs iuſſu Aloyſij Bragadini an. שי״ג 313. min. ſupput. Chriſti 1553. In principio libri extat Index omnium Quæſito-

696. R. IOCHANA'N HATOBE'L IONA *Ioannes Baptiſta Iona*. Vide *R. Iudas Iona*.

פרנ״ו **יוחנן טריויש** עשה פירוש מחזור איטליאני ויש לו קבלה שהיה מגזע רש״י :

697. R. IOCHANA'N TREVI'S, ſiuè Taruiſinus; fecit -

פירוש מחזור *Perùſc Commentarium in Machazòr* Italorum, exiſtimant eum fuiſſe de ſtirpe R. Salomonis Iarchì. Viuebat circa annum 5329. Chriſti 1569. De eo in *Scialſ. hakkab.* 56. b: & 65. b.

תרנ״ס **ר׳ יוחנן הכהן** עשה פירוש על הרי״ף מסכת עירובין ונדפס סביב לוחה שמכתב :

698. R. IOCHANA'N HACCOHE'N. Scripſit Expoſitionem ſuper aliquot Codices, quos explicat Ràu Alphès, vti ſuper *Iruuìn*, vt videre eſt in Ràu Alphès cum Peruſcìm. In fol. editionis Venetæ Bombergianæ anno 5281. Chriſti 1521. in fol.

תרנ״ט **יוחנן סאנטאמאן הרופא** חבר ספר על הרפואה והעתיקו אל לשון עברי ר׳ יצחק בן אברהם כבריט צרפתי :

699. IOCHANA'N SANTAMA'N, id eſt *de S. Amando* Medicus Gallus. Scripſit nonnulla Opuſcula medicinalia, quæ à Vander Linden de ſcriptis Medicis recenſentur, & ex Latino in Hebræum fuerunt verſa à *R. Iſaaco Ben Abraham Cabrìt Gallo*. Scripta manu tantùm reperiuntur.

ק״ט **יוחנן פאולוש איושטאקיאו** עיין ר׳ מנחם בן יעקב מגולה :

700. IOCHANA'N *Ioannes Paulus Euſtachius*. Vide *R. Menachem*

עיני העדה *Enè haedà Oculi Congregationis*, Tit. ex Num. 15. 24. Eſt explanatio in Legem. Scripſit & -

חשק שלמה *Chèſcek Scelomòh Deſiderium Salomonis*, Tit. ex 1. Reg. 9. 19. Eſt expoſitio Cant. Canticorum. Excuſa Venetijs anno 383. min. ſupput. Chri. 1623. apud Petrum, & Laurentium Bragadinos in domo Ioannis Coleonis. Eſt & eiuſdem tituli Commentarius egregius in Prophetam Iſaiam, impreſſus Saloneki in fol. inquit Buxtorfius. At Hottingerus Claſſ. I. ſuæ Biblioth. Or. aſſerit eum eſſe Comment. in Ezechielem.

Claruit hic Auctor an. Dom. 1490. eius meminit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 63. b.

ברנ״ס **יוחנן הטובל די איסט** יהודי ונחזר כך המשיחי חבר שני ספרי׳ כנגד היהודי׳ בלשונו בלי׳ סכנה פורטוגאל שנת שע״ו ושנת שפ״א :

695. IOCHANA'N HATOBE'L Ioannes Baptiſta DA ESTE Italus, in Luſitania ex Iudaiſmo ad fidem Chriſti conuertitur apud Brigantinum Ducem; piè admodum ſcripſit duos libellos pro Chriſtiana Religione contra Iudæos lingua Luſitanica; quorũ priori titulus eſt -

Conſolaçàm Chriſtàn e luz pera o pouo Hebreo, ſobre os Pſalmos do Real Profeta Dauid declarados no literal. Olyſſipone apud Petrum Craesbeek 1616. Et poſteriori -

Dialogo entre Diſcipulo e Meſtre catechizante traducido muy fielmente da eſcritura e Rabinos. Ibid. apud Gerardum da Vinha 1621. in 4. Ex Nicolai Antonio Biblioth. Tom. II. pag. 353.

פרנ״ו **יוחנן הטובל יונה** : עיין ר׳ יהודה יונה :

Commentarius eſt in librum היד *Haijàd* Moſis Bar Maijmonis contra הרא׳בד *Harrauàd*, & pro Moſe Maijmonis acerrimè pugnat. Excuſus eſt in ſyntagmate cum Comment. eiuſdem Moſis in margine exteriori, cum in interna reperiatur Comment. מגיד משנה *Maghìd Miſcnè*, alterius *Iom Tòu*. Vnde malè à Buxtorfio in Biblioth. Rabbinica vterque Commentarius attribuitur huic Rabbino Iom Tòu Bar Abrahami, quod idem facit Plantauitius à Buxtorfio deceptus. Quòd autem fuerint duo Iom Tou, & hic noſter Bar Abrahami poſterior ſit, patet ex *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 58: vbi refertur: hunc R. Iom Tòu petijſſe à Vidua relicta poſt mortem prioris Iom Tòu, vt vellet ſibi eſſe in vxorem. Cui ipſa reſpondiſſe fertur:

יום טוב אחרון לגבי ראשון כחול שויוהו רבנן ;

Iom Tòu (hoc eſt dies feſtus) *vltimus reſpectu primi tamquam profanus reputatur à Doctoribus*. Ita lepidè transferendo nomen Viri ad nomen diei feſti petitionem reiecit. Sunt igitur duo Auctores ſub nomine *Iom Tòu*. Primus fuit Auctor מגיד משנה *Maghìd Miſcnè*, & ſecundus מגדל עוז *Migdàl oz*, vterque ſuper משנה תורה *Miſcnè Thorà* ſcripſit. Vnde Commentarius מגיד משנה veluti prior nobiliorem partem occupat, nempè marginem internam libri Bar Maijmonis, puta dexteram, & מגדל עוז ſiniſtram, veluti poſterior. Scripſit etiam hic noſter Iom Tòu.

2. כתר שם טוב *Chèter ſcem Tòu Corona nominis boni*, eſt Commentarius ſuper ſingulas *Paraſciòth Sectiones* Legis Moſaicæ. Excuſ. Venetijs anno ונרננ׳ה׳ 361. min. ſup. Chriſti 1601. in folio, ſtudio, & cura R. Samuelis Ben Beniamin tem Ben Iaacòu de Nola.

תסא׳ יוחנן פורטי מאורטאה ניאופיטו כתב ספר על אותיות על דרך הקבלה ;

701. IOCHANA'N *Ioannes Fortius de Horta*, ſiuè *Hortenſius* Neophytus. Scripſit libellum Hebraicè de myſtica literarum ſignificatione. Quædam illius fragmenta citantur in Oedipo Kircherio Claſſ. II. fol. 114.

תסב׳ יום טוב חבר מגיד משנה על ספר היד להרמבם וי״א שהיה שמו מיסר וידאל דטולוסה בקטלוניאה חבירו של הר״ן וכן נראה בתשובות הרשב״א ; ואומר ספר יוחסין שמת בשנת קל״ה ;

702. IOM TO'V. Scripſit מגיד משנה *Magghìd Miſcnè Indicans duplum*, ex Zach. 9. 12. Eſt præclarus Commentarius in librum היד *Haijàd* Moſis Bar Maijmonis. Sunt qui dicunt, quòd nomen eius ſit *Miſſer Vidàl Vitalis de Toloſa* in Catalaunia (meliùs diceretur de Deſtoſa). Fuit ſocius Rabbènu נסים *Niſìm*, vt apparet ex reſponſionibus הרש׳בא *Harriſcbà*. In libro *Iuchaſſin* dicitur (referente Auctore *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 58 quòd mortuus ſit anno 135. min. ſup. Chr. 1325. Vide ſuprà Par. II pag. 804. n. 486.

תסג׳ ר׳ יום טוב בר אברהם אשבילי ספרדי הנקרא הריטב״א חבר ספר מגדל עוז סמיך הראשון ; ויקרא בתוך שם טוב כנראה בספר הלכות קס״ פב :

703. R. IOM TOV BAR ABRAHAMI ASCVILI' Siuilianus, id eſt Hiſpalenſis, abbreuiatè dictus הריט׳בא *Harritbà*. Scripſit

ספר מגדל עוז *Sèpher migdàl oz Librum Turris fortitudinis* Tit. ex Pſal. 61. v. 4.

Digitized by Google

תשד״ ר׳ יום טוב הכהן עשה הקדמה
על ס׳ עולת שבת לר׳ יואל ן׳ שועב :

704. R. IOM TO'V HACCOHE'N Sacerdos, edidit Præfationem in librum עולת שבת *Olàth Sciabbàth Holocauſti Sabbathi R. Ioelis Aben Scioèu*, de quo ſuprà num. 687. Excuſa cum eodem Venetijs anno mun. 5337. Chriſti 1577. in fol.

תשה״ רבי יום טוב ליפמן בן ר׳ נתן לוי בן ר׳ משה וולרשטיין חתן הישיש ר׳ אהרן אשכנזי מפראג חבר פירוש על המשניות וקראו תוספת יום טוב נדפס שנית בקראקא עם פירוש עובדיה מברטנורה שנת תג״ ;

705. R. IOM TO'V LIPHMA'N BEN NATHA'N LEVI', BEN R. MOSIS WALRESTAIN, *gener R. Aharonis Germani Pragenſis*, compoſuit Commentaria in *Miſcnaijòth*, eaque vocauit -

תוספת יום טוב *Tosèpheth Iom Tòu Additamentum* דׄי *Iom Tòu*. Excuſa fuerunt vnà cum textu Miſcnæ, & Commentarijs Ouadiæ Bertinoris primò Pragæ; ſecundò Cracouiæ an. 403. Chriſti 1643. in 4. Hic item R. Iom Tòu Lipmàn approbauit, & laudauit librum זרע ברך *Zeràa Bèrech R. Bèrech* Cracouienſis. Vide ibidem.

תשו״ יום טוב עטיאש עם אברהם
עוסקי העתיקו עשרים וארבע ספרי קדש מלשון עברי אל לשון
ספרדי ונדפס בפירארה שנת השי״ג ליצירה ;

706. IOM TO'V ATIA'S vnà cum Abrahamo Vſque ſiuè Oskì, Vetus Teſt. ex Hebraica in Hiſpanam linguam vel traduxerunt, vel traduci curarunt. Data Epiſtola dedicatoria ad *Gratiam* min דיישוס *de Ieſus*, qui & Carmina quędã in laudem Auctoris, & libri compoſuit, quæ in principio libri excuſa ſunt, & in fine adiecit Tabulam argumentorum omnium ſectionum, & verſiculorum Sacræ Scripturæ, & omnium מאמרים *Maamarim* hiſtoriarum Talmudicarum, & dictorum priſcorum Rabbinorum; quæ in hoc opere adducuntur. In limine libri præfixa eſt Præfatio R. Samuelis Ben Scialòm סגלמאסי *Sagalmasi* de habitantibus ליפאנטו *Lepanto*. Scripſit -

חדושי על כמה מאמרים מהתלמוד : *Chiduſcè al camà Maamarìm mehatalmùd* Nouellas quaſdã explanationes ſuper nonnulla Talmudiſtarum dicta, quæ excuſæ ſunt in עין ישראל *En Iſraël* nouiſſimę edit. Ven. apud Bragadinos in fol. an. 1625. quæ hoc ſymbolo הריט״בׄא *Harritbà* annotantur, hoc eſt *HaRàu Rabbì Iom Tòu Ben Abraham*. Eidem Auctori à nonnullis attribuitur liber -

חקות הדיינים *Chukòth haddaijanim Statuta Iudicum*. De modò adminiſtrandi Iuſtitiam à Iudicibus. Alij attribuunt R. Salomoni Ben תזראת *Tazràth*, Vide *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 61.

Sub nomine huius Auctoris reperitur ſcriptus -

ספר הזכרון *Sèpher Hazzicaròn Liber memoriæ*, ſiuè *memoriale* in honorem libri משנה תורה *Miſcnè Thorà* Moſis Ægyptij; vt videlicet Doctores Hebræi iugem, & perpetuam memoriam doctrinæ huius libri habere debeant. Reperitur mſc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4.

Nota. A Kirchero in Oedipo Claſſ. II. Gramm. cap. 2. pag. 84. citatur quidam Rabbinus ſub nomine *Iom Lob Abramides*, forſan erit *R. Iom Tòu Ben Abrahami*.

gnificatum explicans. In Hebraicam linguam illud vertit Rabbi Iudas Bar Saulis Aben Tybbòn Hiſpanus Granatinus de Arce Lunir, anno 4931. Chriſti 1171. Extat mſc. in Bibliotheca Vrbinat. apud Vaticanum in fol. membranaceo ſub num. 54. Vide in calce libri pag. 311. Et pag. 312. vbi dicitur, quòd tres fuerunt traductores huius Operis, videlicet R. Iſaac Bar Iudæ Barcinonenſis; R. Iſaac Halleuì; & R. Salomon Ben Parchòn; quod abſoluit in Vrbe Panormi, & ex omnibus nulla melior iſta verſione R. Iudæ Bar Saulis inuenta eſt. Huiuſmodi autem Codex Vrbinat. ſcriptus eſt menſe Aprili anno 4974. Chriſti 1214. Scripſit -

3. ס׳ ההשגה *Sèpher hahaſſagà Librũ aſſecutionis* de re Grammatica. Sæpè citatur ab Ephodæo, & laudatur. Scripſit & alium librum pariter Arabicè, cuius titulus -

4. הקירוב והישור *Hakkirùu Vehaiſciùr Manuductio, & directio*, de eadem re Grammatica, verſus fuit in Hebræam linguam à R. Iacobo Romano Conſtantinopolitano. Reliqui tres ex ſeptem libris, quos ſcripſerat, ſunt -

5. ס׳ ההערה *Sèpher hahaarà*.

6. ספר ההכלמה *Sèpher hahachilmà*. Et -

7. ס׳ ההשואה *Sèpher hahaſciàh*.

De hoc Auctore vide *Scialſcèl. hakkabbalà* pag. 39. b.

תש״ח ר׳ יונה מעיר יירונדי וחבר
פי׳ על הרי״ף בכמה מסכתות :

708. R. IONA' GERVNDENSIS BEN R. SAMVELIS. Fuit inſignis

tiam Nasì mulierem. Excuſum fuit Ferrariæ expenſis Hieronymi de Vargas Hiſpani anno 5313. Chriſti 1553. in fol. Ibidem dicitur, quòd fuerit traductum à quibuſdam eruditis Viris, induſtria, & diligentia *Duarte Pinel Portugheſe*.

תש״ז ר׳ יונה ן׳ גנאח או גאנח
בן ר׳ מרינוס ן׳ גנאח היה רבו של רבינו
יעקב בר יקר שהיה אחר כך רבו דרש״י : וזה יונה היה מדקדק
ורופא הספרדי מקורדובא שמזכיר ן׳ עזרא בפרשת ויחי ובמקומות
אחרים והיה בשנת ד׳ תתפ״א וחבר בלשון ערבי ס׳ הרקמה וס׳
השרשים על הדקדוק וס׳ ההשגה : וס׳ הקירוב והישור : וס׳
ההערה : וס׳ ההכלמה : וס׳ ההשואה כלהם על הדקדוק:

707. R. IONA' ABEN GANA'CH BEN R. MARINI ABEN GANA'CH Medicus Hiſpanus Cordubenſis Magiſter Rab. Iacobi Bar יקר *Iekàr*, qui poſtea fuit Magiſter *Raſcì* R. Salomonis Iarchì. Viuebat circa annum 4881. Chr. 1121. Et putant nonnulli, eum eſſe, cuius aliquoties meminit Abraham Aben Ezræ in Commentarijs *Paraſcià* ויחי, & in ſuis Grammaticalibus, præſertim in מאזני הלשון, vbi dicit, quòd iſte Auctor ſeptem libros compoſuerit omnes planè deſiderabiles, & ſeptimus fuerit liber שרשים *Radicum*: nam Arabicè ſcripſit inſigne Opus Grammaticale, quod in duas Partes diuiſit. Primam vocauit -

הרקמה *Harakmà Racamum*, id eſt Opus phrygionicum, in qua de tribus orationis partibus agitur; videlicet de שם : מלה : פועל *Nomine, Dictione, & Verbo*. Secundam appellauit -

שרשים *Sciaraſcìm Radices*. Et eſt Dictionarium abſolutiſſimum omnium dictionum Sacræ Scripturæ naturam, & ſi-

uerſum, fortaſſis ex libro היראה *Hairàh* huius Auctoris tranſlatum; & alium ſub nomine -

שערי תשובה *Sciaarè Teſciuuà Porta pœnitentiæ* pariter huius Auctoris, quem Buxtorfius attribuit R. Ionę Gerundenſi. Excuſ. Venetijs an. ש״ד 304. Chr. 1544. Plantauitius R. Ionæ de Praga, & ait excuſ. Cracouiæ, anno non notato. Scripſit & hic noſter Iona Gerundenſis ſuper -

איסור והתר *Isùr Veèther Vetitum. & licitum*, liber eſt Legalis excuſ. Venet. apud Danielem Iunctam anno שנ״ז 357. Chriſti 1597. in 4.

In Bibliotheca Vaticana extant nouæ quædam explanationes in Cod. אבות *Aùoth Capitulorum Patrum* inſc. Papyr. in 4. quæ attribuuntur cuidam R. Ionæ, neſcitur, an ſint Ionę Gerundenſis.

תפס״ ר׳ יונה בר׳ יוסף חבר ספר קול יונים וסם דרסות על גלות יסורים :

709. R. IONA' BAR IOSE'PH ſcripſit -

ספר קול יונים *Sèpher kol Ionim Liber Vocis Columbarum*, Tit. ex Nahum 2. 8. Eſt liber Concionum ſuper captiuitate Iudæorum. Excuſ. Theſſalonicæ in 4. Ex Plantauitio.

תפ״י רבי יונה ן׳ עזרא חבר ספר הדקדוק ופירוש על התורה ונביאים ראשונים ואחרונים :

710. R. IONA' ABEN EZRÆ. Si Henrico Mauroy credendum ſit pag. 232. ſuæ Apologiæ pro Iudæis Chriſtianis, ſcripſit Grammaticam, opus, quod vtile eſt (vt ipſe ait) ad remouendum ſtudioſorum hominum laborem, vt quàm citiſſimè, quod cupiunt, perquiruntque, inueniant.

gnis diſcipulus הרמב״ן *Harrambàn*, id eſt R. Moſis Bar Nachmàn, & Magiſter הרשב״א *Harriſcbà*, hoc eſt R. Salomonis Bar Abrahami Ben Adèreth Barcinonenſis, *Scialſcèl. hakkab.* pagina 56. & 58. Fuit corpulentus, & pinguis. Compoſuit פירוש *Peruſc* ſuper הרי״ף *Harriph*, id eſt ſuper *Ràu Alphès*, ſed tantùm in aliquos מסכתות *Maſſachtòth Tractatus*, ſeù *Codicibus* Talmudis Babylonici, quæ inter Opera Ràu Alphès excuſa reperiuntur. Obijt anno 5064. Chriſti 1304. vel ſecundùm Algazæum anno 5024. Chriſti 1264. quod verius apparet: alioquin vitam protraxiſſet ſupra centum annos, quod non eſt ita credibile.

Eodem tempore, quo hic noſter R. Iona Gerundæ viuebat, alius R. Iona in Catalaunia reperiebatur, vt apparet ex eius epiſtola ad Ionã Gerundenſem miſſa, qua conſilium petit, quid ſibi faciendum, quòd Rex Aragoniæ à ſe petat, vt iudicium eruditionis iudicet, hoc eſt ſcribat librum, quo inſtruatur homo ad pietatem, & religionem. Eſt forſan liber, qui circumfertur cum hoc titulo.

ס׳ היראה *Sèpher Hairàh Liber Timoris* ſub nomine R. Ionæ Gerundenſis eſt huius R. Ionæ, in quo de Dei timore agitur. Fuit primò excuſus Venetijs anno 304. min. ſupput. Chriſti 1544. in 4. Poſtea Hebraico-Germanico ſermone conuerſus, impreſſus fuit Tiguri anno 306. Chriſti 1546. Menaſſe Ben Iſraël in Catalogo Hiſpanorum, qui Hiſpanicè res Iudaicas ſcripſerunt, præfixo Operi ſuo *De reſurrectione mortuorum* exhibet Tractatum *de Dei timore*, *Tratado del Timor Diuino* ex Hebraico à Dauid Cohèn in Hiſpanam linguam con-

Targum (hoc eſt Paraphraſim Chaldæam) *Prophetarum*, *Ionathan Ben Vzielis dixit illud ex ore Haggài, Zachariæ, & Malachiæ*. Non multũ inſudant Iudæi, in nonnullis enormioribus abſurditatibus quorundã eſſatorum priſcorum Rabbinorum congrua aliqua commentatione remouendis. Nonne ſecundã Domum per 420 annos perſtitiſſe in eorum libris paſſim inuenimus? Vnde & per idem tempus, totidemque fermè annos Ionathan quoque vixiſſe, ſi Haggæum, aliosque Prophetas relatos, & Onkeloſum viderit, neceſſe eſt aſſerere: quod planè eſt incredibile. Explicari igitur debet locus Talmudis, & ita intelligi: Quòd Ionathan Ben Vizelis ex ore Haggæi, Zachariæ, & Malachiæ, id eſt, ex orali legitima traditione ab Haggæo, &c. ad eius vſque tempora ſerie continuatam deducta, & non immediatè ab Haggęo, aliiſque Prophetis recepta, atque adeò ab ipſiſſimo Prophetarum ore hauſtam, Targum, ſiue Paraphraſim Chaldaicam compoſuerit. Scripſit itaque Ionathan *Targùm in anteriores Prophetas*, id eſt *Ioſuè, Lib. Iudic. I. & II. Samuelis, & I. & II. Regum*. *In poſteriores Prophetas*, hoc eſt in *Iſaiam*, *Ieremiam*, *Ezechielem*, & in תרי עשר *Therè aſàr*, id eſt *duodecim Prophetas minores*.

Et quamuis de eo dicatur, quòd tantùm in priores, & poſteriores Prophetas ſuum Targum ſcripſerit; nihilominus non deſunt aliqui, qui aſſerant eum etiam ſuper Pentateuchum Targum compoſuiſſe, cuius initium per hæc verba notant בן אולא ברא י״י וגומ׳ *A principio creauit Dominus &c.* Ita R. Azarias in אמרי בינה *Imrè binà* cap. 25. pagina 95. De quo R. Ghedalià Aben Iàchija in *Scial-*

Item ſcripſit Opus celebratiſſimum, & receptiſſimum in Legem, & Prophetas omnes. Ex eodem ibidem.

ר׳ יונה צרפתי עשה ספר על הנפש ונמצא בוואטיקאנו בתיבת יד :

711. R. IONA TZARPHATI Gallus. Scripſit

ס׳ על הנפש *Sèpher al Hannèpheſc Librum de Anima*. Reperitur mſc. in Biblioth. Vatic. ſub num. 85. pag. 186. Papyr. in 8.

יונת אלם ספר על הקבלה כתבא כ״י

712. IONATH ILLEM, *Columba muta*, Tit. ex Pſal. 56. 1. Liber eſt Cabaliſticus mſc. Ex Buxtorſio.

יונתן בן עוזיאל חבר תרגום על הנביאים ראשונים והחרונים :

713. IONATHAN BEN VZIELIS, ſecundùm communem ſententiam Iudæorum ex Talmude excerpiſcatam, tempore Haggæi, Zachariæ, & Malachiæ Prophetarum, qui ædificationi ſecundæ Domus interfuerunt, ab iiſdem oralem Legem, & traditiones Iudaicas adoleſcentem accepiſſe ferunt. In virilitate ſocium R. Iochannanis Ben Zaccài, & diſcipulum Hillelis fuiſſe autumant. In fine vitæ Onkeloſum Proſelytum, & Pentateuchi Chaldaicum Paraphraſtem vidiſſe aſſerunt; de quo in Onkeloſo egi. Prophetas anteriores, & poſteriores ex ore dictorũ Prophetarum in linguam Chaldaicam Paraphraſticè tranſtuliſſe, ex Cod. מגלה *Meghilà* cap. 1. his verbis docent pag. 3. non longè à principio

תרגום נביאים יונתן בן עוזיאל אמרו מפי חגי זכריה ומלאכי :

nia. Cùm autem Auctor *Imrè binà* antiquior ſit Auctore *Scialſcèlet hakkabalà*, dicendum eſt; hunc ab illo ſuam de Targum Pentateucho Ionathanis ſententiam accepiſſe.

Dum Ionathan Ben Vzielis huic paraphraſticæ ſuper Prophetas compoſitioni intentus fuiſſet, iactant Iudæi eidem multa miracula contigiſſe, quorum aliquot referuntur Cod. *Meghillà* cap. 1. pag. 3. primo loco ſuprà cit. his verbis -

ונזדעזעה ארץ ישראל ארבע מאות פרסה על ארבע מאות פרסה יצתה בת קול ואמרה מי הוא זה שגילה סתריי לבני אדם עמד יונתן בן עוזיאל על רגליו ואמר אני הוא שגיליתי סתריך לבני אדם גלוי וידוע לפניך שלא לכבודי עשיתי ולא לכבוד אבא אלא לכבודך עשיתי שלא ירבו מחלוקת בישראל ׃

Contremuit terra Iſraëlis quadringentis paraſanghis ſuper quadringentis paraſanghis (hoc eſt in ſe multiplicatis ſunt 160000.) *exiuit filia vocis* (oraculum) *& dixit. Quis eſt ille, qui reuelat ſecreta mea filijs hominum? Stetit Ionathan Ben Vzielis ſuper pedes ſuos, & dixit: Ego ſum, qui reuelaui arcana tua filijs hominum. Conſpicuum, & notum eſt coram te, quòd non propter gloriam meam, aut propter gloriam patris mei, ſed propter honorem tuum feci hoc, ne multiplicentur diſſenſiones in Iſraël.* Voluit etiam efficere Targum in Hagiographa, ſed prohibitus eſt ab eodem oraculo, vt ibidem ſtatim ſequitur -

ועוד ביקש לגלות תרגום של כתובים יצתה בת קול ואמרה לו דייך מאי טעמא משום דאית ביה קץ משיח ׃

Amplius: Voluit reuelare (ſecreta) *Paraphraſi Hagiographorum. Exiuit oraculum, dixitque ei: Satis ſit tibi. Qua ratione? Quia in eis eſt finis* (aduentus) *Meſſiæ.*

Scialſc. hakkabb. pag. 28. hæc habet -

יונתן בן עוזיאל אפילו שהתפרסם תרגומו על נביאים לבדו כנראה בראש מסכת מגילה שכתבו מפי חגי זכריה ומלאכי ׃ עם כל זה נמצא שתרגם גם כן כל התורה ׃ והחכם ריקנאטי לפירושו לתורה מזכיר על שמו הרבה פסוקים מפוזרים בתורה בתרגומו ׃ ובדורנו זה נמצא א׳ מהם שלם וכתוב בסופו שהוא תרגום יונתן בן עוזיאל על התורה והוא בעיר רייו ביד בני פואה ׃ ואחר כמוהו במנטווה ביד בני קסים ׃ אמת שכתוב בסופו שהוא תרגום ירושלמי ׃ ונמצאו לשונותיהם כמעט מכוונים ׃ ויכול להיות שהכתוב בו ירושלמי ר״ל שכתבו יונתן בירושלם ׃

Ionathan Ben Vzielis, licèt diuulgàſſet Paraphraſim ſuam ſolummodo ſuper Prophetas, ſicut apparet in principio Codicis Meghillà (*quam ſcripſerat ex ore Haggai, Zachariæ, & Malachiæ*) *nihilominus inuenitur, quòd paraphraſticè traduxerit etiam totum Pentateuchum. Et Sapiens Recanati in Commentario ſuo ſuper Legem ex huiuſmodi Paraphraſi quamplurima loca ſparſim affert. Et hac noſtra ætate iſtorum exemplariorum vnum completum inuenitur, in cuius calce ſcriptum eſt: Quòd ſit Targum Ionathanis Ben Vzielis ſuper Legem; extat Regij Lepidi in manu hæredum de Phòa. Conſimile viſitur Mantuæ apud hæredes de Kasìs. Verum tamen eſt, quòd in fine* (libri) *ſcriptum legitur: Quòd ſit Targum Ieroſolymitanum. Vtriuſque verò phraſis ſimilis eſt; & poteſt eſſe quod ſcriptū ſit: Targum Ieroſolymitanum, eò quòd ſcriptum fuerit à Ionathano Ieroſolymis.* Hactenùs Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà*; Et Auctor *Imrè binà* cap. 9. pag. 50. b. idem ferè dicit, & refert nonnullos verſiculos ex Geneſi deſumptos, quos retulit Rekanati, & teſtatur ſe vidiſſe ſuprà narrata duo exemplaria omninò inter ſe ſimilli-

Vlteriùs alia miracula diuendunt Talmudiſtæ fuiſſe patrata, cùm Ionathan Ben Vzielis occupabatur in tranſlatione Sac. Script. in linguam Chaldaicam paraphraſticè. Dicunt enim, quòd ſi aliqua muſca, vel aliud volatile circa eum tunc volitaſſet, illicò comburebatur ne ei impedimento eſſet. Verba Talmudis Codice *Succà* c. 2. pag. 28. circa med. & Cod. *Bauà Bathrà* cap. 8. pag. 134. circa finem ſunt.

אמרו עליו על יונתן בן עוזיאל בשעה שיושב ועוסק בתורת כל עוף שפורח עליו נשרף :

Dixerunt de Ionathane Ben Vzielis: In hora, qua ſedebat, & occupabatur in Lege: omne volatile, quod volabat ſuper eum, comburebatur. Et hoc propter præſentiam Angelorum ſibi in hoc negotio aſſiſtentium: vt ait Gloſſa. Et licèt iſta ſint nugacia Iudæorum figmenta, nobis tamen proderunt; quia cum illum Virum doctiſſimum, & ſanctiſſimum exiſtiment, illiuſq; Paraphraſim tamquam aliam Legem Moſaicam recipiant, in qua quamplurima Chriſtianæ fidei myſteria enucleatiùs, quàm in ipſo Textu Sacro fiat, explicentur, poterimus tutò contra Iudaicam perfidiam ex hac Paraphraſi valida argumenta eruere, illamque perfringere, & conculcare. Et vt animaduertat Lector, quanti eam faciant Iudæi, legenda ſunt loca ſuprà citata Codd. *Succà*, & *Bauà Bathrà*, vbi, quæ ſequuntur, inueniet.

תנו רבנן שמונים תלמידים היו לו להלל הזקן שלשים מהם וכו' גדול שבכולן יונתן בן עוזיאל וכו' :

Tradiderunt Magiſtri: Octoginta diſcipulos habuit Hillel ſenior; triginta ex eis &c. Maior, qui in omnibus illis, erat Ionathan Ben Vzielis. קטן שבכלם רבן יוחנן בן זכאי וכו' *Minor verò, qui inter eos erat Rabbàn Iochanàn Ben Zaccài, &c.* De quo ibidem dicitur: quòd non dimiſit ſcire Scripturam; Miſcnà, Halachòth, & Haggadòth, Grammaticalia Legis, & Grammaticalia Scribarum minima, & maxima, &c. Item Parabolas vulpium, Narrationes Angelorum miniſterij. Dæmonum, דקלים *Palmarum* (R. Salomon, *Narrationes Palmarum quid ſint, ego neſcio,*) &c. Et paulò poſt de eodem Iochanàn Ben Zaccài ſubiungit.

וכי מאחר דקטן שבכולם כן גדול שבכולם על אחת כמה וכמה :

Si igitur minor qui erat inter eos (ita præſtans erat) *quantò magis qui maior inter eos erat* (vti erat Ionathan Ben Vzielis) *erit maximus?* Auctor *Scialſcèl. hakkab.* pag. 87. ex *Bereſcith Rabbà Paraſcià* 15. refert, quòd aliquando Iochanàn Ben Zaccài typho prorsùs inſano de ſeipſo haſce laudes protulerit: *Si omnes cæli eſſent membranacei, & omnium hominum capilli xylina, vniuerſaque nemora eſſent calami, non valuiſſent ſcribere omne id, quod à Magiſtris meis didici, neque ſubduxi me ab eis. quantum in mare canis lambit.* Alia hyperbolica de hoc Rabbino habes ſuprà pag. 438. b. Si igitur R. Iochanàn Ben Zaccài qui diſcipulus Hillelis ſenioris minimus erat in doctrina, tam doctus atq; ſapiens habebatur quid dicendum de Ionathane Ben Vzielis, qui inter doctos diſcipulos Hillelis doctiſſimus erat? At nugæ ſunt iſtæ, & pro nihilo habendæ, allatæ tamen ſunt, vt cognoſcamus in quanta exiſtimatione Ionathan Ben Vzielis ſit apud Hebræos, cuius Paraphraſis licèt pro authenticis ſcripturis non habeatur, magnæ tamen apud Iudæos eſt auctoritatis, & ex ea argumenta pro confirmatione

Chri-

nis exceſſu acciderunt. Vti משנה *Miſcna* nomen, illiuſque partium compoſitio, quæ diù poſt mortem Ionathanis facta eſt, & tamen illius meminit ad cap. 26. 9. Exodi, ſicut & Num. 24. 19. Conſtantinop. Vrbis à Conſtantino renouatio longè poſt Ionathani tempora facta, & nihilominus ibi dicitur: Quòd ſurget Imperator de Domo Iacob, perdet, atque exterminabit reliquias, quæ ſuperſunt de Conſtantinopoli Vrbe renouata, &c. quæ Prophetiæ attribui non poſſunt, cùm poſt Aggæum, Zachariam, & Malachiam nullus alius Prophetarum extiterit, vt docent Rabbini. Hinc apparet, hanc Paraphraſim Ionathano tributam, non eſſe illius, ſed alterius ignoti Viri, qui poſt compoſitum Talmud Babylonicum extiterit, ſed quo anno id factum ſit planè ignoratur. Superioribus ſeculis latitabat hæc Paraphraſis, quia de ea apud antiquos Auctores altum ſilentium, eam tamen paſſim citat R. Menachem Recanati in ſuis Comment. in Pentateuchum, vt refert R. Azarias in *Imrè binà* cap. 9. pag. 50. b. Et Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 28. vt ſuprà retuli. Eam vidit & Galatinus, vt dicit libro 1. capite 3. Tandem typis in lucem edita eſt Venetijs anno שׁמ״א 341. min. ſupp. Chriſti 1581. apud Ioannem de Gara vnà cum Paraphraſi Onkelos, &c. in 8. Item, Hanouiæ anno 374. Chriſti 1614. Inuenitur etiam impreſſa in Pentateucho Bibliorum Polyglottorum Londini anno 1657. in magno folio. Poſtremò Amſtelodami cum reliquis duabus Paraphraſibus (præter textum Sacræ Scripturæ) Onkeloſi, & Ieroſolymitanæ, in quatuor columnis ſub vno ictu oculi re-

Chriſtianorum dogmatum deduci poterunt, cuius auctoritas irrefragabilis eſt apud Iudæos.

Huiuſmodi autem Ionathanis Targum, ſeù Paraphraſis excuſa reperitur in magnorum Bibliorum II. & III. Volumine impreſſionis Venetæ, & Baſileenſis in fol. magno. In II. ſuper Ioſue, Iudic. Samuelem I. & II. & in Reg. I. & II. charactere quadrato, ſed minori, quàm ſit Sacri Textus Hebraici, punctiſque vocalibus veſtito, ſed abſque accentibus, & in exteriori columna diſpoſita. In tertio autem Volumine eorundem magnorum Bibliorum, eadem Paraphraſis reperitur ſuper *Iſaiam*, *Ieremiam*, *Ezechielem*. & *Duodecim Prophetas minores*, id eſt in *Hoſeam*, *Ioëlem*, *Amos*, *Abdiam*, *Ionam*, *Michæam*. *Nahùm*. *Habacùc*, *Sophoniam*, *Aggæum*, *Zachariam*; & *Malachiam*, eodem ordine, quo ſuprà.

Porrò de eadem Ionathanis Paraphraſi in Pentateuchum, quæ hodie circumfertur, quæri poteſt: An reuera ſit eiuſdem Ionathanis legitimus, & germanus fœtus, an non? Reſp. Viros pleroſque doctos, & eruditos de hoc ambigere, nec leuibus coniecturis, & argumentis ad hæc induci: nam ſtylus Paraphraſis Prophetarum, quæ communi omnium voto Ionathani tribuitur, eſt valdè diuerſus ab eo, qui in Paraphraſi Pentateuchi obſeruatur. Ille ſiquidem eſt arctus, & conciſus, hic verò diffuſus, & prolixus, ac fabuloſis, & ſuperſtitioſis commentationibus refertus, ac proinde indignus, vt tanto, ac tali ſapientiſſimo Viro attribuatur.

Adde, quòd quædam in ea referuntur: quæ longo poſt tempore à Ionatha-

apud nos valet, quia Talmudica; apud Iudæos quia talis, irrefragabilis eſt.

Cæterùm quidam putant (ineptè tamen) Ionathanem eſſe Theodotionem Græcum Sacrorum Voluminum Interpretem, quia idem ferè eſt Grȩcis Theodotion, quod Ionathan Hebræis, vtrumque enim nomen *Adeodatus*, ſeù *Deus dedit* interpretatur. Sed falluntur: nam Ionathan non Græcè, ſed Chaldaicè; non totam, ſed aliquam tantùm partem Sacrȩ Scripturæ paraphraſticè vertit, vt dictum eſt.

De ſpatio vitæ Ionathanis Ben Vzielis, quod tradunt Talmudiſtæ, portentoſum commentum videntur nobis obtrudere, dum aiunt: In pueritia, ſeù adoleſcentia diſcipulum fuiſſe Haggæi, Zachariæ, & Malachiæ Prophetarum, qui initio ſecundi Templi viuebant; & in ſenecta Onkeloſum vidiſſe, qui circa annum Domini 107. obijt, annis circiter 40. poſt exuſtum Templum: nam cùm Templum ſecundò ædificatum fuerit anno mundi 3408. dirutum an. 3828. conſtat inde, quòd Ionathan ad ætatem fermè 460. annorum peruenerit, quod incredibile eſt. Genebrardus in Chron. pag 209. ait Ionathanem Ben Vzielis obijſſe an. 28. ante Chriſti natiuitatem, ſed non probat aliqua auctoritate, aut ratione. R. Dauid Ganz in ſua Chronolog. illum refert an annum 3724. annis 36. ante Chriſti natiuitatem. Sed omnia, quæ de hoc Ionathane Paraphraſte dicuntur, incerta ſunt, & dubia. Quicquid ſit de tempore eius mortis: certum eſt apud Iudæos ex traditione receptum, illius corpus humatum eſſe in loco עמוקא *Amukà* nuncupato in terra Iſraëlis, vbi etiam hodie celebris eius me-

repræſententur diſpoſitæ. Quibus infernè addita eſt expoſitio R. Salomonis; & in externa margine libri ſubnectuntur paruæ notulæ ex diuerſis Auctoribus compilatæ ex *Meſſarà*, *Baal Turrim*, & alijs antiquioribus Talmudiſtis, anno 430, min. ſupput. Chriſti 1670. apud אורי וייבש Orì Viuès Ben Aharonis Leuì, in 4.

Si enim Viri docti meritò dubitant de Paraphraſi in Pentateuchum Ionathano attributa, quia nulla de ea fiat mentio ab antiquis Auctoribus, quantò magis de veritate Paraphraſis in Hagiographa dubitarent, ſi in eá aliquando Ionathanem manũ admouiſſe, & Targum, ſeu Paraphraſim Chaldæam compoſuiſſe diceretur? Sanè ſuperiori ſeculo prodijt in lucem תרגום יונתן על שיר השירים *Targũ Ionathanis in Cantica Canticorum* ex exemplari Syro-Targumico, quod extabat apud Ioannem Baptiſtam Raymundum, recognito ab Archiepiſcopo Montis Libani, aſſerente, traditum fuiſſe Gregorio XIII. Summo Pontifici. Cuius tranſumptum reperitur in Biblioth. RR. Clericorũ Regularium Minorum Romȩ in Ædibus S. Laurentij in Lucina tranſſcriptum in margine Bibl. Reg. Ex quo vnum exemplar pro Bibliotheca Vaticana Hebraicè tranſcripſi, Latinè reddidi, & Scholijs illuſtraui anno Domini 1657. Extat in prædicta Biblioth. Vatic. ſub num. 433. Papyr. in 4.

Huiuſmodi Paraphraſim eſſe Ionathanis Ben Vzielis conſtanter negabunt Iudȩi, aiunt enim, quòd cùm voluiſſet Ionathan manum admouere, & paraphraſticè interpretari Hagiographa, prohibitum de cȩlo fuerit, vt ſuprà retuli ex Cod. *Meghillà* c. 1. Verùm hȩc auctoritas nihil

ad laudes Romanorum tacuerat Cod. *Sciabbàth* pag. 33. b. nec mirandum eſt in patriam eſſe relegatum, in qua acceptus non erat, vti in Tiberiade, vbi Doctores in pretio habebantur. Ibi artem coriariam exercebat, vti in more erat apud Sapientes illos Iudæos, qui aliquam artem exercere debuiſſent. *Pèrek* במה טומנין Cod. *Sciabbàth* cap. 4. Idem feciſſe antiquos Chriſtianos habemus ex Act. Apoſt: 9. 43. vbi Simon ille, apud quē in Ioppe dies multos moratus fuerat Apoſtolus Petrus, coriarius erat; & Apoſtolus Paulus in tot, tantiſque Euangelij laboribus noluit à fidelibus ſumptus accipere, ſed operabatur manibus ſuis artem ſcenofactoriam exercendo, Act. 20. ver. 34. 35. Cor. 1. cap. 4. 12. I. Theſſalon. 2. 9. & II. Theſſalon. 3. 8. ſicut & Aquila Ponticus Act. 18. 4. Apoſtoli exemplo prouocati antiqui Sancti illi Antiſtites, per hanc laboris viam ad cæleſte Regnum progredi voluerunt. Sic Spiridion Trimithuntis Epiſcopus pecuariam, de quo Ruffin. l. 10. cap. 5. Sozom. l. 1. c. 11. Niceph. l. 8. c. 42. Et Zenon Maiumæ Epiſcopus lanificum exercuit, de quo Sozom. l. 7. c. 27. & Niceph. l. 12. cap. 47. Antiqui enim Canones præcipiebant diſt. 91. c. 3. 4. vt Clericus victum, & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura quantumlibet verbo Dei eruditus, victū quæreret, quod intelligendum erat de pauperibus, quos Eccleſia alere non poterat. Sed hodie ne Clerici mendicare cogantur cum Ordinis dedecore, ſanciuit Concilium Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. antiquorum Canonum decreta innouando, ne quis ordinetur, niſi is, qui aliquo beneficio, aut patrimonio ſufficienti inde viuere

memoria recolitur, & honoratur peregrinatione inter feſtum Paſchæ, & Pentecoſtes à Iudæis Terræ Sanctæ habitatoribus. Vide Epiſtolam itinerariam Terræ Iſraëlis.

תשי״ד רבי יונתן שליח ציבור

של קהל לוניר כתב אגרת אל הרמב״ם על כמה קושיות שאלות ומשיב הרמב״ם אליו :

714. R. IONATHA'N SCELI'ACH TZIBBV'R Nuncius cœtus, ſiuè Miniſter Synagogæ Lunir, ſcripſit אגרת *Ighèreth Epiſtolam*, eamque miſit ad Rambàm R. Moſen Ægyptiū, illumque interrogans de quibuſdam difficillimis quæſtionibus, ad quas reſpondet Ægyptius. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4.

תשט״ו ר׳ יוסי אלכסולי חבר משתגב

ומתחיל כפר לעמך ישראל וכו׳ נמצא בסדר תפלות ימים נוראים כפי מנהג ספרדים נדפס בויניציאה שנת לה׳ הישועה דף קכ״א עמוד ב׳ :

715. R. IOSE' ALCASVLI'. Compoſuit quandam orationem, quam משתגב veluti munimen, & robur exiſtimant, & incipit כפר לעמך ישראל וכו׳ *Propitiare populo tuo Iſraël*, &c. Reperitur in Ordine Precum pro diebus terribilibus iuxta ritum Hiſpanorum. Excuſa Venetijs anno 5396. Chriſti 1636. pagina 121. b. in 8.

תשי״ו רבי יוסי בן חלפתא דציפורי

חבר סדר עולם רבא : והיה לעבד עורות כמו נראה בפרק במה טומנין :

616. R. IOSE' BEN CHELPETHA' DE TZIPPVRI', Patria Rabbènu Hakkadòſc, qui etiam relegatus fuerat ab Hadriano Imperatore, eò quòd

chài aſcitus eſt *Pèrek* קדשי תמוכה pag. 17. R. Iſmael Ben R. Ioſè ſocius R. Eleazaris Ben R. Simeonis, & Rabbènu Hakkadòſc, qui corpore obeſus, & pinguis fuit, ſicut & eius ſocius R. Eleazar, de quibus videndi ſunt in Catalogo Tanaitarum ſuis quibuſque locis. R. Chelpetà Ben Ioſè ex nomine aui ſui ita nuncupatus, obijt ante patrem, quem licèt vehementer diligeret, ita tamen adeò luctum diſſimulauerat, vt eodem die funeris ingreſſus Academiam, ibique vſque ad veſperam ſermocinatus ſit. Quomodo autem id permiſſum, videndum eſt capite 10. Codice *Semachòth*. Eius ætate non erant oleæ in terra Iſraëlis, eò quòd Hadrianus Cæſar in bello Bitheriano omnia olіueta iuſſerit ſuccidi. Cod. *Peà* cap. 7. Tempore huius Imperatoris, qui totam terram Iſraëlis vaſtauerat, viuebat, nihilominus in patrio exilio ſcripſit –

סדר עולם *Sèder Olàm Ordinem mundi*, qui communiter vocatur רבא *Rabbà Magnus* ad differentiam alterius סדר עולם *Sèder Olàm* זוטא *Zuttà* paruus. Et eſt Chronologia ab initio rerum exordiens vſque ad ſua tempora nempè ad Hadrianum Imperatorem perdurans.

Primò, quod ſciam editus fuit cum verſione Latina Sebaſtiani Munſteri Baſileæ 1524. in 4. Iterum excuſus fuit Hebraicè Venetijs anno ש״ה 305. min. ſupp. Chriſti 1545. in Ædibus Marci Antonij Iuſtiniani, in 4. Et iterum Hebraicè Baſileæ anno בשל״ח 340. Chriſti 1580. apud Ambroſium Frobenium. Corrige Plantauitium, qui in ſua Biblioth. Rabbin. in *Sèder Olàm Rabbà*, & *Zuttà* dictionem פרוביניאו *Frobenium*; legit *Pruuinium*: cùm notiſſimum ſit Ambroſium Frobenium horum librorum

poſſit. Id, quod Clericis antiquitùs ob paupertatem permiſſum erat, Monachis otioſitatem vitandi gratia, præceptum fuit. Sanctus enim Benedictus cap. 48. ſuæ Regulæ, de opere manuum quotidiano ferè totum conſumit. Hinc Sanctus Hieronymus ad Ruſticum Monachum Epiſt. 4. relat. in decret. de Conſecr. diſt. 5. cap. 33. *Facito* (inquit) *aliquid operis, vt te ſemper Diabolus inueniat occupatum, &c. Vel fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus. Sarriatur humus, areolæ æquo limite diuidantur: inſerantur infructuoſæ arbores, vel gemmis, vel ſurculis, vt paruo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluearia: texantur & lina capiendis piſcibus: ſcribantur libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione ſaturetur. In deſiderijs eſt omnis otioſus. &c.* Priſci illi Iudæi hanc humilitatis virtutem æmulantes in Apoſtolorū diſcipulos, vel paupertatis neceſſitate preſſi, vel ambitionis, & humanæ gloriæ capeſſendæ ſtudio ducti, laborabant manibus ſuis. Ita faciebat R. Ioſè Ben Chelpetà, de cuius modeſtia referunt Talmudiſtæ: quod nunquam reſpexerit locum Circumciſionis: neque trabes cubiculi ipſius, limbum, & oram induſij ſui conſpexerunt. Cod *Sciabbàth* c. כל כתבי הקודש pag. 118. Et alia obſcœna de eo dicuntur, vt ex ea parte retuli ſuprà ad pag. 389. col. 2. Quinque filios habuit, omnes ex fratria ſuſcepit inſiſtendo Legi Leuiratus; qui doctiſſimi euaſerunt. Inter eos prudentia, ac dexteritate laudatur R. Elièzer Bar Ioſè, qui in Alexandriā Ægypti primò perrexit. Cod. *Sanhedrìn* cap. *Chèlek*. Deinde ſocius in Romano itinere à R. Simeone Ben Io-

rum tunc temporis fuiſſe Impreſſorem. Ibidem eodem anno, & apud eundem Typographum cum verſione Latina è regione textus Hebraici G. Genebrardi iterum excuſus, qui in Latina Præfatione libenter fatetur, ſe ignorare huius Opuſculi Auctorem. De eo tamen fit mentio apud *Iuchaſsin* pagina 43. & apud *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 32. & illum expreſsè attribuunt huic noſtro R. Iosè Ben *Chelpetà*, & ſeipſum prodere videtur, dum in fine huius libelli ad cap. 30. ait א״ה ר׳ יוסי אומר מגלגלין זכות ליום זכות וכו׳ : *R. Iosè dicit: Deuoluunt meritū in diem meriti, &c.* quod in ſua verſ. Latina Genebr. non animaduertit. Hanc eandē habet idem Genebr. in fine ſuę Chronogr. edit. Pariſ. an 1600. in fol. p. 38. c. 1. Solent .n. Auctores Hębrei ſe ipſos nominare in tertia perſona.

Cæterùm R. Dauid Ganz hunc R. Iosè Ben Chelpethà refert ad an. 881. quarti millenarij, Chriſti 121. & eundem libellum סדר עולם רבא *Sèder Olàm Rabbà* eidem attribuit.

קס״ז **ר׳ יוסי בן יוסי כהן גדול**
יסד סדר העבודה כמו כתב הריטב״א בפרק הוציאו לו בשם
בעל העיטור כן תמצא בסדר התפלות ימים נוראים כמנהג
ספרדים דף קנ״ב ואומרים אותה במוסף ליום הכפור :

717. R IOSE' BEN IOSE' COHE'N GADO'L Sacerdos magnus. Compoſuit -

סדר העבודה *Sèder haauodà Ordinem ſeruitutis*, ſicut ſcripſit *Harritbà* R. Iom Tòu Ben Abraham in cap. הוציאו לו ex nomine Auctoris העיטור *Haijttùr*. Sic inuenies in Ordine Precum dierum terribilium iuxta ritum Hiſpanorum. Eſt quædam ſupplicatio, quam dicunt, & addunt ad orationem מוסף *Muſsàph*.

קס״ח **ר׳ יוסי שם טוב** חבר ספר עין הקורא על דרוש :

718. R. IOSE' SCEM TO'V, Scripſit -

ס׳ עין הקורא *Sèpher En Hakkorè Librum Oculi Lectoris*. Tit. ex Iudic. 15. v. 19. Hotting. Claſſ. I. Biblioth. Or. inter eos reponit, qui regulas, & methodum Concionandi tradunt. Eſt & alter liber ſub eodem nomine עין הקורא. Vide *R. Iekutiel Bar Iudæ Sacerdos*.

קס״ט **רבי יוסף** חבר ספר בעל הלשון והוא כמו ס׳ השרשים :

719. R. IOSE'PH ſine alio addito, ſcripſit librum, quem vocauit -

בעל הלשון *Bàal hallaſciòn*, id eſt *Auctor Linguæ*, & eſt Dictionarium, vt habetur apud D. Marcum Marinum in Præfatione ſuæ *Arcæ Noë*.

ק״ע **ר׳ יוסף בן אברהם ן׳ דית** חבר ס׳ שערי צדק :

720. R. IOSE'PH BEN ABRAHAM ABEN DETH Hiſpanus, ſcripſit -

ספר שערי צדק *Sèpher Sciaarè Tzèdek Librum portarum Iuſtitiæ*. Huius meminit *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 63. b. eumque ponit ætate Ioſephi Taitatzàk, qui anno mundi 283. min. ſup. Chriſti 1523. viuebat. Videtur eſſe liber Cabaliſticus. Vide *R. Ioſeph Karnitòl*.

קע״א **רבי יוסף אזובי ספרדי מפירפינייאנו** חבר קערת כסף מוסר ודפוס אותו אל בנו שמואל על דרך שיר והלכה :

721. R. IOSE'PH EZOVI' *Hyſſopeus* Poëta Hiſpanus Perpinianenſis, ſcripſit elegantem libellum Dida-

באזמיר תחת ממשלת סולטן מחמד שנת תי״ט :

722. R. IOSEPH אישקאפה ISC-KAPHA Caput captiuitatis, & pater Domus Iudicij Vrbis Smyrnæ, & per circuitum eius: Scripſit -

ס׳ ראש יוסף *Sèpher Roſc Iosèph Librum Caput Ioſeph*. Eſt elucidatio aliquorum Tractatuum *Turrim*, ex Tur Ordine חשן המשפט *Chòſcen hammiſcpàt*. Excuſus Smyrnæ ſub Dominio Sultani Mahomèd anno 5419. Chriſti 1659. apud Abrahamum Ben Iedidiàh גבאי *Gabbài* כף נחת *Caph Nàchath*. In fol.

תשכ״ג ר׳ יוסף אלבו מעיר סוריאה ספרד
היה בספרד חבר ס׳ העקרים :

723. R. IOSEPH ALBO, quem diuinum Philoſophum appellat Dauid Ganz, natione Hiſpanus, patria Sorianus: סוריאה Soria enim Vrbs eſt in Regno veteris Caſtiliæ ad ripam Durij fluuij ſita, non longè ab eius ortu infra Numantiam. Fuit vnus ex Rabbinis, qui interfuerunt diſputationi contra Magiſtrum Hieronymum à S. Fide coram Benedicto XIII. Antipapa anno 1412. vt dictum eſt ſuprà pag. 776. Is cùm vidiſſet conuictos fuiſſe Iudæos; eorumque malam cauſam quotidiè in peiùs ruere, ſuperſtitionemque Iudaicam turmatim relinquentes ad Chriſti caſtra confugere, timenſuè ne per Hiſpaniam omninò Synagogæ deſertæ, & vacuæ remanerent, ſtatuit eas pro viribus in ſuperſtitione confirmare, librum componere, quo articuli Iudæorum explicarentur; Scripſit itaque librum, quem vocauit -

עקרים *Ikkarim Articulorum* fidei Iudaicæ, quos ad tria Capita reduxit. 1. Ad Dei exiſtentiam. 2. Ad Legem Moſcalicum pro filio ſuo Samuele, quem nuncupauit -

קערת כסף *Kaàrath chèſeph Scutella argentea*. Complectitur 130. verſus metricos ſecundùm pondus ſcutellæ, de qua fit mentio libro Num. cap. 7. v. 13. & ſeqq. Hiſce inſtruitur filius ſuus nuper vxoratus; Quomodo vxorem diligere, familiam gubernare, liberos educare, & in Dei timore inſtituere debeat. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. an. 5187. Chriſti 1427. per manum Beniamin de Cracouia Ben Iecutielis. Papyr. in 4. ſub num. 281. & 296.

Eiuſdem *De Coniunctione, & oppoſitione lumin*. Ibid. pag. 125.

Quædam Carmina in eodem Codice leguntur compoſita contra librum רב *Ràu*, videlicet contra librum מורה הנבוכים *Morè hanneuuchim* R. Moſis Ægyptij, quem velut inſigniorem Doctorem רב *Ràu* nuncupat honoris gratia. Non tamen eſt certum, quòd ſint præſentis Auctoris; quia Rabbini Catalaunienſes, & Nauarrini non fuerunt contra librum Ægyptij, ſed potiùs in fauorem, vt videre eſt Par. II pag. 27. & ſeq.

Plantauitius in Biblioth. Rabb. dicit, hunc Auctorem eſſe Conſtantinopolitanum, fortaſſis id affirmare ſit auſus, quia cùm primùm huiuſmodi libellus Conſtantinopoli excuſus fuerit an. רצ״ג 293. Chriſti 1533. crediderit, quòd & Auctor Conſtantinopolitanus fuerit.

Prodijt etiam Pariſijs apud. Guillel. Morellum cum Ioannis Mercerij Latina interpretatione anno Dom. 1559. in 8.

תשכ״ד רבי יוסף גאישקאפה
היה גלות ואב בית דין בעיר אזמיר ובל סביבותיה חבר ס׳ ראש
יוסף והוא ביאור על קצת הלכות מטור חשן המשפט : נדפס

In 4. Poſtremò Lublini in Polonia anno mundi 5357. Chriſti 1597. Mſc. etiam reperitur in Biblioth. Vatic. ſcriptus anno mundi 5229. Chriſti 1469. Papyr. in 4.

R. Ghedalia Ben Salomonis Polonus prolixum Commentarium illi adiecit ſub nomine עץ שתול *Etz Sciatùl Lignum plantatum*, Tit. ex Pſal. 1. 3. Excuſus vnà cum ipſo Albonis textu Venetijs anno mundi ה' אח"ר ושמ"ו אח"ר 5378. Chriſti 1618. apud Petrum, & Laurentium Bragadinos in fol. Cur autem R. Ghedalia vocauerit Commentariũ ſuum in hunc librum עץ שתול *lignum*, ſeù *arborem plantatam*, ipſemet hanc rationem reddit. Sicut enim arbor plantata habet radices, ramos, & folia; ſic huiuſmodi Commentarij ſunt tamquam radices, Indices locorum Sac. Scrip. ſunt tamquam rami, & loca, quæ ex *Midraſcìm* allegoricis expoſitionibus adducuntur, ſunt tamquam folia, quæ omnia ſimul vnita conſtituunt arborẽ plantatam, hoc eſt viuentem & virentem, & ideò totum adiectũ Ghedalia vocauit עץ שתול *Etz ſciatùl Arborem plantatam*. Hinc apparet, quomodo hallucinati ſint Reuclinus, & Geſnerus, qui hunc librum עקרים *Ikkarim* librum Radicum vocauerunt; & alij quidam, cui titulum *Cabalæ* præfixerunt, & quod Ethica in eo potiùs contineantur, quàm Cabaliſtica. Scripſit etiam

Elenchticum contra הגמון *Hagmòn Epiſcopum*, ſeù *Cardinalem lingua vernacula*, *Iuchaſin* pag. 134. *poſtquam diſputauerat*: alludit ad diſputationem illam ſolemnem habitam cum Hieronymo à S. Fide, qua diſputatione completa; & promulgata Pſeudobulla Benedicti Moſaicam, quæ ſit à Deo. Et 3. ad præmium, & pœnam. Totus liber diuiditur in quatuor מאמרים *Maamarim Dicta*, ſeù *Sermones*, aut *Orationes*.

In I. *Maamàr Dicto* agitur de diuerſitate, & varietate Legum. Habet Capita 26.

II. *Maamàr* diſſeritur de Articulo primo, nempè de Dei exiſtentia. Habet Capita 37.

III. *Maamàr* declaratur Articulus ſecundus videlicet: quòd Lex ſit à Deo. Habet Capita 37.

IV. *Maamàr* explicatur Articulus tertius, id eſt de præmio, & pœna. Habet Capita 51. In toto hoc libro acutum & Philoſophum Virum agit iſte Iudæus, & ita Iudaicam ſuperſtitionem defendit, vt Chriſtianis minimè parcat. Contra præcipua Chriſtianæ religionis dogmata acerrimè diſputat. Quæ autem contra Miſſam, Euchariſtiæ Sacramentum, Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium, Chriſti genealogiam; Sabbathi commutationem, & alia huiuſmodi ad caput vigeſimum quintum tertij *Maamàr* producit, doctiſſimus G. Genebrardus latinè vertit, eiuſque ſophiſmatibus reſpondet, & neruosè diluit. Iſta ſub hoc nomine euulganit: *R. Ioſephi Albonis &c. argumenta, quibus nonnullos fidei Chriſtianæ articulos oppugnat*. Edita ſunt Pariſijs apud Martinum Iuuenem anno 1566. in 8.

Porrò liber עקרים *Ikkarim* primò excuſus fuit Soncini in Lombardia ſub Mediolanenſium Ducum ditione anno רמ"ו 246. Chriſti 1486. Deindè Venetijs apud Bombergum anno 281. Chriſti 1521. Poſtea ibidem anno ר"ש 304. Chriſti 1544. apud Io. de פארי Pharì,

vt ſuprà dictum eſt. Sed error in numeris frequenter accidit etiam apud diligentes Auctores, & Correctores.

קסכ״ד רבי יוסף בן ר׳ אלעזר

דיין בסרקוסטה חבר לוחות מתחקופות :

724. R. IOSE'PH BEN ELEAZAR Hiſpanus, Iudex in Vrbe Cæſarauguſtana, ſcripſit -

לוחות מתחקופות *Luchòth mehattekuphòth* *Tabulas ingreſſus Solis* in quatuor puncta Cardinalia. Compoſitæ fuerunt anno mun. 5095. Chr 1335. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4.

תסכ״ה ר׳ יוסף בר אלקנן חבר ס׳

קול הקורא על הדקדוק :

725. IOSE'PH BAR ELKANA'N ſcripſit librum -

קול הקורא *Kol hakkorè Vox clamantis,* vel *legentis,* Tit. ex Iſai. 40. v. 3. Libellus eſt Grammaticalis. Eius mentio fit apud Eliam Germanum in ſuo Cantico libri *Bachùr*. Alij attribuunt cuidam R. Ioſepho Hauilpron. Excuſus Cracouiæ in 8.

תסכ״ו ר׳ יוסף בן אספאק רופא

חבר ספר על מראות השתן :

726. R. IOSE'PH BEN אספאק ASPA'K Medicus. Scripſit librum: De infirmitatum notitia per השתן *Vrinæ* inſpectionem: deque regulis ad illas cognoſcendas. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. Papir. in 4. ſub num. 368. pagina 76.

קסכ״ז ר׳ יוסף בן אפרים קארו :

עיין ר׳ יוסף קארו :

727. R. IOSE'PH BEN EPHRAI'M KARO. Vide *R. Ioſeph Karo*.

cti Antipapæ contra Iudæos, & interim in Concilio Conſtantien. electo in Summum Pontificem Martino V. Iudæi Aragonenſes, & Catalani negauerunt obedientiam Benedicto XIII. eumque poſtquàm à Sede Pontificia depoſitus fuiſſet, vocauerunt Fratrem Petrum nomine proprio, contra quem appellauerunt ad Summum Pontificem, qui cùm Florentiæ tunc moram traheret, nec ſatis benè ſciebant nomen Pontificis fuiſſe Martinum, vocauerunt eum Marcum Florentinum. Et hoc eſt illud, quod habetur in *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 113.b. *Venerunt Iudæi contra Fratrem Petrum* (id eſt contra Fratrem Petrum de Luna Cardinalem) *coram Papa ſuper hanc rem* (id eſt quia decreuerat contra Iudæos debere eos fœnora reſtituere) *qui vocabatur Marcus Florentinus* (id eſt Martinus, qui tunc temporis Florentiæ morabatur) *& liberi dimiſſi ſunt Iudæi*. Hoc eſt eos abſoluit Papa, & liberos dimiſit. Huiuſmodi ſcripturam contra Petrum de Luna compoſitam credibile eſt oblatam fuiſſe Summo Pontifici per ipſummet R. Ioſephum Album. Ipſe verò Summus Pontifex eum, & alios ſuos Iudæos abſoluit ab obligatione prædictæ Bullæ, tanquã nullius valoris, & roboris. Obijt tandem R. Ioſeph Albo anno 188. m. ſup. Chriſti 1428. quatuor annis poſt mortem Benedicti Antipapæ. Et anno 16. poſt abſolutam diſputationem cum Hieronymo à S. Fide. Hinc corrige Plantauitium, qui in ſua Biblioth. Rabbin. ait obijſſe R. Ioſeph Albo an. ſalutis 1390. viginti duobus annis ante initam diſputationem cum Hieronymo à S. Fide; nam initium diſputationis fuit an. 1412.

תשכ״ח ר' יוסף האשכנזי חבר ספר שקראו כתר תורה ונראה כי סוף היה על הקבלה כן דעתי בסוף ס' יצירה דפוס מנטובה שנת שכ״ב ;

728. R. IOSEPH ASCHENAZI' Germanus, ſcripſit librum, quem vocauit -

כתר תורה *Chèther Thorà Corona Legis*. Videtur eſſe Cabaliſticus, quia in fine libri יצירה *Ietzirà* cum alijs Auctoribus Cabaliſticis notatur. Eſt & alius liber cum hoc titulo *Corona Legis*, ſed tractat de תרי״ג *Tarriàgh* 613. præceptis. Vide *R. Dauid Vital* Par. II. At Buxtorfius hunc eundem librum de 613. præceptis tribuit huic noſtro R. Ioſepho *Aſchenazì*, & dicit excuſum fuiſſe Conſtantinopoli anno 296. m. ſup. Chriſti 1536. in 4.

תשכ״ט רבי יוסף בחור שור חבר חרושי התורה ;

729. R. IOSE'PH BATHV'R SCIO'R *Iuuenis Bos*, ſeù *Vitulus*, ſcripſit quaſdam nouellas explanationes in Legem Moſis. Eius mentio fit in legato Warneriano Biblioth. Lugdun. Batau. mmſſcc.

תש״ל ר' יוסף ביבאס חבר שירה על ספר היד מהרמב״ם ;

730. R. IOSEPH VIVAS, compoſuit Carmen in laudē Auctoris, & libri היד *Haijàd* R. Moſis Ægyptij. Extat impreſſum in calce operum ipſius Ægyptij. Conſtantinopoli 5269. Chriſti 1509. in fol.

תשל״א רבי יוסף ברצלוני חבר מרפא נפשות ;

731. R. IOSEPH BARCELLONITA; ſcripſit Arabicè -

מרפא נפשות *Marpè nephaſciòth Medela animarum*. Eſt liber moralis. Quiſnam ſit ille, qui eum tranſtulit in Hebræum, non indicat Buxtorfius, nec Hottingerus Claſſ. XI. qui in ſuis Bibliothecis illius meminerunt.

תשל״ב יוסף בן גוריון חבר ספר דברי הימים ומלחמות היהודים ;

732. IOSEPH BEN GHVRIO'N, ſcripſit Hiſtoriam antiquitatum: & de Bello Iudæorum libros quinque. Hic eſt alius à Flau. Ioſepho Hebræo, qui Græcè ſcripſit item de Bello Iudaico, & antiquitatibus Iudæorum, à quo deſumptum, & ſuffuratum eſt, quicquid ad veram hiſtoriam in hoc opere deprehenditur contineri. Itaque huius libri Auctor videtur eſſe recentior, & inferioris admodum ætatis quàm fuerit Ioſephus Hebræus, ſiuè Flau. ſiuè Ben Gurionis; nam in Biblioth. Vatic. extat huius Auctoris Codex mſc. pergam. ſub num. 408. vbi pag. 78. b. & 81. circa principium citatur prædictus Fl. Ioſephus Hiſtoricus; & paſſim regiones Italiæ, & Galliæ modernis nominibus nominantur, vti Lombardia, Apulia, Francia, &c. vt videre eſt in ipſius libri exordio.

Sebaſtianus Munſterus ex Conſtantipolitano exemplari anno mundi 250. min. ſupp. Chriſti 1490. Latinos fecit, & annotationibus illuſtrauit. Excuſ. Baſileæ apud Henricum Petrum anno 1541. in fol. Et per eundem, ibidem anno 1559. in 8. Hebraicè, & Latinè. Sed aduertendum, quòd huiuſmodi tranſlatio Munſteri eſt compendium libri ipſius Ioſephi Ben Gurionis, & non complectitur totam hiſtoriam illius, ſed tan-

עשרי אורה *Sciaarè Oràh Portas Lucis*, Liber planè totus Cabaliſticus eſt, quo ferè vniuerſam ſecretiorem Iudæorum Theologiam complectitur. Tractat de attributis Diuinis; nominibus Dei; & de decem Sephiròth. Excuſ. Riuæ Tridenti anno mundi 321. Chriſti 1561. charactere quadrato, cui in calce additus eſt שערי צדק *Sciaarè Tzèdek Porta Iuſtitiæ*, in 4. Vide *R. Ioſeph Karnitòl*. Prodijt etiam Mantuæ ſub Guilielmo Gonzaga eodem anno in 8. Buxtorfius adiungit Cracouiæ cum Comment. *R. Mathatiæ* דלאקרט *Delakart* anno 354. min. ſupp. Chriſti 1594. Paulus Ricius huius libri partem Latinam fecit, eamque habes ad finem 4. libri de Cæleſti agricultura inter Scriptores artis Cabaliſticæ. Scripſit -

גינת אגוז *Ghinnàth eghòz Hortum nucis*. Tit. ex Cantic. Canticorum 6. 10. Eſt ſingulare opus Cabaliſticum complectens tres Cabalæ ſpecies contentas in dictione גנ״ת videlicet גמטריא Ghematria, נוטריקון *Notarikòn*, & תמורה *Themurà*. Pro *Ghematria* Γεωμετρία intelligunt Arithmeticam, fitque quando literæ dictionis accipiuntur ſecundùm valorem numeralem. Vti Geneſ. 25. 21. *Orauit Iſaac pro Vxore ſua, eò quòd ſterilis eſſet*. אשתו *Vxore ſua* per Ghematriam numerat 707. idipſum fiet ſi per Ghematriam accipiantur iſtæ duæ dictiones קש ואש *Stipulam, & ignem* 707; quaſi Scriptura per huiuſmodi luſum innuere voluiſſet vxorem Iſaaci concepiſſe ſtipulam, & ignem, nempè *Eſau*, & *Iacob*, ſecundùm quod dicitur per Abdiam capite 1. ver- 18. *Et erit domus Iacob ignis, & domus Eſau ſtipula*.

Pro נוטריקון *Notarikòn*, intelligunt, quantùm acta 70. Interpretum; facta Herodum; & 10. captiuitates Iudæorum. Excuſ. etiam Wormatiæ vnà cum textu Hebraico anno Domini 1529. in 8. In quo multa ſunt, quæ conueniunt cum Vulgata editione, vt de Danielis magnificentia apud Chaldæos; de miſſione eius in lacum Leonum; cibatione per Habacuc Prophetam; ſubuerſione Templi Bel, & occiſione Draconis: alia ſunt apocrypha, vti problema propoſitum: Quid fortius? Vinum ne? an Rex, an Mulier? quod habetur III. Eſdræ 3. & alia quædam ſimilia. Hic autem Auctor à quibuſdam vocatur *Ioſippus*, aut *Ioſiphòn*. Et excuſus eſt Hebraicè Conſtantinopoli anno 250. min. ſupp. Chriſti 1490. Venetijs anno ד״ש 304. min. ſupp. Chriſti 1544. apud Io. de Pharo in 4. & Cracouiæ anno ואש״מ״ח 355. min: ſupp. Chriſti 1595. in 4.

קפל״ג רבי יוסף גיגאטיליא ספרדי המכונה המקובל האלהי והריב״ ז״ל הרב רבי יוסף גיגאטילא חבר ס׳ שערי אורה ; וגינת אגוז ; וס׳ שערי השמים : ופירוש על מרכבת יחזקאל : ופי׳ על הגדה של פסח ; ושער הניקוד ; סוד חשמל : וחבר חדושים על הקבלה ;

733. R. IOSEPH GIGATELLA Hiſpanus, & vnus ex ijs, qui egreſſi ſunt tempore vniuerſalis exilij Hiſpanici, quem nonnulli Caſtilienſem faciunt ex Vrbe סאלה *Salà*, vt dicit Reuclinus libro 1 Cabalæ: vocatur abbreuiatè הרי״ג *Harrigh*. Fuit excellens Cabaliſta, & magni nominis, præſertim apud Orientales, vnde communiter vocatur המקובל האלהי *Hammekubàl haElahì Cabaliſta Diuinus*: & Auctor *Iuchaſsìn* pag. 133. b. turgido quodam aſtu בעל הנסים *Bàal hanniſsìm* Θαυματουργόν appellitat. Scripſit -

Cæli. Eſt etiam liber Cabaliſticus. Scripſit -

פירוש על מרכבת יחזקאל *Pèruſc al Marchauàth Iechetzkèl Expoſitionem in Currum Ezechielis*. Excuſa eſt Venetijs anno non notato.

Item, פי׳ על הגדה של פסח *Perùſc al haggadàh ſcel Pèſach Expoſitionem ſuper myſticam lectionem Paſchatis* Cabaliſticè. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. Scripſit & -

שער הניקוד *Sciàar hannekùd Portā punctationis*, qua de punctis, ſeù vocalibus Cabaliſticè, & myſticè pertractat. Excuſus eſt cum libro ארזי לבנון *Arzè Leuanòn*, vbi & alius huius Auctoris Tractatus reperitur cum titulo סוד החשמל *Sod Hachaſmàl Myſterium Chaſmàl*. Tractat de *Chaſcmàl Pruna ignitiſſima* Ezechielis 1. 4. Cabaliſticè. De hoc Auctore vide *Scialſcèleth hakkabalà* pagina 63. in fine. Viuebat an. Dom. 1492. Buxtorfij F. in Appendice ad Biblioth. Rabbin. attribuit huic Auctori quendam librum dictum ס׳ הכבוד *Liber gloriæ*. Eſt Cabaliſticus mſc. & reperitur in Biblioth. Lugdunenſi Batau. inter libros mſc. ex legato relictos à Ioſepho Scaligero. Sunt quædam excerpta ex Ioſeph Gigatella *De Nominibus Dei*.

ר׳ יוסף הדיין בן רב יעקב ן׳ סהל תנצ״בה מחבר ספר עשרת דברות׃

734. R. IOSEPH HADAIIA'N IVDEX BEN IACOBI ABEN סהל SAHA'L Doctor, & inſignis Poëta creatus *Ràu* Cordubæ an. mun. 4873. Chriſti 1113. diſcipulus R. Iſaaci Aben גיאת *Gheàth*, qui obijt anno Chr. 1109. Scripſit -

עשרת דברות *Aſsèreth dibaròth Decem* Ver-

quando aliquam Scripturæ vocem reſoluunt in elementa, quibus componitur, quorum ſingulis vocem integram adaptant, tali induſtria, vt omnes ſimul ſumptæ commodum aliquem ſenſum reddant. Exempli gratia בראשית *In principio*, Geneſ 1. 1. ב ſeorſim ſignificare volunt ברא *Barà Creauit*. ר, רקיע *Rakia Firmamentum*. א, ארץ *E'retz Terram*. ש, שמים *Sciamàim Cælos*. י, ים *Iam Mare*. Et ת, תהומות *Tehomòth Abyſſos*, Sic in prima Sacræ Scripturæ voce, omnia, quæ in cælis, & quæ in terris creata ſunt, contineri.

Pro תמורה *Themurà* tertiam Cabalæ ſpeciem intelligunt, quando literæ in vna, vel plurimis dictionibus, vel omnes, vel aliquæ ex illis loco amouentur ſuo, & in alio alterius literæ collocantur, ita tamen, vt ex hac literarum tranſmutatione aliquis aptus ſenſus eliciatur, quem credunt verum eſſe ſenſum Sacræ Scripturæ ſic v. g. Geneſ. 1. v. 1. בראשית *Bereſcith In principio*, nil aliud ſignificare aiunt, quàm quod Mundus vniuerſus creatus ſit prima die menſis *Tiſcrì Septembris*: nā literę pręfatę vocis בראשית è locis ſuis remotis conſtituunt has alias voces בא׳ תשרי *In* 1. (ſcilicet die) *Tiſcrì Septembris*. Varijs modis poſſunt fieri eiuſmodi tranſmutationes; quas Cabaliſtici diligenter enumerant, nec huius loci eſt illas recenſere. Fortaſſis meliorem occaſionem nactus de Cabala ſpecialem Diſſertationem inſtituam. Porrò prædictus excuſus eſt anno ט״וב׳ משי״ח 375. minoris ſupput. Chriſti 1615. vt notatur pag. 74. libri in fol. Et anno antecedenti 1614. excuſus fuerat Hannouiæ pariter In fol. Scripſit pręterea Auctor -

שערי השמים *Sciarè Haſciamàim Porta*

שערי אורה *Sciaarè Oràh Portas Lucis.* Liber planè totus Cabaliſticus eſt, quo ferè vniuerſam ſecretiorem Iudæorum Theologiam complectitur. Tractat de attributis Diuinis; nominibus Dei; & de decem Sephiròth. Excuſ. Riuæ Tridenti anno mundi 321. Chriſti 1561. charactere quadrato, cui in calce additus eſt שערי צדק *Sciaarè Tzèdek Porta Iuſtitiæ*, in 4. Vide *R. Ioſeph Karnitòl.* Prodijt etiam Mantuæ ſub Guilielmo Gonzaga eodem anno in 8. Buxtorfius adiungit Cracouiæ cum Comment. *R. Mathatiæ* דלאקרט *Delakart* anno 354. min. ſupp. Chriſti 1594. Paulus Ricius huius libri partem Latinam fecit, eamque habes ad finem 4. libri de Cæleſti agricultura inter Scriptores artis Cabaliſticæ. Scripſit -

גינת אגוז *Ghinnàth eghòz Hortum nucis.* Tit. ex Cantic. Canticorum 6. 10. Eſt ſingulare opus Cabaliſticum complectens tres Cabalæ ſpecies contentas in dictione גנת videlicet גמטריא Ghematria, נוטריקון *Notarikòn*, & תמורה *Themurà.* Pro *Ghematria* Γεωμετρία intelligunt Arithmeticam, fitque quando literæ dictionis accipiuntur ſecundùm valorem numeralem. Vti Geneſ. 25. 21. *Orauit Iſaac pro Vxore ſua, eò quòd ſterilis eſſet.* אשתו *Vxore ſua* per Ghematriam numerat 707. idipſum fiet ſi per Ghematriam accipiantur iſtæ duæ dictiones קש ואש *Stipulam, & ignem* 707. quaſi Scriptura per huiuſmodi luſum innuere voluiſſet vxorem Iſaaci concepiſſe ſtipulam, & ignem, nempè *Eſau*, & *Iacob*, ſecundùm quod dicitur per Abdiam capite 1. ver. 18. *Et erit domus Iacob ignis, & domus Eſau ſtipula.*

Pro נוטריקון *Notarikòn*, intelligunt, quan-

tantùm acta 70. Interpretum; facta Herodum; & 10. captiuitates Iudæorum. Excuſ. etiam Wormatiæ vnà cum textu Hebraico anno Domini 1529. in 8. In quo multa ſunt, quæ conueniunt cum Vulgata editione, vt de Danielis magnificentia apud Chaldæos; de miſſione eius in lacum Leonum; cibatione per Habacuc Prophetam; ſubuerſione Templi Bel. & occiſione Draconis: alia ſunt apocrypha, vti problema propoſitum: Quid fortius? Vinum ne? an Rex, an Mulier? quod habetur III. Eſdræ 3. & alia quædam ſimilia. Hic autem Auctor à quibuſdam vocatur *Ioſippus*, aut *Ioſiphòn.* Et excuſus eſt Hebraicè Conſtantinopoli anno 250. min. ſupp. Chriſti 1490. Venetijs anno ד״ש 304. min. ſupp. Chriſti 1544. apud Io. de Pharo in 4. & Cracouiæ anno ואש׳מ׳ח 355. min: ſupp. Chriſti 1595. in 4.

רבי יוסף גיגאטיליא הספרדי

המכונה המקובל האלהי והר״יג ז״ל הרב רבי יוסף גיגאטילא חבר ס׳ שערי אורה ; וגינת אגוז ; וס׳ שערי השמים : ופירוש על מרכבת יחזקאל : ופי׳ על הגדה של פסח ; ושער הניקוד ; סוד חשמל ; וחבר חרושים על הקבלה ;

733. R. IOSEPH GIGATELLA Hiſpanus, & vnus ex ijs, qui egreſſi ſunt tempore vniuerſalis exilij Hiſpanici, quem nonnulli Caſtilienſem faciunt ex Vrbe סאלה *Salà*, vt dicit Reuclinus libro 1 Cabalæ: vocatur abbreuiatè הריג *Harrigh.* Fuit excellens Cabaliſta, & magni nominis, præſertim apud Orientales, vnde communiter vocatur המקובל האלהי *Hammekubàl haElahì Cabaliſta Diuinus*: & Auctor *Iuchaſſin* pag. 133. b. turgido quodam aſtu בעל הנסים *Bàal hanniſsìm* Θαυματουργὸν appellitat. Scripſit -

Cæli. Eſt etiam liber Cabaliſticus. Scripſit.

פירוּ׳ על מרכבת יחזקאל *Pèruſc al Marchcuàth Iechetzkèl Expoſitionem in Currum Ezechielis*. Excuſa eſt Venetijs anno non notato.

Item, פי׳ על הגדה של פסח *Perùſc al haggadàh ſcel Pèſach Expoſitionem ſuper myſticam lectionem Paſchatis* Cabaliſticè. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. Scripſit & -

שער הניקוד *Sciàar hannekùd Portā punctationis*, qua de punctis, ſeù vocalibus Cabaliſticè, & myſticè pertractat. Excuſus eſt cum libro ארזי לבנון *Arzè Leuanòn*, vbi & alius huius Auctoris Tractatus reperitur cum titulo סוד החשמל *Sod Hachaſmàl Myſterium Chaſmàl*. Tractat de *Chaſcmàl Pruna ignitiſſima* Ezechielis 1. 4. Cabaliſticè. De hoc Auctore vide *Scialſcèleth hakkabalà* pagina 63. in fine. Viuebat an. Dom. 1492. Buxtorfij F. in Appendice ad Biblioth. Rabbin. attribuit huic Auctori quendam librum dictum ס׳ הכבוד *Liber gloriæ*. Eſt Cabaliſticus mſc. & reperitur in Biblioth. Lugdunenſi Batau. inter libros mſc. ex legato relictos à Ioſepho Scaligero. Sunt quædam excerpta ex Ioſeph Gigatella *De Nominibus Dei*.

ר׳ יוסף הדיין בן רב יעקב ן׳ סהל תסל״ד

סכל ספר עשרת דברות׃

734. R. IOSEPH HADAIIA'N IVDEX BEN IACOBI ABEN סהל SAHA'L Doctor, & inſignis Poëta creatus *Ràu* Cordubæ an. mun. 4873. Chriſti 1113. diſcipulus R. Iſaaci Aben גיאת *Gheàth*, qui obijt anno Chr. 1109. Scripſit -

עשרת דברות *Aſsèreth dibaròth Decem Ver-*

Iiiii

quando aliquam Scripturæ vocem reſoluunt in elementa, quibus componitur, quorum ſingulis vocem integram adaptant, tali induſtria, vt omnes ſimul ſumptæ commodum aliquem ſenſum reddant. Exempli gratia בראשית *In principio*, Geneſ. 1. 1. ב ſeorſim ſignificare volunt ברא *Barà Creauit*. ר, רקיע *Rakia Firmamentum*. א, ארץ *E'retz Terram*. ש, שמים *Sciamàim Cælos*. י ים *Iam Mare*. Et ת, תהומות *Tehomòth Abyſſos*, Sic in prima Sacræ Scripturæ voce, omnia, quæ in cælis, & quæ in terris creata ſunt, contineri.

Pro תמורה *Themurà* tertiam Cabalæ ſpeciem intelligunt, quando literæ in vna, vel plurimis dictionibus, vel omnes, vel aliquæ ex illis loco amouentur ſuo, & in alio alterius literæ collocantur, ita tamen, vt ex hac literarum tranſmutatione aliquis aptus ſenſus eliciatur, quem credunt verum eſſe ſenſum Sacræ Scripturæ ſic v. g. Geneſ. 1. v. 1. בראשית *Bereſcith In principio*, nil aliud ſignificare aiunt, quàm quod Mundus vniuerſus creatus ſit prima die menſis *Tiſcrì Septembris*: nā literę pręfatę vocis בראשית è locis ſuis remotis conſtituunt has alias voces בא׳ תשרי *In 1.* (ſcilicet die) *Tiſcrì Septembris*. Varijs modis poſſunt fieri eiuſmodi tranſmutationes; quas Cabaliſtici diligenter enumerant, nec huius loci eſt illas recenſere. Fortaſſis meliorem occaſionem nactus de Cabala ſpecialem Diſſertationem inſtituam. Porrò prædictus excuſus eſt anno טו׳ב׳ משי׳ח 5375. minoris ſupput. Chriſti 1615. vt notatur pag. 74. libri in fol. Et anno antecedenti 1614. excuſus fuerat Hannouiæ pariter In fol. Scripſit pręterea Auctor -

שערי השמים *Sciarè Haſciamàim Portæ*

Verba, Expoſitionem ſuper Decalogum. Auctor *Scialſc. hakkabb.* pagina 40. in ipſo princip. paginæ mentionem facit cuiuſdam R. Ioſephi הדיין *Haddaijàn* Ben R. Iſraël Ben סהל *Sahàl*, qui circa annum mundi 4840. viuebat, fortaſſe nepos ex fratre R. Iacobi, & patruelis huius Ioſephi, qui etiamſi Doctor, & Iudex fuerit, tamen nihil ſcriptum reliquit, quod memoriæ proditum ſit. Buxtorfij F. in Appendice Bibliothecæ Rabbinicæ exhibet nobis librum cum titulo עולם קטן *Olàm katàn Paruus mundus* Microcoſmus, dicitque eſſe Philoſophiā R. Ioſeph antiquiſſimam, ſcriptam ante Moſen Ægyptium: ſuſpicari poteſt quòd ſit huius Doctoris Ioſephi, qui ante Moſen Ægyptium vixit. De quo vide *R. Dauid Ganz* ad annum 875. quinti millenarij.

תפל״ס ר׳ יוסף בן וואקר חבר ס׳ על הקבלה :

735. R. IOSEPH BEN WAKA'R ſcripſit *Fundamenta Artis Cabaliſticæ*. Reperitur mſc. partim in membrana, partim in charta inter libros Scaligerianos in Biblioth. Lugdun. Batau.

תפל״ו ר׳ יוסף היון עיין למטה ר׳ יוסף חיואן סימן תש״מ בסוף כעל פירוש על תהלים וחבר מילי דאבות :

736. R. IOSEPH HIVA'N Vide infrà *R. Ioſeph Chiuàn* num. 740. pag. 804. 2. qui ſcripſit *Expoſitionem in Pſalmos*, & מילי דאבות *Millè de Auòth* Commentarium in *Pirkè Auòth*. Ex Ioanne Morino; & Buxtorfio F.

תפל״ז ר׳ יוסף בן דון דוד בן דון יוסף ן׳ יחייא מלישבונה חבר ס׳

תורח אור : פירוש על כתובים , ס׳ דרך חיים : וס׳ נר מצוח :

737. R. IOSEPH BEN DON DAVI'D BEN DON IOSEPH ABEN IACHIIA' genere Luſitanus. D. Ioſeph huius Auctoris auus Vliſſipone egreditur cum magna ſubſtantia, in Italiam venit, & obijt Ferrariæ an. 1498. Poſt patris exceſſum, Dauid eius filius relicta Ferraria, abijt Rauennam, inde Imolam, poſtea in Regnum Neapolitanum, vbi per annos 22 permanſit. Reuertitur Imolam anno 1540. vbi deceſſit anno 1543. relicto filio R. Ioſepho Aben Iachijà, de quo modò nos loquimur. Hic admodum doctus euaſit, compoſuitque diuerſos libros, quorum primus fuit.

תורה אור *Thorà or Lex lux*, Tit. ex Prou. 6. 23. *De vltima beatitudine animæ; de Paradiſo; Gehenna; & de ſeculo futuro*. Excuſus Bononiæ anno ש״רח 298. min. ſup. Chriſti 1538. Item Ferrariæ, Venetijs, & Lublini.

II. פירוש כל כתובים *Perùſc col Chetuuìm Commentarium in omnia Hagiographa* abſoluit Maſſę in Tuſcia anno ר״פח 288. minoris ſupputationis Chriſti 1528. Excuſus ibidem anno eodem in fol. In Danielem cum Latina interpretatione, ac annotationibus Conſtantini l'Empereur ab Oppyck: prodierunt Amſtelodami apud Ioannem Ianſſonium typis Wilhelmi Chriſtiani anno 1653. in 4. Et in V. parua Volumina abſoluit anno רפ״ז 287. min. ſupput. Chriſti 1527. Imolæ in Romandiola ſub ditione Clementis VII. Pont. Maximi. Vide in fine Comment. prædict.

In Pſalmos abſoluit eodem anno רפ״ז 287. Chriſti 1527. vt ipſe ſcribit in fine illorum Commentar. vbi deplorat depo-

po-

Ner Mitzuà ſub hoc eodem titulo, præter ea, quæ ſuprà notaui in מראה מקום *Marè makòm* Talmudis Babylonici in נר מצוה & תורה אור pag. 767.

Cæterùm iſte Auctor ob aſſiduitatem ſtudiorum in varios morbos incidit, quibus confectus humanos artus reliquit cùm eſſet annorum 45. anno mundi 5299. Chriſti 1539. Poſt ipſius mortem decem elapſis annis, ſublata eius oſſa fuerunt, & tranſlata in Vrbem Saphèth ſuperioris Galilææ, & apud ſepulchrum Ioſephi Karo tumulata, ſicut ipſe præceperat. Habuit tres filios, & quatuor filias. Minor natu fuit Dauid, qui mortuus eſt quinquagenarius, reliquit filium paruulum nomine אחיקם *Achikàm*. Secundogenitus fuit R. Ghedalià multorum librorum auctor, & præſertim שלשלת הקבלה *Scialſcèleth hakkabbalà Catenæ Cabalæ* frequenter à me citatæ. Tertiogenitus fuit R. Iudas, qui magno cum honore, & laude lauream Doctoratus in Medicina, & Artibus ſuſcepit in Vniuerſitate Patauina an. mundi 317. Chriſti 1557. Bononiæ vxorem duxit, vbi ſine liberis anno 5320. Chriſti 1560. ætatis ſuæ 31. obijt. Ex *Scialſ. hakkab.* pag. 66.

Ex Plantauitij Biblioth. Rabbinica habemus, hunc Auctorem ſcripſiſſe -

אור עמים *Or Amim Lumen populorum* complectiq; in eo varias deciſiones Philoſophicas, Iuridicas, & Theologicas. Excuſum fuiſſe Bononiæ in 4. an. 348. min. ſupp. Chriſti 1588. Idem habet Hottingerus in Biblioth. Orient. Claſſ. III. in ipſo initio de Deo, vbi ita loquitur; אור עמים *Lux populorum*: continet quæſtiones 15. de Deo, & Anima. Habeo exemplar Bononienſe. Idem ali- populationem Vrbis, & excidium Romanæ Synagogæ eo ipſo anno à militibus illatum.

In Prouerbia compleuit anno ר״פח 288. Chriſti 1528. Vide in fine iſtorum Comment. Scripſit -

ספר דרך חיים *Sèpher dèrech chaim Librum viæ, & vitæ*. Titulus ex Ierem. 21. 8. quo multa explicantur loca allegorica excerpta ex Ghemarà. Prænotatorum librorum Ghedalià Aben Iachijà eius filius meminit in lib. *Scialſcèleth bakkabbalà* pag. 66. vbi addit: Scripſiſſe etiam -

ספר נר מצוה שהיה מפרש בו כל המצות וטעמם ובעוונותינו נשרפו אלו ב׳ חבורים בפדווה שנת שי״ד בשגגה לרוב לחץ השוטרים עם ג׳ תלמודים שהיו לנו שם ועם ספרים אחרים ולא נותר אצלינו מאלו השני חבורים רק קצתם שמצאתי קונטריסים בבית מדרשו של הרב א״א הזה :

Librum נר מצוה Ner Mitzuà Lucernæ Præcepti (Tit. ex Prou. 6. 23.) *quo explicabantur rationes omniũ præceptorum, ſed, iniquitatibus noſtris ita exigentibus, iſti duo libri* (vltimò loco recenſiti) *propter multam oppreſſionem executorum, vna ſimul cum tribus exemplaribus totius operis Talmudis, & alijs quamplurimis libris per errorem anno* 314. min. ſupp. Chriſti 1554. *combuſti ſunt Patauij, Neque apud nos aliquid ſuperfuit ex his duobus libris, niſi tantùm aliqua illorum pars, quæ in quibuſdam quaternionibus reperta eſt in Academia Domini patris mei*.

Porrò animaduertendum eſt: alios libros reperiri cũ hiſce titulis, vti Titulus תורה אור *Thorà Or* tribuitur חסדאי *Aben Chaſdài R. Ioſeph Sephardi*, & *Samueli Cohèn*, de quibus vide infrà; ſicut & Titulus דרך חיים de quo Parte IV. in *R. Leo*, & in *R. Samuel Cohèn*. Et Titulus נר מצוה

ueth Iehudà, quàm ſit hic præſens R. Ioſeph Aben Verga, ergò de alio aliquo R. Ioſeph loquitur Auctor *Scèuet Iehudà*, quàm de noſtro præſenti.

קמ״ח ר׳ יוסף זרקה או זרקי חבר
ספר רב פעלים על דקדוק טליינו

738. R. IOSEPH ZARKA', alijs ZARKI'. Scripſit Italicè de Grammatica Italica, & præſertim de Coniugationibus, cui titulum fecit

רב פעלים *Ràu pealim Magnus operationibus*, ſeù *Coniugationibus*. Viuebat ſuperiori ſeculo. Eius meminit *Scelſceleth hakkabbalà* pag. 63. b. quem fermè coniungit cum Elia Germano, qui floruit anno 1510.

קמ״ט ר׳ יוסף ן׳ חביב ספרדי
חבר ספר נמוקי יוסף סביב הרי״ף.

739. R. IOSEPH ABEN CHAVIV Hiſpanus. Scripſit Commentarium in aliquot Codices operum הרי״ף *Ràu Alphès*, quod vocauit

נמוקי יוסף *Nemukè Ioſèph Animaduerſiones*, ſeù *Obſeruationes Ioſephi*, quod ſpecialiter reperitur in הלכות קטנות *Halachòth ketanòth Lectiones*, ſeù *Conſtitutiones paruas*. Illæ ſunt ס׳ הלכות טומאה: תורה: מזוזה: תפילין: ציצית & reperiuntur in fin. I. Tract. Tomi I. operum eiuſdem *Ràu Alphès*, præſertim edit. Ven. cum Comment. diuerſorum Rabbinorum, vt in Ràu Alphès videbimus.

קנ׳ ר׳ יוסף חיואן חבר פירוש על
תהלים, וחבר מילי דאבות וקונט׳ פי׳ על פרקי אבות.

740. R. IOSEPH CHIVA'N. Scripſit Expoſitionem in Pſalmos Dauid. Ex Ioanne Morino in *Exercitat. Biblicis* lib. 1, Exerc. 6. cap. 1. Scripſit *Mi-*

alium librum cum eodem titulo nobis exhibet Claſſ. X. de Medicina R. Obadiæ Siporni Medici, quem ex Buxtorfio habuit, qui in ſua Biblioth. Rabbinica dicit, fuiſſe impreſſum Bononiæ anno Chr. 1550. mundi 5310. vbi & mentionem facit de conſimili titulo alterius libri continentis 15. quæſtiones de *Deo*, & *Anima*. Sed nos pro legitimis recipimus tantùm ſuprà narratos libros, quos habemus ex Ghedalia eius filio in ſuo libro *Scialſcèl. hakkab.* pag. 66.

קמ״ז ר׳ יוסף ן׳ וירגא ספרדי חבר ס׳
שארית יוסף ויכלול בו כללים כללי הגמרא אשר לא הביאו
הראשונים.

737. R. IOSEPH ABEN VERGA Hiſpanus. Scripſit

שארית יוסף *Sceerìth Ioſèph Reſiduum Ioſeph* (Tit. ex Amos 5. 15.) Complectitur nonnullas regulas vniuerſales, & concluſiones ad benè intelligendum ſtylum Ghemaræ, quæ omiſſæ fuerunt à reliquis Auctoribus, qui de hac materia tractauerunt, vti fuit *R. Scimſciòn*, & *R. Iſciaaiàh* in *Halichòth Olàm*. Impreſſus Adrianopoli anno 314. Chriſti 1554. in 4. Et Mantuæ tempore Ducis Vincentij Gonzagæ anno שמ״ת 353. min. ſupput. Chriſti 1593. cui in fine addita eſt, quæ in prioribus editionibus non extabat, Tabula ſcilicet rerum in hoc libro contentarum, nomine fratrum R. Iſaaci, & R. Samuelis de Nurſia, in 4.

In libro שבט יהודה *Stèuet Iehudà* nonnullæ hiſtoriæ referuntur ſub nomine R. Ioſephi Aben Virgæ, quem alium ab hoc præſenti Ioſepho eſſe crediderim, ad quod credendum ratio temporum me ſuadet: nam multò antiquior eſt R. Salomon Aben Verga Auctor *Scè-*

מילי דאבות *Millè de Auòth Verba Patrum*, Commentarium in Capitula Patrum. Cracouiæ in 4. & Venetijs. Ex Buxtorfij F.

תשמ״א ר׳ יוסף בן ר׳ חיים צרפתי

במיר אדריאנופולי חבר יד יוסף והם דרשות על סדר פרשיות של תורה ונדפסו בויניציאה שנת שלו״ס ;

741. R. IOSEPH BEN RABBI CHAIIM TZARPHATI Gallus, in Vrbe Adrianopoli ſcripſit -

יד יוסף *Iad Ioſèph Manus Ioſeph*. Sunt Sermones ordinati ſecundùm ſeriem Paraſciòth Lectionum Legis Moſaicæ. Excuſi Venetijs anno שלו״ס 376. Chriſti 1616. apud Petrum, & Laurentium Bragadinos in fol. In fine illius extat copioſus Index, qui raro habetur in libris Iudæorum. Scripſit & alios quatuor libros, quorum primum vocauit -

ראש יוסף *Roſc Ioſèph Caput Ioſephi*. Sunt Conciones, quarum argumenta deſumuntur ex Lege. Secundum nuncupauit -

בן יוסף *Ben Ioſèph Filius Ioſeph*. Eſt expoſitio in Legem ſine Concionibus. Explicantur etiam nonnulla מאמרים *Maamarìm Dicta* deſumpta ex Medràſc Rabbòth. Tertium appellauit -

מטה יוסף *Mattè Ioſèph Tribus Ioſephi*. Sunt Conciones triginta; ex illis aliquæ ſuper benedictionem, & Thalamum Sponſi, & Sponſæ; ſuper Circumciſionem; luctum funebrem, & ſimilia. Et quarto nomen indidit -

פלג אלהים *Pèlegh Elohim Riuus Dei*. (Tit. ex Pſal. 65. 10.) in quo explicantur quædam conſuetudines nonnullorum Codicum Talmudicorum, vti de Iuramentis; de Lege fratria; de Idololatria. Ex his quatuor libris nullus adhuc eſt impreſſus ſed ille tantùm, qui inſcribitur יד יוסף *Iad Ioſèph*: de quo primo loco dictum eſt.

תשמ״ב ר׳ יוסף טוב עלם בן ר׳ שמואל

ומזכירו רש״י בכמה מקומות ובפרט פ״ק דכתובות וחבר חבור על הדינים ונקרא בן פורתא ; וחבר סדר תנאים ואמוראים כנראה בסמ״ג לאוין סימן קל״ח ; והלכות גדולות כנראה לאוין סמ״ג סי׳ ק ; וחבר פירוש התורה כנראה בספר מערכי לשון ; וחבר חבורים אחרים וס״ת סרכם ;

742. R. IOSEPH TOV ALEM BEN R. SAMVELIS. Huius frequenter meminit *Raſci* varijs in locis; ſed præſertim Cod. *Chetuuòth* c. 1. Scripſit varia Opuſcula. Primum vocauit -

בן פורתא *Ben Porta Filius Principis*: vel vt alij legunt בן פורת *Ben Porràth*, Tit. ex Gen. 49. 22. בן פורת יוסף *Filius accreſcens Ioſeph*. Eſt liber על הדינים *Al haddinim* de Iudicialibus rebus pertinentibus ad forum contentioſum, ita vt ſit quaſi filius Principis, ad quē ſpectet ferre ſententias; vel in eo accreſcat Ioſeph addens deciſiones legales, & forſan antea nunquā eo modo deciſas. Scripſit -

סדר תנאים ואמורים, *Sèder Tanaìm, & Amorraìm Catalogum* Doctorum *Miſnicorum, & Ghemaraticorum*. Quorum nos quoque Catalogum exhibuimus ſuprà pag. 252. & 668. & ſeqq. Vide סמ״ג *Samàgh* in præcept. negat. n. 138. Scripſit -

הלכות גדולות *Halachòth Ghedolòth Lectiones magnas* ſecundum, quod innuitur ab Auctore libri סמ״ג *Samàgh* præcept. negat. num. 100. Sed alij huiuſmodi *Halachòth ghedolòth* attribuunt *R. Scimòn Kaijeræ*. Idem R. Ioſeph Tòu Alèm ſcripſit -

פירוש על התורה: *Perùſc al hattorà* Commentarium in Legem Moſis, vt videre eſt

תס״ד רבי יוסף מטוליטולה
חבר מנהיג עולם על כל המנהגים ונמצא כי״ בואטיקאנו :

745. R. IOSEPH TOLETANVS; anno mundi 5064. Chr. 1304. ſcripſit -

מנהיג עולם *Manhìg Olàm Ductor ſeculi*, ſeù *Gubernator mundi*. De ritibus Synagogæ Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, Italiæ, & Cataloniæ: & de origine, cauſa, & fine omnium rituum Iudæorum. Extat mſc. in Biblioth. Vaticana ſub num. 302. in fol. Papyr.

תשנ״ט רבי יוסף טיטצאק גאון מאיטצק
שאלוניקי חבר ס׳ פורת יוסף על קהלת : וביאור על קצת מזמורים :

746. R. IOSEPH TITATZA'K Hiſpanus. Scripſit -

ס׳ פורת יוסף *Sèpher Poràth Ioſèph Librum*, cuius titulus eſt *Fructeſcens Ioſeph*, ex Gen. 49. 22. Eſt Commentarius in librum Eccleſiaſtes. Excuſus Venetijs apud Danielem Zanetum anno ושמ״ח 359. Chriſti 1599. cum locupletiſſimo locorum Sacræ Scripturæ Indice in 4. Scripſit etiam -

ש״ת *Sceelòth, & Teſciuuòth Quæſita & Reſponſa* legalia, vt refert Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 63. b. Hic Auctor fuit vnus ex ijs, qui ex Hiſpania eiecti ſunt anno Domini 1492. Abijt in Græciam, & anno 283. Chr. 1523. Theſſalonicæ Principatum inter Iudæos obtinuit Ius, & Iuſtitiam adminiſtrando. Ex *Scialſcèleth hakkabbalà* loco nuper citato. Scripſit & -

Expoſitionem ſuper nonnullos Pſalmos Dauid. Prodijt Venetijs apud eundem Danielem Zanetum anno 353. Chriſti 1593. in 4. Scripſit & -

eſt in שערי ציון *Sciaarè Tzijòn*. Scripſit etiam nonnullos alios libros, & quam plurima ש״ת *Sceelòth*, & *Teſciuuòth Quæſita, & Reſponſa* legalia, vt aſſerit Auctor *Scialſceleth hakkabbalà* pag. 42. circa principium.

Qua autem ætate hic Auctor vixerit, idem Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina mox citata, ſynchronum eũ facit R. Abrahamo Ben R. חייא *Chijà*, qui vt ibidem dicitur, moritur anno mun. 4865. Chriſti 1205. Volunt autem eundem eſſe cum eo, qui mox ſequitur, ſed perperam.

תתס״ה רבי יוסף בן ר׳ טוביה
הנקרא הריב״ט וא״ו הוא ר׳ יוסף טוב עלם ואין כן :

744. R. IOSEPH BEN R. TOBIÆ, vocatus הרי״בט *Harriuàt*. Sunt, qui dicunt; hunc eundem eſſe cum R. Ioſèph Tòu Alèm, de quo mox ſuprà dictum eſt. Ita habet *Scialſ. hakkab* pag. 58. & quòd fuerit Magiſter Auctoris של מגדל עוז *Scel Migdàl oz* aſſeritur; ſed hoc nullo modo dici poteſt, quia idẽ Auctor *Scialſ. hakkab.* ibidem dicit, quòd hic Auctor claruerat ætate R. Salom. Aben Addèreth nominati הרשב״א *Harriſcbà*, qui an. mun. 5040. Chr. 1280. Barcinonæ Legem docebat: & ſuprà dixerat, quòd ætate R. Abrahami Ben R. Chijà, qui an. 4865. Chr. 1105. mortuus eſt, viuebat. Inter vtrumque intercedunt anni 175. Vnde dicendũ non eſt, quòd ſupra 175. annos ipſe R. Ioſeph Tòu Alèm, nomen mutauerit in R. Ioſeph Ben R. Tobiæ. Potuit autem fieri, quòd iſte R. Ioſeph Ben R. Tobię fuerit etiam vocatus טוב עלם *Tòu alèm Bonum abſconditum*, quia טוביה *Touià*, quod ſignificat *Bonum Dei*, nos latet, ſicut & opera, quæ iſte Auctor ſcripſerat.

לחם סתרים *Lèchem ſetharim Panis abſconſionum* (Tit. ex Prouerb. 9. v. 17.) Et eſt paruus Commentarius in V. *Libellos*. Et in *Danielem* dubia quædam in illos proponens, & breuiter reſoluens. Excuſus eſt Venetijs apud Io. de Ghara anno ש'ס'ח 368. minoris ſupputat. Chriſti 1608. in 4.

תשמ"ז ר' יוסף בן ר' יאודה בן ר' שמואל בן ר' יוסף די נוביש

מעיר ניקופולי עשה הקדמה על ספר לחם אבירים לר' אברהם עזוז המכונה ן' בורגיל ושם פרושים על כמה מסכתות ; על מסכת בבא קמא , בבא מציעא : יבמות : כתובות וקדושין אשר נדרשו בישיבת עיר הנ"ל ושמע אותם בעיר שאלוניקי מהרב רבי שמואל דימידינה נדפסה עם אותו הספר בויניציאה שנת בורוע נטויה לפ"ק ;

747. R. IOSEPH BEN R. IVDA, BEN R. SAMVEL, BEN R. IOSEPH DI נוביש NVBES, ex Vrbe Nicopoli. Compoſuit Præfationem ſuper librum לחם אבירים *Lèchem auirim* R. Abrahami עזוז *Azùz*, non *Gaziz*, vt ſuprà in Parte I. num. 54. ſcripſi, qui & cognominabatur בורגיל ן' *Abèn Borgil*, & ſcripſerat ſuper nonnullos Codices Iuris Talmudicos, videlicet in *Bauà Kamà*, & *Metzijà*; in *Ieuamòth*, *Chetuuòth*, & *Kidduſcin*; quæ quidem lectiones fuerunt explicatæ in Academia præfatæ Vrbis, ſecundùm doctrinam, quam hic Auctor hauſerat à Ràu R. Samuele de Medina in Ciuitate Theſſalonicenſi. Excuſa fuit cum prænotato libro Venetijs apud Ioannem de Gara anno בורע נטו'ה 365. min. ſupputationis, Chr. 1605. in fol. Secundùm hanc notitiam corrige locum citatum in noſtra Parte I. num. 54.

תשמ"ח ר' יוסף יבי"ץ חבר דרשות אשר קרא אותן חסדי יהוה ;

748. R. IOSEPH IABET'Z. Compoſuit librum Concionum, quem appellauit -

חסדי יהוה ; *Chaſdè Adonài Benignitates Domini*; Tit. ex Pſal. 89. 2. Buxtorfius eum attribuit cuidam Moſi Mardochæi filio. Forſan alius eſt à noſtro.

תשמ"ט ר' יוסף בן יהושע ספרדי

חבר ספר דברי הימים למלכי צרפת ומלכי בית אוטומאן השוגר נדפס בויניציאה שנת וש"ע על ידי קורנילייו אדיל קינד ;

749. R. IOSEPH BEN IEHOSCIV'A Hiſpanus BEN MEIR, BEN IEHVDA' &c. Chronographus magni nominis apud Hebræos, ita vt à Ioſiphon Sacerdote, qui de bello Iudaico ſcripſit, vſque ad præſentem diem nullus alius apud Iudæos diligentior, ac præſtantior iſto habeatur. Scripſit -

Chronicon bellorũ inter Reges Francorum, & Domum Hothomanicam, Expeditionis à Chriſtianis factæ in Terram Sanctam, aliorumq; bellorum, quę geſſerunt Chriſtiani inter ſe. Eſt tamen compendium Chronicorum incipien. ab Adamo vſque ad annum 1554. ſecundùm quod computare ſolemus nos Chriſti fideles, nempè vſque ad Pontificatum Iulij III. Excuſ. Venetijs anno mundi ו'ח'ש 314. min. ſupp. apud Cornelium Adel Kind, in 8. In principio libri extant quædam Carmina in laudem libri, & Auctoris compoſita à R. Zerachia Leui, ex ſorore Auctoris nepote.

תש"נ ר' יוסף ידידיה בן בנימן יקותיאל קרמי

חבר ס' כנף רננים על התפלות נדפס בויניציאה שס"ו לפ"ק ;

750. R. IOSEPH IEDIDIA'H BEN BENIAMIN IEKVTIEL קרמי KAR-

ret; omnes Tractatus, & Commentarios, quos in Talmudicos Codices proſa compoſuerat, iterum eoſdem ſuccinctè, & elegantibus verſibus declarauit, hos igne abſumptos eſſe dicunt cum tota ſua Academia, & reliquis ſcriptis ſuis, iuſſu S. Vincentij Ferrerij, vt refert Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 59: b. Qui dicit quòd ſcripſerat -

קינה על פטירת הרשב"א רבו: *Kinà al Peziràth Harrisbà Rabbò Nænias in funere R. Salomonis Abèn Addereth Magiſtri ſui, & ſocij*. Scripſit etiam -

פסקי הגמרא עם מורה מקום: *Piskè hagghemarà im morè makòm Concluſiones Talmudicas cum illarum Indice*, quibus ſeruatur ordo Codicum ſex Ordinum Ghemaræ. Poſt ſuprà narratum incendium nonnulla fragmenta membranacea ſemiuſtulata caſu ſuperfuerunt, quæ Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* de manu patris ſui ſe vidiſſe teſtatur. Huius R. Ioſeph Aben Iachijà meminit *Bar Sciesciàth* in ſuis ש"ת *Quæſitis, & Reſponſis* num. 345.

תשנ"ג **ר' יוסף יעבץ** הדרש חבר פירוש על ספר תהלים ונדפס בשלוניקי תחת שולטן סלים שנת ה' אלפים וש' ושלשים ואחד לבריאת עולם ׃

753. R. IOSEPH IAABE'TZ. Scripſit Comment. ſuper Pſalmos. Excuſ. Theſſalonicæ Imperante Sultano Selimo anno 5331. Chriſti 1371. in 4.

תשנ"ד **ר' יוסף בן יצחק יהודי** חבר ס' על הרפואות בלשון ספרדי ונמצא בי בשקוריאל.

754. IOSEPH BEN ISAAC IVDÆVS. Compoſuit librum de Medicina lingua Hiſpana Toleti. Reperitur mſc. in Biblioth. Eſcurialenſi. Ex Bibliotheca Vaticana inter Codd. mmſſc. La-

KARMI' ſcripſit -

כנף רננים *Chenàph renanìm Ala Pauonum*) Tit. ex Iob 39. v 3.) continet preces, confeſſiones &c. pro ſingulis diebus ſeptimanæ, & temporibus ſolennibus, adiecta eſt etiam commentatio. Excuſ. Venetijs an. 5387. Chr. 1627 in 4. Ex Biblioth. Bodleiana pag. 356.

תשנ"א **ר' יוסף יהודי ירושלמי** אשר נעשה משומד חבר חיבור על דת משיחנו בלשון לעז ׃

751, R. IOSEPH IVDÆVS Ieroſolymitanus ad fidem Chriſti Venetijs conuerſus, ſcripſit Italicè pro fide Chriſtiana. *Modo, & ordine ritrouato da catecuminare ogni fedel Chriſtiano ſopra ſedici miſterij della S. Meſſa, raccolto dal medeſimo in Ceſena, e riſtampato in Lucca per Vincentù Buſdraghi* 1582. in 8.

תשנ"ב **רבי יוסף ן' יחייא** תלמיד חבר הרשב"א חבר קינת על פטירת רבו ; וחבר פסקי הגמרא על סדר שנכתבים ששה סדרי' עם המורה מקום ; ושלושים אמרים ; ושב שנית וחבר כל הפסוקים הקשים בקצרה דרך פיר פרושו ׃

752. R. IOSEPH ABEN IACHIIA' Hiſpanus ſecundogenitus Salomonis Iachijæ ſocius הרשב"א *Harrisbæ* id eſt R. Salomonis Ben Addèreth circa annum mundi 5040. Chriſti 1280. longæuam vitam duxit donec nonagenario maior vitam cum morte commutauit, Doctiſſimus fuit habitus inter ſuos, qua propter eum Principem captiuitatis, & Patriarcham ſcientiæ per vniuerſum Regnum Caſtellæ crearunt. Præter Talmudicas doctrinas, excelluit etiam in Grammaticis diſciplinis, quæ apud Hebræos in magno ſunt pretio. Fuit & Poëta non vulgaris: nam vt ſuam in hoc ſciendi genere peritiam oſtenta-

monuit. Proficiſcitur itaque Ráu Ioſeph Damaſcū, ibiq; moritur excommunicatus anno penè ignoto. Confer Auctorem *Iuchaſsin* pagina 126. circa finem.

קטנז ר׳ יוסף בן יצחק ן׳ עזרא

חבר עצמות יוסף :

757. R. IOSEPH BEN ISAAC ABEN EZRÆ. Scripſit עצמות יוסף *Atzmòth Ioſèph Oſſa Ioſeph* (Tit. ex Exod. 13. 19.) Buxtorfius dicit: eſſe Quæſtiones, & Reſponſiones rituales: Plantauitius, quid in eo contineatur, omninò neſcit; dicit tamen ab Hebræis audiuiſſe, ipſum agere de cura pro mortuis habenda in corporibus ipſorum decenter, & religiosè ſepeliendis. In Biblioth. Lugduno-Bataua dicitur; quòd ſint Commentaria in Pentateuchum. Thomas Hyde in Biblioth. Bodleiana ait, eſſe explicationem nouarum regularū, ſeù Canonum, quibus exponitur Lex: continere quoque explicationem Tract. *Kidduſcin*. Excuſ. Theſſalonicæ 1601. Nullus ex his ſcopum attingit: nam quod dicit Bodleiana eſſe explicationem nouarum regularum, ſeù Canonum, &c. nihil de his in eo agi animaduerti. Quod autem addit, continere quoque explicationem Tract. *Kidduſcin*, verum dicit; imò ex libri titulo habemus, quòd

עצמות יוסף והוא ביאור במסכת קדושין מתחילתה עד סופה עיון בדברי הגמרא ורש״י והתוספות והרי״ף והרמב״ם והרא״ש ובנו ה׳ בעל טורים ושאר הפוסקים המדברים בדיני הקידושין ונדפס בשלוניקי שנת לבשי בגד״י לפ״ק :

Atzmòth Ioſèph ſit elucidatio in Cod. Kidduſcìn de Nuptijs à principio vſque ad finem ipſius, compilata ex dictis Ghemaræ, Raſci, Toſaphòth, Ràu Alphès, Moſis

Latinos num. 3938. Papyr. in fol. vbi ſic habetur: *Compueſto en Toledo año del naſcimiento di Chriſto 1267.*

קטנה ר׳ יוסף בן יצחק ישראלי

רופא ספרדי חבר ספר מראות השתן :

755. R. IOSEPH BEN ISAAC Iſraëlita Medicus Hiſpanus, ſcripſit ס׳ מראות השתן *Sèpher maròth Haſcèthen Librum inſpectionum vrinæ*. Claruit circa annum mundi 4700. Chriſti 940. De eo fit mentio apud *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 40.

קטנו רבי יוסף ברבי יצחק סטנאש

פירש כל הגמרות בלשון ערבי למלך ישמעאל ששמו אלחסים :

756. R. IOSEPH BERABBI ISAACI ABE'N סטנאש SATANAS, cognomento *Ben* אביתור *Auithùr*, diſcipulus R. Moſis captiui, & הלובש השק *veſtiti ſacco*, vt loquitur de eo R. Nathan apud *Harrauàd* pag. 70. Floruit Cordubæ in Hiſpania anno 4750. Chr. 990. Totum Talmud Babylonicum in gratiam אלחסים *Alchasès* Regis Iſmaëlitarum circa annum mundi 4780. Chriſti 1020. ex Hebraico in Arabicum vertit idioma, vt teſtatur *Harrauàd* loco citato, & *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 38. b. in fin. Exortis deinde ſimultatibus inter ipſum, & R. Chanòch Ben Moſis Rectorem Gymnaſij Cordubenſis; præualuit Chanòch, dixitque contra R. Ioſephum Aben Satanas dira, & anathemate eum excommunicauit. Exijt Aben Satanas ex Hiſpania, & ad R. Haài Gahòn in Babylonem contendit. Reſciens autem R. Haài eum ad ſe venire, ne aſcenderet, vt potè excommunicatus,

gica de Natalitijs, &c. edita Theſſalonicæ cum expoſitione R. Danielis Cohen. Ex Buxtorfij F.

תסס״ רבי יוסף בר יששכר מפרגא חבר יוסף דעת והוא ביאור על רש״י בדפס בפרלג :

760. R. IOSEPH BAR ISACHA'R de Praga, ſcripſit -

יוסף דעת *Ioſìph daàth Augebit ſcientiam* (Tit. ex Eccleſ. 1. 18.) Liber eſt (inquit Buxtorf. in Biblioth. Rabbin.) continens correctiones, & caſtigationes Commentariorum R. Salomonis ex mſc. trecentorum, & ampliùs annorum antiquitatis, exemplari. Eſt autem hic liber totius Operis Pars I. dumtaxat, in V. libros Moſis. In Præfatione promittit in II. Par. eundem laborem in Commentarios Raſci ſuper Prophetas; Hagiographa, & V. Meghilloth. In III. Parte caſtigationes in triplex Targum; Onkeli, Ionathanis, & Ieroſolymitan. Pragæ in 4.

תסס״ רבי יוסף כהן חבר דברי הימים והגזרות רבות על מין הישראלי :

761. R. IOSEPH COHEN SACERDOS, ſcripſit -

דברי הימים וכו׳ *Diurè Haijamim, &c. Chronicon &c.* vbi ex quaternione R. Eleazaris Germani narrat calamitates ſuæ gentis tempore expeditionis Ieroſolymitanæ. Videſis *Scialſcèlet hakkabbalà*, pagina 110. b. *Ganz* ad annum 5270. Chriſti 1510. Plantauitius in ſua Bibliotheca cuidam R. Ioſepho Cohèn Sacerdoti attribuit quendam librũ cum titulo:

מושעות אל *Moſciaaòth El Salutes Dei*, (Tit. ex Pſal. 68. 21.) ſine alia maiori notitia. De *R. Ioſèph Haccohèn Ben Ie-*

ſis Maijmonis: Harròſc, & filij eius Auctoris Turim, & aliorum Iuris Conſultorum, qui de hac materia tractarunt. Excuſ. Theſſalonicæ anno 361. min. ſupp. Chriſti 1601. *in fol.* Scripſit -

ספר משא מלך *Sèpher Maſsà Mèlech Collecta Regia*. Eſt compendium maioris libri compoſiti à R. Ioſeph Iskaphà ſub nomine ראש יוסף *Roſc Ioſèph*, de quo ſuprà pag. 796. in quo agitur de vectigalibus, & impoſitionibus à Principe impoſitis; & quinam ſint illi, qui immunes ab hoc onere eſſe debeant. Excuſ. ibid. & an. eodem ſub hoc ſymbolo חש״סא 5361. Chr. 1601. in fol. quamuis Bux. F. dicat eſſe queſtiones rituales.

תסס״ ר׳ יוסף ן׳ יקר או יאקר חבר ס׳ הסכמת מהסכמת הפילוסופים והמקובלים והתכונים : וחבר ספר צוף דבש : ואמרי נועם :

758. R. IOSEPH ABEN IEKA'R. Scripſit -

ספר הסכמת וכו׳ *Sèpher Haſſechamàth &c. Librum conformitatis, ſeù conuenientiæ, &c.* Tractat de concordia, & perpetuo conſenſu inter ſcientias Philoſophicas, Cabaliſticas, & Aſtronomicas. Extat mſc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in 4. Scripſit -

צוף דבש ואמרי נועם *Tzùph deuàſc veimrè nòam Fauus mellis. & eloquia iucunditatis.* (Tit. ex Prou. 16. 24.) Eleganter tractat de vanitate mundi. Euulgatur anno mundi 5135. Chriſti 1375. Reperitur mſc. in Biblioth. Vatic. ſub num. 384. pag. 158. Papyr. in 4.

תסס״ ר׳ יוסף בן ישועה חבר ס׳ על האסטגנינות :

759. R. IOSEPH BEN IESCIV'AH ſcripſit quædam Aſtrolo-

difficiliora loca ipſius Ezrę elucidantur. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. num. 36. Papyr. in fol. Etiam ס׳ הסוד *Sèpher Haſsòd Librum ſecreti*, ſeù *myſterij* in Legem mſc. in Biblioth. Vatic. num. 49. & num. 106. in fol. pergam. Notandum, quòd hæc expoſitio Abrahami Aben Ezræ in Exodum eſt diuerſa ab ea, quæ habetur in Biblijs magnis Hebraicis, quam quidem dicunt eſſe R. Ioſephi קורביל *Korbil* eius diſcipuli. Habetur in eadem Biblioth. Vatic. num. 283. fol. papyr. Scripſit -

4. עמודי כסף *Amudè Chèſeph Columnæ argenteæ*. Eſt Commentar. in librum מורה הנבוכים *Morè hanneuuchìm* R. Moſis Ægyptij: & quamuis Ægyptius poſteros adiurauerit ſub grauiſſimis pœnis, & imprecationibus, ne quiſpiam auderet gloſſare, interpretari, aut etiam Commentarijs illuſtrare præfatum ſuum librum *Morè*: nihilominus tranſgreditur Aben Caſpi hoc præceptum, cauſamque tranſgreſſionis ſuæ aſſignat in alio ſuo libro מנורת הכסף. Hìc tamen ſubdit, ſe hanc explicationem compoſuiſſe pro filio ſuo Abbà. Reperitur mſc. in Biblioth. Vrbin. apud Vatic. ſub num. 24 Papyr. in 4. Scripſit -

5. פירוש על העשר מאמרות של ארסטו *Perùſc al haèſſer maamaròth ſcel Arſatò Explanationem in X. prædicamenta Ariſtotelis.* Extat mſc. in Biblioth. Vatic. ſub num. 296. Papyr. in 4. Scripſit -

6. פי׳ על הנהגת אפלטון *Perùſc al hanahagàth Aplatòn Explanationem ſuper Platonem*; de regimine Reipub. mſc. ibidem reperitur. Scripſit -

7. מנורת כסף *Menoràth Chèſeph Candelabrum argenteum* (Tit. ex 1. Paralip. 28. 15.) Huius meminit ipſe occaſio-

Iehoſciùa. Vide Par. II. num. 516. pagina 824. col. 2.

תס״ב ... ר׳ יוסף ן׳ כספי הנקרא ברצלוני מקטלוניא חבר ספר אוצר לשון הקודש : ב׳ ושרשרות כסף : ג׳ ופירוש על פי׳ ן׳ עזרא על התורה : ד׳ עמודי כסף על ספר המורה הנבוכים : ה׳ פירוש על העשר מאמרות לארסטו : ו׳ ועל הנהגת אפלטון : ז׳ ומנורת כסף : ח׳ כפות על איכה :

762. R. IOSEPH ABEN CASPI, cognomento Barcellonius Catalanenſis. Scripſit -

אוצר לשון הקודש *Otzàr laſciòn hakkòdeſc Theſaurum linguæ ſanctæ*. Eſt Dictionarium explicans ſingulas voces Sacræ Scripturæ, quod Latinè tranſlatum fuit. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. num. 412. Papyr. in 4. Eius tranſlatio Latina reperitur ibidem, ſed incerto Auctore. Papyr. in 4. Scripſit -

2. שרשרות כסף *Sciarſceròth chèſeph Catenulas argenteas*. Eſt Dictionarium. In eo exhibentur omnes radices Hebraicæ, quibus vnica tantùm ſignificatio, eaque principalis aſſignatur. Huius exemplar reperitur in celebri Biblioth. Angelica in Ædibus S. Auguſtini Ordinis Eremitarum Romæ, ſumma diligentia mſc. in membrana charactere Rabbinico punctis vocalibus ornato elegantiſſimo, & lectu facillimo ab Alonſo Hiſpano de Zamora Chriſti ſeruo, & abſolutum fuit die Sabbathi 13. Iulij anno Domini noſtri Meſſiæ 1519. in Alcalà de Enares. Iſta Hebraicè leguntur in fine Codicis, quæ à me reddita Latinè, ibidem annotata fuere.

3. פירוש על פי׳ ן׳ עזרא *Perùſc al Perùſc Aben Ezra Super Commentarium in Commentarium Aben Ezræ* in Pentateuchum, quo Grammaticaliter, & Philoſophicè,

gitur in *Scèueth Iehudà* Clade V. Et in *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 39. b. vel ſecundùm *Harrauàd* lib. Cabalæ pag. 73. b. anno 4824. Chriſti 1064. Suſpenditur etiam *R. Abraham Halleuì* eius filius ad nutum Regis Hiſpaniarum. Ibidem.

תסס״ה ר׳ יוסף בר מאיר הלוי ן׳ מיגאש עסס פירוס על מסכתות רבות ׃

765. R. IOSEPH BAR MEIR HALLEVI' ABEN ME'GAS Hiſpanus Cordubenſis, qui in deciſionibus aliquando vocatur יהוסף *Iehosèph*, naſcitur anno mundi 4837. Chr. 1077. fuit vnus ex ſapientibus diſcipulis הרי״ף *Harriph*, id eſt *R. Iſaaci Alphesì*, qui ante illius obitū Præſes Academiæ conſtitutus, ſuper Cathedram ipſius ſedit. Habuit & ipſe multos diſcipulos, & præſertim R. Moſen Bar Maijmonis, quem Ægyptium vocant: quamuis nonnulli id negent, vt videbimus in R. Mosè Bar Maijmonis. Moritur verò an. mundi 4901. Chriſti 1141. Poſt eius mortem multæ calamitates in Hiſpania Iudæis obtigerunt, Iſmaelitis eos perſequentibus, vnde quamplurimi Iudæorum Toletum, & in Luſitaniam aufugerunt. *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 40. b. Scripſit -

פי׳ למסכתות רבות *Perùſc Lemaſſachtòth rabbòth Commentarios in multos Codices* (Talmudis). Ita Dauid Ganz ad annum 901. quinti millenarij. De eius dignitate R. Moſes Bar Maijmonis diſſerit in Præfatione ſua ad *Sèder Zeraìm*.

תסס״ו ר׳ יוסף מובנר חבר ס׳ קיל תורת הוס על רמ״ס ליכרי סל סלס ועל רמ״ס מכות פסק ׃

766.

ne Comment. in *Morè hanneuuchìm*. Tandem ſcripſit -

8. כפות כסף *Cappòth Chèſeph Cochlearia argentea*. Eſt expoſitio in Threnos. Mſc. ex Buxtorfio.

תסס״ג ר׳ יוסף ן׳ לב ר״י בסלוניקי וקוסטנטינא חבר ג׳ ספרים גדולים מסוגיות הגמרא ; ושות ;

763. R. IOSE'PH ABEN LE'V Rector Collegij, & Synagogæ Theſſalonicenſis, & Conſtantinopolitanæ, claruit circa annum mundi 5250. Chriſti 1490. *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 63. b. Scripſit tres ſpiſſos libros -

מסוגיות הגמרא *Miſſughaijòth haGhemarà De Vſu Ghemaræ*. Excuſ. Conſtantinopoli anno non notato. Scripſit & -

שו״ת *Sceelòth Vtſciuòth Quæſita & Reſponſa* legalia. Ibidem, & Venetijs anno של״ו 336. Chriſti 1576. in fol. & in 4.

תסס״ד רבי יוסף הלוי סופר חבר הקדמה על ספר ראב״ן ז״ל ר׳ אליעזר בר נתן ;

764. R. IOSE'PH HALLEVI' SOPHE'R *Scriba*, ſcripſit Præfationem ſuper librum ראב״ן *Rauàn*, id eſt *R. Eliezaris Bar Nathàn*. Vide ſub hoc nomine.

Fuit & alius Ioſeph Halleuì antiquior, vulgò dictus יהוסף *Iehosèph Ben Ràu Samuelis Halleuì Ben* גקטיליא *Gikatilla Cordubenſis*, qui Legem Moſaicam per vniuerſam Hiſpaniam inter Iſmaëlitas propagare conatus eſt circa annum mundi 4800. Chriſti 1040. Huic improbo conatui obſtitit Rex Granatæ, & eius iuſſu occiditur; & cum eo ex Iudæis Granatinis mille quingenta capita familiarum, anno mundi 4828. Chr. 1068. die Sabbathi 9. *Teuèth Decembris*, vt le-

766. R. IOSEPH MVBNER ſcripſit librum inſcriptum -

קול תודה *Kol thodà Vox gratiarum actionis*. Tit. ex Ier. 2. 10. De vtilitate 248. membrorum, & de 248. mandatis affirmatiuis, quæ ſingula ſingulis mem. bris applicantur. Eſt mſc. ex Buxt. F-

תשס״ו רבי יוסף דילמריגו : עיין ר' יוסף שלמה דילמדיגו :

767. R. IOSEPH DEL MEDICO. Vide *R. Ioſeph Salomon del Medico*.

תשס״ז ר' יוסף בר משה חבר אגרת וקראה קריה נאמנה :

768. R. IOSEPH BAR MOSIS ſcripſit Epiſtolam, quam vocauit -

קריה נאמנה *Kirijàh nehemanà Ciuitas fidelis*, ex Iſai. 1. 26. Huius mentio fit in Biblioth. Lugdun. Batau. in legato mmſſcc. Warner. in 4.

תשס״ח רבי יוסף בר ר' משה מטראני בעיר צפת גליל העליון כתב על הטורים וחבר צפנת פענח והם דרושים על פרשיות :

769. R. IOSEPH BAR R. MOSIS DE TRANI, in Vrbe Sapheth ſuperioris Galilææ ſcripſit ſuper quatuor טורים *Turìm* R. Iacobi Bar Aſcer. Et in Par. III. hoc eſt ſuper *Tur* אבן העזר *E'uen haèzer* affert quaſdã nouas expoſitiones in Ghemarà, quæ omnia impreſſa ſunt Venetijs anno ה'ת״י 410. m. ſup. Chriſti 1650. in fol. Sed antea ſcripſerat librum ſub hoc titulo -

צפנת פענח *Tzaphnàth Paanèach Abſconditi reuelatorē* (ex Gen. 41. 45.) Sunt Conciones ſuper Pentateuchi ſectiones. Excuſ. Venetijs anno ה'ת״ח 5408. Chriſti 1648. in fol. Sunt & alij libri cum

hoc eodem titulo. Vide *R. Iſaac Onkenira*; & *R. Scem Tòu Sciprut*.

תשס״ט ר' יוסף בר משה צרפתי חבר ס' המספר :

770. R. IOSEPH BAR MOSCE' TZARPHATI' Gallus, ſcripſit ספר המספר *Sèpher hammiſpàr Librum de numero*. Tractat de Arithmetica. Extat mſc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in 4.

תשע״א רבי יוסף בר ר' משה מקרעמניץ חבר ביאור על ספר מצות גדול לאוין ולא השלימו אלא עד סימן רפ״ג כמו שראה בספר דפוס וויניציאה בחכמת יואן די גארה שנת השס״ה לפ״ק והוגה בעיון נמרץ על יד ר' יצחק גרשון : וחסרים מצות פ״ב : כי מצות לאוין הם שס״ה : ועל מצות עשה אם הוא עשה גם כן ביאור איני יודע :

771. R. IOSEPH BEN R. MOSIS DE KARAAMANITZ, ſcripſit -

ביאור *Biur Elucidationem*, ſiuè breuem expoſitionem in prolixum Commentarium סמ״ג *Samàgh Libri Magni præceptorum* R. Moſis de Kotzi in præcepta negatiua. Excuſa fuit Venetijs apud Ioannem de Gara anno mundi ש״סה 365. min. ſupp, Chriſti 1605. diligenter reuiſa, & correcta à R. Iſaaco Gherſciòn. Sed hoc loco breuiter explicantur quædam loca præceptorum negatiuorum vſque ad præceptum 283. reliquis, quæ deſunt num. 82. ſine explicatione relictis. An verò præcepta affirmatiua, quæ num. ſunt רמ״ח 248 explicata fuerint ab hoc Auctore, hactenus non didici. Hic libellus eſt in 4.

תשע״ב ר' יוסף נשיא מושל כי המספיקו כעשה יסודי וחבר ספר בן פורת יוסף נגד המסיקיים ונדפס בקונסטנטינא :

Alphès, R. Niſim, & aliorum, vt nouã doctrinam adſtruat, & nomen exiſtimationis inter ſuos acquirat. Excuſ. Venetijs anno ש״ג 303. min. ſupp. Christi 1543. in 4. Alium huius tituli librum vide numero ſuperiori.

קסע״ד רב יוסף סגי נהור סים דכו
סל סבוי ענבא ותרגם כתובים ׃

774. RA'V IOSE'PH SAGHI' NAHO'R *Multus luce*, id eſt cœcus per antiphraſin, fuit Magiſter Auijè, & Rauà, qui mortuus eſt anno mun. 4113. Chriſti 353. *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 34 non longè à fine. Et *R. Dauid Ganz* ad annum 113. quinti millenarij. Si ſic, dicendum neceſſariò eſt, quòd iſte R. Ioſeph Cœcus ſit ille, qui ante Auijè, & Rauà duobus annis cum dimidio Rectoratum geſſerat Academiæ Soranæ an. 4082. Et obierat an. 4085. Chr. 325. qui ab eodem Ganz סגי נהור *Saghì nahòr Magnum lumen*, vocatur. Et à ſuis coæuis nuncupabatur סיני *Sinài*, quia peritus erat Traditionum in monte *Sinai* acceptarum; cùm רבה *Rabbà* eius ſocius vocaretur עוקר הרים *Okèr harrim Eiradicans montis*, quia erat acutus. Ita *Harauàd* in libro Cabalæ ætate tertia, & *R. Dauid Ganz* ad annum 82. quinti millenarij; ſed vterque nihil de hoc Ràu Ioſeph cœco ampliùs loquuntur; neque ſui ingenij aliqua ſpecimina literaria reliquiſſe nobis exhibent. At Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag 28. b. loquens de Targum Paraphraſi כתובים *Hagiographorum*, licèt videatur dubitare de Auctore huius Paraphraſis, tamen concludit cũ communi opinione quamplurimis Ghemaræ auctoritatibus roborata, quòd huiuſmodi Targum in Hagio-

772. R. IOSEPH NASSI' *Princeps* ita vocatus poſt Apoſtaſiam: nam è Chriſtiano factus eſt Iudæus tempore Selimi II. Turcarum Imperatoris circa annum Domini 1580. Scripſit pro ſua ſuperſtitione Iudaica contra Chriſtianã Religionem librum blaſphemiarum plenum, quem vocauit -

בן פורת יוסף *Bèn Poràth Ioſèph Filius accreſcens Ioſeph*, ſeù *Rami fœcundi*. Titulus ex Geneſ. 49. 22. Hic dum eſſet Chriſtianus vocabatur *Ioannes Mica*. Eſt & alius huius nominis liber, de quo ſtatim. Et alius ſuprà ad num. 746. in *R. Ioſeph Titatzàk*, pag. 806.

קסע״ג ר׳ יוסף סאמיגה חבר דרך
ימין ׃ מקראי קדש ׃ ופורת יוסף ׃

773. R. IOSE'PH SAMI'GA. Scripſit -

דרך ימין *Dèrech iamìn Via dextera*. Liber eſt moralis, & concionatorius. Item -

מקראי קדש *Mikraè kòdeſc Conuocationes ſanctitatis* (ex Leuit. 23. ver. 2.) Liber moralis eſt, & ab Hebræis admodum commendatus. Diuiditur in duas Partes. In prima agitur de dignitate, & præſtantia mandatorum Dei. In ſecunda oſtenditur, quanta eſſe debeat hominis diligentia in exequendis Dei mandatis. Excuſ. Venetijs apud Ioannem de Gara, typis Bombergianis anno mundi 5346. Chriſti 1586. cum valdè docta, & erudita Præfatione, in 4. Scripſit -

פורת יוסף *Poràth Ioſèph Fructeſcens Ioſeph* (Tit. ex Gen. 49. 22.) Liber legalis, & Talmudicus, præcipuè tractans *de Matrimonio*. Diuiditur in 20. capita, quibus non raròimpugnatur doctrina antiquorum Rabbinorum, videlicet Ràu

alias refertiſſima eſt, vt legenti, & intelligenti experimento eſſe poteſt. Nihilominus apud Iudæos magnæ eſt auctoritatis, ac proinde multoties excuſa fuit ſeorſim, & cum maioribus Biblijs, vt videre eſt in editionibus Venetis, Hanouianis, Baſileænſibus, Pariſinis, & Anglicanis. De cæteris Paraphraſibus Chaldaicis in alios Sacræ Scripturæ libros, vide quæ dicta ſunt in Onkeloſo, & Ionathane Ben Vzielis.

קסע״ס רבי יוסף סמיגה עיין ר׳ יוסף סאמיגה:

775. R. IOSEPH סמינה SAMI'GHA. Vide ſuprà *R. Ioſeph* סאמיגה *Samigha* cum א.

קסע״ו רבי יוסף סימיסי חבר ספר מקראי קדש:

776. R. IOSEPH SEMESI', ſcripſit librum.

מקראי קדש *Mikraè kòdeſc Conuocationes ſanctitatis*. Huius meminit R. Dauid de Pomis in Præfatione ad ſuum librum צמח דוד *Tzèmach Dauid*. Viuebat Venetijs anno 547. minoris ſupp. Chriſti 1587.

קסע״ז רבי דון יוסף ספרדי חבר תורה אור:

777. R. DON IOSE'PH SEPHARDI' Hiſpanus, compoſuit librum inſcriptum.

תורה אור *Thorà Or Lex lucis* (Tit. ex Prouerb. 6. 23.) Impreſſus fuit Bononiæ, Ferrariæ, Venetijs, & Lublini. Hortatur ad ſtudium Talmudicum, & dehortatur à ſtudio Philoſophiæ. Hæc ex Buxtorfio. De libello cum ſimili titulo vide ſuprà num. 737. pag. 803.

קס״ב״ם

giographa fuiſſe compoſitum à prædicto Ràu Ioſeph *Saghì nahòr Cæco*, verè cœco, non luſco; vt aliqui putauerunt, quem tamen non ita vocabant, ne cœcitatem illi exprobare viderentur; hoc enim honeſtiori vocabulo סגי נהור *Saghì nahòr Multæ lucis*, eum vocare voluerunt; & meritò quidem: nam cœci licèt viſu corporeo careant, non tamen ſunt priuati viſu interno, quo oculo ſpirituali, & animæ facultate, ſpiritualia vident, & contemplantur. Lumine oculorum priuatos etiam hodie Iudæi vocant *Saghì nahòr Multæ lucis*. Itaque iſte *Ioſeph ſaghì nahòr Cæcus* Paraphraſim ſcripſit in Hagiographa. Corrige Leuſden, qui eum vocat *Rab Iosè*. Non tamen ſcripſit Targum Paraphraſim Chaldaicam in omnes libros Hagiographos, ſed tantùm in aliquot eorum, qui Hebraicè ſcripti ſunt; vt in Pſalmos, Prouerbia, Eccleſiaſten, Ruth, & Eſther. In alios huius Claſſis libros, quiſnam fuerit, qui Paraphraſim ſcripſerit, planè ignoratur. In Danielem, & Ezræ libros non datur Paraphraſis Chaldaica, quia iſti libri ſemichaldaici ſunt, ſicut nec datur in Nehemiam. In Paralipomenon autem adhuc edita non eſt Paraphraſis. In Eſtheram eſt & alia Paraphraſis, quam vocant תרגום שני *Targùm ſcenì Paraphraſim ſecundam*. Hæc anilibus, & Rabbinicis fabulis ſcatet, ſicut & omnes aliæ (excepta Onkeloſi) vnde benè Franciſcus Cardinalis Ximenius in Præfatione Complutenſium Bibliorum ait: *Chaldaicæ Paraphraſes, illa excepta, quæ eſt in Pentateuchum* (ſcilicet Onkeloſi) *Iudaicis fabulis, & Talmudiſtarum nugis conſperſæ ſunt*. Et hæc præſens Paraphraſis Ioſephi Cœci inter

ר׳ יוסף בן סרוק

תס״ח הוציא מעות מכיסו כדי להדפיס ספר העיטור ונדפס בויניציאה שנת שס״ח לפ״ק ולא נגלה שם המחבר :

778. R. IOSEPH BEN SARV'K proprijs ſumptibus curauit, vt liber iſte nomine עיטור *Ittùr Coronatus* celebris apud Iudæos imprimeretur, ſicut impreſſus fuit Venetijs anno 368. min. ſupp. Chr. 1608. in fol. ſine nomine Auctoris. De quo vide infrà in *R. Iſaac Bar Abbà de Maſſilia*. Corrige locum Bibliothecæ Lugduni Batau. in Legato Warneriano, vbi compilator Indicis librum עיטור *Ittùr* huic R. Ioſepho F. Saroc (vt ipſe legit) attribuit.

רבי יוסף סרסה

תס״ט חבר ס׳ לקח טוב : והוא ביאור על פירוש ן׳ עזרא על כמה מקומות :

779. R. IOSEPH SARSA' ſcripſit Dilucidationem Commentarij R. Aben Ezræ, in aliquot ipſius Opuſcula, quam appellauit – לקח טוב *Lèkach tòu Doctrina bona*, (Tit. ex Prou. 4: 1.) Sunt & alij nonnulli libri cum eodem titulo, de quibus ſuo loco. Hunc autem habemus ex Plantauitio, qui dicit eum excuſum fuiſſe Conſtantinopoli.

רבי יוסף עברי

תס״ט חבר חיבור מספרי החכמות אסר בלשון יון נקראת מסטימאטיקה : ונדפסת בלשון לטין :

780. R. IOSEPH HEBRÆVS, neſcio quis, ſcripſit Bibliothecam Mathematicam. Excuſa Francofurti apud Clementem Scheleich 1634. Ex Philippo Labbè in Bibl. Bibliothecarum.

ר׳ יוסף עוליפרון

תס״א חבר סדר קול הקורא על דקדוק :

781. R. IOSEPH AVLIPRO'N, ſcripſit librum de re Grammatica, cui nomen fecit קול קורא *Kol korè Vox clamantis* ex (Iſa. cap. 40. ver. 3.) Excuſ. Cracouiæ.

רבי יוסף ענבי

תס״ב חבר פירוש על אדם וחוה וגן עדן וכו׳ :

782. R. IOSEPH ANABBI', ſcripſit allegoricas expoſitiones de Adamo & Eua; Paradiſo voluptatis, ſerpente, & fructu arboris vetitæ. Extant mſc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4. ſub numero 105.

רבי יוסף בן עקנין

תס״ג חבר ס׳ שיעור המדות הנזכרות בתורה ובקבלה בתורה שבכתב ושבעל פה וכתבו בלשון ערבי :

783. R. IOSEPH BEN AKANI'N, ſcripſit Arabicè Tractatiunculam de Menſuris, quarum fit mentio tam in Lege ſcripta, quàm orali. Huius meminit Pokok. in notis miſcellaneis ad Portam Moſis cap. 9. pag. 362.

רבי יוסף ערון

תס״ד חבר פי׳ על ס׳ יצירה :

784. R. IOSEPH ARV'N ſcripſit פי׳ על ס׳ יצירה *Perùſc al Sèpher Ietzirà Commentarium ſuper librum de formatione* Cabaliſticum. Reperitur ſolummodo mſc. ex Plantauitio.

רבי יוסף פאלקירה

תס״ה חבר ויכוח הזקן עם הנער בדרך מלנ״ס כו׳ :

785. R. IOSEPH PALKE'RA, ſcripſit Rhetoricè, & eleganter – ויכוח *Viccùach Dialogum*. ſeù *Diſputationem* inter Senem, & Iuuenem, quo de rebus ad mores componendos pertractat. Extat mſc. in Biblioth. Vaticana papyr. in 4.

תשפ״ו **ר׳ יוסף מפאדווא״ה** עשה
דורון אל דון דיינו די אירטדו״א מספר אשר חבר ר׳ משה פרווינצאל
על גיאומטריאה והוא בלשון לעז ;

786. R. IOSEPH DE PADOVA *Patauinus*, dicauit quandam opellam compoſitam à *R. Mosè Prouenzale* Domino Don Didaco Hurtado de Mendoza Italicè, cui titulus eſt: *Opera nuoua di Geometria in dimoſtrare, come poſſono vſcire due linee ſopra vna ſuperficie, le quali procedendo ſi accoſtino ſempre, ne poſſino incontrarſi mai, coſa merauiglioſa, e prodotta per verace e certa, da Mosè d'Egitto Hebreo nel ſuo* Directio dubitantiũ *al cap. 73. del primo: Compoſta per Magiſtro Moſe Prouenzale Hebreo. Stampata in Mantoua ad inſtantia de Iacomo di Ruffinelli* 1550. *in* 12.

All'Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Signore Don Diego Hurtado de Mendoza appreſſo il Pontefice Oratore per la Ceſarea Maeſtà, Gioſeffo di Padoua Hebreo dedica la pradetta operetta. Reperitur in Biblioth. Vatic. inter libros excuſos num. 9537. pag. 174.

תשפ״ז **ר׳ יוסף בן פורת** חבר מעשיות
והם כ״ו :

787. R. IOSE'PH BEN PODA'TH ſcripſit quaſdam hiſtorias, quæ nec dum editæ ſunt; harum meminit Gilbertus Gaulmyn de vita, & morte Moſis lib. 2. cap. 3. editionis Pariſienſis anno 1629. in 8.

תשפ״ח **ר׳ יוסף פלט** השיב לכל אברהם
אבד״ אשר עשה השגות על הרמב״ם ;

788. R. IOSEPH PALLA'T reſpondit ad obiectiones R. Abrahami אבד *Aubàd* pro Moſe Ægyptio. Vide *Iuchaſsin* pag. 132. & *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 51. Obijt anno 4965. Chr. 1205. ibidem.

תשפ״ט **ר׳ יוסף ן׳ פסכי** חבר כלי כסף
והם על התורה ועל הגיון ;

789. R. IOSE'PH ABE'N PASCHI' ſcripſit -

כלי כסף *Chelì chèſeph Vas argenteum*. Sunt Tractatus varij ſuper Legem; & de הגיון *Highaijòn Logica*.

תש״צ **ר׳ יוסף פראנסיש** חבר פירוש
על בחינת עולם ;

790. R. IOSE'PH FRANSESE *Francus*, ſcripſit Commentarios in librum -

בחינת עולם *Bechinàth Olàm Examen Mundi* R. Iedaaiàh Habedraſcì. Excuſi cum eodem, Ferrariæ anno שי״ב 312. Chriſti 1552. in 4.

תשצ״א **ר׳ יוסף פרדו** העתיק ס׳ חובת
הלבבות של ר׳ בחיי הזקן מלשון הקדש ללשון ספרדי והעיר שם
המחבר וקרא בו שם הרמב״ם . בשנת השע״ ;

791. R. IOSE'PH PARDO' an. mundi 5370. Chriſti 1610. ex Hebraico in Hiſpanicum vertit idioma librum חובת הלבבות *Chouàth halleuauòth Obligatio cordium* R. Bechaij Senioris, ſed ementito nomine, ſiuè ex ignorantia, ſiuè ex malitia, vt ſpecioſiori nomine, ſcilicet Rabbi Moſis Ægyptij inde maius lucrum percipere poſſet, euulgauit.

תשצ״ב **ר׳ יוסף הפרסי** חבר ס׳ על כלי
הנקרא כלי־פז ; ומלמד לעשות אותו :

792. R. IOSE'PH HAPPARSI' ſcripſit librum de Compoſitione Inſtrumenti Mathematici, vocati כלי־פז *Chelì-Paz Inſtrumentum auri optimi* (Tit. ex

grande, & egregium Volumen contra Iudæos ſcribere cæpit Italicè, quod & nuncupauit -

מבוכת היהודים *Meuochà haIehudim Confuſione de Giudei Confuſio Iudæorum*, quo omnia Chriſtianæ religionis dogmata explicantur, & dilucidè ex Scripturis Sacris, & priſcorum Rabbinorum auctoritatibus comprobantur; ex quo videtur tranſcriptum quicquid ferè dicitur à Fabiano Fiochi in ſuo libro nuncupato, *Dialogo della Fede*. Fuit huiuſmodi opus B. Pio V. dicatum, & probatum à Superioribus, vt typis euulgaretur; neſcio tamen qua ſorte, vel caſu id factum non ſit, ſed vſque ad noſtra tempora incompactum, & folijs diſiunctis, delituerit in Biblioth. Collegij Neophytorum Romæ, quæ à me diligenter collecta; & deinde in Volumen ea folia redacta, mei cura compacta fuere, ne omninò perirent. Hodie in eadem Bibliotheca Collegij Neophytorum aſſeruatur mſc. in fol. magno Papyr. Scripſit etiam Italicè -

אגרת שלום *Ighèreth ſcialòm Lettera di pace*, *Epiſtolam pacis*, eamque Hebraica, & vernacula lingua ad diuerſas Synagogas tranſmiſit, ſed præcipuè ad Romanam: in qua de aduentu veri Meſſiæ Chriſti Domini IESV luculenter pertractat, eumque iam diù veniſſe ex Sacræ Scripturæ Veteris Teſtamenti locis, ac antiquorum Rabbinorum dictis, & auctoritatibus adductis, manifeſtè comprobat, additis in fine Iudæorum argumentationibus contra hanc veritatem, quibus doctè, ac veraciter occurrit, & ſoluit. Huius Autographum (vt puto) vidi mſc. Hebraicè, & Italicè in folio apud Reuerendiſſ. Patrem

Iob. 28. 17.) Non eſt multum diſſimile ab Aſtrolabio vulgari. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. papyr. in 4. ſub numero 387. pag. 61.

תשצ״ג **ר׳ יוסף הצדיק** חבר ס׳ העולם הקטן ונזכר אותו בהרמב״ם באגרת אל ר׳ שמואל ן׳ תבון :

793. R. IOSEPH HATZADIK *Ioſeph Iuſtus*, ſcripſit -

ס׳ העולם הקטן *Sèpher Haolàm hakkatàn Librum Mundi parui*, de microcoſmo, hoc eſt, de hominis dignitate, natura, indicijs ad benè, vel ad malè agendum. Huius libri meminit *Harrambàm* in Epiſtola ad R. Samuelem ן׳ תבון *Abèn Tibbòn*, & ab eo laudatur.

תשצ״ד **ר׳ יוסף צרפתי האלפסי**

נעשה המשיחי שנת כמו אלף וחמש מאות ושנים וחמשים ללידת משיחנו ישוע משיח שמבורך הוא וכתב אגרת שלום ושלוחה אל כל הקהלות הגולה יהודים וכתובה בלשון הקודש ובלשון לעז יחד : וחבר ספר ובו משיב אל קושיות אשר מביאים היהודים כנגדנו ונמצא כתיבת יד ואינו עד הנה מובא לדפוס : וחבר גם כן -

ספר על מעלת הדת ישוע משיחנו וקרא אותו מבוכת היהודים ונמצא כי בבית ניופיטי ברומא עיר הגדולה :

794. R. IOSEPH TZARPHATI ALPHESI origine Gallus, patria Pheſſanus Afer, ſuperiori ſeculo per plurimos annos Rabbinatus, & Morenatus officium in Romana Synagoga exercuit. Legem Moſaicam per ſugeſtum explanando, & in eorum Academijs docendo, Iudaicam perfidiam in diſcipulorum animis obfirmauit; ſed à Patre luminum illuſtratus, Iudaicæ ſuperſtitioni valedicens, Chriſtianam Religionem amplectitur Romæ circa annum Domini 1552. ſub Pontificatu Iulij III. Vocatus fuit Andreas à Monte. In qua animi feruore, & eximio Chriſtianæ religionis propagandæ zelo accenſus præ-

munus Interpretis apud Sum. Pont. exercuit,& Epiſtolas ad Sum. Pont. transmiſſas in Italicam linguã tranſtulit. Vnam ex his vidi à Patriarcha Antioch. Maronita ex Monte Libano ad Piũ IV. miſsã, & alterã ad Card. de Carpi illius Nationis Protectorẽ ab eo in linguã Italicam verſas; vtriuſque exemplar in Biblioth. Neophyt. aſſeruatur, inſertũ in Cod. *Confuſione de Giudei*, nuper exhibito. Obijt Romæ circa initium pręſentis ſæculi.

הספרדי ר״י נפטר ר׳ יוסף קארו בסנ״ס
חבר בית יוסף על ד׳ טורים: ושלחן ערוך כסף משנה ובדק הבית:

795. R. IOSE'PH KA'RO Hiſpanus Ben Ephràim Doctor magni nominis, & auctoritatis apud Hebræos per excellentiam nuncupatus מופת הדור *Mophèth haddòr Portentum ſeculi*. Apud Vrbem *Saphèth* ſuperioris Galileæ vnà cum R. Moſe de Trani in Apulia ſocio Academiæ Rectoratum geſſit ab anno 5300. Chriſti 1540. vſque ad an. 5335. Chriſti 1575. ſui obitus, expirauit enim in eadem Vrbe fer. 5. die 13. Menſis ניסן *Niſàn Martij* vt legitur in fine Tomi 4. operum הי״ד *Haijàd* editionis Venetæ anno של״ו 336. Chriſti 1576. apud Aloyſium Bragadinum in folio, ſepultuſque fuit in medio campi antiquorum ſepulchrorũ eiuſdem Vrbis, vbi viſitur lapis, & Titulus ſepulchralis. Ex Epiſtola itineraria Terræ Sanctæ. Opera ab eo ſcripta; ſunt

1. בית יוסף *Beth Ioſèph domus Ioſeph*, Tit. ex Geneſ. 50. v. 8. Sunt ingentes Commentarij in quatuor magnos Tomos diſtributi ſuper quatuor טורים *Turim ordines R. Iacobi Bar Aſcèr* cum textu ipſius Bar Aſcer. Complectuntur enim ri-

trem Gregoriũ Boncompagnum de Scarincijs Ord. Præd. S. Th. Magiſtrum, & Concionatorem ad Hebræos in benè inſtructa per ipſum Bibliotheca in Ædibus Pœnitentiariorum, vbi præeſt, apud S. Mariam Maiorem in Exquilijs. Præfatam epiſtolam noſter Andreas. Iulio Antonio Sanctorio S. R. E. Cardinali, ac Neophytorum Protectori dicauit, eamque abſoluit die 12. Ianuarij anno Domini 1581. vt in fine Codicis notatur, cùm eſſet Concionator Romæ ad Hebræos in Oratorio Sanctiſſimæ Trinitatis à Gregorio XIII. Summo Pontifice anno Domini 1576. conſtitutus, vt refert ipſe Auctor in Præfatione huius libri. Sed eius Conciones ob maximam peritiam linguæ Hebraicæ, & locorum Talmudis; quibus Iudæorum impietates redarguebantur, non fuerunt acceptæ Iudæis, imò proteſtati ſunt apud Cardinalem Sirletum Neophytorum Protectorem nolle eos ampliùs intereſſe illius Concionibus, vnde datus illi fuit Coadiutor; ipſo ſpontè ceſſante à concionando, vt apparet ex epiſtola mſc. anno Domini 1582. vltimo Iunij, quæ reperitur inter manu ſcripta eiuſdẽ Cardinalis Sirleti exiſtentia in Bibliotheca Vaticana n. 6792. pag. 57. vbi multa, quæ ad Hebræos, & Neophytos ſpectant, continentur.

Sub nomine Andreæ de Monte circumfertur Oratio habita ad Iulium III. qua ſuadetur Sum. Pontif. ex Illuſtri familia Montis, & illius inſignia in ſacris literis fuiſſe præmonſtrata. Excuſa eſt, ſed loco, & anno non notato; in 4.

Ob peritiam diuerſarum linguarum; callueſat enim (præter Hebraicã) etiam Chaldaicam, Syriacam, & Arabicam;

cob פרינץ *Perintz* in 4. Et ibid. cum additionibus *R. Moſis* איסרלש *Iſarlès*. Pars 1. & 2. an. שמחה 353. Chr. 1593. Pars 3. & 4. an. שמחי 354. min. ſup. Chriſti 1594. in fol. Et ibid an. 1616. in 4. Et tandem recuſus Hanouiæ minutiori charactere cum additionibus an. ש״פ״ז 387. Chriſti 1627. in fol. Scripſit -

3. כסף משנה *Chèſeph Miſcnè Argentum duplum*: Tit. ex Gen. 43. ver. 11. Commentarius eſt magnæ exiſtimationis in librum ה״יד *Haijad* Moſis Ægyptij, quo indicantur loca Ghemaræ, in quibus ſententiæ Bar Maijmonis ſint inueniendæ. Additi ſunt in edit. Veneta operum הרמ״בם *Harram bàm* anni 334. min. ſupp. Chr. 1574. apud Aloyſium Bragadinum in fol. quapropter pretioſius redditur. Eidem tribuitur liber -

בדק הבית *Bèdek habbàith Fiſſura domus*. Tit. ex 2. Reg. 12. 7. Additamentum eſt operi בית יוסף *Beth Ioſèph*. Cùm enim comperiſſet quippiam reſarciri, ac refici in ſuo opere deberi, huiuſmodi ſciſſuras, & rupturas hoc opere reficit idem Auctor. Excuſ. Venetijs apud Zanetum Zaneti anno 366. min. ſupput. Chriſti 1606. in 4.

Buxtorfij F. duos alios nobis exhibet huius Auctoris libros, primum cum Tit. כפות כסף *Chappòth chèſeph Cochlearia argentea*, & ait eſſe expoſit. in Threnos. 2. שארית יוסף *Sceerìth Ioſèph In Talmùd*.

De Ioſeph Kàro vide *Scialſ. hakkab.* pag. 65. & 117. b. Et *R. Dauid Ganz* ad annum 335. ſexti millenarij.

Eſt & alius R. Ioſeph Kàro ſenior, qui in *Saphèth* circa annum mundi הר״צ״ח 5298. Chriſti 1538. prorsùs eadem ætate viuebat, vocatur tamen הזקן *Hazakèn Senior*, quia ætate præceſſerat hunc no-

ritus, conſuetudines, iura, & iudicia communis Iuſtitiæ Hebræorum, quæ hodie apud eos ſunt in vſu, & obſeruantur. Duo ex his excuſi ſunt Venetijs, videlicet יורה דעה *Iorè Deaàh* anno 5324. Chriſti 1564. in Typographia Ioannis Griphij in fol. & אבן העזר *E'uen haèzer* ibidem apud Ioannem de Gara characteribus Bombergianis an. 5325. Chriſti 1565. tempore Hieronymi Priuli Venetiarum Ducis anno eius 6. in fol. Reliqui duo ex *Turìm* excuſi fuerunt Sabionetę ſub Principatu Veſpaſiani Gonzagæ Columnæ anno 319. poſt quintum millenarium, Chriſti 1559. in domo Tobiæ Eliezaris פואה Phoæ cum Indice ſatis copioſo, & duplici Præfatione, prima Ioſephi Cari; ſecunda R. Iacobi Auctoris *Turim*, in folio magno.

2. שלחן ערוך *Sciulchàn Aruch Menſa ordinata*. Eſt fermè compendium, & epitomen ſuprà dictorum Commentariorum, quo pura puta lingua Hebræa, & per elegantęs Aphoriſmos in breuem ſummā perſtringuntur, ea quæ prolixiùs in *Beth Ioſèph* explicantur, qua de cauſa inter Iudæorum manus frequenter teritur, & in magna exiſtimatione habetur. Diuiditur in quatuor partes iuxta quatuor טורים *Turim* ſicut fit in בית יוסף *Beth Ioſèph*: videlicet, 1. in ארח חיים *O'rach Chaiim*; 2, יורה דעה *Iorè deàah*; 3. אבן העזר *E'uen haèzer*; 4. & חושן משפט *Chòſcen miſcpàtt*, vti in *R. Iacob Ben Aſcèr* amplius explicabitur. Compoſitus fuit huiuſmodi liber in eadem Vrbe Saphèth & abſolutus an. 5317. Chr. 1557. Vide in fin. III. Par. אבן העזר Excuſ. Cracouiæ, & alibi. Venet. an. 5325. Chr. 1565. Ibid. 1. 2. & 3. Pars, 4. quarta verò an. 5326. Chr. 1566. apud R. Meir Bar Ia-

Volumen compoſuerunt, quæ de nomine Auctoris vocauerunt.

ש״ת רבינו קולון. *Quæſita, & Reſponſa Magiſtri noſtri Kolòn*, quæ poſtea excuſa fuerunt Cremonæ an. 317. Chr. 1557. apud Vincentium Conti, in fol. Obijt hic Auctor Ticini in Inſubria an. 5240. Chriſti 1480. Vide *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 62. b. in principio. Et *R. Dauid Ganz* ad annum 246. ſexti millenarij; Vide etiam ſuprà ad num. 646, pag. 65. col. 2.

תסנ״ו רבי יוסף קורקוס נקרא רי״ק

היה חכם גדול וחבר ס׳ על הדינים וכתבם כי אצל ר׳ רפאל קורקוס תושב רומא ;

797. R. IOSEPH KORKO'S, cognomento רי״ק *Rik* ſymbolicè, ſcripſit quædam pertinentia ad Iura Iudaica, quæ mſc. hodie extant penes R. Raphaëlem Korkòs Romanum, pronepotem Salomonis Corcoſſi, qui tempore Pontificatus Gregorij XIII. ſan. mem. anno videlicet 1573. vnà cum filio ſuo Lazaro relinquentes Iudaicam ſuperſtitionem Chriſto vero Iudæorum Meſſiæ adhæſerunt. Ipſe vero Summus Pontifex eos benignè ſuſcipiens in Eccleſia S. Petri, & in ſuo Sacello Gregoriano per manus Cardinalium ſuorum Nepotum ſolemniter nomine ſuo ſacra vnda ablui fecit, Salomoni Vgonis impoſito nomine, quod ipſe ante Pontificatum gerebat, & Lazaro eius filio, Gregorio de nomine ſuo, quo tunc Pontifex nuncupabatur. Eoſque nouellos Chriſtianos ad menſam Pontificiam ſedere fecit, & præſente tota Curia cum eis publicè diſcubuit. Comites Palatinos eos creauit, Nobiles fecit, alijſque quamplurimis priuilegijs, gratijs, & fauoribus eos cumu-

noſtrum, licèt paucis annis. Fuit & hic ſapiens Rabbinus, ſed nihil ſcripſiſſe dicitur; eius tamen meminit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 64.

תסנ״ה רבי יוסף קארקיש קראי חבר ס׳ על עניין הפריות ;

795. R. IOSEPH KARKE'SC hæreticus Karaita, Arabicè ſcripſit librum *De materia inceſtus*. Eius meminit Seldenus *De Vxore Hebraica* lib. 1. cap. 3 pag. 7.

תסנ״ו רבי יוסף צרפתי בן רבי שלמה הנקרא מהרר״ק אחר מותו בלומברדיאה תלמידיו אחריו קבצו ולקטו קצת תשובותיו ואגדו יחד ועשו ספר אח״ על שמו ;

796. R. IOSE'PH KOLO'N TZARPHATI' Gallus Ben R. Salomonis abbreuiatè vocatus מהרי״ק *Mahararik* hoc eſt *Morènu harràu Rabbi Ioſeph Kolòn*. Mantuanam Synagogam aliquandiu vnà cum R. Iuda nuncupato *Meſſer Leone* Auctore libri נפת צופים *Nòpheth Tzophim*, ſocio pacificè rexit; ſed mutuis inter ſe exortis diſſidijs, in partes etiam tota Mantuana Synagoga ſciſſa eſt. Cum enim vtriuſque partis animi in vnum coaleſcere non poſſent, dum Rabbini iſti pertinaciter contendebant, Ducis Mantuani decreto vterque Vrbe pellitur Mantuana. Ioſeph Kolòn Ticinum abijt, ibique Iudaica iura docuit ſuos, multoſque doctos diſcipulos habuit. Varijs quæſtionibus, & dubijs ſibi propoſitis doctè reſpondit; quæ omnia in folijs diſiunctis, & ſine aliquo ordine inter reliqua ſua manu ſcripta in ſuo Lyceo aſſeruata fuere. Poſt eius obitum à ſuis diſcipulis collecta, & per ordinem diſpoſita, iuſſum

bus, aliiſque actis publicis, & priuatis adeſſe, ibique, & vbique Votum actiuum, & paſſiuum, nec non locum, gradum digniorem, & prærogatiuam obtinere, eorumque nomina in vrnas coniici, & inde extrahi, educique, ac quæcunque officia, honores, Magiſtratus, & munera, etiam Iuriſdictionalia publica, & priuata conſequi, & obire, cæteraque Nobilium, & Illuſtrium functiones ſuſcipere, atque conficere aquè, ac Ciues Romani originarij, & claro Ciuium nobilium originariorum & antiquorum Romanorum, Vetuſtoque Comitum, & Illuſtrium genere procreati eſſent, eoſque etiam vniuerſos, & ſingulos præſentes, & futuros in infinitum non ad ſupradicta omnia tantũ, ſed etiam ad quæcumque alia omnia, prærogatiuas, immunitates, ac Iure etiam honoraria, communia, ſpecialia, municipalia, & cætera omnia, quæ Comitibus, Equitibus, Ciuilibus Romanis nobilibus, & antiquis conueniunt, & debentur, quæque illis conceſſa ſunt, & concedentur quomodocunque, & quandocumque, nulla prorſus inter hos, & illos differentia obſiſtente, quin etiam eos, qui ex Vtriuſque ipſorum, natos, & deſcendentes in infinitum: Clericos etiam ſi aliàs idonei fuerint ad Canonicatus, & Præbendas, dignitates, adminiſtrationes, & officia, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica cũ cura, & ſine cura etiã Baſilicarum dictæ Vrbis Patriarchalium, aliarumq; Eccleſiarum, & cuiuſcumq; qualitatis, conditionis, & naturæ exiſtentia, quinimò Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & alterius cuiuſcumq; inſignis dignitatis, omninò habiles, & capaces facimus, &c. Propterea in ſignũ honoris ipſis Vgoni, & Gregorio, eorumque natis, & deſcendentibus in infinitũ licentiam tribuimus enſem, aliaq; honeſta arma ad oppugnandum, & re-

mulauit, prout ex motu proprio ſub die 1. Nouembris an. 1582. datum Romæ apparet. In quo, inter alia, hæc quæ ſequuntur, continentur.

Motu proprio &c. Ex mera voluntate; & ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine &c. dictos Vgonem, & Gregorium, quos, vt accepimus, iam dilecti filij Conſeruatores Vrbis noſtræ in Ciues Romanos adſcripſerunt. Illorumque filios natos, & naſcituros, & ab eis deſcendentes in infinitum pariter dictæ Vrbis Ciues originarios ac verè nobiles, ac propterea Aulæ Conciſtorij noſtri Comites, Aurataque militiæ Equites cum omnibus, & quibuſcumque prærogatiuis, honoribus, priuilegijs, Inſignibus, ac Titulis debitis, ac conſuetis Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium creamus, conſtituimus, & deputamus: ac Ciuium originariorum Nobilium, & antiquorum Romanorum. nec non Aulæ Comitum, ac militiæ huiuſmodi Equitum numero, & conſortio fauorabiliter aggregamus, eiſque vniuerſis & ſingulis in domum, & familiam gentis noſtræ coaptatis, concedimus gentilitijs, inſignibus, & armis, &c. Item, omnibus, & quibuſcumque priuilegijs, antelationibus, præeminentijs, libertatibus, exemptionibus, gratijs. fauoribus, & indultis, quibus alij Vrbis Ciues ordinarij, ac verè Nobiles proſapia antiqua Romana, nec non Comites, ac Equites huiuſmodi in dicta Vrbe, & vbique Gentium Terrarum, & locorum Vrbis vtuntur, potiuntur, &c. ac vti, potiri &c. poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere, ac cum illis, & ſine illis in omnibus, & quibuſcumque conuentibus, comitijs, conſeſſibus, Concilijs, Congregationibus, & pompis generalibus, & particula-

adlectus, liberalitate erga Deum ſummopere laudandus, qui totam Eccleſiæ S. Marcelli frontem lapidibus Tiburtinis ſectis, & perpolitis modò exornat, egregia auri ſumma impenſa, ad argenteorum minimum ſcutorũ viginti millia aſcendente. Faxit Deus vt ad bonum totius Vrbis diù viuat. Familiare quippè fuit huic familiæ pietatis, & erga Diuinum cultum augendum ſedulum ſtudium; ſic Vgo Sacellum in Eccleſia B. Mariæ ad montes in Vrbe ſub inuocatione Sanctiſſimæ Annunciationis eiuſdem Mariæ Virginis extruxit; ſic quoque eius poſteri ſui exemplo incitati, idem (vt infra videbimus) fecerunt.

Nec defuerunt ex Clauſtris huius familiæ Viri egregij: Gregorius, & Franciſcus Maria fratres germani, ambo ex Ord. Prædic. hic vita functus, non infimæ claſſis Concionator extitit. Gregorius Gregorij filius, qui adhuc ſupereſt, Sac. Theologiæ Magiſter, & inſignis Concionator; quamplures nobiliores, & illuſtrioris notæ ſuggeſtus intra Italiæ fines aſcendit; & iam anni ſeptem ſupra triginta fluxerunt, qui ad Hebræos ſingulis Sabbathis Romæ concionem habens, eius doctrina commoti, ac ſuaſi Iudæorum plurimi Chriſti fidem ſusceperunt. Per idem fermè tempus Collegium Pœnitentiariorum ſui Ordinis apud Baſilicam S. Mariæ Maioris reſidentium adminiſtrauit, & laudabiliter adminiſtrat; cum & aliquando, Sedis Apoſtolicæ mandato, totius Prouinciæ ſuæ Romanæ gubernium ſuſcepiſſet.

Quod ſi ſpectetur illiuſmodi Corcoſſorum familia intra Iudæorum limites; quamuis in Iudaiſmo nulla vera nobilitas eſſe poſſit, cum omnes Chriſti pari-

repugnandum idonea, vnà cum ſuis famulis, tam in Vrbe, quàm in alijs Ciuitatibus, & locis ditionis temporalis S. R. Eccleſiæ die, noctuque licentia deſuper minimè requiſita. Inſuper ipſius prædia, poſſeſſiones, domus, Caſalia, Vineas, Cenſus, Iuriſdictiones, Terras, & alia bona, tam in Vrbe, quàm in Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis, &c. à quibuſcumque vectigalibus, datijs, gabellis, &c. tributis, &c. in perpetuum eximimus, & liberamus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum an. 1582. Kal. Nouembris Pontificatus Noſtri anno XI. M. Datarius. C. Glorierius. A. de Alexijs, Loco † plumbi.

Iſta ſunt priuilegia, gratiæ, & prærogatiuæ conceſſæ Vgoni, & Gregorio, & ſuis ſucceſſoribus in infinitum, quibus ſtatim vti, & frui cæperunt; nam Vgo vti Nobilis Romanus electus fuit Conſeruator Vrbis, vt ſuprà retuli pagina 759. & ipſius Vgonis poſteri vtriuſque ſexus cum Nobilibus Romanorum, vel aliarum Ciuitatum familijs coniugia contraxerunt, ex quibus tam in foro, quàm in Romana Curia Illuſtriſſimi Viri doctrina, & dignitatibus exorti ſunt. Paulus Boncompagnus Gregorij filius Aduocatus primarius in eadem Curia. Ioannes Philippus Pauli filius Aduocatus non minoris literaturæ, & exiſtimationis quàm fuerit pater; qui poſtea inter Prælatos connumeratus, Vtriuſque Signaturæ Referendarius, & quamplurium Congregationum Conſultor, atque Sacelli Sixti V. in Baſilica Liberiana Vicarius. Obijt Romæ an. 1682.

Marcus Antonius Balthaſaris filius, filij Gregorij, filij Vgonis, Prælatus inſignis, Burgi, & Viarum Vrbis Iudex, atque inter multiplices Congregationes

ad mores conſtituta ſunt, quæ ab omnibus ferè Italiæ Synagogis recepta, vſque hodie vſu ſeruantur. Vnde ille, qui poſt eius obitum parentauerat Orationem funebrem in eius doctrinæ laudem recitando, vt alicubi idem me dixiſſe puto, pro Symbolo vſus eſt ſententia illa ex *Pirkè auòth* Cap. 3. deprompta, vbi R. Eleazàr Ben Azariæ dicebat אם אין קמ״ח אין תורה *ſi non eſt farina non eſt lex*. קמ״ח *Kemach* enim per initia dictionum componit retrorſum *Chizkiàu Manòach Korkòs Ezechiam Manòach Korkòs*, quaſi diceret: Si non eſt *Ezechias Manòach Corcos* non eſt Lex. Deperdita eſt enim tota Legis ſcientia pereunte Corcoſſo. Et hæc quo ad doctrinam Corcoſſorum.

Quoad antiquitatem eiuſdem familiæ Corcoſſicæ. In Hebræorum Chronologijs ſupra ętatem anni Domini 1412. antiquiorem memoriam de ea non inuenio. Certum tamen eſt, eam eſſe antiquiſſimam; quia ſi eo tempore adlectus eſt *Iom Tòu Corcòs* ad diſputandum contra Religionem Chriſtianam, veluti doctior inter Hebræos Doctores Hiſpanos, congruum eſt credere: doctos iſtos Rabbinos ab antiquioribus eorum progenitoribus doctrinam hanc Iudaicam tamquam hereditario iure recepiſſe. Quod verò ad diuitias, & bona fortunæ, ſpectat dicendum: ditiſſimam hanc familiam Corcoſſam ſemper fuiſſe, ſiuè in Hiſpania, ſiuè in Luſitania, vbi ortum hubuiſſe dicitur ex Oppido *Corcos* nuncupato, ſub ditione huius familiæ conſtituto, vt in quadam ſcriptura mſc. aliquando memini me legiſſe; ſed cùm tempore diſputationis cum Hieronymo à S. Fide vocati fuerint omnes principaliores, & doctiores Rabbini Aragonenſes, ricidio rei ſint, & ideò inter nationes in perpetuum exilium abacti, tamquã ſerui & viliſſima mancipia omnibus gentibus, & mundi nationibus ſeruire cogantur; nihilominus inter eos ſunt, qui humanæ nobilitatis notas habere vtcumque cernuntur, vti ſunt doctrinæ, vel genealogiæ familiæ longa ætatum ſerie non interrupta popagatio, vel diuitiarum affluentia, & abundantia opum. Quæ omnia in hac Corcoſſorum Iudaica gente reperiemus, ſi Iudaicis hiſtorijs ſtandum ſit. Quo ad doctrinam: ſemper viri docti in ea non defuerunt. Inter inſigniores doctores, qui diſputationi coram Benedicto XIII. habitæ, de qua ſuprà locuti ſumus, interfuit *R. Iom Tòu Korkòs*, an. Dom. 1412. *Scèuet Iehudà Clade* 40. Auctor libri *Scialſc. hakkabb.* pag. 64. circa an. m. 5296. Chr. 1536. nominat inter Viros doctrina inſignes Italos *R. Iſaak Korkòs*. Cuius opera mſc. extant in Biblioth. Vatic. vt infra ſuo loco, & ibid. paulo poſt, tres alios doctiſſimos Rabbinos vnum poſt alium immediatè recenſet de familia Corcos, nempè ר׳ יהושע קרקוס ׃ רבי יוסף קרקוס ׃ ורבי אברהם קרקוס ׃ *R. Iehoſciùa Korkòs; R. Ioſeph Korkòs; & R. Abraham Korkòs.* Et pagina ſequenti 65. loquens de Rabbinis doctiſſimis, qui in Terra Sancta an. mun. 5335. Chriſti 1575. viuebant, nominat ר׳ יוסף קורקוס בירושלם ׃ *R. Iosèph Korkòs in Ieruſalem*. Et temporibus noſtris cognouimus hic in Vrbe ר׳ חזקיהו מנוח קרקוס *R. Chizkiàu Manòach Korkòs* vulgò dictus *Tranquillus* Corcos, qui erat primus *Morenus*, ſeù Archiſynagogus Synagogæ Romanæ, cuius doctrinæ fama per omnes Italię Synagogas diffundebatur; ita vt multa ab ipſo quo-

rum cœmeterio Romæ fuiſſent ſublata, & penes Archi-Baſilicam Lateranenſem depoſita; in his in plano quorundam antiquarum columnarum perpolito; nomen, cognomen, & annus, quo defunctus obierat, tamquam in cippis notantur. Quamplurimæ in his diſſectis columnis, in eodem Clauſtro Lateranenſis Baſilicę cernuntur inſcriptiones, omnes ex eadem familia Corcoſſea, nulla ex alijs, quia ſolùm hæc illuſtrior cæteris cenſebatur. Ponam hìc vnũ ex his epitaphijs integrè Hebraicè cum ſua verſione Latina; reliquorum duo, vel tria addam, annotatis tantùm defuncti nomine, cognomine, & anno obitus, ex quibus iudicium fieri poterit de reliquis.

ואת מצבא קבורת הבחור המפואר כמ״ר שמואל
קורקוס נ״ל בכ״ר המעולה והנכבד כמ״ר יצחק קורקוס
יצ״ו יום ד׳ י״ח ניסן שנת של״ח לפ״ק ׃

Iſte eſt cippus ſepulchralis Iuuenis ornati, honorati, excellentis R. Samuelis Korkòs, memoria iuſti ſit in benedictione, filij honorati Rabbini, excellentis R. Iſaaci Korkòs, cuſtodiat eum Deus, & redemptor eius. Obijt fer. 4. 18. *Niſàn* Martij *anno* 338. *min. ſupput.* Chriſti 1578.

Alius conſimilis titulus in altero cippo ita legitur: *R. Elias Corcoſſus filius Iſaaci Corcoſſi.* נפטר *Obijt die* 3. *Teuèth* Decembris *an.* ש׳ב׳ם 342. *m. ſup.* Chr. 1582.

Alius, הנער יצחק קורקוס *Puellus Iſaacus Korkòs filius Rachelis Vxoris Ioſephi Corcoſſi; obijt fer.* 2. *die* 26. *menſis* אב *Au* lulij, *anno* ש׳נ׳ד 354. Chriſti 1594. In eadem columna: *Obitus eiuſdem Rachelis Vxoris prædicti Ioſephi Corcoſſi*, notatur, die 1. hebdomadæ, 25. *Marcheſcuàn* Octobris, *ann.* שנ״ו 356. *min. ſupput.* Chr. 1596. Huiuſcemodi epitaphia non omnibus familijs paſſim permittebantur ſes, & Catalani tantùm. inter quos connumeratur *R. Iom Tòu Corcòs*, ſignum eſt: huiuſmodi familiam in his Regionibus habitaſſe, & potiùs ab Vrbe Carcaſſone Corcoſſi cognomen accepiſſe, quàm à *Corcos* Oppido, quod nullum in tota Hiſpania, aut Luſitania huius nominis reperiri, perſpicuum eſt. Carcaſſon autem Vrbs, nota media eſt inter Perpinianum, & Toloſam. Quicquid ſit de feudo *Corcos*, aut origine nominis Corcoſſij, certum eſt; eam fuiſſe familiam ditiſſimam Iudæorum in Hiſpania; & poſt exilium ab illis Regnis, ſemper opulentiſſima habita eſt vbique locorum, vbi domicilium fixerat. Et licèt Romæ ante exilium Hiſpanicum huiuſcemodi familia repereretur, vt patet ex marmoreo ſepulchrali cippo ex cœmeterio Iudæorum olim ſublato, qui hodie viſitur in Clauſtro Eccleſiæ Lateranenſis literis Hebraicis in plano columnæ inſculpto, hiſce vocibus –

זאת קבורת המעולה המפואר כמ״ר יצחק קורקוס
נ״ל - - - - - גם קברת חחכם - - - - - שנת רח״
לפר״ט קטן ׃

Iſtud eſt ſepulchrum excellentis, & honorati R. Iſaaci Corcoſſi bonæ memoriæ . . . . . Vnà cum ſepulchro ſapientis . . . . anno 208. *min. ſupput.* prædicta verba ita legi, reliqua abraſa fuerant: annus autem 208. correſpondet anno Domini 1448. attamen poſtquam Iudæi ab vniuerſali illo exilio eiecti ſunt à Regnis Hiſpaniæ an. 1492. vt ſæpiùs dictum eſt, Corcoſſorum hæc familia etiam in Vrbe aſylum inuenit; ac poſtea frequens fit illorum memoria: nam cùm Superiorum iuſſu, non multis ab hinc annis omnia epitaphia, tituli, & inſcriptiones ſepulchrales ab Iudæo-

Chriſtianus factus (vt ſuprà retuli ex Gabutio pag. 758.) inter ſuos facilè Princeps, mutato nomine ex nomine B. Pij ante Pontific. Michaël eſt appellatus, & ab eodem Pontifice vnà cum filijs in Ghiſleriorum gentem relatus eſt. Ex poſteris ipſius fuit Ioſeph Ghiſlerius, qui Collegium Ghiſleriorũ Romæ fundauit.

Facta & iterum fuit alia Corcoſſorum bonorum diuiſio, occaſione ſuſceptæ Religionis Chriſtianæ à quatuor puellis nepotibus ſuprà narrati Vgonis, qui & ipſi admodum diuites fuerunt. Iſtorum nomina ſunt: Auguſtinus, Hippolytus, Clemens, & Alexander, ex quibus prodijt Petrus Boncompagnus, qui Palatium apud Montem Iordanum ædificauit, Altàre magnificum in Veſtiario Eccleſiæ Vallicellanæ Vrbis extruxit, impoſita ſuper illud egregia ſtatua marmorea S. Philippi Nerij vultum ad viuum repræſentante; Opus Algardis excellentiſſimi artificis. Auguſtinus ab ipſo S. Philippo Nerio vocatus, Congregationi Oratorij nomen dedit, qui per 40. annos in eadem Vallicellana Eccleſia Deo ſeruiens, eandem lampadibus argenteis, alijſque pretioſis donarijs, & ſacra ſuppellectili ex ſerico Damaſceno, quo omnes interiores Eccleſiæ parietes ex integro operiuntur, ditauit; & tandè in ſenectute bona, non ſine ſanctitatis fama ibidem quieuit in Domino. Non minoris pietatis fuit Clemens, qui ferè omnia bona ſua locis pijs legauit. Horum omnium teſtes adhibeo Venerabiles Societates SS. Apoſtolorum, & Sac. Stigmatum, quæ ex legatis Clementis Boncompagni non parum ditiores redditæ ſunt. Cùm in tot tantaſque partes antiquorum Corcoſſorum facultates di-bantur, ſed illuſtrioribus, & ditioribus tantùm, quod ſignum eſt tam ante, quàm poſt exilium Hiſpanicum, huiuſmodi familiam Corcoſſorum ditiſſimam fuiſſe. Quæ quidem diuitiæ conſeruatæ, & auctæ ſunt poſtea, ab Vgone, & Gregorio, qui ex hac familia ad Chriſti fidem conuerſi, ſtatim poſt ſuſceptum Baptiſmum, quam plurima Palatia, prædia, aliaque bona ſtabilia etiam Iuriſdictionalia emiſſe conſtat. Itemque plurimas filias, & nepotes, quas habuit Vgo (præter eas, quas Chriſto Domino Virginum Sponſo in Monaſterio ſacrauerat) omnes Nobilibus familijs in Matrimonium collocauerat, decem, aut ad minus octo millibus ſcutis pro dote ſingulis aſſignatis, prout teſtatur Rotæ deciſ. coram Cardinali Sacrato deciſ. 249 num. 2. par. 2. recent. 6. Aprilis 1609. vbi dicitur: *Videbatur autem grauatus Vgo ſi dos conſtitueretur vltra hanc ſummam, quia licèt non mediocres habeat redditus, attamen cùm per fel. rec. Greg. XIII. fuerit multis honoribus, & priuilegijs inſignitus, & cum familijs nobilibus affinitatem contraxerit, tenetur nobiliter cum curribus, & numeroſa familia viuere, prout de facto viuit.* Et ibidem additur: *Iſta dos non ſuperat quintam partem redditũum Vgonis, & ſic non eſt periculum, quòd ipſe hac de cauſa deueniat ad egeſtatem.* Et num. 7. *Ipſemet Vgo, qui neptes in ſeculo dotauit, aliquando in decem, aliquando in octo mille ſcutis.* Hinc apparet quàm opulentæ fuerunt diuitiæ Corcoſſæ familiæ.

Iterum eiuſdem diuitiarum affluentia manifeſtatur ex alia bonorum diuiſione non diù pridem facta tempore B. Pij V. Pont. Max. ab Elia Corcoſſo, qui & ipſe

ס׳ הזכרון *Sèpher Hazzicaròn Librum memoriæ* ſeù *Memoriale*. Videtur quòd ſit liber Grammaticalis. Sæpè citatur à Dauid eius filio in ſuis Commentarijs Grammaticalibus, præſertim in *Michlòl*, vt pag. 186. Hi duo libri memorantur in *Scialſcel. hakkab.* loco ſuprà citato.

Scripſit etiam nimis acerbè contra Religionem Chriſtianam librum, quem vocauit -

מלחמות השם *Milchamòth haſcèm Prælia Domini*. Huius meminit *R. Scem Tòu Sciprùt* in Præfatione ſui libri אבן הבחן *E'uen habbòchen*.

קסנ״ט ר׳ יוסף קץ מקראקא חבר ש״ת׃

799. R. IOSE'PH KETZ Cracouienſis ibidem per 50. fermè annos Academiam rexit, ibidemque inter ſuos Iura dixit, ſcripſitque -

ש״ת *Sceelòth vtſciuuòth Quæſita & Reſponſa* legalia. Perijt anno 351. min. ſupput. Chr. 1591. octogenario maior. Huius meminit *R. Dauid Ganz* ad annum 351. ſexti millenarij.

ת״ת רבי יוסף בן קרניטול חבר שערי צדק׃

800. R. IOSE'PH BEN KARNITO'L ſcripſit librum, cuius titulus eſt -

שערי צדק *Sciaarè Tzèdek Portæ Iuſtitiæ*, Tit. ex Pſal. 118. 19. Liber eſt planè Cabaliſticus, tradens regulam, & methodum introeundi in ſcientiam Cabalæ. Excuſus fuit Riuæ Tridenti anno 321. m. ſupp. Chr. 1562. in 4. & Mantuæ ſub Duce Gulielmo Gonzaga anno eodem in 8. Claruit hic Auctor anno mundi 5260. Chr. 1500. Eſt & alius li-

diſtractæ fuerint. Hinc colligi poteſt, quot quantæque fuerint Corcoſſorum diuitiæ etiam in Iudaiſmo. De qua antiqua, & ditiſſima familia Corcoſſea, hodie inter Iudæos exiguum veſtigium cernitur. Cùm inter eos nobiliores, & ditiores Chriſto vero Iudæorum Meſſiæ adhæſerint. Quædam tamen ſubcreſcentia germina pullularunt, quæ Corcoſſi cognomen inter eos habere gloriantur. Inter quos eſt Raphael Corcos primò ſuprà nominatus, à quo ſcripta veteris Ioſephi Corcoſſi, de quo modò loquimur, notitiam habuimus: & fortaſſis eſt ille, cuius meminit Auctor שלטי הגבורים *Sciltè hagghibborim* in Catalogo inſigniorum Scriptorum poſito in principio ſui libri. Meruit igitur hæc Corcoſſorum familia laudari, cùm tot Viros Illuſtres Chriſto pepererit.

קסנ״ח רבי יוסף קמחי אביו של דוד ומשה קמחי חבר פירוש על התורה ועל נביאים ראשונים ואחרונים ועל ס׳ תהלים ומשלי׃ וחבר ס׳ האמונה׃ וס׳ הזכרון׃ וס׳ מלחמות השם נגד המשיחיים׃

798. R. IOSE'PH KIMCHI, pater Dauidis, & Moſis Kimchi claruit circa annum mundi 4920. Chr. 1160. licèt non fuerit חכם כבניו *Doctor, vt erant eius filij*, vt dicitur in *Scialſceleth hakkabbalà* pag. 54. nihilominus ſcripſit Comment. in Legem, & Prophetas, ſed eius ſcripta in lucem non prodierunt. Expoſuitque Pſalmos, & Prouerbia Salomonis vſque ad verſic. 14. capitis 21. hinc, & vſque ad finem continuauit expoſitionem R. Ionas Gerundenſis. Hæc habentur mſc. in Biblioth. Vaticana numero 89. pag. 63. Papyr. in 4. Scripſit

ס׳ האמונה *Sèpher haëmunà Librum fidei*. Diſputat contra Chriſtianos. Scripſit & -

Cantic. ſed morte præuentus non potuit abſoluere: abſoluit R. Eliachim eius filius anno 5148. Chriſti 1388.

תתב״ רבי יוסף שלמה דיל מידינו איש קנדיאה רופא סתכנב

יסר״ כל׳ יוסף שלמה רופא חבר ס׳ אילם וס׳ מעין חתום ולקוטים אחרים בתו ברלם בוס פירוש לטין ו׳

805. R. IOSEPH SALOMON DEL MEDICO Cretenſis Medici, abbreuiatè cognomento יש״ר *Iaſciar* hoc eſt *Ioſeph Scelomò Raphè Ioſeph Salomon Medicus*, Philoſophus, & ſcientiarum Mathematicarum Doctor inſignis, filius R. Eliæ del Medico, de quo parumper egi ſeorſim ante primam paginam Partis I. huius Bibliothecæ. Scripſit hic noſter Auctor R. Ioſeph varia Opuſcula, vel ea ab alijs Auctoribus compoſita ſimul collegit; vel ad varias quæſtiones Mathematicas ſibi propoſitas reſpondit. Itaque 1. in libro, cui vel ipſe, vel *Zàrach Bar Nathàn* titulum fecerunt

ס׳ אילם *Sèpher Elìm Liber Elim*, ex Exodi 15. 27. *Venerunt autem in Elim, &c.* vbi erant 12. fontes aquarum. Et 70. palmæ. Diuiditur in 12. fontes, & in 70. palmas. In eo proponuntur huic Auctori 70. quæſtiones Mathematicæ, quas reſoluit, præſertim in 2. Parte, quam vocat

ס׳ מעין חתום׃ *Sèpher Maaiàn chathùm Fontem ſignatum*, ex Cant. Canticor. 4. v. 12. Excuſ. Amſtelodami apud Manaſſen Ben Iſraëlis an. ומל׳אה הא׳ר׳ץ ל׳פ׳ק 378. min. ſupp. Chriſti 1618. in 4. De eo vide Par. II. n. 512 pag. 722. in *Zàrach Bar Nathàn*; Scripſit

מעין גנים *Maaijàn ghanìm Fons hortorum*. (Tit. ex Cantic. Cantic. 4. v. 8.)

Præ-

liber cum hoc titulo Vide ſuprà *R. Ioſeph Aben Abrahami Aben Deth* n. 720. pag. 795.

תתא״ רבי יוסף בן רבי שאול אישקאפא

איש סמיר׳ עיין ר׳ יוסף אישקאפא׃

801. R. IOSEPH BEN R. SAVL ISKAPHA' Smirnenſis. Vide *R. Ioſeph Iskaphà*. num. 722. pagina 796.

תתב׳ רבי יוסף בן רבי שיניאה הכהן

חבר מנחת כהן והוא לקט ממסרה על התורה׃

802. R. IOSEPH BEN R. SCENIA'H HACCOHE'N ſcripſit

מנחת כהן *Minchàth Cohèn Munus Sacerdotis*, Sunt collectanea Maſſoretica in V. libros Moſis. Impreſſus בקורו נישמי *in Kurò Niſcmì* סמוך לקושטנטינא *propè Conſtantinopolim*, anno 358. Chr. 1598. in 8. Ita Buxtorfius.

תתג״ ר׳ יוסף שליט ריקיטי תושב

צפת חבר חבור מעשיות׃

803. R. IOSEPH SCIALI'T REKI'TI Incola Vrbis Saphetanæ ſuperioris Galileæ, collegit חבור מעשיות *Chibùr Maaſſiòth Compoſitionem Hiſtoriarum Midraſciòth*, & *Agadòth*. Excuſa Veronæ anno mundi ת״ז 407. min. ſupput. Chr. 1647. in 8. In hac editione addita eſt מעשה ירושלמי *Hiſtoria Ieroſolymitani*; & alia cuiuſdam בוסטנאי *Boſtanài*. De quibus ſuis in locis.

תתד״ ר׳ יוסף בר שלמה חבר פירוש

על שיר השירים׃

804. R. IOSEPH BAR SALOMONIS, ſcripſit Commentar. in Cant.

עולם קטן *Olàm katàn Mundus paruus.* Tractat de Anima, pag. 51.

קצור עולם התקון *Kitzùr Olàm hattikùn Compendioſa mundi ordinatio.* Tractat de diſpoſitione mundi ſecundùm Cabaliſtas, Pag. 53. b.

שבר יוסף *Scèuer Ioſèph Effractio Ioſephi.* (Tit. ex Amos 6. 6.) hoc eſt diffi. cilium quæſtionum explicatio. Huiuſmodi nomen impoſitum fuit à collectore manuſcriptorum huius Auctoris, quæ poſt eius mortem in ſuo lyceo inuenta ſunt. Has inducit hic noſter Ioſephus frangere veluti alter Ioſeph, qui panes famelicis frangebat in Ægypto præbendo egenis alimenta, ſic & ipſe quæſtiones haſce difficiles frangendo explicat via Cabaliſtica. Incipit pag. 59. Et hæc omnia continentur in Tom. I. *Taalumòth Chochmà.*

In Tomo ſecundo nuncupato

נובלות חכמה *Nouclòth Chochmà Decidua Sapientiæ.* Aliæ Cabaliſticæ quæſtiones eodem modo explicantur, vbi & נובלות אורה *Nouclòth orà Decidui fructus lucis*, titulus alterius libri compilati à ſupià nominato R. Samuele Ben Iudæ Leu Germano ex collectaneis Opuſculorum huius R. Ioſephi del Medico. Quòd ſint ſermones dicitur in frontiſpitio libri, ſed de his nihil in eo, qui apud me eſt, præter Præfationem reperitur. Excuſus Baſileæ vt ſuprà in 4.

Hic Auctor tempore Buxtorfij viuebat Francofurti, vt ipſe refert in ſua Bibliotheca Rabbinica in בחינת הדת.

Cæterùm huic Auctori attribuuntur quædam alia Opera, quæ ſua non ſunt, ſed ipſe ex alijs in ſuis Opuſculis retulit, vt בחינת הדת *Bechinàth Haddàth.* Et alij, qui continentur in Tomo primo, & ſecun-

Præclarus eſt liber in eo tractans de Mathematica, Aſtronomia, Arithmetica, Algebra, ſpiritalibus, motu, ponderibus, alijſque mechanicis artibus. Diuiditur in 4. libros

2. סוד היסוד *Sod haijesòd Myſterium fundamentale*; de principijs Mathematicis, circulis, & triangulis agitur.

3. חקות שמים *Chukòth Sciamàim Statuta Cælorum.* De Aſtronomia. Et finit cum Catalogo, quàmplurium Ciuitatum, cum latitudine, & longitudine earum.

4. גבורות יהוה *Ghibburròth Adonài Fortitudines Dei.* Agitur in eo de menſuris Iudaicis, & populorum. De Arithmetica, proportionibus, Theoricis Planetarum, eorumque motibus, magnitudinibus, diſtantijs à terra, alijſque affectionibus; De machinis multiplicium rotarum, quibus virtus eleuandi pondera mirificè augetur. Et pagina vltima, hoc eſt 189. circa finem, agit de Obeliſco collocato à Dominico Fontana Architecto in medio plateæ Templi S. Petri in Vatic. iuſſu Sixti V. Pont. Max. anno 1585. Scripſit

תעלמות חכמה *Taalumòth Chochmà Abſcondita Sapientiæ.* Tit. ex Iob. 11. 6 Eſt ſpicilegium, ſeu collectanea Opuſculorum diuerſorum Auctorum, ex quibus R. Samuel אשכנזי *Aſchenazi Germanus* quædam collecta, quæ edita fuerunt Baſileæ anno שצ"א, 391. min. ſupput. Chr. 1631. in 4. Inter quæ nonnulla ſunt huius Auctoris Ioſephi del Medico, veluti

מצרף לחכמה *Matzrèph lachochmà Conflatorium Sapientiæ.* Tractat de diuerſis dubijs ſcripturalibus inter Cabaliſtas exagitatis. Incipit pag. 1.

cundo תעלמות חכמה *Taalumòth Chochmà*, quos ſuis in locis exhibebo.

תתו ר' יוסף בן שמואל צרפתי
כתב הקדמה קטן על מקרא הגדולה ונמצאת בתחלת חלק הראשון :

806. R. IOSEPH BEN SAMVELIS TZARPHATI GALLVS, ſcripſit Præfatiunculam ſuper Biblijs Magnis Bombergianis. Reperitur in primo Tomo eorundem; hoc eſt in principio Pentateuchi. Venetijs anno 285. Chriſti 1525. fol.

תתז ר' יוסף בן שמואל הקטן
המכונה הצעיר חבר הגהות על ס' הישר וגם הקדמה עליו : וחבר גם כן ס' כתונת יוסף כמו נראה בספר הנז' דף קכ"ב :

807. R. IOSEPH BEN SAMVELIS PARVI, cognomento צעיר *Tzaìr Humilis*, ſcripſit Præfationem, & ſcholia in librum הישר *Haijaſciàr*. Scripſit -

ס' כתונת יוסף *Sèpher chetòneth Iosèph Librum Tunicæ Ioſephi*, Tit. ex Gen. 37. v. 31. Eius meminit ipſemet Auctor in eodem libro *Haijaſciàr* pag. 122. in הגהה *Haghahà Annotatione*. Vide librum הישר.

תתח רבי יוסף בן שמואל ן' ריו חבר ספר מסרות :

808. R. IOSEPH BEN SAMVELIS ABEN REI, ſeù *Regis*, ſcripſit -

ס' מסרות *Sèpher Maſſaròth Librum Traditionum* ad dilucidationem S. Scripturæ ſpectantes; ſunt 35. Excuſæ Venetijs apud Io. de Gara anno 367. Chr. 1607. in 4.

תתט ר' יוסף או ר' יהוסף בן

שמואל עיין ר' יוסף גיגאטילייה :

809. R. IOSEPH, ſiuè *R. Iehoſeph Ben Samuelis*. Vide ſuprà *R. Ioſeph Gigatella*, & *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 39. b.

תתי ר' יוסף בן שם טוב ן' שם טוב חבר פירוש על המדות לארסטו : ופי' על מורה הנבוכים :

810. R. IOSEPH BEN SCEM TO'V, ABEN SCEM TO'V, Scripſit Arabicè Commentarium ſuper מדות לארסטו *Middòth le Arſatò Ethicam Ariſtotelis*. Itemq; ſuper *Morè hannevuchìm* R. Moſis Ægyptij. Excuſi ſunt cum textu, & alijs Commentarijs, Sabionetæ ſub Principe Veſpaſiano Gonzaga anno שי"ג 313. Chriſti 1553. apud Corneliũ Adel-kind de domo Leuì, in folio paruo. Ariſtotelis autem Ethica verſa fuit in Hebraicum à R. Meir Regis Caſtiliæ Medico anno 5165. Chriſti 1405. Ita *Dauid Ganz* ad hunc annum. Scripſit -

כבוד אלהים *Cheuòd Elohim Gloria Dei*, Tit. ex Prouerb. 25. 2. Liber eſt Philoſophicus tractans de præſtantia hominis, & Legis Moſaicæ. In eo ſummopere laudatur Ariſtoteles, in quo tota fermè illius Ethica tranſcribitur. Vnde illi qui hunc librum מדות *Middòth Ethicam Ariſtotelis* in Bibliotheca Barberinorum in Quirinali num. 13. inſcripſerunt, de eo intelligere voluiſſe crediderim. Excuſ. Ferrariæ apud Abrahamum Aben אושקי *O'ſki* anno 316. min. ſupp. Chriſti 1556. in 4.

Cæterùm R. Ioſeph Ben Scem Tòu fuit Hiſpanus, & claruit circa annum mundi 5180. Chriſti 1420. Videſis *Scialſcèleth hakkabbalà* pag ina 26. b. & Au-

ijſdem, & inſuper alijs opuſculis, quæ ſunt

עשרת דברים עם פי׳ אברהם ן׳ עזרא ,

Decalogus cum Commentario Abrahami Aben Ezra, Hebraicè, & Latinè Baſileę per Henricum Petri 1559. in 8. Item *Decem præcepta Legis* Tranſlatio Chaldaica Onkeloſi Hebraicè, & Latinè, Ibidem pag. 340. Item, *Iudaica Decades* VIII. *Heptades* II. *Teſſares* VII. *Triades* IV. *& humanæ vitæ curriculum, quot partibus conſtet*. Ibidem. Reperitur etiam in Bibliotheca Vaticana ſub num. 2853. in 8.

Cæterùm de Fl. Ioſepho Hebræo, qui Græcè ſcripſit de Bello Iudaico lib. 17. Antiquitatum Iudaicarum libros 20. duos libros contra Appionem; de Machabæis librum vnum. Et vitam ſuam addidit ad librum Antiquit. vide quid de eo ſcripſerint Bellarminus de Scriptor. Eccleſiaſt. Antonius Poſſeuinus, & alij.

תקי״ד יורה חטאים ;

814. IORE' CHAT TA'IM, *Demonſtrans peccatoribus* viam rectam benè viuendi, incerto Auctore. Ex Plantauitio in Biblioth. Rabbin.

תקט״ו רבי יושפט בן לוי חבר ספר מהקבלה :

815. R. IOSAPHAT BEN LEVI' ſcripſit librum Kabalæ. Ex Mauroy Apolog. pag. 213. b.

תקי״ו ר׳ יחוניה בן אברהם חבר קול ששון ;

816. R. IECHVNIA'H BEN ABRAHAMI SASO'N compoſuit קול ששון *Kol Saſòn Vocem gaudij*. Titu-

Auctorem אמרי בינה *Imrè binà* pag. 91. b. circa med. Buxtorf. exhibet nobis librum cum titulo דעת עליון *Dàath eliòn* *Scientia excelſa*, dicit; eſſe librum Philoſophicum *R. Ioſeph Ben Scem Tòu*. forſan erit huius *R. Ioſephi Scem Tòu*.

תקי״א רבי יוסף ששון חבר שמן ששון על המסרה ;

811. R. IOSE'PH SASO'N ſcripſit

שמן ששון *Scèmen ſaſòn Oleum lætitiæ*, Tit. ex Pſal. 45. 8. Eſt liber Maſoreticus mſc. Ex Buxtorfij F.

תקי״ב רבי יוסף תלמיד הרמב״ם חבר פירוש שיר השירים בלשון ערבי ,

812. R. IOSEPH inſignis diſcipulus *Harrambàm* R. Moſis Ægyptij ſcripſit Commentar. in Cant. Canticor. lingua Arabica. Eius meminit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 50. in ipſo initio.

תקי״ג יוסיפון חבר כפר סיפורים על היסודים בקצור ;

813. IOSIPHO'N, qui & Ioſeph Ben Guriòn à quibuſdam nominatur, de quo vide ſuprà num. 731. pag. 799. Sub hoc nomine veniunt quędam hiſtoriæ in compendium redactæ; nempe 70. Interpretum; geſta Machabæorum, & Herodum; excidium Ieroſolymitanum, excuſæ Hebraicè cum Sebaſtiani Munſteri Latina interpretatione Vormatiæ anno Domini 1529. apud P. Schæffer. cum R. Moſis Ægyptij tredecim articulis fidei Iudæorum; & libello de decem captiuitatibus Iudæorum incerti Auctoris, in 4. Item cum

binorum inſigniorum obeunt ; & ex quadam illorum traditione loca, vbi ſepulti ſunt, venerantur, ibique preces fundunt, nonnullas morales ſententias, quas ſæpiùs, dum viuerent, repetere ſolebant, & quæ in ijſdem Capitibus Patrum continentur, recitant, collectas faciunt, candelas in ſepulchrorum ruderibus accendunt, & orant. Itaque deuotum iſtud itinerarium in hoc libello deſcribitur, loca ſepulchrorum aſſignantur, & preces, quæ recitari debent, apponuntur. Frequenter excuſus fuit, præſertim Venetijs apud Danielem Zanetum anno mundi 5359. Chriſti 1599. ſub Venetiarum Duce Marino Grimano. In 8.

Eſt & folium expanſum, in quo breuiter annotantur loca Terræ Sanctæ, vbi ſepulta creduntur corpora prædictorum, & ſub titulo אגרת מספרת יחסותא דצדיק ארעא דישראל וכו׳ : *Epiſtola narrans genealogiam Iuſtorum Terræ Iſraëlis &c.* Excuſum Venetijs anno ש״פו 386. Chriſti 1626. apud Ioannem Coleonem, iuſſu Bragadinorum. Et Veronæ per Franciſcum de Rubeis 1646. folio volante.

ק״ע **יחייא אל בטרק** ספר פירוש
על ענין השמים והיסודות של ארסטו ונכתבו בלשון ערבי
עם אותיות העבריות :

819. IA'CHIIA AL BATRAK', hoc eſt *Ioannes Patriarcha*. Scripſit *Commentarios* ſuper Ariſtotelem *de Cælo; & Mundo, & Elementis*. Extant manuſcripti lingua Arabica, ſed characteribus Rabbinicis in Biblioth. Vaticana ſcripti à *R. Ioſepho Abèn Scem Tòu* in gratiam *Iſaaci Abèn Nun Philoſophi*. In folio Papyr.

tulus eſt libri ex Ieremi. 20. 10. Eſt libellus de rerum proſperitate, & felicitate tractans. Ex Plantauitio.

ק״ע **יחוס אבות** והנביאים והצדיקים תנאים
ואמוראים שנקברו בארץ ובחוצה לארץ :

817. IECHV'S AVO'TH &c. Genealogia Patriarcharum, Prophetarum, & Iuſtorum; Tanaitarum, & Amorraitarum, qui ſepulti ſunt tam in Terra Iſraëlis, quàm extrà. Incerti Auctoris. Vertit hunc libellum ex Hebraico in Latinum ſub nomine *Cippi Hebraici* Ioannes Henricus Hottingerus Tigurinus. Quibus præter notas; accedunt eiuſdem Auctoris diſſertationes. I. De varijs Orientis monumentis, menſuris, & inſcriptionibus. II. De nummis Orientalium Hebræorum maximè, & Arabum. III. Elenchus Tractatuum ab eodem Auctore editorum. Excuſ. ſecundò Heidelbergæ typis Samuelis Broun Bibliopolæ Angli anno Domini 1662. in 8.

ק״ע **יחוס הצדיקים** והוא ספר על קבורות
הצדיקים בארץ ישראל :

818. IECHV'S HATZADIKI'M *Genealogia Iuſtorum* incerti Auctoris. Tractat de Virorum Illuſtrium, vel pietate, religione, doctrina inſignium inuiſendis ſepulchris, quæ in Terra Sancta reperiuntur. Eſt enim ſciendum, quòd Iudæi ſingulis Sabbathis inter Paſcha, & Pentecoſten legere ſolent Codicem פרקי אבות *Pirkè Auòth Capitulorum Patrum*, de quo videndum eſt ſuprà: habitatores verò Terræ Sanctæ non ſolùm illum legunt, ſed inſuper per idem tempus Paſchale, Terram circumeunt, ſepulchra cùm Prophetarum, tùm Rab-

humilitate. Quæ omnia in 30. dies diſpertiuntur, & ſingulis diebus lectio quædam aſſignatur recitanda; ita vt elapſo menſe, etiam totius libri lectio ſit abſoluta. Liber lectu iucundus eſt, moralium documentorum plenus. Excuſus eſt cura, & ſtudio *R. Dauidis Ben R. Moſis* מִשער אריה *Meſciàar Arièh De porta Leonis* generi præſentis Auctoris. Mantuæ anno 383. Chriſti 1623. in 8. cui præfixit Præfationem.

In hoc libello exhibentur alij nonnulli Tractatus: De ritu ſeruando in oratione itineraria excerptus ex libro מעין גנים *Maaiàn ghanìm* R. Menachèm Azariæ de Fano. הנהגות *Hannaagòth Conſuetudines* R. Aſcèr &c. Rhythmicum Carmen in laudem Simeonis Ben Iochài; & oratio matutina R. Saadiæ Ghaonis. Vide Par. I. num. 211. pag. 180.

תתכ״ב רבי יחיאל מפרישי פיס

מתלמידי רבינו יהודה החסיד בשנת ה׳ח׳ וכסוף ימיו הלך לעכו ר׳ והיה חכם בקבלה המעשית ׃

822. R. IECHIEL DE PARISIO, diſcipulus R. Iudæ cognomento *Hachasìd*, anno mundi 5018. Chriſti 1258. Lutetiæ Pariſiorum Cabalam practicam, ſeù veriùs Magiam damnatam exercebat, de qua ſcripta quædam cum reliquiſſe audiui. An verò hoc æuo aliqua ex his ſuperſint, non audeo aſſerere. Sed ſi quæ forſan nonnulla reperiantur huius pernicioſiſſimæ artis fragmenta, toto animo exopto, vt à blattis, & tineis corrodantur, ne cum Reip. damno, & animarum pernicie ad manus maleficorum hominum perueniant.

In *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 57. legitur: Hunc R. Iechielem de Pariſio ar-

תת״כ ר׳ יחיאל אשכנזי איש ירושלם

חבר ספר היכל יהוה על עשרת הספירות ׃ וסודות המועדים על דרך הקבלה ׃ וכן נמצאו סודות ר׳ יוסף גיקטילא ופירוש ה״ר ר״י ר׳ יצחק לוריא אשכנזי על חג השבועות ׃ ופזמון להרשב״י לקבלת שבת ׃

820. R. IECHIE'L ASCHENAZI *Germanus*, *Iſc Ieruſcialimi Vir Ieroſolymitanus*. Scripſit

היכל יהוה *Hechàl Adonài Templum Domini*. Tit. ex 1. Sam. 1. 9. *De decem Sephiròth*, & myſterijs præcipuorum feſtiuitatum Cabaliſticè. In eo reperiuntur myſteria Cabaliſtica R. Ioſephi Gigatellæ, & expoſitio ה״ר״י *Ri*, id eſt R. Iſaaci Luriæ Germani ſuper feſtiuitatem Pentecoſtes; & Rhythmica Carmina הרשב״י *Haraſcbi*, id eſt *Haràu Rabbènu Scimòn Ben Iochài* in ingreſſum Sabbathi Cabaliſticè. Excuſ. Venetijs apud Danielem Zanetum, ſtudio, & cura R. Iſaaci Gerſonis in 4. Quidam huius nominis liber adſcribitur etiam R. Iacobo Ben Ruben, inquit Buxtorfius in Biblioth. Rabbin.

תתכ״א ר׳ יחיאל מילי חבר ס׳ תפוחי

זהב והוא קצור מס׳ ראשית חכמה ׃

821. R. IECHIE'L MELI' ſcripſit

תפוחי זהב *Tapuchè Zahàu Poma aurea*, Tit. ex Prouerb. 25. 11. Eſt epitome ראשית חכמה *Reſcith Chòchmà*, quo breuiter, ſed lingua puriſſima, ac eleganti Hebraica, ea, quæ in dicto libro continentur, & ad mores componendos proponuntur, ſuccinctè, & dilucidè explicantur. Diuiditur in V. שערים *Sciaarim Portas*. I. Tractat de Dei timore. II. De Dei amore. III. De reſipiſcentia. IV. De Sanctitate. V. De

Rex vſque ad lumbos ſubmergitur: & cùm ſecundò oſtium pulſaſſet, item ſecundò Ràu percutit, ſtatimque clauus longè retrocedit. Expaueſcit Ràu, & dicit: Certè non eſt hic alius niſi Rex. Surgit, oſtiũ aperit, & coram Rege proſternitur, & ait: Parce mihi, quia non noui te. At Rex dolore afficiebatur. quia quemadmodum clauus è terra exibat, ſic & Rex è fouea egrediebatur. Timebat enim Rex & Principes eius, ne à terra abſorberentur, itaque dicebant: Ràu adiuua nos. Aſcendentibus illis in domum, ad ignem dulcibus bellarijs eos reficit, ſicque ad priſtinum robur redierunt. Petijt à Rege: Quid in hac intempeſtiua noctis hora quæreret? Nonne noſti, quòd Spiritus Domini ſit apud oſtium meum, deglutire faciens à terra eos omnes, qui ad nocendum mihi ad illud accedunt? Et niſi ego occurriſſem, planè abſorptus fuiſſes? Dixit Rex: Iam abſorptus fui, ſed beatus es tu, qui me eripuiſti; & ego veni ad te, quia audiui te eſſe ſapientem in præſtigijs; & inde probatur, quia habes lucernam abſque oleo ardentem. Reſpondet Ràu: Non ſum maleficus, abſit. Sed ſapiens ſum in naturali ſcientia; & quaſdam ſcio rerum proprietates. Et oſtendit illi lucernam ſine oleo ardentem, ſed in ea erat quædam materia lucens vt oleum, & miratus eſt Rex valdè. Itaque Rex adduxit (Iechielem) *in atrium ſuum, fuitque illi in Conſiliarium, & creuit vir in diuitijs, & gloria. Inuiderant autem ei Principes, & murmurauerunt contra eum dicendo: quod ſi Rex propinaſſet ei vinum, Iudæus illud non eſſet bibiturus. Et factum eſt quadam die; Dedit Rex Iudæo calicem vini plenum, vt biberet. Reſpondit Ràu: Non poſſum hoc momento bibere; verumtamen an-*

arte Cabalica, ſeù veriùs Diabolica, lucernam ſine oleo per totam hebdomadam ardere feciſſe. Quæ narratio, & ſi certè fabuloſa ſit, attamen ſcitu digna exiſtimamus, vt inde appareat Iudæorum veſana petulantia in extollendis ſuis fictis portentis, & eorumdem mendacia conficta in ludibrium Chriſtianorum Regum. Itaque narrationem relatam à Ghedaliâ Aben Iachiæ in ſuo libro *Scialſcèleth hakkabbalà* loco nuper citato huc adducemus Latinè tantùm, vt breuitati conſulamus. Ait enim: *Vidi in quodam quaternione, quòd huiuſmodi ſanctus* (Iechièl de Pariſio) *erat ſapiens in Kabalà operatrice, & habebat in ſua Academia lucernam olei, quæ ardebat à veſpera Sabbathi, & per totam hebdomadam abſque oleo; idque diuulgatum fuerat apud homines totius Ciuitatis, vt tandem fama hæc ad aures Regis Franciæ peruenerit. Qui miſit, vt ad ſe veniret. illumque interrogauit: Anne res ita ſe haberet, vt dicebatur? Negauit ille, vel propter humilitatem, vel ne Magicæ artis inſimularetur. Rex autem cogitauerat rem hanc proprijs oculis videre. Adhibitis itaque ex Principibus ſuis Conſiliarijs quarta diei hebdomadis nocte ad eum iuit. Erat autem conſuetudo in Vrbe Pariſiorum, vt fures ianuas Iudæorum noctu pulſarent, vt inde cognoſcerent, an aliquis ad cuſtodiam domus ibi adeſſet. Ne autem huiuſmodi ſanctus à lectione nocturna turbaretur, quid faciebat? Clauum ferreum accipiebat, illumque in terram figebat: Quando verò latrones veniebant, & fores pulſabant, ipſe clauum malleo percutiebat, & ſtatim latro à terræ hiatu abſorbebatur. Venit ergo Rex, oſtium pulſat, & Ràu* (Iechièl) *clauum malleo percutit, moxque*

Auctoris. Ex Hottingero Claſſ. IX. Biblioth. Orient.

תתכ״ד **יסוד מורא** ולא ידעתי שם המחבר והוא ס׳ על עקרים האמונה׃

824. IESO'D MORA' *Fundamentum timoris*. Præter ea, quæ dicta ſunt in Par. I. num. 93. pag. 38. col. 1. in alio conſimili titulo libri. Hottingerus Claſſ. I. Bibl. Or. Ex Buxtorf. F. in Appendice Biblioth. Rabb. Patris, hæc præciſè verba tranſcribit: *Scribit Antonius Legerus, eſſe librum de Capitibus fidei, & de præceptis, nec non de rebus Philoſophicis, ac probari in eo, Sacram Scripturam priùs eſſe tenendam antequam ad Talmud accedatur.* Hæc eadem verba reperies in Buxtorfio, qui addit: *Impreſſus eſt etiam Conſtantinopoli*.

תתכ״ה **יסוד עולם** והוא ס׳ דברי הימים של עולם כ״י׃

825. IESO'D OLA'M *Fundamentum Mundi*. Tit. ex Prou. 10. 25. Doctiſſimum ſcriptum hiſtoricum, quod olim in Bibliotheca Heidelbergenſi fuit, inquit Hottingerus Claſſ. XI. Biblioth. Orient. At ego, qui huius Bibliothecæ, quæ hodie Romæ in Vaticano aſſeruatur, Indicem librorum Hebraicorum texui, nullum cum hoc titulo יסוד עולם *Ieſòd Olàm*, qui de hiſtoria tractet, Codicem reperi; forſan perijt antequam Romam aduceheretur.

תתכ״ו **יסירה** שם המחבר

826. IESIRA', ſeù ס׳ יסירה *Sépher Ieſirà Liber de correctione*. Sub hoc barbaro vocabulo exhibetur à Plantauitio liber ſibi ignotus; & tamen dicit agere de correctione fraterna. Certiorem no-

antequam è menſa diſcedam, bibam. Et cùm appropinquaſſet tempus ablutionis manuum Regis poſt refectionem, lauit manus ſuas ſuper craterem aureum. Statim accepit Ràu craterem lotionis Regiæ manus, & aquam illam bibit coram Rege, & Principibus; & dixit ad eos Ràu: Hanc potionem ego bibo, quia mihi licita eſt, ſed ex calice vini bibere mihi non licuit, quia prohibitum eſt (יין נסך Iàijn nèſech Vinum libaminis). *At Rex huiuſcemodi rem obſeruauit, eumque duplo ampliùs dilexit.* Quamplurimas his ſimillimas fabellas apud Iudaicum vulgus, & incautam plebem venditant Iudæi, quæ pro veris hiſtorijs ab eis habentur. Hinc apparet quàm magnifaciant huius ſpeciei Cabalæ operatricis, quæ reuera potiùs numeranda eſt inter damnatæ Magiæ ſpeciem, quàm inter licitam artem, aut permiſſam, & laudabilem facultatem. Huius diabolicæ artis Magiſtrum faciunt Patriarcham Abrahamũ, modumque inuocandi שם טומאה *nomen immundum* ſuis filijs ex concubinis ſuſceptis reliquerit, eoſque 890 Magiæ ſpecies iuxta numericum valorem huius nominis מתנות *Mattanòth Munera*, quod habetur Gen. 25. 6. docuiſſe volunt antiqui Rabbini, vt in Cenſuris Talmudis obſeruaui, & retulit R. Salomon in ſuis Commentarijs ad locum citatum Geneſeon. Sed relinquamus blaſphemos iſtos Rabbinos, & ad R. Iechielem reuertamur, qui circa finem dierum ſuorum, relicto Pariſio, Acconem petijt Paleſtinæ portum, ibique viuere deſijt.

תתכ״ג **ימין משה** ס׳ על הדינים׃

823. IAMI'N MOSCE' *Dextera Moſis*, liber eſt de Iure Iudaico ignoti

qui ab Auctoribus *Toſaphòth* vocatur ר״ת *Ràth*. hoc eſt תם רבינו *Rabbènu Tham* eodem modo, quo etiam vocatur R. Iacob nepos רש״י *Raſci* ex filia, ita vt alter ab altero nequaquam diſtingui poſſit. Scripſit nonnulla, quæ perierunt, ſicut & ipſe perijt; occiditur enim an. 4950. Chriſti 1190. Videſis *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 50. b. Vide etiam *R. Iſaac de Orleans*.

תתל״א רבי יעקב די אלבה חבר ס׳

תולדות יעקב הקול קול יעקב קול יהוה בכח קול יהוה בהדר לסים בכח אלו הדרושים שדרשתי בכינושת וכו׳ :

831. R. IACOB DE ALBA Ciuitate Montis Ferrati, facundus Concionator, qui circa initium huius ſeculi decimi ſeptimi per aliquot annos eloquentiæ ſuæ artem in Synagoga Florentina oſtentauit. In ea Vrbe Italiæ flore omnes Conciones, quas in ſuggeſto ſingulis Sabbathis ſecundũ ſeriem ſectionũ Pentateuchi Moſis declamarat, collegit, ac typis Venetis conſignauit ſub nomine תולדות יעקב *Toledòth Iaakòu Generationes Iacob*, Tit. ex Geneſ. 32. 2. deſumpto. Huic titulo adduntur epitheta iſta magnifica: quòd generationes iſtæ ſint generationes הקול *Vocis*, ſed קול יעקב *Kol Iaakòu Vocis Iacobi* (Gen. 27. 22.) קול יהוה בכח *Kol Adonài bechòach Vocis Domini in Virtute*, (Pſal. 29. v. 4.) קול ה׳ בהדר *Kol Adonài behadàr Vocis Domini in magnificentia*. (Ibidem.) Prodijt viuente ipſo Auctore anno שס״ט 369. m. ſupp. Chriſti 1609. apud Ioannem de Gara, diligenter correctus per R. Iſaacum Gerſonem, cui præfixit breue epiſtolium. Et in fine libri extat Index copioſus, etiam *Maamarim*, & locorum Sacræ Scripturæ. Ibidem cautum eſt ſub

notitiam de illo non habeo.

תתכ״ז ר׳ יעקב בלי כינוי כתב פירוש על המלות זרות שהם במקרא :

827. R. IAAKO'V *Iacob* ſine aliquo addito cognomine, ſcripſit *Vocabularium* omnium dictionum difficiliorum Sacræ Scripturæ. Reperitur manuſcriptum in Biblioth. Vatic. Pergam. in fol.

תתכ״ח רבי יעקב אבואלעפיא

הסכים על ספר כסף נבחר וכסף מזוקק לר׳ יאשיה פינטו :

828. R. IAAKO'V *Iacob* ABV' ALA'PHIA approbauit vtrumque librum R. Ioſiæ Pinto, videlicet librum *Chèſeph Minchàr*, & *Chèſeph Mezukàk*. Vide *R. Ioſia Pinto*.

תתכ״ט יעקב אבנדאנה מפורטוגל

העתיק ששה סדרי משנה מלשון עברי אל לשון לטין כתבלו כי בבית ספרי ישיבת קנטאבריגייו באנגלא טירה ר״ל .

829. IACOBVS AVENDANA ex Iudæis Luſitanis hodie verſans in Anglia, in Academia Oxonienſi: traduxit in Latinam linguam ſex Ordines Miſcnæ vniuerſos, quos manu ſua ſcriptos dono dedit Bibliothecæ Cantabrigienſi, vbi ad præſens reperiuntur. Hanc mihi notitiam dedit Cl. Vir Guſtauus Peringerus Hebraicæ linguæ Profeſſor Suecus. Vide *Iſaac Auendana*.

תת״ל רבי יעקב מאורליאינש

הנזכר בתוספות ר״ת ז״ל רבינו תם כמו אנגלטיר״ א׳ יעקב בן כתו אלמוני ולא ידם שוקן לרוצם עד סוף הדבר הלא דאורליאינש נחכר בשם אחורים ושם נאבלת ז׳ ונהרג שנת ד׳תתק״נ :

830. R. IACOB DE ORLEANS Aurelianenſis Gallus, ſeù de Genabo

834. R. IACOB BEN ELEAZAR compoſuit.

ס׳ פרדס רמונים *Sèpher Pardès Rimonìm Librum Paradiſi malorum punicorum*, Tit. ex Cant. Cantic. 4. 13. Item ערוגת הבושם *Arugàth habbòſem Areola aromatis*, Ex eodem 5. 13. Tractat de Parabolis, & ænigmatibus. Item גן ערן *Ghàn E'den Hortus delitiarum*. Tit. ex Gen. 2. 8. Tractat de Anima. Reperitur hic Codex mſç. in Bibliotheca Vat. ſub num. 221. Scriptus à Moſe fratre R. Dauidis Kimchij in Inſula Rhodo anno mundi 5142. Chr. 1382. in 4.

תתל״ה ר׳ יעקב אנטולי עיין ר׳ יעקב בר שמשון אנטולי ׃

835. R. IACOB ANTOLI'. Vide *R. Iacob Bar Samſonis Antolì*.

תתל״ו רבי יעקב בר אשר בן יחיאל אשכנזי הנקרא בעל טורים ׃ חבר ארבע טורים ספר טור יורה דעה ׃ וטור אורח חיים ׃ וטור אבן העזר ׃ וטור חושן משפט ׃ וחבר פירוש על התורה על דרך הקבלה ׃

836. R. IACOB BAR ASCE'R Germanus; dictus בעל טורים *Bàal Turim Auctor Turim*, ab opere quadripartito à ſe compoſito. Eius pater *Aſcèr* octo filios habuit, quorum tertio genitus fuit hic R. noſter Iacob, qui in Germania ſolus remanſit, fratribus, & patre proficiſcentibus in Hiſpaniam ob cauſas relatas in Rabbènu *Aſcèr*. *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 61. circa principium. Poſt nonnullos annos patris exemplum ſecutus, abijt & ipſe in Hiſpaniã. Tempore autem, quo ſæuitum eſt contra Iudæos in Vrbe Toleti anno 5100. Chriſti 1340. vel vt alij volunt anno 5109. Chri-

ſub pœna excommunicationis; ne quis audeat per decennium hunc librum imprimere, aut imprimi facere, aut etiam emere, niſi tantùm ab Impreſſore. Ita decreuerunt inſigniores Rabbini Synagogæ Venetæ R. Aben Tzijòn Gallus. Lèu Seraual; Iſaac Gerſon; Ioſeph Samiga; Ioſeph Pardo; Nachmàn Chanìn; Abſalòm Almoſenino, & Simeon Chauiu. Ita Iudæi, quæ Principum ſunt iura, ſibi vſurpant promulgando.

תתל״ב רבי יעקב בן ר׳ אלחנן היילפרון העתיק ס׳ מצות נשים מלשון אשכנזי אל לשון לעז איטליאני ׃

832. R. IACOB BEN R. ELCHANA'N HAIIELPRON; ex Germanico in idioma Italicum tranſtulit librum מצות נשים *Mizuòth Naſcìm Praeceptorum mulierum*, quo inſtruuntur mulieres circa ea, quæ pertinent ad נדה *menſtruatam*, חלה *Placentam*, הדלקת הנר ad *accendendam lucernam*, ודרך ארץ *& Vrbanitatem*; cui aliqua à traductore addita ſunt, & dicata Lubæ vxori R. Moſis de Spilimbergo à R. Iſaaco Leuita. Excuſus Venet. per Ioannem Iambertum anno 5412. Chr. 1652. In 4.

תתל״ג ר׳ יעקב בר אליהקים היילפרון חבר קיצור אברבנאל על פרקי אבות ׃ ועל הגדה של פסח ׃

833 R. IACOB BAR ELIAKI'M HAIIELPRO'N ſcripſit Epitomen Comment. R. Abrauanelis ſuper *Pirkè Auòth*, & ſuper *Hiſtoriam Paſchalem*. Excuſ. Lublini in Polonia an. 5364. Chr. 1604.

תתל״ד רבי יעקב בן אלעזר חבר ס׳ פרדס רמונים ׃ ערוגת הבושם על משלי החכמים וחידותם ׃ וגן עדן על ענייני הנפש ׃ נמצא בי״ו בואטיקאנו ׃

quòd in eo filia Iephte fuerit à patre immolata, ac illius ſanguine aquæ omnes redditæ ſint immundæ, vt ipſi credunt. Volunt etiam, vt ſingulis annis in prædictis momentis, aquæ omnes inficiantur, quòd ſi quis ex aquis eo inſtanti biberit, in hydropyſim, aut alios grauiores morbos incidet. Ideò die Sabbathi antecedentis, Rabbinus alta voce in Synagoga inclamat hiſce ferè verbis: Tali die, & hora ſequentis hebdomadæ erit תקופה *Tekuphà*, id eſt *Solis ingreſſus in primum punctum Arietis*, *Cancri*, *Libræ*, vel *Capricorni*, ideò cauetote, ne tali inſtanti aquam bibatis; alioquin in morbum hydropiſis incidetis. Quare, adueniente die Tekuphæ; aquas, quas domi quiſque habet proijcit, ne inopinato de ea aliquis bibat. Et hæc ſuperſtitio ab omnibus Iudæis vbique locorum exactè ſeruatur. Hæc pars habetur mſc. in Biblioth. Vatic. ſub num. 152. fol. pergam.

Secundus Ordo vocatur יורה דעה *Iorè deàh Demonſtrans*, ſiuè *docebit ſcientiam*. Tit. ex Iſa. 28. 9. Tractat de vetitis, & licitis, quæ pertinent ad cibum, & potum; vbi de iugulatione animalium pro cibo, de inſpectione viſcerum; de Idololatria; de balneis; muliere menſtruata; Vino libaminum; & funerum luctu. Reperitur mſc. in Biblioth. Vatic. num. 153. in 4. papyr. Scriptus eſt Ieroſolymis anno 5146. Chr. 1386.

Tertius Ordo vocatur אבן העזר *E'uen haëzer Lapis adiutorius*. Tractat de vxore, quæ adiutorium viri eſt; vbi & de matrimonio; Inſtrumento dotali; repudio; fratrijs; Leuiratu; Votis: & Nazaræatu. Extat in Bibl. Vatic. mſc. num. 154. papyr.

Quar-

Chriſti 1349. eius frater R. Iudas natu minor (quartogenitus erat) ne eius conſanguinei, & affines à Toletana plebe occiderentur, ipſe, furore pluſquam veſano, irruit in eos, interfecitque vxorem ſuam, & vxorem fratris ſui Iacobi, denique ſeipſum occidit *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 60. Vnde patet, per idem tempus Iacobum hunc Toleti habitaſſe, vbi procul dubio egregium illud Opus טורים *Turim* appellatum compoſuit; quòd poſtea à Ioſeph Caro luculentiſſimis Commentarijs illuſtratum fuit, vt in Ioſeph Caro ſuprà dictum eſt. Scriptumque eſt ſecundùm Algazæum anno mundi 5090. Chriſti 1330. Et ſecundùm R. Dauid Ganz anno mundi 5100. Chriſti 1340.

Porrò quatuor iſti Ordines טורים *Turim* nuncupati, ſinguli ſuum proprium nomen habent. Vndè

Primus Ordo vocatur אורח חיים *O'rach Chaïm ſemita vitæ* ex Pſalmo 16. 11. Complectitur omnia quæ ad ritus ſacros ſpectant, puta ad benedictiones, preces, lectiones doctrinales, ſeu deciſiones de Sabbatho, & de alijs ſolemnitatibus anni, vti de Neomenijs, Ieiunijs, Thekuphis, ſeù de ingreſſu Solis in quatuor puncta Cardinalia Zodiaci: Nam Iudæi nimis ſuperſtitiosè, huiuſmodi Solis ingreſſum obſeruant. Dicunt enim quòd in Tekupha menſis Niſàn Martij, Verno æquinoctiali aquæ in Ægypto conuerſæ fuerint in ſanguinem. In Solſtitio Iunij percuſſam fuiſſe petram à Moſe, cùm illam alloqui debuiſſet, ideòque pro aqua ſanguinem fudiſſe. In Æquinoctio Autumnali, quod in eo gladius Abrahę, quo immolaturus erat Iſaacum ſanguinem ſtillauerit. In Solſtitio Brumali,

Neomenijs num. 428. טור *Tur* primo; ex computo verò Algazæi anno mundi 5090. Chriſti 1330. Multoties in lucem prodijt. Sine commento pluries excuſum eſt in fol. Fani Fortunæ per Gerſonem de familia Soncinatum anno ער״ו 276. Chr. 1516. ſecunda eſt editio; cùm multò priùs à ſuis progenitoribus Soncini excuſum fuiſſet an. videlicet 241. Chriſti 1481. Iterum excuſum אוינשפורג *Augſpurgi* id eſt Auguſtæ Vindelicorum anno 300. min. ſupp. Chriſti 1540. & Cremonæ 323. Chriſti 1563.

Cum Commentarijs R. Ioſephi Cari prodijt Sabionetæ ſub Veſpaſiano Gonzaga Columna Principe. in folio magno, charactere quadrato, & eleganti anno mundi 5319. Chriſti 1559. apud Tobiam Eliezarem Phoam, cum Indice locupletiſſimo, & Præfatione Authoris, & alia Commentatoris. Venetijs item anno 5324 Chriſti 1564. apud Ioannem Griphium cum Indice materiarum copioſiſſimo, in folio.

Buxtorfius F. exhibet nobis פרפראות ר׳ יעקב *Parperaòth R. Iaakòu* Obſeruationes, ſiue Expoſitiones minutæ Cabaliſticæ, ex Ghematriæ, & aliarum Cabalæ ſpecierum myſterijs. Plantauitius verò dicit: eſſe compendium libri ארבעה טורים, cuius Auctorem fuiſſe (dicit) R. Iacobum Ben Aſcer. Excuſum Conſtantinopoli. Sed in explicatione argumenti huius libri vterque deceptus eſt, forſan ab aliquo Iudæo ſciolo, qui notitiam huius libri rectè alicui illorum tradere neſciuit, nec titulum libri ritè interpretari valuit. Titulus autem huius libri eſt -

פירוש התורה לרבינו יעקב ז״ל בן הרב רבינו אשר ז״ל
והם טעמי המסורת ופרפראות וגימטריאות של כל
סדר׃

Quartus Ordo appellatur חושן משפט *Chòſcen miſcpàt Rationale*, ſeù *Pectorale iudicij*. Tit. Exod. 28. 15. Complectitur omnia Iudicialia pertinentia ad forum contentioſum: vnde ibi de venditione, & reliquis contractibus; de Teſtibus; de mandato procuratorio; Iuramento; & contradictorio. His quatuor טורים *Turim* ſiuè *Ordinibus* explicantur omnia præcepta Legis Moſaicæ tam 248. affirmatiua, quàm 365. negatiua, quæ omnia in vnum ſunt 613. Hic Auctor imitatur R. Moſen Bar Maijmonis, ſeù Ægyptium, qui ſuam quoque, ſed multò antea compilauit ſummam Talmudicam, ſub nomine משנה תורה *Miſcnè Torà Repetitionis Legis*, & יד החזקה *Iad hachazakà Manus Valida*. Sed magna eſt differentia inter vtrumque Auctorem. Moſes enim Ægyptius magis magiſtraliter loquitur; hic enim reſoluit quæſtiones, nulla facta mentione alicuius Auctoris; at Rabbènu Iacob, vti recentior, loquitur ex ſententia antiquorum, quos etiam frequenter citat. Secundò: Moſes Ægyptius tractat indifferenter de omnibus 613. præceptis, tam de ijs, quæ hodie apud eos ſunt in vſu, quàm de ijs, quæ iam obliterata ſunt, & ampliùs non ſeruantur, vt ſunt præcepta de primitijs, de immunditijs, & purificationibus aliquorum vaſorum: at Rabbènu Iacob, licèt dicatur, quòd tractet de 613. præceptis, hoc tamen pacto intelligendum eſt, quòd de ijs tantùm tractet, quæ modò ſunt in vſu, vel ab eis frequentantur per illorum obſeruantiam.

Huiuſmodi autem Opus fuit compoſitum anno mundi 5100. Chr. 1340. vt apparet in הלכות ראש חדש *Tractatu de*

כתר שם טוב *Chèter Scem Tòu Corona nominis boni* eſſe huius Auctoris, quod tamen falſum eſt, vt ſuo loco videbimus.

Plantauitius alteram partem libri עין ישראל *En Iſraèl*, quam vocant בית יעקב *Beth Iaakòu* huic Iacobo Bàal Turim attribuit, num. 93. ſuæ Biblioth. Rabbinicæ. Cùm autem Iacob Auctor totius Operis *En Iſraëlis* omninò diuerſus ſit ab hoc Iacobo *Bàal Turim*, vt paulò poſt videbimus in *R. Iacob Ben Chauiu*, dicendum eſt: Plantauitium non vidiſſe celeberrimum inter Iudæos librum illum nuncupatum *En Iſraèl*: neque tam facilè fidendum eſt Catalogis librorum à Iudæis exhibitis, vt facit Plantauitius hoc loco, vt ipſemet ibidem refert. Quo autem anno obierit *Bàal Turim* incertum eſt; non enim inter ſe concordant Auctores: nam D. Ganz ad annum 130. ſexti millenarij affirmat eo anno, qui fuit Chriſti 1370. *Nullus de Vniuerſo ſemine* הרא״ש *Harròſc*, ſeù *R. Aſcèr reliquus, aut ſuperſtes fuit relictus in illa ſtrage Toletana, ſolus R. Iacob Auctor Turim, qui cum patre ſuo non fuerat profectus in Hiſpaniam; ſed remanſerat in Germania*. Et citatur *Iuchaſſin* pagina 133. At ipſemet Iuchaſſin de mendacio redditur ſuſpectus hoc loco, quia dicit pagina citata 133. b. ante medium, quòd שנת ק״ט׳ נפטר הר׳ יהודה בן הרא״ש בטוליטולה ז *Anno mun.* 109. Chriſti 1349. *obierit R. Iudas Ben Harròſc Toleti*. Et ibidem lin. penult. dicit. ובשנת קנ״א היה שמד גדול ונהרג הר׳ יהודה בן אשר חכם גדול דומה לאבותיו יודע כל התלמוד ועשה ס׳ הוקות שמים הוא ניניו של הרא״ש ז״ל׳: *Et in anno* 151. Chriſti 1391. *fuit clades magna, & interfectus eſt R. Iudas Ben Aſcèr magnus ſapiens ſimilis ſuorum*

סדר׳: *Expoſitio Legis, Rabbènu Iacobi fauſtæ memoriæ filij Ràu Rabbènu Aſcèr b. m. Sunt enim* (in ea) *ſenſus Maſſoretici, & minutiæ, atque Ghemaraticæ* (explicationes) *totius Ordinis* (Legis). Quia enim ibi reperitur vox פרפראות *Parperaòth*, quæ ſignificat micas, & in hoc loco ſumitur pro minutis expoſitionibus, crediderunt iſti, hanc vocem פרפראות *Parperaòth* fuiſſe titulum libri. Quęquidem expoſitio Cabaliſtica in Legem Moſaicam excuſa quidem fuit Conſtantinopoli Imperante Sultano Selimo, apud R. Samuelem Aben Nachmias, anno mundi 5274. Chriſti 1514. in 4. In fine R. Salomon Ben מזל טוב ר׳ Rabbì Mazal Tòu in laudem Auctoris, & libri, quem vocauit מחנה אלהים *Machanè Elohìm Caſtra Dei*, ex Gen cap. 32. 2. addidit ingenioſum Epigramma Hebraicum. Hæc eadem expoſitio iterum excuſa fuit Venetijs anno ד׳ש׳ 304. minor. ſupput. Chriſti 1544. in domo Ioannis de פארי *Phari* per Cornelium Adel-kind in 4.

Huiuſmodi autem curioſa expoſitio nuper addita fuit Biblijs magnis cum Comment. Rabbinorum tam edit. Venetæ, quàm Baſileenſis, in exteriori libri margine Tomi I. & ſtrictiori columella, cùm titulo in fronte בעל הטורים *Bàal hatturim*, hoc eſt *Expoſitio Auctoris Turim*, ſed characteribus ita exiguis, & minutis, vt viſum perſæpè effugiant, ac fallant Lectorem. Vide מקרא גדולה *Mikrà ghedolà*.

Sed antequam בעל טורים *Bàal Turim* relinquamus, corrigendus eſt Spizelius, & Plantauitius. Spizelius in ſua Bibl. pag. 112. num. 1433. quamuis formidoloſè loquatur, attamen dicit: Librum

קתל״ח **רבי יעקב בן ביבש** חבר הגדות התלמוד :

838. R. IACOB BEN ביבש BIVA'SC ſcripſit -

הגדות התלמוד ; *Haggadòth hattalmùd Eloquia myſtica* Talmudis, quæ à Buxtorfij F. Fabulæ, & legendæ Talmudicæ vocantur.

קתל״ט **ר׳ יעקב בירב** או **בריאב** חבר לקוטי שושנים על הנביאים :

839. R. IACOB BERA'V, ſeù BARIA'V ſcripſit -

לקוטי שושנים , *Lekutè ſcioſcianim Collectio liliorum*, Tit. ex Cant. Cantic. 6. 2. Sunt inſtructiones, & regulæ ad faciliùs intelligendum ſtylum, & methodum Prophetarum; liber impreſſus Venetijs apud Danielem Zanetum anno 362. m. ſupp. Chr. 1602. Et ibidem per Ioannem de Gara anno 367. Chriſti 1607. in 4.

קק״מ **ר׳ יעקב בר דוד יום טוב** חבר ס׳ על התכונה כי.

840. R. IACOB BAR DAVI'D BAR IOM TO'V ſcripſit -

על התכונה וחבר לוחות על התכונה : *Al hattechunà De Aſtronomia* luculentum Tractatum, in quo hæc continentur.

1. Tabula dierum eligendorum pro Phlebotomia.

2. De annorum computo, & diuiditur in 13. שערים *Sciaarim Portas*. Prima agitur de conuerſione annorum Iſmaëlitarum, & Chriſtianorum in annos Hebræorum, & è contra. In 2. de motu medio ſeptem Planetarum. 3. De motu octauæ ſphœræ; primi mobilis; & Planetarum. 4. De vero loco Solis in-

rum patrum, qui totum Talmùd ſciebat, & compoſuerat librum Chukòth ſciamàim. Iſte fuit filius Harròſc bonæ memoriæ. Si iam 42. anni elapſi fuerant ab obitu huius Rabbini, quomodo dicitur iterum obijſſe? Intra paucas lineas ſibimet ipſi contradicit Iuchaſſin. Quod autem R. Iacob filius Harròſc non fuerit profectus in Hiſpaniam, vt dicitur à R. Dauid Ganz, non ſubſiſtit: quia in Hiſpania prædictus R. Iacob vxorem duxerat, & in clade illa Toletana à prænominato R. Iuda Ben Aſcèr eius fratre cum alijs affinibus, & conſanguineis ſuis fuit interfecta. Ergo Iudæorum dicta dubia ſunt, & incerta, nec fidem firmam eis adhibere poſſumus. Non erit tamen omninò incertū, ſi dicamus; quòd Iacob Auctor Turìm in fine 14. à Chriſto ſeculi, vel circa initium decimi quinti ad infima terræ deſcenderit.

Cæterùm hic Auctor pauperrimus fuerat, nec vnquam aliquod ſiuè ab Vniuerſitate Iudæorum, ſiuè ab aliqua priuata perſona ſtipendium acceperat, ſed ſua ſorte contentus, in temporali ægeſtate, quietam inter ſtudiorum delicias vitam duxit. *Iuchaſsin* pag. 133. b. linea 1. *Scialſcèl. hakkab.* pag. 60. quod & ipſe fatetur Cod. *Sciabbàth* cap. 1.

קתל״ז **רבי יעקב הבדרשי** כפי דעת בעל ס׳ צמח דוד חבר ס׳ בחינת עולם :

837. R. IACOB HABBEDRASCI', ſecundùm quod putat R. Dauid in ſuo צמח דוד ad annum 58. ſexti millenarij, Chriſti 1298. ſcripſerat -

בחינת עולם , *Bechinàth Olàm Examen Mundi*, ſed errat; nam huiuſmodi libri Auctor eſt R. Iedaàia Ben Abrahami, vt ſuprà vidimus ad num. 594. pag. 6.

Iſc Thàm Vir perfectus, Medicus Sultani Solimani Turcarum Magni Domini, claruit Conſtantinopoli circa annum Domini 1530. Non ſolùm in Medicina excelluit, ſed & in Iure Turcico peritiſſimus fuit: vnde ad eum frequenter accedebant Muhamedani Iudices, & in cauſis grauioribus conſilium ab eo petebant, & ſecundùm quod ipſe aiebat, cauſàs decidebant. Vide *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 65. Poſt mortem Dauidis ipſius patris perfecit librum תהלה לדוד *Theillà LeDauid*, quem imperfectum reliquerat. De eo vide Par. II. pag. 281.

ר׳ יעקב בן דוד מרקריאה תתמג״

כתב אגרת על ס׳ תולדות יצחק לר׳ יוסף קארו :

843. R. IACOB BEN DAVID MARKARI'A ſcripſit Epiſtolam nuncupatoriam ſuper librum תולדות יצחק *Toledòth Iizchàk* R. Iſaaci Kàro. Excuſa cum eodem in principio libri. Ampliùs vide *R. Iacob Markaria*, & *R. Iſaac Karò*.

ר׳ יעקב בר דוד פרווינצא תתמד״

ממרסיליא שם חתימתו על ס׳ אגור :

844. R. IACOB BAR DAVID *Prouincialis*, ſeù *Prouenzale de Maſſilia*, ſubſcripſit, & laudauit librum אגור *Agùr*. Habetur in principio huius libri.

רבי יעקב מעיר דומרוג תתמה״

ספריו חבר חבורים ושת רבות :

845. R. IACOB DE VRBE DOMROG Galliæ, ſcripſit multos libros, & varias Quæſtiones legales, vt teſtatur Auctor libri *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 40. b. Ex libro תשובות *Teſciuuòth* R. Simeonis Bar Tzèmach num. 6. habetur, quòd iſte fuerit nepos R. Salomo-

inueniendo, eiuſque declinatione; & de arcu ſemidiurno. In 5. de vero loco Lunæ; de nodo Boreo, & Auſtrino, & eius centro. In 6. de vero loco quinque cæterorum erronum. In 7. de motu directo, & retrogrado quorundam erraticorum, ac illorum latitudine. In 8. de arcu ſemidiurno, & ſeminocturno magis diffuſè agitur. In 9. de gradu horoſcopante, deque cæteris Cæli domicilijs. In 10. de rectificatione Geneſis, & quot ſint eius ſpecies. In 11. de mutatione aſpectus Lunæ. In 12. de Solis deliquio, & Lunæ Eclypſi. In 13. de Cyclo Solari, & Lunari. Extat mſc. in Biblioth. Vatic ſub num. 368. pag. 95. Papyr. in 4. Scripſit & לוחות על התכונה *Luchòth al hattechunà Tabulas Aſtronomicas* ſecundùm hypotheſes R. Abrahami Bar Chijà, & R. Leui Ben Gerſonis ad mentem Don Alphonſi Regis. Extant mſc. in eadem Biblioth. Vatic. papyr. vbi traduntur quædam regulæ pro compoſitione Almanachi, & Hebræorum Calendarij; & pro inueniendo principio vniuſcuiuſque Lunationis. Anonymi. In 4.

ר׳ יעקב בר דוד בר יוסף טוביה תתמא״

חבר ס׳ על התכונה :

841. R. IACOB BAR DAVID BAR IOSEPH TOBIA. Scripſit ס׳ על התכונה *Sèpher al hattechunà Librum Aſtronomicum*; qui reperitur mſc. in Biblioth. Vatic. papyr. in 4.

ר׳ יעקב בן ר׳ דוד ן׳ יחייא תתמב״

התכונה רבינו תם השליחו ס׳ תהלה לדוד חבר עשה אביו :

842. R. IACOB BEN R. DAVID ABEN I'ACHIIA cognomento Rabbènu תם *Thàm*, & איש תם

gularis Congregationis Gallicanæ profeſſus, Doctor Theologus, & inſignis literaturæ euaſit. Prior S. Ambroſij Melodunenſis ſuæ Congregationis dum eſſet; Commentarium in Ioëlem Prophetam Pariſijs euulgauit anno 1676. cùm antea edidiſſet Commentarium in Euangelia Matthæi, & Marci, & alterum in Cantic. Cantic. Salomonis. At, Proh dolor! ſuperioribus annis vterque in Anglia, fide Catholica eiurata, Hæreticorum ſectam ſuſceperunt. Carolus-Maria in alios Prophetas Commentarios Londini edidit; & Ludouicus Bibliothecæ Regis Anglorum Præfectus conſtitutus, ambo hodie in hæreſi pertinaciter perſeuerare cùm illorum perpetua infamia, mihi relatum eſt.

Cæterùm, hic Auctor Iacob Veil, id eſt Vauil, memoratur à R. Dauid Ganz ad annum 220. ſexti millenarij, hoc eſt anno Chriſti 1460.

תתמ״ח ר׳ יעקב וויליתקאש חבר
פירוש על התורה וקראו אמרי נועם ׃

848. R. IACOB WILITHKA'SC ſcripſit פירוש *Peruſc Commentarium* in Legem Moſis præfixo nomine אמרי נועם *Imrè noam Eloquia ſuauia*, Tit. ex Proverb. 16. 26. Notatur inter libros Warnerian. Biblioth. Lugdun. Batau. in 4. Excuſ. Conſtantinopoli ſub Solimano Turcarum Imperatore.

תתמ״ט רבי יעקב חאגיז חבר תחילת
חכמה הוא חבור שבהם כללים שהשמיט המחבר בספר כריתות
על השמות מקובצים ולקטם אותם זה המחבר ׃

849. R. IACOB חאגיז CHAGHI'Z ſcripſit

תחילת חכמה *Techilàth Chochmà Initium Sapientiæ*, Tit. ex Eccleſiaſt. 1. 16. In

monis Iarchì ex filia, ſed videtur error: nam huius Auctoris meminit הרא״בד *Harrauàd* in ſuo libro Cabalæ pag. 77. b. nulla facta mentione de *Raſci*, quia ille R. Salomonem ętate pręceſſerat, ergo prędictus R. Iacob nepos Raſci eſſe non potuit. Ex eodem *Scialſc. hakkab.* loc. cit.

תתמ״ו רבי יעקב הייל‍פרון עיין
ר׳ יעקב בן ר׳ אלחנן ׃

846. R. IACOB HAIILPRO'N. Vide *R. Iacob Ben R. Elchanàn*.

תתמ״ז ר׳ יעקב וויל חבר ס׳ על שחיטה
ובדיקה ׃ ושו״ת ועוד חידושין מס׳ אגודה ונימוקי על מהר״ם
מרזבורק ׃

847. R. IACOB VAVI'L, ſeù VEIL, ſcripſit librum ſuper Tractatum שחיטה ובדיקה *Scechitià, & Bedikà Mactationis animalium pro cibo, & inſpectionis Viſcerum*, ne fortè animal ſit טרף *Tarèph Lacerum*, & inutile ad cibum. Scripſit &

ש״ות *Sceelòth Vtſciuuòth Quæſita, & Reſponſa*. Itemque nonnullas explicationes compilatas ex libro אגודה *Agudà*: Et נימוקי *Nimukè Obſeruationes* ex libro R. Menachem de Rasborg, quæ Opera ſimul reperiuntur excuſa Venetijs per Cornelium Adelkind anno ש״ט 309. m. ſupp. Chr. 1549. in 4.

Ex hac familia de Veil nonnulli Chriſtianam fidem ſuſceperunt, inter quos fuit Ludouicus de Compiegne de Veil. & F. Carolus-Maria de Veil. Ille Francorum Regis linguarum Orientalium ordinarius Interpres fuit, qui librum VIII. יד חזקה R. Bar Maijmonis *De Cultu Diuino* Latinum fecit, & Pariſijs anno Domini 1678. edidit. Alter F. Carolus-Maria de Veil Canonicus Re-

materia, de qua ſatis ſuperque ſuprà actum eſt, ad tria potiſſimum capita referri poteſt. Vel enim ad Ius, & Iuſtitiam adminiſtrandam pertinet, & דינים *Dinim* dicuntur. Vel ad ritus, & conſuetudines ſpectat, & מנהגים *Minhaghim* appellantur. Vel denique ad dogmata, & ad Sacram Scripturam interpretandam, vel hiſtorias ſacras explicandas refertur, & מאמרים *Maamarim Dicta* vocantur. Hanc tertiam Talmudis materiam adeò Talmudiſtæ ſuis prauis interpretationibus, & commentis conſpurcarunt, vt meritò, propter ipſam, totum Talmud proſcribi, ac damnari meruerit. Quamplurima igitur ex ijs, ob quæ damnatum fuit Talmud, ab hoc Rabbino Iacobo Ben Chauiu ſelecta, & in vnum Volumen collecta fuere. Reliqua, quæ ad Ius, vel conſuetudines ſpectari videbantur, iam olim à multis doctis Rabbinis excerpta fuerant, & ſeorſim ordinata, vti factū eſt à *R. Bar Maijmonis*, *Ràu Alphès*, *Bàal Turìm*, & alijs numero non paucis. Hinc patet euidenter: fruſtraneam reddi Talmudis prohibitionem, permiſſis alijs libris ipſiſſimam materiam Talmudis ex eodem de verbo ad verbum tranſcriptam, & ob quam ipſum Talmud prohibitum fuit, continentibus; vti eſt hic liber עין יעקב *En Iaàkou*, cùm in eo prædicta nefaria per ordinem vti ſunt in Talmude reperiantur, & explicentur. Itaque

In I. Parte hodie nuncupata עין ישראל *En Iſraèl* continentur מאמרים *Maamarim* Ordinis 1. & 2. *Zeraiim*, & *Moèd.*

In ſecunda *Maamarim* Ordinis 3. 4. 5. & 6. nempè *Naſcìm*, *Nezikìn*, *Kodaſcim*, & *Taharòth*. Hæc ſecunda Pars au-

In eo adduntur multa, quæ in lib. כריתות *Cheritòth* R. Scimſcion: de regulis, quibus Ghemarà explicanda erit intermiſſa ſunt. Excuſus eſt cum ipſo libro *Cheritòth* Veronæ per Franciſcum Rubeum Roſſi anno ת״ז 407. Chriſti 1647. in 8.

תתנ״ רבי יעקב ן׳ חביב בן רבי שלמה

ספרדי חבר עין יעקב הנק׳ עתה עין ישראל. נודע בכל שערי ישראל׃

850. R. IACOB ABEN חביב CHAVI'V BEN SALOMONIS Hiſpanus, compilauit

עין יעקב *En Iaakòu Oculus Iacobi*. Titulus ex Deuter. 33. 28. Hodie communiter ſcribitur, & vocatur

עין ישראל *En Iſraèl Oculus Iſraëlis*. Diuiditur in duas Partes. Prima retinet nomen *En Iſraèl*. Pars II. antiquitùs vocabatur בית יעקב *Beth Iaakòu Domus Iacob*, hodie dicitur בית ישראל *Beth Iſraèl Domus Iſraèl*. Huiuſmodi liber eſt tamquam ſpicilegium Talmudicū omnium ferè מאמרים *Maamarìm Dictorum*, ſeù hiſtoriarū Talmudicarum, & expoſitionū S. Script. exorbitantium, & dogmatū, quæ ſparſim in ſex Ordinibus Talmudis reperiuntur. Et quamuis huiuſmodi gloſſemata ferè ſemper rationis recto dictamini, vel Diuinæ bonitati, vel naturæ à Deo creatæ, vel etiam Moſaicæ Legi repugnare videantur; nihilominus clamitare non deſiſtunt Iudæi, myſticè, allegoricè, & figuratè intelligi debere. Hoc tamen pro certo tenendum: quòd Summi Pontifices, non aliam ob cauſam moti ſunt ad prohibendum Talmudem, niſi propter blaſphemias, quæ in eo continentur: Nam tota Talmudis

In principio Partis I. Extat Epiſtola nuncupatoria R. Iacobi Ben R. Moſis יוזביל *Iozeuil*. Et in fine eiuſdem Partis adiunctus eſt Index materiarum vtriuſque Partis, compilatus à R. Leone de Modena, quem appellauit ס' בית לחם יהודה *Sèpher Beth lèchem Iehudà Librum Domus panis Iuda*, quem dicauit RR. *Dauid*, & *Ioſeph Nachmias* germanis fratribus, vt videre eſt in Epiſtola eiſdem directa, & apposita in principio Indicis. Vnde apparet, quòd huiuſmodi liber עין ישראל *En Iſraèl* qui nouiter prodijt typis Ioannis קאליאוני Koleonis, apud Petrum Aloyſium, & Laurentium Bragadinos anno Domini 1625. impenſis horum duorum fratrum *Aben Nachmias* excuſus fuerit: qui quidem R. Dauid Nachmias fuit pater *Iulij Moroſini* ad fidem conuerſi, vt ſuo loco dicemus abundantiùs. In hoc autem Indice per ordinem Alphabeti diſponuntur voces illuſtrium materiarum, ſub quibus indicantur omnia loca, vbi de his agitur in *En Iſraèl* Loca indicata clauduntur in parentheſi, vbi primo loco ponitur nomen Codicis; ſecundo Capitis; tertio numerus *Maamàr Dicti Talmudici*, quod quæritur. Exempli gratia. Volo ſcire, quid dicatur in Talmude de Abrahamo, de Sara, ſeù de reliquis Patribus duodecim Tribuum. Iſta non inuenientur in Indice, niſi tantùm ſub generali nomine אבות *Auòth Patres*. Quod ſi de mutationis nomine Abrahæ, Saræ, & Iacobi ſcire volueris, inuenies cit. (ברכות פ'ק נה') hoc eſt *Berachòth, Pèrek Kamà* num. 55. Itaque in Codice *Berachòth* cap. 1. numero 55. notato in textu, in principio מאמר *Maamàr*, & replicato in Comment. Rabbin. ſtatim inuenies -

אברם

aucta fuit à R. Leui Abèn Chanlu huius Auctoris filio: nam eius pater morte præuentus, abſoluere eam non potuit, de qua morte lamentatur eius filius, & inconſolabiliter luget in Præfatione ſua, quam huic ſecundæ Parti præfixit.

Sub nomine בית ישראל, vel עין ישראל *En Iſraèl*, vel ſub *Beth Iſraèl* excuſus fuit Theſſalonicæ. Poſtea Venetijs an. ש'ו 306. Chriſti 1546. apud Marcum Antonium Iuſtinianum in folio. Deinde auctior rebus, & notis prodijt in Vrbe פרוסטיץ *Proſtitz*, quæ eſt in finibus Morauiæ inquit Buxtorf.

Iterum impreſſus fuit Venetijs ש'כ'ו 326. Chriſti 1566. apud Georgium de Caballis, deletis nonnullis, quæ contra Chriſtianos ſcripta erant, relicto tamen hiatu, vt Iudæus aduertat, ibi aliquid deficere, quod ſi neſciat quid in eo ſcriptum fuerat, ab alijs doctioribus edoceatur.

Sub nomine עין ישראל *En Iſraèl* hoc modo exectus prodijt pariter Venetijs anno ש'פ'ה 385. Chriſti 1625 apud Petrum Aloyſium, & Laurentium Bragadinos in duas Partes diſtinctus, quæ editio reliquis magis eſt probanda.

Prima Pars, vt ſæpiùs dixi, vocatur עין ישראל *En Iſraèl*, & ſecunda בית ישראל *Beth Iſraèl*. Vtraque Pars ornatur, & ditatur Commentarijs רש'י *R. Salomonis Iarchì*; תוספות *Toſaphòth*, nimirùm additionibus quorundam Rabbinorum Gallorum, ad illuſtrandam Ghemaram compilatis; additis inſuper quibuſdam nouis explicationibus trium inſignium Rabbinorum, videlicet הרמ'בן *Harrambàn*, id eſt *R. Moſis Bar Nachmàn*: הריטב'א *Harritbà*, id eſt *R. Iom Tòu Ben Abraham*, & הר'ן *Harràn*, in eſt *Rabbènu Niſsim*.

אברם הוא אברהם בתחלתן נעשה אב לארם ולבסוף נעשה אב לכל העולם כלו :

Abram, ipſe eſt Abraham. In principio fuit pater Aram, & in fine factus eſt pater totius mundi, &c. Ibidem in margine notantur loca quorundam inſigniorum Doctorum, qui de hac re tractarunt, vt in hoc loco notatum inuenies מ״ח מורה ח״א פ״מו *Morè Chèlek* א *Pèrek* hoc eſt: Prædictum locum inuenies in lib. *Morè hanneuuchìm* Moſis Bar Maij. monis Par. I. cap. 46. Et inſuper עקידה ש״יח *Akedà* 318. hoc eſt in libro *Akedà Iſaaci Aramæ* numero 318. & ſic de reliquis.

Huiuſmodi autem Index Leonis de Modena fuit ab eo compoſitus, vt copioſior, & facilior redderetur Index eiuſdem עין ישראל appoſitus initio editionis Iuſtinianeæ. Aduerte quoad numeros, qui in hac editione Veneta Bragadiniana reperiuntur in ſingulis ferè paginis, eos eſſe in triplici differentia. Primus numerus eſt ordinalis paginarum, quo quotæ ſint paginæ libri indicantur. Præterea notantur hic in fronte inter 1, & 2. columnam craſſiori charactere, & eiuſdem magnitudinis, & formæ, tituli Codicum, & Capitum initia correſpondentia Codicibus, & Capitibus Talmudis cum numero ordinali foliorum. Secundus numerus eſt ille, qui in eadem fronte paginæ, vel in prima columna, vel in ſecunda, vel in vtraque ſimul ſecundùm exigentiam ſui officij apponitur quadrato charactere, ſed minore numero ordinali foliorum. Vſus huiuſmodi numeri eſt indicare paginam Talmudis, ſeù Ghemaræ, vbi reperitur מאמר *Maamàr*, quod in hoc loco tranſcriptum eſt. Vti exempli gratia: Volo ſcire; in quanam pagina Talmudis Codicis *Berachòth* reperiatur מאמר *Maamàr* ſuprà allatum de Abrahamo quod priùs fuerat *Pater Aram & poſtea totius mundi &c.* Et quia ipſum inuenimus medio Indice *Beth lèchem Iehudà* in Cod. *Berachòth* cap. 3. num. 55. col. 1. ſtatim eleuatis oculis in fronte huius columnæ inueniemus numerum י״ג 13: Si pergamus ad I. Tomum Talmudis Cod. *Berachòth* cap. 1. pag. 13. prædictum מאמר de *Abramo*, & *Abrahamo* illicò reperiemus propè medium textus Ghemaræ. Et quia aliquando non vnicus, ſed plures numeri ſimul concurrunt in eadem fronte columnæ; tunc indicantur plures *Maamarim*, quæ in eadem columna continentur, in Talmude ſub diuerſis paginis reperiri. Exemplum ſit; In hoc eodem *En Iſraèl* huius editionis Bragadinianæ Tom. I. pag. 21. col. 1. habentur numeri י״ג ט״ו י״ו 13. 15. & 16. In eadem pag. 13 Talmudis in משנה ſequentis capitis ſecundi Cod. *Berachòth* habes *Maamàr* de modo legendi ק״ש *Kiriàth Scemaà Lectionem Audi Iſraèl* tranſcriptum in *En Iſraèl* pagina 20 col. 4 *Maamàr* 56. Ijdem numeri in margine quoque notati ſunt è regione *Maamar* tranſcripti in textu: vt numerus ט״ו 15. inſcriptus inuenies in margine 1. columnæ pag. 21. eiuſdem *En Iſraèl*. Ergo ſignum eſt, quòd *Maamàr* in textu incipit יפנה ויטול ידיו ויניח תפלין inuenietur ſtatim in 1. linea paginæ ט״ו 15. Talmudis. Superiora verò verba in *En Iſraèl* tranſcripta אמר עולא כל הקורא ק״ש בלא תפלין וכו׳ : inuenies in Talmude ſtatim ante initium huius paginæ 15. hoc eſt in fine antecedentis paginę 14. & ſic procedendum

eſt

co cit. pag. 104. b. circa medium.

Eodem Cod. *Sciabbàth* cap. 16. pagina 73. col. 2. num. 75. expunctum eſt vbique tam in textu, quàm in Comment. nomen גיליון, quia de Euangelio malè loquebantur.

Cod. *Sciabbàth* Ieroſolymitano, cuius nonnulla *Maamarìm* referuntur in hac Par. I. *En Iſraëlis* pag. 174. col. 4. n. 7. tranſcribitur illud ex cap. 14. שמונה שרצים pag. 14. col. 4. non longè poſt med. cuius initium eſt בר בריה, in Ieroſolymit. Ibi referuntur miracula, quæ fiebant per nomen *Ieſu*, cuius nomen in *En Iſraèl* cit. loco omiſſum eſt. Idem fit infrà Cod. *Auodà Zarà* pag. 158. col. 1. num. 56.

Par. II. Cod. *Ghittìn* cap. 5. pag. 28. num. 23. col. 2. in *Onkelòs*. Blaſphemia de Chriſto execrabilis omiſſa eſt, quæ incipiebat poſt illa verba במשכבת זרע רותחת vſque ad תניא אמר רבי אלעזר וכו׳ ſex circiter verſus; quæ quidem reperitur in Talmude editionis Amſtelodamenſis, ſed nomen *Ieſu Nazareni* omiſſum eſt; & in editione Cracouiana hiatum relictum, vt cuilibet licitum ſit ſcribendi illud prout placuerit. & ego vidi editionem vnam ex Cracouianis, qua illud ſpatium hiſce voculis mſc. repletum erat אותו האיש.

Codice *Sotà* cap. 9. pag. 49. numero 121. col. 1. lin. 3. poſt illa verba בשתי ידיו ſublatum eſt nomen Ieſu Nazareni quod iniurioſè nominabatur. Et ibidem col. 2. lin. 1. poſt illa verba אמר ש׳מ חזיה ליה שלמא omiſſa eſt alia blaſphemia contra Ieſum Dominum noſtrum, quæ in Talmude editionum citat. reperitur, ſed abſque nomine Ieſu Nazareni; quod in editionibus antiquioribus expreſsè reperitur. Vide Cod. *Sanhedrìn* paulò infrà.

Cod.

eſt in reliquis. Tertius numerus eſt numerus ordinalis *Maamarìm*, & notatur immediatè ante principium vniuſcuiuſque *Maamàr* charactere quadrato, qui replicatur in principio Rabbinici commenti eodem charactere, ſed paululum minori. Antequam autẽ hinc digrediar, redeundum eſt ad בית לחם יהודה Indicem R. Leonis de Modena, cui alium Indiculum addidit in fine, quem vocauit לוח הערכים *Lùach haarachim Tabulam Ordinationum*, ſeù diſpoſitionem omnium titulorum contentorum in maiori ſuo Indice *Beth lèchem Iehudà*, quo in ictu oculi ijdem tituli in eodem reperiuntur hoc pacto. Volo adinuenire in Indice maiori *Beth lèchem* hæc nomina אב אבות ובנים וכו׳, in Indice hoc minori, ſub litera א, primo loco ea inuenio, & quia ibidem additur דף ג׳ ע״א *Daph* pag. 3. *Amùd* א columna 1. inuenio iſta in Indice maiori, & illicò in ipſo principio Indicis inuenio אבות &c. Sed quia iſta ſunt facillima, ad reliqua pergo. Et noto huiuſmodi editionem Venetam Bragadinenſem an. שפ״ה 385; Chriſti 1625. in fol. reliquis eſſe præſtantiorem, licèt in quibuſdam locis caſtrata ſit, vt Cod. *Berachòth* pag. 26. col. 3. num. 69. in Comment. circa principium, quæ omiſſa ſunt contra Dominum Ieſum, & eorum loco ſubſtituta קרוב לומנו של אותו איש ea apud Iudæos non minori iniuria dicuntur. Eadem in Talmude Amſtelodamenſi deleta cernuntur ſine alia additione.

Cod. *Sciabbàth* cap. 12. pag. 70. columm. 4. num. 64. ante אמר ר׳ יוחנן משום ר׳ יוסי omiſſum eſt *Maamàr* de בן סטרא *Ben Satdà*, per quem intelligunt Dominum Ieſum; & in Talmude reperitur hoc lo-

gina 27. b. Iſta, quæ in hac editione Bragadinica abraſa, & omiſſa ſunt blaſphema contra Dominum Ieſum, & Chriſtianos, pauca eſſe videntur reſpectu illorum; quæ contra Deum, eius attributa, Legem Moſaicam, & bonos mores intacta relicta ſunt; vt ille, qui modò habet *En Iſraèl*, verè Talmudem ex ca parte, ob quam præcipuè damnatum fuit, habere exiſtimarem. Aduertendum tamen eſt; Nonnulla Talmudica *Maamarim* prætermiſſa in hoc Opere videbantur, quorum poſtea *R. Iudas Ariè*, dictus *Leo de Medina* ſpicilegium fecit, compoſitò libro

בית יהודה והוא תוספת על ספר עין ישראל על פי דרכו מכמה מאמרים חז״ל אשר לא באו בקרבו חדשים למבקרים כלם נכוחים למבין וישרים לדורשי ברבים עם מפתח לכלם על דרך בית לחם יהודה נדפס בויניציאה שנת שצ״ה לפ״ק בשם הקומיסארשה של השר זואני ונדראמין׃

בית יהודה *Beth Iehudà Domus Iudæ. Eſt additio ad En Iſraèl quorundam Maamarim antiquorum Rabbinorum, quæ in eo non extabant; & ad formam illorum diſpoſita ſunt; additus eſt Index ſecundùm quod reperitur in En Iſraèl ſub nomine* Beth lèchem Iehudà. Auctore eodem *R. Iudà Ariè* ſeu *Leone de Modena*. *Excuſ. Venetijs anno 395. minoris ſupputationis*, Chriſti 1635. *iuſſu Commiſſariæ Ioannis Vendramini*, in folio. Poſtremò idem liber *En Iſraèl* excuſus eſt Veronæ ſine Commentarijs anno נשמ״ח 409. min. ſupp. Chriſti 1649. duobus Tomis in 16.

Cæterùm hic Auctor fuit vnus ex exulibus Hiſpaniæ abactis in exilium anno Domini 1492. Eius ſynchroni fuerunt

Cod. *Bauà Kamà* cap. 4. pagina 60. col. 2. de Boue cornupeta quędam omiſſa ſunt, quæ contra Iuſtitiam erant, quia permittebant Iudæis damnificare res Chriſtianorum impunè. Ibidem capite 10. pag. 63. col. 2. num. 42. quædam alia omiſſa, quæ ad reſtitutionem pertinebant circa res amiſſas à Chriſtianis, & à Iudæis inuentas, quibus docebant, eas non eſſe reſtituendas proprio domino, licèt cognitus fuerit.

Cod. *Bauà Metzijà* cap. 9. pag 72. num. 53. col. 1. quædam ablata ſunt, quæ valdè iniurioſa erant omnibus Chriſtianis, cùm in eis docerent, Chriſtianos non eſſe homines, ſed pecudes.

Cod. *Sanhedrin* cap. 6. pag. 107. numero 75. col. 1. intermiſſa eſt tota narratio mortis Ieſu Nazareni, & quinque diſcipulorum eius, vtpotè mendacijs referta. In Talmude Cracouiano pag. 43 etiam omiſſa eſt, & in Amſtelodamenſi pagina pariter 43. reſtituta. Hæc in antiquis in ipſo principio capitis נגמר הדין *Nighmàr haddin* ſub num. 75. ſcripta cernebatur.

Eodem Cod. *Sanhedrin* cap. 8. *Chèlek* pag. 136. num. 238. col. 1. idem *Maamàr*, quod ſuprà notatum fuit Codice *Sotà* cap. 9. pag. 49. numero 121. In hoc loco etiam reperiebatur poſt verba illa בשתי ידים linea 3. ſed poſtea omiſſum.

Cod *Auodà Zarà* cap. 2. pag. 158. num. 56. col. 1. Refertur caſus *Iacobi de Villa Secanià*, qui in nomine Ieſu Nazareni curabat infirmos, vt in Gloſſa legebatur, à qua in hac editione omiſſum eſt: *hunc Iacobum fuiſſe diſcipulum Ieſu*; vt in Talmude cuiuſcumque editionis etiam hodie habetur, in Cod. ע״ז pa-

in principio I. Tomi. Diſpoſuit מסרת גדולה וקטנה *Meſſaram magnam, & paruam*, de qua ampliùs in voce מסרת *Meſſarà*, Illam collocauit in fronte, & in calce textus Sacræ Scripturæ per ſingulas paginas, & vberiùs in fine IV. Tomi de eadem agit ordine Alphabetico. *Paruam Meſſaram* in interiori margine, & inter vtrumque textum Hebraicum, & Chaldaicum collocauit. Scripſit -

דרכי הניקוד והנגינות: *Darchè hannikùd Vehaneghinòth Vias punctationis, & modulationis*, ſeù *pronunciationis*. Eſt eruditus Tractatus de punctis vocalibus, accentibus, & alijs ad lecturam Hebraicam pertinentibus. Excuſus eſt in fine quarti Tomi, & ante *Meſſaram magnam*. Viuebat anno Domini 1500.

תקנג ר' יעקב יהודה ארי חבר ס'
תבנית היכל ובו מדבר על צורת בית המקדש הראשון והאחרון
ועל כל המדות המקומות אשר היו בתוכם וכליהם :

853. R. IACOB IEHVDA' ARI' LEO, non multò ante elapſis annis viuebat Midelburgi in Zelandia licèt natione Hiſpanus fuiſſet, vt notat eruditiſſimus Don Nicolaus Antonius in ſua Bibliotheca Hiſpana Tom. 2. pag. 327. à quo huius Auctoris ſequentem notitiam habuimus. Cùm enim circa annum Domini 1643. paruo ædificio ligneo mirè affabrefacto Templum Ieroſolymitanum cum omnibus ſuis partibus, menſuris, ornamentis, & vtenſilijs repræſentaſſet; volens id, quod oculis ſubiecerat multorũ, mentibus etiam oſtendere omnium: compoſuit doctum Commentarium de Templo Ieroſolymitano lingua Hiſpana, vt refert Ioannes Saubertus in Præfatione huius libri à ſe Latinè tranſlati, ex quodam Iudæo Lu-

ſunt Iſaac Aaràma, Ioſeph Gigatella Auctor *Sciaarè Binà*, & Abraham Auctor *Dèrech Emunà*, & R. Iſaac Abrauanel; & alij, licèt in fine vitæ præfati Auctoris, qui claruit anno mun. 5207. Chriſti 1447. *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 63. b. in principio, & circa hanc ætatem ſcriptus fuit hic liber *En Iſraèl*. Tandem corrige Plantauitium, qui in ſua Biblioth. Rabbin. num. 58. ſcribit cognomen huius Auctoris cum כ *Caph*, כביב *Cauiu*, cùm ſcribi debeat cum ח *Cheth* חביב *Chauiu*.

Auctor *Scialſc. hakkabb.* pag. 18. b. paulò poſt medium, cuidam ן' חביב *Aben Chauiu* attribuit librum דרכי נועם *Darchè noàm Via iucunda*, ſed non indicat nomen Auctoris, neque libri argumentum, videtur tamen eſſe hiſtoricum.

תקנא ר' יעקב בר חיים חבר פירוש
על כוזרי וקראו בית יעקב :

851. R. IACOB BAR CHAIIM ſcripſit -

בית יעקב *Beth Iaakòu Domus Iacob*, & eſt Commentarius in librum כוזרי *Cuzari*. Aliquoties inuenitur citatus.

תקנב ר' יעקב בן חיים בן יצחק
ן' אדוניהו מטוניסי חבר הקדמה על המקרא
גדולה וסדר המסרה גדולה וקטנה אשר נעשה בספר הנ"ל :

852. R. IACOB BEN CHAIIM BEN ISAACI, ABE'N ADONIÆ DE TVNETO: dum exul eſſet Venetijs initio ſuperioris ſeculi, in gratiam Danielis Bombergij ordinauit œconomiam Bibliorum magnorum, quæ vulgò מקרא גדולה *Mikrà ghedolà* appellantur, quibus præfixit prolixam, ſed doctam Præfationem excuſam cum iiſdem

ſe ; præſertim cùm teſtetur idem Saubertus ; nullam in eo de editione Hiſpanica , neque de vlla alia lingua , ex qua in Gallicam tranſlatus ſit, fieri menmentionem. Neque teſtimonium Iudæi Luſitani contrarium probat ; quandoquidem hoc teſtatus ſit ; quia ita factum fuiſſe crediderat. Obſeruauit autem idem Saubertus : hanc Gallicam editionem Hebraicæ adamuſſim non correſpondere , cùm plura in hac addantur ; quæ in illa deſunt. Huius meminit eruditus Wagenſeilius in *Sota* cap. 1. pagina 38.

חבּל הרבי יעקב בן רבי יהודה לנדו יזו. לנבלי מצבר מ' מניך על מרינוס. ומ' חזון ומוא ספצות קודות ומצרוכם ולוגחא רגוזין

854. R. IACOB BEN R. IEHVDA' LANDO', ſcripſit -

ספר אגור *Sepher Agùr Liber collectus*, quia in eo congregati ſunt ritus ſpectantes ad ſeruitutem diei עבודת היום *quotidianam*, ומעדים *feſtorum* ; וכל אסור והתר *omniumque rerum prohibitarum, & permiſſarum*. Hinc eſt, quòd in eo agitur: *De Oratione, Fimbrijs, Thephillin, & Benedictionibus*. Itemque *de Sabbatho, & feſtiuitatibus ; iugulatione animalium pro cibo ; viſcerum illorum inſpectione ; de prohibito, & licito ; vaſorum ablutione ; muliere menſtruata ; de balneis ; de libro Legis ; ſcheda oſtiaria, & commixtione domorum. &c.* Secundò excuſus per Heredes Soncinates , anno tertio Clementis Papæ VII. anno 286. Chriſti 1526. loco non notato. In fine huius libri reperitur -

ס' חזון *Sèpher Chazòn Liber Viſionis, ſeù Prophetiæ*. Sunt quædam enigmata, & Quæſita legalia curioſa , quæ interpre-

Luſitano id affirmante. Poſtea in linguam Hebræam vel vertit , vel potiùs iterum compoſuit addito titulo -

תבנית היכל *Taunìth Hechàl Structura Templi*. In eo ſiquidem admodum diligenter omnes partes Templi Salomonis, Atria , Conclauia , Aditus , Manſiones : itemque omnia Templi vtenſilia explicantur , quem typis Amſtelodamenſibus apud Leuì Marcum an. mundi ה 410. Chriſti 1650. euulgauit. Non diù poſt idem laudatus Ioannes Saubertus in gratiam Auguſti Brunſuicenſium Ducis ex Hebræo in Latinum vertit, notiſque illuſtrauit ; cui hunc titulum appoſuit -

Iacobi Iudæ de Templo Hieroſolymitano tam priori , quod ædificauit Salomon Rex , quàm poſteriori , quod deuaſtauit Veſpaſianus , quatuor libri. Excuſ. Helmeſtadij apud Iacobum Mullerum 1655. *in* 4. Multò priùs ante has editiones lingua Gallica Amſtelodami excuſus fuerat anno Domini 1643. apud Ioannem Federicum cum hoc titulo -

Portraict du Temple de Salomon, dans le quel ſe deſcrit briefement la conſtitution de la fabrique du Temple , & de tous les vaſes , & vtenſils d'iceluy ; dont le modelle ſe trouue apres le meme autheur , come chacun peut voir ; compoſee par Iacob Iuda Leon Hebreu habitant de Midelburg en la prouincia de Zelande l'an de la creation du Monde 5403. anno videlicet Domini 1643. Ex quo apparet , eodem anno , quo Typus Templi ligneus completus eſt anno ſcilicet Chriſti 1643. Eodem quoque anno Amſtelodami huiuſmodi liber in lucem exijt. Hinc ſuſpicari poteſt, non Hiſpanica , ſed Gallica lingua primùm illum compoſitum fuiſ-

calà, tranſtulit librum - [illegible]

על הניתוח *Al Hannitòach De Chirurgia* Magiſtri Brunonis Longoburgenſis ex lingua Latina in Hebræam anno mundi 5261. Chriſti 1501. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 8.

תתנו״ רבי יעקב יחייא עיין ר׳ יעקב שנקרא רבינו תם׃

856. R. IACOB IACHIIA'. Vide *R. Iacob* dictus *Rabbènu Tham.*

תתנז״ רבי יעקב בן רבי יצחק

חבר פירוש על המסרה׃

857. R. IACOB BEN R. ISAACI. ſcripſit Explanationem *Meſarà* ſuper quinque libros Moſis. Excuſ. Lublini anno 376. Chriſti 1616. in 8.

תתנח״ יעקב בן יצחק בן אברהם

כתב בספר אשר עשה עשו כי מכר את בכורתו אליו וגם בן חלקו אשר לו במערת חרק שבכפלה במו שכתוב בספר הישר דף נ״ב׃

858. IACOB BEN ISAACI, BEN *Patriarchæ* ABRAHAMI, ſcripſit in libro, Venditionem primogenituræ ſibi factę ab Eſau fratre ſuo, vnà cum parte ipſius, quam in ſpelunca duplici habere prætendebat, eamque ceſſit eidem Iacobo ſuo, vt legitur in libro הישר *Haijaſciàr* ſectione תלדות pag. 52.

תתנט״ ר׳ יעקב בר יצחק הלבן

חבר ס׳ על הדינים׃

859. R. IACOB BAR ISAACI HALLAVA'N, qui claruit ætate *Raſcì*, ſcripſitque *Librum legalem* de Cauſis Ciuilibus ad forum contentioſum ſpectantibus; citatur in טורים *Turim* Parte I. אורח חיים num. 586. Vide *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 51.

pretantur, & reſoluuntur ſecundùm decreta antiquorum Rabbinorum. Sit vnum exemplum, ex quo reliqua dignoſci poterunt.

Sunt duo, qui naſcuntur, alter altero vno die prior, & tamen ſecundus ad præcepta legalia ſeruanda vno ferè menſe priùs quàm obligetur prior, obligabitur. Reſolutio cum exemplo.

Si primus naſcatur, exempli gratia, die 29. Adaris primi, vltima ſcilicet menſis Februarij primi in anno emboliſmico, & ſecundus naſcatur die 1. Adaris ſecundi eiuſdem anni. Anno autem 13. completo, & ampliùs vno die integro elapſo, tenetur puer ex pręſcripto Rabbinorum præcepta ſeruare. Huiuſmodi autem annus non eſt emboliſmicus, ſed communis. Si ſic, ergo qui natus eſt 29. Adaris primi, expectabit vſque ad finem Adaris in anno communi, vt præceptis initietur. Et ſecundus, qui natus eſt 1. Die Adaris ſecundi in anno communi, tenebitur ad præcepta die 1. Adaris. Tenebitur ergo menſe ferè vno is, qui ſecundo loco natus eſt, priuſ quam teneatur is, qui primo loco natus erat, quod quærebatur.

Fuit etiam excuſus hic liber Venetijs anno mundi ש״ז 5307. Chriſti 1547. apud Marcum Antonium Iuſtinianum, in 4. De eo *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 62. in fine. Vide infrà in *R. Iacob de Pauia*, ſeù *Ticinenſi.*

תתנה״ רבי יעקב בר יהודה ן׳ קאשטיאל מאלקאלה העתיק ס׳

על הניתוח לפלספרו ברונו מלשון לאטין אל לשון עברי׃

855. R. IACOB BAR IVDÆ ABE'N KASTIE'L Hiſpanus de Al-

קס״ ר׳ יעקב בן ר׳ יצחק לבית הלוצאטי מצפת חבר ס׳ כונות האגדות וקרא כפתור ופרח וביאר כל הגדות קשות: בש״ס בבלי וירושלמי וספר מדרשות עם קידוש ספר הזהר ועם מעשים במשלים וכובשים נדפס בבסילייאה בבית אמברוסיאו פרובינייאו שנת שמ״א :

860\. R, IACOB BEN R. ISAACI LVZATTI de Sapheth Vrbe ſuperioris Galileæ, ſcripſit -

ס׳ כונות האגדות *Sèpher Cheuanòth haagadòth Liber ſenſuum* (intelligentiæ) *eloquiorum myſticorum*, quem vocauit כפתור ופרח *Caphtòr Vphrach Pomum, & flos*. Tit. ex Exod. 25. 32. In hoc libro hyperbolica dicta, quæ in vtroque Talmude reperiuntur, inter מדרשות *Medraſciòth Allegoricas expoſitiones* inſerta, vel in libro זהר *Zòhar* relata, vel in במעשים *Bemaaſsìm Hiſtorijs* contenta, vel denique veluti משלים *Meſcialim Prouerbia* à Rabbinis pronunciata, in moralem, ac bonum ſenſum reduci curantur. Eſt liber curioſus, & multiplici eruditione refertus, quem Plantauitius perperam R. Iacobo Polono; Buxtorſius nemini attribuit. At clarum eſt nomen Auctoris eſſe illud, quod in fine libri ſcriptum reperitur; & eſt, vt hic notatur, excuſus Baſileæ apud Ambroſium Frobenium an. 341. min. ſupput. Chr. 1581. in 4.

קסא״ ר׳ יעקב בן ר׳ יצחק צהלון

ירומאי פילוסוף ורופא ומורנו בפירארא חבר כמה ספרי׳ :

א׳ ס׳ מרגליות טובות ׃

ב׳ מורשה קהלת יעקב ׃

ג׳ ס׳ ישועות יעקב ׃

ד׳ תתן אמת ליעקב ׃

ה׳ קול יעקב ׃

ו׳ אור הדרשנים ׃

וחבר ספר גדול על הרפואה בלשון הקודש בו ובקי ונסדר בכן ונחלק לי״ג ספרים ׃

הספר הא׳ משמירת הבריאות ׃ הס׳ הב׳ מבלטיני קדחות סיבותם אותותם ורפואתם ׃

הס׳ הג׳ מרפק לשון ושתן ׃ הס׳ הד׳ חבל שני ארסים וסמי המות ורפואתם ׃

הס׳ הה׳ מאותות וסיבות החלאים בכללי ׃

הס׳ הו׳ מסגולות הרפואות פשוטות ומורכבות ׃

הס׳ הז׳ מחלאים פרטיים שבראש ורפואתם ׃

הס׳ הח׳ מחלאים שבחזה וקרביים שבו ׃

הס׳ הט׳ מחלאים שבקרב ואברים שבו ׃

הס׳ הי׳ מחלאי נשים וקטנים ׃

הס׳ הי״א מחלאים חיצוניים קירורגיאה בלעז ׃

הס׳ הי״ב וכאר בנין אברי׳ שבגוף האדם אנאטומיאה בלעז ׃

861\. R. IACOB BEN ISAACI TZAHALON Romanus, & Moreuus Synagogæ Ferrarienſis. Naſcitur Romę an. mun. 5290. Chr. 1630. adoleſcens præter Hebraicam; linguæ quoque Latinæ, nec non humanioribus diſciplinis, & Philoſophiæ, ac Medicinæ operam dedit, Doctoriſque titulum in Philoſophia, & Medicina in Romana Vniuerſitate recepit. Nec deſijt inter ſuos Iudaicam facultatem Iuris dicundi in Ghemaraticis libris addiſcere; vnde inter pręcipuos Rabbinos, quos Morenos appellitant, connumerari meruerit, Scripſit quamplurima Opuſcula quæ partim impreſſa, partim apud ſe manuſcripta remanent. Quæ excuſa, ſunt -

1\. ס׳ מרגליות טובות *Sèpher Margalièth Touòth Liber Margaritarum pretioſarum*. Eſt compendium libri חובת הלבבות *Chouàth hallevauòth Obligationum cordium*, ex quo huius libri medullam extraxit, & quæ ad mores benè inſtituendos neceſſaria ſunt, collegit, & in ordinem digeſſit, atque in 30. lectiones diſpertitus eſt, vt ſingulis diebus vna ex his lectionibus recitata, totus liber vnico menſe abſoluatur. Excuſus Venetijs juſſu Anto-

Iaakòu, Liber ſaluum Iacob, Tit. ex Pſ. 44. 5. Sunt Commentarij in vniuerſam Iſaiæ Prophetiam.

4. ס׳ תתן אמת ליעקב *Sèpher Tittèn Emèth le Iaakòn Liber, Dabis Veritatem Iacob*, Tit. ex Mich. 17. 20. Sunt varij ſermones ſuper omnes ſectiones Pentateuchi, quæ per Sabbatha leguntur, qui ab eo in Romana Synagoga habiti ſunt.

5. אור הדרשנים *Or Haddarſcianim Lux Concionatorum*. De arte conciorandi, cum Indice omnium ſententiarum, quæ in libro ילקוט *Ialkùt* inueniuntur.

6. Aliud Opus Morale-Theologicum compoſuit: *De Virtutibus, & vitijs* ex Summa S. Thomæ Aquinatis excerptum, & in compendium redactum. lingua pura puta Hebraica, & eleganti. Sed inter alia eius Opuſcula mole excedit illud, quod de Medicina compoſuit, nuncupatum אוצר חיים *Otzàr Chaiim Theſaurus vitæ*, quod in 12. libros, ſeù Tractatus diuiſit hoc ordine: In

Primo libro tractat *De tuenda ſanitate.*

2. *De febribus in genere; & de illorum ſpeciebus, cauſis, & medicamentis.*

3. *De inſpectione linguæ, & Vrinæ.*

4. *De Venenis, potionibus Venenatis, & earum curatione.*

5. *De ſignis, & cauſis omnium infirmitatum.*

6. *De ſimplicibus, & compoſitis medicamentis, eorumque proprietatibus.*

7. *De infirmitatibus Capitis.*

8. *De infirmitatibus pectoris, & aliorum membrorum eius.*

9. *De infirmitatibus inteſtinorum, aliarumque partium eis adiacentium.*

10. *De infirmitatibus mulierum, & puerorum.*

11.

tonij Moroſini anno [illegible] 425. minoris ſupput. Chriſti 1665. apud Dominicum Vedela, in 8.

Eidem libro præpoſuit nonnullas preces, aliquando recitandas. Prima ante ſtudium à Magiſtro Scholæ dicenda, & eſt admodum prolixa, ſicut & reliquæ.

Secunda eſt pro Doctoribus Medicinæ à Medico recitanda antequam infirmos viſitet. Et eſt longior prima.

Tertia eſt pro parentibus, dum filijs benedicere volunt.

Quarta eſt pro Miniſtro Circumciſionis, antequam ſuum aggrediatur opus.

Quinta ante cibi ſumptionem dicenda.

Sexta, ſupplicatio ad Deum, vt dignetur preces recipere, eaſque exaudire. Poſt quam ſequitur Præfatio Auctoris in librum. In cuius fine ſuccinctè, ſed eleganter explicantur omnia præcepta, tam negatiua, quàm affirmatiua ſecundùm ordinem traditum à R. Moſè Bar Maijmonis.

In principio huius libri *Rì Ioab Ben Barùch* [illegible] *Melipiatelli* Præfatiunculā appoſuit in laudem Auctoris, & libri, in qua texit Catalogum librorū à Iacobo Tzahalòn compoſitorum hoc ordine, remoto primo mox recenſito libro.

2. ס׳ מורשה קהלת יעקב *Sèpher Moraſciàh kehillàth Iaakòu Liber hereditatis Congregationis Iacobi*, Tit. ex Deuteron. 33. 4. Eſt expoſitio in tres primos Tractatus libri היד *Haijàd* R. Moſis Ægyptij in מדע *Nadaà*, אהבה *Abauàh*, & זמנים *Zemanim*. Idem R. Ioab delli Piatelli Præfationem illi præfixit, de quo ſuprà num. 684.

3. ס׳ ישועות יעקב *Sèpher Ieſciuòth*

ſoèleth hakkab. pag. 42. b. de R. Salomone Itzchaki cognomento *Raſci* dicit: recepiſſe doctrinam ab anterioribus Magiſtris, כשנת כמו ד׳ אלפים תת״ק לבריאה *anno circiter 4900. à creatione*, hoc eſt anno Domini 1140. Et R. Dauid Ganz ad annum 865. quinti millenarij, nempè an. Dom. 1105. ponit mortem eiuſdem R. Salomonis. Ergo 35. annis poſt ſuum obitum *R. Salomon*, ſeù *Raſci* Magiſtros ſuos audiuit, & ab eis Legem Moſaicam didicit. Quid ineptius? Ampliùs: Hic noſter R. Iacob Bar Iekàr obijt anno 4830. Chriſti 1070. ſecundùm quod ſcribit R. Dauid Ganz ad annum 830. quinti millenarij. At R. Salomon, ſeù Raſci ab eodem oralem Legem didicit an. mun. 4900. Chr. 1140. Ergo hic noſter R. Iacob Bar Iekàr 70. annis poſt mortem ſuam docuit R. Salomonem, ſeù *Raſci* ſecundùm hos diligentes Chronographos Iudæos. Hiſce & ſimilibus Anachroniſmis ſcatent vniuerſi Iudæorum libri. In hoc autem omnes conueniunt, quòd hic Rabbinus fuerit doctus, & eius decreta firma etiam hodie habeantur, & tamquam vniuerſales Conſtitutiones vbique locorum à Iudæis obſeruentur, quæ ſparſim hinc inde inter doctorum opera reperiuntur.

Eſt & alius *R. Iacobus Ben Abèn* יקר *Iekàr Medicus*, qui tempore Sultani Baiazeti Conſtantinopoli anno ארע״ת 276. Chriſti 1516. pecunijs proprijs, & aliorum impenſis adiuuit Iuuenem *Samuelem Ben R. David Abèn* נחמיאש *Nachmias*, qui Typographicam artem exercere cæperat Conſtantinopoli, vt poſſet typis imprimere ספר הערוך הקצר מחמלות התרגום *Librum Haarùch Dictionarium breue Vocum Chaldaicarum*, vt fecit. Iſte

11 *De infirmitatibus externis corporum ad Chirurgiam ſpectantibus* -

12 Et tandem agit *De corporis humani ſectione*, hoc eſt *de Anatomia*. Hæc omnia penes Auctorem reperiuntur, & bonam ipſorum partem mihi communicauit; & vt de eis iudicium ferrem, exorauit: cuius Viri ſedulitatem laudaui, & laborem. Non diù poſt Roma diſceſſit cum ſua familia quatuor, aut quinque ab hinc circiter annis, & Ferrariam petijt, expetitus ab illa Iudæorum Vniuerſitate; libenter abijt, vt aduerſantium ſibi Iudæorum, quos Romæ habebat, inuidiam declinaret; & commodiorē locum acquireret pro ſuorum librorum impreſſione propter Venetiarum Vrbis vicinitatem, vbi librorum Typographiæ vigent. An verò adhuc aliquod ex ijs operibus excuſum ſit, nobis non conſtat.

פתס״ב ר׳ יעקב בר יקר צרפתי

עמס כמס תקנות ביפראל׃

862. R. IACOB BAR IEKÀR Gallus diſcipulus Rabbènu Ionà Bar R. Marini Abèn גנאח *Ganàch*, & ex diſcipulo poſtea Magiſter רש״י *Raſci*, ex *Mordachi*, *Berachòth* cap. אלו דברים & alijs in locis, & ex *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 30. b. De eo volunt intelligi, quando in ſuis Commentarijs *Raſcì* ait מ״רי הזקן *Mori hazzakèn Magiſter meus ſenex*. Ibidem pagina 42. vbi addit: quòd וזה היה תלמיד רבינו גרשון מאור הגולה, *Iſte* (nempè R. Iacob Bar Iekàr) *pro Præceptore habuerit Rabb. Gherſciòn lumen captiuitatis*. Sed maximi errores in Chronologia Rabbinorum concernente tempus R. Iacobi Ben Iekàr, & Raſci, ſeù R. Salomonis Itzchakì occurrunt: nam *Scial-*

865. R. IACOB LEVI abbreuiatè communiter dictus מהרי"ל *Maharil*, hoc eſt מורינו הרב רבי יעקב לוי *Morènu Harràu R. Iaakòu Leui*, natione Germanus, vel vt aliqui volunt, Polonus, ſeù Lituanus de Vilna, vnde Vilnenſis eſt nuncupatus. Hinc deprauata videtur in verſione צמח דוד *Zèmach Dauid* G. H. Vorſtij ad annum 187. ſexti millenarij dictio *De Vilna* in *Mouilin*. Scripſit -

ס' מנהגים *Sèpher Minhaghìm Librum Rituum*, vbi fusè de conſuetudinibus Iudæorum agitur, & vulgò dicitur ספר מהריל *Sèpher Maharìl Liber Morènu Harràu Rabbènu Iacobi Leuitæ*.

Aduerte igitur diligenter ante hunc Auctorem nunquam Titulum מורינו *Moreni* aliqui Iudæorum Doctori inuenies attributum; nam antea doctiores Rabbini ſub nomine חכמים *Chachamìm Sapientium* veniebant. Iſti ſecundùm diuerſitatem Temporum diuerſa nomina ſortiti ſunt, vt notauimus ſuprà in *Tanaim* pag. 252. In *Amorraim* pag. 663. *Seuurài*, Ibidem. Et *Gheonìm* p. 668. Sed de nomine מורינו *Morènu* altũ ſilentiũ in antiquis libris. Primi omnium, qui hunc ſpecioſum titulum obtinuerunt, fuerunt hic noſter R. Iacob Leuita, & R. שולם *Sciullàm*, vulgò dictus מהרש' *Maharàſc*, id eſt *Morènu Harràu R. Sciullàm*, vel vt alij legunt, *R. Salomon*. Hoc contigit circa ann. mun. 5180. Chr. 1420. in Germania, vbi hæc inauguratio, vel tituli impoſitio מורינו *Morènu*, id eſt *Doctor noſter* inuenta eſt. Cauſa autẽ iſtius inaugurationis, & tituli colligi poteſt ex eo quod ſcribit R. Iſaac Abrauanel in נחלת אבות *Nachalàth Auòth* cap. 6. ad *Miſcnà R. Meir dicit &c.* נקרא רע *Nikrà rèaa*

Iſte autem Iuuenis Typographus *Samuel Nachmias* videtur eſſe Proauus Samuelis Nachmias, qui ad fidem conuerſus vocatur *Iulius Moroſinus*, cuius genealogia Iudaica hoc pacto deſcribi poteſt: Iulius Moroſinus, olim *Samuel Ben Dauid, Ben Iſaac, Ben Samuel, Ben Dauid, Abèn Nachmias*. De quo ſuo loco ſpecialiter agam.

קפג"ו ר' יעקב כהן כתב פירוש על ס' יצירה:

863. R. IACOB COHEN ſcripſit -

פי' על ס' יצירה: *Perùſc al Sèpher Ietzirà Expoſitionem in librum de formatione*. Ex Card. Bona in notitia Auctorũ, & librorum à ſe citatorum in Pſallentis Eccleſiæ Harmonia litera R. Et Geſnerus in Bibl. addit, ſcripſiſſe etiam explanationem Nominis ſancti.

קפ"ל ר' יעקב כהן מרגייאסין כתב ס' דקדוק לשון העברי הקדמוני וכתבו בלשון ערבי:

864. R. IACOB CO'HEN MARGHIASSI'N ſcripſit Grammaticam linguæ Samaritanæ, quam vocat linguam Hebraicam antiquam, ex Oriente à Poſtello allatã. De qua ita præfatus Poſtellus: *In Grammaticis Hebraicis nihil habeo pretioſiùs Vno Samaritanæ Grammatices, hoc eſt Vera Hebraicæ, libro à Sacerdote Iacob filio Margiaſsin, vel Mugiaſsìn olim ſcripto: in quo poſitis exemplis Samaritanis Arabicè, & Arabica methodo explicatur Grammatica Hebræa priſca*. Ita Geſnerus.

בקס"ס רבי יעקב לוי הנקרא מהרי"ל ז"ל מורינו הרב רבי יעקב לוי חבר ספר מנהגים:

בן יסמכו מי שאינו בקיא אפילו בגמרא אחת. *Si ita eſt, quomodo ergo* (hodie) *quandoque promouentur nonnulli, qui nec in Vna quidem* (lectione) *Ghemaræ exercitati ſunt?* At R. Dauid Ganz aliã rationem affert huius promotionis Iudaicæ, qua ſuos in Morenos extollunt, & ordinant; ait enim nomine R. Sinài Betzalèl: Huiuſmodi promotionem introductam eſſe in Germania ad euitandum inconueniens, quod inter Germanos Iudæos quotidiè inualeſcebat circa repudia, & ſponſalitia, quæ ab omnibus Rabbinis etiam indoctioribus, contra illorum חלכות *Halachòth Conſtitutiones*, Ritus, & Leges contra bonum Vniuerſitatis Iudaicæ, & cum ſcandalo paſſim adminiſtrabantur. Et vt huic euidenti, ac pernicioſo malo occurrerent, conſtituerunt: Ne de cætero vllam in grauioribus rebus adminiſtrandis aliquis Rabbinorum haberet facultatem, niſi tantùm illi, qui inter reliquos ſelecti doctiores haberentur, quorum vita, & mores ab illorum doctrina non diſcreparent. Hiſce *Morenis* ſic creatis, omnem plenitudinem ſpiritualis poteſtatis tribuunt: Legis tranſgreſſores, vel Statutorũ Rabbinorum paruifacientes coercent, & caſtigant: de licitis, & vetitis decernunt: Matrimonia celebrant; diuortia faciunt; Scholas, & Scholarum Rabbinos inſtituunt; concionantur; anathemata fulminant; excommunicatos reconciliant; Legem explanant. Quæ ſpectant etiam ad forum contentioſum, & delicta publica in corpus punienda, iiſdem facultates, & ius dicendi in cauſis ciuilibus, & criminalibus conceduntur, niſi obſtet Principum prohibitio, ſub quorum ditione in exilio viuunt. Et quam-

Vocatus amicus. Vbi improbando hoc pronomen מורינו *Morènu* dicit, quod inter Iſraëlitas ſufficeret, vt illorum Doctores vocarentur רעים *Reìm Amici:* nam רֵעַ *Rèaa Amicus* eſt nomen intermediũ inter plebeium, & ſapientem ſecundùm phraſim Talmudicam, quia רֵעַ *Rèaa* eſt idem ac חבר *Chauèr Socius*, at חבר abſolutè eſt idem ac חכם *Chachàm Sapiens*. His enim nominibus deceret vocari Iſraëlitas in præſenti exilio. Non verò רב *Ràu*; aut רבן *Rabbàn* nominibus, quæ important iuriſdictionem, & gubernium, quod ordinatis per manuum impoſitionem confertur, quæ tamen extra terram Iſraëlis non exercetur, neque fit, vt conſtat ex Cod. *Sanhedrin* cap. 1. & refertur ab הרמ״בם *Harrambàm* libro שופטים *Sciophetìm* cap. 4. ex *Halachòth Sanhedrìn*, vbi ſic אין סומכים זקנים בחוצה לארץ *Non ordinant Presbyteros extra terram* (Iſraëlis) *&c.* Et poſt pauca ſequitur Abrauanel loco cit. Sed poſtquam veni in Italiam inueni inualuiſſe vſum promouendi hunc, & illum. Vidi autem inter Germanos incepiſſe huiuſmodi conſuetudinem, vnde autem prouenerit, neſcio אם לא שקנאו מדרכי הגוים העושים דוקטורי *niſi quòd acquiſierint eam, & imitati ſunt Gentiles* (id eſt Chriſtianos) qui Doctores creant והלואי שיסמכו לרבנים אנשים הגונים וכו׳ *Et Vtinam promouerent in Rabbinos Viros dignos, &c.* *Antiquitùs enim, qui erat exercitatus, & doctus in tres Ordines* videlicet in מועד, נזיקין, ונשים *Moëd, Nezikìn, & Naſcìm*, vocabatur חכם *Chachàm Sapiens*. Et qui ampliùs expertus erat in Ordine קדשים *Kodaſcìm*, vocabatur רבי *Rabbì*. Et qui adhuc erat peritus בזרעים וטהרות *in Zeraìm, & Taharòth* vocabatur גאון *Gaòn* ואין אם

ciunt ſi rebelles, aut contumaces fuerint. In his autem corrigendis exceſſibus aliquando adeò modum excedunt, vt potiùs odia fouere, & cauſas priuatas agere, quàm bonum publicum quærere videantur. Hinc paſſim, nulla præuia admonitione, nulla præmiſſa citatione, inaudito reo, condemnatur innocens, & ſæpè ſæpiùs infamiæ labe inuritur. Superioribus annis hìc in Vrbe duo tantùm Moreni inueniebantur; vnus diues, pauper alter. Primus pinguiora officia, & quicquid meliùs, & vtiliùs in Vniuerſitate Iudæorum erat in ſe ipſum collocare ſtuduit. Pauper licèt doctior alio æſtimaretur, attamen tenuia ſtipendia faciebat, vt vix cum filio, qui & doctus erat, ex illis vitam tranſigere poterat. Ideòque ſæpè lamentabatur apud ſuos de hac publicorum ſtipendiorum iniuſta diſtributione. Res autem adeò progreditur, vt eius emulus primus Morenus egerit cum Viris עצה ſecretioris Conſilij, & cum ממונים *Memmonim* Vniuerſitatis, vt ſecundum *Morenum* damnent, & ciuili morti tradant: quod & factum eſt, ſancito decreto, & in hanc formam publicato.

בחיות כי בעונותינו הרבים אירע בקהילותינו מקרה בלתי טהור כי כמה״ר . . . . הטיח דברים כלפי מעלת החכם וכו׳ כמהר . . . . ופעמים אחרים עשה עמו מעשים אשר לא יעשו ושנא גם כן לרבנים אחרים והביא בסכנה גדולה ראשי קהילתינו ע״כ נתועדו יחד כרת מה לעשות באיש הוה והסכימו שלא יתנו לו שום אפיציאו ולא יתנו לו שום כבוד בקהל ושלא יתנו לו שום ריוח בשום חברה בין בכללות בין בפרטות וכו׳ :

Cùm ſit, quòd ob ſcelera noſtra turpe aliquid in Cœtu noſtro acciderit, nempè: quòd Rabbinus N. obloquutus fuerit contra excellentem Doctorem ſapientem Rabbi-

quamuis Moreni dignitas, & poteſtas tanta, ac talis ſit, vt ſummo in honore ſemper, & vbique ab omnibus habeatur; attamen in poteſtate paucorum eſt, eam deprimere, & vilipendere, ac Morenos ex ſummo faſtigio in infimam claſſẽ redigere, & ad vltima ſubſellia occupanda, eos impellere, licèt omnino exauctorare non valeant. Sunt inter Iudæos duo Congregationum genera, à quibus tota Vniuerſitas Iudæorum alicuius Ciuitatis, vel loci, vbi habitant, regitur. *Minor* vna, altera *Maior*. *Minor*, quæ ſecretior, ideòque nobilior æſtimatur, duodecim tantũ ex ſelectioribus populi Viris conſtat; quam עצה *Etzà Conſilium* audiunt. *Maior*, 60. vel ad minus 40. Viris patribus familias componitur, & ועד *Vaàd Congregatio* nominatur. Quę in Minori conſilio decreta ſunt, vt rata & firma ſint, à maiori congregatione confirmari debent, vel improbari, ſi reijcienda exiſtimentur. Nihil tamen in hac maiori congregatione agitur, aut proponitur, niſi prius in minori conſilio diſcuſſum fuerit, & reſolutum. Vtriuſque autem Congregationis, ſeù Conſilij Præſidentes ſunt Tres ממונים *Memmonim Conſules* Vniuerſitatis, qui populum gubernant, ad quorum nutum vtraque Congregatio conuocatur. In minori præter alia ad bonum publicum concernentia, etiam in Morenos aliquando animaduertunt. Inferiores autem Rabbinos, qui Scholis publicis præficiuntur, & pueros docent, ſi deſides, ac minùs diligentes ſint, vel in officio delinquant, eos admonent, & ad officium ſibi impoſitum diligenter exercendum reuocant, impoſitis etiam pœnis, & mulctis, vel etiam ab officio eij-

qui & ſcripſit -

ש״ות *Sceelòth Vtſciuuòth Quæſita, & Reſponſa* legalia, excuſa Venetijs apud Io. de Gara anno 370. Chriſti 1610. R. Dauid Ganz huius Auctoris promotionem in Morenatum ponit ad annum 187. ſexti millenarij, Chr. 1427.

תתס״ו ר׳ יעקב הלוי חבר שיר א׳ בשבח
ס׳ אמת ואמונה ונמצא אחר הקדמת הספר נדפס בויניציאה
שנת השב״ח ו

866. R. IACOB HALEVI, compoſuit Cantionem in laudem libri -

אמת ואמונה *Emèth Veemunà Veritas, & Fides*, inuenitur poſt Præfationem excuſam Venetijs an. חש״בח 5307. Chr. 1547. in 12.

תתס״ז ר׳ יעקב לומברוזו פירש הקשים
המלות והקשות הזרות על שפת הגליון תורה נביאים וכתובים
ולפרקים ובקוצים נדפס בויניציאה שנת שצ״ט לפ״ק ו

867. R. IACOB LOMBROSO difficiliora vocabula, quæ ſunt in Sacra Scriptura vernacula lingua, ſed characteribus Hebraicis in margine libri declarauit. Excuſ. Venetijs anno 399. m. ſupput. Chriſti 1639. in 12.

תתס״ח רבי יעקב דילייש קאש
הוציא לאור תעלומות ס׳ אמרי נועם והם חדושים על התורה על
כל פרשה ופרשה וכן טעמים יפים גם פרושים מחכמי צרפת
ואשכנז ותוספות וחדושים לאחרים וכולם בקוסטנטינה תחת ממשלת
סולטאן על ידי אליעזר בן ג׳רשום שונצינו שנת ברוך ומלך ו

868. R. IACOB DE LIIESKAS è tenebris in lucem prodire fecit librum inſcriptum -

אמרי נועם *Imrè noam Eloquia ſuauia*, Tit. ex Prouerb. 15. 26. Sunt nouellæ expoſitiones in Legem, excerptæ ex Doctoribus Gallicis, Germanicis, ex Toſaphòth, & alijs. Excuſ. Conſtanti-

binum N. & multoties contra eum opera geſſerit, quæ fieri minimè decebant; quodque alios Rabbinos odio habuerit, atque in maximum diſcrimen Synagogæ noſtræ Principes non ſemel adduxerit: hinc eſt, quòd nos ritè congregati ſumus ad decernendum, quid contra hunc Virum opus ſit facto. Itaque Vnanimi conſenſu decernimus: nullum officium, honorem, & lucrum eidem ampliùs nos eſſe daturos, tam in Vniuerſa Synagoga, quàm in particularibus Societatibus, &c.

Huiuſmodi decretum in publicis tabulis fuit relatum; ſed ſequenti anno ab alijs Conſulibus detecta iniuſtitia contra Morenum commiſſa, ſancitum fuit prænotatam ſententiam, ac decretum caſſari, & aboleri debere, prout è libro actorum abraſum, & abolitum fuit. Ita Morenica dignitas, quæ ab ipſis tanti exiſtimatur, & extollitur voce, factis verò deprimitur. Hujuſmodi autem Moreni cùm ex publicis ſtipendijs, vel priuatis donarijs vitam tranſigant, pro mancipijs potiùs, quàm pro Superioribus de facto habentur a ditioribus Iudæis.

Cæterùm מורינו *Moreni* titulus in partibus Orientis non admittitur, ſed Viros doctrina excellentes, præſertim in Lege orali חכמים *Chachamim Sapientes* appellant. In Italia, & Germania, præter titulum prædictum *Moreni*, eſt & alius titulus חבר *Chauèr* de רב *Ràu*, id eſt *Socius Magiſtri*, nempè *Baccalaureus*, qui eſt titulus intermedius inter *Rabbi*, & *Morenu*, ſeù *Ràu*, & peritioribus quibuſdam Rabbinis, nondum tamen plenè in Talmudicis verſatis, conceditur. Sed nodum tandem Morenico filo hìc facientes, ad noſtrum R. Iacobum Leuitam redimus.

ti-

Digitized by Google

Sunt & alij libri cum hoc titulo. Vide infrà *R. Iacob Bar Scimſciòn Antolì*, & *R. Moſes Bar Iuda de familia Hannaarìm*. Scripſit etiam hic noſter Iacob -

רבע ישראל *Rèuaa Iſraèl Quadrantem Iſraèlis*. Tit. ex Num. 23. 10. De quadrante Aſtrolabij mſs. Ex eodem Buxtorfi F. in Appendice ad Biblioth. Rabbinicam patris. Extat hic Auctor mſc. in Biblioth. Vaticana. Vide *R. Iacob Bar Scimſciòn Antolì*.

תתע״ג רבי יעקב מנטינו חכם ורופא

העתיק ס׳ מורה הנבוכים מלשון עברי אל לשון לטין וגם כן העתיק מלשון העברי אל לשון לטין ספר אל אבן סיני על הרפואה וכמה ספרים של אבן רשד על ארסטו ; כמו עיר ערלש ;

873. R. IACOB MANTINVS ſapiens Philoſophus, & Medicus excellens, natione Hiſpanus, ſynchronus R. Obadiæ Sforni, qui obijt an. mundi 5310. Chriſti 1550. vt ſcribit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 65. b. ipſe verò claruit circa annũ 1526. Qui primò ex Hebræa in linguam Latinam vertit -

מורה הנבוכים *Morè hanneuuchìm Directorem perplexorum* R. Moſis Bar Maijmonis cognomento Ægyptij.

2. Ex eadem lingua Hebraica in Lanam vertit Præfationem eiuſdem R. Moſis Bar Maijmonis in מסכת אבות *Maſsècheth Aùoth Cod Patrum*. Excuſa fuit Bononiæ in Ædibus Hieronymi de Benedictis, ſedente Clemente VII. Pont. Max. anno Domini 1526. in 4.

3. Ex Medicis tranſtulit ex Arabico in Latinum cap. 29 tertij Canonis Fen primi Auicennæ: De Canonibus vniuerſalibus curationis doloris capitis. Extat cum methodo vniuerſæ Artis Medicinæ Cornelij à Baersdorp. Item quartum Fen primi, eiuſdem Auicennæ. De vni-

tinopoli ſub Sultano Solimano an. 300. Chr. 1540. Vide *Obdia Sforno*.

תתס״ט ר׳ יעקב לנדו עיין ר׳ יעקב בן ר׳ יהודה לנדו ;

869. R. IACOB LANDO. Vide *R. Iacob Ben R. Iuda Lando*.

תת״ע ר׳ יעקב בן ר׳ מאיר ממדינת

גיאן בן ר׳ נסים זקן חבר ס׳ צניף מלוכה על הקבלה :

870. R. IACOB BEN R. MEIR, ex Prouincia גיאן *Giàn* Ben R. Niſsim Senioris. Scripſit -

ס׳ צניף מלוכה *Sèpher Tzeniph Meluchà Cidaris Regia*. Tit. ex Iſai. 62. 3: Liber Cabaliſticus eſt. Ex Buxtorfio in Bibl. Rabbinica.

תתע״א ר׳ יעקב בן ר׳ מאיר בן ר׳ שמואל דומרוג עיין רבינו תם :

871. R. IACOB BEN R. MEIR, BEN R. SAMVELIS DOMRO'GH Vide *Rabbènu* תם *Thàm*.

תתע״ב ר׳ יעקב בן מכיר ן׳ תבון

חבר ס׳ על התכונה בקיצור : וחבר מלמד התלמידים על הפילוסופיה ; וחבר גם כן ספר המכונה רבע ישראל על כלי התכונית ;

872. R. IACOB BEN MACHIR ABEN TYBO'N ſcripſit -

ס׳ על התכונה *Sèpher al hattechunà Librum de Aſtronomia* compendiosè. Habetur in Bibliotheca Vatic. mſc. Papyr. in 4. ſub num. 384. Item alium Philoſophicum nuncupatum -

מלמד התלמידים *Malmàd hattalmidìm Stimulus diſcipulorum*, non *Melamed*, vt imperitè legit Plantauitius. Buxtorfi F. ait: eſſe Conciones in Legem mſc. quibus commendatur Philoſophię ſtudium.

Paraphraſim Auerrois in libros Platonis de Republ. Habetur in 3. Tomo Operum Ariſtotelis. Excuſ. Venetijs 1560. in 4. Et in Biblioth. Vatic. reperitur ſub num. 6501 pag. 89. in 8. Et eiuſdem Auerrois Comment. in lib. de Anima, & de generatione animalium Tom. 7.

מקט״ר יעקב מרגלית כתב אגרת אל
יוחן ריסוקלין יושב בעיר סטוקרטן :

874. R. IACOB MARGALI'TH ſcripſit.

אגרת *Ighèreth Epiſtolam* ad Ioannem Reuclinum ex Vrbe Stokarten. Habetur inter Epiſtolas Clarorum Virorum ad eundem Reuclinum miſſas, pagina 69. editionis Tigurinæ apud Chriſtophorum Froſchouerum 1558. in 8.

תתע״ה ר׳ יעקב בן מרדכי הנקרא
ר״י פוייס הגדול חבר בקצור ס׳ ראשית חכמה :

875. R. IACOB BEN MORDECHA'I cognomento ר״י *Ri* Alten- ſis in Pedemontio Poëta non vulgaris, ſcripſit epitome libri.

ראשית חכמה *Reſcìth Chochmà Initium Sapientiæ*, quem olim diffusè compoſuerat R. Elias de Vidis: de quo ſuprà Par. I. num. 211. pag. 180. Huiuſmodi autem compendium completum fuit Aſtæ Pompeiæ anno ש״מ 340. Chriſti 1580. menſe שבט *Sceuàt Ianuario*. Excuſ. Venetijs apud Danielem Zanetum, anno non notato.

תתע״ו רבי יעקב מרקריא עשה
פירוש על הגדות הפסח ופניו חוץ לרבע כוסות ומודות
פסח ומצה ומרור :

876. R. IACOB MARKARIA, ſcripſit.

פירוש בהגדות הפסח : *Perùſc Behaggadòth*

vniuerſali ratione medendi latinitate donauit. Excuſ. Venetijs anno 1530. apud Lucam Antonium Iuntam, in 8. Item, Ettelingæ apud Valentinum Kobian anno 1531. in 8. Et Haganoæ anno 1532.

4. Ex Philoſophicis in Latinum ſermonem vertit Auerrois expoſitionem in Introductionem Porphyrij. Eiuſdem quatuor priores libros expoſitionis in Topicam Ariſtotelis. Paraphraſim in librum Poëticæ Ariſtotelis. Paraphraſim in libros Platonis de Republ. & Paulo III. Pont. Max. dicauit. Extat cum Franciſco Philelpho. Excuſ. Venetijs 1578. Proœmium in libros Phyſicorum Ariſtotelis. Paraphraſim in lib. 4. de partibus animalium. Commentum 5. & 36. libri tertij de Anima. Paraphraſim in lib. 5. de Generatione Animalium. Proœmium in 12. Metaphyſicorum. Epitomen in libros Metaphyſicorum Ariſtotelis. Libri quinti collegit cap. 57. 58. & 59. Item R. Leui Abèn Gerſònis annotationes in Introductionem, & Auerrois expoſitionem. Omnia hæc ab eo tranſlata excuſa ſunt Venetijs à Iuntis cum reliquis Auerrois Operibus anno 1552.

5. Tranſtulit etiam in linguam Latinam Paraphraſim Auerrois in libros Platonis de Republ. Reperitur impreſſa in Tertio Tomo Ariſtotelis Venetijs 1560. in 4. vbi reperitur quoque tranſlatio R. Abrahami de Balmes ex Arabico in Latinum Paraphraſis eiuſdem Auerrois in tres libros Rhetorices Ariſtotelis pag. 52. & pag. 159. Paraphraſis eiuſdem Auerrois in lib. Poëticæ Ariſtotelis.

6. Præfatus Mantinus tranſtulit etiam

dòth happèſach Commentarium in myſticis eloquijs, quæ referuntur in lectione legenda nocte Paſchatis. Loquitur de myſterijs in ipſa contentis; de quatuor poculis exhauriendis. Quid Paſcha? quid Infermentatum? & quid lactucæ agreſtes myſticè ſignificent? Et de alijs rebus, quæ in Cœna Paſchali fiunt, breuiter agitatur. Reperitur excuſum in principio libri זבח פסח *Zèuach Pèſach* Iſaaci Abrauanel Riuæ Tridenti anno 321. Chriſti 1561. in fol. Scripſit ס׳ עברונות *Sèpher Euronòth Librum Intercalationum*, in quo de Calendario Iudaico, & eius partibus agitur; de annis communibus, & emboliſmicis, Solſtitijs, æquinoctijs, & alijs huiuſmodi. Excuſus Riuæ Tridenti anno eodem in 4. Aliqui negant hunc eſſe Auctorem huius libri, dicuntque eius cura, & ſtudio tantùm prodijſſe in lucem. Corrigendus eſt tamen Plantauitius, qui eum loco מרקריאה *Markaria* vocat מקריאה *Macrià*, cui contradicunt ſcriptiones librorum editorum Riuæ Tridenti, in quibus cognomen מרקריאה *Markaria* paſſim inuenitur, quia iſte ſuperintendens erat Typographiæ illius loci. Vide ſuprà in *R. Iacob Ben Dauid Markaria*.

תתע״ז ר׳ יעקב בן ר׳ משה הלוי
חבר שירה על ס׳ מאור עינים ועל ס׳ בינה לעתים :

877. R. IACOB BEN R. MOSIS HALLEVI, compoſuit Canticum in laudem libri מאור עינים *Meòr enàim Lumen oculorum*, & Auctoris Ioſiæ Pinto. Vide ſub hoc nomine. Compoſuit etiam Carmen in laudem libri בינה לעתים *Binà laetim Intelligentia temporum R. Azariæ Pigio*; excuſum cum huius Auctoris libro. Fuit iſte Iacobus Ràu Venetus, & anno 1643. prædicta Carmina compoſuit, & anno 1660. approbauit librum נחלת צבי *Nachalàth Tzeuì Hereditas Tzeuì R. Tzeuì Ben Ioſeph Cohèn*, vt apparet ex principio libri.

תתע״ח רבי יעקב בר משה בן עכסא המכונה ברדשי מברצילונה העתיק פירוש המשניות להרמב״ם מלשון ערבי אל לשון עברי שנת ה׳ אלפים נ״ח ליצירה כמו נראה בוואטיקאנו בספרו כ״י :

878. R. IACOB BAR MOSIS BEN ACSSA' cognomento ברדשי *Bedraſcì*, dictus Barcellonius, ſeu Barcinonenſis Catalanus. Tranſtulit Commentarios R. Moſis Bar Maijmonis ſuper *Miſcnaijòth* ex Arabica in Hebraicam linguam anno mundi 5058. Chriſti 1298. vt habetur ex eius libro mſc. in Bibliotheca Vaticana.

תתע״ט רבי יעקב נגרן נקרא רי״ן בל״ר יעקב נגדן נזכר בס׳ אגור הלכות ראש חדש סימן תקע״ה : ונראה כי הוא חכם בתכונה :

879. R. IACOB NEGDA'N vocatus abbreuiatè רי״ן *Rin*, citatur in libro אגור *Agùr Halachòth Roſc Chòdeſc* numero 575. Videtur fuiſſe ſapiens Aſtronomus, & ſcripſiſſe de rebus ſpectantibus ad Neomenias.

תת״פ רבי יעקב בן נפתלי עיין ר׳ אהרן בר׳ משה משבט אשר סימן קנ״ט :

880. R. IACOB BEN NEPHTALI. Vide *R. Aharòn Berabbi Moſis de Tribu Aſcèr*, num. 159. pagina 93. Parte I.

תתפ״א רבי יעקב סאמינא עיין ר׳ יוסף סאמינה לעיל סימן תשע״ג דף תתי״ד :

881. R. IACOB SAMIGA. Vide *R. Ioſeph Samiga*, ſuprà num. 773. pag. 814.

תתפ״ב

תתפ"ב ר' יעקב סיגל כתב שו"ת:

882. R. IACOB SEGA'L ſcripſit ש"ות Sceelòth vtſciuuòth *Quæſita, & Reſponſa*. Excuſa Theſſalonicæ.

תתפ"ג ר' יעקב סיפולתי חבר היכל הקדש ׃

883. R. IACOB SEPOLTI ſcripſit -

היכל הקדש *Hechàl Hakkòdeſc Templum ſanctitatis*. Argumentum ignoratur.

תתפ"ד רבי יעקב ספורנו חבר אגרת הטעמים ׃

884. R. IACOB SFORNO ſcripſit -

אגרת הטעמים *Ighèreth hattaamim Epiſtolam accentuum*. Ex huius libri titulo oſtenditur materia, de qua in eo tractatur, nimirùm: *De Accentibus Grammaticalibus*. Excuſa Venetijs apud Ioannem de Gara anno 360. Chriſti 1600.

תתפ"ה ר' יעקב סרזינה חבר נקור או ס' הנקור ׃

885. R. IACOB SARZINA ſcripſit -

נקור *Nikùr Perfoditio*. ſiuè ספר הנקור *Sèpher hannikùr Liber perfoditionis*: oſtendit modum extrahendi neruum ex fœmore cuiuſuis animalis domeſtici, & perquirendi viſcera animalium, an ſint idonea ad comedendum.

תתפ"ו ר' יעקב עלו חבר תולדות יעקב וגם דרשות ׃

886. R. IACOB ALV' ſcripſit librum -

דרשות *Deraſciòth Concionum* editionis

Venetæ. Ex Buxtorfi F.

תתפ"ז רבי יעקב מפאויה חבר ס' מראות אלהים גם כן נקרא שמו לו ס' חזון ויסוד סופר מסוד על נהר טיצינו בפאויה וגם חידות עם פתרונים : עיין לעמלה ר' יעקב בן ר' יהודה לנדו סימן תתנ"ד ׃

887. R. IACOB DE PAVIA, ſiuè *Ticinenſis* ſcripſit -

ס' מראות אלהים *Sèpher maròth Elohim Librum Viſionum Dei*, quem vocauit - ס' חזון *Sèpher Chazòn Librum Viſionis* ſiuè *Prophetiæ*. Fingit ſe vidiſſe Viſiones Dei ſuper fluuium Ticinum ad inſtar Prophetæ, quibus reuelatæ ei fuerint quædam ſolutiones nonullarum propoſitionum ad modum ænigmatum ſibi propoſitarum, de quibus vide ampliùs ſuprà num. 854. pag. 850. in *R. Iacob Ben R. Iuda Lando*.

תתפ"ח רבי יעקב מפארינצו חבר אגרת על פירוש התורה לר' יצחק אברבנאל ׃

888. R. IACOB DE PARENTIO ſcripſit *Epiſtolam* ſuper Commentarios in Legem R. Iſaaci Abrauanel; excuſa cum ijſdem in principio libri, Venetijs anno 5339. Chr. 1579. in fol.

תתפ"ט ר' יעקב פולאק כתב כנר ספר ר' לברכה מיכני ר' בפרוש ׃

889. R. IACOB POLA'K POLONVS, ab aliquibus perperam vocatur *Falk*. Eum fuiſſe Pragenſem creditur à Rabbi Dauid Ganz, quia Rector Scholæ, & Archiſynagogus, ac Iudex in Vrbe Praga aliquamdiù fuit. Claruit non diù poſt mortem R. Iſaaci Abrauanel, qui anno Chriſti 1508. Venetijs exceſſit. Tempore huius Rabbini Poloni; Bononiæ in Italia circa annum

que in hunc diem; licèt modus illorum agendi non ſit receptus ab omnibus ſapientibus rectis corde, &c. Itaque hic Auctor primus fuit, qui inter Iudæos dialecticam excoluit, & modum diſputandi iuxta ritum Scholaſticorum introduxit, ac quantum potuit, propagauit. Cuidam R. Iacobo Polono Plantauitius attribuit, ſed malè librum כפתר ופרח *Caphtòr vphràch Pomum, & flos*. De quo videndum eſt ſuprà num. 860. pag. 852.

תנ״ב ר׳ יעקב צדיק בן אברהם צדיק כתב תמונת וצורת כל ארץ ישראל בדרך מסומה ונדפסה באמשטירדם שנת עמד ומדד ארץ לפ״ק׃

890. R. IACOB TZADI'K *Iuſtus* BEN ABRAHAMI TZADI'K *Iuſti*, Coſmographus illuſtris, deſcripſit chronographicè totam Terram ſanctam in folio magno ex quatuor alijs folijs ſimul glutino vnitis, in quo delineati apparent termini Terræ Iſraëlis; montes, ſaltus, flumina, torrentes, lacus, Vrbes, Oppida, Vici, munimenta, viæ: ſed & loca inſigniora, vbi prælia commiſſa, vel aliæ res geſtæ, quæ in Scriptura præſertim referuntur, vel à profanis ſcriptoribus fabuloſè ſcribuntur, perquam diligentiſſimè annotantur, & Hebraicè nominibus proprijs nominantur; additis numeris; quibus vtuntur Latini, quæ ſeorſim diffuſè explicantur in libello ad hæc compoſito Latinè. Huius rei vnicum exemplum afferam de Tilſema, quo hoſtes abigebant Paleſtini, de quo ante me Hottingerus quoque annotauit in Hiſt. Or. lib. 1. cap. 8. pagina 291. his verbis: *Itaque in explicatione Geographica Terræ Sanctæ N. 908. notat* נהר כלב *Nahàr Chalèu Fluuius Canis Adonis eſt fluuius Phæ-*

num Dom. 1530. accidit caſus: quòd Iudæus quidam, alteri ſodali Iudæo in depoſitum tradidit 12000. aureorū ſine aliqua in ſcriptis cautione: elapſo certo tempore, repetijt Iudæus à ſocio ſuum depoſitum. Negat ille, ſe ab eo aliquid accepiſſe: vnde Iudæus depoſitator Patauiū adit ad R. Abrahamum מינצי *Minzi* hoc eſt Moguntinum, qui cauſæ iſtius patrocinator effectus, ſcripſit valdè doctè in fauorem ſui Clientis. Idem facit aduerſarius ſuos patrocinatores quærens. Hinc inter Rabbinos Italiæ magnæ exortæ ſunt contentiones; alijs pro depoſitario, alijſque contra ipſum ſcribentibus. Non ſubſtitit tantùm in Italiæ partibus hæc contentio, quin & in Poloniæ quoq; Regno excitatur. Peruenit enim ad manus noſtri R. Iacobi conſilium R. Mintz, contra illum ſcripſit; & ſic alter ab altero laceſſitus, eo tandem deuentum eſt, vt pluſquam centum Rabbini, hinc inde ad pugnam deſcenderint, qui ſeſe inuicem mordentes, ac lacerantes alter alterum diris vouebat, & excommunicationibus ſibi contrarios è Synagoga eijciebant. Fama tamen percrebuit apud Italos; vt vterque Rabbinus *Minz* nimirùm, & *Polonus* vnà ſimul, & eadem die obierit. Ita refert *Scialſc. hakkab.* pag. 65. circa princip.

Cæterùm hic R. Iacob Polonus, cuius nomen, vt ait R. Dauid Ganz ad annum 290. ſexti millenarij, Chriſti 1530. *ab vno mundi extremo exijt vſque ad aliud. Dicunt fuiſſe primum, qui publicè protulit limatum acumen ſuum, & ingenioſè ventilauit ſubtilem methodum diſputationum, qua ſolent vti Præſides Scholarum in illa Prouincia ad acuendum per illas diſcipulos ſuos ab illo tempore vſ-*

ſiuè *Specula Iacobi*. In folio expanſo, & volatili expenduntur 32. quotidiana exercitia ſpiritualia, ad benè, pièque viuendum, quibus tamquam in ſpeculo quotidiè ſeipſum intuens ſuorum peccatorum ſordes credit Iudæus ſe emendare poſſe, & coinquinatam ſuam conſcientiam abluere. Totum folium in duas partes diuiditur. In parte dextra; illa prima verba Decalogi cernuntur אנכי יהוה אלהיך *Ego Dominus Deus tuus*, per quæ vniuerſæ fidei fundamenta intelliguntur, & 12. filijs Iſraëlis tribuuntur, quibus, & totidem virtutes morales aſſignantur.

Completo numero decimo tertio in parte ſiniſtra folij, totidem vitia enumerantur, adiuncto Decalogi præcepto לא תחמוד *Non concupiſces*, in vniuerſum ſunt pariter 13. quibus adduntur alia ſex vulgata Præcepta Iudæorum. Omnia ſimul conſtituunt numerum ב״ל 32. per quem intelligunt totam Legem fuiſſe adimpletam hiſce exercitijs numero 32. Nam ב prima litera eſt libri Pentateuchi, & litera ל eſt vltima. Videlicet ב prima eſt vocis בראשית, & ל vltima vocis ישראל, quibus aperitur, & clauditur totus Pentateuchus. Excuſum eſt huiuſcemodi folium Venetijs anno 422. Chriſti 1662. apud Typographiam Vendraminam, opera Venturini Ben Dauid.

תתצ״ג רבי יעקב מקורביל מקורביל מקובל בזמן בעלי החלומות :

893. R. IACOB DE KORBEL, ſeù vt ſcribit *Scialſc. hakkab.* de *Koberil*, pag. 50. b. Fuit Cabaliſta, & ætate *Harrambàm*. refertur citato loco. Hot-

Phœniciæ notus, & à fabula Adonis ſic nominatus. Hodie dicitur fluuius Canis, ſiquidem illius regionis habitatores ſibi perſuadent, in quodam monte alto, vicinoque illi fluuio Canem ex metallo arte Magica conflatum fuiſſe, & cùm hoſtium pyratarum naues mare illud percurrerent, latrare, cuius latratu omnes commonefactos confeſtim conuenere, & ad defenſionem arma cepere; hincque nomen comparaſſe credant. Hæc autem Terræ Sanctæ deſcriptio ære inciſa, prodijt Amſtelodami anno וימד ארץ 381. ex Habac. 3. 6. *Stetit, & menſus eſt terram*. Hoc eſt anno Domini 1621.

תתצ״א ר׳ יעקב קאנץ מאורן של אפריקא העתיק מלשון עברי ללשון ספרדי ספר של משה אלמושנינו של נפלאות העיר קושטנטינא :

891. R. IACOB KANTZ, ſeù *Cantius Oranenſis* in Africa, & in ea Vrbe, ac præſidio Hiſpanorum militum Regius Interpres; ex Hebræa in linguam Hiſpanam vertit Tractatum R. Moſis Almoſenini de mirabilibus Vrbis Conſtantinopolitanæ. Euulgatur cum hac inſcriptione Hiſpana: *De los eſtremos, y grandezas de Coſtantinopla*. Excuſus Madriti 1638. in 4. Habui huiuſmodi notitiam ex Bibliotheca Hiſpana Don Nicolai Antonij Tom. 2. pagina 353.

תתצ״ב רבי יעקב קאפיל בן ר׳ צבי מרגלית מלמירא עשה מראות יעקב :

892. R. IACOB CAPELLVS BEN R. TZEVI MARGALITH DE LAMIRA fecit מראות יעקב *Maràth Iaakòu Viſiones*.

Hottingerus Claſſ. XI. ſuæ Bibl. Orient. dicit, ſcripſiſſe -

בעלי החלומות *Baalè hachalomòth Domini ſomniorum*, de reſponſis in ſomnis. Ita Hottingerus ex Buxtorfi F. qui addit eſſe mſc. In libro משנה תורה *Miſcnè Thorà* R. Moſis Ægyptij, *Halachòth* שחיטה *Scechittà* c. 2. in הגהות *Animaduerſionibus* de hoc Auctore fit mentio; vnde videtur eſſe antiquus. Korbel, ſeù Corbeil eſt Oppidũ Galliæ non admodum longè a Pariſio. Vide infrà in *R. Iſaac Ben R. Ioſeph de Korbel*.

תתצ״ד ר׳ יעקב קטון כתב הקדמה בחמשה חומשי תורה :

894. R. IACOB KATO'N *Paruus*, ſcripſit Prologum in Moſen. Ita Geſnerus.

תתצ״ה רבי יעקב בן ראובן חבר מלחמות יהוה והוא ויכוח נגד המשיחיים : וחבר ס׳ העושר גם היכל יהוה על הקבלה :

895. R, IACOB BEN RVBEN, ſcripſit -

מלחמות יהוה *Milchamòth Adonài Bella Domini*. Iudæi ſuperſtitioſi ſcribunt & legunt השם *Haſcèm Nominis* ſcilicet Dei, vt ſemper faciunt. Buxtorf. F. dicit; eſſe diſputationem contra Chriſtianos mſc. Idem dicit Hottinger. Claſſ. IV. Biblioth. Orient. Scripſit -

ס׳ העושר : *Sèpher Haòſcer Liber diuitiarum*. Plantauitius affirmat agere de lapidibus pretioſis. Index Bibliothecæ Lugdun. Batau. eſſe Comment. in 24. libros Biblicos mſc. In eadem Biblioth. & in legato Warneriano exhibentur Comment. in Ioſue, Samuel, Regum, Ieremiam, & Hagiographa eiuſdem R. Iacobi F. Ruben.

Vidi in calce libri יצירה *Ietzirà* editionis Mantuanæ Catalogũ Auctorum, qui de re Cabaliſtica ſcripſerunt, & inter eos recenſetur R. Iacob Ben Ruben, & dicitur ſcripſiſſe -

היכל יהוה *Hechàl Adonài Templum Domini*; Itaque, & hic liber erit Cabaliſticus. An verò R. Iacob Ben Ruben vnus, & idem ſit Auctor vtriuſque, planè ignoratur. Quidam hunc librum adſcribunt ר׳ יחיאל אשכנזי *R. Iechieli Aſchenazi Germano*, de quo ſuprà num. 820. pagina 835. & prodijt Venetijs apud Danielem Zanetum.

תתצ״ו רבי יעקב רומיי בקושטאנטינה חבר מאזני משקל :

896. R. IACOBVS ROMANVS Conſtantinopolitanus ſcripſit -

מאזני משקל *Moznè miſckàl Statera ponderis*; Tit. ex Ezech. 5 1. *Eſt Proſodia Hebraica R. Iacobi Romani Conſtantinop. in qua genera Carminum Hebraicorũ mille trecenta quadraginta octo oſtendit, & proponit. Nondum eſt editus. Specimen Operis ante aliquot annos ad me miſit Conſtantinopoli.* Ita Buxtorf. in ſua Bibl. Rabb. Huius Auctoris meminit etiam Buxtorf. F. in מנחת קנאות & in קיצור עקדת יצחק. Hic Auctor librũ *Cuzari* Arabicum habebat ante annũ 1660. & editionem eius trilinguem, Arabicam, Hebræam, & Latinam moliebatur. Ex eodem Buxtorf. F. Præfatione in Cuzari.

תתצ״ז יעקב רוסאליש רופא בהמבורג יהודי עשה שירים בלשון לאטין בשבח זכות לוסיטאנו ונדפסו : ונדפסו בתחלת ספר זכות : ועשה דברים על הרפואה :

897. IACOBVS ROSALES Hebræus Hamburgenſis Mathematicus, Philoſophus, ac Medicinæ Doctor, ſcripſit -

 Ar-

Armaturam medicam; hoc eſt modum addiſcendi Medicinæ, per Zacutinas hiſtorias, earumque Praxin. Appoſita eſt in principio Tomi II. operum Zacuti. Scripſit -

Poculum Poëticum in Zacutinas laudes. Habentur inter Opera Zacuti lib. IV. & V. De Medicorum Principum Hiſtoria impreſſa Amſtelodami 1637. & 1638. in 8. Et Lugduni anno 1657. in fol. Tom. I. in principio.

Quidam *Roſales* Carminibus Heroicis ea, quæ in hoc præſenti æuo ventura credit, ſpiritu planè phanatico deſcribit, & prædicere gloriatur.

תתנ״ח רבי יעקב בר שבתי המכונה

חזקוני חבר פירוש על פירוש רש״י על התורה : עיין רבי חזקיה בן מנוח חלק ב׳ , סימן תקכ״ב : דף תקכ״ט : עמוד ב׳ :

898. R. IACOB BAR SCIABBATHA'I cognomento חזקוני *Chizkunì* ſcripſit Supercommentationem in Commentarium רש״י *R. Salomonis Iarchi* ſuper Pentateuchum. Extat mſc. in Bibl. Vrbin. apud Vatic. papyr. in 4. Scripta fuit anno 5195. Chriſti 1433. Vide *R. Chizchiàh Ben Manòach* Parte II. num. 522. pagina 829.

תתנ״ט רבי יעקב בר׳ שלמה ן׳ חביב

עיין ר׳ יעקב ן׳ חביב בן ר׳ שלמה הספרדי :

899. R. IACOB BEN R. SCELOMO' ABEN CHAVI'V. Vide *R. Iacob Aben Chauiu, Ben R. Scelomòh Hiſpanus*.

תתק״ן ר׳ יעקב בן שלמה ור׳ יהודה

חברו אגרת על היבום , כתב״י בי בוואטיקאנו :

900. R. IACOB BEN SCELOMO'H, alijs *Ben Scimſciòn*, & *R. Iuda* ſcripſerunt *Epiſtolam* על היבום *'al baijebùm* de lege fratria, reperitur mſc. in Biblioth. Vatic. papyr. in 8. num. 254. pag. 84.

Quidam R. Iacob Ben Salomonis ſcripſit -

לקוטים על מלך המשיח *Collectanea de rebus Chriſti Regis*, quibus ſummatim explicatur quicquid Iudæi de Chriſto ſapiunt. Ex Hebræo Latinè vertit G. Genebrardus, & excuſa Pariſijs vnà cum Chronico breue Hebræorum apud Martinum Iuuenem anno Domini 1527. in 8. in Biblioth. Vatic. ſub num. 6993. in 8.

תתק״א רבי יעקב בן שמואל לקט

פירוש פירושים על משניות וקראם עץ חיים :

901. R. IACOB BEN SAMVEL varios Commentarios compilauit ſuper משניות *Miſcnaijòth*, quos vocauit -

עץ חיים *Etz chaiim Lignum Vitæ*, Tit. ex Geneſ. 2. 10. Excuſ. Liburni anno 414. min. ſupp. Chr. 1654. in 8. Vide in *R. Iuda cognomento Rabbènu Hakkadòſc* pag. 344.

תתק״ב רבי יעקב בן שמואל מבּרישאך

המכונה קאפילמאן חבר אהל יעקב :

902. R. IACOB BEN SAMVELIS Briſacenſis cognomento *Capelman*, ſcripſit -

אהל יעקב *O'hel Iaakòu Tentorium Iacob*, Eſt פירוש *Perùſc Expoſitio* ſuper librum עקרים *Ikkarim* Rabbì Ioſephi Albo. Ita Buxtorfius, qui alium *Rabbì Capelman* nobis exhibet nomine Iacobum, ſed בר בונם *Bar Bonem*, ſiuè *Barbonem*, qui in linguam Germanicam, Paraphraſim Chaldaicam V. libellorum Canticorum, Ruth, Threnos, Eccleſ. & Eſther vertit, vnà cum explica-

Vide *R. Iacob Ben Machir*, *R. Moſes Bar Iuda*, *& R. Scimòn*.

Vertit ex Arabico in Hebraicum librum Alphragani de motibus Cęlorum, & choræis Planetarum an. mun. 5040. Chr. 1280. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4. Scripſit -

מצרף לכסף *Matzrèph lachèſeph Conflatorium argenti*, Tit. ex Prouerb. 17. 3. quo explanantur decem Prædicamenta Ariſtotelis ab eo ex Arabico in Hebraicum tranſlata, vt rem gratam faceret Rabbinis Burgenſibus, & Narbonenſibus. Quibus adduntur Commentaria Abèn Raſciàd, hoc eſt Auerrois in decem Prædicamenta. Scripſit & librum מליצת *Melitzà Interpretationis*. Complectitur primum, & ſecundum Periermenias. Reperitur mſc. in Bibl. Vatic. papyr. in 4. ſub num. 353.

תתקס״ה ר׳ יעקב בר שמשון מלסטריים
שלח אגרת אל כרבים על ענין יבום :

905. R. IACOB BAR SCIMSCIO'N SAMSONIS ex Liburnia Prouincia Auſtriæ. Miſit Epiſtolas ad diuerſos ſuper יבום *Iabùm De lege fratria*. Vide ſuprà *R. Iacob Ben Scelomò*.

תתק״ו רבי יעקב ששפורטש חבר
ס׳ היכל הקודש והוא פירוש על התפלות :

906. R. IACOB SEXPORTAS, ſcripſit librum -

היכל הקודש *Hechàl hakkòdeſc Templum ſanctitatis*. Eſt explicatio precum Iudaicarum. Excuſ. Amſtelodami anno ת״יג 413. Chr. 1653. in 4.

תתק״ז רבי יעקב הנקרא רבינו תם בן רבי מאיר בן ר׳ שמואל מעיר פרוים הנכרפת בן בתו של רש״י חבר ס׳ הישר : וס׳ הפיסקות : וחבר תוספות ופלפולים

catione Hebraica difficiliorum vocum Chaldaicarum. Excuſa Friburgi Briſgoiæ apud Frobenium, in 4.

תתק״ג ר׳ יעקב בן שמעון חבר ס׳
נגד יהושע בן יהודה קראי העתק מלשון ערבי אל לשון
עברי :

903. R. IACOB BEN SCIMO'N compoſuit librum contra Ioſue Ben Iudæ Karræum hæreticum, de Coniugij gradibus prohibitis; verſus fuit ex Arabica in linguam Hebraicam. Reperitur mſc. in Biblioth. Lugd. Batau. inter libros Warnerianos.

תתק״ד רבי יעקב בר שמשון אנטולי חבר מלמד התלמידים והוא פירוש על
התורה : והעתיק ס׳ אלפאר גאני מהתכונה מלשון ערבי אל
לשון עברי : וחבר ס׳ מצרף לכסף : וספר המליצה :

904. R. IACOB BAR SCIMSCIO'N SAMSONIS ANTOLI' Hiſpanus, gener R. Samuelis Abèn Tybbòn traductòris libri מורה *Morè R.* Moſis Ægyptij; ſcripſit -

מלמד התלמידים *Malmàd hattalmidim Stimulus diſcipulorum*. Eſt expoſitio Philoſophica, & optima ſuper Pentateuchum Moſis nunquam impreſſa. Reperitur in Biblioth. Vatic. in folio Pergam. ſub num. 41. Plantauitius in ſua Biblioth. Rabbin. exhibet nobis librum cum hoc eodem titulo, ſed malè legit מְלַמֵּד *Melamèd Doctor* pro מַלְמַד *Malmàd Stimulus*, deceptus à Buxtorfio, qui pariter eodem modo legit, ſed in Appendice ad Bibliothecam Rabbinicam corrigitur à Buxtorf. F. in ס׳ המלמד *Sèpher hammalmàd librum ſtimuli*.

Sunt & alij libri cum eodem titulo

vpelpolim al Haggbemarà Additiones, *&* *acutæ diſputationes ſuper Ghemaram*, id eſt ſuper Talmud Babylonicum. Quoad huiuſmodi Additiones, quæ ſub nomine *Toſaphòth* euulgatæ ſunt, & alteram Talmudis Babylonici columnam occupant; aduertendum eſt, eas fuiſſe compoſitas à diuerſis Rabbinis Gallicæ Nationis; inter quos præcipuus eſt hic noſter *Rabbènu Tham*. Verum quidem eſt, quòd & alius Rabbinus Gallus reperitur nomine Rabbi Iacob Aurelianenſis, qui & ipſe vocatur Rabbènu תם *Tham*, & ſæpè in ijſdem *Toſaphòth* citatur per *Rabbènu Tham*, ita vt admodum difficile ſit vnum ab altero diſtinguere, cùm ſimul conueniant in nomine, & cognomine. De hoc poſteriori egi ſuprà num. 830. pag. 836. Iterum hic noſter R. Iacob ſcripſit -

4. בשר על גבי גחלים ׃ *Baſàr al gabbè ghechalim Caro ſuper prunas*. Titulus eſt libri, vt tradit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 52. ſed non indicat argumentum ipſius. Scripſit denique -

5. אגרת התשובה *Igbèreth hatteſciuuà Epiſtolam pænitentialem*, in qua agitur de reſipiſcentia. Eſt excuſa Cracouiæ in 8. Cæterùm Auctores Hebræi summè extollunt manſuetudinem, benignitatem, aliaſque huius viri morales virtutes. Non in controuerſiam verto auctoritatem illorum, qui magnifica, & mirifica de hoc Auctore ſcribunt; ſed animaduerto, quæ de eo ſcribit Auctor *Scialſ. hak*. p. 52. non longè à princ. ex *Mordachi* varijs in locis שהיה מלאכתו להלוות בריבית *quòd ipſius exercitium erat dare ad vſuram*. Igitur vir nequam omninò eſſe debuerat, nec laudandus, ſed ſecundùm quod docet diuinum oraculum per Prophe-

על הגמרא ׃ וחבר ס׳ הנקרא בשר על גבי גחלים ׃ ואגרת התשובה ׃

907. IACOB cognomento *Rabbènu* תם *Tham Ben R. Meir, Ben R. Samuelis de Vrbe Trecenſi* in Gallia, רשי *Raſcì*, ſeù *R. Salomonis Iarchì* ex filia nepos; Duos fratres habuit eo non inferiores doctrina. Maior natu fuit R. Samuel, qui contractè vocatur רשבם *Riſcbàm*, id eſt *R. Samuel Ben Meir*. Vltimus fuit R. Iſaac communiter dictus ריבם *Riuàm*, id eſt *R. Iſaac Ben Meir*. Hunc verò R. Iacob ob illius lenitatem, & manſuetudinem, qua præditum fuiſſe aſſerunt, ad exemplum Iacobi Patriarchæ, de quo Geneſ. 25. v. 27. legitur: ויעקב איש תם יושב אהלים ׃ *Et Iacob* (erat) *vir perfectus* (ſeù lenis manſuetus) *habitans in Tabernaculis*, vocitatum fuiſſe רבינו תם *Rabbènu Tham Magiſtrum noſtrum perfectum, lenem, & manſuetum*. Iudæorum Auctores eum fuiſſe bonis moribus præditum, & in Iudaicis facultatibus perdoctum. Quamplurima Opera ſcripſit -

1. ס׳ הישר *Sèpher haijaſciàr Liber rectus* (Tit. ex Ioſ. 10. 13. Tractat de Iuribus Iudaicis 18. שערים *Sciaarim Portis*, ſeù Tractatibus comprehenſis. Cracouiæ per Iſaacum Ben Aharonis anno mundi שמ״ו 346. Chr. 1586. in 4. Eſt & alius liber cum hoc titulo ס׳ הישר & eſt Hiſtoricus ſuper Pentateuchum. Scripſit -

2. ס׳ הפיסקא *Sèpher Happiskà Liber ſententiæ*, citatur in הגהה *Haghahà* 7. capitis 9. *Halachòth* תורה libri ס׳ הי״ד *Haijàd* R. Moſis Ægyptij. Videtur tractare de Iuribus Hebraicis, eorumque ſententijs.

3. תוספות ופלפולים על הגמרא *Toſaphòth*

עתק״ם **יפה נוף** שם הספר בלי שם המחבר ויש בו נוסחות הכתבים ושטרות על דרכה מליצים עם תפלה אחת ליורדי ימים והולכים מדברות אשר תקן הרמב״ן על פי הקבלה ועם תפלה אחרת אשר סידרה ר׳ משה ן׳ אלשקר עם בקשות כוללות בעשר ספירות: גם בקשות אשר יסדם ר׳ יצחק אשכנזי ועם סדר המלקות כפי מה שנהגו זקני המערב: נדפס בויניציאה בבית וואן דיגארה באותיות הגואטורני:

909. IEPHE' NOPH *Pulcher termino*, Titulus libri deſumptus ex Pſal. 48. 3. Eſt collectio diuerſarum rerum hinc inde diſperſarum, à quodam Anonymo facta: Complectitur exemplar quarundam Epiſtolarum familiarium à quibuſdam ad quoſdam miſſarum; præcipuè à R. Iuda זארקו *Zarkò* ad R. Ioſeph Abèn יחייא *Iachijà*. ad R. Ioſeph חמון *Hamòn*, & ad R. חיים *Chaìim* אלפואל *Alphùal*, quibus adduntur diuerſæ formulæ ſuperſcriptionum, quibus magnificis titulis, & encomijs honorantur Rabbini, & quandoque ſub his comprehenduntur etiam plebæi. Poſt prædictas formulas ſequitur formularium Inſtrumentorum. & aliarum ſcripturarum, quæ coram teſtibus fiunt, & obſignantur, vt ſunt, quæ ad matrimonialia ſpectant, ad repudia, & his ſimilia.

Item reperitur quædam oratio recitanda à nauigantibus, & itinerantibus per deſerta. Compoſita à רמב״ן *Rambàn* R. Moſe Bar Nachmàn Cabaliſticè.

Itemque alia verſibus compoſita à *R. Moſe Aben* אלשכאר *Alàſcar* cum quibuſdam alijs ſupplicationibus pariter verſibus conſcriptis à ר׳ יצחק אשכנזי *R. Iſaaco Aſchkenazi Germano*.

Additur ritus adminiſtrandi flagellationem 40. plagarum vna minùs ſecundùm formulam ſeruatam ab Occidentalibus, hoc eſt ab illis, qui Terram ſanctam incolunt, & vocant מלקות *Malkùt*

Prophetam ſuum (Pſal. 15. 5.) laudandus eſt ille, qui כספו לא נתן בנשך *argentum ſuum non dedit ad vſuram*. Igitur vſurarius iſte, non inter probos, & pios viros, ſed inter improbos, & iniquos eſt connumerandus, qui & rationem villicationis ſuæ reddidit ſummo illi patriſamilias an. m. 4930. Chr. 1170. ſepultuſq; eſt Remis in Gallia, quæ à Treccenſium Vrbe diſtat circiter tribus paraſanghis, ſeù leucis. Ex *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 52. vbi vox רימינו *Rimino* emendanda puto in רימיש *Remis*. Corrigendus eſt etiam Plantauitius, qui non ſemel pro voce תם, mendosè ſcribit מאם. De hoc Auctore præter loca citata in *Scialſc. hakkabb.* videndus eſt liber *Iuchaſsin* pag. 131. De R. תם *Tham* familiæ יחייא *Iachijadis* cùm in arbore huius familiæ non inueniam, de eo nil aliud dicendum fore puto.

עתק״ו **יעש אן ן׳ יעש** הרופא חבר פירוש על ס׳ הראשון מאבו עלי אבן סינה מהרפואה ונמצא כ״י על הנייר ועל הקלף יחד בוואטיקאנו בבתי ספרי דוכוס דאורבינו:

907. IAE'SC, ſeù ABE'N IAE'SC Medicus, ſcripſit Commentarium in primum librum Abù Alì *Abèn Sèna*, hoc eſt *Auicenna*. Aſſeruatur in Biblioth. Vrbinat. apud Vatic. mſc. partim papyr. partim pergam. in fol.

עתק״ם **רבי יפת** לוי כתב פירוש על ס׳ שמות וס׳ ויקרא, ועל ס׳ שופטים שמואל מלכים ותרי עשר: נמצא כ״י:

908. R. IE'PHETH ſcripſit Comment. in lib. Exod. & Leuit. & in libr. Iudic. 1. & 2. Samuel. 1. & 2. Regum, & in 12. Prophetas minores. Reperitur mſc. in Biblioth. Lugdunenſi Bataua in Appendice librorum, qui ſeriùs acceſſerunt ad legatū Warnerianum in 8.

ipſe mendoſè legit) fol. 50. Catenæ Cabalæ, id eſt *Scialſcèleth hakkabbalà*, vbi nomen, cognomen, & patria huius Auctoris expreſsè habentur, pagina enim ab eo citata 50. b. linea ſeptima ante finem hæc omnia hiſce verbis declarantur: -

רבינו יצחק בר אבא ממרסיליאה היה בדור הזה וחבר ס' העטור ואומר ס' יוחסין שחברו שנת ד'תתקמב :

Rabbènu Iſaac Bar Abbà de Maſſilia fuit hac ætate, & compoſuit librum Ittùr; & dicit liber Iuchaſsìn, quòd illum compoſuerit anno 4942. Chriſti 1182. Quid clariùs? Verum tamen eſt, quòd huiuſmodi liber עיטור *Ittùr* ab aliquibus tribuitur *R. Peretz*, ab alijs *R. Simchà*; vel etiam *R. Chananaèl*. Sed auctoritas *Iuchaſsìn*, & *Scialſcèleth hakkabbalà*, qui Chronologiam Scriptorum ex profeſſo texuerunt, magis apud me prævalet; niſi fortè quis dicere velit, diuerſos fuiſſe Scriptores, qui cum hoc titulo עיטור *Ittùr* libros compoſuerint. In Cod. mſc. Biblioth. Vatic. ſub numero 143. omnia opera העטור *Haittùr* tribuuntur R. Iſaaco præfato. Cuius II. Pars *De feſtiuitate Tabernaculorum*, & *Paſchatis* ibidem habetur num. 115. Scripſit & alium librum, quem vocauit -

ס' עטור סופרים *Sèpher Ittùr Sopherim Liber coronatus Scribarum*. Huius libri fit mentio in *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina nuper citata. Sed ibi nihil de illius argumento. Scripſit -

מאה שערים *Meàh ſcearìm Centum menſuræ*, Tit. ex Geneſ. 26. 12. Sunt Commentarij ſuper Opera הרי"ף *HaRàu Iſaac Phes*, ex eodem Auctore *Scialſcèleth hakkabbalà* ibidem vt ſuprà.

Buxtorfij F. in Appendice ad Bibliot. Rabbinicam patris, duos libros mmſſcc. no *kùt Flagellationem*, eamque ſolent ſpontè recipere בערב יום הכפורים *Veſpera diei Expiationum*, qui alijs ſanctiores haberi volunt. Excuſ. Venetijs apud Ioannem de Gara characteribus Bombergianis anno non notato, in 4.

תתקי' ר' יצחק בר אבא ממרסיליאה

חבר ס' העיטור שנת ד'תתקמב : וחבר ס' עטור סופרים : וחבר פירוש על הרי"ף שנקרא מאה שערים : וחבר אגרת דברות :

910. R. ISAAC BAR ABBA' de Maſſilia, claruit in Hiſpania tempore primæ, & ſecundæ calamitatis Hebræorum, quæ in Regno Legionis anno 4956. Chr. 1196., & an. 4991. Chriſti 1231. acciderunt. Anno mundi 4942. Chr. 1182. ſecundùm *Iuchaſsìn* pagina 132. ſcripſit -

ס' העיטור *Sèpher Haittùr Liber coronatus*. De rebus iudicialibus, & ritibus Hebræorum. Cenſetur ab ipſis egregium Opus: diuiditur in 5. שערים *Sciaarìm Portas*, ſeù *Tractatus*. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana ab ipſomet Auctore Iſaaco in fol. membranaceo, qui vſurpans illud Geneſ. 26, 12. ויזרע יצחק וגו' *Et ſeuit Iſaac &c.* alludit ad nomen ſuum Iſaacum. Scriptus autem fuit hic Codex anno mundi 4953: Chriſti 1193. vndecim annis poſt illius compoſitionem; quia hic liber compoſitus fuit anno mundi 4942. Domini 1182. ab Iſaaco Maſſilienſe, vt dictum eſt. Vnde corrigendi Buxtorfius, & Plantauitius, qui Iſaacum Marſilium, & Iſſacharem Marſilium eum vocant. Hinc apparet, quòd neque Plantauitius, neque Buxtorfius hunc librum viderint. Multò minùs Pluntauitius vidit librum Rabbi Ghedalià Ben Iechaià (vt

1. cap. 3. Malachiæ: הנה אנכי שולח מלאך וגו׳ *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam, &c.* Fuit vir inter Hebræos doctus, & eruditus, ſcripſitque librum omni Rabbinica eruditione repletum, quo de vita Iudæorum inſtituenda, eloquentia planè prodigioſa, & methodo incomparabili doctè pertractat. Huic titulum fecit

מנורת המאור *Menoràth hammaòr Candelabrum luminaris*, Tit. ex Exod. 35. 14. & Num. 4. 9 nam ſicut ſuper Candelabrum aureum Moſaicum ſeptem lucernæ ardebant Exod. 25. 37. ſic & hunc ſuum librum in ſeptem הנרות *hannerôth Lucernas* tamquam in ſeptem Tractatus, ſeù libros diuiſit. Vnumquemque ex ijs in aliquot כללים *Chelalìm* puncta vniuerſalia ſubdiuiſit, eaque in diuerſa Capita diſpertitus eſt. Itaque in

Prima Lucerna. De rebus fugiendis, quæ illicitæ ſunt, pertractat ſic: de inuidia; de concupiſcentia diuitiarum, rerumque delectabilium, carnalium, &c. de honore acquiſito per literas; & de dominio.

Secunda Lucerna, regulat linguam. Vnde de deriſore, & irriſione, ſubſannatione; De mendacio, iuramentis, & votis; De hypocriſi, & adulatione; De detractione; ſocio non confundendo; De multiloquio, contentione, & diſputatione; Et de nomine Dei in vanum non aſſumendo.

Tertia Lucerna reſpicit obſeruantiam præceptorum. Vbi de Circumciſione, liberorum educatione, & inſtitutione; de oratione, & precibus; de reuerentia Synagogæ exhibenda; de benedictionibus, fimbrijs, phylacterijs, & libro Legis. De Feſtiuitatibus Neomenioru͂, En-

nobis exhibet cum hoc eodem titulo מאה שערים quem per *Centum Portas* tranſfert. Primum facit Cabaliſticum, & huic noſtro R. Iſaaco Bar Abbà attribuit. Alterum eſſe Conciones R. Moſis Alſcech in Paraſcias Moſaicas ordinatim habitas. Plantauitius in ſua Biblioth. Rabbin. addit: eſſe centum inſignes Conciones de regulis Legis diuinæ obſeruandæ excuſ. Conſtantinopoli ſine expreſſione Auctoris, eſſeque multæ auctoritatis apud Iudæos Orientales. Scripſit

עשרת דברות *Aſserèth deuaròth Decem Verba*, hoc eſt *Decalogus*. De eo idem *Scialſcèleth hakkabbalà* loco citato ſine indicatione argumenti. De hoc Auctore præter ſupra citatos, vide R. David Ganz ad annum 942. quinti millenarij. Lib. שערי ציון *Sciaarè Tzijòn Porta Siòn* ſæpè citatum in libro *Scialſcèleth hakkabbalà*.

הרנ״ג ר׳ יצחק אבוהב ספרדי תלמיד
ר׳ יצחק קנפנטון חבר ס׳ מנורת המאור ׃ וחבר פירוש על
פירוש המזרחי על רש״י ׃

911. R. ISAAC אבוהב AVVHA'V Hiſpanus, diſcipulus R. Iſaaci Kanpanton. Habitauit in Regno Caſtellæ; ſed inde anno Domini 1492. eiectus cum vniuerſo Iudæorum populo, moritur in Regno Portugalliæ anno mundi 5253. Chriſti 1493. ſeptimo menſe poſt exilium Hiſpanicum, anno ætatis ſuæ 60. & poſt mortem Magiſtri ſui Kanpantonis anno 28. ex Abrahamo Zacuto in ſuo libro *Iuchaſsìn* pag. 134. cuius diſcipulus fuerat, & qui iuſta ei perſoluerat, & funebri oratione Magiſtrum ſuum pluſquam par erat, laudauerat: nam in illum adaptauit verſic.

gitur de humilitate; paupertate ſpiritus, corde, & voce exprimenda ſine hypocriſi; denique de verecundia, & modeſtia. Totus igitur liber eſt moralis, & ideò publicè in Scholis legitur, & iuuentus ex eo inſtruitur, & vix vllus reperitur, qui illius notitiam non habeat. Nihilque à Iudæis ſententioſum, atque ſale conditum prouerbium vnquam auditur, quod totum ex hoc libro depromptum non ſit: abundat enim antiquorum ſententijs, & apophtegmatibus, quæ à Iudæis adhuc puerulis addiſcuntur, & memoria per totum vitæ curriculum retinentur. Hinc mirum non eſt, ſi tam frequenter, & qualibet occaſione, ad rem præſentem aptatum proferant adagium. Promptuarium igitur eſt omnium moralium virtutum hic liber, qui ſæpè, & varijs in locis excuſus fuit. Venetijs anno ר״ש 304. Chr. 1544. apud Cornelium Adel kind, Impreſſoribus Meſſer Zanino, & eius fratre de Phari. Charactere quadrato, & eleganti in fol. Et ibidem anno שנ״ה 355. Chr. 1595. apud Ioannem de Gara eodem modo in fol. Item Cracouiæ anno שנ״ז 357. Chr. 1597. in fol. Et iterum Venetijs anno ה׳ ישכרו׳ן ובאו׳ 5385. Chriſti 1623. apud Petrum, & Laurentium Bragadinos, in fol. expunctis nonnullis, quæ ex Talmude excerpta erant, & contra verum Meſſiam Iudæorum Ieſum Chriſtum Dominum militabant. Scripſit ...

נהר פישון *Nahàr Piſciòn Fluuius Phiſon*. Sunt Conciones editæ Conſtantinopoli, inquit Buxtorf. F. Scripſit quoque ...

שלחן הפנים *Sciulchàn happanim Menſa facierum*. Eſt Ritualis mſc. ſunt verba ipſius Buxtorf. F. & Hottingeri Claſſ. V.

Encœniorum, Purim, Azymorum, Pentecoſtes, & Tabernaculorum: de Sabbatho; de honore parentibus exhibendo; de vxore ducenda; qua ætate, quomodo, & quibus diebus celebrandæ ſint nuptiæ; de matrimonij vſu, ac ſanctitate. De eleemoſyna, de hoſpitibus ſuſcipiendis; de operibus miſericordiæ; Sponſi lætitia; infirmorum viſitatione; mortuis ſepulturæ tradendis, deque luctu, & exequijs; de conſolandis afflictis; de iudicio, & iuſtitia rectè adminiſtranda; De muneribus non ſuſcipiendis à Iudice, & retributione Iudicij.

Lucerna quarta. De ſtudio Legis; de tempore lectionis; quo ordine docendum diſcipulos; Et de præſtantia ſtudij. De magnitudine premij recipiendi pro bonis operibus, tam in hoc ſeculo, quàm in futuro. Et de reſurrectione mortuorum pro premio, vel pœna æterna facienda. De diſputatione, & conferentia habenda de rebus ſacris cum timore, & amore, & quo tempore ſit inſtituenda: de honore exhibendo ijs, qui Legem docent. Item de Sapientibus, & Magiſtris.

Lucerna quinta. De Pœnitentia: quomodo primùm relinquendũ ſit peccatum; de ieiunijs, & premio pœnitentibus dando; & de diebus, quibus maximè pœnitere oportet; de die Iudicij, & die propitiationis: de caſtigatione, ſeù flagellatione particulari, & vniuerſali.

Lucerna ſexta. De pace, & amore: de vrbanitate: quid cuilibet homini conueniat: quid ſapientioribus: Quomodo quærenda ſit pax, vbi de fraterna charitate, & amore.

Septima & vltima Lucerna. In ea a-

Quidam R. Iſaac Ben Abrahami, neſcio an ſit idem cum ſuperiori, ſcripſit - פי׳ על קהלת *Peruſc al Kohèleth Explanationem in Eccleſiaſten*. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. in fol. pergam.

Geſnerus in ſua Bibliotheca meminit cuiuſdam Iſaaci Abrahami Iudæi, qui ſcripſerit: de redemptione, ac ſalute futura, prout memoratur lib. Exodi, & Prophetiæ ſingulæ prædicunt. Ita ille.

תתקי״ד ר׳ יצחק בן ר׳ אברהם

הנקרא ריצב״א והוא אחד מן בעלי תוספות :

914. R. ISAAC BEN R. ABRAHAMI, cognomento ריצב״א *Ritzbà* abbreuiatè, fuit vnus ex Auctoribus, qui compoſuerunt תוספות *Toſaphòth*, qui obijt circa annum mundi 935. min. ſup. Chr. 1175. Dauid Ganz ad hunc annum. De quo *Scialſc. hakkabb.* pagina 55. ex *Iuchaſsìn* pag. 131.

תתקי״ט רבי יצחק אברבנאל או אברבניל או אברבניאל הספרדי חוס

מיונלאיי ספרד סבת רנ״ב וחבר חבורים הרבה ואלה שמותם :

א׳ : פירוש על התורה :

ב׳ : פירוש על יהושע שופטים ושמואל :

ג׳ : פירוש על ס׳ מלכים :

ד׳ : פירוש על ישעיה וירמיה :

ה׳ : פירוש יחזקאל ותרי עשר :

ו׳ : פירוש על דניאל וקרא׳ מעיני ישועה :

ז׳ : חבר ס׳ משמיע ישועה והוא פירוש על כל הנבואות שהוא אומר שלא נוכל לפרשם לא על בית שני ולא כדרך רוחני אלא על הגאולה עתידה :

ח׳ : וחבר ס׳ ישועות משיחו והוא פי׳ כל הגדות ומאמרי הגמרא ומדרשות על ענייני המשיח : ואלו הג׳ חבורים כלם יחד נקראים מגדול ישועות :

ט׳ : עטרת זקנים והוא חבור קטן על פי׳ פרשת

V. Biblioth. Orient. Plantauitius addit, quòd ſcripſerit ſuper Mizrachì; qui ad annum 250. ſexti millenarij, nempè Chriſti 1590. illum reijcit. R. D. Ganz dicit: quòd compoſuerit *Elucidationem magnam in Commentarios Raſcì*; & quòd circa eundem annum erat Præſes Scholæ in Vrbe Conſtantinopoli. Si eo anno vel circa ſcripſerit in *Raſci*, & R. Auuhau obierit anno 1493. vt ſupra dictum eſt, difficile erit credere illud, quod dicitur à Plantauitio, cum ſcripſiſſe in, Mizrachi, cum intra ſpatium trium annorum, vix manuſcripta Mizrachi Conſtantinopoli commorantis ad manus Auuhau in Caſtilia habitantis peruenire potuerint. Quicquid ſit de hoc dicto à Plantauitio; credibile tamen eſt, multa ſcripſiſſe Auuhau cùm doctiſſimus inter Iudæos fuerit, & Rabbi Dauid Ganz affirmat ad annum 230. quòd ſcripſerit *Expoſitionem, & Commentarios in* רמב״ן *Rambàn Rabbì Moſen Bar Nachmàn*. Cæterùm prędictum librum מנורת המאור *Menoràth hammaòr* compoſitum ab eo fuiſſe anno prænotato 230. ex eodē R. D. Ganz, loco cit. habetur.

תתקי״ג ר׳ יצחק בן אברהם

חבר חזוק אמונה והוא ויכוח נגד מאמינים כאנל כ״י :

913. R. ISAAC BEN ABRAHAMI ſcripſit -

חזוק אמונה *Chizùk Emunàh Munimen fidei*. Eſt diſputatio contra Chriſtianos mſc. Extat Conſtantinopoli apud R. Zachariam Caraitam, & R. Ezechiam Romanum Rabbanitam, ex Appendice Buxtorf. F. Reperitur etiam in Bibl. Lugdun. Batau. inter mmſſc. Warnerianos, ex Catalogo Bibliothecæ publicæ Lugdun. Batauæ an. 1674. in 4.

חנה אנכי שולח מלאך ׃

י׳ ׃ סכנ ס׳ ראש אמנה על דעת הרב המימוני ביוסדי התורה ועיקרים כפי מה שהביא כפי׳ המשנה וכספר המדע ובמנין המצות אשר לו ׃

י״א ׃ וסכנ ס׳ זבח פסח ׃

י״ב ׃ וס׳ נחלת אבות ׃

י״ג ׃ וס׳ שמים חדשים ׃

י״ד ׃ וס׳ מפעלות אלהים ׃

ט״ו ׃ וס׳ צדק העולמים ׃

ט״ז ׃ וס׳ לחקת נביאים ׃

י״ז ׃ וס׳ מחזה שדי וחזא נאבד ׃

י״ח ׃ ס׳ ימות העולם ׃

י״ט ׃ ועשה מאמר על המרכבה של יחזקאל נגד המורה ׃

כ׳ ׃ וקצור על פרקי אבות ועל הגדה של פסח ׃

כ״א ׃ ומשיב על י״ב שאלות מענייני פלוסופיא אשר שאלוהו שאול הכהן אשכנזי ׃

915. R. ISAAC AVRAVANE'L ſeù *Abrauanèl*, *Abarbanèl*, *Abarbenèl*, & *Abrabanièl Ben Iudæ*, qui communiter à Iudæis voce, & ſcriptis cum illuſtri illo prænomine *Don*, nomini ſuo præpoſito, *Don Iſaac Abrauanèl* appellatur, vti & ipſe, cùm viueret, nuncupari volebat, honorem, & nobilitatem Hiſpanorum affectans, quamuis aliquando ei non denegetur prænomen רב *Ràu*, quod doctioribus, & inſignioribus Rabbinis attribuitur, vt videre eſt apud librum *Iuchaſsin* in הגהות *Haggahòth* pag. 157. b. Hiſpanus itaque fuit Iſaac Abrauanèl, ex familia Abrauanella nobiliſſima, adeoque Regia ex ſtirpe Regis Dauidis oriunda, ſicut ipſe iactanter gloriatur, vt infrà videbimus. Et licèt Hiſpali hæc familia primò nota fuerit, poſtea tamen in alias Regnorum Hiſpaniæ partes, & præſertim in Regno Luſitaniæ diſſeminatam fuiſſe, Hebræorum hiſtoriæ produnt, ac in Vrbe Vliſ-

ſipone domicilium fixiſſe volunt, vbi naſcitur R. Iſaac Abrauanel anno mundi 5197. Chriſti 1437. qui ſumma diligentia à parentibus educatus creuit in virum doctum, Iudaica tamen vafritie, & calliditate, cum quadam animi tranquillitate, & humana prudentia in arduis negotijs conſilium ſuum ferendo coniuncta, non caruit: vt aliquando (ſicut ipſe de ſemetipſo teſtatur) tempore belli, eius ſit vſus conſilio Alphonſus huius nominis V. Luſitanorum Rex. Defuncto Alphonſo anno Chriſti 1481. Ioannes II. eius filius Regni heres huius Iudæi animi malitiam atque nequitiam cognoſcens eum à ſe repellit, grauiora etiam in eum animaduerſurus, niſi ab eius innata humanitate prohiberetur. Criminum conſcius Abrauanèl, & à propria conſcientia accuſatus, ſolum vertere Luſitanicum conſtituit: itaque noctu aufugit, & citiùs quàm credi poteſt, in Caſtellæ Regnum ſe contulit. In eo pecuniariam mercaturam diligenter exercet, qua media, Catholicorum Regum Ferdinandi, & Eliſabethæ Aulam ingreditur, artibuſq; Iudaicis ab eo callidiſſimè exercitis, multas diuitias, aurique ingentem ſummam cumulat, poteſtatemque tyrannicam in pauperes exercens, vſuris omnia corrodens, Magnificos, & Illuſtriores Titulos ſolis Nobilibus, & ingenuis Hiſpaniarum familijs debitos, ſuperbè ambiens, & cùm Religionis Chriſtianæ iniquiſſimus hoſtis fuiſſet, ipſe potiſſimùm, inter reliquos Iudæos in cauſa fuit, vt excidium ſibi, familiæque ſuæ, & toti Iudæorum populo pararetur, vti poſtea ſequutum anno Domini 1492. quo anno iuſſi ſunt Regum Catholicorum Ferdi-

que Meſſanę vſque ad mortem Alphonſi Regis moratur. Itaque, Alphonſo defuncto, hoc eſt anno 1495. Abrauanel Sicilia excedit, Corcyram inſulam nauigat eodem anno; at non diù ſubſtitit, ſed inſequenti anno 1496. reuertitur in Regnum, atque Monopoli Apuliæ Vrbe maritima domicilium figit. Septem circiter annis Monopoli habitat, qua relicta, Venetias adijt, vbi anno mundi 5268. Chriſti 1508, humanos artus reliquit, cùm vixiſſet annos 71. Eius cadauer Patauium tranſlatum in veteri Hebræorum cœmeterio extra portam זנב ארוך *Zanàu arùch Caudam longam* ſepultum eſt. Hæc habentur in 1. Præfatione libri ſui מעיני הישועה *Maaienè haijeſciuàh*. In Pręfatione ad librum Deuteronomij, & alijs in locis.

Fuit vir perſpicui, ſed peſſimi ingenij; in labore ſtudiorum infatigabilis, ieiunij patientiſſimus, vigilijs aſſuetus, ita vt inſomnes noctes ſtudij gratia traheret. Scripturarum verò ſacrarum diligens, ſed plerumque mendax explanator, & ita facilis in ſcribendo, vt intra paucos dies, nonnullos Sacræ Scripturæ libros explicarit, & ediderit, vt infrà dicetur. Fuit & infenſiſſimus Chriſtianorum in ſcripturis apertus inimicus, vt mirum ſit, eo tempore, quo calamo maledicta in Chriſtianos ſcripto exarabat, eodem quoque (vt ita dicam) momento Principibus Chriſtianis adulabatur; Chriſtianorum conſortia non euitabat, ſed fouebat, manſuetudine, familiaritate, animi alacritate, & dicterijs ita iucundè prolatis, vt eum alterum Chriſtianum crediſſes: intus tamen verſipellis venenum fouebat, quod atramenti commixtum liquore contra Chriſtia-

dinandi; & Eliſabethæ decreto, omnes Iudæos ab omnibus Regnis, & terris ſibi ſubjectis perpetuò excedere, quam calamitatem expertus eſt etiam ipſe R. Iſaac Abrauanel; qui cum tota familia, vxore, & liberis nauem conſcendens, & mare mediterraneum traijciens, Neapolim Italiæ Vrbem celeberrimam, & populatiſſimam appulit. Subſtitit in ea Vrbe Regni vtriuſque Siciliæ regia Abrauanel, & artibus conſuetis in aulam Regis Ferdinandi penetrat; & cùm veteranum aulicum, rerumque Luſitanorum, & Caſtellæ Regum apprimè inſtructum ſeſe iactaret, de facili apud Regem Neapolitanum gratiam adinuenire potuit. Cætera quæ ei anno mundi 253. min. ſupput. Chriſti 1493. anno primo poſt Hiſpanicum exilium in aula Regis Neapolitani Abrauaneli occurrerint, videnda ſunt in principio ſuorum Commentariorum in libros Regum. Dumque ſumma pace, quiete animi fruitur Neapoli R. Iſaac Abrauanel, auditur, Regem Gallorum Carolum VIII. expeditionem parare pro Regni Neapolitani receptione, cuius exercitum iniuriosè, & deriſoriè זבוב מלך צרפת *Muſcam Regis Galliæ* nuncupat, Præfat. in lib. Deuteron. circa initium: Sed antequam in Regnum perueniat Gallus, Rex Ferdinandus ad ſuperos euolatur. In eius locum regnat Alphonſus II. anno Domini 1494. Interim Carolus Gallorum Rex numeroſo cum exercitu ingreditur in Regnum, occupatiſque primis munitionibus, gladio vix euaginato, nemine prorsùs reſiſtente, toto ferè Neapolitano Regno potitur. Conſternatus Rex Alphonſus, in Siciliam aufugit, quem cum familia ſua ſequitur Abrauanel, at-

mentarij ab Abrauanele Monopoli in Apulia, quo ob metum Gallorum militum ſeceſſerat. Abſoluti igitur fuerunt die 2. menſis שבט *Scebàt Ianuarij* anno רנ"ו 256. Chriſti 1496. quatuor annis poſt exilium Hiſpanicum, vt notatur in fine libri Deuteronomij editionis Venetæ ſuprà notatæ primo loco.

Aduertendum eſt. Quòd ab eo tempore quò Vliſſipone fuerat Abrauanel, explanare cœperat librum Deuteronomij in Synagoga ad populum ſermocinando, cùm eſſet annorum 20. vt legitur initio Proœmij Commentariorũ in Deuteronomium. Hęc ſcripta ſecum detulerat, ſed inter ſarcinas adeò diſperſa, vt omninò omiſſa exiſtimarentur, nec ampliùs de illis erat memoria. Quando inopinato ad manus venerunt Iſaaci; vnde vehementer gauiſus, ac ſi pretioſiſſimam gemmam adinueniſſet: itaque (reliquis ſuis ſtudijs depoſitis) ad hoc perficiendum opus viribus totis laborat reaſſumpto ſtudio an. 255. Chr. 1495. illudque tandem perfecit Monopoli in Apulia anno inſequenti 256. Chriſti 1496. vt ſtatim ſuprà notaui, illudque ſeorſim editum vocauit.

מרכבת המשנה *Mirchèuceth hammiſcnè Currus ſecundarius*, Tit. ex Geneſ. 41. 43. quod poſtea fuit adiunctum Commentarijs reliquis ſuper quatuor primos libros Pentateuchi. Reperitur tamen ſeorſim excuſ. cum prænotato titulo Sabionetę ſub Principatu Veſpaſiani Gonzagę apud Tobiam Phoam anno 5301. Chr. 1541. cum Indice copioſo locorum Sacræ Scripturæ, & materiarum ex Talmude, & Auctoribus deſumptarum in fine libri, in fol. Commentarios verò priorum quatuor librorum Pentateuchi, quan-

ſtianam religionem euomuit in chartas. Illius blaſphemias in Chriſtum Domini, in eius Eccleſiam, in Summum Pontificem, Cardinales, Epiſcopos, totumque Clerum, & Chriſtianos omnes, præſertim Romanos, per omnes ferè Commentarios S. Script. ſparſim diſſeminauit. Præcipuè verò in Commentarijs ſuper Prophetas poſteriores, quos ita fœdauit, vt vix pagina ſit, quæ ab hac peſtifera lue immunis inueniatur. Ideòque hęc illius ſcripta nullatenus Iudæis permittenda eſſe cenſerem. Quamplurima Opera ſcripſit poſt exilium Hiſpanicum, nonnulla ante exilium, vel ex integro compoſuit, vel cæpta in iuuentute, poſtea perfecit, & ornauit. Illorũ catalogũ ipſe contexuit, quem Auctor *Scialſceleth hakkabbalà* in ſuo libro refert pag. 64. b. & ego hoc loco ex eodem exſcribam. Itaque ſcripſit.

1. פירוש על התורה *Perùſc al hattorà Commentarios in Legem*. Sunt abſolutiſſimi Commentarij in Pentateuchum Moſis. In his, hic Auctor plerumque literam explicat. Neque omninò Scholaſticam methodum abhorret. Initio enim proponit diuerſas quæſtiones Hiſtoriam ſacram, & literam tangentes, vt plurimùm ex Chriſtianorum Auctoribus compilatas, deinde ſingulas examinat, poſtea ſententiam ſuam profert; denique ad obiecta reſpondet. Excuſus Venetijs charactere Rabbinico, ac minuto anno mun. משל"ט 5339. Chr. 1579. cura R. Samuelis Archiuolti Auctoris Grammaticæ ערוגת הבשם apud Ioannem Aloyſiũ Bragadini filium in fol. Impreſſore R. Iacobo פארינצו *Parentio*, qui & ei Epiſtolam præfixit. Et ibidem iterum excuſ. an. 5364. Chriſti 1604.

Completi fuerunt huiuſmodi Com-

in Prophetas priores, ſtatim omnes ſimul fuerunt excuſi eodem ſcilicet anno 253. Chr. 1493. ſumpto ſymbolo ex Exod. 22. 24. quoniam גרים *Gherim Peregrini* fuiſtis. In fol. apud heredes Soncinates, qui Soncini in Lombardia, Bononiæ, Arimini; Piſauri, & alibi Calchographicam artē exercebant apud Iudæos.

4. Commentarios in Prophetas Poſteriores cœpit ſcribere in Corcyra Inſula anno mundi 255. Chriſti 1495. tribus annis poſt exilium Hiſpanicum. Sed vt perficeret Commentarios in Deuteronomium, illos dimiſit, vt ſuprà retuli. Perfecit tamen poſtea Monopoli in Apulia exilij ſui aſylo. In Iſaiam quidem anno ירח״ם 258. Chriſti 1498. vt ipſe dicit in fine horum Commentariorum. De quibus vide vberiùs ſtatim ſequenti numero quinto.

5. פי׳ על נביאים אחרונים *Perùsc al Neviim acharonim, Commentarios in Prophetas poſteriores*, nempè in Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, & in תרי עשר *Therè aſſàr, in duodecim Prophetas minores*. Iam numero ſuperiori dixi: huiuſmodi Commentarios ſcribere cæpiſſe Abrauanel in Corcyra Inſula; eos tamen non in eodem loco perfeciſſe. In Iſaiam Monopoli, vt dictum eſt. In Ieremiam Venetijs anno רחמי״ 264 Chriſti 1504. vt ipſe ſcribit in fine iſtorum Commentariorum. In Ezechielem, & in duodecim Prophetas minores Venetijs pariter ſcripſit. Iſti omnes Commentarij ſimul collecti excuſi fuerunt במדינת איטליאה *in Prouincia Italiæ* apud Soncinates Typographos anno ר״פ 280. Chriſti 1520. in fol. charactere grandiori, cum Textu ſacro punctis vocalibus veſtito. Poſtea in alia edi-

quando, & vbi compoſuerit, planè ignoratur. Non tamen credendum, quòd plerique affirmant; huiuſmodi Commentarios in Pentateuchum ab Iſaaco Arama fuiſſe compoſitos, & ob illius paupertatem Iſaaco Abrauaneli poſtea diuenditos, & ſub illius nomine ſubinde diuulgatos; ſtyli enim vtriuſque Auctoris diuerſitas contrarium arguit, & clarè oſtendit, vtroſque habere proprium Auctorem; & non eundem.

2. In Caſtellę Regno dum eſſet profugus, cæpit ſcribere Commentarios in Prophetas anteriores. Sic in Ioſue à die 10. menſis חשון *Chaſcuàn Octobris* vſque ad 26. eiuſdem, id eſt 16. dierum ſpatio abſoluit. Ex Præfatione Prima in Danielem.

Commentarios in librum Iudicum à prima die menſis כסלו *Chiſlèu Nouembris* vſque ad 25. eiuſdem compleuit. Ex eadem.

Commentarios in libros Samuelis incæpit 1. die menſis טבת *Teuèth Decembris*, & abſoluit 13. menſis אדר *Adàr Februarij* ipſo die ieiunij Eſther: Omnia intrà quatuor menſium ſpatium eiuſdem anni 244. Ch. 1484. ſed dum cogitabat Commentarios in libros Regum componere, euocatur in Aulam Regis Ferdinandi Catholici, eique famulatum præſtitit annis octo, videlicet vſque ad annum 252. Chriſti 1492. exilij Iudæorum: quo trium menſium interuallo ex Regnis Hiſpaniæ pluſquam trecenta Iudæorum millia egreſſa ſunt.

3. Commentarios in libros Regum ſcripſit Neapoli anno poſt exilium Hiſpanicum videlicet anno 253. Chriſti 1493. Vide Præfationem in hos libros. Abſolutis omnibus iſtis Commentarijs

git: euulgato libro Leidæ, ſiuè Lugduni Batauorum anno Domini 1631. in 8. Scripſit

6. מעיני הישועה *Maaienè haijeſciuàh Fontes ſalutis*, Tit. ex Iſa. 12. 3. Eſt Commentarius in Danielis prophetiam. In eo tractat acerbè contra religionem Chriſtianam, & vllis inſectationibus, atque conuicijs non parcit, vt ſi rationibus, & iuribus vincere non poſſit, ſaltem iniurijs, ac probris victor videatur apud indoctos, & rudes. Diuiditur in 12. fontes, & 70. palmas. In principio libri extat Præfatio cuiuſdam R. Barùch, vt colligitur ex literis initialibus quatuor verſuum; qui in Præfatione cernuntur, & in qua tota fermè vita huius Auctoris deſcribitur, & illius Scripta iuxta annorum ſeriem enumerantur. Ex qua Abrauanelis geſtorum notitiam potiſſimùm habui, & hoc loco bonam illorum partem recenſui. Excuſ. fuit anno איש 311. Chriſti 1551. loco non notato, in 4. Buxtorfius notat, excuſum fuiſſe Conſtantinopoli. Ex qualitate characterum, chartæ, & ornamenti frontiſpitij, putarem fœtum fuiſſe Typographiæ hæredum Soncinatuum. Plantauitius dicit excuſum fuiſſe Ferrariæ anno Domini 1550. Iterum fuit editus Amſtelodami anno 404. Chr. 1644. apud Immanuelem Benbenaſte in 4. Et nouiſſimè ibidem anno 5407. Chr. 1647. apud Dauid Bar Abrahami de Caſtro. Hunc recapitulauit, & Latinè reddidit Antonius Hulſius in Appendice ſui libri de Meſſia, & Hebraicè, atque Latinè euulgauit typis Abrahami Subbingij Bredæ anno Dom. 1653. in 4.

Cæterùm hic liber compoſitus fuit Monopoli in Apulia, ipſo Auctore ita aſ-

ditione locupletiores apparuerunt, duplici Indice ad calcem libri appoſito, 1. Locorum Sacræ Scripturæ. 2. Materiarum, Hiſtoriarum, ac etiam cæterorum מאמרים *Maamarim Dogmatum*, quæ ex vtroque Talmude Babylonico, & Ieroſolymitano excerpta ſunt; ac etiam ex מדרשי רבות *Midraſcè rabbòth Commentarijs magnis*, מדרש אגדה *Midràſc agadàh Commentario eloquij myſtici*; ex alijs dictis ילמדנו *Ielamedènu*, פסיקתא *Peſiktà*, ספרי *Siphrè*, תנחומה *Tanchumà*, מכילתא *Mechiltà*, פרקי ר׳ אליעזר *Pirkè R. Elièzer*, סדר עולם *Sèder Olàm*, ביאורים *Biurim*, סופרים *Sopherim*; & in principio libri extant carmina in laudem libri, & Auctoris compoſita à R. Iuda eius filio, quorum initiales literę octodecim primorum verſuum ſimul iunctæ exprimunt nomen Iudæ filij Iſaaci Abrauanel יהודה בן יצחק אברבנאל. Huiuſmodi editio videtur eſſe Amſtelodamenſis licèt nomen loci non ſit appoſitum, quod cognoſcitur ex characterum elegantia, tam Sacri Textus literis quadratis, & punctis vocalibus ornati, quàm Rabbinicorum Commentariorum, qui ſupra, infra, & ad latera Prophetici textus optimè impreſſi cernuntur. Excuſi anno ת׳א 401. Chriſti 1641. In fol.. In his etiam pluribus in locis canino dente Chriſtianam Religionem momordet, & lacerat, ideoque meritò illorum lectio & retentio Iudæis interdicta eſt, nec eos apud ſe retinere audent, publicè ſaltem, & palam propter metum Chriſtianorum. Quæ verò in Prophetiam Iſaiæ à verſu 13. cap. 52. vſq; ad Cap. 54. contra verum illius ſenſum de paſſione, & morte Chriſti ab Eccleſia intellectū blaterauerit; occurrit ei Conſtantinus l'Empereur, & ſilere coë-

8. ישועות משיחו *Ieſciuuòth Mèſcichò Salutes Chriſti ſui*, Tit. ex Pſal. 28. 8. Explicat omnes ſermones myſticos, & dicta antiquorum Rabbinorum, quæ de Meſſia in Talmude reperiuntur. Vbi, & quo tempore iſte liber fuerit ſcriptus, non habeo; hoc tamen ſcio, quòd משמיע ישועה *Maſcmia Ieſciuàh*, מעיני ישועה *Maaianè Ieſciuàh*, & ישועות משיחו *Ieſciuòth Meſcichò*, ſub vno communi nomine מגדול ישועות *Migdòl Ieſciuòth Turris ſalutis*, Tit. ex 2. Sam. 22. 51. nuncupauit, vt ipſe in ſuo Catalogo dicit. *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 44. b.

9. עטרת זקנים *Atèreth zekenim Corona ſenum*, Tit. ex Prouerb. 17. 6. In hoc libro explicatur locus Deuteronomij, qui ad intelligentiam capitis 23. 20. & ſeqq. Exodi ſpectat; Sicut & ille Malach. 3. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit, &c.* Et reliqua comprehenſa in 25. capitibus, quibus huiuſmodi liber conſtituitur, compoſitus à noſtro Auctore cùm adhuc iuuenis eſſet, vt ipſemet dicit in libro ראש אמנה *Roſc Amanà* cap. 5. dubio 5. Cæterùm hic liber *Atèreth zekanim* excuſus fuit Sabionetæ ſub Principe Veſpaſiano Gonzaga anno שי״ז 317. Chr. 1557. apud Tobiam Ben Eliezaris פואה Poàh in 4. Scripſit -

10. ראש אמנה *Roſc amanà Caput fidei*: Tit. ex Cant. Cantic. 4. 8. In quo explicantur radices, & principia religionis Iudaicæ. Diuiditur in 24. Capita, in quibus præcipuè impugnatur opinio R. Moſis Ægyptij de 13. articulis fidei, quos ipſe conſtituerat. Contra quem videtur hunc librum principaliter fuiſſe compoſitum. Vnde corrigendus eſt Plantauitius, & alij, qui eum ſequuntur, qui affirmante, in fine huius libri, his verbis:

והיתה התחלתו והשלמתו בעיר מונופלי ממחוז
הפולייא אשר ממלכות נפולי וכו׳

Captum, & completum fuit (Opus huius libri) *in Vrbe Monopoli maritima Apuliæ Regni Neapolitani, &c.* והיה זה ביום הראשון לחדש טבת נו״ר אלהיו על ראשו מהאלף חששי: *factumque id fuit die 1. menſis Tenèt* Decembris anno נ״ז 257. minoris ſupputationis, Chriſti 1497.

7. משמיע ישועה *Maſcmiàh Ieſciuàh Prædicator ſalutis*, Tit. ex Iſai. 52. v. 7. Complectitur aliquot prophetias deſumptas ex Iſaia, Ieremia, Ezechiele, Oſea, Ioele, Amos, Abdia, Michea; Abacuc, Sophonia, Aggeo, Zacharia, Malachia, & ex libro Pſalmorum, quibus intendit probare eas non eſſe intelligendas de aduentu Meſſiæ tempore ſecundæ Domus, prout nos intelligimus, & explicamus. Vnde acerrimè diſputat contra Chriſtianã religionem. Quare meo iudicio, huius libri lectio, ſicut & ſuperioris, nullo modo eſſet Iudæis permittenda. Et hunc librum pariter compoſuit Monopoli in Apulia anno inſequenti ר״ח״ם 258. Chriſti 1498. & menſe Adar ſecundo anni emboliſmici illum abſoluit. Excuſus poſtea fuit anno 286. Chr. 1526. apud R. Iudam de domo Ghedaliàh, loco non notato, in fol. Et Amſtelodami apud Immanuelem בנבנשתי Benbanaſti anno ק״ד״ש 404. Chr. 1644. in 4. Et in fine adiuncta eſt Tabula omnium prophetiarum, quæ in hoc libro explicantur. Eodem anno 5258. Chr. 1498. in eadem Vrbe Monopoli compleuit Commentarios in Iſaiã Prophetam, de quibus infra.

lant, cui præfixit doctam, ſed prolixam Præfationem, in qua conſilium ſcribendi hunc librum exponit, & illius materiam in centum שערים *Sciaarim Menſuras*, ſeù modios diſtribuit, quos nonnulli minùs peritè vertunt *Portas*. Auctor autem alludit ad illud Geneſ. cap. 26. ver. 12.

ויזרע יצחק בארץ היא וימצא בשנה היא מאה שערים ׃

Et ſeuit Iſaac in terra illa, & inuenit in anno ipſo centum menſuras.

In principio huius Pręfationis partem vitæ ſuæ deſcribit, ex qua nonnulla, quæ ſuprà narraui, excerpſi. Ibi hic Auctor, cuius naturæ fuerit manifeſtè oſtendit, ingratum, maledicum, & cynicum hominem; nam maledica lingua, & canino dente momordet hoſpitales ſuos Regnicolas, à quibus tam benignè, & charitatiuè ſuſceptus fuerat, eiſque pro mercede rependit, inclamando: eos eſſe אנשי סדום *Anſcè Sedòm* mercede vtique Rabbino digna. Excuſus primò fuit hic liber Conſtantinopoli anno mun. 5266. Chr. 1506. & in calce libri legitur, eum fuiſſe compoſitum Monopoli in Apulia anno 256. min. ſupput. Chr. 1496. vti ſuprà notaui. Et in principio libri extant nonnulli verſus in laudem libri, & Auctoris compoſiti à R. Iuda eius filio, vulgò nuncupato *Meſſer Leone*. Secundò impreſſus Venetijs in domo Marci Antonij Iuſtiniani anno ש״ח 305. minor. ſupp. Chr. 1545. in 4. cum textu, characteribus quadratis, & elegantibus, & Comment. Rabbinicis literis non minori elegantia efformatis. Tertiò Cremonæ anno 337. Chriſti 1557. apud Vincentium Conti, regnante Philippo II. Hiſpaniarum Rege Catholico, chara-

qui in ſua Biblioth. Rabbin. num. 632. dicit: hunc librum præcipuè tractare de Sacrificio Paſchali, & de hereditate Patriarcharum. Excuſ. Conſtantinopoli vnà cum mox ſuprà notatis libris זבח פסח ונחלת אבות anno הר״סו 5266. Chriſti 1506. in 4. per manus R. Dauid, & R. Samuelis נחמיאש Nachmiaſc librorū Impreſſorum, imperante Sultano באיזט Baiazete, duobus annis ante mortem Auctoris. Quo autem tempore, hic liber compoſitus fuit ab Abrauanele, aliquid certi ſtatuere non valemus; habemus tamen ex eodem, compoſitum fuiſſe in eius ſenecta, cap. 5. dub. 5. quo oſtendit in ſua iuuentute ſcripſiſſe librū עטרת זקנים *Aatèret zekenìm*, ergo hunc in ſenectute ſcripſit, & fortè non longè ante eius obitum; quia ipſius libri non ante eius mortem excuſi fuerunt, niſi tantùm Prophetæ priores, qui anno רנ״ג 253. Chriſti 1493. 15. annis, antequam ad infima terræ deſcenderet, excuſi ſunt. Item Venetijs in Rialto apud Marcum Antonium Iuſtinianum anno ש״ה 305. Chr. 1545. in 4.

Hunc in Latinum ſermonem tranſtulit Guilielmus Vorſtius C. F. & ad cap. 13. & 14. eruditas notas adiecit. Excuſ. Amſtelodami apud Guilielmum, & Ioannem Blaeu 1638. in 4.

11. Anno mundi 256. min. ſupput. Chr. 1496. Veſpera Paſchæ Monopoli ſcripſit librum -

זבח פסח *Zèuach Pèſach Sacrificium Paſchatis*, Eſt luculenta explanatio rituum inchoandi huiuſmodi Feſtum, qui continentur in myſtica narratione hiſtoriæ exitus filiorum Iſraël de Ægypto, quam הגדה של פסח *Hagadàh ſcèl Pèſach*, *Narrationem myſticam Paſchatis* appel-

tate facturus Medicinam. Samuel vltimus natu doctus etiam euaſit, & doctior reliquis fratribus, & patre ipſo fuit, cùm Chriſtianam Religionem Ferrariæ ſuſcepiſſet, & de nomine Ducis illius Vrbis Alphonſus eſt appellatus. Iſtius memoria extat in ſupplici libello Eminentiſſ. Cardinali Sirleto Neophytorum Protectori ab eodem porrecto tempore Iulij III. Summi Pontificis, & aſſeruato mſc. in Biblioth. Vaticana ſub n. 6415. pagina 191. in cuius filij gratiam (vt dixi) Iſaac, hunc librum נחלת אבות edidit, & eidem dicauit, vt apparet ex Præfatione ad hunc librum, quæ Iudaicarum antiquitatum plena eſt, cùm ſit veluti Catena Cabalæ Legis oralis, quam Moſen à Deo recepiſſe putant; Seniores à Moſe; reliquos ſic percurrendo vſque ad R. Iudam Hannaſsì; quæ quidem aliquantulum variat ab ea, quam exhibet R. Moſes Ægyptius in libro חי״ד *Haijàd*, & R. Moſes Kotzenſis in libro סמ״ג *Samàgh*. Non ſolùm hæc Præfatio hiſce eruditionibus referta eſt, ſed etiam totus Commentarius, qui licèt ſatis prolixus ſit, attamen commendatur. Cùm enim in hiſce Capitulis Patrum antiquorum Synagogæ Magiſtrorum fiat commemoratio; Abrauanel illorum nomina, res geſtas, atque animi dotes, ritè diligenterque deſcribendo, mirificè illuſtrat, ita vt dignus exiſtimetur à viris doctis, & rerum vetuſtarum curioſis legi. Ligata oratione laudatur à *Rabbi Iuda* eius filio, cuius elegantes verſus habentur in principio libri impreſſi Venetijs anno ש״ה 305. Chr. 1545. apud Magiſtrum domus Domini Marci Antonij Iuſtiniani, vnà cum Commentario R. Moſis Bar Maijmonis, & textu, charactere Rabbinico, cum textu literis quadratis, & punctis vocalibus ornato, in 4. Et Riuæ Tridenti ſub ditione Chriſtophori Madrutij Tridentini Epiſcopi anno שכ״א 321. Chr. 1561. in fol. opera & ſtudio R. Iacobi Markariæ, de quo ſuprà num. 876. pag. 860. Hic liber ponitur vndecimo loco in Catalogo ſuorum operum, vt in fine apparebit. Scripſit

12. נחלת אבות *Nachalàth Auòth Hereditas patrum*, Tit. ex 1. Regum 21. 3. Sunt Commentarij in פרקי אבות *Pirkè Auòth Capitula Patrum*; De quibus vide, quæ diximus ſuprà Par. I. numero 22. pagina 8. Eos ſcribere cæpit Monopoli anno 256. Chr. 1496. & abſoluit vndecima die תמוז *Tamùz Iunij* eiuſdem anni. Hos compoſuit in gratiam Samuelis filij ſui minoris: nam Iſaac Abrauanel tres filios ex vna vxore ſuſcepit, Iudam, Ioſephum, & Samuelem. Et quamuis, propè neminem virorum virtutibus inſignium, optimum, & vtilem filium reliquiſſe, antiquorũ facta percurrendo ſatis cognoſcimus: attamen Iſaacũ hunc naturæ defectum, ſaltim ex parte emendaſſe viſum eſt. Quippe qui Iudas primogenitus, doctus Philoſophus, peritus Medicus, & elegans Poëta eſt habitus. Ioſeph ſecundogenitus quamuis inter doctos connumerari nequeat, nihilominus inter indoctos reijciendus non eſt; hac tamen laude dignus, quòd patrem etiam in maioribus, & periculoſioribus neceſſitatibus nunquam reliquerit; quocirca eum longam vitam duxiſſe, & poſt patris exceſſum diù vixiſſe dicendum eſt. Iudas verò poſt aduentum Gallorum in Regnum Neapolitanum, relicto patre, Ianuam abijt, in ea Ciui-

Partis II. חמורה *Morè Moſis Aegyptij*. Buxtorſ. notat hunc titulum, & argumentum; ſed non aſſignat Auctorem. Quod idem facit Plantauitius.

14. מפעלות אלהים *Mipaalòth Elohìm*, *Opera Dei* Tit. ex Pſal. 66. 5. Tractat de Dei operibus ad extra; de mundo; Angelis; Lege Moſaica &c. Diſputat contra Philoſophos Peripateticos antiquos de mundi creatione, eorumque argumenta pro mundi perpetuitate refutat. Diuiditur in X. מאמרות *Maamaròth Tractatus*. In ijs etiam defenditur Moſes Ægyptius contra argumenta Auctoris libri עקרים *Ikarìm*, quibus impugnatur Opus מורה *Morè* eiuſdem Ægyptij. Quamuis eundem Ægyptium in quibuſdam etiam ipſe impugnet, vt in ſequentibus dicam. Excuſ. Venet. apud Ioan. de Gara anno mun. 352. Chriſti 1592. In 4. Scripſit -

15. צדק עולמים *Tèzedek Olamim*, *Iuſtitia ſeculorum*. Sunt tres מאמרים *Maamarim Tractatus*: In primo agitur, de præmio, & pœna debitis pro bonis, vel malis operibus: In ſecundo de mundo animarum: In tertio de reſurrectione mortuorũ, & de Iudicio finali. Vbinam huiuſmodi tractatus ſcribere incæperit, ignoratur; imperfectum reliquit, completurus poſtea, cùm maioris otij occaſionem nactus fuiſſet, cuius mentionem facit Cap. 4. ſui libri נחלת אבות quem perijſſe dubitat Pocockius in notis miſcellaneis ad Portam Moſis Capite 6. pag. 89. Scripſit -

16. להקת נביאים *Lahakàth Neuiìm*, *Congregatio Prophetarum* Tit. ex 1. Sam. 19. 20. Tractat de Prophetia Moſis, de qua tractauerat in libro -

17. מחזה שדי *Machazè Sciaddài*, *Viſionis*

quadratis characteribus in medio vtriuſque Commentarij, in 4. Iterum ibidem fuit excuſus anno שכ"ז 327. Chr. 1567. apud Victorem Elianum Eliæ Germani Grammatici nepotem, in ædibus Georgij de Caballis in folio, cùm antea excuſus fuiſſet Conſtantinopoli vnà cum ראש אמנה *Roſc amanà* de quo infrà, & זבח פסח *Zèuach Pèſach*; de quo item infrà num. 11. operum huius Auctoris anno הרס"ו 5266. Chriſti 1506. per manus Dauid, & R Samuelis cognomento נחמיאש *Nachmias* veterum maiorum Iulij Moroſini, qui & ipſe ante conuerſionem vocabatur Samuel filius Dauidis, filij Iſaac, filij Samuelis, filij Dauidis Nachmias, Imperatore Sultano בייזט *Baiazete* duobus annis ante mortem Auctoris in folio. Hinc corrigendus eſt Guido Fabritius Boderianus in ſuo Dictionario Syro-Caldaico, & ij qui eum ſequuntur, vbi hunc librum נחלת אבות *Nachalàt auòth* extimat eſſe dilucidationem Capitis *Ben Zumà*, quod quartum eſt huius Codicis. Corrigendi ſunt etiam ij, qui hunc eundem librum putant eſſe diuerſum à Commentario in *Pirkè auòth*. Scripſit -

13. ס' שמים חדשים *Sèpher ſciamàim chadaſcìm*, *Liber Calorũ nouorum*. De qua autẽ re in eo agatur indicat ipſe Auctor in Catalogo ſuorum operum, quem nobis exhibet Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 64. b. & ego infrà illum exſcribam. Ibi enim de argumento huius libri ſic habet.

והוא לה כריח דעת חדוש העולם עם באור פ"ט ח"ב מהטירה:

Et ipſe (ſcriptus eſt) *ad coëgendam notitiam innouationis mundi* (id eſt de mundi creatione) *cum elucidatione* Capitis 19.

perſona mutuata;ſed ab ipſomet Auctore Iſaaco Abrauanele recenſita, qui hoc modo ibidem loquitur -

אלו הם החבורים אשר חברתי עד הנה פי׳ התורה וכו׳

Iſta ſunt Opera hactenus à me compoſita.

1. *Comment. in Legem &c.*

2. *Comment. in Ioſuè, Iudicum lib. & Samuelis.*

3. *Comment. in libros Regum,*

4. *Comment. in Iſaiam, & Ieremiam.*

5. *Comment. in Ezechielem, & 12. Prophetas minores.*

6. *Comment. in Danielem eorum nomen eſt Maaianè Ieſciuàh, Fontes ſalutis.*

7. *Comment. in Zachariam, & in omnes Prophetias, quæ intelligi non poſſunt de tempore Domus ſecundæ, neque ſpiritualiter; ſed tantum de futura redemptione, & iſti vocantur, Maſcmìa Ieſciuàh, Prædicans ſalutem.*

8. *Librum Ieſciuòth Meſcichò, Salutes Chriſti ſui &c.* Sunt Commentarij omnium dictorum, ſeù dogmatum Ghemaræ, & antiquorum expoſitionum, quæ de Meſſia dicta ſunt. Et iſti tres vltimi libri ſimul collecti vocantur מגדול ישועות *Migdòl Ieſciuòth, Turris ſalutum.*

9. *Librum Atèreth Zekanìm*; explicatur locus ſectionis *Miſpatìm* Exod. 23. 20. *Ecce ego mitto Angelum meum.*

10. *Roſc amanà, Caput fidei.*

11. *Zèuach Pèsach Sacrificium Paſchatis.*

12. *Nachalàth Auòth, Hereditas Patrum.*

13. *Librum Sciamàim Chadaſcìm, Cæli noui &c.*

14. *Mipaalòth Elohìm Opera Dei &c.*

15. *Sèpher Tzèdek haholamim liber* *nis omnipotentis*, qui perijt, & eius loco compoſuit hunc librum לחקת נביאים in quo non raró diſputat contra Moſen Ægyptium, eiuſque aliquot ſententias in ſuo libro מורה *Morè* recenſitas refellit. Scripſit -

18. ס׳ ימות העולם *Sèpher iemòth haolàm, Liber dierum ſeculi.* Eſt Chronologia, qua perſecutiones ſui populi promittit recenſere: מיום שנולד אדם הראשון עד היום הזה *à die quo natus eſt Adam homo primus, vſque ad diem hanc.* Ita dicit, in *Maaianè haieſciuàh*, Fonte 2. Palma 3. pag. 21. b. circa fin. Hunc etiam perijſſe, vel eum non perfeciſſe putamus.

19. Diſſertatio contra Ægyptium in מורה *Morè Directorem* de Viſione Quadrigæ Ezechielis, cuius meminit in libro *Maaianè haiuſciuàh* Fonte 2. Palma 2. in ipſo principio, præter id, quod de ea explicat apud Ezechielem: nihil hodie ſeorſim inuenitur, quod ſciam.

20. קצור על פרקי אבות ועל הגדה של פסח: *Kitzùr al Pirkè auòth, veàl haggadàh ſcel Pèsach, Epitome Comment. ſuper Capita Patrum; & ſuper myſticum ſermonem Paſchatis*, non eſt Abrauanelis, ſed *R. Iacobi Bar Eliachìm* חיילפרון *Haijelpròn*, de quo ſupra numero 833. pagina 837. Denique -

21. והוא משיב אל י״ב שאלות מעניני פלוסופיא אשר שאלחו ר׳ שאול הכהן אשכנזי וכו׳: *Ipſe reſpondit ad 12. interrogationes philoſophicas, ſibi propoſitas à R. Saule Sacerdote Germano*; quæ manuſcripta dicuntur reperiri in Bibl. Lugdun. Bat. inter libros Warnerianos, & impreſſa vidit in libello Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà*, vt ibidem refert pagina 64. b. In quo libello dicit ſe recenſere omnia Opera ipſius Abrauanelis, non ab aliqua tertia

Buxtorf. F. latinè reddita, & nondum edita; ea ſunt.

1. *Præfatio in Deuteronomium. Præfatio in lib. Ioſuè; Præfatio in lib. Iudicum. In lib. Samuelis. In libros Regum. Præfatio in Prophetiam Iſaiæ, & Ieremiæ.*

2. *Diſſertatio de libro Legis, quem Chizkias, ſeù Sacerdos inuenit* 2. Reg. 17. 22. 8.

3. *Diſſertatio de nube operiente Tentorium conuentus, & gloria Domini implente Tabernaculum.* Ad Exod. 40. 34. *De nomine Moſis.* Ad Exod. 11. 10.

4. *Diſſertatio de ſacrificijs. De morte, & ſepultura Moſis;* Ad Deuter. 34.

5. *Vtrum Elias mortuus ſit nec ne? & in quo loco ſit?* ad 2. Reg. 2. *de Enocho;* ad Gen. 5. 22. 23. 24. *De μετεμψυχώσου Pythagorica. De peccato Dauidis numerantis populum, & infauſto ſucceſſu;* ad 2. Sam. 24. *De ſtatione Solis miraculosè facta per Ioſuè,* Ad Ioſ. 10. *De Vnctione Regum, & Sacerdotum. De ſtatu, & Iure Regio. De peccato Moſis, & Aaronis, propter quod non ingreſſi ſunt in Terram Chanaam. De Voto Iephte;* Ad Iudc. 11. *pro ſententia negatiua; & ex R. Aarone Ben Chaiim pro affirmatiua. De Idololatriæ varijs ſpeciebus. De Samuele à Pythoniſſa ex mortuis reuocato. De longæuitate primorum Patrum.*

Denique totum Abrauanelis *Commentar. in Danielem* latinè vertit idem Buxtorf. & mſc. eidem Spizelio ſuppeditauit. Ex eodem.

Idem Buxtorf. F. eiuſdem R. Iſaaci Abrauanelis *Diatribam*, ſeù *Diſſertationẽ de* כרת *Carèth*, ſiuè *excidij* pœna, cuius frequens in Lege fit mentio; excerpta ex Commentario eius in Legem; ad Nume-ber *Iuſtitiæ ſeculorum &c.*

16. *Likbàth neuiìm, Congregatio populorum.*

17. *Sèpher Machazè Sciaddài, Liber Viſionis Omnipotentis.* Perijt.

Et hæc ſunt Opera R. Iſaaci Abrauanelis, quorum ferè omnia extra patriam fuerunt ab eo ſcripta; Nam in patria in acquiſitione facultatum totus intentus erat, & de ſtudio literarum parum aut nihil curabat; factus autem vagus, & profugus à patria, & omnibus facultatibus expoliatus, cæpit inde ad ſtudia animum applicare, & ea, quæ indicauimus, ſecundum ordinem à ſe deſcriptum, & nobis traditum Opera ſcripſit. Ex quibus nonnulla Opuſcula ſelecta fuerunt à Viris doctis, & in vtraque lingua peritis, ac in linguam Latinam poſtea verſa. Inter reliqua primum locum occupat Buxtorfi F. à quo latinitate donata fuerunt hæc, quæ ſequuntur Opuſcula, recenſita in libro Cozri, & eidem annexa.

1. *Diſſertatio de eo: Quod, & qua de cauſa apud Prophetas per Edom, Romani, & Chriſtiani intelligantur?* deſumpta ex Comment. in Iſaiam 34.

2. *Diſſertatio de lepra veſtimentorum.* Ad Leuit. 13. 47.

3. *Diſſertatio de lepra ædium.* Ad Leuit. 14. 33. & ſeqq.

4. *De Poëſi veteri Hebraica.* Ex eodem 15.

5. *De principio anni, & conſecratione, ſeù determinatione Nouilunij; vtrum ea facienda ſit iuxta Phaſin, an iuxta Calculum Aſtronomicum?*

Spizelius *in ſpecimine Bibliothecæ Vniuerſalis*, teſtatur ſe vidiſſe alia Opuſcula eiuſdem Abrauanelis ab eodem

Digitized by Google

portionem, quæ intra tertium Ieroſolymitanum murum habitabat, & Regiæ ſtirpis erat Hiſpalim adduxit, inde poſteà illorum nonnulli Granatam petierunt: Hactenus *Scèuet Iudæ*. Ex quo loco videtur poſſe concludi: Omnes Iudæos Hiſpalenſes ex Regio Iudæorum ſemine eſſe procreatos, quod libenter Hiſpalenſes Iudæi admittent. Nullum autem Iudæum Auctorem inuenio, qui aſſerat, hanc Abrauanelicam familiam, ex Regio ſtemmate exortã prȩter vnum *R. Iſaac Aben* גיאת *Gheàth*, cuius auctoritatem ipſemet Iſaac Abrauanel adducit in ſuos Commentarios ad Caput 12. ver. 7. Prophetiæ Zachariæ: *Et ſaluabit Dominus Tentoria Iudæ in principio, vt non magnificetur gloria domui Dauid &c* Vbi ſic dicit -

וגם בספרד בחרבן בית ראשון כתב הר׳ יצחק ן׳ גיאת ז״ל שבאו שתי משפחות מבית דוד האחת בני דאוד שנתיישבה בלוינה ומשפחת בני אברבניאל שנתיישבה בסיויליאה וממנה אלפי הדליו׳ עכ״ל ׃

Et etiam in Hiſpaniam, tempore deſolationis primi Templi, ſcribit R. Iſaac Abèn Gheàth bonæ memoriæ, quòd venerint duæ familiæ de domo Dauid; vna eſt filiorum Daùd, quæ ſubſtitit in Luzina, & altera eſt familia Abrauanela, quæ habitauit Hiſpali, & ex ea mille propagines (pullularunt) *Hactenus Aben Geath*. Nihilominus ex nimia ſui ipſius adulatione, & ſuæ familiæ nobilitatis iactantia, huiuſcemodi Regium figmentum ab eodem Abrauanele adinuentum fuiſſe putamus; Nam (teſte Harrauàd) lib. Cabalæ pagina 69. editionis Baſileen. poſt annum mundi 4914. Chr. 1154.

לא נשאר בארץ ספרד אדם מפורסם שהוא מבית דוד׃ *Non remanſit in regione Hiſpaniæ homo, qui manifeſtè fuerit de domo Dauid*. Idem aſ-

merorũ Cap. 15. ver. 30. Latinam fecit, eamque diſſertationi de ſponſalibus, & diuortijs adiecit pag. 169. Excuſ. Baſileæ 1652. In 4.

Sebaldus Schnellius vertit in Latinum partem Commentar. Abrauanel. in Cap. 34. Iſai. quorũ meminit Io. Hoornbeek lib. pro conuincendis Iudæis, pag. 15. qui contra eundem Abrauanellum, diſputationem ſcripſit in Abdiam Prophetam, vt idem Hoornbeek ſcribit lib. cit. pag. 191.

Poſtremò eiuſdem Abrauanelis Comment. in Aggæum Prophetam, Ioannes Adamus Scherzerus in Accad. Lipſ. Profeſſ. latinitate donauit, & *Trifolio ſuo Orientali* inſeruit Lipſiæ in 4. edito anno 1663.

Cæterùm ad Abrauanelorum familiam, quod attinet, eam ſtirpis Ieſse, ac Dauidis Regis ſobolem eſſe, autumat ipſe Iſaac Abrauanel, qui in Præfatione ad Iſaiam ait: מזרע קדש משפחת בית דוד וכו׳ *De ſemine ſancto, de familia domus Dauid &c.*, & alibi enucleatiùs inquit -

Iſaac filius Don Iudæ, filij Samuelis, filij Iudæ, filij Ioſeph, filij Iudæ de filijs Abrauanelis; qui omnes fuerunt viri Principes filij filiorum Iſraëlis, de radice Ieſſe Bethleemitæ, de familia domus Dauid, Dux, & Præceptor populorum &c. Oriunda hæc familia eſt ex Hiſpali, vt tradit Auctor שבט יהודה *Scèuet Iudæ* clade 7. ac proinde firmatur, eam Regiam eſſe: Nam vt ibidem habetur. *Rex quidam nomine Pyrrus Hiſpanus captiuos Hebræos tempore Nabuchdonoſoris, cui ſuppetitas tulerat, tranſtulit in Hiſpaniam, in illam nimirùm partem, quæ Andaluzia dicitur, & in Vrbem Toletum aduexit. Illam verò Hebræorum*

affirmat Auctor *Iuchaſſin* pag. 161. b. Vbi ait: Poſt R. חייא *Chijà* cognomento דאורי *Daudì Dauidicum*, qui obijt in Regno Caſtellæ an. mun. 4914. Chriſti 1154. לא היה בספרד אדם מיוחס מזרע דוד׃ *Non fuit homo prognatus ex ſemine Dauid in Hiſpania*. Ergo ſi poſt annũ Chriſti 1154. nullus ſupererat in Hiſpania de domo Dauid, conſequens eſt, quòd multò minùs de eadem domo in Hiſpania fuerit aliquis poſt annũ 1457. quo tempore maximè inclareſcere cœpit R. Iſaac Abrauanel. Ad auctoritatem autem R. Iſaaci Aben Gheàth, dico: locum allatum ab Abrauanele non reperiri, niſi tantùm in ſuis Commentarijs, qui cùm propriam cauſam agat, teſtis idoneus non eſt habendus. Reſtat igitur, leuiſſimam eſſe vanitatem huius Rabbini, velle affectare Regium honorem ex fictitia Regia ſtirpe, & proſapia. Non tamen negandum, hanc Abrauanellorum familiam honeſtam, antiquam, & diuitiarum abundantem ſemper fuiſſe in Betica, & Luſitanica Hiſpaniarum Regionibus, ac Regnis, & vbicumque reperiretur. Anno ſiquidem 5128. Chr, 1368. Hiſpali in Hiſpania habitabat דון שמואל אברבנאל *Don Samuel Abrauanel* vir doctiſſimus, & beneficus, qui opem præſtitit *R. Menachèm* ne ob cladem tunc temporis in Hiſpania Iudæis illatam periret, cuius munificentiam, & charitatem commemorat idem *Menachèm* in procœmio ſui libri צדה לדרך *Tzedà Ladàrech*, quem gratitudinis ergò eidem dicauit, vt aſſerit Auctor libri *Iuchaſſin* pag. 133. b. Parentes quoque huius noſtri Iſaaci diuites admodum fuiſſe, dicendum eſt; qui cùm Vliſſipone Luſitanorum Regum Règia, & opulentiſſima

Ciuitate, atque totius Europæ ditiſſimum emporium habitaſſent, & apud Regem Alphonſum V. gratiam inueniſſent, atque hunc filium ſuum Iſaacum in omni literarum genere inſtructum eſſe voluiſſent, eorum, que ad eius ſtudia promouenda neceſſaria fore exiſtimarent, ei abundè ſuppeditaſſe, proculdubio eſt aſſerendum. Harum diuitiarũ copiam auxit Abrauanel, quibus poſtea expoliatus, iterum in Regno Neapolitano diues efficitur, in tantum, vt Samuel eius filius anno Domini 1540. Neapoli excedens ſecum magnam ſubſtantiam aſportaret, valore, pluſquam ducentorum millium aureorum, vt aſſerit R. Dauid Ganz ad annum mundi 300. ſexti millenarij Chr. 1540. Hæc quæ de Iſaaco Abrauanele hactenus dixi, omnia compilaui, ex Præfationibus ad ſuos Commentarios, quibus ipſe res ab ſe geſtas enarrat, & ea, quæ in curriculo vitæ ſuæ tam Vliſſipone, quàm in aula Regum Caſtellæ, & in Regno Neapolitano, atque per alias Vrbes Italiæ: præſertim Venetijs ſibi occurrerat, ſeriatim refert, & ab Auctore primæ Præfationis in librum *Maaianè Ieſciuàh* diligenter annotantur, incipiendo ab eius natiuitate, vſque ad mortem ipſius, cùm eius cadaueris tranſlatione Venetijs Patauium, vbi humatum eſt, anno Dom. 1508. enumeratis omnibus illius ſtationibus, & profectionibus per Italiæ Vrbes ſexdecim annorum ſpatio, ab exilio Hiſpanico vſque ad eius mortem; vt nullum ei temporis interuallum ſuperfuerit proficiſcendi in Germaniam, vt aliqui, citato Buxtorfio, referunt; quod ex ſequenti Abrauanelis annorum vitæ Chronologia manifeſtum eſt.

Chro-

Chronologia annorum vitæ Iſaaci Abrauanelis.

Anni Mundi ſecundùm Hebræos.	Anni Chriſti	Anni ætatis Abrauanelis.	Res geſtæ.
5197	1437	0	Naſcitur Iſaac Abrauanel Vliſſipone in Luſitania.
5241	1481	44	Aufugit in Caſtellæ Regnum, anno 1. Ioannis II. Portugalliæ Regis.
5244	1484	47	In Caſtellæ Regno incipit ſcribere Comment. in Prophetas anteriores, eoſque perficit ſpatio quatuor menſium. Eodem anno euocatur ad Aulam Regis Ferdinandi Catholici.
5252	1492	55	Exilium vniuerſale Iudæorum ex Hiſpania, & nauigatio Abrauanelis in Regnum Neapolitanum, eiuſque ingreſſus in Aulam Ferdinandi Regis Neapolitani.
5253	1493	56	Neapoli ſcribit Commentarios in libros Regum. Ex Præfatione in hos libros.
5254	1494	57	Regnat Alphonſus II. Rex Neapolitanus, apud quem Abrauanel gratiam inuenit, eumque in Siciliam comitatur.
5255	1495	58	Obit Alphonſus Rex. Abrauanel Corcyram Inſulam nauigat, & ibi incipit ſcribere Comment. in Prophetas poſteriores.
5256	1496	59	Abrauanel in Regnum reuertitur regnante Ferdinando II. & Monopoli domicilium figit, vbi per ſeptennium circiter moratur, nempè vſque ad an. 1503. Ibi multa Opera edit, *Zèuach Pèſach*, *Nachalàth Aùoth*. Præfat. 1. *Maaianè Ieſciuàh* pag. 3. b.
5257	1497	60	Ibidem ſcribit *Maaianè Ieſciuàh* Præfat. 1. eiuſdem. pag. 4.
5258	1498	61	Ibidem perficit Comment. in Iſaiam, & ſcribit librum *Maſcmìa Ieſciuàh*, & *Ieſciuuòth meſcichò*, ex ead.
5263	1503	66	Abrauanel diſcedens Monopoli Venetias nauigat. Occaſio autem Venetias eundi fuit, vt iniret concordiam inter Venetam Rempublicam, & Portugalliæ Regem circa negotiationem aromatum, ibique habitat vſque ad ſuum obitum. Ex 1. Præfatione in librum *Maaianè Ieſciuàh*, pag. 4.

Anni Mundi	Anni Chriſti	Anni ætatis Abrauan.	Res geſtæ.
5264	1504	67	Venetijs ſcribit Comment. in Ieremiam; in Ezechielem; & in 12. Prophetas minores. Ibidem.
5268	1508	71	Ibidem obit; eius corpus transfertur Patauium; ſepelitur extra Portam Caudam longam in cœmeterio veteri. Infra dies octo obit R. Iudas מינץ *Mintz*, & ſepelitur iuxta amicum ſuum Abrauanelem. Anno inſequenti.
5269	1509	1	Poſt mortem Abrauanelis, & ingruente bello per circuitum Vrbis Patauij, Iudæorum cœmeterium euertitur, & per illud via ſtrata aperitur; vnde vſque ad hodiernum diem cognoſci ampliùs nequit vbinam R. Iſaaci Abrauanelis ſepulchrum fuerit. Vide 1. Præfationem ad librum מעיני הישועה pag. 4. antiquæ editionis. Et hæc de Iſaaco Abrauanele ſatis ſint.

Migdàl oz ſuper הרמ'בם *Harrambàm* in fine cap. 3. הלכות תפלין *Halachòth Tephillin*, vbi indicatur aliquid ſcripſiſſe, quia Doctores ſecundùm ſuam ſententiam loquuntur; quæ autem præcisè ſcripſerit, ignoratur. Laudatur ab Auctoribus, præſertim à Rekanati in ſuis Commentarijs in Legem ſect. וישב vbi vocatur חסיד *Chasìd Pius*, de quo hoc portentoſum commentum refertur.

החסיד ר״י בן הראב״ד היה מכיר בפני האדם אם הוא נולד מן הנשמות חדשים או מן הישנים הבאים בעולם דרך גלגול ;

Pius iſte ר״י *Ri* (id eſt R. Iſaac) *Ben Harrauàd cognoſcebat ex vultu, vtrum anima creata in ipſo actu infuſionis informaretur homo; an verò aliundè ex tranſmigratione animam haberet aduentitiam.* Oh egregium Metopoſcopitam! qui de tranſmigratione animarum delirans, hiſce vaniſſimis figmentis inſanum dogma ſtatuminare putat. Damnabile prorſùs

תתקט״ז ר׳ יצחק ברבי אברהם

שנקרא ריצב״א וגם הוא חבר תוספות כמו ר׳ יצחק הזקן ולפי ס׳ שלשל׳ הקבל׳ מת שנת דתתקל״ה ;

916 R. ISAAC BEN ABRAHAM abſolutè dictus ריצ'בא *Ritzbà*. Etiam ipſe fuit vnus ex Auctoribus *Toſaphòth*, ſicut etiam fuit *R. Iſaac* הזקן *Hazzakèn Senior*; & Auctor *Scialſceleth hakkabbalà* pagina 55. dicit, eum obijſſe anno 4935. Chr. 1175. Idem dicit *Iuchaſsin*.

תתקי״ז רבי יצחק בן הראב״ד ז״ל

בן ר׳ אברהם בן דאוד לוי וזה המחבר נקרא ר״י חבר בעש חבורים ולא ידענו מה הוין הם ואמרו כי הוא היה מכיר אדם מפניו אם הוא נולד מן הנשמות חדשים או מן הישנים וכו׳ :

917 R. ISAAC BEN הרא'בד HARRAVA'D non ſenioris, ſed iunioris nuncupati *R. Abraham Ben Daùd Leuì*, de quo ſuprà Par. I. num. 58. pagina 22. Abbreuiatè nuncupatur ר״י *Ri*, de quo fit mentio in libro מגדל עוז

ſûs humanæ temeritatis argumentum. *R.* חיית *Chaijàt* in Comment. ad librum מערכת האלהות *Maarècheth haëlahùth* rem mirabiliorem facit, cùm ibidem dicat: eum fuiſſe סגי נהור *Saghì nahòr Lumine orbatum, cæcum*. Si *R. Iſaac Ben Harrauàd* homines in facie videre non poterat, quomodo ex vultus intuitu hominum incertam apud Iudæos animarum originem deprehendere potuerit? Verè Iudæorum Doctores cœci ſunt, & duces cœcorum. *R. Rekanati* ampliùs addit, & de hoc inſigni Rabbino aliud ſecretum, nec omnibus communicandum manifeſtat. Dicit enim ſect. תצא *Tetzè* Deuteron. 21. 10. quòd non obſtante impedimento viſus, nihilominus hominem; an viuus, vel an mortuus eſſet, ex ipſa aëris immutatione per olfactum cognoſcebat. Oh mirum prodigium, & Philoſophica pluſquam Iudaica contemplatione dignum! Verba eius relata à *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 53. ſunt -

שאפי׳ שהית סגי נהור מרגיש באויר אם זה חי או מת:

Et licèt fuiſſet cæcus ſenſibiliter percipiebat ex aëre, an iſte fuiſſet viuus, an verò mortuus. Cognoſcere cadauer ex olfactu mira res eſt apud Iudæos: quia cùm Iudæi malè olentes iner ſe continuò verſentur, illorum olfaciendi ſenſus videtur deprauatus, vt inter cadaueris, & latrinarum malum odorem diſtinguere neſciant, niſi prodigium fiat. R. Iſaaco Ben Harrauàd cum ſua grauiolentia nunc relicto pergamus, ad alios.

תתקי״ח **רבי יצחק אדרבי** חבר שו״ת ודרושים: עיין ר׳ יצחק בן שמואל אדרבי:

918 R. ISAAC ADARBI ſcripſit
ש״ות *Sceelòth Vtſciuuòt Quæſita, &* *Reſponſa*. Scripſit etiam -

דרושים *Deruſcim Expoſitiones* varias. *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 65. Vide *R. Iſaac Ben Samuelis Adarbì*.

תתקי״ט **רבי יצחק בן אהרן** חבר ס׳ העיבור:

919 R. ISAAC BEN AHARON ſcripſit -

ס׳ העיבור *Sèpher haibbùr Librum Intercalationis*, de quo paſſim ſit mentio in libro אמרי בינה *Imrè binà* pag. 132.

תתק״כ **ר׳ יצחק אונגינירה** חבר ס׳ נגד המשיחיים וקראהו פורת יוסף וחבר איומה כנדגלות וסוף ס׳ חידות עם פירוש: וחבר ס׳ על השחיטה:

920 R. ISAAC ONGHIANERA *Vngulæ nigræ* ſcripſit librum contra Religionem Chriſtianam, vocauitque פורת יוסף Titulus ex Geneſ. cap 49. ver. 22. Editus eſt Conſtantinopoli, ſed nihili exiſtimatur, etiam ab ipſis Iudæis Conſtantinopolitanis. Ex Buxtor. F. in Appendice. Scripſit -

איומה כנדגלות *Aiumà canidgalòth Terrifica ſicut exercitus vexillis inſigniti*, Tit. ex Cant. Cantic. 6. 3. Liber eſt parabolarum cum earundem expoſitione literali, & morali. Excuſus Conſtantinopoli anno non notato. Citatur in libro *Caphtor*. Ita Plantauitius in Bibliotheca Rabbinica num 49. Scripſit -

צפנת פענח *Tzophnàth-Paanèach Reuelator arcanorum*. Tit. ex Gen. 40, 45. Eſt Ritualis de animalium occiſione ritè peragenda. Ex Buxtorf. F. in Appendice.

תתקכ״א **רבי יצחק** המכונה אייזיק סטיין חבר ביאור על מצות ספר על סמ״ג:

921. R. ISAAC, cognomento אייזיק

מעשה חשב *Maaſsè choſcèu Opus artifi-cij*, Tit. Exod. 26. 1. & 31. De Arithmetica, ſeù Geometria mſc. ex eodem Buxtorf. F.

ר' יצחק בר אלין' איתר תתקכ"ד

חבר ס' על סודות הנשים כתוב בי' בוואטיקאנו :

924 R. ISAAC BAR ALI' ABE'N EITHA'R Scripſit librum *De ſecretis mulierum*, Reperitur mſc. in Biblioth. V:tic. ſub num. 366. pagina 104. in 4.

ר' יצחק בר אליה שני נצכה תתקכ"ה

חבר ס' מאה שערים והוא פי' על מלת מצות :

925 R. ISAAC BAR ELIÆ SCENE' NITZCA' compoſuit librum -

מאה שערים *Meàh ſcieàrim Centum menſurarum*, Tit. ex Geneſ. 62. 12. E"plicat 100. præcepta Legis Moſaicæ. Excuſ. Theſſalonicæ anno ש'נ'ת 5303. Chriſti 1543.

ר' יצחק בן אליעזר בן שלמה תתקכ"ו

הנקרא ליאון הספרדי חבר פירוש על מגלת אסתר מכמה מסכתות גמרא ומהרמב"ם :

926 R. ISAAC BEN ELIE'ZER BEN SALOMONIS, cognomento *Leo Hiſpanus*. Scripſit Supercommentationem in Volumen Eſther, compilatam ex quibuſdam Codicibus Ghemaræ, & Tractatibus R. Moſis Ægyptij: Excuſ. Venetijs apud Io. de Gara anno 325. Chriſti 1565.

ר' יצחק אשכנזי תתקכ"ז

חבר פי' על מסכת חולין ועל איסור והיתר :

927 R. ISAAC ASCHENAZI' *Germanus*, ſcripſit -

Ex-

Iezik שטיין *Sciatijàn*, ſcripſit -

ביאור על ס'מ'ג *Biùr al Samàgh Elucidationem ſuper librum Præceptorum magnum* ſuper præcepta affirmatiua. Extat cum eodem ס'מ'ג pag 277. Excuſ. Venetijs anno 5307. Chr. 1517. apud Danielem Bombergum in fol. Quid ס'מ'ג *Samàgh* ſignificet, vide infrà in *R. Moſe de Kotzi*. De hoc R. Iſaaco fit mentio in *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 64. b.

ר' יצחק אלבלג תתקכ"ב

המעתיק מלשון ערבי אל לשון עברי ספר מכוונת הפילוסופים מאבו אחמד אלגזולי :

922 R. ISAAC ALBALA'G tranſtulit ex Arabico in Hebraicum librum de varijs opinionibus Philoſophorum, compoſitum ab Abu Achmàd Algozalì Arabe, quibus & notas addidit anno mundi 5067. Chriſti 1307. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

ר' יצחק אלחדיב תתקכ"ג

חבר ספר אורח סלולה על העיבור התקופות ומועדים : וחבר גם כן לשון הזהב ומעשה חשב :

923 R. ISAAC ALCHADE'B ſcripſit -

אורח סלולה *O'rach Selulà*, Tit. ex Prouerb. cap. 15. v. 19. De Calendario, feſtis, &c. Mſc. ex Buxtorf. F. in Appendice. Scripſit -

לשון הזהב *Leſciòn hazahàu Ligula aurea*, ex Ioſue 7. 21. Buxtorf. non affert argumentum huius libri, ſed tantùm dicit excuſum Venetijs in 4. Buxtorfius eius filius in Appendice ad patris Bibl. Rabbin. addit, quòd ſit Tractatus de nominibus menſurarum, quæ in Sacra Scriptura extant, & ſit mſc. huius Auctoris *Iſaaci Alchadebi*, id eſt *Gibboſi*. Scripſit etiam -

חבר ספר על דיני אנשים שירדו להלחם שניהם יחד ונקרא מלחמה בקראת בלשון דואילו :

928 MAGISTER ISAAC BITERBO' ROMANVS ſcripſit librum *De duello*, ſub auſpicijs Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ. Eius poſteri fidem Chriſti ſuſceperunt, & repudiato cognomine *Biterbò* cognomen *Zachiæ* ſuſceperunt, quorum nonnulli Viri docti euaſerunt tùm in Medicina, de qua multa ſcripſerunt, tùm in Vtroque Iure, in quo quidam tam doctus, & prudens efficitur, vt inter Auditores Rotæ Florentinæ connumerari meruerit.

תתקכ״ט רבי יצחק בר ברוך ן׳ אלבאלייה מקורדובה

חבר קופת הרוכלים ולא השלימו כי אם רב ברוך בנו השלימו :

929. R. ISAAC BAR BARV'CH ABEN אלבאלייה ALCALIIA'H, naſcitur Cordubæ in Hiſpania anno 4795. Chr. 1035. *Harauàd* pag. 74. b. ideò Cordubenſis communiter appellatur. Fuit vnus ex quinque inſignioribus Rabbinis, qui eodem æuo in Hiſpania viuebant omnes nomine *Iſaac*. Quorum duo fuerunt Hiſpani, tertius eis propinquus; duo vltimi extranei. Horum primus fuit hic noſter R. Iſaac Bar Barùch ex antiqua proſapia nobiliũ Iudæorum, quos Titus Imperator poſt Ieroſolymorum euerſionem Romam captiuos duxit, & inde in diuerſas Imperij Prouincias, & Regiones diſperſit. Hæc familia in Hiſpaniam relegata Meridæ permittitur habitare, quia in ea artifices reperiebantur, qui ſericum exercere, & vela conficere ſciebant. Caput, & Princeps huius familiæ erat quidam nomine Baruch, à quo poſteri ipſius

Expoſitionem in Codicem Talmudicum חולין *Cholìn De profanis* ad cibum. Item, de איסור ואתר *Iſùr Vaëther Prohibitis, & licitis* pro cibo. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana. Scriptus fuit hic Codex anno mundi 5171. Chr. 1411.

Eſt & alius Iſaac Germanus inſignis Poëta, qui compoſuit Carmina in laudem Sabbathi, & trium refectionum Sabbathinarum. Excuſa ſunt in paruo libro Precum Iudæorum Venetijs in 16. Incipiunt: אזמר וכו׳ *Azamèr Vecullè Pſallam &c.*

Præterea eſt & alius R. Iſaac Germanus cognomento מה״רי *Mahari*, id eſt Morènu Harràu Iſaac, qui ſcripſit מרפא לנפש *Marpè lanèpheſc Medicina Animæ*, Titulus eſt libri hoc modo inſcripti, & eſt moralis, ac ſpiritualis additus in fine libri ראשית חכמה *Reſcith Chochmà Initium ſapientiæ* in compendium redacti ab Elia Ben Moſis די וידאש *de Vidis*. Excuſus Venetijs, & diligenter correctus ab *R. Iſaaco Gerſone* anno ואש״מחה 360. min. ſupput. Chriſti 1600. apud Danielem Zanetum in 8. Sunt & alij libri ſub hoc eodem titulo מרפא לנפש. Vide ſuis quibuſque locis.

Denique alius reperitur R. Iſaac Aſchenazi Germanus communiter dictus הא״רי *Haari*, hoc eſt האשכנזי רבי יצחק *Haaſchenazì R. Iſaac*. Scripſit, & recepit quaſdam Epiſtolas ex diuerſis partibus mundi, quæ in lyceo י״שר id eſt *Ioſephi Salomonis Rofè del Medico* repertæ fuerunt. Tractant de Cabala Iudæorum. Ex his pars aliqua habetur in Tomo I. תעלמות חכמה *Abſconditorum ſapientiæ* Ioſephi del Medico Cretenſis pag. 37.

תתקכ״ח ר׳ יצחק ביטרבו מרומה

re nepos eſſet, nihil de perfectione huius libri mentionem facit; imò ibidem loco citato dicit והוא עודנו לא נשלם *Et ipſum* (ſcilicet Volumen) *adhuc eſt imperfectum*. Huius libri titulus habetur in Biblioth. Buxtorf., ſed nihil de eius argumento, aut de Barùch patre huius Auctoris verbulum profert.

Cæterùm, reliqui quatuor inſignes Rabbini nomine *Iſaac*, qui in Hiſpania tunc temporis verſabantur, ſunt *R. Iſaac Ben* גיאת *Gheàth*, *R. Iſaac Ben Moſcè*, *R. Iſaac Ben Reuben*, quartus; & vltimus maior omnibus fuit *R. Iſaac* אלפסי *Alphesì*, de quibus omnibus ſuo loco ſingillatim dicemus. De R. Iſaac Ben Barùch pro complemento illius notitiæ hæc addenda eſſe ex *Iuchaſsin* pagina 162. b. exiſtimamus. Quod inter Iſaacum Ben Barùch, Iſaacum Ben Gheàth, & Iſaacum Alphesì ſimultates magnæ, contentiones, & rixæ exortæ ſint, neque alterum alteri cedere voluerit. Infirmatur Ben Barùch, & ingraueſcente morbo, vocat ad ſe filium ſuum *Barùch*, & cùm vix loqui potuerit, in aures eius hæc verba muſſitando profert: *Vade ad R. Iſaacum Alphesì, & dic ei: Ego ex hoc mundo diſcedo, & iam peperci ei omnia aſpera, & iniurioſa verba, quæ contra me tam ſcripto, quàm voce protulit; & ego ſuppliciter ab eo poſtulo, vt eodem modo mihi parcat, & iugiter coram eo permane. Teſtificor autem tibi, quod multa bona tibi faciet, & docebit te toto animo ſuo. Sic fecit R. Barùch poſtquam iuſta patri perſoluerat. Cùm autem audiuiſſet R. Iſaac Alphesì huiuſmodi verba; fletit, & ſcidit veſtimenta ſua, fleuitque fletu magno. Poſtquam à fletu quieuiſſet, & conſolatus fuiſſet* (vocauit Barùch filium ſius vocati fuerunt Ben Baruch, licèt filij ipſius immediatè non fuerint. Sicut & hic noſter *R. Iſaac*, cuius pater fuit *R. Iacobus BeRabbì Barùch Ben* אל כאליה *al Calijàh*. ſeù vt alijs eſt אלבאליה *Albàliah*. Proceſſu temporis huiuſmodi familia Cordubam venit vbi naſcitur prædictus R. Iſaac Ben Barùch viuidi quidem ingenij puer à *R.* פריגורס *Phregoras* Gallo, qui nuper ex Gallia Cordubam venerat, non tantùm in Hebraicis, ſed & in Latinis, Græciſque facultatibus imbutus, Rabbinorum doctiſſimus euaſit; ita vt anno mundi 4829. Chriſti 1069. ætatis ſuæ 34. in Patria, in Synagoga Cordubenſi Archiſynagogus, & primus Rabbinus crearetur. In reliquis extraneis facultatibus, præſertim in Aſtrologicis ita excelluit, vt Rex Granatæ Iſmaëlita, cognomento אל מעתמד *Al-Maathemàd*, hoc eſt *Il Matematico*, eum ad ſe accerſiri fecit, à quo Mathematicas ſcientias didicit; neque permittit eum amplius ad patriam redire; vnde apud Regem Granatæ reliquum vitæ ſuæ ſpatium honorificè egit, vſque ad annum 4854. Chriſti 1094. quo anno Granatæ humanis exuitur laboribus ætatis ſuæ 59. cùm ſtetiſſet apud Regem Granatæ circiter annis 20. Scripſit ingens Volumen, quod vocauit

קופת הרוכלים *Kuppàth horrochelìm* *Arca*, ſiuè *Ciſta Aromatariorum*, ſeù *Mercatorum*. In eo explanantur difficiliores חלכות *Halachòth Lectiones*, quæ ſunt in Talmude, & ad ius, & iuſtitiam adminiſtrandam pertinent; ſed morte præueniente, imperfectum relictum eſt. Quod R. Barùch eius filius poſtea abſoluit; at *Harrauàd* in ſuo libro Cabalæ pagina 75. licèt Rabbì Barùch ex ſoro-

in eadem Romana Vniuerſit. Lauream Doctoratus ſuſcepit, & apud ſuos per plures annos Medicam artem exercuit. Tandem à Patre luminum illuſtratus, Chriſtumque Dominum pro vero Meſſia in Scripturis Sacris promiſſum agnoſcens, relicta Iudæorum perfidia, ac ſuperſtitione, Chriſtianæ Religioni vnà cum vxore, & tota familia nomen dedit, quos omnes de Sacro Fonte in Eccleſia B. Mariæ in Via lata Vrbis leuauit Eminentiſſimus, & Reuerendiſſ. Dominus D. Benedictus Cardinalis Pamphilius die 14. Febr. 1683. Sacramento Baptiſmatis miniſtrante Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domino Iacobo de Angelis Archiepiſcopo Vrbini, & Vrbis Viceſgerente, quorum quatuor vtpotè adulti poſtea ab eodem Domino Archiepiſcopo fuerunt Confirmati. Hi nimirùm ſunt -

1. Benedictus Philipani, antea vocatus Mardochæus, vulgò Angelus Vitus Gabài, filius quondam Samuelis Hebræus Romanus annorum ferè 32. vt infrà ſpecialiùs dicetur. Et in vtroque Sacramento Patrinus fuit prædictus Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Dominus Cardinalis Pamphilius.

2. Flaminia Philipani, antea vocata Rachel, filia quondam Raphaelis dicti *de Velletri*, Hebræa Romana, annorum circiter 30. Coniux ſupradicti Benedicti Philipani, & in vtroque Sacramento Patrinus fuit ſupradictus Dominus Cardinalis Pamphilius.

3. Ioannes Baptiſta Philipani, antea vocatus Samuel, filius ſupradictorum coniugum Hebræus annorum 9. & menſium 9. In vtroque Sacramento Patrinus fuit idem Eminentiſſ. Dominus Cardinalis Pamphilius.

4. Pe-

lium Iſaaci defuncti) *eumque* (Legem) *docuit omnibus diebus Vitæ ſuæ*. Hactenus liber *Iuchaſsin*. Exemplum vterque relinquens humilitatis, reſipiſcentiæ, & charitatis.

ז״ל ר׳ יצחק גבאי חבר כף נחת והוא פי׳ על משניות בקיצור

930 R. ISAAC GABA'I ſcripſit breuem explicationem difficiliorum dictionum, & ſenſus abſtruſioris ſex Ordinum משנה *Miſcna* compilatam plerumque ex ſcriptis R. Salomonis Iarchi, & R. Moſis Bar Maijmonis, quam vocauit -

כף נחת *Caph nàchath Volam quietis*. Tit. ex Eccl. 4. 6. Eſt excuſa in margine *Miſcnaijoth* Venetijs apud Ioan. de Gara anno 5369 Chriſti 1609. Et ibidem apud Petrum Aloyſium, & Laurentium Bragadinos in domo Ioannis Coleonis anno ה׳ש״פ 385. Chriſti 1625. Et Conſtantinopoli vnà cum textu craſſiori charactere, punctiſque vocalibus, ſed inelegantibus ornato. Imperante Sultano Hibraimo Turcarum Domino 5404. Chriſti 1644. in 4.

Cæterùm hæc familia גבאי *Gabài* ab antiquo tempore Romæ incola fuit, & apud Hebrços ſpectabilis, ex qua quamplurimi Viri docti prodierunt, inter quos connumeratur R. Samuel Ben Mordechài Gabài Medicinæ Doctor, qui paucis ab hinc annis vita exceſſit relicto filio pariter nomine Mardochæo, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctore Romano; qui cùm Philoſophiæ operam dediſſet in Monaſterio, & Collegio Beatę Mariæ ſupra Mineruam ſub Magiſterio Adm. R. P. Hiacynthi Fonſecæ, & Medicinæ in Sapientia Romana; tandem

לי בן זכר וביום חמל את בשר ערלתו קראתי שמו
מרדכי והיה ביום כ״ד ניסן שנת שמחתי באומרים ב״ית
ה׳ נלך : בעלי ברית היו כמה״רר אהבה כהן מאנוסקריוי
והזקן המעולה כמר״ אבא מרי ה׳ יזכהו לתורה ולחופה
ולמצות וכן יהי רצון אמן ׃

Fauſta ſit memoria, Amen. Quomodo 17. Niſàn 5412. die prima interfeſti ſolemnitatis Paſchalis hora 5. diei tertij hebdomadæ; ſectione: Sanctifica mihi omne primogenitum &c. Exod. 13. 2. *die 26. Martij 1652. ſecundùm numerum eorum* (Chriſtianorum) *natus eſt mihi filius maſculus, & in die, quo circumciſa eſt caro præputij ſui. vocaui nomen eius Mordochài, fuitque 24. Niſàn an.* Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi in ב״ית 412. domum Domini ibimus. *Patrini fuerunt Morènu R. Ahauàh Sacerdos de Manuſcriue, & Senior honoratus R. Pater Dominus meus. Faxit Deus, vt dignus ſit addiſcere Legem, vxorem ducere, & præcepta ſeruare. Et ita ſit* (Dei) *Voluntas. Amen.* Et hæc eſt nota natiuitatis Benedicti Philipani.

Dies autem, & annus, quibus nati ſunt filij Benedicti Philipani, & ab eo olim circumciſi, habentur in libro Circumciſionum ab eo in Iudaiſmo adminiſtratarum, vbi numero 3. ſic legitur:

עזרי מעם יהוה עשה שמים וארץ׃

אלי אתה ואודך אלהי ארוממך אקרב רנתי
לפניך יהוה שהייתני וקיימתני והגעתני לזמן הזה לראות
זרע של קיימא היום, יום ד׳ כ״ד לחדש אייר הת׳לד
ליצירה שהוא ל׳ מאייו אלף ותרע״ר לחשבונם פרשת
והפרתי אתכם חלה גם ילדה רחל אשתי תמ״א בין יד׳
לטו״ שעות זכר תמים שלם בגופו ובאיבריו ומלתי את
בשר ערלתו לסוף ח׳ ימים במקום קדוש של תלמוד
תורה פרשת וזאת עשו להם וחיו וקראתי שמו בישראל
שמואל על שם אדוני אבי יצ״ו ׃ ובעלי ברית חיו הזקן
היקר הח״ במה״רר מורי ורבי יהושע סגנן נר״ו לבקשת
וקנתי

4. Petrus Philipani, antea vocatus Moſes Raphael, filius ſupradictorum coniugum Hebræus, annorum ſeptem completorum. In vtroque Sacramento Patrinus fuit idem Eminentiſſ. Dominus Cardinalis Pamphilius.

5. Anna Maria Philipani, antea vocata Filadora, filia ſupradictorum coniugum Hebræa annorum quatuor circiter, quæ fuit baptizata, & in Baptiſmi Sacramento fuit Patrinus dictus Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Pamphilius.

6. Fuit Clara Philipani, antea vocata Diana, filia ſupradictorum coniugum Hebræa annorum duorum circiter, & in dicto Sacramento Baptiſmi Patrinus fuit ſupradictus Dominus Cardinalis Pamphilius.

Quoad annorum maſculorum ſpectat certitudinem, habetur hoc ex illorum Circumciſione: nam ij, qui officium Circumcidendi Infantulos exercent, notant exactè in libello ad hæc comparato, omnes Circumciſiones, quas faciunt: & cùm vterque tam pater, quàm filius, hoc eſt tam Samuel pater, quàm Mardochæus filius officium Circumciſoris exerceret, ipſimet ſuos filios circumciderunt, credentes in hoc magnum meritum acquirere, ſi carnem præputij filiorum ſuorum incidant. Itaque in libello, quem ſibi comparauerat Samuel pater, & vbi ſcriptæ ſunt omnes Circumciſiones ab eo exercitæ, numero Circumciſionum ק״יב 112. Hæc, quæ ſequitur nota, hiſce verbis Hebraicis concepta apparet.

לזכר טוב יהיה אמן איך י״ז ניסן הת׳יב יום ראשון של
חול המועד של פסח ה׳ שעות יום ג׳ של שבוע פרשת
קדש לי כל בכור כו׳ מרצו אלף תר״נב לחשבונם נולד

וקנתי שתחיה מרת דיא״נא אם אמי שהיא נשאו לברית במקום אמי תמ״א והשני היה כמ״ר דוד גאטינייא דוד של אשתי יצ״ו ; אחלה את פני קוני יאריך ימיו בטוב ושנותיו בנעימים : ולעבודתו יגדלהו לשמור פיקודיו התמימים ולראות בנין בית עולמים ונקמת בני ישראל השפוך בין לאומים וראשם פרוע ובגדיו פרומים ויראה זרעו וזרע זרעו בין צדיקים וחכמים אכי״ר ;

Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum, & terram. (Pſalm. 1. 12. 2.) *Deus meus es tu, & confitebor tibi. Deus meus exaltabo te: Accedam exultatione mea coram te: Domine, qui eſſe mihi feciſti, & me ſtabiliuiſti, & pertingere me feciſti ad tempus hoc, vt videam ſemen ſtabilitatis hodie: Hodie* (fer.) 4. 24. *menſis Ijàr* 5434. *à creatione, quæ eſt* 30. *Maij* 1674. *ſecundùm numerum eorum* (Chriſtianorum) *ſect.* והפרתי אתכם *Et fructificare faciam vos.* (Leuit. 26. v. 9.) *Incæpit iterum parere vxor mea Rachèl benedicta ſit præ mulieribus Amen. Inter* 14. *&* 15. *horam* (peperit filium) *maſculum integrum, perfectum in ſuo corpore, & membris: & circumcidi carnem præputij ſui in fine octaui diei in loco ſancto* (in Aula) ת״ת *Talmùd Thorà Gimnaſij publici doctrinæ Legis ſect.* וזאת עשו לחם וחיו *Et hoc facite eis, & viuent.* (Num. 4. 19.) *Et vocaui nomen eius in Iſraèl Samuelem ex nomine Domini patris mei custodiat eum Deus, & Redemptor eius. Patrini autem fuerunt ſenex honorabilis, ſapiens magnus, Gloria Morènu Doctor noſter, Rabbènu, Ràu Dominus meus, & Magiſter meus Ioſuè Menaghèn, cuſtodiat eum Deus-miſericors, & liberet eum. Oraui auiam meam, quæ* (diù) *viuat, Dominam Dianam matrem matris meæ, vt ſuſciperet ex Circumciſione* (filium meum) *loco matris meæ, quæ benedicta ſit inter mulieres, Amen. Secundus autem patrinus fuit gloria excellentiæ Rabbì Dauid Gattègna patruus vxoris meæ, cuſtodiat eum Deus, & Redemptor eius. Orabo facies Creatoris mei, vt prolongentur dies eius in bonum, & anni eius in iucunditate, & in illius ſeruitutem creſcant ad cuſtodiendum mandata eius perfecta, vt videat ædificationem domus æternitatis, & vltionem filiorum Iſraèlis, quæ effuſa eſt inter Nationes. Et caput earum diſcoopertum, & veſtimenta eius ſciſſa ſint; & videat ſemen ſuum, & ſemen ſeminis ſui inter iuſtos, & ſapientes.* אכי״ר *Amen, ſic ſit voluntas Dei.*

Et de ſecundogenito ab eodem circumciſo in eodem libro num. 13. huiuſmodi memoria extat.

אודה יהוה בכל לבי כי חנני אלהים מבן אחר ובעצם היום הזה הלה גם ילדה רחל אשתי מ״בת בן זכר שלם בגופו ובאיבריו היום יום ששי כ״ב שעות ורביע יד״ לחדש מנחם התל״ו ליצירה סדר לחיותינו כהיום הזה שהוא כ״ד לוליו אלף תרע״ו לחשבונם ומלתי את בשר ערלתו בן שמונת ימים וקראתי שמו בישראל משה רפאל משה על שם זקני אבי הורתי מב״ת ורפאל על שם חותני ע״ה אב אשתי מ״בת ; ובעלי ברית חיו כמ״ר גמליאל קאיבאנו יצ״ו וכמ״ר יעקב גאטינייא יצ״ו ; הרחמן יגדלהו לעבודתו ויגיעהו לתורה לחופה ולמעשים טובים בין אומה שושנת העמקים עד יגלה עתיק יומין לעין כל האומים אכי״ר :

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, (Pſal. 9. 2.) *quia largitus eſt mihi Deus* (Geneſ. 33. 10.) *filium alterum. Et in articulo huius diei incepit etiam parere Rachel vxor mea, præ mulieribus in tentorio benedicta ſit, &* (peperit) *filium maſculum integrum corpore, & membris omnibus, hodie feria* 6. *hora* 22. *cum quadrante,* 14. *menſis* מנחם *quo legitur Conſolamini, conſolamini, anno à creatione* mun-

HOr che mie colpe laui Inuitto Heroe,
E di rubelle, à Dio grato mi rendi
In queſto ſacro Fonte
Dello SPIRITO Santo apprendo il
E di candide piume (lume,
Di Colomba innocente ancor mi veſto,
E ſe auuinto già fui, libero reſto.

Nel Batteſimo di Rachel moglie d'Angelo Vito Gabài, già Medico Hebreo con due figliuole

All'Eminentiſſimo, e Reuerendiſſ. Signor CARDINAL PANFILII Compadre

MADRIGALE.

FIda ſcorta del Cielo, & da perigli
Dell'Infernale ſtuolo
Salua SIGNOR queſt'Innocenti figli,
E me ſua genitrice
Che ſe pregar mi lice
BENEDETTO tu ſei
Ch'Alato Meſſagier l'Alme ſmarrite
A DIO riduci in Santa Fede vnite.

Nel Batteſimo di Samuel, e Moiſe-Raſfaël, figli d'Angelo Vito Gabài, già Medico Hebreo

All'Eminentiſſimo, e Reuerendiſſ. Signor CARDINAL PANFILII Compadre

Alludendo al Sacrificio d'Abram

MADRIGALE.

GIa pronto è l'rogo, & io vittima ſono
Offrendo l'alma in Olocauſto à DIO:
Et in vece di fuoco
In pura Acqua mi laua il Padre mio!
Ditemi e che vegg'Io?
Ah ben comprendo
Del Cielo la Pietade

On-

mundi 5436. Ordine (Lectionis Legis) לחיותינו כהיום הזה ad viuificandum nos ſecundùm diem hanc (Deut. 6, 24.) hoc eſt die 24. Iulij 1676. ſecundùm numerum ipſorum (Chriſtianorum) & circumcidi carnem præputij ſui cùm eſſet dierum octo, & vocaui nomen eius in Iſraël Moſcè-Raphaël, Moſcè de nomine aui vxoris meæ, præ mulieribus in tentorio benedicta ſit, & Raphael de nomine ſoceri mei, ſuper eum ſit pax, patris vxoris meæ, præ mulieribus in tentorio benedicta ſit. Patrini in Circumciſione fuerunt honoratus R. Gamliel Caiuanus, cuſtodiat eum Deus Redemptor eius; & honorabilis R. Iacob Gattegna, cuſtodiat eum &c. Deus miſericors enutriat eum pro ſeruitute ſua, & pertingere faciat eum ad Legem, ad nuptias, ad opera bona, & ſit inter populum lilium conuallium donec reueletur Antiquus dierum (id eſt Meſſias) in oculis omnium populorum, אכי״ר Acchir, id eſt אמן כן יהיה רצון, Amen, ſic ſit voluntas Dei.

Omnes prænotati vxor, & filij Benedicti Philipani ſacro Baptiſmatis fonte renati, veluti nouellæ plantationes in Eccleſiæ Viridario conſitæ ſummopere lætantur, & pro eis, gratias Deo agit Benedictus, nomineque ſuo, ac vxoris, & filiorum ſuorum Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Cardinalem Pamphilium luſtricum patrem omnium, hiſce Italicis Carminibus à ſe compoſitis ita alloquitur -

Nel Batteſimo d'Angelo Vito Gabài, già Medico Hebreo

All'Eminentiſſimo, e Reuerendiſſimo Signor CARDINALE PANFILII Compadre

MADRIGALE.

Venetijs apud Ioannem de Gara anno 355. min. ſupp. Chriſti 1595. in fol. & alios ; quemadmodum quamplurimi ab eodem reuiſi ſunt libri antequam typis traderentur , & ſumma diligentia correcti , & emendati , quos omnes recenſere tædium afferret, abſque vlla vtilitate . Hoc vnum de hoc viro dictum ſufficiet, quòd ſit Vir de Republ. literaria Iudæorum benè meritus , qui non ſolùm libenter libros ſub prælo gementes corrigebat , vt ex officina libraria egrederentur purgati , & nitidi , ſed & ij , qui in tenebris latitabant , curabat , vt media Chalcographia in lucem prodirent . Vide פירוש על איוב *Commentar. in Iob R. Moſis Alſcèch* .

תתקל״ג **ר׳ יצחק בן דוד** חבר פירוש על מראות ישעיה יחזקאל וזכריה כתב כ״י בוואטיקנו ׃

933 R. ISAAC BEN DAVI'D ſcripſit *Comment. in Viſiones Iſaiæ , Ezechielis , & Zachariæ .* Reperitur mſc. in Biblioth. Vaticana papyr. in 4.

תתקל״ד **ר׳ יצחק בר דוד אבוהב** חבר שירה על ס׳ פני רבה ; ונמצא בתחלת ס׳ הנזכר ׃

934 R. ISAAC BAR DAVI'D אבוהב AVVHA'V compoſuit Canticum in laudem libri פני רבה *Penè Rabbà* . Titulus eſt Indicis locorum Sacræ Scripturæ , quæ citantur , & exponuntur in *Medràſc Rabbòth* , & in quinque parua Volumina . Reperitur in principio huius libri excuſi Amſtelodami apud Typographiam Manaſſæ Ben Ioſeph Ben Iſraëlis anno צור חסי״ו ב״ה 388. Chriſti 1628. in 4.

תתקל״ה **ר׳ יצחק מדורא** חבר ס׳ שערי דורה ׃

935 R. ISAAC MEDVRA' DVRENSIS ſcripſit librum -

שערי דורה *Sciaarè Durà Porta Durà* , ſiuè *habitationis* , de אסור והיתר *Iſsùr Vaèther Vetitis* , *& licitis* ad cibum pertinentibus, quem R. Salomon Luria Scholijs illuſtrauit . Excuſus Baſileæ apud Conradum Waldkirch in 4. Scripſit &

חלכות נדה *Halachòth Niddà Lectiones ſeù Deciſiones de muliere menſtruata* , Reperiuntur mmſſcc. in Biblioth. Vaticana Pergam. in 4. ſub numero 179. Claruit hic Auctor circa annum mundi 5094. Ita Dauid Ganz ad annum 94. ſexti millenarij . De eodem fit mentio apud Auctorem *Scialſc. hakkabbalà* pagina 61.

תתקל״ו **רבי יצחק בן יהודה בן גיאת** עיין ר׳ יצחק בן גיאת ׃

936 R. ISAAC BEN IEHVDA' BEN GHEA'TH . Vide *R. Iſaac Ben Gheàth* .

תתקל״ז **רבי יצחק וואולף בן ר׳ מאיר** חבר ס׳ פרקי שירה והוא פירוש על כמה מקומות מהמקרא עם הגהות ר׳ שמעון וואלף אחיו נדפס בויניציאה שנת תכ״ד לפ״ק ׃

937 R. ISAAC WOLFF BEN R. MEIR ſcripſit -

ס׳ פרקי שירה *Sèpher Pirkè Scirà Liber Capitulorum Cantici* . Sunt Commentarij in varia Scripturæ loca , vnà cum fratris ſui R. Simonis Wolff additionibus . Prodijt Venetijs anno 1664. in 4. Vbi cælo , aquis , plantis , animalibus , auibus , &c. Scripturæ dicta , quaſi per Proſopopœiam aſſignantur, & explicantur . Vide infrà in *R. Iſaac Ben Meir Pragenſis* .

תתקל״ח **ר׳ יצחק מווינא בן משה**

חבר ס׳ הנ״ל אור זרוע :

938 R. ISAAC DE VIENNA FILIVS R. MOSIS, vt dicit Auctor *Scialſcèl. hakkabbalà* pag. 56. b. Habuit quamplures Magiſtros, vt ibidem dicitur, nempè *Rabbènu Iudam de Pariſio*, ex מהר״ריק num. 94. Item ראבי״ה ex *Mordochi* in Cod. חולין cap. אלו טרפות. Item *Rabbènu Scimòn de Kòtzi*, ex eodem *Mordochì* in Cod. בבא מציעא cap. המפקיד. Item *R. Ephràim Bar Nathàn*, ex eodem *Mordochì* in Cod. חולין cap. גיד הנשה Fuit magnus Rabbinus, cuius reſponſa pro Conſtitutionibus habebantur. Aliquando accidit, vt Scriba Inſtrumenti dotalis per errorem inſcriptum reliquerit annum milleſimi currentis. Hic autem Rabbinus reſpondit, Inſtrumentum dotale idoneum eſſe, quia certum erat tunc eos fuiſſe intra quintum millenarium. Exſcribebat etiam libros Synagogales manu ſua, vt refert R. Iochanàn טריויש *Treuis* in Commentar. ſuis ſuper Machazòr Italorum. Scripſit tamen notiſſimum librum inſcriptum -

אור זרוע *Or zarùa Lux ſata*, Tit. ex Pſal. 97. 11. Ex hoc libro petitæ ſunt הגהות *Haggahòth Animaduerſiones* in compendijs Tractatuum Talmudicorum R. Aſcèr. Claruit initio ſexti millenarij, hoc eſt anno Chriſti 1240. Ita R. Dauid Ganz, qui addit, hunc fuiſſe Rabbinum, hoc eſt Magiſtrum, & Præceptorem R. Meir Rotemburgenſis. Ex titulo huius libri אור זרוע per compendiũ eundem vocant ריא״ז *Riàz*, hoc eſt *R. Iſaac Or Zarùa*. *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 56. b.

תתקל״ט **ר׳ יצחק ן׳ זולאימי יהודי.**

חבר ספר על הרפואה בשנת תקן לחשבון הישמעאלים. בשנת בוואטיקנו כ״י.

939 R. ISAAC ABEN ZVLAIME Iudæus Medicus, de quo in Bibliotheca Vatic. in Indice librorum Excurialenſium mſc. num. 3958. papyr. fol. hæc leguntur: *Iſaac Aben Zulaime Iudio de Medicina ſcripto en Murtia año del naſcimiento de Mahoma 590. que, del naſcimiento de Chriſto 1247. poco mas o menos en Eſcurial.*

תתק״מ **ר׳ יצחק הזקן בר שמוא**

בן אחותו של רבינו תם והוא נקרא ר״י בעל תוספות כמו שכתוב בס׳ צמח דוד לדוד גנז שנת תתקל״ה לאלף הרביעי :

940 R. ISAAC HAZAKE'N *Senior*; *Bar Samuelis*, ſeù *Kolonimòs*, vt dicitur in Mordachi Codice *Sciabbàth* cap 10. fuit filius ſororis Rabbènu Tham, de quo teſtantur Rabbini Galliæ, quòd ſexaginta Rabbini ab eo didicerint, & quilibet iſtorum ſciuerit Codicem vnum (ex Talmude); atque hi oretenus diſcebant, & mouebant obiectiones ex Ghemarà contra Ghemaram. Fuit etiam Præceptor R. Iudæ de Pariſio, cognomento חסיד *Chasìd Pij*, vt apparet ex libro סמ״ג num. 211. in affirmatiuis. Obijt anno 4935. Chr. 1175. Fuit vnus ex Auctoribus *Thoſaphòth*. Hæc ex *Iuchaſsin* pagina 131. Vide *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 54.

תתקמ״א **ר׳ יצחק בעל החוטם :**

עיין ר׳ יצחק ברבי יוסף מקרביל :

941 R. ISAAC BAA'L HACHOTE'M ſic dictus à magnitudine naſi. Vide *R. Iſaac Berabbì Ioſeph de Korbil*.

התקמ״ב ר׳ יצחק בן חונים ומשה בן שמואל בן יהודה ן׳ תבון
העתיקו מלשון הגרי אל לשון עברי יסודות איוקליד אשר מלשון יונית העתיקו אל ולשון הגרית ן׳ קורא :

942 R. ISAAC BEN CHONA'IM, & R. Moſes Ben Samuelis, Ben Iudæ Abèn Tibbòn, quindecim libros Elementorum Euclidis ex lingua Agarenica in linguam Hebræam tranſtulerunt, quos olim Ibn Korrà ex Græco Agarenos fecerat. Reperiuntur ſcripti in membrana cum figuris in Bibliotheca Lugdun. Batau. inter libros Warnerianos, qui ſeriùs acceſſerunt, in 4.

התקמ״ד ר׳ יצחק חיות ראש ישיבה ואב בית דין בפראג שנת שמ״ד וחבר ס׳ פחד יצחק : פני יצחק: קרית ארבע: ושיח יצחק :

943 R. ISAAC CHAIIOTH Præſes Scholæ, & Pater Curiæ Synagogæ Pragenſis anno 344. Chriſti 1584. Scripſit quatuor libros, quorum primus eſt -

פחד יצחק *Pàchad Itzchàk, Pauor Iſaaci*, Tit. ex Gen. 31. 42. Lublini in 4. Secundus -

פני יצחק *Penè Itzchàk Facies Iſaaci*, Titulus ex Geneſeos capite 27. ver. 30. Tertius -

קירת ארבע *Kiriàth arbaà Ciuitas quadripartita quadrata*, Tit. ex Gen. 23. 2. & Nehemia 11. 25. nomen eſt propriū Ciuitatis. Quartus -

שיח יצחק *Sìach Itzchàk Meditatio Iſaaci* (reſpicit ad illud Gen. 24. v. 63.) Hi quatuor libri numerantur à R. Dauid Ganz; ſed de qua re in eis tractetur, nec voculam quidem profert. Solùm libro 2. ad annum 844. quarti millenarij, Chriſti 88. citat librum *Pàchad Itzchàk* huius Auctoris, & indicat in eo agere de portentoſis hiſtorijs Talmudicis, quæ non ſecundùm literam, ſed ſecundùm myſticum ſenſum debent intelligi. Ad annum autem ſuprà notatum 344. Chr. 1584. vbi præfatos libros enumerat: in *Kiriàt arbàa* dicit, eum eſſe Syntagma magnum, & nihil aliud de eo profert.

Buxtorfius maiorem notitiam de hiſce libris nobis non affert. Dicit tamen, quòd *Pàchad Itzchàk* ſit excuſus Lublini in 4. & *Siach Itzchàk* Pragæ in 4. Et *Kiriàth arbàa* ſit liber magnus, & *Penè Iſaac* ſit huius Auctoris.

Plantauitius vocat hunc Auctorem R. Iſaacum חיות *Chaijzium*, num. 569. in פני יצחק & dicit, hunc eſſe librum Iudicialem, excuſum Cracouiæ. Et num. 685. in שיח יצחק *Sìach Itzchàk* aſſerit eſſe librum Legalem; & num. 629. in קרית ארבע pariter librum Legalem, & excuſum Pragæ in folio. Præter hos quatuor numeratos libros, addit R. Dauid Ganz loco citato, quòd alios multos Tractatus compoſuerit hic Auctor, & quod anno prænotato 344. Chriſti 1584. Pragam venerit, & in ea Synagoga factus ſit ר״י ואב בית דין *Præſes Academiæ*, & Pater Domus Iudicij tribus annis cum dimidio: quo tempore viuebat prædictus R. Dauid Ganz. A prænotatis Auctoribus communiter vocatur R. Iſaac Pragenſis.

התקמ״ה ר׳ יצחק בן ר׳ חנין העתיק ספרי ארסטו אל לשון העברי כמו שזכר הרמב״ם באגרתו אשר שלחה אל ר׳ שמואל ן׳ תבון :

944 R. ISAAC BEN CHANE'N, tranſtulit in linguam Hebraicam Opera Ariſtotelis, prout teſtatur R. Moſes Bar Maijmonis in Epiſtola ſua

ſua ad R. Samuelem Abèn Tibbòn.

התקע״ס רבי יצחק בן ר׳ חנניה ארובאש חבר ס׳ אמת ואמונה והוא מכון המצות לפרקים מנות עשה ולא תעשה תרי״ג : בלשון עברי והעתיקם בלשון לעז : ועקרי דת היהודים ויסודותיו שלשה עשר יסודות : והלכות ציצית : תפלין : ברכות השחר קה״ש : תפלה : כה״ן : ושמן : ברכות שבת פסח יום טוב : ולימוד ואיסור : וקבצם בקיצור מספר״ק מהשלחן ערוך והעתיקו בלשון לעז ונדפס בויניציאה שנת תי״ד :

945 R. ISAAC BEN CHANANIA' ARVBA'S ſcripſit Opuſculum, quod appellauit -

אמת ואמונה *Emèth vuemunà Veritas, & Fides*. Complectitur per compendium 613. præcepta ſecundùm ſententiam R. Moſis Bar Maijmonis. Item 13. articulos fidei Iudæorum. Variaſque lectiones, de fimbrijs, philacterijs, benedictionibus, precibus, & vetitis, ac licitis: omnia compilata ex libro *Mabarik*, & *Sciulchàn arùch*, & in linguam Italicam conuerſa. Excuſum Venetijs anno 414. Chriſti 1654. apud Chriſtophorum Ambroſium in 12. Eſt traductio inepta, & barbara.

התקע״ו ר׳ יצחק מטיוולי חבר פסקים על מסכת פסחים: יומא: סוכה: יום טוב: ראש השנה ומגלה:

946 R. ISAAC TIBVRTINVS, ſcripſit quaſdam Deciſiones ſuper Codices Talmudicos *Pèſach*, *Iomà*, *Succà*, *Iom Tòu*, *Roſc haſcianà*, & *Meghilà*. Explanatæ poſtea fuerunt à *R. Iuda Romano*; quibus additæ ſunt Annotationes à R. Beniamin de Nurſia. Extat mſc. in Bibliotheca Vrbinat. apud Vatic. Pergam. in 4.

התקע״ו רבי יצחק טירנא חבר ספר מנהגים :

947 R. ISAAC טירנא TERNA compoſuit librum -

המנהגים *Hamminhaghìm Rituum*, quibus traditur modus regulandi, & ordinandi feſta Iudæorum, & recitandi preces in Synagoga. Huius meminit *Iuchaſs*. pag. 164. b. ſub nomine ר׳ אייזק טירוט *R. Izaàk Terùt*, ſicut & facit R. Dauid Ganz ad ann. 220. Chr. 1660. Habuit Magiſtros הרר״א *Hararà*, id eſt *R. Abraham* קלויזנר *Kluuiznèr*, & הר״ר *Haràr*, hoc eſt *R. Aharòn* cognomento הקדוש *Hakkadòſc Sanctus*. Cæterùm hic liber excuſus fuit Cracouiæ anno ש״נז 357. Chriſti 1597. & Venetijs Hebræo Germanicè cum figuris anno Domini 1601. in 4. Alij ſunt libri *Minhaghìm*. Vide *R. Iacob Leuita*.

התקע״ט ר׳ יצחק בר יהודה חבר ש״ות :

948 R. ISAAC BAR IVDÆ ſcripſit -

ש״ות *Sceelòth vtſciuòth Quæſita, & Reſponſa*. Excuſa Venetijs apud Danielem Bombergum, in 4.

התקע״ט ר׳ יצחק יהודי חבר כמה דברים על מיתת המשיח :

949 R. ISAAC IVDÆVS Magiſter Synagogæ Hebræorum, ſcripſit *quædam notabilia de Paſſione Chriſti, extracta de Biblia Hebræorum, quæ non ſunt in noſtra, & vocatur Theſaurus Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Titulus eſt cuiuſdam libelli excuſi Bononiæ apud Alexandrum Benaccium an. 1563. in 8. in quo multa ſunt apocrypha, & nul-

Digitized by Google

lius auctoritatis, immò ſeuera cenſura digna. Reperitur in Biblioth. Vaticana num. 4357. librorum impreſſorum.

תתקנ״ **ר׳ יצחק יהודי** חבר פי׳ על שם הקודש ;

950 R. ISAAC, neſcio quis, ſcripſit Explanationem Nominis ſancti. Ex Cardinali Bona, in ſuo Indice appoſito in principio Hierarchiæ pſallentis Eccleſiæ.

תתקנא״ **רבי יצחק יהודי** ואחר כך נעשה אפיקורס חבר ס׳ האמונה על דת משיחנו ;

951 R. ISAAC IVDÆVS, & poſtea ex Iudæo Chriſtianus ſcripſit librum

האמונה *Haemunà Fidei* Chriſtianæ; nempè: de Sancta Trinitate; & de Incarnatione Domini. Quo oſtendit in vna Deitate tres eſſe Perſonas, vt tamen ſit in ſingulis proprium aliquid, quod non habeat alia. Patrem ſcilicet hoc habere proprium, quòd ipſe ſit origine prior, & origo ſit aliorum. Filium hoc habere proprium, quòd genitus genitore non ſit poſterior. Spiritum Sanctum hoc habere proprium, quòd nec factus ſit, nec genitus, & tamen ſit ex altero. De Incarnatione verò Domini ita ſcribit, vt manentibus in eo duabus naturis vna credatur Filij Dei Perſona. Ex Gennadio Presbytero Maſſilienſi lib. de ſacris Scriptoribus cap. 26. Claruit ante annum 1200. In lucem editus fuit à Iacobo Sirmondo Societatis Ieſu Presbytero, Pariſijs apud Sebaſtianum Cramoyſi 1630. in 8. Vide pagina 137. eiuſdem.

תתקנב״ **ר׳ יצחק** הנקרא ר׳ אייזק בן ר׳ יהושע אב בית דין בק״ק אמשטרדאם הסכים הסכמה על פירוש ר׳ משה בר שלמה לס׳ עשרה מאמרות : עיין בערך שם לועזו מסתבר ;

952 R. ISAAC BEN R. IEHOSCIV'A, Pater Domus Iudicij, hoc eſt Præſes Curię Synagogę Amſtelodamenſis, approbauit Commentarium R. Moſis Bar Salomonis in librum *Aſſarà Maamaròth*. Vide hunc Auctorem ſub nomine *R. Moſes Bar Salomonis*.

תתקנג״ **ר׳ יצחק בן ר׳ יום טוב כהן** חבר פי׳ על התורה וקראו חזקוני ;

953 R. ISAAC BEN R. IOM TO'V COHE'N, ſcripſit breuem, ſed egregiam Explanationem ſuper omnes ſectiones Pentateuchi, explicando tria, vel quatuor loca, eaque difficiliora cuiuſlibet ſectionis, eamque vocauit

חזקוני *Chizkunì Roborans me*: Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana ſub num. 57. Papyr. in 4. ſcripta an. 203. Chr. 1443. quamuis reperiatur etiam impreſſa.

Aduerte: Aliam reperiri Explanationem in Pentateuchum Moſis ſub eodem titulo חזקוני *Chizkunì*, de quo vide Parte II. num. 522. pag. 830. col. 1.

תתקנד״ **רבי יצחק ברבי יוסף מקורביל** הנקרא בעל החוטם שהיה לו חוטם גדול וחבר ס׳ עמודי גולה והוא ס׳ מצות קטן הנקרא סמ״ק ;

954 R. ISAAC BERABBI' IOSEPH DE KORBI'L, ſiuè CORBEIL Oppido Galliæ ad Sequanam fluuium, ſeptem leucis ſupra Lutetiam. Huius Auctoris fit mentio in Annotationibus libri ח״י *Haijàd*, *Halachòth* שביתת עשור cap. 2. & à magnitudine naſi, quem illi *liberaliter* natura largita fuerat; vel vt *alij volunt*, quia ſuper naſum pilos habe-

habebat, בעל חוטם *Baal chotèm* appellatus eſt. *Iuchaſsin* pagina 133. in ipſo principio, vbi & generum R. Iechielis de Pariſio eum facit. Et Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 58. propè finem addit: eumdem Iechielem fuiſſe ſuum Præceptorem. Scribit autem *R. Iſaacum* Magiſtrum fuiſſe ipſius של ה׳ר׳ף הכהן *Harràph Haccohèn*, id eſt *R. Pèretz Sacerdotis*. Scripſit -

עמודי גולה *Amudè gholà Columna captiuitatis*, ex *Iuchaſsin* loco citato, & ex *Scialſcèleth hakkabbalà*, vbi ſuprà: Tractat de præceptis, quæ hodie ſunt in vſu apud Iudæos, & reperitur mſc. in Biblioth. Vrbin. apud Vatic. ſub num. 27. Pergam. in fol. paruo. Scripſit -

ס׳ מצוות חקטן *Sèpher mitzuòth hakkatàn Librum Præceptorum paruum* communiter dictum ס׳מ׳ק *Samàk*. Vnde prudenter Buxtorfius vnum, & eumdem librum facit *Amudè gholà*, & סמ׳ק *Samàk*, qui primùm excuſus fuit Cremonæ, & poſtea Cracouiæ anno 1596. nempè mundi 5356. Additæ ſunt Concordantiæ Biblicæ, Talmudicæ, ex *Arbàa Turim*, *Rambàm*, & ex *R. Moſcè Mikkòtzi*: Item notæ, & explicationes variæ. Excuſus etiam fuit Conſtantinopoli in 4. Vnum ex his exemplaribus vidi in Collegio S. Pancratij Carmelit. Diſcalceat. extra Portam Aureliam Vrbis. Obijt an. 5000. Chriſti 1240. ex *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 58.b. in princip. ſed ſecundùm *Iuchaſsin* pag. 133. anno 30. ſexti millenarij, Chriſti 1270.

תתקנ״ה רבי יצחק בן רבי יוסף יעבץ חבר ס׳ אות אמת והוא פי׳ על מכילתא ; רבות ; ומדרשים :

955 R. ISAAC BEN R. IOSEPH IAABETZ ſcripſit Commentar. in libros מכילתא *Mechiltà*; רבות *Rabbòth*, & מדרשים *Medraſcim*, quibus titulum fecit -

אות אמת *Oth emèth Signum veritatis*. Reperitur inter libros legatos Bibliothecæ Lugdun. Batauæ à Warner. Excuſ. Theſſalonicæ regnante Solimano.

תתקנ״ו רבי יצחק בר יוסף בן ישראל הנקרא ריב״בי ספרדי חבר שלשלת הקבלה מכל החכמים שעשו ספרים ומחברים בספרד ומכל גדולי ספרד מיום שגלו לספרד עד זמן המחבר בשנת ה״ע לבריאת עולם ; וגם כן חבר ס׳ בחכמת יסוד העיבור ; וחבר לוחות מתחכונה :

956 R. ISAAC BAR IOSEPH, BEN ISRAE'L, abbreuiatè dictus ריב״בי *Riuiui*, Mathematicorum, & Chronographorum ſapientiſſimus Hiſpanus, compoſuit -

שלשלת הקבלה *Scialſcèleth hakkabbalà Catenam Kabalæ Traditionis*, hoc eſt librum de Scriptoribus gentis ſuæ, natione Hiſpanis, alijſque Viris eiuſdem nationis ſapientia claris, à tempore, quo in Hiſpaniam captiui ducti ſunt Iudæi vſque ad ætatem ſuam, nempè an. mun. 5070. Chr. 1310. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana papyr. in fol. Scripſit -

יסוד העיבור *Ieſòd Haijbbùr Fundamentum Emboliſmi*, quo agitur de ratione embolizandi annos, & conficiendi Calendarium Iudæorum. Compoſitus fuit huiuſmodi Tractatus in gratiam *R. Aſcèr Bar Iechielis Germani* Archiſynagogi in Vrbe Toleti anno prænotato 5070. Extat manuſcriptus in eadem Bibliotheca Vaticana papyr. in folio. Scripſit -

לוחות מתחכונה *Luchòth Mehatecunà* Ta-

ס' המסעדים *Sèpher hammeſaadìm Liber ſympoſiorum*, cuius meminit *R. Iſaac Abrauanel* in זבח פסח pag. 11. vbi de ciborum qualitatibus videtur agere; & R. Iſaaco Iſraëlitæ attribuit, de quo vide infrà ſub hoc nomine.

תתקנז **ר' יצחק בן ר' יושיע בן אברהם** רופא נאמן חבר ס' עולת יצחק על הדינים ׃ נדפס בפראג ׃

957 R. ISAAC BEN IOSIÆ BEN ABRAHAMI, Medicus ſedulus, ac fidelis. Scripſit -

עולת יצחק *Olàth Itzchàk Holocauſtum Iſaaci*. Liber eſt Iuridicus; de cauſis in foro decidendis tractans. Excuſus eſt Pragæ anno 368. Chr. 1608. in 4.

תתקנח **ר' יצחק יעבץ בן שלמה יעבץ** חבר ס' תורת חסד והוא פי' על כתובים וחמש מגילות ׃

958 R. ISAAC IAABE'TZ BEN SALOMONIS IAABE'TZ, ſcripſit -

תורת חסד *Toràth chèſed Lex pietatis* in Hagiographa, & quinque parua Volumina. Excuſus Calloſcopij in fol. Imperante Sultano Morad. Ex Bibliotheca Lugdun. Batauа.

תתקנט **ר' יצחק בלי** כינוי חבר ספר על הרפואה ונקרא מלותו כתבא בוולמיקלנו כי בלשון לטין ׃

959 R. ISAAC, neſcioquis, Medicus, ſcripſit librum de Medicina, qui in linguam latinam conuerſus dictus eſt *Dieta vniuerſales*, ex quo quædam excerpta ſunt, quæ habentur in Cod. mſc. Bibliothecæ Vaticanę inter libros latinos ſub. num. 3010. pagina 124. Scripſit etiam de Elementis; & de Vrinis. Ibidem.

תתקס

Tabulas Aſtronomicas, quæ in eadem Biblioth. Vatic. mſc. reperiuntur Papyr. in fol. ſub num. 381. ſed videntur iſta eſſe Tractatus particulares illius magni Syntagmatis Mathematici, ab eo inſcripti -

יסד עולם *Ieſòd Olàm Fundamentum mundi*, Tit. ex Prouerb. 10. 25. quod & in gratiam Rabbènu Aſcèr ſcripſit Toleti, vt notat *Iuchaſìn* pagina 133. In eo enim omnes Aſtronomiæ partes perquam diligenter tractantur. Reperitur mſc. in Biblioth. Collegij Neophytorum Romæ, Papyr. in fol.

Reperitur etiam quoddam Opuſculum, quod Buxtorf. F. dicit eſſe ſupplementum huius libri יסוד עולם *Ieſòd Olàm*, ideòque vocari ספר המלואים, *Sèpher hammilluìm Librum ſupplementorum*. Ita in Appendice ad Biblioth. Rabbinicam patris.

Obijt anno ע'ב 72. ſexti millenarij, Chriſti 1312. *Iuchaſìn* loco nuper citato, & *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 61.

Aduerte: non eſſe confundendum hunc R. Iſaacum Ben Ioſeph Ben Iſraël, cum alio R. Iſaaco Iſraëlita, vti quidam Iudæorum faciunt, non attendentes ad diſtantiam temporis, quæ inter vtrumque interceſſerat: nam iſte R. Iſaac Ben Ioſeph viuebat tempore *Harròſc* anno 5070. Chr. 1320. vt infrà dicetur; Et R. Iſaac Iſraëlitam referunt ad annũ 4700. Chr. 940. vel ad ann. 4840. Chr. 1080. Vnde alter ab altero diſtat vel 370 vel ad minùs interuallo 230. annorum. Non ſunt igitur iſti vnus & idem Auctor, nec illorum opera inter ſe confundenda; quamuis difficile ſit ea omnia diſcernere, & cuinam horum Auctori aliqua ex illis ſint attribuenda; vti eſt -

eius doctrinæ fama inter Iudęos diffunditur; & vt tanti doctoris doctrinã audiant, ex omnibus Hiſpaniarum Regnis, & Regionibus Iudæorũ diſcipuli ad eum confluunt. Decem & octo annos Ius Iudaicũ explanat, poſt quos extremũ diem claudit in eodem Oppido Aluſina, vel, vt alij legunt, *Eliſana*, anno mun. 4863. Chr. 1103. die Sabbathi menſe Niſàn Martio, vt vult *Harrauàd*, cùm vixiſſet annis 90. Notatur in fine III. Tomi ſuorum Operum editionis Venetæ anno Dom. 1521. in folio obijſſe 11. die אייר *Ijàr* Aprilis; ibi enim de eo ſic legitur -

נגנז ארון הקדש הרב הגדול ראש גולת אריאל ׃ רבינו יצחק אלפסי ז״ל ביום שבת אחד עשר יום לירח אייר בעיר אלוסינא שנת ד׳ אלפים תתס״ג ליצירה ׃

Reconditur Arca ſancta, Magiſter magnus, Princeps captiuitatis, Ariel, Magiſter noſter Iſaac Alphesì fauſtæ memoriæ, die Sabbathi, Vndecimo menſis Ijàr (Aprilis) *in Vrbe Aluſina anno à creatione* 4863. qui correſpondet anno Natiuitatis Chriſti 1103. Ibi cernitur Epitaphium, ſed quia breuitati, vt poſſumus, ſtudere intendimus, conſultò relinquimus. Si quis eum videre cupiat; adeat Chronologiam R. D. Ganz ex verſione Guil. Vorſtij pag. 133. & 134. vbi tranſlatum Latinè tantùm inueniet. Huiuſmodi tranſlationem improbat Carpzouius in Animaduerſionibus ad Ius Regium Hebræorum Schickardi cap. 2. Theor. 5. pag. 88. & Auctoris miſereſcit, ac ridet, eamque ex textu Hebraico iterum Latinam reddit, & Vorſtianam corrigit.

Scripſit itaque Ràu Alphès ingens Opus, quod ferè compendium eſt totius Operis Talmudici, in quo fusè pertractat omnia, quæ ad Ius Hebræorum ri-

תתקס״ ר׳ יצחק בן רבי יעקב עיין ר׳ יצחק בר ברוך ׃

960 R. ISAAC BEN R. IAAKO'B. Vide *R. Iſaac Bar Barùch*.

תתקסא״ רבי יצחק ברבי יעקב אלפסי חבר חבור גדול כמו תלמוד על הדינים ׃

961 R. ISAAC BERABBI' IACOBI ALPHESI', nuncupatus breuiter הרי״ף *Hariph* (quòd per initiales literas dictionum tantundem ſonat) inter Doctores Hebræos doctiſſimus cenſetur. Naſcitur in pago, cui nomen קלעה חמאד *Kelaàh Chamàd* non longe à Fez Africæ Vrbe, & à qua Feſſanum Imperium nomen ſuſcipit, anno ab Orbe condito 4773. Chriſti 1013. & ab eadem ſortitus eſt cognomen *Alphesi*, quaſi diceres *Alpheſita*. In patria diù vixit, docuitque Talmudem vſque ad annum ætatis ſuæ 75. ſed exortis grauiſſimis ſimultatibus cum aduerſario ſuo כלפה בן אלאעגאב *Calphà Ben Allaagab*, cogitur Vir decrepitus patrium ſolũ vertere, nidulum ſuum relinquere, & aliò inuitus abire. Gaditano itaque freto ſuperato, Hiſpaniam appulit, & in vicinam tunc temporis Iſmaëlitarum Regiam, Cordubam ingreditur an. à mun. exordio 4845. Chr. 1085. vbi maximo cum honore à R. Ioſepho Ben Meir Ben Sartamigas, qui Principatum inter Hebræos in ea Vrbe tenebat, ſuſceptus, Talmudicos Codices explicare cæpit. Huiuſmodi munus aliquandiù exercuit, non ſine ęmulorum inuidia; vnde vt quietiùs viueret, Corduba Vrbe relicta, אלוסינא *Aluſinam* venit. Oppidum non longè à Corduba diſtans, & fortaſſis eſt illud, quod hodie *Luzena* dicitur, ibique Academiã aperit. Interim longè lateq;

no 70. Chr. 1319. vt vberiùs dicetur ſuo loco. Interim vide quid de eo dicatur in *Scialſc. bakkab.* pag. 58. b. Finit ad pag. 54. Ibidem ſequitur -

תוספתא *Toſaphtà* in eundem Codicem *Berachòth*, & in alios ſubſequentes Codd.

פיאה ׃ דמאי ׃ תרומות ׃ שבועות ׃ כלאים ׃ מעשרות
מעשר שני׃ חלה ׃ ערלה ׃ ובכורים ׃

De *Toſaphtà* quid ſit, ſatis dictum eſt non vno in loco. Vide ſuprà pag. 346.

Pag. 69. Incipiunt חלכות קטנות *Halachòth ketanòth Lectiones paruæ* cum expoſitione R. Ioſephi חביבא *Chauiuà* nuncupata נימקי יוסף *Nemukè Ioſèph*, de qua vide ſuprà ſub hoc nomine; & cum לקיטים מפסקי הרא״ש *Spicilegijs collectis ex deciſionibus Harròſc*, id eſt *Rabbènu Aſcèr*, quas in præſentis Auctoris Opus ipſe confecerat, quibus adiungitur פי׳ *Perùſc Raſcì*. *Halachòth* autem *ketanòth* ſunt quinque -

1 הלכות טומה *Halachòth Tumàh De immunditia* cum expoſitione *Nemukè Ioſèph*, & *Piskè Harròſc*, incip. pagina. 69.

2 הלכות ס׳ תורה *Halachòth Sèpher Thorà De libro Legis* cum *Raſcì*, *Harròſc*, & *Nemukè Ioſèph*, pag. 72.

3 הלכות מזוזה *Halachòth Mezuzà* de *Scheda oſtiaria* cum ijſdem, pag. 75.

4 הלכות תפילין *Halachòth Tephillin* cum expoſitione eorundem pag. 77.

5 הלכות ציצית *Halachòth Tzitzìth* cum expoſitione eorundem pag. 84.

Ad pag. 89. ſequitur מרדכי ſuper ijſdem *Halachòth ketanòth*.

Pag. 98. מסכת שבת *Maſsècheth* Cod. *Sciabbàth* cum *Perùſc Commentar. Rabbènu Niſsim*, & *Raſcì*.

Pag. 170. *Mordochì* in שבת *Sciabbàth*.

Pag. 183. *Toſaphtà* in *Sciabbàth*.

Pag.

ritè adminiſtrandum ſpectare videntur: vnde, & paruum Talmud non incongruè appellari poteſt; quo circa, quia Iudæis interdicitur lectio Talmudis, loco ipſius, communiter in eorum Academijs, legitur & explanatur Ràu Alphès; & eſt ipſi Talmudi adeò ſimile, vt mirum videri non debeat, ſi nonnulli parum in Hebraicis verſati, huiuſmodi Opus pro ipſo Talmude aliquando acceperint, non ſine quietis periculo poſſeſſori. Quo diuulgato, ob ſummam iſtius Rabbini celebritatem, R. Salomon Iarchì, qui tunc viuebat, ſtatim poſt acceptum librum eundem commentatus eſt, & biennio poſt mortem Ràu Alphès, etiam & ipſe deſijt in humanis degere. Huiuſmodi Opus Ràu Alphès prodijt Venetijs cum Commentarijs in tres Partes, ſiuè Tomos diuiſum, apud Danielem Bombergum anno 5281. Chriſti 1521. anno primo Antonij Grimani Venetorum Ducis, in folio magno, cuius œconomiam hoc pacto manifeſtabo.

Tomo I. in maiori columna, craſſioribus literis, ac quadratis, vt vocant, reperitur textus Miſcnæ, & Ghemaræ, decurtatæ tamen ſecundùm intentum Auctoris; & hæc eſt compoſitio Operis Rau Alphès. Iuxta huiuſmodi textum reperitur -

פי׳ ר״שי *Perùſc Raſcì Explanatio R. Salomonis*; & in altera columna extant prolixi Commentarij רבינו יונה *Rabbènu Ionà* ſuper hunc primum Codicem *Berachòth*, & finit ad pag. 48. poſt quam ſequitur -

מרדכי *Mordochì*, quæ eſt alia Explanatio eiuſdem Codicis, ſic dicta à nomine Auctoris Mardochæi BeRabbì Hillèl Germani de Auſtria interfecti an-

ſunt Commentarij, qui in vniuerſo Opere *Ràu Alphès* reperiuntur.

Additæ etiam fuerunt השגות *Animaduerſiones*, quæ à Sapientibus factæ ſunt in præfatum *Ràu Alphès* nimirùm ab Auctore העיטור *Haittùr*, הראב״ד *Harrauàd*, רבינו יונה *Rabbènu Ionà*, & הרא״ש *Haròſc*. cum quibuſdam reſponſionibus ad interrogationes factas ipſi Ràu Alphès, & alijs ſuis petitionibus, quibus ſibiipſi non rarò reſpondet: quę omnia ſuis proprijs locis ritè fuerunt diſpoſita; Ita vt nihil in angulo ſartaginis ſit relictum. Appoſita etiam in principio I. Tomi Præfatione R. Ioſuè בועז Bòaz Bar שמעון Scimòn, Bar Abraham, Bar Scem Tòu de familia ברוך Barùch, de exulibus Cataloniæ, in qua manifeſtat conſilium ſuæ intentionis, qua motus ſit ad procurandam hanc nouam Operis Ràu Alphès editionem, quę excuſa eſt Sabionetę ſub dominio Veſpaſiani Gonzagæ Columnæ anno שי״ד 314. Chr. 1554. in folio magno tribus Tomis comprehenſa.

Fuit etiam huiuſmodi Opus Raù Alphes cum Commentarijs Raſci, R. Ionæ, & R. Niſsim excuſum Cracouiæ an. שנ״ג 353. Chr. 1597. in fol. Item, Baſileæ ſine Comment. anno שס״ב 362. Chriſti 1602. in 8. Denuò eadem Opera excuſa ſunt cum Comment. *Raſci*, & מראה מקום *Morè makòm Concordantijs marginalibus* Amſtelodami apud Immanuelem Benbenaſti anno ת״ג 403. Chr. 1643. in 4.

Mordòchi, pagina 242. *Toſaphtà*, pagina 262.

Cod. סנהדרין *Sanhedrìn* cum *Perùſc Raſcì*, & *Perùſc Nemukè Iosèph*, pagina 265. *Mordochì*, pag. 283. *Toſaphtà*, pag. 287.

Cod. מכות *Maccòth* cum *Perùſc Raſcì*, & *Rabbènu Niſsim*, pagina 291. *Mordochi*, pagina 295. *Toſaphtà*, pagina 296.

Cod. שבועות *Sceuuòth* cum *Perùſc Raſcì*, & *Rabbènu Niſsim*, pag. 296.

Cod. נדה *Niddà*, מקואות *Mikuaòth*, & שבועות *Sceuuòth*, pagina 330. *Toſaphtà Sceuuòth*, pag. 341.

Cod. ע״ז *Auodà Zarà* cum *Perùſc Raſcì*, & *Rabbènu Niſsim*, pagina 343. *Mordochì*, pag. 384. *Toſaphtà*, p. 360.

In fine additur Tractatus שערי שבועות *Sciarè Sceuuòt De Portis Iuramentorum*. De Iuramentis iudicialiter exigendis; & modo, quo à Iudicibus expetenda, & à reis præſtanda ſint, 20. capitibus abſoluitur. Compoſitus eſt à R. Iſaaco Ben R. Ruben. Et hoc modo Tres Partes Ràu Alphès editionis Venetæ abſoluuntur.

2 Poſt hanc editionem prodijt Sabionetæ in Italia alia editio auctior, & perfectior multò quàm fuerat Veneta; nam præter ea, quæ in Veneta editione habentur, adduntur multa, videlicet: Controuerſiæ, quæ vertuntur inter *Toſaphòth*, *Maijmòn*, סמ״ג *Samàgh*, טור *Tur*, & reliquos Cauſidicos diſceptantes cum Ràu Alphès circa aliqua Iuris loca difficiliora. Et cum nouis Commentarijs Rabbènu Iſaiæ אחרון *poſtremi* nuncupatis. Adduntur

שלטי הגבורים *Sciltè hagghibborim Clypei fortium*, Tit. ex Cant. Canticor. 4. 4.

תתקסב רבי יצחק בן רבי יעקב דלטים עיין ר׳ יצחק דלטים׃

962 R. ISAAC BEN R. IAACOB DE LATTES. Vide R. *Iſaac de Lattes*.

מראות השתן *Maròth baſcèten De inſpectione Vrinæ*, fuerit huius R. Iſaaci Iſraelitæ, quia in principio huius libri leguntur hæc verba: אמר ר׳ יוסף בן הרב ר׳ יצחק הישראלי וכו׳ *Dixit R. Ioſeph Ben Harràu R. Iſaaci Iſraëlitæ &c.* quod de aliquo alio Iſaaco Iſraëlita intelligi debet. Quia ſi Iſaac Iſraëlita Auctor, de quo modò loquimur, vxorem nunquam duxerit, conſequenter filios ex legitimo matrimonio nullos habere potuit; nec R. Ioſeph, quando dicit, *filius Iſaaci Iſraëlitæ*, hunc Iſaacum Iſraëlitam perpetuò cælibem intelligere voluit, niſi illegitimum filium huius R. Iſaaci Iſraëlitæ cum ignominioſa natalis macula prodere ſe voluerit, quod credibile non eſt. Ergo dicendum de alio aliquo cum ſimili nomine & cognomine eum fuiſſe locutum; cùm & alij R. Iſaaci Iſraëlitæ non defuerint, quod idem Auctor *Scialſcèleth hakkab.* ibidem indicat: Et quidem de alio R. Iſaaco Iſraëlita quædam refert, quæ nullo modo intelligi poſſunt de hoc noſtro præſenti Auctore R Iſaaco Iſraëlita: vt quando dicit; quòd Iſaac Iſraëlita fuerat ſynchronus הרא״ש *Harròſc*, & quòd alter ad alterum Epiſtolas miſerit, quod quidem intelligi non poteſt de hoc noſtro R. Iſaac Iſraëlita; quia Harròſc, hoc eſt Ràu Aſcèr viuebat anno 5070. Chr. 1310. Parte I. pagina 502. at R. Iſaac Iſraëlita hic noſter obijt an. 4700. Chr. 940. annis 380. ante mortem R. Aſcèr. Ergo hic ab illo Epiſtolas non potuit recipere, cùm nondum natus eſſet. Hoc animaduertens Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 40. ſuprà citata, cogitur fateri, huiuſmodi Rabbinos eſſe inuicem valdè diſtinctos, & eum, ad quem ſcribebat Ràu Aſcèr, longè

alium

מתקסנ״ ר׳ יצחק בן ישראל ספר

וידוי שאומרים במנחה ליום כפור ומתחיל רבונו של עולם וכו׳ :

963 R. ISAAC BEN ISRAEL compoſuit formulam confitendi peccata, quam Iudæi ſecundùm ritum Hiſpanorum Iudæorum recitant למנחה יום כפור *tempore veſpertino diei Expiationum*, & incipit -

רבונו של עולם *Ribbonò ſcel olàm Domine mundi, &c.* Reperitur in II. Parte Precum annualiũ Hiſpanorum מימים נוראים pag. 221. ſecundùm editionem Venetam an. Domini 1656. in 8. & ſecundùm editionem antiquiorem pariter Venetam, in 8. an. ש״מך 360. Chr. 1600. apud Ioannem de Gara pag. 330 b. Eſt & alia confitendi formula eiuſdem Auctoris, quæ incipit -

רבון העולמים *Rabbòn haolamim Domine Vniuerſorum &c.* & in eodem libro Precum reperitur pag. 245. & in alia editione Ioannis de Gara pag. 373.

מתקסד״ רבי יצחק הישראלי עפס

חבור על הרפואה שנעתקו אל לשון לטינו : וחבר פי׳ על מסכת מכות וחברים אחרים וחיה יותר מק׳ שנים ולא נשא אשה ומת שנת ד״ת לבריאה :

964 R. ISAAC ISRAELITA, Doctor in Iure Hebræorum, & Medicus inſignis; cuius Opera, ſecundùm quod tradit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 40. in linguam Latinam tranſlata fuerunt. Vixit ſupra annos centum, nunquam vxorem duxit, & mortuus eſt anno 4700. à creatione mun. Chr. 940. Scripſit in Cod. Talmudis מכות *De percuſſionibus*. Putat idem Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. citata, quòd liber quidam de Medicina nuncupatus

libri Terminorum meminit הרמב״ם *Harrambàm* in Epiſt. ad R. Samuelem Abèn Tibbòn, eoſque paruifacit, cùm tantùm purus Medicus ſit, nec aliquid Philoſophiæ ſciat, ideòq; in eis nihil ſolidi contineri, ſed totum ventoſum, & vanum eſſe ait: qui mſc. reperitur in Bibliotheca Lugdun. Batauica inter Codices Warnerianos.

תתקס״ה **רבי יצחק כבוד** כתב ס׳ עולת יצחק:

965 R. ISAAC CAVO'D ſcripſit librum

עולת יצחק *Olàth Itzchàk Holocauſtum Iſaaci*. Liber legalis complectens 95. *Scearim Tractatibus*, omnes penè Legis iudicialis, & cæremonialis deciſiones iuxta Talmudicos canones. Excuſus Pragæ anno 367. minor. ſupput. Chriſti 1607. in 4. Hæc ad literam ex Plantauitio.

תתקס״ו **ר׳ יצחק כהן בן שלמה** חבר פירוש על איוב:

966 R. ISAAC COHE'N BEN SALOMONIS ſcripſit Commentarios in Iob. Excuſi Conſtantinopoli apud Eliezarem Ben R. Gherſciòm Soncinũ anno 305. Chr. 1545. in 4. regnante Sultano Solimano.

תתקס״ז **רבי יצחק כהן** העתיק איוקלידי מיגרינצי מלשון יונית אל לשון ערבית:

967 R. ISAAC COHE'N, ex Græca in Arabicam linguam vertit Euclidem Megarenſem. Extat abſolutus mſc. in Bibliotheca Laurentiana Eſcuriali, ex Hotting. Biblioth. Orientali. In Indice librorum Bibliothecæ Lugdunenſis Batauæ inter libros Warnerianos,

alium fuiſſe ab eo, quem modò deſcribimus, & de quo in præſenti agimus. Vnde arbitratur, iuniorem Rabbi Iſaacum ſynchronum *Ràu Aſcèr* היה בן בנו של זה *fuiſſe filium filij huius*, nempè hunc Rabbì Iſaacum Iſraëlitam fuiſſe auum Rabbì Iſaaci contemporanei Ràu Aſcèr, in cuius gratiam ſcripſerit librum יסוד עולם *Ieſòd olàm*, & de quo egimus paulò ſuprà ſub nomine R. Iſaaci Ben Ioſephi, Ben Iſraël, quamuis & hoc difficultate non careat; nam credibile non eſt hiſce tribus generationibus inſumi potuiſſe ſpatium 370. annorum, neque eo tempore vnquam eſt auditum, homines vixiſſe ſupra 120. annos; & poſt Moſen vix aliquis inuenitur, qui tam longè vitam protraxerit. Itaque dicendum: duos hos Iſaacos taliter inter ſe eſſe diſtinctos, vt vnus ab altero minimè dependeat. Ex confuſione horum Auctorum inter ſe, ſequitur confuſio ipſorum quoque Operum, vt nonnulla ex ijs, cuinam attribuenda ſint, penitùs ignoremus. Ea autem quæ in Bibliotheca Vaticana ad Medicinam pertinentia, lingua Catalonica, & characteribus Rabbinicis manuſcripta, reperiuntur, neſcitur vtrum ſint huius, vel alterius Rabbì Iſaaci. Scripta ſunt papyr. in 4.

Itemque de alio Opuſculo *De elementis* pariter Iſaaci Iſraëlitæ in Bibliot. Vrbinat. apud Vatic. mſc. Papyr. in 4. ſub num. 53. idem iudicium eſt ferendum; ſicut & de alio *De dietis particularibus*. Buxtorf. F. cuidam Iſaac Iſraëlitæ tribuit מנהיג הרופאים *Manhig Harropheim Dux, Rector Medicorum*. Regulæ ſunt medicinales mſc. Ita Buxtorf.

ס׳ היסודות וס׳ הגבולים *Libri Elementorum*, &

In ea agitur de exiſtentia Dei; & rerum ſpiritualium, atque ſuperiorum motu. Secunda Pars vocatur גנזי המלך *Ghinzè hammèlech Theſaurus Regis*, qua explicantur nonnulli verſiculi primi cap. Geneſeos, & agitur de Prophetia. Tertia Pars dicitur צורת עולם *Tzuràth Olàm Figura mundi*. Alium libellum cum hoc titulo extra hanc tertiam Partem euulgauit; in hac tamen agitur de Cælo, & Mundo, & de Microcoſmo. Item de myſterio אורים ותומים *Vrim, & Thumim, Illuſtrationum, & perfectionum*, quæ in pectorali iudicij emicabant in lapidibus pretioſis. Extat hic liber in Bibliotheca Vaticana mſc. in fol. Pergam. ſub numero 371. compoſitus ab Auctore, vt ibi legitur, 60. anno poſtquam compoſitus fuerat מורה הנבוכים *Morè hanneuuchìm* R. Moſis Ægyptij, cuius compoſitio completa fuit anno mundi 944. Chriſti 1184. Ergo huiuſmodi liber *Sciàar haſciamàim* compoſitus eſt anno Domini 1244. quo æuo clareſcebat hic Auctor. Qui præter narratos libros ſcripſit -

ל״ט תשובות 39. *Teſciuuòth Reſponſiones*, quibus totidem שאלות *Sceelòth Interrogationibus*, ſeù *Quæſtionibus* à R. Iedaaià Penimì ſibi propoſitis reſpondet. Iſtæ habentur in אגרת התשובה *Epiſtola reſponſiua* exiſtente in Bibliotheca Vatic. mſc. Pergam. in fol.

Ex his corrige Plantauitium numero 701. ſuæ Bibliot. Rabbin. in שער השמים *Sciàar haſciamàim*, qui in argumento libri, in cognomine, & patria Auctoris grauiter errat, ait namque: *Sciàar haſciamàim eſt liber Philoſophicus, de rebus ſublunaribus, & meteoris agens. Auctore* ר׳ יצחק לפט *R. Iſaacho Laphet Gallo.* De

nos reperitur liber, cui titulus eſt -

כפתור ופרח *Caphtòr vpràch Pomum, & Flos* & tribuitur cuidam Iſaaco Cohèn, in quo dicitur tractare *de Iudicijs terræ Iſraelis ſuo tempore vſitatis, vt & de alijs.* Venetijs in 4. Eſt & alius liber cum hoc eodē titulo, de quo vide ſuprà num. 860. pag. 852.

קקס״ס רבי יצחק ן׳ לאטיף או לטף ספרדי והרופא

חבר כמה ספרים ונם א׳ קרא צורת העולם : ב׳ צרור המור : ג׳ רב פועלים : ד׳ פירוש קהלת : ה׳ שער השמים וסוא חבור גדול ויפה על דרך המורה ויש בו טעם קצת מצוות ועיין בתשובות בר ששת סימן קנ״ו :

968 R. ISAAC ABE'N LATI'PH, ſeù vt ſcribit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* לטף *Latàph Hiſpanus*, inſignis Philoſophus, Phyſicus, Aſtronomus, & Geographus, ſcripſit V. libros, quos recenſet Auctor mox laudatus pagina 59. quorum primus eſt -

צורת העולם *Tzuràth haolàm Figura mundi, de ſitu Orbis, & Cæli conſtitutione;* vniuerſam Aſtronomiam, & Geographiam complectitur.

2 צרור המור *Tzeròr hammòr Faſciculus myrrhæ*, Tit. ex Cant. Cantic. 1. 13. cuius argumentum non indicatur. Eſt & alius liber cum hoc titulo R. Abrahami סבע *Sauàa* Commentar. in Legem de quo Par. I. num. 102. pag. 48.

3 רב פועלים *Ràu Poalìm Magnus factis*, Philoſophica varia.

4 פירוש קהלת *Perùſc Kohèleth Commentarius in Eccleſiaſten.*

5 שער השמים *Sciàar haſciamàim Porta Cæli*. Eſt non paruæ molis liber, qui in tres Partes diuiditur. Prima retinet nomen *Sciàar haſciamàim Porta Cæli*.

ba habet: *R. Iſaac Berabbì Iacobi de Lattes compoſuit anno* הקכל׳ 5132. Chr. 1372. *librum* שערי ציון *Sciaarè Tzijòn in Prouincia*, 52. annis ſeriùs à prima numeratione. Quænam ex his duabus eligenda ſit numeratio, in poteſtate Lectoris remittitur diuinare. Cæterùm de Operibus huius Auctoris videndus eſt liber מנחת קנאות *R. Abbà Marì*.

קקקע״ רבי יצחק דלטאש פסק על ס׳ הזהר וכתבו בחלק ראשון דפוס מנטובה שנת ש״יח לפק עם שירים לשבח אותו הספר בסוף פסק הנ״ל׃

970 R. ISAAC דלטאש DE LATTESC cum ש in fine iunior, claruit ſuperiori ſeculo anno ſcilicet ש״יח 318. Chriſti 1558. quo anno ſcripſit פסק על ס׳ הזהר *Peſàk Deciſionem ſuper librum Zòhar*, in qua ſententiam ſuam aperit de auctoritate huius libri, quem ſummopere laudat proſa, & carmine, vt apparet in fine huius deciſionis, vbi in laudem præfati libri carmina quædam huius Auctoris leguntur, vbi nouem primorum verſuum initialibus literis componit nomen, & cognomen ſuimet ipſius, id eſt יצחק מלטאש *Iſaac de Làtteſc*. Huiuſmodi autem *Peſàk* datum fuit Piſauri anno ſuprà notato mun. 318. min. ſupput. Chriſti 1558. vt patet in fine huius Deciſionis. Hæc omnia habentur in I. Parte libri Zòhar editionis Mantuanæ eiuſdem anni 318. Chr. 1558.

קקקעא׳ ר׳ יצחק לוי מן היהודי נעשה משיחי וכוא רות חן פס הספר על כתבע דן קיבון עם חברת סכר סדעתם על התבונה מלשון עברי העתיקה אל לשון לטינו וכתן אותה ליהודים שבתרבעליפא׃

971 R. ISAAC LEVI', ſiuè IOANNES ISAAC LEVI' IVDÆVS, Chriſtianus Lutheranus, tranſtulit Phyſi-

De argumento huius libri ſatis iam actū eſt. Pro cognomine *Laphet* repone *Latìph*, & pro *Gallo* repone *Hiſpano*. Alij ſunt libri cum hoc titulo שער השמים *Sciàar haſſciamàim*; alius eſt *R. Gherſciòn Ben R. Salomonis de Catalonia*, & alius eſt *R. Ioſephi Gigatella*. de vtroque fit mentio in *Scialſcèleth hakkabbalà*; de primo pagina 54. b. & de ſecundo pag. 63. b.

קקקסט״ ר׳ יצחק דלטים בן רבי יעקב דלטים חבר בפרווינצא שנת הקלב״ ספר שערי ציון׃

969 R. ISAAC DE LATTES BEN R. IACOBI ſcripſit in regione Prouinciæ, vulgò *Prouenza* librum inſcriptum

שערי ציון *Sciaarè Tzijòn Portæ Sion*, Titulus ex Pſalmo 87. ver. 2. Buxtorf F. dicit; quòd ſit liber, in quo exponitur, quot in ſingulis ſectionibus Moſaicis præcepta extent. Videtur tamen aliquando præter præceptorum numerationem, etiam calamum vertere ad res hiſtoricas, & Chronologicas Sac. Scripturæ narrandas: nam vt refert Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 27. in ipſo principio, enumerantur ab eo in prænotato ſuo libro omnes Summi Pontifices, qui functi ſunt Summo Sacerdotio tam ſub primo, quàm ſub ſecundo Templo, & ibidem eorum nomina ſingillatim recenſentur. Vbi tamen aduertendum mendum notabile in Chronologia commiſſum, vel ab Auctore, vel à Typographo. Dicitur enim in hoc loco; quòd huiuſmodi liber fuerit compoſitus in Prouincia ש׳ אלפים פ׳ anno שנת ה׳ 5080. Chriſti 1320. Et pag. 61. b. poſt med. de eodem R. Iſaac locutus, hæc præciſa ver-

eſt. Excuſus Venetijs apud Ioannem de Gara in 8. ſine anni notatione.

תתקע״ה ר׳ יצחק ליאון בן צור חבר ס׳ חדש והוא פירוש על כמה מסכתות מהתלמוד :

975 R. ISAAC LEON BEN TZVR ſcripſit librum, cui titulus -

ספר חדש *Sèpher chadàſc Liber nouus*. Complectitur nouas ſuper nonnullos Codices Talmudicos explicationes. Excuſus Venetijs.

תתקע״ו רבי יצחק בן מאיר מאישפירה אשכנזי חבר ס׳ על כל דעות הפילוסופים על סיבת הכוכבים הזנבים וכו׳ כ״י בוואטיקאנו :

976 R. ISAAC BEN MEIR Spirenſis Germanus, ſcripſit de Cometarum natura, & eorum ſignificationibus. Itemque -

De Coniunctionibus duorum ſuperiorum Iouis cum Saturno, quæ contingere ſolent in aliquo ſigno Zodiaci intra ſpatium (vt ipſe ait) 238. annorum. Extat mſc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in 4. ſub num. 105.

תתקע״ז ר׳ יצחק בן מאיר בן ר׳ שמואל מעיר דומרוג הקטן של בני הנקרא הריב״ם חבר שו״ת וטעמים ותוספות :

977 R. ISAAC BEN MEIR R. SAMVELIS de Vrbe Domrogh, fuit tertius genitus R. Meir, & abbreuiatè dicitur הריב״ם *Harribàm*, ſcripſit -

שו״ת *Sceelòth vtſciuuòth Quaſita, & Reſponſa ritus, & additamenta ad Talmùd*. De eo in *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 51. b. & 52. b. Tres fratres filij Rabbi Meir fuerunt. Rabbènu Samuel; Rabbènu Iacob; & Rabbènu Iſaac. De quo

ſicam Hebræam R. Abèn Tibbòn in linguam Latinam vnà cum Epiſtola Aſtrologica R. Moſis Bar Maijmonis pro Iudæis Maſſilienſibus ſub nomine -

רוח חן *Rùach chen Spiritus gratiæ*. Excuſus Coloniæ per Maternum Cholinum anno 1555. Scripſit contra Lindanum. De eo fit mentio apud Buxtorf. F. in Præfatione ad Cuzarì.

תתקע״ב רבי יצחק לוריא חבר ספר הכוונות על התפלות וכו׳ :

972 R. ISAAC LVRIA ſcripſit librum -

הכוונות *Haccheuuanòth Opinionum*, de precibus, & percuſſione ſepulchri, &c. Venetijs 1620. in 4. ex Bibliotheca Lugd. Bataua, inter libros Warner.

תתקע״ג ר׳ יצחק ליאון בן אליעזר בן שלמה ספרדי חבר פי׳ על מגלת אסתר :

973 R. ISAAC LEON BEN ELIEZER BEN SALOMONIS Hiſpanus, ſcripſit -

פי׳ על מגלת אסתר *Perùſc al Meghilàt Eſther Commentarium in Volumen Eſther*. Excuſ. Venetijs apud Ioannem de Gara anno 325. 1565. in 4.

תתקע״ד ר׳ יצחק ליאון ספרדי ור׳ שמואל בן עטר חברו מעשיות ומדרשות והגדות :

974 R. ISAAC LEO Hiſpanus vnà cum R. Samuele Ben Atàr ſcripſit -

מעשיות ומדרשות והגדות *Maaſſiòth, Midraſciòth veHagadòth Hiſtorias, Declarationes, & Narrationes*, quibus varij caſus, ſed non ſine Iudaicis fabulis referuntur. Nihilominus liber iucundus

quo ibidem. Et omnes fuerunt docti, & magni Rabbini.

תתקע"ח **רבי יצחק בן מלכיאל** תלמיד של ר' שמשון משאנץ ברבי אברהם אשר התחיל לבאר המשניות ולא יכול להשלימם כי מת וזה ר' יצחק תלמידו השלימם:

978 R. ISAAC BEN MALCHIEL diſcipulus R. Scimſcionis de שאנץ *Sciànz* filij Abrahami, qui incæpit explanare textum *Miſcnaijòth*, ſed morte præuentus abſoluere non potuit. Iſte R. Iſaac Ben Malchièl abſoluit. *Scialſcèleth bakkabbalà* pag. 53 b.

תתקע"ט **ר' יצחק ממגנצה** חבר ס' על הדינים והוא כתב כ"י בוואטיקאנו:

979 R. ISAAC DE MOGVNTIA, ſcripſit Deciſiones Legales, & Cæremoniales. Habentur mſc. in Biblioth. Vaticana Pergam. in 4. ſub num. 95. & 179.

תתקפ' **ר' יצחק מרדכי** חבר שו"ת

980 R. ISAAC MARDOCHÆVS Polonus, ſcripſit -

שו"ת *Sceelòth Teſciuuòth Quæſita, & Reſponſa num.* 30. Excuſa Venet. apud Danielem Zanetum, ſtudio, & diligentia R. Iſaaci Gerſonis in 4.

תתקפ"א **רבי יצחק מרדכי גרשון** חבר ס' שלום אסתר והוא פי' על אסתר:

981 R. ISAAC MORDECHAI GHERSCIO'N, ſcripſit Commentarios in librum Eſther, vocauitque -

שלום אסתר *Scialòm Eſthèr Pax Eſther.* Excuſ. Conſtantinop. anno non notato.

תתקפ"ב **רבי יצחק בן משה** חבר תנחומות אל והם דרשות על התורה:

982 R. ISAAC BEN MOSIS

ſcripſit -

תנחומות אל *Tanchumòth El Conſolationes Dei.* Sunt Conciones in Legem. Excuſæ Theſſalonicæ regnante Solimano.

תתקפ"ג **רבי יצחק בן ר' משה בינה משלוניקי** בעיר ניקופולי חבר ספר בית נאמן והם דרושים משולשים לשלשה חלקים תורה: עבודה: וגמילות חסדים: חלק ראשון נקרא כתר תורה והם שש דרושים לבנין בית הכנסת ובמעלת תלמוד תורה: חלק שני עבודה נקרא כתר כהונה והם שבעה עשר דרושים ט' לתפלה: ל' לתענית וכו': חלק שלישי נקרא כתר מלכות והם עשר וארבעה דרושים: על גמילות חסדים: ודרוש לפסוק להלבשה ולצדקה וכו' ובסוף הספר יש מפתחות ולוח כל הדרושים ולוח השאלות: ונדפס זה הספר והוגה בעיון נמרץ כפי כח האפשר בויניציאה שנת השלו"ם לפק במצות מסרי פייטרו ולורינצו בראגאדינו בבית ייואני קאליון כרך שלם:

983 R. ISAAC BEN R. MOSIS בינא BIGA Theſſalonicenſis in Vrbe Nicopoli in Epiro compoſuit librum cum titulo -

ספר בית נאמן *Sèpher Beth Neemàn Liber Domus fidelis*, ſeù *firmæ*, ex 1. Reg. 11. 38. Sunt Conciones ab eo habitæ ſecundùm diuerſas occaſiones, quas in tres Partes diuidit in *Thorà; Auodà*, & *Ghemilùth chaſidim*.

I. Pars, quę eſt תורה *Thorà de Lege*, vocatur כתר תורה *Chèther Thorà Corona Legis.* In ea ſex Conciones comprehenduntur, de reędificatione Synagogę Nicopolitanę, quæ in vniuerſali incendio huius Vrbis exuſta fuerat; de præſtantia ſtudij Legis, &c.

II. Pars, quæ eſt עבודה *Auodà De ſeruitute* hábet 17. Conciones de oratione; de ieiunio &c. vocatur כתר כהונה *Chèter Cheunnà Corona Sacerdotalis.*

III. Pars, quæ eſt גמילות חסדים *Ghemi-*

ro Cardinalem Ordinis Prædicatorum Concordantiarum in Vetus, & Nouum Teſtamentum, circa an. Dom. 1290. collectionem adornauit.

Controuertitur itaque inter Viros eruditos, cuinam ex his duobus adſcribendus ſit huiuſmodi labor transferendi Concordantias Latinas in Hebræas, anne *Iſaaco Nathàn*, an verò *Mardochæo Nathàn*? cùm ex vtraque parte rationes non deſint. Pro *Mordechài Nathàn* ſtat editio Baſileenſis, quæ in fronte libri nomen *Mordechài Nathàn* portat. Hæc enim ita ſe habet.

ס׳ מאיר נתיב הנקרא בלעז קונקורדאנסיאש שחיברת פלוסוף וכו׳ ר׳ מרדכי נתן ונדפס בעיר בסיליאה על יד אמברוסיאו פרוביניאו שנת שמ״א לפ״ק ׃

Sèpher Meir natìu Liber illuminans Viam, vulgò Vocatur Concordantiæ, quem compoſuit Philoſophus. &c. R. Mordechài Nathàn. Et impreſſus Baſileæ apud Ambroſium Frobenium anno 341. Chr. 1581. *in fol.* Idem confirmat R. Dauid Ganz in Chronico ad annum 198. Pro *Iſaac Nathàn* non inferioris notæ Rabbinorum auctoritates habentur. R. Iacob Ben Chaiim in Præfatione Bibliorum magnorum colum. vlt. longè poſt principium mentionem faciens libri Hebraicarum Concordantiarum, eum *R. Iſaaco Nathàn* attribuit, dicit enim.

שהביא בספרו ר׳ יצחק נתן ספר הקונקורדנציא ׃

Quas (ſcilicet ſectiones) *affert in ſuo libro R. Iſaac Nathàn; libro* (videlicet) *Concordantiarum.*

Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 59. verbis ſuprà relatis in principio huius Auctoris expreſsè eum vocat *R. Iſaacum Nathàn*. Alij affirmant duos eſſe Auctores Concordantiarum Hebrai-

milùth Chaſidim De operibus miſericordiæ, vocatur כתר מלכות *Chèther Malchùth Corona Regni*, habet 14. Conciones; Prima eſt circa indumentum pauperibus tribuendum. Secunda, de eleemoſyna, &c. Excuſ. eſt Venetijs anno 381. min. ſupput. Chr. 1621. in fol. apud Petrum, & Laurentium Bragadinos in domo Ioannis Coleonis. Et in fine reperitur Index Concionum, & erratorum.

תתקפ״ד רבי יצחק בן ר׳ משה בר׳ מאיר ערמה עיין ר׳ יצחק ערמה ׃

984 R. ISAAC BEN R. MOSIS BEN R. MEIR ARAMA. Vide *R. Iſaac Aràma.*

תתקפ״ה רבי יצחק הנשיא חבר כמו מדרש לתורה ׃

985 R. ISAAC HANNASSI Princeps. Scripſit.

כמו מדרש לתורה *Chemò Midràſc Lathorà, Tamquam expoſitionem allegoricam in Pentateuchum.* Eius meminit *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 59.

תתקפ״ו ר׳ יצחק נתן מעתיק הקונקורדנצי שחבר פרא ארלוטו מלשון לטינו ללשון עברית שנת הקצ״ח ׃

986 R. ISAAC NATHA'N tranſtulit Concordantias, quas compoſuerat Frater *Arlottus* ex lingua Latina in linguam Hebræam anno 5198. Chriſti 1438. Sunt verba Auctoris libri *Scialſcèl. hakkabbalà* pag. 59. circa finem. Eadem verba reperies in *Tzèmach Dauid*, R. Dauid Ganz ad eundem annum 198. Sed ibi nomen Iſaaci mutatur in *Mardochæum Nathàn*, nec vlla mentio fit de Fratre Arlotto, qui poſt S. Antonium de Padua, & Hugonem de S. Ca-

Concordantiarum ex lingua Latina in Hebræam vocatum fuiſſe Iſaacum, vt ſuprà probatum eſt. Mardochæum autem, Titulum מאיר נתיב *Meir Nethìv* eiſdem impoſuiſſe poſt primam impreſſionem Venetam Bombergianam anno ר״פ״ד 284. Chriſti 1524. in fol. in qua nullus Concordantijs iſtis inuenitur titulus. Porrò benè notat Buxtorf. F. in Præfatione ad Concordantias Hebraicas parentis ſui, mendum Caſparis Waſeri in Tractatu de Nummis fol. 16. qui confundit noſtrum R. Iſaacum Ben Nathàn cū R. Nathàn Iuſto Auctore Lexici Talmudici, licèt pro ſua modeſtia, & vrbanitate eum excuſet. Attamen reprehenſione dignus eſt Waſerus, præſertim cùm in Rabbinicis exercitatiſſimus extiterit, ex teſtimonio eiuſdem Buxtorfi, qui prudenter animaduertit, Nathàn Auctorem Lexici florere cæpiſſe anno Dom. 1050. & Iſaacum Auctorem Concordantiarum an. 1438. vt inter hos duos 388. annorum ſpatium interceſſerit.

Denique Concordantiæ Hebraicæ fuerunt excuſæ Romæ anno 1621. cum verſione Latina à Fr. Mario Calaſio Ordinis Min. Obſeru. Prouinciæ Romanæ: ſed ijs multa addita fuerunt, de quibus in Mario à Calaſio in Catalogo Auctorum, qui de re Hebraica ſcripſerunt, Deo dante, vberiùs agam. Cæterùm hic Auctor fuit ſynchronus Hieronymi à S. Fide, contra quem, imò contra omnes Chriſtianos ſcripſit librum inſcriptum - תוכחת מטעה *Tochècheth metaàh Redargutio ſeductoris*, ſed non fuit euulgatus niſi poſt obitum Hieronymi. Videtur mſc. Eius meminit Hotting. in Biblioth. Or. Claſſ. 4. cuius notitiam habuit à Buxtorfio F. in Append. Præfatus-

carum; vnum R. Iſaacum, alium R. Mardochæum, & forſan vnum alterius filium parentem, qui in hoc Opere adiuuarit. Sic mihi inſinuauit R. Abraham Piſsàt Romanus, ſed abſque vlla auctoritate, aut probabili coniectura. Idē ſentire videtur Reuchlinus in Præfatione Capitū Concordantiarum, & Lucas Guaddinus ſeù Wadingus in Præfatione Concordantiarū Hebraicarum Marij Calaſij Romæ impreſſarum Tom. 1. qui eas collectas quidem primò fuiſſe à R. Iſaaco Nathàn, ſed poſtea ampliatas, & in meliorem formam redactas, & inſcriptas ס' מאיר נתיב à R. Mardochæo Nathàn. Auctoritate verò Doctorum Hebræorum, nullam ampliorem notitiam iſtarum Concordantiarum, & Auctorum præter eam, quā ſuprà retulimus, habemus. Alij putarunt, *Mardochæum, & Iſaacum Nathàn* vnum, & eundem hominem eſſe, ſed binomium. Huiuſce duplicis nominis cauſam aſſignare poſſemus multiplicem, vel voluntariam, vt in ipſo Circumciſionis actu duplex nomen imponatur infantulo; vel neceſſariam, & in ægritudine comparatam: quia ſolent Iudæi in graui infirmitate conſtituti, prioris nominis mutare appellationem in ſignum pœnitentiæ, vt recuperata ſanitate, nouam vitam cum nouo nomine inſtituendam eſſe moneant. Receperunt autem huiuſmodi conſuetudinem, veluti quoddam dogma ab antiquis Talmudiſtis in Codice *Roſc Haſcianà* cap. 1. de quo quantum ſat fuit, egi ſuprà in Cenſuris pag. 420. col. 2. Siuè autem duplex hoc nomen habuerit hic Auctor à Circumciſione, ſiuè à morbo, quod neutiquam clarè probari poteſt; hoc tamen pro certo tenendum: Auctorem tranſlationis

tus R. Iſaac Nathan ſcripſit quoque
מבצר יצחק *Mintzàr Itzchak* (alludit ad locũ Habac. 1. 10.) *Munitio Iſaaci*. Diſputatio eſt contra Chriſtianos. Mſc. ex eodem Buxtorf. F. Tandem ſcripſit
מאה דברים *Meàh deuarim Centũ verba*, nempè Centiloquium, quo ad bonos mores imbuendos inſtruuntur filij. Eſt mſc. ex eodem.

תתקפז׳ **רבי יצחק סגי נהור** או **סגנהור** חבר פירוש על ס׳ יצירה ׃

987 R. ISAAC SAGHI' NAHO'R, ſeù, vt Plantauitio placet. סגנהור *Seghinchòr*, ſcripſit Commentarios in librum יצירה *Ietzirà*. Ex eodem.

תתקפח׳ **רבי יצחק ן׳ סיד ספרדי** חבר הלוחות המתכונה ועל שם דון אלפונשו שנים לו נקראים אלפונסינים וכל חכמי תקנו לוחותם על דעת אלו הלוחות ׃

988. R. ISAAC ABE'N SID Hiſpanus, Aſtronomorum ſui temporis periti ſſimus, iuſſu Alphonſi Regis Caſtellæ condidit Toleti Tabulas Aſtronomicas motuum cæleſtium orbium, quas Alphonſinas vocarunt, & quibus vſi ſunt omnes Aſtronomi ferè vſque ad noſtrum ſeculum. Completæ fuerunt an. mundi 5012. Chriſti 1252. R. Dauid Ganz ad hunc annum, prænominatum Alphonſum Regem Portugalliæ appellat. Quomodo autem Rex Alphonſus nuncupetur Rex Portugalliæ, vide Par. I num. 260. pag. 255. vbi fuſiùs de hoc Aſtronomo Iſaaco Abèn Sid agitur.

תתקפט׳ **ר׳ יצחק סלם** עיין רבי יצחק שלם ׃

989 R. ISAAC SALE'M. Vide *R. Iſaàc Scialèm cum* ש.

תתקצ׳ **ר׳ יצחק הסנגרי** עשה ויכוח עם מלך כוזר כמו שהוא בתחלת ספר כוזרי דפוס וויניציאה שנת שכ״ד ׃

990 R. ISAAC הסנגרי HASSANGHARI' eſt nomen חחבר *Hachavèr Socij*, qui de Religione cum Rege Chuzaræorum diſputarat. De quo ampliùs vide ſuprà num. 644. pag. 60. & ſeqq. in *R. Iuda Hallevi*.

תתקצא׳ **רבי יצחק עבץ** חבר ס׳ חסדי אבות והוא פי׳ על פרקי אבות ׃

991 R. ISAAC ABBE'TZ ſcripſit librum
חסדי אבות *Chaſdè Auòth Benignitates*, ſeù *Miſericordiæ Patrum*. Eſt Commentarius in *Pirkè Auòth Capitula Patrum*. Excuſus Conſtantinopoli. Ita Plantauitius.

תתקצב׳ **ר׳ יצחק** כבר **עבריורב** עשה חיבור על חבלות המשיח אשר לא נכתבו בספרי קודש בלשון לטין נדפס בבולוניא ׃

992 R. ISAAC quondam Hebræus, & Doctor Synagogę Hebrçorum, ſcripſit quædam notabilia de Paſſione Domini ex Hebræorũ Biblijs deficientia in Vulgata. Bononiæ 1563. Habetur in Bibl. Vaticana inter impreſſos ſub n. 4357. in 8. Quæ in hoc libello dicuntur, vel falſa ſunt, vel apocrypha, quia nihil eſt in Biblijs Hebraicis, quod non ſit in Vulgata edirione.

תתקצג׳ **ר׳ יצחק עובדיה** חבר דופי הזמן והם אגרות על השליחים ׃

993 R. ISAAC OVADIÆ ſcripſit libellum, quem inſcripſit.
דופי הזמן *Dophi hazzemàn Probrum temporis*. Sunt aliquot Epiſtolæ elegan-

ti

librorum Reginæ Sueciæ eſt in 4. Alius eſt eiuſdem tituli Cabaliſticus R. Barachiel mſc. Buxtorf F.

תתקצ״ח **ר׳ יצחק עקריש אשכנזי**
חבר מעשה בית דוד בימי מלכות פרס :

998 R. ISAAC AKRIS'C Germanus ſcripſit librum cui titulus -

מעשה בית דוד בימי מלכות פרס *Maaſsè Beth Dauid Hiſtoria Domus*, id eſt familiæ *Dauid in diebus Regni Perſarum*. Excuſus Cracouiæ. Et Hebræo-Germanicus Baſileæ apud Waldkirch, in 4. Agitur in eo quoque de fluuio Sabbatione. Buxtorfius.

תתקצ״ט **ר׳ יצחק ערמה או עראמת ספרדי** חבר פירוש על התורה : ועל חמש מגילות וחבר ס׳ חזות קשה ומכורים אחרים :

999 R. ISAAC ARA'MA Hiſpanus de Zamora, vnus ex exulibus Hiſpaniæ, qui cùm alij Iudæi ex Regnis Hiſpaniarum anno Domini 1492. eiecti ſunt, expulſus eſt & ipſe. Vir quidem doctus, & ferè in omnibus ſcientijs verſatus, præſertim in Philoſophia, vt ex eius Commentarijs apparet, ideòque celebris eſt apud Iudæos. Scripſit nonnulla Opera; ſed præcipuum eſt illud magnum ſyntagma, quod ſuper Legem Moſaicam edidit, cui titulũ fecit -

עקדת יצחק *Akedàth Itzchàk Ligatio Iſaaci*, alludit ad illud Geneſ. 22. v. 9. ויעקד את יצחק בנו *Et ligauit Iſaac filium ſuum &c.* In eo contra Philoſophos, & ſpecialiter contra Ariſtotelem frequenter diſputat. Perſæpè Theologicas quæſtiones mouet, quas ſi alia via reſoluere non poteſt, Cabaliſticis figmentis eas explicare conatur ſtylo quidem admodum diffuſo. Commendatur tamen, & æſti-

ti ſtylo conſcriptæ; quibus oſtenditur linguæ Hebraicæ elegantia, & varij dicendi modi. Excuſus eſt Venetijs apud Ioannem de Gara anno שנ״ח 358. Chr. 1598. in 8.

תתקצ״ד **ר׳ יצחק ענקיניראה** עיין ר׳ יצחק אונגינירה :

994 R. ISAAC ONGHIANERA. Vide ſuprà *Rabbi Iſaac* אונגינירה cum א.

תתקצ״ה **רבי יצחק בעל העיטור**
עיין ר׳ יצחק בר אבא :

995 R. ISAAC BA'AL העיטור HAAITV'R Auctor *Coronati*. Vide ſuprà *R. Iſaac Bar Abbà*.

תתקצ״ו **ר׳ יצחק עטיאס ספרדי**
חבר ס׳ בלשון הספרדי וקראו אוצר המצות ובו הסביר טעם כל תרי״ג המצות תורת משה :

996 R. ISAAC ATHIAS Hiſpanus, ſcripſit Hiſpana lingua -

אוצר המצות *Otzàr hammitzuòth Theſaurum Præceptorum*, Hiſpanicè *Teſoro de preceptos*, quo optimè omnium præceptorum Legis Moſaicæ cauſas, & rationes explicat. Ita Menaſcè Ben Iſraël ante initium libri. *De reſurrectione mortuorum*, & ex eo Spizelius in Bibliotheca Vniuerſ. pag. 384. Et Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſpana Tom. I, pag. 630.

תתקצ״ז **רבי יצחק עלים** חבר יסוד אמונה על האמונה היהודית :

997 R. ISAAC עלים ALI'S ſcripſit -

יסוד אמונה *Ieſòd Emunà Fundamentum fidei*. De fide Iudaica, eiuſque myſterijs. Excuſus Cracouiæ. In Indice

תתל״ רבי יצחק מפאנו דילונו

חבר ס׳ חנוך לנער וגם דרשות כ״י ;

1000 R. ISAAC DE FANO LVGI incola, ſcripſit librum -

חנוך לנער *Chanùch lenàar Catechiſmus pueri*. Sunt Sermones mſc. Eſt & alius liber cum hoc titulo -

חנוך לנערים *Catechiſmus puerorum* Hebræorum, vbi per quæſita, & reſponſa in Iudaica ſecta inſtituuntur pueri. Venetijs apud Ioannem de Gara in 8. Vide Buxt. in Bibl. Rabbin. ad לקח טוב.

תתל״א ר׳ יצחק בן פולגר ספרדי

חבר ס׳ נגד התכונה בלשון ספרדי ;

1001 R. ISAAC BEN POLGA'R Hiſpanus, ſcripſit librum lingua Hiſpana contra Aſtrologiam, in quo malè ſentit de Prædeſtinatione. Contra hunc ſcribit Magiſter Alphonſus eadem lingua compoſito libro, cuius titulus eſt: *Zelo de Dios &c.* Reperitur mſc in Biblioth. Vatic. inter Codd. Latinè ſcriptos ſub numero 6423. in fol. In eo fit mentio de R. Kalonimòs, qui ante 300. annos vixerat.

תתל״ב רבי יצחק די פסקארה

חבר פי׳ על ס׳ יצירה ; כ״י :

1002 R. ISAAC DE PESCARA. Plantauitius legit *de Poſcras*. Ego puto legi debere *de Peſcara*, quod Oppidũ eſt cum Arce munitiſſima Marchionatus titulo inſigne ad oram Maris Adriatici in Aprutio ſitum; *Poſcras* autem quid ſit, aut vbi ſit, neſcitur. Quicquid ſit de patria huius Auctoris, ex relatione ipſius Plantauitij ſcripſit -

פי׳ על ס׳ יצירה *Perùſc al Sèpher Ietzirà Commentarium in librum Ietzirà* notiſſimum, de quo ſæpè in hac Bibliotheca Vi-

æſtimatur à Iudæis, & nullus eorum eſt, qui ſcientijs addictus ſit, quin apud ſe *Akedàth Itzchàk* habere non cupiat. Idcircò pluriès excuſus fuit. Primò Venetijs in magno folio anno ש״ז 307. Chr. 1547. apud Danielem Bombergum cum Indice rerum, & materiarum, locorum Sacræ Scripturæ, & מאמרים *Maamarim* Talmudiſtarum. Et ibidem apud Ioannem de Gara anno 333. Chr. 1573. characteribus Bombergianis pariter in fol. Iterum ibidem anno 355. Chriſti 1595. apud Aloyſium Bragadinum in folio.

Scripſit etiam Commentarios in V. paruos libellos, nempè in Cant. Cantic. Ruth, Threnos Ieremiæ, Eccleſiaſten, & Eſther. Scripſit & -

חזות קשה *Chazùth kaſcià Viſio dura, difficilis*, Tit. ex Iſai. 21. v. 2. Tractat principaliter de creatione hominis: quandoque inſurgit contra Chriſtianos, quandoque contra Turcas. Admittit quidem Philoſophiam, ſed parcè, & modicè philoſophandum docet. Excuſ. Sabionetæ anno שי״ב 312. Chr. 1552. apud Tobiam פואה *Phoàh* in 4. Et ibid. anno 350. Chr. 1590. in 4.

Habuit filium valdè doctum nomine R. Meir, qui inſignem Commentarium ſcripſit על איוב *in Iob*. Excuſ. Venetijs apud Georgium de Caballis anno 327. Chr. 1567. in 4. de quo ſuo loco plura: Vnde corrigendus eſt Buxtorfius, qui huiuſmodi Commentarium attribuit huic R. Iſaaco patri. Huius Auctoris meminit *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 63. b. R. Dauid Ganz ad annum 252. ſexti millenarij, Chriſti 1592. vbi ineptè ערמה *Aràma Haimao* legitur in verſione G. H. Vorſtij.

Vide Par. I. num. 42. pagina 15.

תתרג רבי יצחק פפט חבר פירוש על ענין ראש וזנב של התלי בתתכונה וסדר המעלות ועשה גלגל לידע דברי המקרים יבאו :

1003 R. ISAAC PAPA'T ſcripſit *Expoſitionem nodi Borei, & Auſtrini*, capitis ſcilicet, & caudæ Draconis. Ordinauit gradus, eoſque declarauit pro notitia feſtorum Calendarij Synagogalis. Compoſuit & Rotam, qua prętendit præcognoſci poſſe mortem, & vitam; quem in Monomachia victorem exiturum, & alia huiuſmodi, ad modum ferè Rotæ, quæ in Operibus Ven Bedæ reperitur. Extat mſc. in Biblioth Vaticana Papyr. in 4. ſub num. 171. Fuit hic Codex ſcriptus in Inſula Cretæ anno 5057. Chr. 1297.

תתרד ר' יצחק מפראג עיין ר' יצחק חייות ׃

1004. R. ISAAC Pragenſis. Vide *R. Iſaac Chaijòth*.

תתרה ר' יצחק בן פרלי חבר פירוש על קי״ב מצות לאוין לבד : כי בוואטיקאנו :

1005 R. ISAAC BEN PARLI' compoſuit Commentar. in 112. præcepta negatiua ſolum. Reperitur mſc. in Biblioth. Vatic. ſub num. 177.

תתרו ר' יצחק בן צדיק המכונה אלחריב הלוי ספרדי חבר הלוחות מהתכונה כנגד בעל כנפים ׃

1006 R. ISAAC BEN TZADI'K cognomento אלחריב *Alcharib* Leuita Hiſpanus, (alijs eſt אלחדיב *Alchadèb*, Vide infrà n. 1022. pag. 925.) ſcripſit Tabulas Aſtronomicas contra Tabulas R. Immanuel Bar Iacobi בעל הכנפים *Bàal hacchenaphàim*. Extant mſc. in Bibliot. Vatic. Papyr. in fol. Alias ſcripſit Tabulas contra eundem ſub nomine דרך סלולה *Dèrech ſelulà Via trita*, Tit. deſumptus ex Ierem. 18. 15. remota negatiua לא *Non*. Extant ibidem papyr. in fol. Scriptæ ſunt anno 5242. Chr. 1482. Sub titulo אורח סלולה *O'rach ſelulà Semita ſtrata*, habes librum de Calendario &c. ſuprà pag. 890. numero 923.

תתרז ר' יצחק קאנפאנטון בן ר' יעקב קאנפאנטון ונקרא גאון קשטיליא ספרדי וחבר דרכי הגמרא ׃

1007 R. ISAAC KANPANTO'N BEN R. IACOBI KANPANTO'N Hiſpanus de Caſtilia, vnde dum viueret communiter vocabatur *Gaòn de Caſtilia*. Habuit quamplures diſcipulos, inter quos fuit R. Iſaac Auuhàu Auctor *Menoràth hammaòr*, de quo ſuprà num. 911. pag. 871. Et R. Iſaac de ליאון Leone prodigiorum effector Magica, & Cabaliſtica arte. Obijt ſeptuagenarius, anno 223. Chr. 1463. *Iuchaſin* pagina 134. non longè à fine, quem mirificè laudat, cùm eum aliquando vidiſſet. At Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 62. dicit eum obijſſe anno רס״ג 263. Chr. 1503. vbi videtur ineſſe error Typographicus, & pro כ ſubſtitutum ס. Neque credibile eſt voluiſſe Auctorem *Iuchaſin* loqui de eo, qui viueret, ac ſi mortuus fuiſſet: nam *Iuchaſsin* loco citato hæc de Kanpantone profert verba ואני ראיתי אותו ופניו כפני שכינה וכו׳ *Et ego eum vidi, cuius vultus diuinus erat, &c.* At quando *Iuchaſsin* hæc ſcribebat, non erat mortuus Rabbi Kanpantòn, quia ſecundùm Auctorem

Scial-

Philoſophia libera, quod in ſeptem libros diſtribuit, in quibus omnia, quæ ad Philoſophiam naturalem ſpectant, methodicè colliguntur, & accuratè diſputantur. Dicatum, & directum eſt ad Sereniſſimum Venetiarum Principem, Ampliſſimoſque, & Sapientiſſimos Reipub. Venetæ Senatores. Venetijs Bertanorum ſumptibus anno 1673. in fol.

טולט״ס **ר׳ יצחק קארו** היה מגולי פורטוגאל
חבר ז״ל ספר פירוש על התורה וקראו תולדות יצחק ו
הוא ר׳ יצחק היה זקנו של ר׳ יוסף קארו

1009 R. ISAAC KARO Toletanus Ben R. Ioſeph Karo, vnus ex exulibus Hiſpaniæ eiectis an. Dom. 1492. è Caſtellę Regno in Luſitaniam ſe recepit. Non diù poſt, hoc eſt ſexennio fermè inexpleto, an videl. 458. Chr. 1398. inde pariter expellitur. Ieroſolymã cum tota familia petijt. In itinere liberos, & vxorem amiſit. Ieroſolymis ſolitariã vitam egit vſque ad mortem. Vbi per otium Pentateuchum explanare aggreditur, opus quidem non contemnendum, quod & filiorum loco habuit, ideòq; vocauit תולדות יצחק *Toledòth Itzchàk Generationes Iſaaci*, Tit. ex Geneſ. 25. 19. In eo quamplurima dubia proponit, eaque breuiter quidem, ſed dilucidè reſoluit; non abhorret aliquando à Cabaliſticis doctrinis, quas non raró in hiſce ſuis Commentarijs interſerit. Excuſũ primò fuit Conſtantinopoli ſub Selimo Turcarum Principe an. ברוכ״ים 278. Chr. 1518. apud Salomonem Ben Mazaltou ideſt filij Bonauenturæ in fol. Item Mantuæ an. 318. Chr. 1558. apud Venturinum רופינילו Rufinellum per R. Meir Ben Ephràim de Padua, & Iacobum Ben Nephtali Sacerdotem de *Gazulo*. Et iterum ibidem an. 353. *Scialſceleth hakkabbalà* obijt an. 1603. & liber *Iuchaſin* compoſitus eſt anno 1502. vt probaui Par. I. pag. 55. col. 1. Ergo. Scripſit Opuſculum, cum tit. ספר דרכי הגמרא *Sèpher darchè hagghemarà Liber viarum Ghemaræ*. Docet regulas quaſdam vniuerſales ad intelligendum ſtylum Ghemaræ, ſiuè Talmudis. Excuſus Mantuæ tempore Ducis Vincentij Gonzagæ anno שמ״ח 353. Chr. 1593. in 4. opera RR. Iſaaci. & Salomonis filiorum Manòach Ben R. Samuelis de Nurſia, per manus Moſis בן ר׳ כתריאל ווייש וושר *Ben R. Catriel Wawias Vasàr* Typographi Pragen.

ספרד״י **ר׳ יצחק קארדוסו** פורטוגאל
רופא ופילוסוף היה מאותם ולאחר כך נעשה יהודי חבר ספר בלשון לטין
על הפילוסופיה וקראו פילוסופיה ליבירה ומכל חברי׳ אחרי׳:

1008 R. ISAAC CARDOSVS Luſitanus, progenie Iudæus ex ijs, qui olim fidem Chriſti ſuſceperant, poſtea abnegarunt. Naſcitur Cerolici de Fruta Pagi Prouinciæ Beyræ. In S. Baptiſmi vnda vocatur Ferdinandus. Adultus Philoſophiæ, & Medicinæ operã dedit. Fuit in Caſtella aliquando primarius Medicus, quem *Phyſicum Mor* appellant. vbi vocabatur *de Colla Verde*, quia ſcripſerat Tractatũ *de Colla Verde*. Excuſ. Madriti 1635. Scripſit & *De Febre ſyncopali*, Ib. 1634. in 4. Nec non Hiſpano ſermone *Vtilidades del agua y de la nieue, del beuer frio, y caliente*. Ibid. 1637. Vide Bibl. Hiſp. Don Nicolai Antonij Tom. I. pag. 283. Poſtea relicta Hiſpania, vnà cum Chriſtiana Religione Iudaiſmo nomen dedit, & appellari voluit *Iſaacus Cardoſus*. Venetias, & Veronã Venetorum Vrbem incoluit, vbi ſcripſit Volumen Philoſophicum ſub nomine

תתרי״ב **ר׳ יצחק קורקוס ספרדי**

חבר פירושי על גיטין וחליצה כתב יד בוואטיקאנו :

1012 R. ISAAC KORKO'S Hiſpanus ſcripſit in Codices *Ghittin*, & *Chaliצà* Talmudicos de repudio, & ſolutione calcei. Reperiuntur mſc. in Bibl. Vatic. ſub n. 169. Scriptus fuit hic Codex Norimbergæ an. 5180. Chr. 1420.

תתרי״ג **רבי יצחק קריספין** חבר ספר מוסר :

1013 R. ISAAC CRESPI'N ſcripſit librum מוסר *Muſàr Diſciplina*. Hottingerus Claſſ. XI. ait: *In Ethicis eſt liber celebris, Politicus, & Theologicus virtutes tractans ex ſacris literis, & ſcriptis veterum proſa, & verſu.* Mutuatus eſt ab Ioanne Buxtorfi F. in Appendice ad Biblioth. Rabbin. patris, quamuis illum non citet. Buxtorf. dicit tantùm, quòd ſit diſciplina, ſeù moralis inſtitutio, proſa, & verſu mſc.

תתרי״ד **רבי יצחק בן רבי ראובן**

חבר כ׳ שערי שבועות ונדפסו בסוף חלק הלכות מחבור רב אלפס דפוס וויניציאה :

1014 R. ISAAC BEN REVBEN ſcripſit 20. Capita de Iuramentis coram Iudice, & in Iudicio iudicialiter exigendis, & præſtandis; quorum meminimus ſuprà in III. Parte Operum *R. Iſaaci Ben Iacobi Ràu Alphès*, ad cuius mentem compoſita ſunt. Vide ibidem.

תתרי״ה **רבי יצחק בן ראובן אלברצלוני** המעתיק ספר המקח והממכר מלשון הערבי אל לשון עברית והמעתיקו היה בן הלוים ושם חבר בהיות ד׳ אלפים תק״ל לבריאת עולם כמו נראה בהעתקות הספרים בתחלת המתרגם הספר נדפס בויניציאה שנת ש״ב לפ״ק ובזולו

353. Chr. 1593. in fol. Eodem an. 318. Chr. 1558. imprimuntur Riuæ Tridenti ſub Principatu Chriſtophori Madrutij Tridentini Epiſcopi, opera, & ſtudio R. Ioſephi אוטילינגי *Otelingi*. Super huiuſmodi Commentarios ſcripſit breuem Præfationem *R. Iacob Ben R. Dauid* מרקריאה *Markaria*. Excuſa eſt cum iiſdem in principio libri.

Corrigendus eſt hoc loco memoriæ lapſus Ioan. Buxt. in Biblioth. Rabb. Tit. Cod. אבן העזר *E'uen haèzer Lapis auxilij*, quem R. Iſaac Karo attribuit cùm ſit IV. Pars operum R. Iacobi Bar Aſcèr, vt ipſemet Buxtorf. obſeruat in ארבע טורים.

Aduertendum eſt etiam, quòd huiuſmodi R. Iſaac Karo fuit auus R. Ioſephi Karo, qui copioſiſſimis Commentarijs illuſtrauit Opera prædicti R. Iacobi Bar Aſcèr, & conſequenter Partem quartam אבן העזר *E'uen haèzer*; vnde fortaſſis natus eſt error Buxtorfi accipientis auum pro nepote, Iſaacum pro Ioſepho.

Idem habet Hottingerus Claſſ. V. Biblioth. Orient. qui per ſpecillum Buxtorfi vidit omnes ferè Auctores, quos in ſua Biblioth. Orient. refert.

Huius Auctoris meminit R. Dauid Ganz ad annum 358. ſexti millenarij, Chr. 1498.

תתרי׳ **ר׳ יצחק קורביל** עיין ר׳ יצחק בן יוסף מקורביל :

1010 R. ISAAC KORBI'L. Vide *R. Iſaac Ben R. Ioſèph de Korbil*.

תתרי״א **ר׳ יצחק מקורדובה** עיין למעלה ר׳ יצחק בר ברוך אלבאליה מקורדובה :

1011 R. ISAAC CORDVBENSIS. Vide ſuprà *R. Iſaac Bar Barùch Alcàlijah*.

אל הדפוס ר' משה לוי מינץ בן ר' יצחק מנחם לוי מינץ ונוגה
בעיון כמרן מו"ה ריבה מפאנו :

1015 R. ISAAC BEN REVBEN ALBARZELLONI *Il Barcellonita*, *Barcellonius* de Barcinone. Anno mundi 4838. Chr. 1078. annorum 35. ex Arabico in Hebræum vertit librum -

חמקח והממכר *Hammekàch Vehamimcàr Emptionis, & Venditionis* Ràu Haài Gaòn Ben Ràu Scerirà, de quo in II. Parte num. 466. pag. 384. In eo agitur de contractibus ad emptionem, & venditionem ſpectantibus; diuiditur in 60. שערים *Portas*, ſeù *Capitula*; in quibus ſatis accuratè pertractantur ea, quæ ad huiuſcemodi contractuũ ſpeciem attinent. Cui additur ספר המשכון *Sèpher hammaſcòn Liber pignoris*, pagina 93. משפטי התנאים *Miſcpattè hattanàim Iudicia Tanàim*, pagina 94. & משפטי הלואות *Miſcpattè haluaòth Iudicia circa mutuum* pag. 95. de quibus loco citato. Excuſ. Venetijs, vt ibidem notatur, anno mundi ש״סב 362. min. ſupput. Chr 1602. opera, R. Moſis Leui Mintz, Ben R. Iſaaci Menachem Leui Mintz, correctus per R. Riuàm de Fano. Auctor *Scialſc. hakkabbalà* pag. 40. b. illius meminit poſt R. Iſaac Ben Iudæ Abèn גיאת *Gheàth*, quia diſcipulus eius fuerat, qui obijt anno 4870. Chr. 1110. Sed de illius ſcriptis nihil habet; quidam tamen dicunt, eum ſcripſiſſe -

אזהרות *Azaharòth Pramonitiones* quaſdam, & Commentarios in Cod. כתובות *Chetubòth De Inſtrumentis*, ſeù *Chartis dotalibus*.

הקר"ו ר' יצחק בן ר' ראובן בן
חריף חבר ס' השערים.

1016 R. ISAAC BEN R. REVBEN BEN חרי״ף HARRIPH, vulgò *Ràu Alphès*; huius itaque nepos, ſed & ipſe vocatus חרי״ף hoc eſt *R. Iſaac de Phes*, cuius meminit Annotatio in Mordochì Cod. *Chetubòth* cap. הכותב Nam dicit eum ſcripſiſſe -

ס' השערים *Sèpher haſciaarim Librum Portarum*, ſed de illius argumento non loquitur, niſi tantùm quòd בעל השערים הזה היה בן בנו של חרי״ף *Auctor harum Portarum, Vel menſurarum fuit filius filij Ràu Alphès*. Sunt alij, qui libros ſcripſerunt cum titulo מאה שערים vt *R. Iſaac Bar Abbà*, vt notat *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 50. b. vnde ſuſpicor, quod & hic R. Iſaac Ben Ruben ſcripſerit & ipſe librum מאה שערים *Meà Sciaarim*. Vide ſuprà num. 910. pag. 870. col. 2.

הקר"ו ר' יצחק שלם העתיק מסכת פרקי
אבות מלשון עברי אל לשון איטליאני עם אותיות עבריות :

1017 R. ISAAC SCIALE'M vertit Cod. פרקי אבות *Pirkè Auòth Capitula Patrum* ex lingua Hebraica in linguam Italicam, characteribus Hebraicis ſcriptum, & punctis vocalibus ornatum, ad vſum puerorum, & eorum, qui in Hebraica non admodum exercitati ſunt. Excuſ. Mantuæ anno 348. Chr. 1588. in 8. Fuit iterum impreſſus vt ſuprà, ſed ſine loci deſignatione, & anni notatione, in 8.

מהר"ס רבי יצחק בן שלמה
חבר ס' היסודות ונחלק בשלשה חלקים כתבו בו' בלשון לטין
בוולטיקאנו :

1018 R. ISAAC BEN SALOMONIS ſcripſit librum vnum -

יסודות *Ieſadòth Elementorum*. Tractat

 de

rumque formis, naturis, & facultatibus, quaque ratione in cibos quælibet ſint adhibenda, clarè, & perſpicuè agitur. Decimo quinto à Chriſti natiuitate ſeculo ex Arabica lingua in Latinam conuerſi, poſtea opera Ioannis Poſthij Germerſhemij ſedulò caſtigati; & in lucem editi. Baſileæ ex Officina Sixti Henricpetri an. 1570. in 8. cùm priùs excuſi fuiſſent Paduæ per Magiſtrum Matthæum Cerdonis de Windiſchgretz an. Domini 1487. in 8. Et in Biblioth. Vaticana extant ſub num. 8455. Vide etiam Ibid. num. 87.16.

ה״קכ״א רבי יצחק בר שלמה בן סהולה משורר ומליץ חבר משל הקדמוני, ועם חנך נ״מ ג.

1021 R. ISAAC BAR SCIELOMO' BEN סהולה SAHOLA' Poëta, & Rhetor elegans; ab aliquibus (ineptè tamen) vocatur *Ben Schola*, mutata litera ה in ח. Scripſit -

משל הקדמוני *Maſciàl hakkadmonì*, *Prouerbium antiquum*. Huius libri meminit Auctor *Iuchaſsìn* pag. 132. b. linea vltima, de quo ait: eum ſcriptum fuiſſe להוריע כח לשון הקדש *ad oſtendendam virtutem* (hoc eſt elegantiam) *linguæ ſanctæ*. In eo ſiquidem ſtylo rhytmico deſcribuntur, atque narrantur quampluri mæ fabulæ, & apologi cum ſuis adfabulationibus moralibus, quibus adduntur figuræ, & icones, quæ oſtendunt homines, & animalia inter ſe, vel cum hominibus loquentes. Diuiditur in quinque שערים *Sciaarìm Portas*, ſiuè *Tractatus*, in quibus agitur -

1. במהלל השכל והחכמה *De laudibus intellectus, & ſapientiæ*.

2. במהלל התשובה *De laudibus Pœnitentiæ*.

3. במהלל

de elementis, & diuiditur in tres Partes. Reperitur Latinè mſc. inter Cod. Latinos Biblioth. Vatic. num. 4574. fol. paruo Pergam.

ה״קי״ט רבי יצחק בן שלמה ישראלי הרופא ותוכן גדול חבר ספר מהרפואה על השתן ונחלק אל עשרה שערים ; ונעתיק גאלנוס על אבוקרט וחבר על משפט הככבים ; ונמצאו כי בוואטיקאנו :

1019 R. ISAAC BEN SALOMONIS ISRAELITÆ Medicus, & Mathematicus inſignis. Scripſit librum de Medicina, de Vrinis dignoſcendis, qui diuiditur in decem Partes, ſeù Tractatus. Eſt liber nunquam excuſus.

Tranſtulit Galenum ſuper Hippocratem in linguam Hebraicam. Quædam horum Operum fragmenta mſc. reperiuntur in Biblioth. Vaticana Papyr. in 4. ſub num. 369. & 372. Scripſit etiam -

על משפט הככבים *Al miſcpàtt haccochaùim De iudicijs Stellarum*, & earundem influxibus. Reperitur ibidem mſc. numero 236.

ה״ק״כ ר׳ יצחק בן שלמה חסיס בנו בן למלך ערבי חבר ס׳ על הרפואה :

1020 R. ISAAC BEN SALOMONIS Arabię Regis filius adoptiuus, Medicus inſignis, ſcripſit Arabicè, de dietis vniuerſalibus, & particularibus libros II. Hoc eſt, de victus ſalubris ratione & alimentorum facultatibus V. Tractatus ſummopere vtiles: in quibus non ſolùm de ciborum varietate, atque delectu generatim, ſed etiam de quibuſlibet herbarum, fructuum, leguminum, granorum, carnium, piſcium, liquo-

אורח סלולה *O'rach Selulà Via ſtrata*. Tit. Prou. 15. 19. Reperiuntur mſc. in Biblioth. Vaticana ſub numero 379. Scriptus eſt hic Codex anno 5242. Chr. 1482. Vide ſupra n. 1006. pag. 904.

Eiuſdem liber de compoſit. Aſtrolabij, quem nuncupauit כלי חמדה *Cheli chemdà Inſtrumentum deſiderabile*, de motu ſeptem Planetarum, deq; Globo, & Sphæra materiali abſolutè agit. In fol. Papyr.

ר' יצחק בר שמואל

פתרכג חבר חתם פז׃

1023 R. ISAAC BAR SAMVELIS ſcripſit -

חתם פז *Chètem paz Aurum purgatiſſimum*, Titulus libri exhibiti à Buxtorf. ſine indicatione argumenti, forſan eſt Cabaliſticus, vt alius eiuſdem tituli.

רבי יצחק בן שמואל אדרבי

פתרכר חבר ספר דברי שלום והם סלסים דרשים׃
וחבר גם כן ס' דברי ריבות והם שת׳׃

1024 R. ISAAC BEN SAMVELIS אדרבי ADARBI' Iudex, & Sapiens Theſſalonicæ, ſcripſit librum inſcriptum -

דברי שלום *Diurè ſcialòm Verba pacis*. Sunt 30. Conciones, quas ipſe in diuerſis Synagogis olim habuerat, & quia lenis, ac blandus verbis ad virtutes populum hortabatur, ideò דברי שלום *Diurè ſcialòm* illum inſcripſit. Poſt huiuſmodi 30. Sermones, ſequitur -

Explanatio in Pentateuchum Moſis myſtica, quam proſequitur vſque ad finem Pentateuchi. In vltimo autem quaternione, ea quæ poſt ſegetem relicta ſunt, colliguntur: iſta ſunt aliæ Conciones ſuper nonnullos Pſalmos, videlicet ſuper Pſal. 4. 101. 118. & 106. Et in

3 במהלל העצה והתבונה *De laudibus Conſilij; & Prudentia*.

4 במהלל הענוה *De laudibus humilitatis*. Et -

5 במהלל היראה *De laudibus Timoris*.

Quo æuo claruerit incertum eſt: nam quod à *Iuchaſsìn* loco citato ponatur inter R. Iudam Bar Aſcèr Germanum habitantem Toleti, qui anno Dom. 1391. ſeipſum occidit ne fieret Chriſtianus, vt dictum eſt ſuprà num. 610. pag. 37. & inter R. Salomonem nepotem Rabbènu Scimſciòn Auctorem *Toſaphòth*, qui ea tempeſtate Acconis incola erat, non probat eius ætatē; quia idem *Iuchaſsìn* pag. 132. b. dicit, hunc R. Iſaacū Bar Scielomò obijſſe anno כ'ח' 28. minoris ſupput. hoc eſt an. Domini 1268. cuius obitus diſtat ab obitu R. Iudæ Bar Aſcèr pluſquam annis 120. Idem habetur in *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 59. & Dauid Ganz in צמח דוד ad annum 28. ſexti millenarij. Vnde hos ſynchronos eſſe non potuiſſe, dicendum eſt.

Cæterùm, huius Auctoris exemplar vnum *Maſciàl hakkadmonì* apud me eſt impreſſum per Gerſonem Typographū fil. Moſis Soncinatem, ſine loci, & temporis indicatione; at iſte Gerſon anno 244. Chriſti 1484. Typographicam artem Brixiæ exercebat. Vide Par. I. pagina 434. col. 2.

רבי יצחק בן שלמה בן צדיק

פתרכב
עמשפחת אלחדיב ספרדי חבר לוחות על הכוכבים
וקרא שמם אורח סלולה כמ״ש בי בוולטיקאנו׃

1022 R. ISAAC BEN SALOMONIS BEN TZADI'K de familia *Alchadèb* Hiſpanus. Scripſit Tabulas Aſtronomicas, quas nuncupauit -

SCIONIS ſcripſit Commentarios in Pſalmos: quibus annexus eſt Commentarius in Prouerbia, & libros Samuelis in calce libri. *Medràſc Scechàd Tòu* inſcribitur totum Opus. Pragę 1613. in fol. Ita Biblioth. curioſa, ex Daſſouio in Præfatione 6. 4.

תתרכ״ח **רבי יצחק בן ר׳ מאיר מפראג ור׳ שמעון אחיו** חברו פרקי שירה ועשה פירוש על הברייתות כל העוסק בפרק שירה וכו׳ : הביא ר׳ אליעזר אומר כל האומר פרק שירה וכו׳ וקרא אותו פירוש שיח יצחק :

1028 R. ISAAC BEN R. MEIR Pragenſis vnà cum fratre ſuo R. Simeone ſcripſit –

פי׳ על פרקי שירה *Perùſc al Pirkè Scirà De Capitulis Cantici* ſuper *Baraithòth* Talmudis, quibus laudantur cantica ab antiquis Patribus compoſita. Super quibus hic Auctor R. Iſaac ſcripſit Expoſitionem, quam vocauit –

שיח יצחק *Siach Itzchàk Meditatio*, ſeù *Colloquium Iſaaci*, alludit ad illud Gen. 24. 63. *Et egreſſus eſt Iſaac* לשוח *lasùach ad meditandum in agro*. Inuitantur in ſex capitulis, quibus totus liber componitur, omnes creaturæ animatæ, & inanimatæ ad laudandum Deum omnium creaturarum Dominum, & Creatorem, aſſumptis congruentibus locis ex Scriptura idipſum probantibus. Et in fine libri extat Index locorum Scripturæ in huiuſmodi expoſitione citatorum, cum Indice *Maamarìm* antiquorum Rabbinorum. De expoſitione alterius fratris, quam appellauit שער שמעון *Sciar Scimòn Porta Simeonis*, dicemus in *R. Simeone Ben Meir*. Excuſ. Venetijs anno תי״ד 424. Chriſti 1664. in 4. Vide ſuprà in *R. Iſaac Wolff*.

in fine libri extat duplex Index, alter locorum Sacræ Scripturæ, alter מאמרים *Maamarìm* Rabbinorum; & in ſecunda impreſſione huiuſmodi loca citantur etiam in margine libri, quæ in prima editione minimè extabant. Excuſa ſecundò Venetijs charactere Bombergiano, ſed typis Ioannis de Gara anno ש״מ״ו 346. Chriſti 1586. in fol. cùm primùm excuſa fuiſſet ibidem anno ג״ו ש״א 310. Chriſti 1550. apud Matthæum Zaneti, in fol. Scripſit & –

דברי ריבות *Diurè riuòth Verba controuerſiarum, litium*. Tit. ex Deuter. 17. v. 8. Sunt ש״ות *Sceelòth Vtſciuuòth Quæſita, & Reſponſa* legalia ad forum contentioſum ſpectantia. Excuſa ſunt Venetijs ſecundò characteribus Bombergianis apud Ioannem de Gara anno שמ״ז 347. Chriſti 1587. in fol.

תתרכ״ה **ר׳ יצחק בן ר׳ שמואל חיים ספרדי** כתב בידו על הסכמת ספר אגור ליעקב לנדא :

1025 R. ISAAC BEN R. SAMVELIS CHAIM Hiſpanus, approbauit, ac laudauit librum אגור *Agùr* R. Iacobi Landò, Extat in principio huius libri quartus in ordine. in 4.

תתרכ״ו **רבי יצחק בר שמואל** בן אחותו של רבינו תם הנקרא ר״י עיין ר׳ יצחק הזקן למעלה :

1026 R. ISAAC BAR SCEMVE'L Ben ſororis Rabbènu Tham. cognomento ר״י *Ri* Vide *R. Iſaac Hazakèn*.

תתרכ״ז **רבי יצחק בן שמשון** חבר פירוש על ס׳ תהלים

1027 R. ISAAC BEN SCIM-

תתקל״ט ... **ר׳ יצחק שפרוט** חבר כמה ספרים רבים ונכבד מהם ס׳ אחד כנגד דתנו ואמונתנו וקרא שמו אבן בוחן כשנת כמו קל״ד וכן אמר בעל ס׳ יוחסין דף קל״ג עמוד ב׳ ; ואני ראיתי ספר אבן בוחן אחד כתבה בקולגיון די נואופיטי אחר כרוטס פ״י ונשלם בחדש אייר שנת ה׳ אלפים ליצירה בעיר טראסונא והמחבר נקרא שם טוב בר״ר יצחק בן שפרוט ; כן נמצא בסוף ספר הזה ;

1029 R. ISAAC שפרוט SCIPRV'T ſecundùm quod refert Auctor *Iuchaſsin* pag. 133. b ſcripſit multos libros, inter quos inſignis habetur à Iudæis ille, quem anno 134. Chr. 1374. ſcripſerat, cui titulum fecit -

אבן בוחן *E'uen bòchan Lapis lydius*, ex Iſai. 28. 16. contra Chriſtianam religionem. Videtur tamen corrigendus *Iuchaſsin* tam circa nomen huius Auctoris, quàm circa tempus, quo claruerat: nam in Collegio Neophytorum Vrbis extat antiquiſſimum exemplar huius Auctoris mſc. in charta papyracea, vbi tam in principio libri, quàm in fine ipſius ponitur nomen Auctoris, annus, & locus vbi perfectus, & completus eſt.

Auctor enim אבן כחן *E'uen bòchan* eſt *R. Scem Tòu Ben R. Iſaaci* שפרוט *Sciprùt*, ſic enim orditur huiuſmodi liber אמר המחבר שם טוב כ״ר יצחק בן שפרוט וכו׳ ; *Dixit Auctor Scem Tòu Be Rabbi Iſaaci Ben* שפרוט *Sciprùt &c.* Et in fine huius paginæ linea penultima legitur וקראתי שם ספר זה אבן כחן ; *Et vocaui nomen huius libri E'uen bòchan Lapis probationis.* In calce autem libri hæc ſcripta leguntur -

ובזה נשלם מה שכונתיו בזה הספר קראתיו אבן בחן
בחדש אייר שנת ה׳ אלפים ליצירה בעיר טראסונא
בריך רחב חילא לעבדיה בר אמתיה המחבר שם טוב
בר״ר יצחק בן שפרוט ; ושערי הספר ארבעה עשר ;
וסימנם היתה עלי יד י״י ; חזק ;

Et in hoc abſolutum eſt illud, quod intendi in hoc libro, quem vocaui E'uen bòchan, menſe Ijàr Aprili *anno 5000. à creatione* (Chriſti 1240.) *in Vrbe Taraſona. Benedictus Deus, qui dedit robur Ouadiæ Ben R. Amathiæ* (videtur quod fuerit ſcriptor libri) *Auctor eſt Scem Tòu Be R. Iſaaci Ben Sciprùt. Portæ autem* (ſiuè Tractatus) *libri ſunt quatuordecim, quorum ſignum eſt: Facta eſt ſuper me manus Domini. Finis.*

טראסונא *Taraſona Turiaſſo* Plinio, Vrbs eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud fines Caſtellæ veteris, & Nauarræ inter Cæſarauguſtam, & Numantiam, aut Soriam Vrbem Caſtellæ, & Tutelam Vrbem Nauarræ; ex Ferrario.

Scialſceleth hakkabbalà pag. 61. non longè à fine eandem ſententiam *Iuchaſsin* ſequitur quoad annum, quo claruerat; reponit enim eum ſub annum 134. Chr. 1374. vt facit *Iuchaſsin*, & eodem nomine Iſaaci eũ nominat. Notat tamen eundẽ Auctorẽ *E'uen bòchan* vocari מתתיה *Mathathiam*, ſecundùm quod colligitur ex *Quaſitis, & Reſponſis Bar Sceſciath* num. 271. Sed forſan de alio libro eiuſdem nominis locus *Bar Sceſciàth* intelligi debeat. Rabbì Dauid Ganz 22. annis ſeriùs collocat, eumque ad annum ſcilicet 156. Chriſti 1396. reijcit. Sed mirum eſt illud, quod idem Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* ad pag. 39. b. habet circa med. Ibi enim recenſet quandam Epiſtolam miſſam ad רב חסדא הנשיא כ״ר יצחק ן׳ שפרוט *Rau Chaſdà Principẽ Ben R. Iſaac Abèn Sciprùt*, ex qua colligitur exorbitans anachroniſmus. Sed hanc Epiſtolam eſſe ſuppoſititiam, ac falſam, probauimus ſuprà Par. II numero 556. pag. 852. col. 2. Eſt & alius liber cum titulo -

אבן בחן *E'uen bòchan Lapis lydius.*

Tra-

קמ"לט **יצירה** הוא ס' יצירה עם פירוש ולא נודע
שם המחבר . בכתב כ"י בוואטיקאנו :

1031 IETZIRA', ſeù liber *Ietzirà* cum expoſitione Anonymi. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana Pergam. in 4.

תת"לב **ר' יקום בן גד** כמו שאמר גיורגיוס
אורניו בספרו הנקרא בלשון לטין וקראו דברי חימים של
קהילות המשיחיים משנת ת"כ כי זה ר' יקום בן גד כתב ספר
ספר כמו ק"ב לפ"ק משה והשכיבו שלא ערו"ה ספר ס' על קבורת
משה רבינו : וזה גיורגיוס אורניו הוא שר שקר ואין בלבובו
אמת :

1032 R. IAKV'M, ſeù IECOMAS BEN GAD, ſecundùm quod refert Georgius Hornius in ſua Hiſtoria Eccleſ. Saphetæ habitans an. 420. Chr. 1660. Scripſit librũ de ſepulchro Moſis Prophetæ, & probat, quòd illud nuper inuentũ in monte Nebo, & Abarim cum epitaphio, *Moſes ſeruus Domini*, non ſit Moſis Legiſlatoris ſepulchrum, ſed alterius cuiuſdam Moſis, qui multis poſterior ſeculis fuerit. Auctor huius fabulæ non fuit R. Iecomas, qui cùm nunquam in rerum natura extiterit, de ſepulchro Moſis ſcribere non potuit. Hornius tamen mendaciſſimus Auctor, & huius fabulæ inuentor eam refert hiſce verbis in Hiſtoria Eccleſiaſtica nu. 74. editionis Lugdun. Batau. & Roterod. ex Officina Hackiana 1666. in 12.

Rem nunc exponam (inquit Hornius) *non minùs credentium multitudine certam, quàm ipſo facto, & euentu mirabilem. Quippe noſtro tempore non defuerunt, qui ſepulchrum MOSIS, quod ipſe Deus abſconderat, repertum fuiſſe traderent, idque hac occaſione A. CIↃ. IↃCLV. menſe Octobri, MARONITAE quidam*

Pa-

Tractat de vitæ humanæ recta inſtitutione. Excuſ. Venetijs anno 306. Chr. 1546. in 4. apud Corneliũ Adel-kind. Item Cremonæ anno 318. Chr. 1558. in 4. apud Vincentium Conti, ſub Philippo II. Hiſpaniarum Rege.

תת"ל **רבי יצחק בר ששת** הנקרא
הריב"ש היה מעיר אלגירו והם הוא קבור והיה ממשפחת פרופינו
ורבו הכהן היה רבו וגם רבינו נסים היה רבו : ובספרו מיין
שו"ת ובכ"א כראה שכתבו זה לזה הוא ור' חסדאי קריסקס ובמיין
שפ"ב כראה שהיה לו ספר ס' אלפים קל"ד : ונפטר שמ"ה :

1030 R. ISAAC BAR SCIESCIA'T abbreuiatè dictus הריב"ש *Harriuàſc* de Vrbe Algerio, de familia Pruphino. Magiſtrum habuit הר"ף *R. Pèretz Còhen*, & *R. Niſsim* in ſuo libro ש"ת *Quaſit. & Reſpon.* num. 269. & 391. apparet mutuo, & inter ſe cum R. Chaſdài Krèskaſc Epiſtolas interceſſiſſe. Et n. 382. harum Epiſtolarũ nonnullas miſſas fuiſſe anno mundi 5134. Chriſti 1374. quo maximè tempore claruit hic Auctor, & ſcripſit -

ש"ת *Sceelòth* & *Teſciuuòth Quæſita, & Reſponſa* legalia ibidem in Vrbe Algerio, vbi obijt, & ſepultus eſt, cuius mortem R. Dauid Ganz refert ad annum circiter 134. ſexti millenarij, Chr. 1374. In Biblioth. Vaticana reperiuntur nonnullæ Epiſtolæ mſc. ſub num. 429. huius Auctoris Rabbi Iſaaci Bar Scieſciàth ſcriptæ ad *R.* קולון *Kòlon* Germanum, quibus agitur de rebus Iudicialibus, & præſertim de Contractibus. Scripſit & librum inſcriptum -

בר ששת *Bar Scieſciàth* de nomine patris ſui. Excuſus Riuæ Tridenti an. 319. Chr. 1559. ſub Principe Chriſtophoro Madrutio Tridentino Epiſcopo.

medis *Meccæ*, IESV CHRISTI *Hieroſolymis*, *&* Moſis *in monte Nebo*. *Sed* Ieſuitæ *cunctorum conatus ſuis artibus eluſerunt, ac magnis muneribus impetrarunt, ut* Sepulcrum, *& ipſe* aditus *occluderetur ac ne cuidam*, ſub pœna mortis, *ad illud accedere liceret*. *Ita* Morat *Baſſa*, *miſſis Sangiak*ⁿ Ieroſolymæ, *&* Saphetæ, *montes obſtrui, ac Sepulcrum claudi iuſſit*.

Ipſi vero Ieſuitæ *inita cum* Druſis *conſpiratione*, corpus *Moſis clam auferre ex Sepulcro, & in* Europâ *deportare nitebantur, magnam inde ordini ſuo Sanctitatem, & immenſas opes, haud vanè, promittentes. Iamq; Sepulcrū ipſum multo labore aperuerunt, cum* Vacuum *illud, & ſine vllo* corpore, *aut* reliquijs *inueniunt, & dum inter ſe attoniti muſſant, dū vel totum ſepulcrum, vel quia id fieri non poterat ob molem, partes eius auferre ſecum deliberant, res interea prodita Sanziakis* Hieroſolymæ, *&* Saphettæ, *qui cito miſſis ſub* Iafer *Aga equitibus, in ipſo conatu Ieſuitas malè mulctatos oppreſſerunt, & ipſum ſepulcrum ingentibus ſaxis, vt impoſterū inacceſſum foret, obſtruxerunt. Magna inde in Aula Conſtantinopolitana turbæ, & inter eruditos quæſtiones*, quid de hoc ſepulcro Moſis ſtatuendum? *Sed doctus quidam Iudæus*, Iecomas *Ben Gad, Saphetæ habitans, integro libro de hac materia ſcripto, oſtendit; non Moſis*, Serui Domini *hoc eſſe ſepulcrum*, ſed alterius *cuiuſdam* Moſis, *qui multis poſterior ſeculis fuerit. Atque ita opinio de reperto ſepulcro Moſis iterum euanuit*. Hactenus G. Hornius.

Ex ſimplici lectura horum, quæ ab Hornio narrantur, euidentiſſimè patet hanc fabulam eſſe, & ab ipſomet Hornio in odium Catholicæ Religionis, & præſertim Societatis Ieſu adinuentam.

Paſtores capras in montibus Nebo. & Abarim *paſcebant, cùmque frequenter obſeruarent, quaſdam capras duobus, tribuſuè diebus longiùs à grege expatiari, & abeſſe, reduces verò pilis admodum ſuauiter, odoris eſſe, viſum ſcrutari rem tam miram. Ergo ducibus capris ad præcipitia immanis profunditatis peruenerunt, intra quæ* vallem *breui circuitu, ſed amœniſſimam inuenerunt, in quam difficillimus per rupes terræ motu, vt videbatur, hinc inde conuulſas, deſcenſus dabatur. Ibi reperta cauea ſuauiſſimi odoris, & in eius medio* ſepulcrum *ex viuo ſaxo, literis quibuſdam inſcriptum. Ipſi Paſtores cum ſtupore egreſſi, latè odorem de ſe ſordidiſque cætera veſtimentis ſpargebant, & rei nouitate commoti*, Patriarchæ *Maronitarum in monte Libano, & Monaſterio S. Mariæ, quod* Kanobeen Kadiſchâ Mirjâm *vocant, habitanti, nomine* Mataxat, *cuncta, quæ viderant, quæ repererant, nunciarunt. Fidem faciebat odor inuſitatæ ſuauitatis. Ergo miſſis eò duobus Sacerdotibus, quos inter* Aben Vſeph *doctrina, ac prudentia excellens, monumentum repererunt, cui literis Hebræis inſcriptum*, MOSES, ſeruus Domini. *Exhilaratus tanti, vt videbatur, miraculi magnitudine Patriarcha, Baſſam Damaſci* Morat *precibus ſollicitat: vt ſibi* cuſtodia reperti ſepulcri *committeretur. Sed Græci, & Armeni, & Franciſcani, ac denique* Iudæi *ſe ijs opponere, ac ipſi inter ſe diſcordes, pecunia, & largitionibus in Aula apud* Mufitim, & Viſirium *certabant de ſepulcro, vt putabant, Moſis reperto. Præcipuè Iudæi contendebant* ſepulcrum Moſis ad ſe ſpectare, *& nihil glorioſius inter titulos Imperij Turcici fore, quàm quòd ſit* Dominus *trium ſepulcrorum* Muham-

ma veneratione quidem eſſe, ſed nulla mercatura, aut damnabile lucrum circa eas exerceri poſſe; neque Catholico Viro id excogitare fas eſt. Et quia in hac fabula nonnulla inſeruntur, quorum notitiæ non omnibus obuiæ ſunt, vti Maronitarum Patriarchæ in Monte Libano, Montium item Nebo, & Abarim, Baſſæ Damaſci, & cæterorum huiuſmodi: & vt hæc omnia ſine maiori ſtudio omnibus ſint nota, hìc ea breuiter explicare aggrediar, quibus cognitis, vanitas huius fabulæ propiùs cognoſcetur. Itaque -

Maronitæ ſunt Chriſtiani in Syria, qui ab Apoſtolo Petro edocti, nunquam à Catholica fide deſciuere. Habent proprium Patriarcham Antiochenum, cuius proprio nomini ob reuerentiam Beato Petro Apoſtolo debitam; qui primò Antiochiæ ſedit, Petri nomen addunt. Habitant in Libano, & à Sancto Marone Abbate, qui eos in fide Catholica confirmauit dicti ſunt Maronitæ. Hanc fidem adeò ſemper illibatam conſeruarunt, vt inter eos nec Hæreticos conuerſari, nec quidem hoſpitari permittant. Qua propter à Summis Pontificibus tanquam Eccleſiæ Romanæ dilectiſſimi filij, ſemper habiti ſunt Maronitæ. Quo nomine ab Hæreticis Orientalibus, & Schiſmaticis in religionis contemptum, appellantur, quod in Maronitarum gloriam conuertitur, & honorem. De quorum origine, nomine, ac Religione eruditiſſimam Diſſertationem nuper edidit Clariſſimus Vir Fauſtus Naironus Banenſis Maronita, in Almo Vrbis Archigymnaſio Syriacæ linguæ Lector, ac Bibliothecæ eiuſdem Cuſtos, quæ Typis poſtea

Ro-

Huiuſce rei ſignum eſſe Hornij conſuetudinem mentiendi, quam in exordio Societatis ab eo deſcripto, prudens & ingenuus Lector manifeſtè percipiet. Pagina enim 187. in eadem Hiſtoria Eccleſiaſtica de Societate Ieſu hoc pacto loquitur Hornius: *Societas hæc confirmata, breui tempore tanta incrementa ſumſit, vt vniuerſum Orbem multitudine ſua, & Collegijs inundaret, mercaturæ, & ſeductioni liberorum diuitum (auertunt enim cor liberorum à parentibus) intenti; cætera ferè rudes literarum, & pauciſſimi in tanta multitudine (iam enim trecenta millia, & ampliùs numerant) vel mediocrem habent eruditionem, meri, & inepti aliorum tranſcriptores, Scripturarum rudes, & linguarum, &c.* Et poſt pauca: *Sed præcipuum ab ijs Ieſuitis malum Regibus, Principibuſque Catholicis imminet, quos veneno, & ferro necandos clam inter ſuos docent pariter, & exercent, &c.* Non eſt noſtrum nobiliſſimam hanc Societatem Ieſu à calumnijs impudentiſſimi hominis vindicare, cùm nec locus, nec tempus, neque præſens argumentum id permittant. Hoc vnum volo vt ſciat Hornius: quòd Societas Ieſu eſt Turris fortitudinis à facie inimici, nec deſunt in ea Viri fortiſſimi, qui ſe, & ſua defendere ſciunt, & valent, ſed iacula ſtultiſſimorum hominum, vti eſt Hornius, paruipendenda ſunt, quia fragilia, & vana. Voluit itaque Hornius hac fabula de ſepulchro Moſis contra Patres Societatis Ieſu Orbem commouere, quaſi ipſi ex reliquijs corporis Moſis mercaturam facere voluiſſent, ideòque tanto ſtudio, & ſollicitudine eas quæſiuiſſent. Sed non intelligit Hornius: Sanctorum reliquias in Eccleſia Catholica in ſum-

Domini in terra Moab. *Et ſepeliuit eum in Valle in terra Moab contra Beth Peor. Et non cognouit quiſquam ſepulchrum eius vſque ad diem hanc.* Deuteron. 34. ver. 5. & 6.

His ita prænotatis Hornij impoſtura de ſepulchro Moſis manifeſta eſt. Siquidem Paſtores Maronitę, ſi capras in montibus *Nebo, & Abarim* paſcebant, neceſſariò dicendum eſt, eas ad paſcua fuiſſe deductas vltra 240. milliaria: nam tanta eſt diſtantia à Monte Libano ad montes Nebo, & Abarim; quod ſcire debet Hornius, ſi Coſmographiam, & locorum diſtantias metiri ſciat. Nonne planè ſtultus eſſet, ſi quis putaret verum eſſe id, quod ab Hornio dicitur, de Paſtoribus Maronitis paſcentibus capras ſuas in montibus Nebo, & Abarim? quaſi in monte Libano non eſſent paſcua pro capris alendis abundanter, vt neceſſe eſſet aliunde, & in longinquis regionibus ea inquirere. Sequitur Hornius: *Referunt Paſtores caprarum Patriarchæ Maronitarum habitanti in Monaſterio Kanobeen in monte Libano, nomine Mataxat, cuncta, quæ viderant, quæ repererant in monte Nebo.* Hic aliud ſolemne mendaciũ Hornij detegitur. Dicit Hornius huiuſmodi ſepulchri inuentionem accidiſſe anno Domini 1655. ſed nullus Patriarcharum Maronitarum eo magico nomine *Mataxat* appellari deprehenditur.

Anno ſiquidem Domini 1648. defuncto Ioſepho Accurenſe Patriarcha Antiocheno Maronitarum, euehitur in Sede Patriarchali Ioannes Safrenſis; qui cùm ſediſſet annis ſeptem, & aliquot menſibus, de hac mortali ad æternam vitam tranſlatus eſt. Obijt in Monaſterio Patriarchali Canobin, magna ſancti-

Romæ per Zachariam Dominicum Acſamitek à Kronenſeld Boëmum Pragenſem linguarum Orientalium Typographum anno 1679. euulgata fuit, in 8.

Mons autem Libanus, vbi Maronitæ habitant, ſitus eſt in regione Syriæ ſub grad. 35. eleuat. Poli. Ab ora Maris Phœnicii, & à Tripoli 6. mill. paſſuum diſtans: Radices exendit verſus Arabiam ab Occaſu in Ortum: eſt longitudinis 125. miliarium circiter. Diuiditur in aliquot Regiones, ſeù Prouincias, quarum nulla hodie propriè nomen Libani retinet, niſi illa quæ ܓܘܒܐ ܕܒܫܪܝ *Giobbe Bſciarrai* appellatur; vbi Maronitarum Patriarcha in Monaſterio dicto *Canobìn*, hoc eſt *Cænobio* propè Eccleſiam in honorem B. V. Mariæ Aſſumptæ dicatam reſidet. Reliqui Maronitæ in alijs Montis Libani latioris nominis Prouincijs habitant, inter quas, nulla maior cenſetur ea, quæ in medio Montis ſita eſt, inacceſſa, & inuia, nuncupata ܟܣܪܘܢ *Keſruàn*, vulgò *Caſtreuàn*, vbi Patriarcha vicum habet cum Monaſterio, & Eccleſia S. Arſenio dicata, quem incolæ ܡܪܝ ܫܠܝܛܐ *Mar Scialita* appellant; & corrupto vocabulo, Bremont in Itinerar. cap. 22. lib. 2. *Marſellietta* appellat. Hæc Prouincia ſubijcitur Baſſæ Sidonis, id eſt Saidæ; ſicut illa pars Montis, dicta *Giobbe Bſciarrai*, quæ propriè Libanus eſt, Baſſæ Tripolitanæ Vrbis ſubijcitur. Vide Bremont Maſſilien. in Itinerario Ægypti lib. 2. cap. 20.

Mons autem *Nebo*, & *Abarim* eſt in terra Moabitarum ſupra Iordanem contra Ierichuntem Deuter. 32. 49. ſub poli eleuat. gr. 31. vti omnes Geographi aſſignant. Ibi mortuus eſt Moſes ſeruus

à Domino noſtrò, & Diademate Capitis noſtri Patriarchá Stephano ſedente ſuper Sede Antiochiæ, ad Patrem Patrum Papam Clementem X.

Cùm itaque nullus ex ſupradictis Patriarchis Antiochenis Maronitarum vocetur *Mataxat*, liquet planè, Hornium eſſe mendacem, & impoſtorem. Sed ad alia pergamus. Proſequitur Hornius: *Exhilaratus tanti, vt videbatur, miraculi magnitudine Patriarcha, Baſſam Damaſci Morat precibus ſollicitat: vt ſibi cuſtodia reperti ſepulcri committeretur.* O rerum humanarum ſtupidam Hornij ignorantiam! Non putabam eum tantam Prouinciarũ Orientalium notitiam habuiſſe, ac pro ſuo lubitu ditiones, & præfecturas ex hac in illam commutare potuiſſe. Libani Prouincia, vbi ſitum eſt Canobin, ſub ditione Baſſæ Tripoli manet. Alia eiuſdem dicta *Keſruàn*, vbi eſt Monaſterium Mar Scialitæ, Imperio Sidonis Baſſæ ſubijcitur, nec Baſſa in Baſſam poteſtatem habet, vnde fictitium eſt quicquid de Baſſa Damaſci Morat dicitur ab Hornio. Qui quidem Baſſa Damaſci anno 1655. non vocabatur *Moràt*, ſed *Beſcir*, de quo audi, quid de eo dicat Simonius Maronita ſuprà citatus de Syrorum rebus benè inſtructus. *Anno Domini 1654. vel circa, Baſſa Damaſci erat quidam nomine* ܒܫܝܪ *Beſcir, qui cùm diuitias multas acquiſiuiſſet, & gratiam apud Magnum Turcarum Dominum inueniſſet, fuit ab eo vocatus vt Conſtantinopolim adiret, cùm iam eum magnum Vizirium creaſſet, eique vſque ad Aleppi Vrbem Regia Sigilla tranſmiſiſſet. Cùm autem Conſtantinopoli ſuum officium exercere cæpiſſet, ob antiquas inimicitias, quas cum Gianiſaris habebat, vindictam de eis ſume-*

tatis fama de ſe relicta an. Dom. 1656. Tempore igitur huius Patriarchæ Ioannis Safrenſis huiuſmodi fabulam de ſepulchro Moſis inuento diuulgari neceſſe fuerat, quia anno 1655. quo eam contigiſſe aſſerit Hornius, Ioannes iſte Safrenſis Patriarcha viuebat, & non Mataxat fictitium nomen fictitij Patriarchæ ex cerebro Hornij procreati.

Poſt Ioannem Safrenſem ſucceſſit in Patriarchali dignitate Georgius Belbehel electus die 1. Ianuarij 1657. Vir prudens, & ſapiens. Vixit in Patriarchatu annis 12. & menſibus tribus. Obijt in Monaſterio S. Arſenij, vulgò nuncupato *Mar Scialita* in Prouincia *Keſruàn* anno Domini 1670. Ob cuius obitum cùm vacaſſet Sedes Patriarchalis Antiochena 38. diebus ob peſtilentiam tunc in Syria graſſantem, tandem in Sede Patriarchali collocatur Stephanus Aldoienſis, & ex patria dictus Edenenſis, anno Domini 1670. qui adhuc viuit, & faxit Deus, vt ob bonum, & illorum populorum commodũ diù incolumis ſeruetur. Hanc Patriarcharũ Antiochenſium Maronitarum notitiam habui à R. D. Ioſepho Gratia Simonio Sacerdote Heſronita Maronita è Monte Libano qui cùm Romam à Stephano Patriarcha miſſus ad Clementem X. Summũ Pontificem pro obedientia ſuo nomine S. Sedi Apoſtolicæ præſtanda, & pro Pallio obtinendo aduenìſſet, eã ad me tranſmiſit ſua manu ſcriptam, cum hac ſubſcriptione Syra.

ܩܫܝܫܐ ܝܘܣܦ ܓܪܨܝܐ ܚܣܪܘܢܝܐ ܡܫܬܕܪ
ܡܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܘܢܝܐ ܐܣܛܦܢܘܣ
ܠܘܬ ܟܠ ܪܝܫ ܐܒܗܬܐ ܦܦܐ ܐܒ
ܠܐܒܐ ܕܐܒܐ ܩܠܝܡܝܣ ܥܣܝܪܝܐ

Presbyter Ioſeph Gratia Heſconita miſſus

in *Fragmentis Tabularum*; In quodam carmine, inquit Buxtorfius in Abbreuiaturis, ponit nomen ſuum זלמון הנקדן *Zalmòn*, hoc eſt *Salomon Hannakdàn Punctator*, Et apud eundem Buxtorfium mſc. reperitur. Hottingerus Claſſ. I. Biblioth. Orient. librum cum huiuſmodi nomine *En Hakkorè* cuidam R. Ioſè Ben Scem Tòu attribuit, & dicit continere Regulas, ſeù Methodum concionandi.

קתל״ד ר׳ ירוחם בר משולם

מפרווינצה תלמיד הרא״ש כתכת הנ״ל חבר ס׳ אדם וחוה ומשרים על הדינים :

1034 R. IERVCHA'M BAR MESCIVLLA'M GALLVS de Prouincia, diſcipulus *Harròſc*, id eſt *R. Aſcèr*, & *R. Abraham Ben* אסמעל *Aſmaèl*, ſcripſit librum de rebus ad ritus, & iudicia pertinentibus, quem nuncupauit אדם וחוה ומישרים *Adam VeChauà vmeſciarìm Adam*, & *Eua*, & *rectitudines*. In eo enim agitur de officio parentum erga filios; de doctrina Legis; de Precibus; feſtiuitatibus; de Iudicijs ſpiritualibus, & corporalibus excommunicatione, & pœnis infligendis; de ciborum delectu; de ieiunijs; de heterogeneis non coniungendis; de inſitione; de campis, & vineis, & cæteris huiuſmodi. Excuſ. Venetijs apud Aloyſium Bragadinum filium Petri Bragadini anno ש״יג 313. Chr. 1553. in fol. Claruit hic Auctor anno mundi צ״ד 5094. Chr. 1334 ſecundùm quòd ſcribit *Iuchaſin* pagina 133. b. Algazæus, & R. Dauid Ganz ad hunc annum.

קתל״ה רבי ישועה בן ר׳ יוסף הלוי הספרדי

חבר ס׳ הליכות עולם על דרכי

תכונה

mere volens, eos officijs expoliauit, eaque conferendo ijs, qui ſuis partibus adhæreſcebant. Vnde factum eſt, vt Gianiſari apud magnum Turcarum Dominum de nece magni Viſirij agerent, eumque impellerent, vt Viſirij caput amputaretur, vti factum eſt diebus quadraginta, poſtquam ad officium magni Viſiratus ſubleuatus fuiſſet.*

Poſt Baſſam Beſcir *conſtituitur Baſſa Damaſci eius filius nomine* محمد Maumèd, *iuuenis quidem ætate, ſed canus mente, qui poſt mortem patris ſucceſſit ei in officio, & munere magni Viſiratus, & eſt ille, qui temporibus noſtris adhuc viuit cum notabili damno totius Chriſtianitatis*. Ita teſtimonium Simonij, quando tempore Clementis X. ſanctæ memoriæ ſuprà narratam notitiam Patriarcharum Maronitarum, quorum patriam, natales, vitam, mores, & res ab eis geſtas luculenter deſcriptas, ad me tranſmiſit. Qui cùm hanc fabulam de ſepulchro Moſis à capris Maronitis inuento, ex Hornio à me ſibi propoſitam legiſſet riſum continere non potuit. Vnde à plebe Iudaica, cui falſum Auctorem Iacomem Ben Gad obtrudit, exibilandus eſt Hornius, & cum ſua fabula relinquendus.

קתל״ג רבי יקותיאל הכהן בר יהודה

נקרא יהב״י חבר ס׳ עין הקורא וגם כן נקרא שם זה המחבר זלמון הנקדן :

1033 R. IEKVTIEL HACCOHE'N BAR IVDÆ dictus יה״בי *Iehaui* per initia dictionum. Scripſit librum inſcriptum עין הקורא *En Hakkorè Oculus Lectoris*, Tit. ex Iud. 15. 19. Liber Grammaticus eſt, & in quo de ratione punctationis agitur. Eius meminit Elias Germanus

monialibus, quæ hodie apud Hebræos ſunt in vſu; & ſecundùm quod in Talmude inueniuntur, ſuccinctè explicantur, vel indicantur, vt faciliter quis poſſit eas in eodem Talmude adinuenire. Excuſ. Ferrariæ apud Abrahamum Aben אושקי *O'ſcki* ſub Don Hercule Ateſtino Ferrarienſium Duce, anno mundi קרי״ה 315. Chr. 1555. in 4.

אבו ישמעאל פראבי

חבר ספר עין משפט והם ששים דרושים כפי דעת ארסטו והעתיקו מלשון ערב ללשון הקודש טודרוס בן משולם בן דוד טודרוס ספרדי.

1037 ABV ISMAE'L PHARABI' Philoſophus Arabs, ſcripſit Arabicè -

ס׳ עין משפט *Sèpher En Miſcpàtt Liber Oculi Iudicij*. Sunt 60. Tractatus Philoſophici, ſed ſuccincti ad mentem Ariſtotelis compoſiti, quos ex Arabico in Hebraicum tranſtulit *R. Todros Theodorus Ben Meſciullàm Ben Dauìd Todros Hiſpanus*. Extat mſc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in 4.

תפלת הישמעאלים

בלשון ערבי ונכתב בלשון עברי נמצא בי בוואטיקאנו על נייר :

1038 PRECES, & ORATIONES ISMAELITARVM idiomate Arabico, & characteribus Hebraicis ſcriptis exaratæ. Extant in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 8.

ר׳ ישעיה בן אברהם הלוי המכונה הורוויץ

חבר ס׳ שני לוחות הברית על תורה שבכתב ועל תורה שבעל פה והביא אותו לדפוס ר׳ שעפטל סג״ל [illegible] כדפס באמשטרדם בבית עמנואל בנבנישתי שנת ת״ט .

מבוא התלמוד : והו מלמד כל דרכי הגמרא .

1035 R. IESCIV'AH BEN R. IOSEPH HALLEVI' Hiſpanus Caſtilienſis, ſcripſit librum -

הליכות עולם *Halichòth Olàm Inceſſus mundi*, ſeù *Itinera ſeculi*, Tit. ex Habacuc 3. 6. Eſt introductio ad intelligendam methodum, & formulas à Doctoribus Talmudicis in ipſo Talmude adhibitas. Vbi de Tanaitis, & Amorraitis, & quomodo ex illorum ſymbolis, & modis loquendi eorundem doctrina cognoſci poſſit. Vixit hic Auctor Toleti, vbi anno 227. Chr. 1467. ſuaſu Don וידאל *Vidalis* Ben לביא *Leuià* hunc librũ ſcripſit. *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 62. b. & R. Dauid Ganz ad hunc annum ſexti millenarij. Excuſus Conſtantinopoli anno נ״ר 270. Chriſti 1510. in 4. Item Sabionetæ anno 327. Chriſti 1557. in 4. Et Mantuæ anno ש״נ״ג 353. Chr. 1593. in 4.

Conſtantinus L'Empereur ſub nomine *Clauis Talmudica, complectens formulas, loca Dialectica, & Rhetorica priſcorum Iudæorum*, anno Domini 1634. Lugduni Batau. ex Officina Elſeuiriorum Latinè euulgauit: cui additur pagina 222.

R. Samuelis Hannaghid Introductio ad Ghemaram, quæ & Hebraicè in fine *Halichòth Olàm* reperitur.

ר׳ ישמעאל הכהן מתונסי

חבר ס׳ הזכרון על הדינים הנוהגים בזה הזמן ונדפס בפירא״ שנת קרי״ה לפ״ק :

1036 R. ISMAE'L HACCOHE'N Tunetanus, ſcripſit librum, cuius titulus -

ס׳ הזכרון *Sèpher Hazzicaròn Liber Memorialis*. Tractat de ritibus, & cere-

1039 R. ISAIAS BEN ABRAHAM LEVITA de familia חורוויץ *Horuuitz*, ſcripſit magnum Volumen, quod nuncupauit -

שני לוחות הברית *Scenè luchòth habberìth Duæ Tabulæ Fæderis*, Tit. ex Deuteron. 9. 15. Hiſtoricè, & doctrinaliter pertractat de vtraque Lege ſcripta ſcilicet & orali. Excuſ. eſt Amſtelodami anno mundi 5404. Chr. 1644. opera, & ſtudio *R. Sciaphtàl* סגן לויה *Ségen Leuiàh Subſtitutus Leuiticus* de Poznania typis *Immanuelis* בנבנישתי *Benbenaſte* in folio.

פתר"צ רבי ישעיה בר אליה חבר פוסקים מר' שלמה מברצילונה: מרמב"ם: מרש"י: ר"תם: מר' ברוך: ומרבי חננאל ונמצא כ"י בבית ספרי דוכוס אורבינו אצל וואטיקאנו:

1040 R. ISAIAS BAR ELIÆ. ſcripſit Deciſiones ſelectas ex operibus *Rambàm*, *Riſcbà*, *Raſci*, *R. Tham*, *R. Barùch*, & *R. Chananèl*. Reperiuntur mſc. in Biblioth. Vrbinatenſi apud Vaticanum Papyr. in 4 ſub num 33.

Eiuſdem הלכות *Halachòth* ex Ghemara ad ritus, & cæremonias pertinentes. Reperiuntur mſc. in Biblioth. Vaticana in 4. papyr. ſub nu. 184. 346. & 349.

פתר"מ ר' ישעיה מטראני חבר נמוקים על התורה ונזכר בס' אמרי בינה משורש מן הלועזים דף קכ"ז:

1041 R. ISAIAS DE TRANI, ſcripſit *Obſeruationes ſuper Pentateuchum*. Eius meminit R. Azarias de Rubeis in ſuo libro אמרי בינה *Imrè binà* pag. 127.

פתר"ב ר' ישעיה הלוי חבר ס' בית הלוי על הדינים ופי' על כמה מקומות מהגמרא נדפס שנת בר"נ"ח:

1042 R. ISAIAS HALLEVI Leuita, ſcripſit -

ס' בית הלוי *Librum Beth Halleuì Domus Leui*, Tit. ex Pſal. 135. 20. Tractat de rebus iudicialibus, & explicantur quædam loca Ghemaræ. Excuſ. anno בר'נ'ח 257. Chr. 1427. loco non notato.

פתר"ג ישר או ס' הישר למי שכל דבריו הם על הסדר כמו שהיו בעולם ועל ענין אשר מקרא תולדות אדם כמו שנאמר בהקדמה זה הספר: וגם מדבר על ענייני הנזכרים בתורה ובספר יהושע.

1043 IASCIA'R, ò SE'PHER HAIIASCIA'R *Rectus*, ſiuè *Liber Recti*, Tit. ex Ioſ. 10. 13. Explicat Hiſtorias contentas in Pentateucho Moſis, & in libro Ioſuè, & multa addit ad modum paraphraſim curioſa quidem, ſed vt plurimùm fabuloſa, ſicut eſt fabuloſum quod dicitur in Præfatione de huius libri inuentione, cum nempè fuiſſe inuentum tempore euerſionis Vrbis Ieroſolymitanæ in quodam Palatio, vbi recluſus erat quidam ſenex, apud quem quamplurimi libri Hebraici inuenti ſunt, inter quos iſte liber *Iaſciàr*, qui in Hiſpaniam adductus, & apud Hiſpalim aſſeruatus, tandem Neapolim aduenit, vbi publici iuris factus, vltimò Venetijs prodijt apud Petrum Aloyſium, & Laurentium Bragadinum an. הש"פה 5385. Chr. 1625. in domo Ioannis Coleonis in 4. Eſt & alius liber cum hoc titulo ס' חישר. Vide ſuprà num. 907.

פתר"ד ר' ישראל בן ר' אליה מזרחי כתב אגרת קטנה על ספר אביו אשר עשה פירוש על פירוש רש"י על התורה: ונדפס בפירושו בדפוס וויניציאה שנת ש"ח:

1044 R. ISRAE'L BEN R. ELIÆ MIZRACHI', ſcripſit Epiſtolium ſuper librum patris, quo Commenta-

tarij Rabbi Salomonis Iarchi exponuntur. Excuſ. cum eodem libro Venetijs apud Danielem Bombergum anno ש״ה 305. Chr. 1545. in fol.

עקר״ס רבי ישראל אשכנזי מאוסטריך הנקרא בכינוי איסרלן או ישראלין חבר ס׳ תרומת הדשן על סדרים ׳ ונדפס שנ״ת ׃

1045 R. ISRAE'L ASCHENAZI' Germanus de Auſtria, à Germanis nuncupatus איסרלן *Iſarlàn*, vel ישראלין *Iſralìn*, ſcripſit librum cum titulo -

תרומת הדשן *Terumàth haddèſcen Ablatio cineris*. Sunt 354: ש״ה *Quæſita*, & *Reſponſa* ad cæremonialia pertinentia ſecundùm numerum vocis דש״ן *Déſcen Cineris*. Excuſus Venetijs apud Danielem Bombergum anno רע״ט 279. Chr. 1519. in 4. Et ibidem anno ש״ו 306. Chr. 1546. apud Marc. Anton. Iuſtin. in 4. In eodem libro extant -

פסקים וכתבים *Peſſakim Deciſiones*, & *Chetauim*, Inſtrumentorum formulæ variæ pertinentes ad forum contentioſum, eiuſdem Auctoris. Scripſit -

ביאורים על ר״שי על התורה *Biurìm al Raſcì al Hattorà Elucidationem ſuper Commentarium R. Salomonis Iarchi ſuper Legem*, Excuſ. ibidem apud eundem. Et ibidem apud Marcum Antonium Iuſtinianum anno ש״ו 306. Chr. 1546. in 4.

הקדמו ר׳ ישראל בנימן עשה הסכמה על פי׳ ר׳ אברהם גדליה על הילקוט בנדפס ובתחלת ס׳ ילקוט דפוס ליוורנו שנת ת״י ׃

1046 R. ISRAEL BENIAMIN approbauit *Peruſc Abrahami Ghedaliæ ſuper Ialkùt*. Excuſ. cum eodem an. 410. Chr. 1650. in fol. Par. II.

הקדמו רבי ישראל בן מנחם

מרוויגו עשה הסכמה על ס׳ זוהר ר׳ שמעון בן יוחאי ונדפסה בתחילת תקונים ספר אלו נדפס במנטובה שנת שי״ח לפ״ק ׃

1047 R. ISRAE'L BEN MENACHE'M DE ROVIGO protulit iudicium de libro Zòhar R. Simeonis Ben Iochài, illumque approbauit, & laudauit. Excuſ. initio תקונים eiuſdem. Mantuæ anno שי״ח 318. Chr. 1558. apud R. Meir Bar Ephràim, in 4.

עקר״ס ר׳ ישראל בן משה חבר ס׳ על הנפש על דרך הקבלה ׃

1048 R. ISRAE'L BEN MOSIS ſcripſit librum *De Anima* Cabaliſticè, Latinè redditus à Ioſepho de Voyſin cum hac inſcriptione: *Diſputatio Cabaliſtica R. Iſraël filij R. Moſis de Anima*. Cui additur -

Opus Rhythmicum R. Abraham Aben Ezra de modis, quibus Hebræi Legem ſolent interpretari. Adiectis Commentarijs ex Zòhar, alijſque Rabbinorum libris, cùm ijs, quæ ex doctrina Platonis conuenere. Pariſijs apud Tuſſanum du Bray 1635. in 8. In fine libri extat tractatus de formatione hominis, incipit

דבר חדש אשר חדש החכם מה״רר ישראל בן מה״רר משה ז״ל ידבר במעלת צורת האדם וכו׳ ׃

Res noua, quam renouauit ſapiens R. Iſraël Ben R. Moſis b. m. loquitur de excellentia formationis hominis, &c. Eius meminit Auctor Obſeruationum ad librum בחינת עולם pag. 317. Vide ibidem pag. 320.

עקר״ס ר׳ ישראל בן ר׳ ישראל בן רבי משה נאגרה בן ר׳ לוי נאגרה תושב דמשק חבר ס׳ זמירות ישראל וגם ס׳ זמירות

זמירת באנין ונדפסו בבפת סגליל סגליון עחת עמשלת סולטן מרלט על ידי ר׳ אליעזר בן ר׳ יצחק זלטה סנת שמז בבית ר׳ אברהם כל יצחק אשכנזי ׃

1049 R. ISRAE'L BEN R. ISRAE'L BEN R. MOSIS NA'GERA BEN R. LEVI' NA'GERA Damaſci incola, ſed origine Hiſpanus, Poëta inſignis. Dum eſſet Damaſci quotidie verſabatur in Muahamedanorum Meſchitis, ſeù Templis, vt audiret Turcarum, & Arabum cantilenas, quas in Rhythmos Hebraicos, vel etiam Chaldęos conuertebat. Inde compoſuit diuerſa Carminum genera, lingua etiam Hiſpana modulanda; nam omnes ferè Iudæi Orientales, cùm ex Hiſpania eiecti fuerint, linguam Hiſpanam retinuerunt, & Hiſpanicè loquuntur, quibus Carminibus ſimul collectis librum compoſuit ſub titulo -

זמירות ישראל *Zemiròth Iſraèl Pſalmodia Iſraëlis*. Sunt 108. כאזין *quaſi Hymni*. Excuſ Tzaphetæ Galileæ ſuperioris ſub Dominatu Sultani Amuràth, per manus Eliezaris Ben R. Iſaaci זלטה *Zalatà* apud R. Abrahamum Ben R. Iſaaci Aſchenazi Germani anno ש״מ״ז 347. Chriſti 1587. in 4. characteribus quadratis, & punctatis. In fine huius libri reperitur eiuſdem Auctoris libellus inſcriptus -

משחקת בתבל *De contemptu mundi*, *& de eius Vanitate cognoſcenda*, *& irridenda*. Excuſus ſimul cum eodem, & ab ijſdem anno prænotato.

Anno ש״ם 340. Chr. 1580. & anno הש״נ״ט 5359. Chr. 1599. & anno הש״ס 5360. Chr. 1600. apud Ioannem de Gara prodijt Venetijs locupletior pariter in 4. Diuiditur in tres Partes. Prima Pars vocatur עולת תמיד *Olàth Tamìd Holocauſtum iuge*. Secunda עולת שבת *Olàth Sciabbàth Holocauſtum Sabbathi*. Tertia עולת חדש *Olàth chòdeſc Holocauſtum Neomeniæ*, iuxta tria genera Holocauſtorum, quæ antiquitùs ex integro cremabantur. Hinc complectitur Cantiones triplicis generis decantandas, vel quotidie, vel ſingulis hebdomadibus, vel ſingulis menſibus, hoc eſt Sabbathis, & Calendis, vocatur etiam alio nomine; nempè -

מימי ישראל *Memè Iſraèl Aquæ Iſraëlis*, quo titulo innuit Auctor, huiuſmodi ſua Carmina eſſe præſtantiora aquis in Scriptura commendatis, videlicet aquis השלוח ׃ מנחות ׃ מריבה ׃ מצור ׃ וזהב ׃ *Siloe*, *Menachòth*, *Meriuà*, *Metzùr*, *& Zahàu*. Fuit correctus diligenter per R. Iſaacum Gerſonem, librorum correctorem tunc temporis Venetijs valdè diligentem, & ſatis notum.

Buxtorfius in ſua Bibliotheca Rabbinica nobis exhibens librum cum titulo -

זמירות *Zemiròth Cantiones*, dicit, eſſe elegantes quaſdam Cantiones in honorem Sabbathi decantandas, cum rhytmis Germanicis, & explicationum notis Hebraicis. Adiecta eſt & alia Cantio Hebræa cum rhytmis Germanicis, elegans, & iucunda, continens diſputationem inter aquam, & vinum, vtriuſque laudes, & vtilitatem ex ſacris literis pulchrè demonſtrans. Libellus in 8. Idem fermè habet Plantauitius.

עקר״ב ר׳ישראל בן סנאל חנל ס׳

ממשפטי הככבים כתבו כי׳ בוואטיקאנו ׃

1050 R. ISRAE'L BEN SANA'L ſcripſit librum -

ממשפטי הככבים *Mimiſpattè haccochauìm De Iudicijs Aſtrorum*. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4. ſub num. 67.

In alio Codice mſc. partim pergam. & partim papyr. in 4. vocatur *R. Iſraël Ben* צהל *Tzabel*.

תתרנ״א **רבי ישראל סרוג** חבר קבלת שקבל מפי הר׳ יצחק אשכנזי : נמצאת בספר לקוטים שונים שלקט ר׳ יוסף אשכנזי וכו׳ :

1051 R. ISRAE'L SARV'GH ſcripſit Cabalam, quam receperat ex ore *R. Iſaaci Aſchenazi Germani* cognomento הארי״ hoc eſt *Haſchenazi R. Itzchàk*. Reperitur in לקוטים שונים *Spicilegijs iteratis* ex ſcriptis Rabbì Ioſephi del Medico Cretenſis Tom. I.

תתרנ״ב **ר׳ ישראל בן ר׳ פתחיה** שנקרא ר׳ איסרליין נזכר בספר אגור סימן שלה״ שנשאל מי שמת לו אביו או אמו באדר ובסוף סיום השנה שהיא השנה מעוברת אם יאמר קדיש באדר השני או באדר הראשון : וכו׳ :

1052 R. ISRAE'L BEN R. PETACHIA' cognomento *Iſarlijn*, cuius mentio fit in libro אגור *Agùr* num. 335. vbi interrogatur: An ille, cui mortuus eſt pater, aut mater in menſe Adàr, & in fine menſis, anno emboliſmico inſequenti teneatur recitare קדיש *Kadiſc* Preces pro patre, aut matre in menſe *Adàr*, an verò in menſe *Veadàr*? Dubij ſolutio ibi videnda. Vide etiam infrà in *R. Iſſachar Ben R. Moſcè Petachià*.

תתרנ״ג **ר׳ ישראל מרוויגו** פסק פסק על תקוני הזהר ונדפס עם אותו הספר שנת ויש״ב לפ״ק במנטובה :

1053 R. ISRAE'L DE ROVIGO ſcripſit quandam Deciſionem ſuper *Tikunè Hazòhar*. Excuſa eſt cum eodem libro *Hazòhar* Mantuæ anno 318. Chr. 1558. in 4.

תתרנ״ד **ר׳ ישראל רקינאטי** נזכר בספר מאורי דף רלב״ :

1054 R. ISRAE'L RECANATI veluti Scriptoris meminit in ſuo libro Mauroy pag. 232.

תתרנ״ה **ר׳ יששכר בער בן רבי פתחיה משה** חבר ס׳ אמרי בינה על מלות זרות מספר׳ הזהר : ומקור חכמה על פשטי הזהר : וחבר ס׳ פתחי יה ופירוש על פרדס רמונים : וס׳ יש שכר על שמו יששכר והוא על דיני הזהר :

1055 R. ISSACHA'R BA'AR ſtupidus *Ben R. Petachià Moſis* ſcripſit -

ס׳ אמרי בינה *Sèpher Imrè binà Liber eloquiorum Intelligentiæ*, Tit. ex Prouerb. c. 1. v. 2. Quid de hoc libro proferat Buxtorfius, ſicut & de ſequentibus, hìc referam. Liber nouus (inquit) & recens eſt, complectens explicationem vocum exoticarum, & difficiliorum in Zòhar, & eſt eius quoddam Lexicon, impreſſus Pragæ anno שע״א 371. Chr. 1611.

Alter liber ipſi adiunctus, eſt eius quaſi altera Pars, cui titulus -

מקור חכמה *Mekòr Chochmà Fons Sapientiæ*, in quo breuiter, & perſpicuè explicat פשטי הזהר *ſenſum rerum, quæ in Zòhar* tractantur. Auctor eius ר׳ יששכר בער *R. Iſſachàr Vàar*, id eſt *Vrſinus*, filius R. Moſce Petachià. In Præfatione ſcribit, ſe conſcripſiſſe etiam -

ס׳ פתחי יה *Librum Pitchè Iah* in memoriam nominis patris ſui פתחיה *Petachià*, qui ſit quaſi Commentarius illuſtris in librum Cabaliſticum פרדס רמונים *Pardès rimmonìm*.

Alterum etiam, cui titulus -

יש שכר *Ièſc ſachàr*, in memoriam nominis ſui Iſſachàr. Agit de ſententijs iudicialibus libri Zòhar. Porrò in citatione foliorum in duobus prioribus libris, Auctor ſcribit, ſe ſecutum editionem

nem

nem Zòhar Cremonenſem, quòd ex pluribus exemplaribus proſtet, quàm editio Veneta. Citatur & alius huius nominis in libro Coſri fol. 187. in Commentar. col. 4. Denique etiam vocat ſic R. Azarias tertiam Partem libri ſui מאור עינים. Hactenus Buxtorfius, cui libenter fidem adhibeo ob diligentem, & ſedulam curam, quam in referendis libris à ſe viſis, contrectatis, & examinatis habet, vti facit in hoc libro אמרי בינה *Iſſacharis Bàar.* De quo, quia illum non vidi, nihil huic notitiæ à Buxtorfio traditæ, addam; Niſi quoad librum יש שכר *Ieſc ſachàr* obſeruo, ſeorſim fuiſſe excuſum Pragæ anno ש״ס״ט 369 Chr. 1609. in 4. per manus Gherſciòm Ben R. Bezalèl; vbi ritus, & cæremoniæ Iudaicæ cum ſuis iudicijs, qui diſperſi ſunt per librum Zòhar, ſimul colliguntur, & ſecundùm ordinem ſeruatum in שלחן ערוך ordinantur, & diſponuntur, vt apparet ex Tabula in fine libri poſita, poſtquam annotantur errata, cum ſuis correctionibus.

Obſeruo ſecundò illud, quod dicitur de editione Cremonenſi, eam plura exemplaria habere, quàm habeat editio Veneta, pro *Veneta*, ſubſtituendum putarem *Mantuana*, quia liber Zòhar nunquam Venetijs, quod ſciam, impreſſus fuit, ſed tantùm Cremonæ, & Mantuæ, vt notat ipſe Buxtorfius in voce זוהר *Zohar*.

Ex Buxtorfij F. ad פתחי יה *Pithchè Iah Portæ Dei* adde: Quòd ſit Enchiridion Cabaliſticum breuiter decem capitibus explicans decem Sephiròth, ſiuè Numerationes Cabaliſticas. Impreſſus Pragæ anno 354. Chriſti 1594. in 4.

תתרנ״ז ר׳ יששכר בער בן נפתלי כהן משעברשין בארץ פולין הנקרא באר חיטב חבר פירוש על ה׳ רבות ועל חמש מגילות רבתא וקראו מתנות כהונה:

1057 R. ISSACHA'R BA'AR BEN NEPHTALI SACERDOS de Sciaauareſcìn in Polonia, cognomento *Beer Hetèu*, ſcripſit.

מתנות כהונה *Mathanòth Cheunnà Dona Sacerdotalia*. Eſt expoſitio literalis & hiſtorialis in totum librum Rabbòth, & in Medràſc quinque paruorum Voluminum, ſcilicet, *Cantic. Canticorum*, *Ruth*, *Threnos Ieremiæ*, *Eccleſiaſten*, & *Eſther*. Excuſ. Amſtelodami anno 401. min. ſupputationis, Chriſti 1641. apud Immanuelem Benbanaſti in fol. Scripſit etiam.

מראה כהן *Marè Cohèn Viſio Sacerdotis*, quo varia loca libri *Zòhar* complectuntur, & explicantur. Excuſ. Cracouiæ anno 349 Chriſti 1589. regnante Sigiſmundo III. Polonorum Rege. In 4.

תתרנ״ח ר׳ יששכר בן רבי יקותיאל חבר קצור ספר התרומות והיה תלמיד הרא״ש ומת שנת צ״ב ו׳ כן בשלשלת הקבלה דף ס״א:

1058 R. ISSACHA'R BEN R. IEKVTIEL ſcripſit.

קצור ספר התרומות *Kitzùr Sèpher hatterumòth Epitome libri Hatterumòth De Oblationibus*. Fuit hic diſcipulus *Harròſc*, id eſt *R. Aſcèr*, & obijt anno 92. ſexti millenarij, nempè Chriſti 1332. Ex *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 61.

תתרנ״ט ר׳ יששכר בן ר׳ מרדכי דידיע ן׳ סוסאן חבר ס׳ עיבור שנים ותקופות נדפס בויניציאה בבית יואן די גארה שנת של״ך וחבר גם כן פעולת יששכר: כמו כתוב בסוף ספר הזה:

1059 R. ISSACHA'R BEN R. MORDOCHA'I דידיע DIDIA'A ABE'N סוסאן SVSA'N ſcripſit -

ס׳ עיבור שנים *Sèpher Ibùr Scianìm Liber intercalationis annorum*. Ex tit. indicatur de quo agitur. De Cyclo nempè Lunari, & ordinatione annorũ pro emboliſmis ſtabiliendis, & Neomenijs inueniendis, & calculandis. Oblatus fuit ab Auctore huiuſmodi liber cuidam ſapienti Rabbino nomine *Aharòn* אשכנזי *Aſchenazì Germano* anno שי״ד 314. minor. ſupputationis, Chriſti 1554. quem laudauit, & inſtitit, vt typis traderetur, ſicut poſt decennium factum eſt opera, & diligentia R. Salomonis cognomento רי *Ri*. Impreſſus itaque fuit Theſſalonicæ anno 5324. Chr. 1564. ſed non ita perfectus, vt poſtea factum eſt Venetijs apud Ioannem de Gara, opera *Moſis Gabài*, per manus Iſaaci טריוש *Treuàs* anno אשל״ך 351. Chriſti 1591. in 4. vbi multa addita ſunt, inter quæ abſolutus Tractatus de תקופות *Tekuphis* tam ſecundùm hypotheſin *Samuelis*, quàm *RàuAdà*, quem appellauit -

פעלת יששכר *Peulàth Iſſachàr Operationem Iſſacharis*. Vide pagina 109. circa finem libri. Et ſic abſoluimus III. Partem Bibliothecæ Rabbinicæ.

תם ונשלם חלק השלישי ;

Finis Tertiæ Partis.

שבח לאל משיחי וגואלי ;

Laus Deo Christo meo, & Redemptori meo.

לוח הטעיות ותקונם: והוספתי גם כן דברים רבים על הראשונים:

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 36. *col.* 2. ad R. Iudam Ariè dictum Leonem de Modena Adde: Scripſit librum, quem nuncupauit -

3. בית יהודה *Beth Iehudà Domus Iudæ*. Hunc deſcriptum habes pag. 848. col. 2. ibi videndus.

Pag. 40. *col.* 2. *lin.* 15. Adde: Excuſ. Venetijs apud Danielem Zanetum anno 5310. Chriſti 1550. in fol.

Pag. 46. *col.* 1. *num.* 624. In R. Iudas Hachasìd, Adde -

4. Quidam *R. Iudas Hachasìd* neſcio, an ſit idem cum deſcripto, ſcripſit -

ס׳ החסידים *Sèpher hachaſidim Librum piorum*. De moribus rectè componendis. Eſt liber præclarus, & apud eos magnæ exiſtimationis. Aliquoties fuit impreſſus, ſed primò Bononiæ anno mundi 298. min. ſupput. Chr. 1538. apud Abrahamum Haccohèn Ben R. Moſis Haccohèn, in 4. charta terſa, & charactere eleganti.

Pag. 56. *col.* 2. *lin.* 15. אוביו *lege* אביו.

Pag. 58. *col.* 3. *lin.* 21. execrenda *lege* exercenda.

Ibid.

PAg. 5. *num.* 590. in R. Iedidiàh Ben R. Iſaaci Gabài. Adde -

Nuper docuit me Clariſſ. Vir Antonius Magliabechius Bibliothecæ Sereniſſ. Magni Ducis Etruriæ Præfectus: quòd hic R. Iedidiàh ſuperioribus annis ſubſtitit aliquandiù Florentiæ, vbi & Typographiam Hebraicam aperuit, ſed paulò poſt inde receſſit, & Smirnas nauigauit, ibique eandem artem librorum imprimendorũ exercens varia Opuſcula excudit, inter quæ numerantur -

1. *Eſperança de Iſrael por Menaſsèh. En Smirne impreſea en la Stampa del Caf Nahat* 5419. (Chriſti 1659.) In 12. Item -

2. *Apologia por la Noble Naçion de los Iudios. Por Eduardo Nicholaſe. En Smirne, en* 12. Quæ eidem Domino Magliabechio Florentiam tranſmiſit.

Pag. 12. *col.* 1. *lin.* 20. פגנ *lege* פנג.

Pag. 14. *col.* 1. *lin.* 23. potuiſſe, *lege* potuiſſent.

Pag. 33. *col.* 1. *lin.* 16, הציחוק *lege* הציחוק.

Pag. 103. *num.* 24. *Cod.* 1. corrige *Cod.* 9. *Ibid. M.* 137. corrige 254. *Ibid. num.* 25. *M.* 38. corrige 44.

Pag. 103. *num.* 37. *M.* 115. corrige 114. *Ibid. num.* 38. *M.* 78. corr. 79.

Pag. 104. *num.* 58. *M.* 76. corrige 139.

Pag. 106. *col.* 2. *lin.* 3. *pro* num. 7. pone 8.

Pag. 107. *col.* 1. *lin. penult.* 55. corrige 57.

Pag. 112. *col.* 1. *lin.* 8. שֻׁוּח lege שׁוּחַ :

Pag. 136. *col.* 1. *lin.* 1. הוֹצִיו lege הוֹצִיאוּ :

Pag. 137. *col.* 2. *lin.* 2. יששה lege וְשִׁשָּׁה :

Pag. 138. *col.* 2. *lin.* 34. muliebus *lege* mulieribus.

Pag. 151. *col.* 2. *lin.* 29. num. 7. *lege* 6.

Pag. 153. *col.* 2. *lin.* 5. num 73. *lege* 75.

Pag. 179. *col.* 1. *lin.* 4. poſt *filij ſui* adde *non illius*.

Pag. 184. *col.* 2. *lin.* 21. parbus *lege* partibus.

Pag. 187. *col.* 2. *lin.* 7. colloeabantur *lege* collocabantur.

Pag 211. *col.* 1. *lin.* 3. poſt illa verba, quam ad religionem. Adde.

6. Licèt huiuſmodi poſterior ablutio manuum poſt refectionem ad religionem ſpectare nolint Rabbini; attamen eam adeò neceſſariam eſſe exiſtimant, vt qui illam relinqueret, non ſolùm contra vrbanitatem, & bonos mores peccaret, ſed & in euidens periculum oculorum lumen amittendi ſe exponeret, quod ac-

Ibidem lin. 33. roueIanda *lege* reuelanda.

Pag. 66. *col.* 1. *pòſt num.* 647. Adde

ה׳ רבי יהודה או יודא מינץ

חבר ספר שאלות ותשובות על הדינים נדפס בויניציאה שנת שי״ג לפק: ובסופו הספר כתוב שחובר יחד עם מ״ה רבי מאיר מפאדובא הדפיסו ודיבקם יחד תלמיד אחד של ר׳ יהודה מינץ וחתן בנו :

5. R. IVDAS, ſeù IODA MINZ hoc eſt *Moguntinus*, ſcripſit

ס׳ ש״ת *Sèpher Sceelòth & Teſciuuòth*, *Librum Quæſitorum*, *& Reſponſorum legalium*. Excuſus Venetijs iuſſu Aloyſij Bragadini anno ש״ג 313. min. ſupp. Chr. 1553. In principio libri extat Index omnium Reſponſorum; & in fine reperitur ordo, & ritus tradendi libellum repudij cum ſuo Indice, vnà cum ritu ſeruando in ſolutione, ſeù extractione calcei, ex iure leuiratus. Coniuncti fuerunt illi Tractatus ſimul à quodam diſcipulo, & filij ſui genero; quibus ab eodem annexa fuerunt Quæſita, & Reſponſa R. Meir de Padua. Excuſa ibidem anno eodem in 4.

Pag. 72. *col.* 2. *lin.* 12. abſoluam *lege* abſolutam.

Pag. 74. *col.* 2. *lin.* 16. רצלי *lege* ובלי.

Pag. 76. *col.* 2. *lin.* 31. Gloſa *lege* Gloſſa.

Pag. 95. *col.* 2. *lin.* 8. *poſt* Idolo, Adde: Cur autem ſit vocatus *Baàl Chenaphàim*, vide Cod. *Sciabbàth*, cap. 2. pag. 49. circa med. Et in *En Iſraèl* ibid.

Pag. 96. *col.* 2. *lin.* 15. *poſt* (Iudicum) Adde: Id eſt Procuratores partium.

Pag. 101. In Indice Col. *Miſcnaijòth lin.* 1.95. corrige 96. *Ibid. lin.* 2. 133: corrige 143.

Pag. 102. *num.* 20. *M.* 130. corrige 128.

mentio in libello inſcripto: *La Religione de gli Olandeſi*, ex Gallica, vt videtur, in Italicam linguam verſo, & Pariſijs excuſo apud Stephanum Loeſon anno 1674. in 12. Sed corrigenda eſt, vel inſcitia traductoris, vel quod probabilius eſt, incuria Typographi; Pagina enim 77. de Spinoſo ſic loquitur: *Queſto è vn' vomo nato Ebreo, chiamato Spinola, che non ha abiurato la Legge Ebrea, ne abbracciato la Fede Chriſtiana; e perciò ſi può dire ch'egli ſia vn ſceleratiſſimo Giudeo, ed Vn' iniquo Chriſtiano. Ei compoſe già alcuni anni Vn libro Latino, intitolato* Tractatus Theologo poſitiuus, *nel quale par ch'egli abbia per impreſa principale di diſtruggere tutte le Religioni, ed imparticolare l'Ebrea, e la Chriſtiana, & introdurre l'Ateiſmo, e la libertà di tutte le ſette &c.* Quòd pro Spinoſo eum vocet *Spinola*, puto hoc mendum eſſe Typographicum, mutata litera *ſ* in *l*, ſicut & aliud *Theologo poſitiuus* in titulo, quod corrigendum eſt in *Theologico Politicus*, ſicut infrà pag. 127. linea vltima eiuſdem libelli corrigitur vox *poſitiuus*, & reſtituitur *Politicus* inemendata relicta voce *Theologo*. Neque inficiari quis poteſt, de alio aliquo Auctore hæc intelligenda fore, cùm ex verbis ipſius Spinoſi citatis pag. 62. clarè appareat de hoc Spinoſo, qui perperam ibidē etiam vocatur *Spinola*, intelligi debeant. Spinoſus enim, vt Atheiſmum introducat, vult, vt qui in Imperio, vbi Chriſtiana religio interdicta eſt, viuit, is ab his ceremonijs (hoc eſt è Baptiſmo, Cœna Dominica, feſtis, orationibus externis &c.) abſtinere teneatur, & nihilominus poterit beatè viuere. Huius rei exemplum in Regno Iaponenſium habetur, vbi

accideret, ſi manus ſale Sodomæo inquinatas amoueret ad oculos. Vide infrà pag. 509. col. 2.

Pag. 252. *col.* 1. *lin.* 12. אמורים lege אמוראים. *Ibid. col.* 2. *lin.* 12. ובפרת lege ובפרט.

Pag. 272. *col.* 2. *lin. antepenult.* 4. lege 5.

Pag. 310. *col.* 2. *lin.* 14. Ieroſolymitauo *lege* Ieroſolymitano.

Pag. 312. *col.* 2. *lin.* 4. capite 5. *lege* 4.

Pag. 435. *col.* 1. *lin.* 2. maguus *lege* magnus.

Pag. 454. *col.* 2. *lin.* 2. habeantur *lege* habebantur.

Pag. 467. *col.* 2. *lin.* 14. qnicquam *lege* quicquam. *Ibid. colum.* 2. *lin.* 30. conmilibus *lege* conſimilibus.

Pag. 468. *col.* 1. *lin.* 15. inſtitututum *lege* inſtitutum.

Pag. 470. *col.* 2. *lin.* 6. operante *lege* operantis. *Ibid. lin.* 30. altercabantut *lege* altercabantur.

Pag. 475 *col.* 2. *lin.* 11. qoud *lege* quod.

Pag. 485. *col.* 2. *lin.* 19. Herhæo *lege* Hethæo.

Pag. 487. *col.* 1. *lin.* 3. *poſt* eſſe debent, Adde: Vide *En Iſraël* Parte II. pag. 58. col. 1. num. 33.

Pag. 498. *col.* 1. *lin.* 22. ciciderunt *lege* ceciderunt.

Pag. 503. *col.* 2. *lin.* 8. Salomen *lege* Salomon.

Pag. 576. *col.* 2. *lin.* 9. conciliare *lege* conciliarent.

Pag. 595. *col.* 2. *lin.* 4. contundit *lege* contudit.

Pag. 631. *col.* 2. *circa fin.* B. D. S. id eſt quidam Spinoſus &c. De eo fit

diciteſſe Cabaliſticum mſc. At in calce libri יצירה *Ietzirà* impreſſionis Mantuanæ anno 322. Chriſti 1562. vocatur *R. Iudas Ben* שמריה *Scemariàh*. Vide ſuprà num. 595. pag. 8.

Pag. 776. *col.* 1. *lin.* 5. *ante vltimam* Catalaunenſibus *lege* Catalanenſibus.

Pag. 779. *col.* 1. *lin.* 15. loco 688. repone 680.

Pag. 782. *col.* 2. *poſt* R. Iudam Valerio, Adde -

ר' יודא ליווא בר' בצלאל

חבר ס' תפארת ישראל ומדבר על נפלאות השם ידועים בתורת משה נדפס בויניציאה שנת השנ"ט ליצירה :

8. R. IVDA LEVA BEN BETZALE'L ſcripſit librum -

תפארת ישראל *Tiphèreth Iſraèl Gloria Iſraëlis*: de mirabilibus à Deo effectis pro populo, & in populo Iſraëlis, habet Capita 80. Excuſus Venetijs anno 5359. Chriſti 1599. apud Danielem Zanetum, in fol.

Pag. 784. *col.* 1. *lin.* 20. Catalaunia *lege* Catalonia, & eodem modo leges alijs in locis, vbi huiuſmodi vocem reperies.

Pag. 787. *col.* 1. *lin.* 10. Codicibus *lege* Codices. *Ibid. col.* 2. *lin.* 11. ואתר *lege* והתר.

Pag. 693. *col.* 1. *ante penultimam* 13. ימראל *lege* ישראל.

Pag. 796. *col.* 1. *poſt lin.* 27. Adde -

9. Huic Auctori attribuit Buxtorf. F. ס' המלואים *Sèpher hammilluim Librum ſupplementorum*, ſine indicatione argumenti.

Pag. 800. *col.* 2. *lin.* 1. עשרי *lege* שערי.

Pag. 802. *poſt num.* 734. Adde -

ר' יוסף הלורקי

חבר פירוש על כ' לשונות ויש שאומר כי יש הפירוש הוא של סוס עקרב בריאשי ולקח רוכו

vbi Chriſtiana religio interdicta eſt, & Belgæ, qui ibi habitant, ex mandato Societatis Indiæ Orientalis ab omni externo cultu abſtinere tenentur, &c. Quæ verba Spinoſi Italicè ibidem redduntur, vt nulli dubium ſit, ea non eſſe Spinoſi; quæ ab Auctore libelli ideò afferuntur, vt probet Belgas, ſeù Hollandos nullius eſſe Religionis, eamque ſi quam habere videantur, abnegari ab eis externo cultu propter lucrum, contra id quod docet Apoſtolus ad Rom. 10. 10. *Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem*.

Pag. 641. *col.* 1. *lin.* 13. aurum *lege* autem eorum.

Pag. 657. *col.* 2. *lin.* 23. v. 4. *lege* cap. 4.

Pag. 666. *col.* 1. *lin.* 7. 4056. Chr. 296. *lege* 1046. Chr. 286. *Ibid. lin.* 21. an. 76. *lege* an. 91. *Ibid. lin.* 24. anno 50. adde vel 76.

Pag. 688. *colum.* 1. *linea* 16. *dele* 440. 2.

Pag. 725. *col.* 1. *lin.* 4. Catalaunia *lege* Catalonia.

Pag. 753. *col.* 1. *lin.* 7. *ante vltimam* Theologos *lege* Theologi.

Pag. 758. *col.* 2. *lin.* 18. Poutificis *lege* Pontificis.

Pag. 775. *col.* 1. *in fine* Adde -

רבי יהודה בר שמעיה שמריה

המקובל הגדול חבר ס' מקוה ישראל על הקבלה : עיין בסוף ספר יצירה דפוס מנטובה שנת שכ"ב לפק :

7. R. IVDAS BEN SCEMAA-IA'H, vel SCEMARIA'H, magnus Cabaliſta, ſcripſit librum inſcriptum -

מקוה ישראל *Mikuè Iſraèl Spes Iſraèlis*, Tit. ex Ierem. 14. 8. Buxtorf. F. vocat *Iudam Ben Schemaiàh*, & hunc librum

12. Hic Rabbi Iechiel de Pariſio, videtur fuiſſe ille, qui Lutetiæ coram Regina, & tota eius Curia, & coram Epiſcopis, & vniuerſo Clero Pariſienſi diſputauit cum quodam Nicolao ex Iudaiſmo ad fidem conuerſo, antea nuncupato דונין *Donin*, vt in præludio diſputationis dicitur. Hæc autem Regina procul dubio fuit Regina Blancha S. Ludouici Regis Francorum mater, cui in Syriam ad bellum Sacrum profecturus vniuerſam Regni adminiſtrationem crediderat. Huiuſmodi autem diſputationis annum, licèt deſignare non poſſimus præciſè, attamen veriſimile eſt, non longè ante annum 1252. contigiſſe, quo anno Regina Blancha ad ſuperos euocata eſt. Abſoluta itaque diſputatione, confuſaque perfidia Iechielis, cùm ampliùs non auderet ſine pudore inter ſuos verſari, Acconem abijt, ibique perijt, vt dictum eſt pag. 835. nuper cit.

Poſt aliquot annos, nempè an. 1263. in Catalonia coram Rege Iacobo; & ſua Curia Barcinonæ in domo Regia alia inſignis *diſputatio* habita eſt inter Fratrem Paulum, Fratremq; Raymundum Martini ad fidem conuerſos Ordinis Prædicatorum, & Moſen Bar Nachmàn Gerundenſem Rabbinorum doctiſſimum, cuius erroribus confutatis, eum ſilere fecerunt, qui & ipſe pudore ſuffuſus, patrium ſolum reliquit, Ieroſolymam adijt, ibique Commentarios in Legem abſoluit anno Domini 1268. vt refert R. Dauid Ganz ad annũ 28. ſexti millenarij; vnde falſum eſſe deprehenditur, quod dicitur ab Auctore *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 55. b. R. Bar Nachmàn obijſſe 5020. Chriſti 1260. vel ſecundùm alios anno 4960. Chriſti 1200. quod à

Ddddd ve-

ומנו מהלורקי כמבא כ״י בבית ספרי קארדינאל כאסא׳ נאטא׳ ׃

10. R. IOSEPH HALORKI ſcripſit duplicem Commentarium de Medicina in librum antiquioris cuiuſdam Medici anonymi. Reperitur manuſcriptus in ſelectiſſima Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Caſanatæ Romæ; vbi differenti charactere, & atramento poſt primam lineam hæc annotantur verba. -

ול״נ שהוא פי׳ הרב הריאיטי ולקח רובו מהלורקי ׃

Et mihi videtur, quòd huiuſmodi Commentarius ſit HaRàu Doctoris Rieti (Reatini) *cuius maior pars deſumpta ſit ab Halòrki*. In 4. Papyr. Nota, quòd Hieronymus à S. Fide, de quo frequenter ſuprà egimus, erat huius familiæ, & ante conuerſionem vocabatur *Ioſuè Halòrki*.

Pag. 802. *col.* 1. *lin.* 5. *ante vltimam.*

11. R. IOSEPH חיון CHIVA'N Oliſipponenſis Ben R. Abrahami Chiuàn ſcripſit luculentam expoſitionem in Pſalmos. Excuſa eſt vnà cum Textu ſacro grandioribus characteribus, & punctis vocalibus ornato, cui addita eſt explanatio R. Dauid Kimchij; Theſſalonicæ apud Don Iudam de domo גדליה Ghedaliæ, anno הרפ״ב 5282. Chriſti 1522. regnante Sultano סולימן Solimano anno eius ſecundo. In fol.

Pag. 806 *col.* 2. *lin.* 9. *ante vltimam* 5523. lege 1523.

Pag. 821. *col.* 1. *lin.* 12. יוסף adde קולון.

Pag. 824. *col.* 1. *lin.* 9. popagatio *lege* propagatio.

Pag. 828. *col.* 2. *lin.* 4. *ante finem*, 722. corrige 822.

Pag. 835. *col.* 1. *in fine numeri* 822. Adde -

tinum Lutherum nominat. De hoc eodem libro אמונה idem Wagenſeilius in ſua Præfatione ad eundem hanc nobis notitiam affert: Iudęos Luſitanos, inquit eum in linguam Hiſpanicam conuerſum clam tenere, vnà cum obſeruationibus quibuſdam, quas *R. Gabriel Ben Aharòn* adieciſſe dicitur. Hanc tranſlationem non vidit Wagenſeilius, ſed illius notitiam habuit ex libro, quem aduerſus Iudæos Germanicè conſcripſit Io. Mullerus, cuius paſſim, & vbique non meminit tantùm, ſed & ferè totam confutauit. Ita laudatus Wagenſeilius Hebraicarum, & antiquarum rerum diligens indagator & interpres, loco citato.

Pag. 876. col. 2. lin. 29. Mirchèueth lege *Marchèueth.*

Pag. 879. col. 1. lin. 3. ante vltimam poſt illa verba: in hoc loco explicantur; Adde.

15. משמיע ישועה *Maſcmìah Ieſciùah* ex Hebræo vertit in Latinum Ioannes Wlfen Germanus, cuius Latina verſio mſc. aſſeruatur apud eundem interpretem, vt mihi dum Romæ eſſet ſignificauerat anno Domini 1675.

Pag. 888. col. 1. R. Iſaac Ben Abraham &c. replicatur; iam de eo dictum eſt ſuprà num. 914. pag. 873.

Pag, 891. col. 1 lin. 3. ואתר lege והתר.

Pag. 908. col. 2. lin. 24. Adde -

16. Fuit etiam excuſum Riuæ Tridenti, ſub Chriſtophoro Madrutio Cardinali anno ש״יח 318. Chr. 1558. apud Antonium ברואין *Broin*, ſumma diligentia correctum, & emendatum per R. Ioſephum Otilingium. In hac editione reperitur *Perùſc Raſci*, *R. Niſsim*, *R. Ionà*, & cum Indice marginali locorum citatorum ex *R. Maijmonis*, *Samàg*.

vero magis exorbitat. Vtramque diſputationem ſimul commixtam ex Codice Argentoratenſi habuit Ioannes Chriſtophorus Wagenſeilius, eamque Latinam fecit, & in ſuo libro inſcripto *Tela ignea Satanæ*, Hebraicè, & Latinè poſt librum Nizzachòn retulit, & euulgauit Altdorfi Noricorum, anno 1681, in 4.

Pag. 856. col. 1. lin. vltima גאוּן lege גאון.

Pag. 862. col. 1. in fine numeri 885. poſt R. Iacob Sarſina, Adde -

יג ר׳ יעקב עכסאי כתב אגרת אל ר׳
שלמה ן׳ אדרת נמצאה בתלמוד או הגמרא דפוס קראקא בסוף
הקדמת של מסכתא יבמות עם תשובה ר׳ שלמה ן׳ אדרת ׃

13. R. IACOB עכסאי ACSA'I ſcripſit Epiſtolam ad R. Salomonem Ben Addèreth. Reperitur in Talmude Babylonico editionis Cracouianæ, in fine Præfationis ſuper Codicem *Ieuamòth*, cum reſponſione ipſius Rabbì Salomonis Abèn Addèreth ad eundem R. Iacobum, pag. 1. b.

Pag. 862, col. 2. lin. 10. פ׳ lege כ׳.

Pag. 873. col. 1. in fine colum. Adde -

14. חזוק אמונה *Chizùk Emunà*: Nuper Wagenſeilius ex Cod. mſc. Africano Latinum fecit, & libro ſuo, cui titulus *Tela ignea Satanæ*, inter reliqua Opuſcula inſeruit, ſed ſine confutatione, aut vllis notis, quarum maximè indigere videtur, cum fucatis argumentis ex Veteri, & Nouo Teſtamento petitis, impetat Chriſtianos, & ſtylo plano, & facili contra eoſdem, vt præſenti æuo inter antagoniſtas fieri ſolet, acerrimè pugnet. Vnde apparet, hunc Auctorem eſſe ex recentioribus. Quod quidem patenter dignoſcitur ex reſponſionibus ad obiecta Chriſtianorum, vbi מרטין לוטר Mar-

Pag. 923. col. 2. lin. 16. poſt verbum attinet; Adde .

17. Eſt & alius liber cum hoc titulo מקח וממכר de quo infrà in *R. Samuel Haccohèn*.

Pag. 926. col. 2. lin. 4. ante vltimã Sciar lege *Sciàar*.

Pag. 932. col. 1. lin. 29. poſt illa verba, Maronita è Monte Libano, Adde - Hodie Epiſcopus Tripolis.

màg, *& Bàal hatturim*, ſed ſine *Mordochi*, *& Toſaphtà*. Tomis tribus in fol.

Inſuper eſt & alia editio Conſtantinopolitana ſine indicatione anni, ſed ex qualitate characteris, & chartæ videtur antiquior reliquis, in qua tantùm habentur Commentarij *R. Niſsim*, *R. Reuben*, & *Piskè Mordochì* Tribus Tomis. Et in principio primi Tomi extant quædam Carmina in laudem libri compoſita à R. Dauid Aben Iachijà. In fol.

לוח שמות הספרים וכנויים המחברים והעניינים המבוארים בחלק שלישי מספר הזה הנקרא קרית ספר:

אב

אב ואם ; מ״ג : ב׳ ; מ״ז : ע״ב ;

אביתור : תת״ט ;

אבן בוחן : נ״ב : תתק״כו :

אבן העזר ; תת״לח ;

אג

אגור ; תת״נ :

אגרת הטעמים ; תת״סב ;

אגרת המוסר : כ״ז ; ע׳ : ע״ג ;

אגרת מספרת יחסותא דצדיק ארעא דישראל וכו׳ ; תתל״ב :

אגרת שלום ; תת״יח ;

אגרת תחיית המתים : ע״ג ;

אגרת התשובה ; ו׳ ; ב׳ ; תת״סח :

אד

אדון חסדך ; ס״ד ; ב׳ ;

אדם וחוה ומישרים ; תתק״לג : ב׳ :

אה

אהל יעקב ; תת״סו :

או

אוצר חיים ; תת״נג ;

אוצר לשון הקודש : תת״יא :

אוצר המצות ; תתק״יח ;

אור הדרשנים ; תת״נג :

אור זרוע תתצ״ט ;

אור עמים : תת״ג ;

אורח חיים ; תתל״ח :

אורח סלולה : תתצ״ ; תתק״כח ; ב׳ ;

אות אמת : תתק״ג :

אותיות הכתר והמשך ; מ״ג :

אז

אזמר ובז׳ ;תתצ״א ;

אזהרות ; תתק״כג ;

אי

איזמה כנדגלות . תתפ״ט :

איסור והתר : תתצ״א ;

איסרלן ; תתקל״ו ;

איתן האזרחי ; כ״ח ; ע׳ :

אל

אלחריב : תתק״כ :

אלים ; תתכ״ח :

אלעזר בן פורטירה ; הפ״ז ;

אלפים ; תתק״ח :

אם

אמונה : תתכ״ז ; תתק״ב ;

אמרי בינה ; תתקל״ה :

אמרי נועם ; תתנ״ח ;

אמת ואמנה ; תתנ״ח : תתק״א ;

אס

אסור והתר : תשפ״ז ; תתצ״א ;

אפ

אפ
אפוד : מ״ג : ב׳ :
אפודי שש לאל וכ׳ו : סד״ : ב׳ :

אר
ארבעה אבני הגיליונים : נ״א : ב׳ :

בר
ברק חבית : תת״כ :

בו
בורגיל או ך בורגיל : תת״ז :

בח
בחינת הדת : תתב״ט :
בחינת עולם : ו׳ : תתמ״א :

בי
בי אבידן : שפ״ח :
ביאור על הללויות : ס״ט :
ביאור מאמרים : ו׳ : ב׳ :
ביאור בס׳ סמ״ג : תתי״ג :
ביאור על סמ״ג : ת״תז :
ביאות על פירוש הרב״ע : ז״ :
ביאור על רש״י : תתקל״ו :
בית אוטומאן : תת״ו : ב׳ :
בית אניה : תקע״ב : ב׳ :
בית יהודה : תתמ״ח :
בית יוסף : תתי״ט :
בית יעקב : תתמ״ר : תתמ״ט :
בית ישראל : תתמ״ר :
בית חלוי : תתקל״ה : ב׳ :
בית לחם יהודה : ד׳ : תתמ״ח :
בית מועד : כ״ח :
בית נאמן : תתקי״ד :
בית העוזיאלי : ס״ט : ב׳ :
בית עניה : תקע״ב :
בית הפרם : ר״ו : ב׳ :

בן
בן זקנים : ס״ח :
בן יוסף : תתח :
בן סרטא : שפ״ו :
בן פורתא : תת״ח :
בן פורת יוסף : תתי״ד :

בע
בעל חוטם : תתק״נ :
בעל הלשון : תשצ״ה :
בעלי הכפל : מ״ג :
בעלי הרפיון : מ״ג :

בק
בקשה והיא תהלה לשם : ו׳ :

בש
בשר על גבי גחלים : תתס״ח :

גב
גבורת השם : מ׳ :
גבורות יהוה : תתכ״ט :
גור אריה : מ׳ :
גינת אגוז : ת״ת :
גלות יהודה : ל״ד :
גם זו לטובה : תמ״ט :
גמטריא : ת״ת :
גמרא : שמ״ט :
גמרא בלשון ערבי : תת״ט :
גן ערן : ס״ח : תתל״ו :

דב
דברי הגמרא : תתקנ״א :
דברי הימים והגזרות רבות על מין הישראלי : תת״י :
דברי הימים ליהודים : מ״ח : ב׳ :
דברי הימים למלכי צרפת ומלכי בית אוטומאן : תת״ו : ב׳ :
דברי ריבות : תתק״כו :
דברי שלום : תתקכ״ה : ב׳ :

דו
דונין : תתקמ״ה :
דופי הזמן : תתקי״ז :

דר
דרך חיים : ט׳ : תת״ג :
דרך ימים : תתי״ד :
דרך סלולה : תתק״ב :
דרכי נועם : תתמ״ט :

דרכי הניקור והנהגות : תתמ״ט :
דרכי התשובה : ט״ו : ב׳ :
דרשות : מ״ח ו ב׳ : ע׳ : ב׳ : תתס״ב :
דרשות בצלאל : ט׳ : ב׳ :
דרושים : ג׳ : ב׳ : תתפ״ט :
דרושים ר׳ יהודה לירמה : ס״ו :

הא

א״רי : תתקל״ח :
הארי ז״ל האשכנזי רבי יצחק : תתצ״א :

הג

הגבולים : תתק״י :
הגדות התלמוד : תתמ״א :

הד

הדרן עלך : תתק״א :

הה

ההערה : תשפ״ו :
ההתנצלות נגד הרשב״א : ז׳ :

הו

הוריית הקורא : ל״ח : ב׳ :

הז

הזכרון : תתכ״ז :

הח

החסידים : תתקמ״א :

הי

היכל יהוה : תתל״ג : תתס״ח :
היכל הקדש : תתס״ב : תתס״ז :
היסודות : תתק״י :
היראה : תשפ״ז :
הישר : תתס״ח :

הכ

הכוונות : תתקי״ג :

הל

הליכות עולם : תתקל״ד :
הלכות גדולות ט׳ : ב׳ : תת״ח :
הלכות ר׳ ישעיה בר אליה : תתקל״ה :
הלכות נדה : תתצ״ח :
הלכות פסוקות : ט׳ :
הלכות קטנות : תתק״ו :
הלכות שחיטה ובדיקה : ס״ט : ב׳ :

המ

המחברות : כ״ח : ע׳ :
המסערים : תתקד״ :
המספר : תתי״ג :

הנ

הנוח : מ״ג :

הס

הסכמת וכו׳ : תת״י :

הע

העתים : מ׳ : ב׳ :

הק

הקירוב והישור : תשפ״ו :

הר

הריב״ט ז״ל ר׳ יוסף בן טוביה : תת״ו :
הריב״ש ז״ל הרב רבי יצחק בר ששת : תתקכ״ח :
הרי״ף ז״ל הרב רבי יצחק פים : ג׳ : תתק״ה :
הרי״ץ ז״ל הרב רבי יצחק גיאת : תתצ״ז :
הרשב״א ז״ל הרב רבי שלמה בן אדרת : תת״ו :
הרשב״י ז״ל הרב רבי שמעון בן יוחאי : תתל״ג :

הש

השגות על הרי״ף : תתק״ח :

וי

ויהל משה : כ״ו : ב׳ :
ויכוח בין זקן ובחור : תת״יו :

זב

זבח פסח : תת״פ :
זכוכית לבנה : תקכ״ד : ב׳ :
זכרון : מ״ג : ב׳ :
הזכרון : תתקל״ד :

זל

זלמון חנקרן : תתקל״ג : ב׳ :

זמ

זמ

זמירות ישראל : תתקלו :

חב

חבר : סא : ב׳ : כח : ב׳ :

חבר הקיני : כו :

ס׳ חדש : תתקע :

חו

חובת הלבבות · עג : תתיז :

חוקות התורה : כו :

חושן משפט : תתלט :

חותם תכנית : ה׳ :

חז

חזון : תתנ : תתסב ,

חזון למועד : תשפב :

חזוק אמונה , תתעג : תתקמו :

חזות קשה : תתקיט :

חזקוני : תתסו : תתקב :

חט

חטאות המתות : קפר :

חל

חלוון : תרלג :

חנ

חנוך לנער : תתקיט :

חס

חסדי אבות : תתקיז :

חסדי יהוה : תתז :

חק

חקות הדיינים : תשפה :

חקות שמים : תתכט :

חקות התורה : לז : ב׳ : עא :

חש

חשק שלמה : תשפג :

חת

חתם פז : תתקכה : ב׳ :

טו

טוב יומי : מו : ב׳ :

טורים : תתלח :

טע

טעמי המקרא , לח : ב׳ :

טעמי ג׳ ספרי אמת רל איוב משלי תהלים :
לח : ב׳ :

יג

יגיסיפו עיין היגיסיפו : ד׳ :

יד

יד אבשלום : ד׳ :

יד יוסף : תתח :

יד שערים : ד׳ :

יה

יהבי רל יקותיאל הכהן בן יהודה : תתקלג :

יהודה בן גדידים : תפו :

יהות ידך הראה : סד : ב׳ :

יהות יום לך אערוך : סד :

יהשועות יעקב : תתנג :

יו

יוסף דעת : תתי :

יורה דעה : תתלח :

יורה חטאים : תתלא :

יח

יחוס אבות : תתלב :

יחוס בשר : מ׳ : ב׳ :

יחוס הצדיקים : תתלב :

יל

ילקוט : ה׳ :

ימ

ימות העולם : תתפג :

ימין משה : תתלה :

יס

יסוד אמונה : תתקיח :

יסוד העיבור : תתקג :

יסוד עולם : תתקר : תתקי :

יסרות : תתקכג : ב׳ :

יסירה : תתל״ח :

יפ

יפת נוף : תת״סח :

יש

ישועות משיחו : תתנ״ט :
ישראלין : תתק״לו :
הישר : תתלק״ח : ב׳ :
ישר ר״ל יוסף שלמה רופא : תתכ״ח :
יש שכר : תתקל״ח :

כב

כבוד אלהים : תת״ל :

כו

כוזרי : ס״א : ס״ב :
כונות האגדות : תתנ״ב :

כל

כלי חמדה : תתק״כה : ב׳ :
כלי כסף : תתי״ז :
כלי פז : תתי״ו :

כמ

כמו מדרש לתורה : תתק״טו :

כנ

כנף רננים : תת״ח :
כנפי יונה : נ״א : ב׳ :

כס

כסאות לבית דוד : ע׳ :
כסף מזוקק : ג׳ : ב׳ :
כסף משנה : תת״כ :
כסף נבחר : ג׳ :

כפ

כף נחת : ה׳ : תת״צג :
כפות כסף : תתי״ב : תת״כ :
כפר לעמך ישראל : תשצ״ג :
כפתור ופרח : תתנ״ב : תת״סג : תתק״יא :

כר

כרת : קצ״ו :

כת

כתונת יוסף : תת״ל :
כתר כהונה : תתקי״ד :
כתר מלכות : תתק״טו :
כתר שם טוב : תשפ״ר :
כתר תורה : תשצ״ט : תתק״יר :

לב

לב הארי׳ : ל״ג : ב׳ :
לבנת הספיר : כ״ו :
לחקת נביאים : תתפ״ב :

לו

לוחות מהתכונה : תתק״נ :
לוחות על התכונה : תת״מב :
לוחות מהתקופות : תשצ״ח :
לוית חן : מ״ג : ב׳ :

לח

לחם אבירים : תת״ו :
לחם יהודה : ע״ר :
לחם סתרים : תת״ז :

לט

ל״ט תשובות : תתק״יא :

למ

למוד המשיחיים : נ״א :

לק

לקוטי על מלך המשיח : תת״כו :
לקוטים מפסקי הרא״ש : תת״קו :
לקוטים שונים : תתקל״ח :
לקוטי שושנים : תת״מא :
לקח טוב : תת״יו :

לש

לשון הזהב : ו׳ : ב׳ : תת״צ :
לשון למודים : מ״ד :

מא

מאה דברים : תת״קו :
מאה שערים : תת״ע : תת״צ :
מאור עינים : ג׳ : ב׳ :

מאזני חלשון : מ״ג : ב׳ :
מאזני משקל : תתס״ח :

מב

מבוכח חיהודים : תתי״ח :
מבחר חפנינים : ז׳ : ח׳ :
מבצר יצחק : תתקי״ז :
מבקש יהוה : תתצ״ז :

מג

מגדל עוז : תשפ״ר :
מגיד משנה : תשפ״ר :

מד

מדבר יהודה : ל״ג : ב׳ :
מדות לארסטו : תת״ל :
מדרש החכמה : נ״ז : ב׳ :
מדרש תחלים : ו׳ : ב׳ :

מה

מהלך שבילי הדעת : מ״ג : ב׳ :
מהר״י : ר״ל מורינו הרב יצחק : תתצ״א :
מהר״יל : ר״ל מורינו הרב רבי יעקוב לוי : תתנ״ה :
מהרריק : ר״ל מורינו הרב רבינו יוסף קולון : תתכ״א :

מו

מוסר : תתקכ״ב : ב׳ :
המוסר : נ״ח : ב׳ :
מוסרי הפילוסופים : תשפ״ב :
מורה הנבוכים : כ״ז : תתנ״ט :
מורשה קהלות יעקב : תתנ״ג :
מושעות אל : תת״י :

מח

מחברות איתיאל : כ״ז :
מחזה שדי : תתפ״ב :
מחנה אלהים : תת״מ :

מט

מטה יוסף : תת״ח :

מי

מיכלול : מ״ג :
מילי דאבות : תת״ב : תת״ר : תת״ח :

מימי ישראל : תתקל״ז : ב׳ :

מכ

מכתאר אלגואהר : ח׳ :
מכתב התחיה : ס״ט :

מל

מלחמות החכמה והעושר : נ״ט : ב׳ :
מלחמות יהוה או השם : תתכ״ז : תתס״ח :
מליצה : תתס״ו :
מלך רב : נ״ט : ב׳ :
מלמד התלמידים : תתנ״ט : תתס״ז :
מלקות בערב יום הכפורים : תת״ע :

מנ

מנהיג עולם : תשע״ח : תת״ו :
מנהיג הרופאים : תתק״י :
מנהגים : תתנ״ה : תתק״א :
מנורת הכסף : תתי״א :
מנורת המאור : תתע״א :
מנחת כהן : תתכ״ח :
מנחת יהודה : ל״ב : ב׳ : מ״ו : נ״ט : ב׳ :
מנין שטרות : מ״א :

מס

מסוגייות הגמרה : תתי״ב :
מסורת : תת״ל :
מסורת תלמוד ירושלמי : ס״ו : ב׳ :

מע

מעין גנים : תתכ״ח :
מעין חתום : תתכ״ח ;
מעיני הישועה : תתע״ח :
מערכת האלהות : ל״ב : ב׳ :
מעשה בית דוד בימי מלכות פרס : תתקי״ח :
מעשה חשב : תתצ״ : ב׳ :
מעשה תורה לר׳ הקדוש : תשע״ג :

מפ

מפתח תורת קדשה : ע״א : ב׳ :
מפעלות אלהים : תתפ״א :

מצ

מצוות הקטן : תתק״ג :

מצות נשים : תת״לו :
מצרף לחכמה : תת״כט :
מצרף לכסף : תתס״ז :

מק

מקוה ישראל : ח׳ : ב׳ : ס״ח : תתקמ״ר :
מקור חיים : תתקל״ח :
מקור חכמה : תתקל״ה ;
המקח והממכר ; תתקכ״ג :
מקנה אברם : מ״ג : ב׳ :
מקרא גדולה : תתמ״ט :
מקראי קדש : תתי״ר : תתט״ו :

מר

מראה כהן : תתקל״ט : ב׳ :
מראות אלהים ; תתס״ב :
מראות יעקב : תתס״ר :
מראות חשתן : תת״ם :
מרגליות טובות : תתנ״ב :
מרדכי : תתק״ו :
מרכבת המשנה : תת״עו :
מרפא לנפש : תתצ״א :
מרפא נפשות : תשצ״ט :

מש

משא מלך : תת״תי :
משחקת בתבל : תתקל״ו :
המשכון : תתקכ״ג :
משל הקדמוני : תתקכ״ר : ב׳ :
משמיע ישועה : תתע״ט : תתקט״ו :
משפטי הכבבים : נ״ח : תתקכ״ר : תתקל״ז : ב׳ ;
משפטי הלואות : תתקל״ג :
משפטי התנאים : תתקכ״ג :

מת

מתנות כהונה : תתקל״ט : ב׳ :

נה

נהר פישון : תתע״ב ;

נו

נובלות חכמה ; תתכ״ט :
נוטריקון : ת״ת :
נופת צופים : ס״ח : ב׳ : תקכ״ר : ב׳ :
נורא תהלות : תשפ״א :

נח

נחלת אבות : תתפ״א :

ני

נימוקי יוסף : תת״ר : תתק״ו :
על הניתוח : תתנ״א :

נמ

נמוקי על התורה : תתקל״ה :

נפ

נפוצות יהודה : מ״א : ב׳ : נ״ר ו ב׳ :
על הנפש : ע״ר : תשפ״ח : תתקל״ו : ב׳ :

נק

נקור או ספר הנקור : תתס״ב :

נר

נר מצות : תה״ג :

סב

על סבה ראשונה : ס״ח :
סדר העבודה : תשצ״ח :
סדר עולם : תשצ״ד : ב׳ :
סדר תנאים ואמוראים : תת״ח :
סוד היסוד : תת״כט :
סוד ישרים : ל״ח : ב׳ :
סור מרע : ל״ה : ב׳ :

ספ

ספר אגור : תת״ג :
אלים : תתכ״ח :
אמרי בינה : תתקל״ח :
בעלי תכפל ; מ״ג :
בעלי הרפיון : שם :
דברי הגמרא : תתקכ״א :
דרך חיים : תת״ג :
האמונה : תתכ״ז :
הבחור : מ״ג : ב׳ :
הגבולים : תת״קי :
התכלמה : תשפ״ו :
ההערה : תשפ״ו : ב׳ :
ההשגה : שם :

ספר

ספר התשיאה : שמ :
תוכרון : תשפ״ה : תת״כו : תתק״לר :
החיים : כ״ו :
החסידים : תתקט״א :
היסודות : תת״קי :
היראה : תשפ״ו :
הישר : תתס״ח : תתקל״ח : ב׳ :
המוסר : נ״ח : ב׳ :
המחברות : כ״ח :
המלואים : תתקמ״ד :
המסעדים : תתק״ר :
המספר : תתי״ג :
המשכון : תתקכ״ג :
הנוח : מ״ג :
הנפש : ע״ד :
על הנפש כ״ז : תתפ״ח : תתקל״ו : ב׳ :
הנקוד : מ״ג :
הנקור : תתס״ב :
הסוד : תתי״א :
הסכמת וכו׳ : תת״י :
העולם הקטן : תתי״ז :
העושר : תתס״ה :
העיבור : תתפ״ט :
העיטור : תת״ע :
העתים : מ׳ : ב׳ :
הפיסקה : תתס״ח :
הרקחה : מ״ג :
הרקמה ע״ב : ב׳ :
השערים : תתקכ״ג : ב׳ :
על השתן : תתקכ״ר :
על התכונה : תתנ״ט :
התפוח : ע״ד :
התרומות : תתקל״ט :
חדש : תתקי״ג :
חזון : תתנ״ו : תתס״ב :
חקות התורה : כ״ו :
ילקוט : ה׳ :
ימות העולם : תתפ״ג :
יהשועות יעקב : תתנ״ג :

כפר כונות האגדות : תתנ״ב :
כסף מזוקק : ג׳ : ב׳ :
כסף נבחר : ג׳ :
כתונת יוסף : תת״ל :
מאור עינים : ג׳ : ב׳ :
מבקש יהוה : תתצ״ו :
מוסר : תתקכ״ב : ב׳ :
מורשה קהלות יעקב : תתנ״ג :
מליצה : תתס״ו :
מצות הקטן : תתק״ג :
מקוה ישראל : ח׳ : ב׳ : ס״ח : תתקט״ר :
מראות השתן : תת״ם :
על משפט הכבבים : תתקכ״ר :
נפצות יהודה : ט״א : ב׳ : נ״ר : ב׳ :
על כודות הנשים : תת״צ :
עברונות : תתס״א :
עטור סופרים : תת״ע :
עיבור שנים : תתק״ט :
עין משפט : תתקל״ר :
עין הקורה : תשצ״ח :
עשרה מאמרות : א׳ : ב׳ :
פורת יוסף : תת״ו :
פרדס רמונים : תתל״ו :
פרקי שירה : תתצ״ח :
פתחי יה : תתקל״ח :
על צורת האדם : תתקל״ו : ב׳ :
קול יונים : תתשפ״ו :
שערי צדק : תשצ״ה :
שקל הקדש : א׳ :
תולעת יעקב : ל״ח :
תנחכמוני : ע״ד :
תתן אמת ליעקב : תתנ״ג :
ספרא : ל׳ :
ספרא וספרי : תרצ״ב : ב׳ :

סת

סתם סדר עולם : ר׳ יוסי : ל׳ : ב׳ :
סתם מתנינין : ר׳ מאיר : ל׳ : ב׳ :
סתם ספרא : ר׳ יהודה : ל׳ : ב׳ :
סתם ספרי : ר׳ שמעון : ל׳ : ב׳ :

סתם תוספתא : ר׳ נחמיה : ל׳ : ב׳ :

עב

עברונות : תתס״א :

עו

עולם קטן : תתי״ו : תתכ״ט :

עולת חדש : תתקל״ו : ב׳ :

עולת יצחק : תתק״ר : תתק״י :

עולת שבת : תשפ״א : תתקל״ו :

עולת תמיד : תתקל״ו :

עט

עטור סופרים : תת״ע :

עטרת זקנים : תתע״ט :

עי

העיבור : תתפ״ט : תתק״ם :

עיטור . תתי״ו :

עין יעקב : תתמ״ר :

עין משפט : תתקל״ר :

עין חקירה : תשצ״ה : תתקל״ג :

עין ישראל : תתמ״ד :

עיני העדה : תשפ״ג :

עיר דוד : ע׳ : ב׳ :

עמ

עמודי גולה : תתק״ג :

עמודי כסף : תתי״א :

עצ

עץ חיים : תתס״ו :

עצמות יוסף : תת״ט :

עץ שתול : תשל״ו :

עק

עקדת יצחק : תתקי״ח :

עקרים : תשצ״ו :

ער

ערוגת הבשם : מ״ג : ב׳ : תתל״ו :

עש

עשרת דברות : תת״א : תת״ע :

עשרה מאמרות : א׳ : ב׳ .

עת

עת שערי רצון וכו׳ : ס״ר : ב׳ :

פו

פוסקים מרא״ש : מרמב״ם : וכו׳ : תתקל״ח :

פורת יוסף : תת״ו : תתי״ד : תתפ״ט :

פח

פחד יצחק : תת״ק :

פי

פי אירה : ל״ד :

פירוש על ס׳ איוב : נ״ג : ב׳ :

על איכה : תשפ״א :

על אלף ובי״ת ככבים : ס״ו : ב׳ :

על ס׳ בחינת עולם : תת״ו :

בעל טורים על התורה : תת״ם :

על הגדה של פסח : תת״א :

בהגדות הפסח : תת״ס :

על הרי״ף : תשפ״ז : תתק״ו :

על חמש מגילות : ס״ו : ב׳ : תתקי״ט :

על ס׳ יצירה : תתי״ו : תתנ״ה : תתקי״ט :

על ס׳ כוזרי : נ״ד :

על כתובים : תת״ב :

על מסכת אבות : ע״ד :

על מגלת אסתר : תתקי״ג :

על מזמור הבו ליהוה בני אלים : ס״ו : ב׳ :

מחזור : תשפ״ג :

על מכילתא · רבות : ומדרשים : תתק״ג :

חמלות זרות : תתל״ו :

על מסכת אבות : ע״ר :

למסכתות רבות : תתי״ב :

על מערכת האלהות : ל״ב : ב׳ :

על מעשה בראשית : ס״ז :

על מרכבת יחזקאל : תת״א :

על משניות : תתקי״ד :

על נביאים אחרונים : תת״ע :

על נביאים ראשונים תת״ע :

על הנהגת אפלטון : תתי״א :

על עולם קטן : ס״ח :

על פירוש ן׳ עזרא : תתי״א :

על פירוש רש״י : על התורה : תתס״ו :

פירוש

פירוש על פסקי ר׳ יצחק מטיוולי : ע"ב :
על פרקי אבות : תתשפ"ז :
על פרקי שירה : תתקכ"ו ; ב׳ :
על עקרים : תתס"ו :
על העשר מאמרות של ארסטו : תתי"א :
על קדיש וקדושה : פ"ח :
על קהלת : תתע"ג : תתקי"א :
על קי"ג מצות לאוין : תתק"כ :
על שיר השירים : תתכ"ח :
על תהלים : תת"ח :
על התורה : תת"ח : תתע"ו :
התורה לר׳ יעקב בר אשר : תתל"ט :

פל

פלג אלהים : תת"ח :
פליטת בית יהודה : ס"ו :

פנ

פנחס שלחני : ע׳ :
פני יצחק : תת"ק :

פס

פסיקתא רבתא ווטרתא : ל׳ ; ב׳ : ל"א :
פסק על ס׳ הזהר : תתקי"ב :
פסקי הורא עם מורה מקום : תת"ח :
פסקים וכתבים : תתקל"ו ;

פע

פעולת יששכר : תתק"ם : ב׳ :
פעלות הנפש : ס"ח :

פר

פרדס רמונים : תתל"ו :
פרפראות ר׳ יעקב : תתל"ט :
פרקי אבות בלשון איטאליאני : תתקכ"ג : ב׳ :
פרקי שירה : תתצ"ח :

פש

פשטי הזהר : תתקל"ח :

פת

פתחי יה : תתקל"ח : ב׳ : תתקל"ט :

צד

צדק עולמים : תתפ"ב :
צחל : תתקל"ח :

צו

צוף דבש ואמרי נועם : תת"ו :
צורת האדם · תתקל"ו : ב׳ :
צורת העולם : תתקי"א :

צמ

צמח צדיק : ל"ו :

צנ

צניף מלוכה ; תתנ"ט :

צפ

צפנת פענח : תת"יג : תתפ"ט :

צר

צרור המור : תתקי"א :

קא

קאנון כאניר : תשע"ט :

קב

קבלה : ל"ו : ב׳ :
קבלת מעשיית : מ"ב :

קד

קדיש תתקל"ח :

קו

קול יהודה : נ"ר : ב׳ :
קול יונים : תשפ"ז :
קול הקורא : תשצ"ח :
קול קורא : תת"יו :
קול ששון : תתל"א :
קול תודה : תת"יג :

קי

קינה על פטירת הרשב"א , תת"ח :
קינה לתשעה באב : נ"ו : ב׳ ;
קיצור על פרקי אבות : תתל"ו :
קירת ארבע ; תת"ק :

קמ

קמיצה : קפ"ה : ב׳ :

קע

קערת כסף תשצ"ו :

קצ

קצור עולם התקון , תת"כט :
קצור ס׳ התרומה : תתקט"ל : ב׳ :

קר

קריה נאמנה : תת״יג :

רא

ראב״ן : ר״ל ר׳ אליעזר בר נתן : תתי״ב :

ראש אמנה : תת״עט :

ראש יוסף : תש״צו : תת״ה :

ראשית דעת : כ״ו : ב׳ :

ראשית חכמה : תת״ס :

רב

רבון העולמים וכו׳ : תתק״ט :

רבונו של עולם וכו׳ : תתק״ט :

רבע ישראל : תתנ״ט :

רב פועלים : תתקי״א :

רב פעלים : תת״ר :

רג

ר״ג : ר״ל ר׳ גרשם : נ״ו : ב׳ :

רו

רות חן : תתקי״ג :

רי

רי״ : ר״ל ר׳ יעקב : תת״ס : תתקמ :

רי״ ר״ל ר׳ יצחק : תתע״ח :

ריא״ז : ר״ל ר׳ יצחק אור זרוע : תתצ״ט :

ריביבי: ר״ל ר׳ יצחק בן יוסף בן ישראל : תתק״ג :

ריב״ם : ר״ל ר׳ יצחק בן מאיר : תתס״ח :

רי״ן : ר״ל ר׳ יעקב נגדן : תתס״א :

ריצב״א : ר״ל : ר׳ יצחק בן אברהם : תתע״ג :

רי״ק : ר״ל ר׳ יוסף קורקוס : תת״כ :

רק

הרקמה : תשפ״ו :

רש

רשב״ם : ר״ל ר׳ שמואל בן מאיר : תתס״ח :

רת

ר״ת : ר״ל רבינו תם : תתל״ו :

שא

שארית יוסף : תת״ר : תת״כ :

שב

שבר יוסף : תתכ״ט :

שח

על שחיטה ובדיקה : תתמ״ג :

שי

שיח יצחק : תת״ק : תתקכ״ו : ב׳ :

שיר היחוד : מ״ו : ב׳ :

שכ

על שכלית האדם : ס״ח :

של

שלום אסתר : תתקי״ד :

שלחן ערוך : תת״כ :

שלחן הפנים : תתע״ב :

שלטי הגבורים : תתק״ח :

שלשלת הקבלה : תתק״ג :

שם

שם בן ארבע אותיות : תפ״ח :

שמים הרשים : תתפ״א :

שמן ששון : תתל״א :

שמעון בן שטח . תמ״ו : ב׳ :

שנ

שני לוחות הברית : תתקל״ח :

שע

שער יהודה : ע׳ : ב׳ : ל״ב :

שער הנקיד : תת״א :

שער השמים : תתקי״א :

שערי אורה : ת״ת :

שערי דורה : תתצ״ח :

שערי דמעה : כ״ו : ב׳ :

שערי צדק : תשצ״ה : ת״ת : תתכ״ז :

שערי ציון : תתקי״ב :

שערי שבועות : תתק״ח :

שערי תשובה : תשפ״ז :

שערים על הפילוסופיה מהנבואות : ס״ו : ב׳ : ס״ז :

שק

שקל הקדש : א׳ :

שר

שרשים : ע״א : ע״ב : ב׳ : תש״פו :
שרשרות כסף : תת״יא ,

שש

בר ששת : תתק״כח :

שת

על השתן : תש״צח :
ש״ת : ה׳ : ב׳ : תתק״כו :
ש״ת בצלאל , מ׳ : ב׳ ,
ש״ת וויל , תת״מג :
ש״ת טיטצאק או טאיטצק : תת״ו ,
ש״ת ר׳ יודא מינץ : תשפ״ב , תתקמ״ב :
ש״ת ר׳ יוסף טוב עלם : תת״ו :
ש״ת ר׳ יוסף ן׳ לב : תת״יב :
ש״ת ר׳ יעקב דומרוג : תתמ״ב ,
ש״ת ר׳ יצחק אדרבי : תתפ״ט :
ש״ת ר׳ יצחק בר יהודה , תתק״א :
ש״ת ר׳ יצחק בן מאיר : תתק״יג :
ש״ת ר׳ יצחק מרדכי : תתק״יר :
ש״ת לירמה : ס״ו :
ש״ת ר׳ מאיר מפאדווא : תתקמ״ב :
ש״ת מהר״יל : תתנ״ח :
ש״ת סיגל : תתס״ב :
ש״ת קולון : תת״כ , תתכ״א :
ש״ת קץ : תתכ״ז :
ש״ת בר ששת , תתקכ״ח :

תב

תבנית היכל , תת״נ :

תה

תהלה לדוד : תתמ״ב :
תהלה לשם : ז׳ :

תו

תוכת מתעה , תתק״יו :
תולדות יעקב : תתל״ו ,
תולעת יעקב , ל״ח :
תילדות יצחק תתקכ״א , ב׳ ,
תוספת יום טוב : תשפ״ח ,
תוספתא : תתק״ו :
תוספתא על קצת פרשיות מס׳ זוהר , מ״ב :
תוספות ופלפולים על הגמרא תתס״ח :
תורה אור : תת״ב : תת״ג , תתט״ו :
תורת חסר : תתק״ד :
תורת כהנים : ל׳ :
פי׳ על התורה : תתמ״ג :

תח

תהילת חכמה : תתמ״ג :
תחכמוני : כ״ז ,

תכ

על התכונה : תתמ״א , תתמ״ב :

תמ

תמורה : תת״א :

תנ

תנחומות אל , תתק״יד :
תנחכמוני : ע״ד .
תניא : ל״ט :

תע

תעלומות חכמה : תתכ״ט :
תעלמות החכמה : ע״ג .
תעמי מצוות : ס״ה ,

תפ

תפוחי זהב , ס״ז : ב׳ : תתל״ג :
תפלות ישרים : מ״ז : ב׳ :
תפילין וציצית : תת״ר :
תפלת הישמעאלים : תתקל״ד : ב׳ ,
תפארת ישראל : מ׳ : ב׳ : תתקמ״ר :

תק

תקון שטרות : מ״א :
תקוני זוהר : תתקל״ח :

תר

תרגום חמש מגלות בלשון אשכנזי : תתס״ו :
תרגום יונתן בן עוזיאל : תשפ״ח :
תרגום שני : תתט״ז :

תת

תתן אמת ליעקב : תתנ״ג :

תם

INDEX LOCORUM
SACRAE SCRIPTURAE,
QUÆ IN HAC III. PARTE BIBLIOTHECÆ MAGNÆ RABBINICÆ CITANTUR.

GENESIS.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
—	—	629	1
—	14	529	2
—	—	530	1
—	21	529	2
—	—	531	1
—	22	—	—
15	2	529	2
—	5	394	—
—	8	530	1
—	13	522	2
—	15	419	1
—	16	512	—
16	3	468	—
17	14	483	2
—	15	420	—
—	17	20	1
18	1	553	—
—	—	611	—
—	2	553	—
—	—	611	—
—	3	—	—
—	4	553	—
—	7	—	—
—	19	585	—
—	20	604	2
19	18	611	—
—	19	—	2
—	33	537	—
—	35	538	1
20	16	543	—

GENESIS.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
4	16	—	1
—	25	19	2
5	22	884	—
—	23	—	—
—	24	—	—
6	1	453	1
—	3	601	—
—	12	—	—
—	—	653	2
7	11	601	1
—	23	600	2
9	6	467	—
—	—	585	—
—	22	591	—
—	25	—	—
10	6	—	—
—	23	367	—
—	49	568	1
11	1	453	—
—	—	15	2
—	30	468	—
12	2	421	1
—	3	466	2
—	5	530	—
—	20	522	—
—	11	561	1
13	13	602	2
14	1	453	1
—	4	375	2
—	13	662	—

GENESIS.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
1	1	435	1
—	—	651	2
—	2	410	—
—	—	651	—
—	11	637	—
—	—	482	1
—	12	637	2
—	27	465	—
—	31	385	1
2	1	637	—
—	4	435	—
—	—	630	2
—	5	637	—
—	8	532	—
—	13	466	1
—	14	646	2
—	16	585	—
—	18	465	1
—	21	581	2
—	22	374	1
—	—	661	2
—	24	586	1
3	14	512	—
—	16	465	—
—	—	401	—
—	19	372	—
—	20	20	2
4	7	426	—
—	—	657	—
—	14	578	1

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
15	20	457	2
18	1	629	1
—	4	117	—
—	21	97	—
—	23	419	2
19	9	18	—
—	—	484	—
20	1	358	1
—	2	498	2
—	8	411	—
—	—	413	—
—	12	641	1
—	14	653	2
—	24	270	—
—	—	442	—
—	—	473	—
21	15	593	—
—	17	641	1
—	28	94	2
—	35	539	1
22	7	94	2
—	10	174	1
—	—	163	2
—	20	498	—
23	2	547	—
—	11	111	1
—	14	131	2
—	17	91	1
—	19	190	—
—	25	555	—
—	27	518	2
—	28	519	1
24	10	26	—
—	12	359	1
25	22	423	2
—	28	434	—
—	37	871	—
26	16	645	—
—	28	569	1
28	11	502	—
—	15	647	2
—	30	—	—
—	38	—	—
—	42	—	—
30	13	90	1
31	—	411	—
—	17	413	2
—	—	411	—
—	—	450	1

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
41	40	19	1
—	44	—	—
42	28	445	2
43	9	511	1
—	10	558	2
—	27	443	1
46	15	659	2
47	29	475	—
—	30	474	—
48	16	19	1
—	—	550	—
—	—	519	—
49	4	379	—
—	8	459	2
—	—	621	—
—	9	602	—
—	16	512	—
—	17	513	1
—	22	550	—
—	—	519	—
50	23	510	2
—	25	465	1

E X O D I.

1	9	513	2
2	10	20	1
—	12	587	—
3	7	18	—
—	15	404	2
—	—	488	1
4	18	419	2
—	24	528	—
7	15	417	—
8	6	597	1
9	16	576	2
11	10	884	—
12	—	129	—
—	22	540	—
—	29	469	—
13	2	894	—
—	13	176	—
—	—	191	1
15	1	621	—
—	3	614	—
—	11	494	—
—	16	518	2
—	17	472	1
—	—	774	2

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
21	4	483	2
—	12	457	—
—	23	638	—
22	5	474	—
—	21	15	1
24	1	297	2
—	—	600	—
—	63	926	—
25	5	594	—
—	23	613	1
—	27	868	—
—	33	562	2
26	12	870	1
—	29	419	2
—	31	—	—
27	1	462	1
—	—	543	—
—	22	497	2
—	33	558	—
—	44	514	—
28	1	419	—
—	13	640	1
29	35	364	—
30	21	373	—
—	28	360	2
31	25	567	—
—	29	471	1
—	—	538	—
—	50	586	2
32	8	582	—
—	32	190	1
33	10	895	2
—	13	622	1
—	17	—	—
34	2	586	2
—	—	591	—
—	25	450	1
—	—	553	2
35	22	378	—
—	—	379	1
37	16	558	2
—	31	647	1
38	7	464	—
—	8	145	—
—	9	464	—
—	10	653	2
—	26	510	—
39	5	520	—
—	11	519	—

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
13	21	558	1
—	23	516	—
—	24	515	2
—	33	516	—
14	17	387	1
—	24	516	—
—	27	270	—
—	35	605	1
—	37	604	2
15	20	120	—
—	30	195	1
—	—	885	—
—	36	532	—
16	30	—	2
—	33	604	—
18	3	200	1
—	10	544	—
—	24	117	—
19	2	532	—
—	3	185	—
—	—	202	—
—	—	207	—
—	14	175	2
—	15	228	1
20	1	418	2
21	26	638	—
—	14	370	1
—	15	—	—
—	19	280	2
23	3	513	1
—	10	659	—
—	—	719	—
—	22	502	—
24	16	616	2
—	17	698	1
—	25	25	—
25	5	588	—
—	—	593	—
28	15	611	—
30	3	526	—
—	—	642	2
—	16	532	—
—	17	92	1

DEVTERON.

1	17	96	1
—	28	639	2
—	46	460	—

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
18	5	614	1
—	—	623	—
—	21	589	2
19	18	428	—
—	23	89	—
—	—	440	1
20	2	589	—
—	9	590	2
22	28	189	1
—	32	623	—
23	3	90	—
—	17	186	2
—	19	543	—
—	27	135	1
—	34	136	2
—	40	440	1
24	15	641	2
—	16	585	1
—	—	590	2
—	17	485	—
—	19	116	1
—	20	541	2
—	22	539	1
25	6	111	—
—	25	195	—
—	34	120	—
—	37	165	2
26	9	895	1
—	38	609	—
—	—	719	2
27	8	193	—
—	10	195	1
—	19	—	—
—	34	356	—

NVMER.

1	51	609	2
4	9	871	—
5	1	532	1
6	23	201	—
—	12	153	2
—	14	507	1
—	19	155	—
8	16	192	2
11	5	436	1
—	—	437	—
—	10	436	2
13	17	516	1

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
31	18	354	2
32	1	387	1
—	16	280	2
33	—	558	1
—	20	329	2
34	1	531	—
—	7	609	1
—	12	499	—
—	14	623	—
—	27	354	—
—	—	531	2
—	28	513	1
35	14	871	2
—	31	371	1
40	19	645	2
—	34	884	—
45	27	532	1

LEVITICI.

1	1	98	2
—	15	199	—
7	14	544	—
10	26	484	1
—	12	139	2
11	2	635	—
—	29	124	—
—	24	231	—
—	33	226	1
—	34	223	2
—	—	233	—
—	42	484	1
—	46	403	—
12	2	659	2
—	—	222	1
—	6	138	2
—	—	373	—
13	1	217	1
—	12	216	2
—	33	484	—
—	47	884	1
14	12	544	—
—	33	884	—
—	46	231	2
15	5	—	—
—	11	640	—
—	25	221	1
—	32	100	2
16	5	90	—

Ca-

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
33	2	539	1
—	4	606	2
—	6	510	—
—	12	626	1
—	28	608	2
34	3	12	1
—	—	23	—
—	5	513	—
—	—	24	2
—	6	419	1
—	—	513	2
—	—	514	1

IOSVE.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
2	20	629	2
3	15	514	1
4	3	515	—
—	11	517	—
5	2	469	—
6	13	453	—
—	17	416	—
—	27	453	2
7	10	569	—
8	30	382	1
10	—	884	—
—	13	621	2
13	27	638	—
—	28	—	—
24	2	16	—

IVDICVM.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
3	8	598	2
4	11	27	—
5	24	538	1
8	21	549	—
11	—	884	—
16	3	512	2
—	19	513	1
—	21	512	2
17	6	621	—
18	—	419	—
—	15	—	—
—	31	611	—
19	—	612	1
—	—	—	—

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
20	2	155	2
—	18	518	1
21	7	69	—
—	10	—	—
—	17	192	2
—	18	171	1
22	3	545	2
—	8	538	—
—	26	—	—
23	2	172	—
—	—	537	—
—	12	472	—
—	13	402	1
—	—	472	—
—	18	618	2
—	23	642	—
24	1	92	—
—	—	504	—
—	—	151	—
—	13	557	1
25	2	95	—
—	3	172	—
—	5	745	—
—	13	122	—
26	2	—	—
—	—	89	2
—	17	356	1
—	—	499	—
27	3	517	2
—	7	407	—
—	8	517	—
—	13	379	1
—	20	—	—
—	21	402	—
28	3	553	2
—	49	442	1
—	65	608	2
29	15	391	1
—	28	605	2
30	12	547	1
—	20	402	2
32	4	494	1
—	18	18	—
—	25	540	2
—	30	415	1
—	43	473	—
33	1	513	2
—	2	368	1
—	—	414	—

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
2	9	638	2
—	23	—	—
3	25	493	1
4	2	356	2
—	32	408	—
—	—	580	—
—	39	499	1
—	44	613	2
—	—	614	1
—	45	355	—
5	7	585	—
—	12	411	2
—	31	460	1
6	4	105	2
—	—	499	1
—	7	484	—
—	18	621	2
—	24	896	1
7	12	356	—
—	16	545	—
8	1	359	—
—	9	440	—
9	10	356	—
—	—	358	2
10	10	460	—
—	12	—	—
12	4	592	—
—	14	98	—
—	17	642	—
13	5	397	—
—	16	592	—
14	22	117	1
—	23	544	2
—	28	118	1
—	26	464	2
15	1	111	1
—	5	614	2
16	3	544	—
—	4	201	1
—	9	602	2
—	14	407	1
17	7	170	—
—	8	583	—
—	16	442	—
18	3	190	2
—	9	422	—
—	10	585	1
—	—	589	—
20	2	155	—

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
7	11	530	2
8	2	609	—
—	—	598	1
—	14	579	—
9	1	—	—
—	2	101	2
—	6	774	1
—	20	444	2
10	21	609	1
—	34	493	—
12	4	621	—
14	10	392	—
—	13	460	—
16	1	660	2
19	19	634	1
22	1	450	2
—	12	615	1
24	16	578	—
—	25	331	2
26	10	452	1
—	20	540	2
27	13	605	—
—	—	609	1
28	9	615	—
—	12	8	—
29	23	641	—
30	33	532	2
33	11	601	1
—	12	518	—
—	15	607	—
34	11	409	—
35	2	431	2
38	12	533	—
—	16	372	1
41	2	394	2
—	—	449	1
42	5	474	—
—	—	476	—
—	—	477	2
—	24	500	1
43	9	613	—
—	—	614	—
44	25	493	—
—	40	368	2
45	7	68	—
—	23	657	—
48	13	472	1
49	4	580	—
—	10	555	—

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
6	7	501	2
8	8	433	1
—	28	363	—
—	59	613	—
9	3	471	2
10	17	431	—
—	22	572	—
11	4	381	—
—	6	382	1
18	4	582	—
—	42	638	—
19	10	588	—
21	13	611	—

II. REGVM.

2	11	525	1
—	22	884	—
3	14	462	—
6	1	600	—
—	23	—	2
8	1	444	1
—	7	599	2
9	3	458	1
12	9	138	2
13	14	522	—
—	—	600	—
16	3	587	—
17	22	884	1
—	25	463	2
20	17	433	1
21	16	602	2
22	2	383	—
23	13	382	1
—	25	383	2

ISAIAE.

1	7	318	2
—	15	363	—
—	—	353	1
—	18	136	—
—	—	424	2
3	5	409	—
—	10	557	1
—	22	124	—
6	13	481	2
—	14	774	1
—	20	595	—

I. SAMVELIS.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
2	1	457	2
—	—	649	1
—	9	430	2
—	—	431	1
—	12	380	—
—	30	330	—
3	3	490	—
4	4	380	—
6	2	620	2
—	8	648	—
7	16	380	—
8	1	—	—
10	—	458	1
16	13	458	—
17	16	521	2
24	44	573	1
28	12	392	2
31	4	513	—

II. SAMVELIS.

1	18	621	2
3	15	573	1
—	16	—	—
6	7	517	—
7	18	435	2
11	11	485	—
12	3	456	1
—	9	485	—
13	15	574	2
14	2	314	—
—	10	392	1
15	9	419	—
—	24	523	2
16	13	458	1
19	18	572	2
23	8	27	—

I. REGVM.

1	5	575	1
—	33	624	2
—	39	458	1
—	40	639	2
4	24	574	1
—	31	28	—
—	32	399	2

Ca-

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
5	4	608	1
—	15	19	—
7	7	608	—
—	—	423	2
9	1	——	—
—	6	270	1

ABDIAE.

1	18	567	2

IONAE.

1	3	532	2
—	—	572	—
2	11	644	—
3	10	420	—

MICHAEAE.

1	7	618	1
3	12	609	2
5	2	425	—
6	8	608	1
—	9	423	2

NACHUM.

1	4	431	2

HABACUC.

1	14	616	1
2	4	608	—
3	6	539	—

AGGAEI.

2	8	293	1
—	9	613	2

ZACHARIAE.

1	1	610	1
—	3	461	—
—	10	455	—
2	7	474	—
3	2	369	—
—	8	624	2

EZECHIELIS.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
1	7	364	2
4	13	508	1
9	2	437	—
—	3	423	2
10	4	——	—
—	8	568	1
11	19	461	—
—	23	376	2
—	—	423	—
14	14	558	—
16	—	574	—
—	34	619	1
—	49	598	—
17	23	376	2
18	4	609	1
—	24	320	2
19	23	364	—
20	25	463	1
23	20	367	2
24	8	497	1
25	14	298	2
33	12	485	1
34	35	555	—
37	12	475	2
—	—	476	1
—	—	477	—
44	30	464	2

OSEE.

1	10	428	1
3	4	647	2
5	15	423	—
—	—	424	1
7	5	522	—
8	12	357	2

IOEL.

2	12	461	1
—	22	481	2
—	—	482	1
3	2	475	—

AMOS.

2	9	519	1

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
49	21	558	2
50	3	372	—
51	1	468	—
—	14	372	1
53	10	—	—
54	1	364	—
—	9	629	—
—	13	652	2
56	1	608	1
57	5	653	—
—	16	466	2
58	8	557	1
—	13	356	—
59	2	589	2
60	22	25	—
66	15	629	—
—	24	397	1

IEREMIAE.

3	1	585	2
—	2	558	—
—	3	647	—
—	12	605	—
—	19	481	1
7	4	610	2
9	21	540	—
10	2	394	—
14	8	8	—
16	14	412	—
17	2	587	—
—	6	260	1
—	8	646	2
—	12	532	—
18	4	460	—
—	6	——	—
22	30	578	—
23	29	385	—
25	36	360	—
26	18	697	1
30	10	444	2
—	21	493	1
31	2	608	2
—	8	376	—
—	22	465	1
—	27	634	2
36	19	558	—
38	2	578	1

Ca-

Pſal.	Ver.	Pag.	Col.
80	2	520	1
—	14	484	—
81	5	18	2
82	1	270	1
84	7	397	2
—	12	512	—
85	—	557	1
86	2	361	—
89	15	557	—
90	2	532	2
93	—	—	1
94	1	368	—
95	5	472	—
—	11	605	—
98	—	621	—
99	—	—	—
101	7	329	—
—	—	522	—
—	—	422	2
—	—	443	1
—	—	481	2
—	24	504	1
103	11	651	—
104	15	407	2
—	26	615	—
—	31	637	1
105	21	80	—
107	6	420	2
108	11	575	—
115	16	465	—
116	—	606	1
119	72	293	—
—	79	599	—
—	99	330	—
—	—	632	2
128	2	330	1
130	1	364	2
132	—	627	1
139	17	581	—
—	3	395	2
—	5	408	—
140	3	550	1
—	9	452	—
144	14	365	—
146	20	409	2

PROVERBIORVM

1	7	26	2

Pſal.	Ver.	Pag.	Col.
29	9	629	2
31	11	504	1
33	1	511	2
34	—	719	1
—	8	633	—
35	1	370	2
—	5	461	1
—	19	425	2
—	26	478	—
36	7	634	—
37	22	285	1
38	11	504	—
41	2	533	2
—	3	534	1
42	9	615	2
—	—	616	1
44	23	498	—
—	24	286	—
49	13	555	—
—	—	580	2
—	21	—	1
50	1	435	—
—	—	576	2
—	2	434	—
—	5	605	1
51	7	660	—
—	9	599	2
—	14	—	1
55	—	—	—
—	15	—	—
58	12	714	2
59	7	603	1
62	12	606	2
65	10	445	—
68	12	385	—
—	18	615	—
—	20	318	1
—	21	24	2
—	23	498	1
69	10	627	—
—	32	636	2
72	16	377	1
—	—	431	2
—	17	533	1
73	23	555	2
74	4	494	1
76	13	526	—
78	38	484	—
80	1	186	2

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
5	9	486	1
8	4	609	2
—	23	377	—
11	1	431	1
14	9	404	—

MALACHIAE.

1	11	634	2
2	13	576	1
3	1	871	—
—	16	275	—
—	—	270	2
—	21	421	1
—	22	386	2
4	1	605	—

PSALMORVM.

Pſal.	Ver.	Pag.	Col.
1	1	275	1
—	—	620	—
—	5	473	2
—	—	478	—
2	3	614	—
—	4	615	1
3	8	371	—
5	5	522	—
7	12	616	2
8	4	472	1
—	5	385	2
9	2	895	1
11	7	584	2
12	1	632	—
—	7	356	—
14	1	365	—
—	8	420	1
15	1	607	—
—	5	869	—
16	7	374	2
—	15	329	—
18	12	409	1
19	2	472	—
22	1	429	—
—	30	657	2
24	4	—	—
—	7	414	—
26	6	365	1
29	1	320	—

CANT. CANTIC.

Cap.	Ver	Pag.	Col.
1	1	349	2
—	12	433	—
—	17	313	1
2	13	222	2
—	14	661	—
3	7	503	1
—	—	574	—
—	—	612	—
—	11	142	—
4	3	397	2
—	12	436	—
6	8	15	1
7	2	577	—
—	11	399	—
8	8	486	2
—	12	612	—

THRENORUM.

1	15	596	1
—	16	501	—
2	3	496	2
—	9	511	—
—	19	652	—
—	20	430	—
—	—	537	1
3	28	275	—
—	41	471	2
—	51	500	1

ECCLESIASTAE.

1	1	574	1
—	3	502	2
—	5	490	1
—	9	376	2
—	10	359	1
—	—	376	—
—	12	574	—
2	8	501	2
—	10	502	—
—	—	574	1
3	27	526	—
4	12	633	—
7	2	347	2
—	39	533	—
8	10	494	1

IOB.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
1	1	558	2
2	6	559	—
—	10	560	1
—	—	360	2
—	11	562	1
3	3	654	2
—	13	372	1
5	24	465	—
6	13	—	—
7	9	561	2
8	22	478	—
9	24	460	—
10	7	560	1
13	16	522	—
14	22	366	—
—	—	392	—
15	4	560	—
19	23	558	—
—	26	773	—
20	22	511	2
21	32	603	—
24	16	—	1
—	10	—	—
28	5	602	2
—	14	386	—
—	23	406	1
29	3	657	—
—	13	561	—
31	1	—	—
—	10	512	2
35	11	401	1
37	6	434	2
38	—	—	—
—	38	—	—
39	1	561	—
—	26	490	—
41	10	372	1

RUTH.

1	1	453	1
3	8	573	2

SAPIENTIAE.

3	7	478	2
16	20	437	1

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
1	9	522	1
3	5	305	—
—	7	647	2
—	9	641	—
—	19	371	—
4	4	657	—
5	8	619	1
6	—	401	2
—	22	293	1
8	19	3	2
—	22	532	—
9	1	580	1
10	2	420	2
—	27	425	1
11	21	396	2
—	22	280	—
—	30	557	1
13	14	30	2
14	33	551	—
15	30	493	—
—	15	349	—
—	—	567	—
16	4	534	1
—	31	331	—
—	32	330	—
17	22	493	2
—	6	631	—
18	1	537	—
—	5	462	1
—	19	537	2
19	2	400	1
—	3	445	2
—	16	654	—
—	23	364	—
20	25	587	1
—	29	297	2
—	—	331	—
21	9	423	—
—	19	—	—
22	9	532	—
23	15	399	1
24	8	550	—
25	16	329	2
28	14	430	—
29	3	520	1
—	4	549	—
30	19	654	2
—	20	436	1
—	31	592	2

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
9	4	550	2
—	11	404	1
10	9	24	—
—	—	107	—
—	—	207	—
12	39	362	2
—	42	138	—
15	5	642	—
—	2	509	1
—	19	550	2
—	20	510	1
19	6	468	—
—	8	496	—
20	9	107	—
—	1	207	—
—	—	552	2
—	9	107	1
21	1	571	—
—	31	404	—
24	—	112	—
27	5	25	—
—	25	363	2

MARCI.

6	8	107	1
—	—	207	—
7	1	640	2
8	12	362	—
11	1	571	1
—	—	572	—
—	2	—	—
—	4	—	—
14	36	668	2

LVCAE.

1	11	434	1
2	22	138	2
—	25	329	1
—	34	579	—
9	3	107	—
—	—	207	—
10	4	451	2
—	7	207	1
—	33	404	—
—	38	572	—
18	8	156	2
—	11	404	1
19	9	107	2

ESDRAE.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
2	63	523	2
5	12	—	—
—	16	—	—
9	9	375	—
10	2	569	1

NEHEMIAE.

2	6	419	2

I. PARALIP.

2	55	514	1
8	40	659	2
13	10	517	1
23	14	566	2
28	19	99	1
29	4	3	2
—	14	259	—
—	23	574	1

II. PARALIP.

3	1	26	2
6	19	363	—
—	42	414	—
15	3	619	—
22	12	139	—
26	5	523	—
35	3	648	—
36	10	433	1

II. MACHAB.

1	10	2	2
2	5	434	1
7	—	499	2

MATTHAEI.

3	6	205	2
4	25	113	1
5	11	583	2
—	43	428	—
6	33	411	1
—	34	596	2
9	2	362	1

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
10	2	255	2
—	—	374	—
—	8	398	—
—	—	416	1
—	—	507	2
—	9	567	—
—	11	445	1
12	1	528	—
—	7	392	—
—	12	398	—

ESTHER.

1	1	453	1
—	6	—	2
—	10	454	1
2	5	455	—
—	7	—	—
—	9	—	2
—	11	456	1
—	17	455	2
—	20	—	1

IVDITH.

12	7	205	2

DANIELIS.

1	4	14	1
2	—	13	—
—	29	773	—
—	37	612	—
3	12	455	—
4	14	417	2
—	16	610	—
—	20	606	1
7	5	489	—
—	—	613	2
—	23	610	—
—	—	613	1
10	5	489	2
—	7	451	1
—	13	473	—
12	2	474	—
—	—	478	2
—	3	—	—
—	12	13	1
13	51	463	—

Ca-

II. AD CORINTH.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
11	24	172	2

AD GALATAS.

1	8	594	2

I. PETRI.

2	2	557	2

APOCALYPSIS.

19	1	16	1
—	3	—	—
—	4	—	—
21	27	294	—
—	—	—	—

FINIS.

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
1	8	25	1
—	12	571	2
7	4	16	—
9	43	23	—
10	6	—	—
17	5	2	1

S. PAVLI AD ROMANOS.

3	2	16	1
8	15	668	2
10	10	623	1
11	26	715	—

I. AD CORINTH.

1	21	557	2
3	6	595	—
4	10	557	—
13	8	16	—
16	22	416	—

Cap.	Ver.	Pag.	Col.
21	34	535	1
22	32	15	—
24	50	572	—

IOANNIS.

1	28	572	1
5	43	704	—
6	72	10	—
8	6	170	2
9	31	18	—
11	18	572	1
12	1	—	—
—	24	478	—
13	2	10	—
—	—	12	2
—	—	23	—
—	29	24	—

ACTVVM APOST.

1	2	571	2

Vlterius adde

יג **יהודה בר' נתן** אחר מות רש"י רבו דרך בפירושו כמו שהרשים במסכת מכות פרק אלו הן דף יט ע"ב וזה לשונו : רבינו גופו טהור ויצאת' נשמתו בטהרה לא פירש יותר מכאן ואילך לשון התלמוד ל' יהודה בר נתן :

14 R. IVDAS BERABBI NATHA'N Diſcipulus R. Salomonis Iarchì, poſt moitem magiſtri ſui Raſcì, vbi deſierat commentari Talmudem Babylonicum, Commentarios ipſe proſequitur; De quo in Cod. *Maccòth* Cap. 3. pag. 19. 6. ita ſcribitur -

רבינו גופו טהור ויצאת' נשמתו בטהרה לא פירש יותר מכאן ואילך לשון התלמיד רבי יהודה בר נתן :

Magiſtri noſtri corpus (id eſt Rabbi Salomonis Iarchi) *mundum eſt*, *cuius anima eum munditia egreſſa eſt*; *nec vlterius eius Commentarij extant*. *Hinc & demceps ſequuntur Commentarij R. Iudæ Bar Nathanis eius diſcipuli*. Patet igitur quòd Raſcì non ſit commentatus omnes Codices Ghemaræ Babylonicæ.

Demùm -

Pag. 65. *col.* 1. *lin.* 7. Scriptum eſt mendosè תעמי מצות quod à collectore indicis vti inuentũ, ita in לוח שמות הספרים וכו' Indice Hebraico Titulorum librorum relatum fuit p. 959. c. 2. lit. תע. Vtrumque locum ſic corrigat beneuolus Lector טעמי מצות. Sic faciat in alijs, ſi quæ ſint ſimilibus mendis.

INDEX RERUM VOCUMQ; MEMORABILIUM,

QUÆ IN HAC TERTIA PARTE BIBLIOTHECÆ MAGNÆ RABBINICÆ CONTINENTUR.

uerſas Diabolo. pag. 529. & 530

Abraham tres Vitulos dicunt occidiſſe pro tribus Viris hoſpitibus, ut ſinguli eorum comederent linguam Vitulinam cum ſinapi. 552. 553

— *Itemque docuiſſe filios ſuos artem Magicam, & Diabolicam.* 594

— *Medicum faciunt, & quomodo medebatur infirmis.* 562

— *Primus omnium ſenuit.* 600

— *Qua ratione vocetur Chaldæus?* 16

— *Inſtruitur in religione in domo Noachi.* 16. 17

— *Cur vocetur Hebræus?* Ibid.

— *Quo anno ſit natus, quo defunctus?* Ibid.

R. Abraham אושקי *Oskì.* 934

— אסמעל *Aſinael.* 933

— *Habbedraſcì.* 8

— *De Balmes.* 8. 43

— *De Benedictis.* 752

— *Caletz nomen corrigitur.* 59

— *Aben Chaiim.* 31

— *Ghedalià.* 936

— *Aben Ezra.* 43

— Ben R. *Iſaac Aſchenazì Germanus.* 937

— *Korkòs.* 824

— *Veziño.* 5

— עזוז *Azuz.* 807

Abrauanelis nonnullæ Diſſertationes latinè redduntur. 63. 883

Ab-

A

A*BBA' Abbas.* pagina 668

אבא *Abbà. Abbas quid?* 254

— *Arichà.* 692

— *Eleazar Ben Doleai.* 252

— *Bar Cohanà.* 669

— *Ghurià, & Ghuriàn.* 253

Omnis Abbà Iudæus eſt vinoſus, & omnis Bar Bar Chanà eſt ſtultus. 693

Abbà Saul de Beth Marmeſcià. 253

— *Saul Ben Botnìth.* ibid.

De Abbà Saul hyperbolica. 656

Abarìm mons ubinam ſit? 931

Abdias Propheta plurimùm laudatur. 582

Abel quomodo occiditur? 578

Abbù Bar Cohanà. 669

Abimèlech maledicit Saræ. 543

Abimì. 670

אביר Auìr *Cabaliſticè quid ſignificat?* 521

Ablutus diei *quiſnam dicatur?* 231

אבן הטוען E'uen hatoèn Lapis baiulus *quidnam ſit?* 546

R. Abraham אב'ב'ד *Aubàd.* 817

Abraham & Sara quomodo caſtrati fuerint ſecundùm Rabbinos? 468

Contra Abrahamum multa effutiunt Talmudiſtæ. 529

— *Faciunt eum Tyrannum, ſuperbum, effrontem, petulantem, inquiſitorem decretorum Dei, tradentem animas con-*

dæis coram Alexandro, & reijciuntur. 594
Akania ben Mahalalèl. 315
R. Akibà ben Ioſeph. ibid.
— *Illius diſcipulorum numerus eſt incredibilis.* 464
Alchadeb familia Hiſpana. 925
Alkùm Rex quid? 593
Allardus Vchtmannus. 6
Alexander Boncompagnus. 826
Alexander Macedo adcrat Simeonem Iuſtum Sacerdotem magnum. 435
— *Deſtruit Templum Cuthæorum.* ibid.
— *Decem quæſita proponit Doctoribus Iudæis, quæ ſingillatim ſoluuntur.* 650. & ſeqq.
Alexandri iter in Africam. 652
Allij virtutes. 541
Altare Sacrificiorum vbinam ædificatum. 625
Altaris menſura deſcribitur. 202
De igne Altaris quædam dicuntur mira. 427
Altaria vbique locorum tempore Meſſiæ ædificanda erant. 634
Aman ludibrio eſt filiæ ſuæ. 456
R. Amè bar Abbà. 673. 674
De Amorraitis. 663
De amore Dialogi. 56
Amos. 3. 8. 636
את והב בסופה Eth & Heu in Suphà *duo leproſi, fabula Talmudica.* 370
Ancillæ, & ſerui habentur pro aſinis. 474
Andreas Camutius. 57
— *à Monte Iudæus conuerſus.* 818
Angelorum interceſſiones. 556
Angelos non intelligere linguam Syriacam, aſſerunt Talmudiſtæ. 514
Angelus Formentinus. 754
— *Gabriel flagellis ceditur.* 437
— *Mortis homines interficit.* 620
— *Mortis in ſex perſonas nullam habuit facultatem.* 563
— *Iudæos docet.* 369
— *à Sirolo.* 753
— *Vitus Gabài conuertitur ad fidem; vocatur Benedictus Philipani.* 893
Angina mori peſſimæ linguæ ſignum eſſe volunt Iudæi. 25
De angulo ſati agri pauperibus relinquendo. 107
Anima alia Iudæis additur die Sabbathi; quo completo ab eis recedit, Iudæorum delirium. 412. 450

Abſalom. pag. 513
Abuganda. 776
Abul-VValid Marùn Ibn Iannàhi. 43
Academia Babylonica Iudæorum. 663
Aceldama non eſt vox Syriaca, ſed Hebraico-Ieroſolymitana. 14
Ràu Achà. 671
— *Bar Chaninà.* 671
— *Ben R. Ioſiæ.* ibidem.
— *Berè de Rauà.* 672
De Accentibus trium librorum Iob, Prouerbiorum, & Pſalterij. 38
Acta Apoſtolorum Hebraicè. 51
De Actionibus, quæ occurrunt occaſione commercij. 166
Adà Bar Ahauà. 671
De Adami, & Euæ formatione. 374. 408
De Adamo multa portentoſa à Talmudiſtis dicuntur, quòd habuerit duos vultus, caudam, & alia, &c. 193. 395
— *Quòd generauerit Dæmones.* 397
— *Quod cum iumentis & feris coierit.* 466
— *Cur creatus ſit vnicus?* 579
— *Cur veſpera Sabbathi?* ibid.
De Adami creatione explicatur locus Prouerb. 9. 1. Sapientia ædificauit domũ ſuam &c. 580
— *Creatur de terra collecta ex diuerſis mundi partibus.* ibid.
— *Duodecim horis creatio abſoluitur.* ib.
— *Et alia de eodem.* ibid.
— *Eius magnitudo.* ibid. & 408.
Contra Adamum multa impiè dicuntur. 581
Adamo quædam præcepta dantur. 585
Adam bouem immolat, & cuiuſnam generis? 636
De eiuſdem libro, in quo Rabbinorum quorundam geſta deſcripta ſunt. 617
Adarchèn. 692
Admòn. 254
De Ædibus commiſcendis pro Sabbatho. 126
Ægidius de Thebaldis. 67
Ægroto quædam boni ominis ſigna aſſignantur. Ea ineptiſſimis probationibus à Scriptura petitis fulciuntur. 372
Ænigmata, & Apophtegmata Philoſophorum. 27
De æſtimatione legali. 193
Africani repetunt terram Chanaan à Iu-

Aſtronomica. 55
Aſtronomicæ prædictiones Iudaicæ ex rebus creatis primis ſex diebus creationis. 393. & 394
De Aſtris, & Conſtellationibus. 372
Aſſueri conuiuium deſcribitur. 453
In eo obſcœna referuntur. 454
Don Aſtruk Halleuì. 776
In atrio mulierum ſolùm de Regia ſtirpe Principi ſedere licebat. 435
R. Auenà. 670
Aues quomodo ſint à Deo formatæ. 635
Auije. 670
S. Auguſtinus ſtat pro antiquitate linguæ Hebraicæ. 21
Auguſtinus Boncompagnus. 826
— *Grimanus.* 71. 755
Auguſtus Varenius. 118
Ràu Auìn bar Ràu Adà. 670
Auitòl Saphrà Scriba. ibid.
De auricula hominis morale documentum. 472
Autaliòn. 254
Autolàs vide *Autaliòn.*
Autilàs bar Iosè. 670
Autolmòs. 254
Auuàh bar Ihì. 669
Be Azài vide *R. Scimòn ben Azài.* 315
R. *Azarias de Rubeis.* 395

B

BAal Peòr cultus qualis? 588
Balaam loquitur cum Aſina ſua. 616
— *Deſcendit in Gehennam.* 25
De balneis. 204
Balſamum Ierichuntinum laudatur. 11. 12
Balthaſſar Melatius. 751
R. Banàh. 675
In baptiſmali obſeruantia totam ſalutis ſpem collocant Iudæi. 68
Ex baptiſmatis ſacra vnda, & ſacro Chriſmate delibuti Iudæi Chriſtiani facti graueolentiam Iudaicam amittunt. 390
Baptizant Agareni filios ſuos, vt caninum odorem amittant. ibid.
ברייתא *Baraÿtha.* 122. 136. 150. 346
Baraÿethòth, ſeù Miſ:næ magnæ decreta. 346 & 347
Ex barba mores hominum iudicant Iudæi. 596
Bartholinus Anathomicus. 657
Anima defunctorum an ſciant quid in hoc mundo agatur. pag. 366
— *Collocari dicuntur in ſinu Abrahæ.* 490
De animabus defunctorum varij errores Talmudiſtarum. 392. & 393
Animalium conceptus comparatio cum plantis. 644
Circa animalia obſeruationes naturales. 643
B. Annæ Virginis Mariæ matris patria. 75
Anatomia Talmudiſtarum. 375
De anno emboliſmico. 568
De ſeptimo anno intermiſſionis culturæ terræ. 111
Anſcè Medauà Viri Medauitæ. 264
אנוסים Anuſsìm *quinam ſint?* 718
Antigonos iſc Socò caput Tanaitarum. 263
[illegible] *A'tto.* 19
Ben Antinòs. 265
Antipapa de Iudæis ſupplicia ſancit. 731
Antoninus Imperator ſeipſum circumcidit proprijs dentibus. 76
Antonius Bròin. 946
— *Magliabechius.* 941
— *Maria Caſtellus.* 754
S. Antonius de Padua. 915
Apologia por la Noble Naçion de los Iudios. 941
De aquis, & pluuia. 446
De aquis prioribus, & ſecundis. 508
& de aquis poſterioribus. ibid. & 509
Cur in fine menſæ Iudæi lauant manus. 510 & 640
Arbor Adamo vetita quænam fuerit? 592
De arboribus præputiatis. 121
De Arca fœderis plura. 433
Arca fœderis vtrum tranſportata fuerit in Babel, vel abſcondita? 432
De rebus repoſitis in Arca. 623
Quænam cum Arca fœderis fuerint abſcondita? 648
Ariſton. 264
Ariſtotelis Opera transferuntur Hebraicè. 900
Fr. Arlottus. 915
Aſcanius Margana. 754
Rau Aſcè naſcitur. 643
R. Aſè. 674
אסכרא *Aſcarà quid ſit?* 24
Aſinæ cum Balaam dialogus. 616

Baſ-

Bithera expungitur. 698
Cauſa euerſionis illius. 496
Bona Gentilium publicantur in monte Paràn, quia Legem recipere nolunt; dantur Iudæis, ideò ius in bona Chriſtianorum ſe habere contendunt. 368
Blancha Regina. 945
Boncompagnæ familiæ aggregatur Corcoſſea. Eius priuilegia; diuitiæ; & opera pia. 821. *& ſeqq. prolixè.*
Botri vuarum terræ promiſſæ pondus quomodo exploratur à Talmudiſtis. 515
— *Symbolum eſt Chriſti cruci affixi.* 55
Eminentiſſ. Brancatus Cardin. de Laurea laudatur. 534
An Bulla Pſeudo-Pontif. Benedicti XIII. *contra Iudæos omninò ſit damnanda?* 771
Ad quem finem tota, & ad verbum deſcripta ſit? 773
Buxtorſius corrigitur. 870
Buxtorſi Florilegium corrigitur. 542

C

CÆcilia Sabutia Tiburtina Virgo honeſtiſſima, & doctiſſima. 757
Cælibatus commendatur à Rabbinis. 332
Cæſari interroganti R. Gamliel reſpondet. 582
De Cabala. 26. 36. 37
— *Magica.* 42
Calceamentorum vſus in hyeme. 564
Calixtus Lodigerius. 754
— *Morallus.* ibid.
R. Calphà Ben Allaagàh emulus Ràu Alphes. 905
De Cane. 625
Canis rabidi proprietates. 437
Remedium ſuperſtitioſum ad morſum illius. ibid.
Canes vlulantes, vel ludentes, quid ſignificent apud Talmudiſtas. 541
Canobin Patriarchæ Maronitarum ſedes. 931
Canon minor. 779
Capitula Patrum. 178
Capræ Iobi lupos mactant. 559
Captiui, quo ordine ſint redimendi. 624
Carmelitæ Diſcalceati laudantur. 38
A carnium eſu, & à vini potu abſtinentia improbatur à Talmudiſtis. 565
Carnium eſus cur interdictus Monachis. 565
Baſſa Damaſci fictitius. pag. 929
Verus Damaſci Baſſa anno 1655. 932
— *Creatur primus Vizirius.* 932
— *Eius caput truncatur.* 933
Bauà ben Botà. 264
Bauà Kamà, Metzijà, & Batrà. 165. *& ſeqq.*
Blaſphemat in Deum Rabbenu Hakkadoſc, & quomodo punitur. 361
Ben Bag bag. 265
Becanus. 118
בכי יוחן *Bechì iuttàn quid?* 235
בילגה *Belghà quid?* 443
Bellum. Vide *Iudæi.*
Ben Betherà. 265
Calumnia detegitur à Ben Botà, & mulier abſoluitur accuſata de adulterio. 496
R. Beniamin ben Mosè Karraita. 70
— *De Nurſia.* 901
Benedictiones hominum explicantur. 554
De benedictionibus. 105. 369. *& ſeqq.*
Benedictus Giancaſperus. 754
Ben Berukà. Vide *R. Iochanàn ben Berukà.*
S. Bernardi Monaſterium ex parte conſtruitur. 311
Beruriàh Bath R. Chananiàh ben Teradiòn. 265
Bethania duplex. 572
— *Vbi ſita.* ibid.
— *Caſtellum Mariæ, Marthæ, & Lazari.* ibid.
Ibi Chriſtus in Cælum aſcendit. ibid.
— *Quomodo ſcribi debeat?* ibid.
Bezalel nouit ordinare, & combinare literas, quibus creatus eſt mundus. 371
Homilia Betzalèl. 40
Q. R. id eſt *Quæſita & Reſponſa legalia R. Betzalèl.* ibid.
Betphage quid, & vbi fuerit? 570. 571. 633
— *Etymologia.* 572
Ràu Bibì bar Ghidèl. 674
Bibliotheca Aracælitana Fr. Min. de Obſ. 687
— *Barberinorum Romæ.* ibid.
— *Cardinalis Caſanatæ.* ibid.
— *Hebraica FF. Carmelit. Diſcalc. apud S. Pancratium extra Vrbis mœnia.* ibid.
— *Collegij Neophytorum Romæ.*
Vrbis Bither magnitudo deſcribitur. 499

Ca-

R. Chananiàh Ben Gamlièl. 273
Chanamèl Hammitzrì Ægyptius Sacerdos magnus. 272
Chananiah Iſc Onò. 273
— Segàn Cohanim Vicarius Sacerdotum. ibid.
— Ben Thardiòn. 274
Chanèn Ben Auiſcialom. 273
Ràu Chanilaì. 680
Ràu Chaninà. ibid.
R. Chaninà Ben Akaſcià. 272
Chaninà Ben Chachinài. 271
R. Chaninà Bar Chamà. 272
— Ben Doſà. 271
Ràu Chaninà Ben Gamlà. 680
Chaninà Ben Rabbàn Gamlièl de Iaunè. 270
R. Chaninà Ben R. Iehoſciua. 680
Rau Chaninà Bar Papà. 681
R. Chaninà Ben Tardiòn. 272
Ràu Chaſdà. 681
R. Chaſdài Ben Iſaaci Epiſtola. 63
— Ben R. Iſaaci Sciprùt. 62
Chauèr. 61
R. Chelpetà Iſ: Chephàr Chananiàh. 269
De duobus Cherubìm ſuper propitiatorio alas extendentibus obſcœniſſimum Talmudicum commentum. 433.434
R. Chyià. 679
— Bar Aſcè. 680
— Bar Gamrà. ibid.
— Bar Ioſeph. ibid.
כסאות לבית דוד Chiſsòth leuèth Dauid. Tit. lib. 70
R. Chizkiàu Manòach Korkòs. 824
R. Chalbò. 680
Chonì Hammaaghèl. 267
Chophnì & Pinchàs filij Eli excuſantur à culpa à Talmudiſtis. 107
De Chorea Meſſiæ Talmudici. 451
חובת הלבבות Chouath halleuauòth. Tit. libri. 73. 817
De Chriſti æterna generatione. 533
Cur Chriſtus præceperit diſcipulis ne tollerent virgam, marſupium, & calceamenta, dum mittuntur ad prædicandum. 107
Contra Chriſtum blaſphemant Talmudiſtæ. 365.398.493
De Paſſione Chriſti notabilia. 901
Chriſtiani habentur deteriores Turcis. 375.376
Chriſtiani tradendi in manus Hebræorum. 566
Carolus Marianus. pag. 756
— Caluus Imperator veneno necatur à Iudæo. 711
— Maria de Veil. 843
Idem in Anglia fidem Catholicam eiurat. ib.
כרוז Carùz quid? 426
Caryota quid ſit? 11
Caſanata Cardinalis Bibliotheca. 687.945
De caſeo non comedendo cum carnibus. 640
Caſtreuàn quid? 931
Catalogus Auctorum Hebræorum. 52
— Rabbinorum, qui interfuerunt diſputationi cum Hieronymo à S. Fide coram Antipapa Benedicto XIII. 776
Catechumenorũ Domus conſtruitur Romæ. 758
כוי Cauì quid? 189
Cenſura in Talmud. 359
De Cœna Paſchali, eiuſque ceremonijs. 407
R. Chaijm Ciprùt. 52
ס׳ חיים Sèpher chaijm, Tit. libri. 26
R. Chalpathà vel Chelpetà pater R. Iosè. 269
Chaldæi quaſi Dæmones D. Hieronymi interpretatio. 22
— Inuentores Idololatriæ, & linguæ ſanctæ corruptores. ibid.
Chaldaica lingua tempore Danielis doctrinalis, & ignota vulgo. 13
Ràu Chamà. 680
— Bar Chaninà. ibid.
— Bar Gurià. ibid.
Chamenunà. ibid.
Chamiſcià haddanìn Quinque Iudices, qui coram Sapientibus iudicabant. Vide R. Chaninà Ben Chachinài. 270
Hyperbolica dicta Bar Bar Chanà damnantur in Talmude. 693
R. Chanà Bar Biznà. 680
Ràu Chanàn Bar Rauà. 681
Ràu Chananà. ibid.
R. Chananiàh Ben Antighenòs Sacerdos. 273
R. Chananià Ben Akaſcià. Vide R. Chaninà Ben Akaſcià.
— Ben Akauiàh. 274
— Ben Akibàh. Vide R. Chananià Ben Akauiàh.
— Ben Chachinài. Vide R. Chaninà Ben Chachinà.
— Ben Doſa. Vide R. Chanina Ben Doſa.
R. Chananiàh Ben Chilkiàh Ben Caròu. 273

Chri-

De comeſtione, & potione cuiuſdam Rabbini hyperbolica dicta. 405
Concilium Baſileenſe damnat Talmudem. 742
Concio ad Hebræos debet eſſe publica, neque ab ea arcendi ſunt Chriſtiani. 759
Conciones. 26
Concionandi regulæ. 933
De Concordantijs Hebraicis. 915
Coniugati laudantur. 464
Conſtantinopolitanæ Vrbis mirabilia. 864
Conſtantinus L'Empereur. 802. 934
Continentia quorundam extollitur, ſed inhoneſtè. 573
De contractibus. 164
Quæ ætate tenentur Iudæi connubia inire. 483
De conuiuio Iudæis tempore Meſſiæ à Deo parando. Talmudiſtarum fabula. 407
In conuiuijs vrbanitas ſeruanda. 413
Corcoſſeæ familiæ laudes. 823. & ſeqq.
Cornelij à Lapide locus corrigitur. 572
Corcyram Inſulam patriam Iudæ proditoris faciunt nonnulli. 23
Core congregatio in Gehenna laudat Moſen. 605
Corpus, & Anima de peccatis commiſſis excuſare ſe non poſſunt coram Iudice Deo. 594
Corpora cæleſtia quomodo menſurantur à Talmudiſtis, 406
Quænam creata ſint ante mundanum ædificium. 532
Quænam primo die. 409
Quænam veſpere Sabbathi. 405
Creationis prærogatiua conceditur à Rabbinis. 589
Crabro an tranſierit Iordanem? 519
Crucis myſterium manifeſtatur. 515. 624
Curſores cur veloces ſunt in curſu. 575
Cyrus, Darius, & Artaxerxes. 412
Cuzàr. 62

D

DE Dæmonibus ſex præcipuè dicuntur, quæ communia ſunt Angelis, & hominibus. 410
De damnis illatis, & pœna pro eis ſoluenda. 165
Daniel confertur cum Haggæo, Zacharia, & Malachia. 451
An fuerit Eunuchus? 459
R. Dattilo delli Piatelli. Vide R. Ioab ben Barùch.
R. Da-

Chriſtiani habentur pro, beſtijs & brutis. 555
De Chriſto, & propter Chriſtum omnes Prophetæ prophetauerunt. 369
Contra Chriſtianos inuehunt. 364
Comparantur aſinis. 367
Pro hæreticis habentur. ibid.
Item pro maleficis. 369
Contra Chriſtianos, & Neophytos. 421
Defunctis Chriſtianorum mala imprecantur. 372
Contra Chriſtianos iterum, & quod ſinguli Iudæi 2800. Chriſtianos habebunt ſeruos tempore fictitij ſui Meſſiæ. 377
Chriſtianorum bona vt proſcripta Iudæis tradita ſunt. 368. 539
Imponunt Chriſtianis malè olere, quia comedunt prohibita in Lege. 390
Io. Chriſtophorus Wagenſeilius 345. 946
Chronicon bellorum inter Reges Franciæ, & Domum Hothomanorum. 807
ספר חוקות התורה *Sèpher Chukòth Hattorà Liber Statutorum Legis. Tit. lib.* 26
R. Chutzephith Hattorghemàn. 268
חקת התורה *Chukàth Hattorà. Tit. lib.* 37
De Circumciſione. 468
In laudem Circumciſionis multa. 529
Circumciſionis deſcribendæ formulæ. 894. 895
Claudi quinam fuerint in ſcriptura? 513
Clauis Talmudica. Tit. lib. 934
Clemens Boncompagnus. 826
Clemens VIII. contra Iudæos latas Conſtitutiones confirmat, omnibus priuilegijs reuocatis, Iudæos à toto Statu Eccleſiaſtico, Roma, Ancona, & Auenione exceptis, excedere iubet. 744
Clerus Romanus Secularis, & Regularis pro conuerſione Iudæorum laborat. 750. & ſeqq.
De creatione Cælorum, illorum materia, aſtris, & firmamento. 409
Sacri Codices Chriſtianorum quomodo tractentur à Talmudicis. 368. & 369
In cælibes inuehunt. 467
Cœna Paſchalis celebrandæ ritus. 407
Ràu Cohanà primus. 689
— Secundus. ibid.
Coinquinatio quibus medijs introducatur? 233
Columbæ imago inuenitur in monte Gharizim. 635
Commentarij R. Salomonis exponuntur. 936

Delicta quædam à Deo punienda reſeruantur. 197
דרך אמונה *Dèrech Emunà, Via Fidei, Via della Fede. Tit. lib.* 756
דרך חיים *Dèrech chaiìm. Tit. libri.* 40
Cultus veri Dei nunquam intermiſſus. 18
Dei nomini quænam reuerentia ſit exhibenda. 592
Deo oblatis, non eſt ex eis vſus percipiendus profanus. 199
Quinam ſint, qui nunquam Deum videbunt. 522
A quibus rebus impeditur Dei Iudicium. 420
De Dei Iudicio, quod in principio anni noui fieri dicunt Talmudiſtæ. 420
Ante Liam Iacobi vxorem nullus laudauit Deum, aiunt ijdem. 363
Quæ in mundo fiunt ſolicitos nos reddere non debent, cùm ex Dei voluntate omnia fiant. 609
Deus Moſi oſtendit animalia munda, & immunda. 635
De nomine Dei Tetragrammaton. 488
Quomodo pronunciari debeat. 404. 489
Deus quomodo mundum creauit, Talmudiſtarum ſententiæ. 385. 630
Quodlibet verbum, quod exibat ex ore Dei, diuidebatur in 70. linguas. 385
Deus Talmudicus occupatur in lectione Talmudica. 410
Amicitur pallio, & officio hebdomadarij fungitur. 421
Induit Thephillin. 363
Orat ad modum cuiuſdam Rabbini. ibid.
Oſtendit Moſi ligaturam Thephillinorum. ibid.
Deſtructo Templo nihil ei remanſit, niſi tantùm quatuor cubitorum ſpatium ſtudij Talmudici. 364
Quotidiè plorat. 408
Itemque facit qualibet nocte. 360
Effundit duas lachrymas in mare, quando recordatur Iudæos in mœrore verſari. 372
Aliquando ridet. 615
Nunquam in cælis quieſcit; ludit cum Leuiathano. ibid.
Docet puellos Iudæorum. ibid. & 630
Quid de nocte agat. ibid.
Euæ crines aptat. 374
Paranymphi officium exercet. 661

R. Dauid Aben Iachijà. pag. 647
— *Princeps Korraita.* 70
— *Kimchì.* 43. De eo vide Parte II. pag. 25.
— *Ben Moſis de porta Leonis.* 833
— *Nachmias.* 845
Contra Dauid Prophetam multa obloquuntur Talmudiſtæ. 599
Quòd natus ſit circumciſus. 513
Quod à Dæmone fuerit occiſus. 376
Quòd occuparetur in viſitatione ſanguinis menſtrui mulierum. 361
Quòd omnia peregerit conſilio Aſtrologorum. 584
De eodem cum Bethſabee obſcœnum commentum. 575
Quòd cognouerit cauſam, cur mammæ in mulieribus in pectore collocatæ ſint, & non ſub ventre vti in brutis. 364
Quod dum eſſet in balneo, gaudebat, quia videbat ſe eſſe circumciſum. 632
Quòd eius Cithara in media nocte ex ſe ſonum ediderit. 470
Eundem excuſant à peccato. 381
Item ab homicidio. 485
Itemque habuiſſe quadringentos filios. ibid.
Eius humilitas. 415
Quòd vno ictu ſagittæ occiderit 800. viros. ibid.
Quomodo duas ſorores ſimul viuentes duxerit in vxores. 573
Cur Pſalmos quindecim graduum compoſuerit? 443
Dauidici Regni ſucceſſores habebant foſſulam in capite, cui aptabatur Corona Regia. Commentum Talmudicum. 575
Dauidicæ Domus hiſtoria tempore Regni Perſarum. 918
R. Dauid Ben R. Salomonis. 44
Dauid Valenzo. 5
A debitore quodlibet minimum eſt accipiendum. 540
Deum migrare faciunt de loco ad locum. 463
Decem transmigrationes Diuinæ Maieſtatis numerantur, quæ ſecundùm Iſraëlitarum demerita recedebat ab eis. 423
De Decimis. 115
De decima ſecunda. 119
Deciſiones ſelectæ ex operibus diuerſorum inſignium Rabbinorum. 935

R. Elaà Bar Ieuarechià. 672
R. Elàzar abſolutè, vide R. Eleazar ben Sciamùa.
R. Eleàzar ben Arùch. 261
— Ben Azariæ Sacerdos. 260
— Iſc Bartìtha, vide R. Eleàzar ben Iudæ Iſc Chephàr Bartothà.
— Ben Bilà, vide R. Eleàzar ben Pilà.
— Ben Chaninà ben Chizkiàh ben Garòn. 258
— Ben Charsòm. 259
— Chiſmà. 258. 673
— Ben Damà. 258
— Hakkaphàr. 262
— Hammodài. 259
— Ben Iosè. 673
— Bar Iſaaci. ibid.
— Ben Iudæ Iſc Chepàr Bartotha. 259
— Ben Mathià. 260
— Ben Partà. 261
— Ben Pilà. ibid.
— Ben Sciamùa. 262
— Ben Scimòn. 673
— Ben R. Simeonis ben Iochài. 263
— Ben Tzadòk Sacerdos. 261. 673
De eleemoſyna. 556
Elias Corcòs poſt conuerſionem Michaël Ghiſlerius. 826
Eliæ Corcoſsij familia conuertitur ad Chriſtum. 758
Ghiſleriorum familiæ aſcribitur. 759
Elias Germanus. 43
Eliæ Prophetæ fictitia apparitio frequens apud Iudæos. 410
R. Eliezaris deciſiones reprobantur, non obſtantibus eius confictis miraculis. 546
R. Elièzer. 672
— Abſolutè quinam ſit? 256
— Ben Azariæ, vide R. Eleàzar ben Azuià. 256
— Ben Bilà, vide R. Eleàzar ben Pilà. ibid.
— Chiſmà, vide R. Eleàzar Chiſmà. 255
— Ben Iacobi dictus Kàu venakì. ibid.
— Ben Iehudà, vide R. Eleàzar ben Iudæ. ibid.
— Ben Iosè Haghalili Galilæus. ibid.
— Ben R. Iſaaci ולטה Zelata. 937
Deus Talmudicus barbitonſor efficitur, & Sancheriu barbam radit. pag. 595
Eſt fur. 581
Inuidus. 513
Quomodo Leoni comparatur. 636
De Deo Talmudico ibidem alia multa.
Deuteronomij octo vltimi verſiculi à quibus ſcripti ſint. 631
Dialogus inter Balaam & Aſinam ſuam. 616
Dictionarium Rabbinicum, & Chaldaicum mſc. 52
Didacus Ferrus. 752
Digitorum manus nomina, & officia. 472
Diluuium an fuerit vniuerſale diſputant Talmudiſtæ. 628
In diebus feſtiuis celebrandis quomodo occupentur Iudæi. 407
Ràu Dimì. 676
Dionyſius Ecchellenſis Maronita-Romanus. 755
Dioploſtòn duplex porticus Alexandriæ Ægypti: eius magnificentia laudatur. 441
מורה הנבוכים Director perplexorum. Tit. libri. 27
Diſputatio cum Iudæis in Hiſpania, vbi, & quo anno habita. 777. 945
Acta huius diſputationis vbi reperiantur. ibid.
Doctrina Chriſtiana Hebraicè vertitur. 51
Verſio illius approbatur, & defenditur. ibid.
De documentis Iudicum. 180
De dolore dentium. 438
Dominica dies iniurijs afficitur. 617
Domnio Gaudentius Epiſcopus Arbenſis. 752
A domo remouenda ſunt pericula. 538
R. Dosà Ben Harchinàs. 266
R. Doſtài Berabbì Iannài. 267
— Iſc Chephàr Ithmà. ibid.
De re dubia an fuerit decimata, nec ne. 108
De duello. 891
Dunaam Dux Iudæorum omnes Chriſtianos ſine miſericordia necat. 704
הדרן עלך In fine Capitulorum Talmudis quid ſignificet? 771

E

Eclipſium cauſæ, & ſignificata illarum. 439
Elà. 254
R. Elaà. 672

F

DE fabulis Rabbà Bar Bar Channà. 566
De faſciculo Hòmer. 544
Familiæ, egreſſæ de Babylone cum Zerobabel, quæ aſcenderant in Ieruſalem, quænam fuerint? 151
— Quæ aliqua infamiæ nota laborant, diuturniores ſunt ex Talmudiſtis. 428
Fauſtus Naironus Banenſis Diſſertationem de Maronitis ſcribit. 750. 930
De fèle. 625
Ferdinandus, & Eliſabeth Hiſpaniarum Reges ab omnibus Regnis ſibi ſubiectis Iudæos expellunt. 729
— Cardoſus. 921
De feſtis. 123. 132
In feſtorum celebratione quomodo Iudæi ſe parant. 407
De feſto paruo, ſeù Interfeſto. 133
Fl. Ioſephus Hebræus. 831
A fœminea prole abhorrent Iudæi. 334
Fœtus in vtero materno quomodo efformetur. 656
Illius ſitus in vtero deſcribitur. ibid.
Fomes malus quomodo adigat ad peccandum. 426
Franciſcus Cuperus contra Spinoſum Atheum ſcribit. 632
— Griſendus. 756
— Mandarinus. 753
— Maria Boncompagnus. 826
Furari viro Gentili prohibitum. 545

G

GAbriel Angelus docet Ioſephum 70. linguas. 521
R. Gabriel Ben Aharòn. 946
جبرو Gàbro. 19
Galatinus corrigitur. 75. 686
Obiurgatur. 744. 745
Eius ſententia de pronunciatione nominis יהוה reijcitur. 405
גלות יהודה Galùth Iehudà. Tit. libri. 34
Gamaliel Iudæus honoribus priuatur. 703
Quiſnam fuerit iſte Gamaliel. ibid.
Rabbàn Gamliel. 675
— Haggadòl magnus. 266
Rab-

R. Elièzer magnus filius Hircani. pag. 255
— Ben Mathià, vide R. Eleàzar ben Mathià. 256
— Ben Nathàn. 812
— Ben Scimòn, vide R. Eleàzar ben R. Simeonis ben Iochài. 256
— Bar Tzadòk, vide R. Eleàzar Bar Tzadòk. ibid.
Elioenì ben Hakkòph. 255
Eliſabeth matris S. Ioannis Baptiſtæ patria. 75
Eliſciaà Achèr, vide Eliſciaà ben Auuiàh.
— Ben Auuiàh. 256
Cur Eliſciaà ben Auuiàh, ſeù Achèr in hæreſim ſit prolapſus. 528
Eliſcìu. 672
Eliſeus ter infirmatur. 522. 600
Et primus fuit, qui ab infirmitate conualuit ex Talmudiſtarum ſententia. ibid.
Eius apparitiones Talmudicæ. 410
Emmanuel Luſitaniæ Rex è Regno ſuo excedere Iudæos iubet. 730
R. Enenò bar Saſon. 691
En Iſraëlis œconomia poſtremæ editionis Venetæ explicatur. 846
Epiſtola Didaſcalica Ariſtotelis. 27
Epocha contractuum vnde deſumatur 41
Erùb, & ablutio manuum inſtituitur à Salomone ex Talmudiſtis. 399
Eſau victor bellorum eſt, & præualet Iacobo. 497
Esè ben Iehudà. 672
Eſperança de Iſrael. 941
Eſther vxor Mardochæi ſecundùm Talmudiſtas. 455
Eius pulchritudo. ibid.
De Volumine Eſther. 144
Euangelij vocem deprauant. 368
Euclides transfertur Hebraicè. 900
Euæ formatio. 374
Eius maledictiones quot ſint. 401
אבן בוחן E'uen Bòchan. Tit. libri. 927
Euphratis aquæ excelſiores ſunt reliquis. 646
Eurus quid? 564
De exciſionibus. 197
De excommunicatione. 415
Eiuſdem ſpecies, ſigna, & effectus. ibid. & ſeq.
De die expiationum. 135
Exploratorum hiſtoria. 515
Morte abſona abſumuntur. 516

— *De Scarinthijs ad Hebræos Romæ Concionator.* 749. 752. Vide *Gregorius Boncompagnus.*
P. Guardianus FF. Min. S. Sepulchri Cuſtos ſedens ſuper Aſinam, vt Chriſti humilitatem imitetur, quotannis Ieruſalem ingreditur. 571
Guido Fabritius Boderianus corrigitur. 882
גוף *Guph quid?* 466
גוף Guph *Animarum Apotheca.* 617. 654
Guſtauus Peringerus. 836

H

R*A'u Haài Gaòn Ben Ràu Scerira.* 923
חבחור *Habbachùr. Tit. libri Eliæ Germani.* 43
Habbedraſcè. 6
Hali Aben Ragèl Aſtronomus. 67
Hachauèr. 61
Hadrianus Cæſar. Vide *Iudæi.*
Hæreticorum res proſcinduntur. 635
ספר העתים *Sèpher Haettìm. Tit. libri.* 40
Haghada ſcel Pèſach explicatur. 36
Hagiographi libri recènſentur. 558
Ràu Hammenunà. 678
ס' הנפש *Sèpher hannèpheſc. Tit. lib.* 74
ס' הרקמה *Sèpher Harikmà. Tit. lib.* 72
ס' התפוח *Sèpher Hattappuach. Tit. lib.* 74
Pro Hæreticis habentur Chriſtiani. 367
Ben He He, vide *Ben Bag bag.* 265
Hebræi nunquam linguæ Hebraicæ obliti ſunt. 18
Quod Hebræi nunquam ſeruierint Idolis. 587
Contrarium euidenter probatur. 588
Lingua Hebraica nunquam deperdita: 18
Hebraica lingua conſeruata eſt ſemper intacta, & incorrupta. 15. 16
Sancti in cælo loquuntur Hebraicè, & poſt reſurrectionem eadem lingua loquentur. 16
Herbarium. De virtutibus herbarum. 775
Herbæ ſine Dei expreſſa iuſſione exeunt ſecundùm ſpeciem ſuam. 637
Hermana mater S. Elizabeth Ioannis Baptiſtæ matris. 75
De Herodum origine. 555
Hiacynthus Fonſeca. 893
S. *Hieronymus linguam Hebraicam matricem omnium linguarum vocat.* 21
Hieronymus à S. Fide. 776

Rabbàn Gamliel de Iaunè. pag. 266
— *Senex.* 265
De Gehenna, & pœnis dandis præuaricatoribus Iſraël. 421
Gehennæ ignis nullam habet poteſtatem in Rabbinos. Rabbinorum delirium. 410
Gehenna vbi ſit? 652
Gennadius Presbyter Maſſilienſis. 902
Cauſa cur fœtent Gentiles aſſignatur. 390
Pro Gentilibus Chriſtiani intelliguntur communiter à Iudæis. 360
Gentili, i. e. Chriſtiano ſtudenti Legi quam mercedem aſſignent Talmudiſtæ. 614
Georgius Beniaminus. 752
— *Besbehel Maronitarũ Patriarcha.* 932
— *Gripparius.* 756
— *Hornius mendaciſſimus Auctor, & impoſtor.* 928. & ſeqq.
— *Michaël Amira linguam Syriacam præfert Hebrææ.* 21
Germania laudatur in Talmude. 452
R. Gerſon ben Moſis Typographi. 925
גלא רזיא *Ghalè razaÿa. Tit. libri.* 773
De Ghemarà. & Talmude. 349
Ghemarà magnopere extollitur à Iudæis. 353
Cur Ghemarà in omnibus Miſcnæ Codicibus non reperiatur? 351
גבורת השם *Gheuuràth haſcèm.* 40
Ràu Ghidèl. 675
גלגולת המחלות *Ghilgùl Hammechalòth quid?* 475
גוי *Ghòi nomine an intelligendus ſit Chriſtianus.* 359
Ghur Ariè. 40
Giezi idololatria deſcribitur. 600
Gilbertus Gaulmyn. 817
Giobbe Bſciarrai Libani Montis Prouincia. 931
Baſſæ Tripolitano ſubijcitur. ibid
Gloria Dei. Titulus Tractatuli de Nomine IESV. 52
De Goliàth. 521
גרגרת *Gargbèreth quid?* 188
De re Grammatica. 26. 933
Eiuſdem Auctores Hebræi. 42
Eiuſdem Auctores Latini. 44
Gregorius Boncompagnus filius. 823
Vide *Gregorius de Scharinthijs.*
— *Pater.* 821
Gregorius Compagni. 753

R. Iacob Chaghìz. 843
— Ben Chaïm &c. de Tuneto. 849
— Capellus Ben R. Tzeuì Marghalith de Lamira. 864
— Aben Chauìu. 844
— Cohèn. 855
— Ben R. Dauid Aben Iachija. 842
— Bar Dauid Bar Iom Tòu. 841
— Bar Dauid, Bar Ioſeph Tobia. 842
— Ben Dauid Markaria. ibid. & 922
— Bar Dauid Prouenzalis. 842
— De Vrbe Domròg. ibid.
— Ben R. Elchanàn Haijelpròn. 837
— Ben Eleàzar. ibid.
— Bar Eliakìm Haijelpròn. ibid.
— Falk. 862
— Habbedraſcì. 841
— Hàijlpròn. 843
— Halleuì. 858
— Iachija. 851
— Iehudà Ari Leo. 849
— Bar Iudæ Aben Kaſtïèl. 851
— Ben R. Iehudà Lando. 850
— Bar Iekàr. 854
Iacobus diſcipulus Ieſu Nazareni. 618. 619 & 622
Iacob Ben Iſaaci, Ben Patriarchæ Abrahami. 851
Multa ei in viſione oſtenduntur. 639
R. Iacob Ben R. Iſaaci. 851
— Ben R. Iſaaci Hallauàn. ibid.
— Ben R. Iſaaci Luzatti. 852
— Ben R. Iſaaci Tzabalòn. ibid.
— Kantz, ſeù Cantius. 864
— Katòn paruus. 865
— De Korbel, ſeù Korberìl. 864
— Ben Korſciài. 294
— Lando. 859
— Leuì. 855
— De Liieskas. 858
— Lombroſo. ibid.
— Ben Machìr Aben Tybbòn. 859
— Mantinus. ibid.
Ex Arabico in Latinum multa Philoſophica, & Medicinalia transtulit. ibid.
— Marghalìth. 860
— Cohèn Marghiaſsìn. 855
— Ben R. Meir &c. Domròg. 859
— Ben R. Meir ex Prouincia גיאן Giana. ibid.

Hilarius Prachius Ligio-Sileſius. pag. 7
Hillèl hazakèn ſenex. 267
Illius ſuperbia. 442
Beth Hillèl, & Beth Sciammài. 264
Hillelis, & Sciammài Academiæ adueniente Chriſto deſtruuntur. 579
Hyppolitus Boncompagnus. 826
עומר Hòmer Faſciculus. 544
Homo liber creatur, & in gratia. 560
Homo non habens vxorem homo non eſt, Talmudiſtarum delirium. 465
Facultates non habens non eſt homo. ibid.
Hominis virtus corporis, quibus de cauſis marceſcat. 504
De homine & muliere quædã quæſtiunculæ. 661
De homicidio occulto. 606
Quomodo à Deo puniatur. ibid.
De homicida mandatario. 485
Circa honeſtatem monita. 653
הוריית הקורא Horaijàth hakkorè. Tit. lib. 38
Horæ planetariæ reijciuntur. 395
Hornius mendax, & impoſtor. 929. & ſeqq.
Patrum Societ. Ieſu inimicus. 930
Eandem Societatem inuiſam Principibus mendacijs reddere ſtudet. ibid.
Ràu Hoſciaaia. 677
Hugo de S. Caro Cardinalis. 915
Ràu Hunnà. 677
In hypocriſim inuehitur. 521
Hyrcanus ben Elièzer ben Hyrcani. 267

I

יעלי Iaale quid? 561
Iàchija al Batràk. 832
יחיד Iachìd quid? 446
Iachìus Auoth. 832
— Baſsàr. 40
R. Iacob. 293. 688. 836
— Abulaphija. 3. 836
— Acsài. 946
— De Alba. 836
— Alù. 862
— Antolì. 837
— Bar Aſcèr. ibid.
— Auendanà. 836
— Beràu, ſeù Bariàu. 841
— Ben Biuàſc. 841
— בר בונם Bar Bonem, ſiuè Barbone. 866

Iaſon Theſſalonicenſis. 2
Iaſonis, & Papiſci altercatio. ibid.
R. Iakim iſc Haddàd, ſeù Haddìn. 294
Iakùm, ſeù Iecomas Ben Gad. 928
Ibò. 692
Ibn Korrà. 900
Iconoclaſtarum hæreſis vnde exorta. 710
De idololatria. 176. 587. & ſeqq.
Cultus idololatricus non perfectè completus an pœna ordinaria puniendus? 589
Idololatriam admittunt, & idololatriæ leuiſſimam ſuſpicionem damnant Talmudiſtæ. 397
Tradentem Idolo totum ſemen ſuū liberant. 589
Idololatriæ ſpecies quaſdam admittunt. 623
Pro Idumæis intelligunt Chriſtianos. 360
R. Iechièl Aſchenazi. 833
— *Meli.* 833
— *De Pariſio.* ibid.
Iechus Baſſàr, 40
— *Hatzadikìn.* 832
R. Iechuniàh Ben Abraham. 831
Iecomas Ben Gad fictitius Iudæus. 928
R. Iedaaiàh ben Abraham Happeninì, 6
Quo tempore floruerit. 7
— *Ben R. Scemaaiàh.* 8
— *Ben R. Iſaaci Gabbài.* 5
— *Ben Harràu Moſcè Galante,* ibid.
— Vide *Philo Iudæus.* ibid.
— *Rhodius.* ibid.
ܝܗܒ *Iehab,* 20
R. Iehoſciùa Ioſue abſolutè. 279. 281
— *Ben Biuaſc Alrakì,* 775
— *Hallorki.* 776
— *Korkòs.* 824
— *Ben R. Ioſeph Halleuì.* 779. 934
— *Ben Leuì,* 280. 775, 776
— *Ben Perachijà.* 779
— *Ben Sarùk.* 780
יהוסף *Iehosèph cur ſcribatur cum* ה. 18
Ràu Iehosèph Halleuì interficitur. 897
— *Ben Ràu Samuelis Halleuì.* 812
R. Iehoſciùa Ibn Viuàſc. 779
R. Iehudàh frater Ràu Selà. 682
Ràu Iehudàh, 681
— *Bar Biznà.* ibid.
— *Berè de R. Chijà.* 682
— *Ben Ghedidiòn.* 681
— *Ben Gherìm.* ibid.
— *Ben Lakìſc.* 682
R. Iacob Ben Mordechài. pag. 860
— *Bar Moſis Ben Acſſài cognomento Bedraſcì.* 7. 861
— *Ben R. Moſis Halleuì.* 861
— *Bar Moſis Leuita.* 4
— *Necdàn.* 861
— *Ben Nephtalì.* ibid.
— *Ben Nephtalì Sacerdos de Gazulo.* 921
— *De Orleans.* 836
— *De Parentio.* 862
— *De Pauia.* ibid.
— *Polak Polonus.* ibid.
— *Romanus Conſtantinopolitanus.* 865
— *Roſales.* ibid.
— *Ben Ruben.* ibid.
— *Ben Sciabbathài.* 866
— *Ben Salomonis.* ibid.
— *Samiga.* 861
— *Ben Samuel.* 866
— *Ben Samuelis Briſacenſis.* ibid.
— *Sarzina.* 862
— *Ben R. Scelomò Aben Chauìu.* 866
— *Ben R. Scelomò, aliis Ben Scimſciòn.* ibid.
— *Ben Scimòn.* 867
— *Bar Scimſciòn Antolì.* ibid.
— *Bar Scimſciòn ex Liburnia.* ibid.
— *Segàl.* 862
— *Sepolti.* ibid.
— *Sexportas.* 867
— *Sforno.* 862
Iacobus Sirmondus. 902
R. Iacob Cognomento Rabbènu Thàm Ben Meir &c. 868
R. Iacob Tzadìk Iuſtus, Ben R. Abrahami Tzadìk Iuſti. 863
— *Vauil, ſeù Veil* 843
— *wilithkàſc.* 843
— *Ben Vrì Haccohèn.* 1
R. Iadua Habbauli Babylonius. 275
Iaèſc, ſeù Aben Iaèſc. 869
De Iahel turpe commentum. 538
R. Iahèl Sacerdos Karraita. 70
Iamin Moſcè. 835
R. Iannài. 293
R. Iaphèth Leuì Karraita. 70
Iarchinæus quis? 694
Iarlìn Vide *Iſarlijn.* 938
Iaſon Cyrenæus. 2

R. Ie-

Ignatius Sauinus. 753
אגרת המוסר *Igbèreth hammuſàr.* 73
De igne Altaris. 627
Imaginem Saluatoris telo tranſfodiunt Iudæi, à qua ſanguis erumpit. 710
Imagines, quomodo permittuntur. 422
R. Immanuel Benbeneſte. 935
— *Bar Iacobi.* 920
— *Ben Iekutièl.* 43
De immundis, & mundis animalibus, & piſcibus. 639
Impiorum imagines neque oculis corporeis ſunt reſpiciendæ. 462
De impœnitentia finali. 397
Imperia, & Reges à Deo iudicantur. 612
De Incarnatione Domini. 902
Index Alphabeticus omnium Capitum Miſcnæ. 237
— *Nominum, & cognominum omnium Tanaitarum, quorum mentio fit in Miſcna.* 252
Item omnium Amorraitarum.
In indoctum petulantem prouerbium Talmudicum. 551
Quòd infantes mutili, aut monſtroſi naſcantur, vnde proueniat? 526. 527
Infans exiſtens in vtero proſpicit vniuerſum mundum, iuxta Talmudiſtas. 657
Omni ſcientia ornatur. 658
Quomodo perficiatur, & ornetur 9. menſium ſpatio. ibid.
Ad formationem fœtus quinam ſint illi qui concurrunt. 658
De mirabili modo, quo in vtero conſeruetur. 659
Quòd mares, vel fœminæ gignantur, vndenam proueniat. 659. 660
Maſculeæ prolis laus. ibid.
Infirmus ſi ab infirmitate liberatur, à Talmudiſtis tribuitur miraculo. 534
Infirmorum viſitatio laudatur. 533
Innocentius II. Papa de domo Papareſca, quæ nunc Matthæia dicitur. 714
Ingreditur Pariſium. Eidem Iudæi cum libro Legis occurrunt. 713
Laudat Sac. Scripturam, ſed eorum intelligentiam damnat. ibid.
Inſtrumentum Aſtronomicum. 45
De Inſtrumentis dotalibus. 148
De Inſtrumentis muſicis. 647

R. Iehudàh Ben Sciamùa. pag. 68
R. Iehudai Bar Achunài. 9
— *Gaòn.* ibid.
Fuit cœcus. ibid.
Quo anno viuebat. ibid.
— *Bar Nachmàn.* ibid.
De ieiunijs, & illorum obſeruantia, ac diſpenſatione. 141. 447. 449
Ieiunium, & parſimonia laudatur. 535
R. Iekutiel Haeccohèn Bar Iudæ. 933
Ientaculum matutinum commendatur. 554
Eius virtutes recenſentur. ibid.
יפה נוף *Iephè noph. Tit. libri.* 868. 869
R. Ièpheth. 869
R. Ieremias. 688
— *Bar Abbà.* ibid.
— *Bar Eleazaris.* 689
R. Ieruchàm Bar Meſciullàm. 933
Ieruſalem propter Akamtzà, & Bar Kamtzà deſtruitur. 491
Item propter R. Zachariam deſtruitur. ibid. & 492
Quinam fuerint in cauſa vt Ieruſalem deſtrueretur. 491
Ieruſalem propter Gallum, & Gallinam deſtruitur. ibid.
De tribus vicibus in anno, quibus aſcendendum erat Ieroſolymas. 131
Quomodo Ieruſalem dicatur eſſe in medio terræ. 576
Ieſadòth. 923
Ieſirà. 835
יסוד אמונה *Ieſòd Emunà. Tit. libri.* 918
— העיבור *Haïbbùr. Tit. libri.* 903
— עולם *Holàm. Tit. libri.* 835. 904 & 910
— מורא *Morà. Tit. libri.* 835
Quòd Ieſus Chriſtus fuerit Sacerdos de Tribù Leuì, & quod in Templo adlectus officium Sacerdotale exercuerit eſſe ex libro quodam apocrypho impoſtura detegitur. 705
Ieſus Nazarenus mundi Redemptor non fuit diſcipulus R. Iehoſciùa ben Perachijà. 779
Blaſphematur à Iudæis. 321
Afficitur calumnijs. 523. 597
De morte Ieſu, & de diſcipulis eius. 583
יצירה *Ietzirà. Tit. libri.* 928
De יצר הרע *Ietzer harà fomite malo.* 410. 442
Comment. in Cod. Ieuamòth. 32

In-

R. Iochanàn Ben Berokà. 281
— Cohèn gadòl. 286
— Ben Dehauài, 526
— Ben Dehauà. 688
— Ben Elèzer. 683
— Ben Gulghadà, 282
— Haccohèn. 783
— Ben Hachoranì: 285
— Ben Ieſùa ben Soceri R. Akibæ. ibid.
— Haſſandalàr. 287
— Ben Korach. 688
— Beu Mathià. 286
— Ben Narbài. 688
— Ben Nurì. 287
— Santamàn. 783
— Treuìs Taruiſinus. ibid.
Rabban Iochanan ben Zaccài laudatur. 438
— Ben Zaccài. 282
Alloquitur Veſpaſianum, qui & multa priuilegia ei concedit. 492
R. Iochanan Talmudiſta. Eius pulchritudo deſcribitur. 549
Supercilia illius fuſcinula argentea à miniſtro eleuabantur, vt legere poſſet. 446
Ad oſtium balnei ſedebat, vt mulieres filios venuſtos, vt ipſe erat, conciperent. 549
Maleficos habebat oculos. 446. 596
י Iod litera laudatur. 1
R. Iodà, 782
— Bar Salomonis. ibid.
R. Ioel Leuita. 781
— Aben Scioèu. ibid.
R. Ioèzer iſc Habbirà. 293
Bar Iomè. 688
Iom Lob Abramides. 785
Iom Tòu. 784
— Bar Abraham Aſcuilì Siuilianus. ibid.
— Atiàs. 785
— Haccohèn. ibid.
— Korkòs. 776. 824
— Liphmàn Ben Nathàn Leuì. 785
Rabbènu Iona. 906
R. Ionà Aben Ezræ. 787
— Ben גנאח Ganàch. 43. 72. 786
— Gerundenſis ben R. Samuelis. 786
— Ioannes Baptiſta. 48
— Bar Ioſeph. 787
— Tzarphatì Gallus. 788
יונת אלם Ionàth Illèm. Tit. libri. ibid.
R. Ionathàn. 287. 688.
De 72. Interpretibus. pag. 453
Introductio ad intelligendum Talmud. 934
R. Ioab Ben Barùch delli Piatelli. 781
— Hakkatàn Paruus. ibid.
Io. Antonius Gabutius. 758
— De Panormo. 757
— Vannius. 752
Ioannes Baptiſta Beltramius de Riparolio. 751
— — Borgia. 754
— — Da Eſte conuerſus. 783
— — Iona conuerſus. 48
Eius vita deſcribitur. ibid.
— — Philipanì conuerſus. 893
Ioannes Benedictus Carpzouius. 118
— Buxtorſius corrigitur. 922
— Chriſtophorus Wagenſeilius. 345
— Cupareus. 752
— Dominicus Rocca mora. 751
— Fortius de Horta. 784
— Franciſcus de Laurentijs. 756
— Garetius. 775
— Hoornbeek. 885
— Iſaac Leui Chriſtianus Lutheranus. 912
— Lightfoot. 118
— Maria Gabriellius. 754
— Maria Vincenti temerè, & incautè loquens corripitur. 706
Idem de Talmude dum loquitur, ineptit. 745. 746
Ioannes Aben Meſuè. 781
— Mika. 782
— Mullerus. 946
— Paſtritius. 750. 752
— Patriarcha. 832
— Paulus Euſtachius Scriptor Librorum Hebraicorum in Bibl. Vatic. 53. 783
— Philippus Boncompagnus. 823
Ioannes Safrenſis Maronitarum Patriarcha. 931
Sub hoc Patriarcha fingitur fabula de ſepulchro Moſis inuento. 932
— Schickardus. 118
— Wlfen Germanus. 946
De Iob multa blaſphemè dicuntur. 558. & ſeqq.
De eodem, & ſocijs eiuſdem quædam fabuloſa narrantur. 562
Iob quando mortuus ſit. 516
R. Iochanàn Alemàn Conſtantinopolitanus. 782
— Ben Bagh bagh, Vide Bagh Bagh.

R. Io-

R. Ioſeph Chiuàn. 804. 945
— *Haddaiàn Iudex ben R. Iacobi Aben* סהל *Sabàl.* 801
— *Ben Don Dauid ; ben Don Ioſeph Aben Iàchija.* 802
— *Ben R. Eleàzar.* 798
— *Ben Elkanàn.* ibid.
— *Ben Ephràim Kàro.* ibid.
— *Ezouì Hyßopeus.* 795
— *Franſes, ſeu Gallus.* 6
Ioſeph Ghiſlerius. 826
R. Ioſeph ben Ghuriòn. 799
— *Gigatella.* 800
Ioſeph Gratia Simonius Sacerdos Heſronita Maronita è Monte Libano. 932
Hodie Epiſcopus Tripolis. 647
R. Ioſeph Haccohèn ben Iehoſciùa. 810
— *Sacerdos.* 293
— *Halleuì.* 776
— *Halleui Sophèr.* 812
— *Halòrki.* 945
— *Happarsì.* 817
— *Diſcipulus Harrambàm.* 831
— *Hatzadik Ioſeph Iuſtus.* 818
— *Hebræus.* 816
— *Hiuàn.* 802
— *Iabètz.* 807. 808
— *Aben Iàchija.* 808
— *Iedidiàh &c.* 807
— *Ieſciùah.* 807. 810
— *Aben Iekùr.* 810
— *Ben Iochanàn.* 688
— *Ben Iſaac Aben Ezra.* 809
— *Ben Iſaac Iudæus.* 808
— *Bar Iſachàr.* 810
— *Ben Iſaac Iſraalita.* 809
— *BeRabbì Iſaaci Aben* סטנאש *Satanas.* ibid.
— *Bar Iudæ bar Elàì.* 289
— *Ben R. Iuda &c. de Nubes.* 807
— *Iudæus conuerſus.* 808
Ioſeph de Iuliis. 752
R. Ioſeph Karkèſc Karaita. 70. 821
— *Ben Karnitòl.* 827
— *Kàro.* 819
— *Kètz.* 827
— *Kimchì.* 43. 827
— *Kolòn, Mahararik.* 65
— *Kolòn Tzarphatì.* 821
— *Korkòs.* 821. 824. 825

R. Ionathàn Sceliach Tzibbùr. pag. 793
— *Ben Vziel.* 688. 788
Iordanis origo. 646
Aquæ ipſius miraculosè retrocedunt. 514
יורה חטאים *Iorè Chattaìm. Tit. libri.* 831
R. Ioſaphat ben Leuì. 831
R. Iosè. 688
— *Abſolutè.* Vide *R. Iosè Sethàm.*
— *Chalì Kuphrì.* 253
— *Ben Chalukà.* 289
Abbà Iosè ben Chanèn. 253
R. Iosè Bar Chaninà. 688
— *Ben Chelpethà de Tzippurì.* 793
Vide *R. Iosè Sethàm.*
— *Ben Chonì.* 289
— *Ben Dormaskìth.* 288
— *Haccohèn Sacerdos.* 291
— *Ben Hachotèph Ephrataus.* 288
— *Haggalilì Galilæus.* ibid.
— *Ben Iochanan iſc Ieruſcialàim.* 289
— *Ben Ietzer iſc Tzeredà,* 290
— *Ben Iosè Cohèn gadòl.* 795
— *Bar Iudæ iſc Chephàr Habbablì Vir de Villa Babylonica.* 289
— *Katnuta.* 291
— *Kiſmà.* 292
— *Ben Meſciullàm.* 291
— *Scem Tòu.* 795. 933
— *Sethàm.* 291
R. Ioſeph. 688
— *Ben Abraham Abèn Deth.* 795
Ioſeph Accurenſis Maronitarum Patriarcha. 931
R. Ioseph Ben Akanin. 816
— *Albalag.* 776
— *Albo.* ibid.
— *Anabbì.* 816
— *Aben Ardùt.* 776
— *Arùn.* 816
— *Aſchenazì Germanus.* 799
— *Ben Aſpàk.* 798
— *Aulipròn.* 816
Ioſeph Baneſius Maronita. 752
R. Ioſeph Barcellonita. 799
— *Aben Caſpì.* 811
— *Ben R. Chaiìm.* 805
— *Aben Chauiu.* 804
— *Chauiuà.* 906
Ràu Ioſeph Cæcus. 814
— *Cohèn.* 810

Ioſiam Regem excuſant à peccato. pag. 383
Ioſiphòn. 800. 831
Ioſippus. 800
Ioſue. 16. 24
R. Ioſue ben Betherà. 279
— *Ben Berokà.* ibid.
— *Ben Chananiàh.* ibid.
— *Ben Horkanòs Hircani filius.* ibid.
— *Ben Iſraël Nathàn.* 8
— *Ben Korchà.* 281
— *Ben Mathiæ.* 280
— *Ben Perachià.* 281. 682
R. Iſaac. 688
— *Neſcio quis.* 902. 904
— *Ben Aaròn.* 889
— *Bar Abbà.* 878
— *Abbètz.* 917
— *Ben Abraham.* 783. 873
— *Ben R. Abrahami cognomento Ritzbà.* 873. & 888
— *Bar Abudimi.* 688
— *Adarbì.* 889
— *Akrìſc.* 918
— *Albalàg.* 890
— *Alchadèb.* ibid.
— *Alìs.* 918
— *Bar Ali Aben Eithàr.* 890
— *Alphesì.* 892
— *Aràma.* 918
— *Aſchenazì Germanus.* 890
— *Athias.* 918
— *Auuhàu.* 5. 871
— *Aurauanèl.* 874
Eius Chronologia annorum. 887
— *Bar Barùch Aben Alcalìjàh.* 891
Magiſter Iſaac Biterbò. ibid.
R. Iſaac Chaijòth. 900
— *Ben Chananià Arubas.* 901
— *Ben Chanèn.* 900
— *Cardoſus.* 921
— *Cauòd.* 910
— *Ben Chonàim.* 900
— *Cohèn Ben Salomonis.* 910
— *Corbelenſis.* 354. 922
— *Cordubenſis.* ibid.
— *Creſpìn.* ibid.
— *Ben Dauid.* 898
— *Bar Eliæ Scenè Nitzcà.* 890
— *Ben Elièzer ben Salomonis.* ibid.
— *De Fano Lugi incola.* 919
R. Ioſeph Aben Lèu. pag. 812
— *Del Medico.* 73. 813
— *Bar Meir Halleuì Abèn Megas.* 812
— *Ben Meir Sartamigas.* 905
— *Bar Moſis.* 813
— *Ben R. Moſis de Karaamanìtz.* ibid.
— *Bar R. Moſis de Trani.* ibid.
— *Bar Moſcè Tzarphatì.* ibid.
— *Mubnèr.* ibid.
— *Nachmias.* 845
— *Naſsì.* 814
— *Otelingius.* 922. 946
— *De Padua.* 817
— *Pallàt.* ibid.
— *Palkèra.* 816
— *Pàrdo.* 817
— *Aben Paſchì.* ibid.
Contra Ioſephi caſtitatem obloquuntur Talmudiſtæ. 519
Ioſephi Patriarchæ arca è fundo Nili extrahitur. 514
R. Ioſeph ben Podàth. 817
Ioſeph Sabbatinus. 753
Ràu Ioſeph Saghì Nahòr. 814
— *Salomon del Medico.* 828
— *Bar Salomonis.* ibid.
— *Samiga.* 814. 815
— *Ben Samuelis Parui.* 830
— *Ben Samuelis Aben Rei.* ibid.
— *Ben Samuelis* צעיר *Tzaìr.* ibid.
— *Sarſa.* 816
— *Ben Saràk.* ibid.
— *Sasòn.* 831
— *Ben R. Saul Iskàpha.* 828
— *Semiſi.* 815
— *Aben Scem Tòu.* 830
— *Ben R. Sceniàh Haccohèn.* 828
— *Scialìt Rekitì.* ibid.
— *Sephardì Hiſpanus.* 815
— *Titatzàk.* 806
— *Ben R. Tobiæ.* ibid.
— *Toletanus.* ibid.
— *Tòu Alèm Ben R. Samuelis.* 805
— *Tzarphatì Alphesì.* 818
— *Aben Verga.* 804
— *Viuas.* 799
Ioſeph de Voiſin. 118
R. Ioſeph Ben wakàr. 802
— *Zarkà.* 804
Ioſias ben Ioſeph Pinto. 3

R. Iſaac Medura Durenſis. pag. 898
— *Ben R. Meir.* 926
— *Ben Meir ben R. Samuelis.* 913
— *Ben Moſcè.* 892. 914
— *Ben R. Moſis Biga.* 914
— *Ben R. Moſis ben R. Meir Arama.* 915
— *De Moguntia.* 914
— *Bar Naphchà.* 688
— *Nathàn.* 915
— *Onghianera.* 889. 918
— *Ouadia.* 917
— *Papat.* 920
— *Ben Parlì.* ibid.
— *De Peſcarà.* 919
— *Ben Polgàr.* ibid.
— *Pragenſis.* 920
— *Ben R. Reuben, ben* הריף. 923
— *Ben Reuben.* 892. 923
— *Ben Reuben.* 922
— *Ben Reuben Barcellonius.* 923
— *Salem.* 917
— *Ha-Sangarì.* 61
— *Saghì nahòr aliјs Seghinòr.* 917
— *Ben Salomonis.* 923. 924
— *Ben Salomonis Arabiæ Regis &c.* 924
— *Ben Salomonis ben Tzadìk.* 925
— *Ben Scielomò ben Sabolà.* 924
— *Ben Samuelis.* 925. 688
— *Ben Samuelis Adarbì.* 925
— *Ben R. Samuelis Chaiìm.* 426
— *Cognomento* איזיק *Iezik* שטין *Sciatÿàn.* 889
— *Bar Scemuèl.* 926
— *Ben Scholæ.* 924
— *Scialèm.* 923
— *Bar Scieſciàt.* 928
— *Ben Scimſcionis.* 926
— *Sciprùt.* 927
— *Aben Sid.* 917
— *Bar Taulài.* 688
— *Terna.* 901
— *Tiburtinus.* ibid.
— *Ben Tzadìk.* 920
— *De Vienna fil. R. Moſis.* 899
— *wolff, ben R. Meir.* 898
— *Aben Zulaime.* 899
R. Iſaias ben Abraham Leuita. 935
— *Bar Eliæ.* ibid.
— *Halleuì Leuita.* ibid.

R. Iſaac Gabài. pag. 893
— *Ben Gheàth.* 892. 897
— *Gersòn.* 897
— *Baal Haaitùr.* 918
— *Germanus cognomento* הארי Haarì, *i. e. Haſchenazì Germanus R. Iſaac.* 891
— *Hazakèn Senior fil. ſororis Rabbènu Thàm.* 899
— *Bàal Hachotèn.* ibid.
— *Hannaßì.* 915
— *Ben Harrauà iunioris.* 888
Ex vultu cognoſcebat animas hominum. &c. ibid. & 889
— *Haſſangharì.* 917
— *Quondam Hebræus.* ibid.
— *Iaabètz ben Salomonis.* 904
— *Ben R. Iacob.* 905
— *Ben R. Iacob Alphesì.* ibid.
— *Ben R. Iacob de Lattès.* 908
— *Ben R. Iehoſciùa.* 902
— *Ben R. Iom Tòu Cohèn.* ibid.
— *Ben R. Ioſeph Iaabètz.* 903
— *BeRabbì Iſaac de Korbìl.* 902
— *Bar Ioſeph ben Iſraèl.* 903
— *Bar Ioſia.* 904
— *Ben Iſraèl.* 909
— *Iſraèlita.* ibid.
— *Bar Iudæ.* 901
— *Bar Iuda Barcinonita.* 72
— *Iudæus conuerſus.* 902
— *Ben Iehudà ben Gheàth.* 898
— *Iudæus Magiſter Synagogæ &c.* 901
— *Kanpanton.* 920
— *Kàro.* 921
— *Korbìl.* 354. 922
— *Korkòs.* 824. 825. 922
— *De Lattes ben R. Iacobi.* 912
— *De Latteſc cum* ש. ibid.
— *Aben Laìph.* 7. 911
— *Leon, ben Elièzer, ben Salomonis.* 913
— *Leon ben Tzùr.* ibid.
— *Leuì.* 912
— *Leuita.* 72
— *Luria.* 913
— *Germanus, cognomento* מהרי Maharì, *id eſt Morènu haRàu Iſaac.* 891
— *Ben Malchièl.* 914
— *Ben Manoach de Nurſia.* 921
— *Mardochæus Gherſciùn.* 914

R. Iſaias

in cerebrum Titi. 494
Italia quid ſit penes Talmudiſtas. 382
De Italia, per quam intelligunt Romam, mira leguntur in Talmude. 452
In itinere, & dum iter ſit, de Lege loquendum. 525
Iter Sabbathicum quot paſſuum mill. conſtet. 571
R. Iudas ſine cognomine. 26
— *Bar Abbà.* 276
— *Aharòn.* 26
— *Albèlda filius R. Moſis Albeldæ.* ibid.
— *Almanghari.* 28. 61
— *Anàu bar Beniamin Medicus.* 69
— *Arìe.* 33
Iuda Arìe de be Elài. 36
R. Iudas Aſaèl ben R. Elièzer Dauid Mehattou. 70
— *Bar Aſcèr.* 37
— *Obit.* ibi
— *Ben Babà.* 276
— *Baletz*, vide *R. Iudas Caletz.*
— *Barcellonius.* 40
— *Berabbì Barzellì.* ibid.
— *Ben Beniamin de Italia.* 39
— *Abeu* בירגא *Berga.* 45
— *Ben Betherà.* 277
— *Lebèth Palkòn.* 37
— *Betzalel.* 39
— *Ben Bilàm.* 38
— *Caletz.* 58
— *Chaijàth, id eſt Sartor.* 46
— *Chaiìm bar R. Iacobi.* ibid.
— *Ben Chariſc.* 43. 47
— *Chasìd.* 277
— *Chiugh*, vel *Chiuuàgh*, 42
— *Ben R. Chophnì.* 27
— *Cohèn ben Salomonis Toletanus.* 57
— *Bar Dauid Paſsì.* 42. 71
— *De Domo Falconis.* 37
— *Bar Elài.* 28. 276
— *Bar Elàai quo tempore vixerit.* 31
— *Studium Sacræ Scripturæ comparat latrinarum commoditati.* 30
— *Bar Eleàzar Cohèn Germanus.* 32
— *Ben Elièzer Tzielebì.* ibid.
— *Gaòn.* 41
— *De Garmiza.* 42
— *Ghedalià.* ibid.
— *Hachasìd.* 46
R. Iſaias de Trani. pag. 935
Iſbrandus de Diemerbroeck Anatomiſta. 656
Iſcbab Haſſophèr Scriba. 294
Iſcariotes vox vnde dicta? 11
R. Iſcmael. 294. 689
— *Ben Eliſciaà pueritia deſcribitur.* 500
Filij, & filiæ eiuſdem captiuitas. ibid.
— *Ben Eliſciaa Cohèn gadòl Sacerdos magnus.* 295
— *Haccohèn.* 934
— *Fil. filij R. Iochanàn ben Berukà.* 296
— *Ben R. Iosè ben Chelpathà.* ibid.
— *Ben R. Iosè caput lictorum campeſtrium Bargello di Campagna fuit.* 548
De eo obſcœna. ibid.
— *Pharabì.* 934
— *Ben Pheabì Sacerdos magnus.* 297
R. Iſraël Aſchenazì Germanus. 936
— *Beniamin.* ibid.
— *Ben R. Eliæ Mizrachì.* 935
— *Ben R. Iſraèl ben R. Moſis Nàgera ben R. Leuì Nàgera.* 937
— *Ben Menachèm de Rouigo.* 936
— *Ben Moſis.* ibid.
— *Ben R. Petachià.* 938
— *Recanati.* ibid.
— *De Rouigo.* ibid.
— *Ben Sanaèl.* 937
— *Sarùgh.* 938
Qui anguſtiatur Iſraëlem ſit Princeps. 598
Cur filij Iſraèl 400 an. fuerint in Ægypto. 522
Iſraëlitæ in Ægypto quomodo gratis piſces comederint. 436
— *In Ægypto quamplurima patiuntur ab Ægyptijs, & quænam fuerint.* 514
— *Magis dilecti ſunt Deo, quàm ſint Angeli.* 640
— *Impudentes ſunt.* 414
Iſraëlitis permittitur abuſus vxorum. 586
Iſraëliticus populus numerandus non eſt. 428
Omnes Iſraëlitas habere partem in ſeculo futuro docent Talmudiſtæ. 596
Septem ſententiæ latæ ſunt contra Iſraëlem, & à ſeptem Prophetis reſcinduntur. 608
R. Iſſachàr ben R. Iekutièl. 939
— *Ben Mordochài* דיריע *Aben* סוסאן *Susàn.* 940
— *Bàar ben Nephtalì.* 939
— *Bàar Ben R. Petachià Moſis.* 938
יתוש *Iathùſs muſcilio per nares ingreditur*

R. Iudas Peloni ſine cognomine. 71
— Poki, ſeu Puki, aut Polleus Karraita. 70
— De Roma. 72
— סברה Sabarà. 69
— Ben R. Salomonis ben Alchophnì cognomento Charizì. 73
— Ben R. Salomonis Charizi. 27.28
— Ben Samuelis Aràma. 74
— Bar Samuelis Halleui. 60
— Ben R. Samuelis, ben R. Kolonimos ſenioris. 70
— Bar Saul Aben Tibbòn Hiſpanus. 72
— Ben Scemaaiàh. 8
— Ben Sciamùa. 278
— Ben Scemariàh. 68
— Ben Rabbàn Simeonis. 74
— Ben Tabbài. 47.277
— Aben Tacàn. 775
— Ben Themà. 278
— Theſſalonicenſis. 69
— Ben Tibbòn Hiſpanus de Granata. 61
— Aben Tibbòn de Siuilia. 8
— Tzeuì. 71
— Valerio. 782
— Vega Polonus. 45
— Aben Verga, ſeu Virga. ibid.
— Vzièl. 69
— זארקו Zarkò. 869
Oſſa Iudæ Patriarchæ in deſerto deuoluuntur in arca. 510.542
Iudæi ſinguli expectant tempore ſui deplorati Meſſiæ 2800 ſeruos ex omnibus Nationibus mundi ſe habituros eſſe. 377
— Ob metum Gentilium inclamant ſe eſſe fratres Romanorum. 447
— Quomodo amiſerint ius gladij, & necis. 570
Ab eis omnia bona paulatim ablata ſunt. 523.524
— Ideòque in miſerabili ſtatu verſantur, ſine vero Deo, ſine Sacerdote, & ſine Lege. 620
— Et tamen volunt; vt illorũ quilibet teneatur ſcribere ס״ת Librum Legis. 632
Docent vanam, ſuperſtitioſam, ſtultam, & impiam doctrinam; vt
Dum induunt veſtes, quid faciunt. 384
Quomodo ventrem ſoluere debeant. 375
Credunt ſe eſſe ſaluandos ſolo externo ſigno
R. Iudas Hal-Charizì. 27.28
— Halleuì ben Dauid Germanus. 59
Chriſtianam fidem ſuſcipit. ibid.
— Haccohèn Sacerdos. 277
— Halleuì ben R. Sciabbathài. 59
— Hannaſſi. 278
— Aben Iachijà. 56
— Iair ben Raphael Iair Romanus. 47
— Iona. 48
— Ben Iehoſeph Seraguſinus. 55
— Ben Ioſeph ben Alphachàr. 52
— Bar Ioſeph Barſanì. 53
— Ben R. Ioſeph ben Bolàth. ibid.
— Ben Ioſeph Cæſarauguſtanus. 55
— Ben R. Iuda Charizì. 27
— Ben Ioſeph Hiſpanus. 55
— Bar R. Iſaaci de Modena. 57
— Ben Ioſeph Muſcato Mantuanus. 54
— Ben R. Iſaaci Abrauanelli. 56
— Bar Iſaaci Leuèth Leuì Germanus. 57
Iudas Iſcariotes an artem Coriariam exercuerit. 23
An Angina ſuffocatus. 24
— Proditor. 10
Eius patria. ibid.
Et quomodo à Syris deſignetur. 22
Qua morte perierit. 25
Eius Euangelium. ibid.
R. Iudas ben Kardaniel. 62
— Ben Kariſc. 72
Iudas Leo de be Elài. 36
— Lèu ben Samuelis. 65
— Lerma. 1.66
— Vulgò Meſſer Leone Mantuanus. 65
— Mintz, hoc eſt Moguntinus. 942
— De Modena. 4
— Bar Moſis bar Danielis Romanus. 66
— Ben Moſis de familia Ghedaliàh. ibid.
— Ben R. Moſes Haccohèn Sacerdos Toletanus. 67
— Bar Moſis de familia Ha-naarim. ib.
— Bar Moſis de Fano. ibid.
— Ben Moſis Hiſpanus. 55
— Bar Moſis Philoſophus. 68
— Ben R. Moſis Saltaro de Fano. ibid.
— Bar Nachmàn. 69
— Ben R. Nathàn. 669
— De Padua. 70
— De Pariſio. ibid.
— Paſſi, ſeu de Fes. 71

ſæpiùs baptizatur: eius impietas miraculo detegitur, 703
Alius in Creta Inſula Pſeudo-Moſen ſe facit, & Iudæos quamplurimos in mare præcipites ſe agere iubet. 704
Sacra Biblia non modo Hebraicè, ſed etiam lingua Græca, & Latina legere, iubentur. 705
Iudæi Imaginem Ieſu Chriſti in Beryto crucifigunt. 710
Iudæorum conſilio Templum Sacroſancti Sepulchri Domini Ieroſolymis diruitur. 711
Iudæi in Paraſceue Chriſti Imaginem deludunt. 712
Iudæi Malefici occidunt Archiepiſcopum Treuirorum. 712
Puerum Chriſtianum in Anglia crucifigunt. 715
Item alium in Francia. 716
E Francia expelluntur anno D. 1185. 715
Sed redeunt. 716
Iterum eijciuntur. 719. 722
Contra Iudæos fit ſeditio Londini in Anglia. 716
Qui baptizari recuſant, interficiuntur. ibid.
Octoginta Iudæi comburuntur. ibid.
Iudæorum ſtrages à Cruce ſignatis ante diſceſſum in Orientem fit. 713
Iudæi Pariſienſes occurrunt Summo Pontifici extra Vrbem cum libro Legis. ibid.
Ne Iudæi occidantur prohibet S. Bernardus Abbas. 714
Non ſunt compellendi ad fidem ſuſcipiendam. ibid.
Circa Iudæorũ conuerſionem Summi Pontifices valdè ſoliciti ſemper ſe præbuerunt. 708
Iudæi, capta Ieroſolyma, quotquot Chriſtianos emerant, ad nonaginta fermè millia interficiunt. 708
A Regibus Chriſtianis huiuſmodi iniuria vindicatur. ibid.
Coguntur ad fidem Chriſti ſuſcipiendam.
Quam violentiam improbat Concilium Toletanum. 709. 710
A tota Anglia extorres fiunt. 717. & 718
Preſbyter quidam Anglus, vt nubat puellæ Iudææ, circumciditur. ibid.
Vnde Iudæi coguntur mutare religionem. ibid.
Et quamplurimi necantur. 718
Iudæi in Regno Neapolitano fiunt omnes Chriſtiani Regis induſtria. ibid.
gno circumciſionis. pag. 392. 398
Maledicentes patri, & matri eos aliquando abſoluunt a pœna. 590
Docent cadauera mortuorum ſentire vermium morſus. 366. 391
Cur cupiant ſepeliri in terra Iſraëlis. 478
Contra timores nocturnos quomodo ſe muniant. 451
Gratias agunt quotidiè, quòd eos fœminas non fecerit, aut Chriſtianos, vel bardos. 633
Chriſtianos ad eos accedentes odio habent, illiſque malè precantur. 462
Quod ſi aliquis eorum cum Chriſtiano ambulet, quam cautelam obſeruare debeat. 621
Iudeæ mulieres plebeiæ, iumentorum loco habentur à Talmudiſtis. 402
Iudæi contra Romanos rebellantes, à Romanis Gentilibus in exilium pelluntur. 696
Ab Hadriano Cæſare victi, nec eis paternum ſolum ex edito loco oculis permittitur aſpicere. 697
Bar Chuziba Iudæorum Dux interficitur. ibid.
Iudæi in conuerſos ad Chriſtum ferociam exercent. 699
Rebellant contra Imperatorem Romanorum, & amputatione auriculæ mulctantur. 699
Contra Chriſtianos, & Chriſtianam Religionem multa facinora committunt, pro quibus graues, ſed meritas pœnas luunt. 696
Chriſtianorum Templa diruunt. 699
Simulant ſe eſſe Chriſtianos, vt Chriſtianorum immunitatibus gaudeant; vel euitent criminũ pænas, vel debitorũ pondera. 700
Inhibentur ne collectas faciant. ibid.
Illas hodie adhuc exercent. 701
Chriſtum Dominum Cruci affixum ſub ſimulato nomine Aman, contumelijs, & probris affectum in ignem inijciunt. ibid.
Alexandriæ Ægypti magnam Chriſtianorum ſtragem noctu exercent, ſed à Chriſtianis omnes trucidantur, & illorum Synagogæ igni traduntur. 702
In ludis ſuis Iudæi Chriſtum contumelijs afficiunt; Puerum Chriſtianum Cruci affigunt. ibid.
Iudæi dignitatibus priuantur. ibid.
Iudeus quidam Chriſtianam fidem ſimulans

Hinc

Delicta quædam à Deo punienda reſeruantur. 197

דרך אמונה *Dèrech Emunà, Via Fidei, Via della Fede. Tit. lib.* 756

דרך חיים *Dèrech chaiim. Tit. libri.* 40

Cultus veri Dei nunquam intermiſſus. 18

Dei nomini quænam reuerentia ſit exhibenda. 592

Deo oblatis, non eſt ex eis vſus percipiendus profanus. 199

Quinam ſint, qui nunquam Deum videbunt. 522

A quibus rebus impeditur Dei Iudicium. 420

De Dei Iudicio, quod in principio anni noui fieri dicunt Talmudiſtæ. 420

Ante Liam Iacobi vxorem nullus laudauit Deum, aiunt ijdem. 363

Quæ in mundo fiunt ſolicitos nos reddere non debent, cùm ex Dei voluntate omnia fiant. 609

Deus Moſi oſtendit animalia munda, & immunda. 635

De nomine Dei Tetragrammaton. 488

Quomodo pronunciari debeat. 404. 489

Deus quomodo mundum creauit, Talmudiſtarum ſententiæ. 385. 630

Quodlibet verbum, quod exibat ex ore Dei, diuidebatur in 70. linguas. 385

Deus Talmudicus occupatur in lectione Talmudica. 410

Amicitur pallio, & officio hebdomadarij fungitur. 421

Induit Thephillin. 363

Orat ad modum cuiuſdam Rabbini. ibid.

Oſtendit Moſi ligaturam Thephillinorum. ibid.

Deſtructo Templo nihil ei remanſit, niſi tantùm quatuor cubitorum ſpatium ſtudij Talmudici. 364

Quotidiè plorat. 408

Itemque facit qualibet nocte. 360

Effundit duas lachrymas in mare, quando recordatur Iudæos in mœrore verſari. 372

Aliquando ridet. 615

Nunquam in cælis quieſcit; ludit cum Leuiathano. ibid.

Docet puellos Iudæorum. ibid. & 630

Quid de nocte agat. ibid.

Euæ crines aptat. 374

Paranymphi officium exercet. 661

R. *David Aben Iachijà.* pag. 647

— *Princeps Korraita.* 70

— *Kimchì.* 43. De eo vide Parte II. pag. 25.

— *Ben Moſis de porta Leonis.* 833

— *Nachmias.* 845

Contra David Prophetam multa obloquuntur Talmudiſtæ. 599

Quòd natus ſit circumciſus. 513

Quod à Dæmone fuerit occiſus. 376

Quòd occuparetur in viſitatione ſanguinis menſtrui mulierum. 361

Quòd omnia peregerit conſilio Aſtrologorum. 584

De eodem cum Bethſabee obſcœnum commentum. 575

Quòd cognouerit cauſam, cur mammæ in mulieribus in pectore collocatæ ſint, & non ſub ventre vti in brutis. 364

Quòd dum eſſet in balneo, gaudebat, quia videbat ſe eſſe circumciſum. 632

Quòd eius Cithara in media nocte ex ſe ſonum ediderit. 470

Eundem excuſant à peccato. 381

Item ab homicidio. 485

Itemque habuiſſe quadringentos filios. ibid.

Eius humilitas. 415

Quòd vno ictu ſagittæ occiderit 800. viros. ibid.

Quomodo duas ſorores ſimul viuentes duxerit in vxores. 573

Cur Pſalmos quindecim graduum compoſuerit? 443

Dauidici Regni ſucceſſores habebant foſſulam in capite, cui aptabatur Corona Regia. Commentum Talmudicum. 575

Dauidicæ Domus hiſtoria tempore Regni Perſarum. 918

R. *Dauid Ben R. Salomonis.* 44

Dauid Valenzo. 5

A debitore quodlibet minimum eſt accipiendum. 540

Deum migrare faciunt de loco ad locum. 463

Decem transmigrationes Diuinæ Maieſtatis numerantur, quæ ſecundùm Iſraëlitarum demerita recedebat ab eis. 423

De Decimis. 115

De decima ſecunda. 119

Deciſiones ſelectæ ex operibus diuerſorum inſignium Rabbinorum. 935

Deus

R. Elaà Bar Ieuarechià. 672
R. Elàzar abſolutè, vide *R. Eleazar ben Sciamùa.*
R. Eleàzar ben Arùch. 261
— *Ben Azariæ Sacerdos.* 260
— *Iſc Bartìtha*, vide *R. Eleàzar ben Iudæ Iſc Chephàr Bartothà.*
— *Ben Bilà*, vide *R. Eleàzar ben Pilà.*
— *Ben Chaninà ben Chizkiàh ben Garòn.* 258
— *Ben Charsòm.* 259
— *Chiſmà.* 258. 673
— *Ben Damà.* 258
— *Hakkaphàr.* 262
— *Hammodài.* 259
— *Ben Iosè.* 673
— *Bar Iſaaci.* ibid.
— *Ben Iudæ Iſc Chepàr Bartotha.* 259
— *Ben Mathià.* 260
— *Ben Partà.* 261
— *Bea Pilà.* ibid.
— *Ben Sciamùa.* 262
— *Ben Scimòn.* 673
— *Ben R. Simeonis ben Iochài.* 263
— *Ben Tzadòk Sacerdos.* 261. 673
De eleemoſyna. 556
Elias Corcòs poſt conuerſionem Michaël Ghiſlerius. 826
Eliæ Corcoſsÿ familia conuertitur ad Chriſtum. 758
Ghiſleriorum familiæ aſcribitur. 759
Elias Germanus. 43
Eliæ Prophetæ fictitia apparitio frequens apud Iudæos. 410
R. Eliezaris deciſiones reprobantur, non obſtantibus eius confictis miraculis. 546
R. Elièzer. 672
— *Abſolutè quinam ſit?* 256
— *Ben Azariæ*, vide *R. Eleàzar ben Azuià.* 256
— *Ben Bilà*, vide *R. Eleàzar ben Pilà.* ibid.
— *Chiſmà*, vide *R. Eleàzar Chiſmà.* 255
— *Ben Iacobi dictus Kàu venakì.* ibid.
— *Ben Iehudà*, vide *R. Eleàzar ben Iudæ.* ibid.
— *Ben Iosè Haghalili Galilæus.* ibid.
— *Ben R. Iſaaci* ולטה *Zelata.* 937

Deus Talmudicus barbitonſor efficitur, & Sancheriu barbam radit. pag. 595
Eſt fur. 581
Inuidus. 513
Quomodo Leoni comparatur. 636
De Deo Talmudico ibidem alia multa.
Deuteronomÿ octo vltimi verſiculi à quibus ſcripti ſint. 631
Dialogus inter Balaam & Aſinam ſuam. 616
Dictionarium Rabbinicum, & Chaldaicum mſc. 52
Didacus Ferrus. 752
Digitorum manus nomina, & officia. 472
Diluuium an fuerit vniuerſale diſputant Talmudiſtæ. 628
In diebus feſtiuis celebrandis quomodo occupentur Iudæi. 407
Ràu Dimì. 676
Dionyſius Ecchellenſis Maronita-Romanus. 755
Dioploſtòn duplex porticus Alexandriæ Ægypti: eius magnificentia laudatur. 441
מורה הנבוכים *Director perplexorum. Tit. libti.* 27
Diſputatio cum Iudæis in Hiſpania, vbi, & quo anno habita. 777. 945
Acta huius diſputationis vbi reperiantur. ibid.
Doctrina Chriſtiana Hebraicè vertitur. 51
Verſio illius approbatur, & defenditur. ibid.
De documentis Iudicum. 180
De dolore dentium. 438
Dominica dies iniurÿs afficitur. 617
Domnio Gaudentius Epiſcopus Arbenſis. 752
A domo remouenda ſunt pericula. 538
R. Dosà Ben Harchinàs. 266
R. Doſtài Berabbì Iannài. 267
— *Iſc Chephàr Ithmà.* ibid.
De re dubia an fuerit decimata, nec ne. 108
De duello. 891
Dunaam Dux Iudæorum omnes Chriſtianos ſine miſericordia necat. 704
הדרן עלך *In fine Capitulorum Talmudis quid ſignificet?* 771

E

Eclipſium cauſæ, & ſignificata illarum. 439
Elà. 254
R. Elaà. 672

F

DE fabulis Rabbà Bar Bar Channà. 566
De faſciculo Hòmer. 544
Familiæ, egreſſæ de Babylone cum Zerobabel, quæ aſcenderant in Ieruſalem, quænam fuerint? 151
— Quæ aliqua infamiæ nota laborant, diuturniores ſunt ex Talmudiſtis. 428
Fauſtus Naironus Banenſis Diſſertationem de Maronitis ſcribit. 750. 930
De fele. 625
Ferdinandus, & Eliſabeth Hiſpaniarum Reges ab omnibus Regnis ſibi ſubiectis Iudæos expellunt. 729
— Cardoſus. 921
De feſtis. 123. 132
In feſtorum celebratione quomodo Iudæi ſe parant. 407
De feſto paruo, ſeù Interfeſto. 133
Fl. Ioſephus Hebræus. 831
A fœminea prole abhorrent Iudæi. 334
Fœtus in vtero materno quomodo efformetur. 656
Illius ſitus in vtero deſcribitur. ibid.
Fomes malus quomodo adigat ad peccandum. 426
Franciſcus Cuperus contra Spinoſum Atheum ſcribit. 632
— Griſendus. 756
— Mandarinus. 753
— Maria Boncompagnus. 826
Furari viro Gentili prohibitum. 545

G

GAbriel Angelus docet Ioſephum 70. linguas. 521
R. Gabriel Ben Aharòn. 946
ܓܒܪܐ Gàbro. 19
Galatinus corrigitur. 75. 686
Obiurgatur. 744. 745
Eius ſententia de pronunciatione nominis יהוה reijcitur. 405
גלות יהודה Galùth Iehudà. Tit. libri. 34
Gamaliel Iudæus honoribus priuatur. 703
Quiſnam fuerit iſte Gamaliel. ibid.
Rabbàn Gamliel. 675
— Haggadòl magnus. 266
Rab-

R. Elièzer magnus filius Hircani. pag. 255
— Ben Mathià, vide R. Eleàzar ben Mathià. 256
— Ben Nathàn. 812
— Ben Scimòn, vide R. Eleàzar ben R. Simeonis ben Iochài. 256
— Bar Tzadòk, vide R. Eleàzar Bar Tzadòk. ibid.
Elioenì ben Hakkòph. 255
Eliſabeth matris S. Ioannis Baptiſtæ patria. 75
Eliſciaà Achèr, vide Eliſciaà ben Auuiàh.
— Ben Auuiàh. 256
Cur Eliſciaà ben Auuiàh, ſeù Achèr in hæreſim ſit prolapſus. 528
Eliſcìu. 672
Eliſeus ter infirmatur. 522. 600
Et primus fuit, qui ab infirmitate conualuit ex Talmudiſtarum ſententia. ibid.
Eius apparitiones Talmudicæ. 410
Emmanuel Luſitaniæ Rex è Regno ſuo excedere Iudæos iubet. 730
R. Enenò bar Saſon. 691
En Iſraëlis œconomia poſtremæ editionis Venetæ explicatur. 846
Epiſtola Didaſcalica Ariſtotelis. 27
Epocha contractuum vnde deſumatur 41
Erùb, & ablutio manuum inſtituitur à Salomone ex Talmudiſtis. 399
Eſau victor bellorum eſt, & præualet Iacobo. 497
Esè ben Iehudà. 672
Eſperança de Iſrael. 941
Eſther vxor Mardochæi ſecundum Talmudiſtas. 455
Eius pulchritudo. ibid.
De Volumine Eſther. 144
Euangelij vocem deprauant. 368
Euclides transfertur Hebraicè. 900
Euæ formatio. 374
Eius maledictiones quot ſint. 401
אבן בוחן E'uen Bòchan. Tit. libri. 927
Euphratis aquæ excelſiores ſunt reliquis. 646
Eurus quid? 564
De exciſionibus. 197
De excommunicatione. 415
Eiuſdem ſpecies, ſigna, & effectus. ibid. & ſeq.
De die expiationum. 135
Exploratorum hiſtoria. 515
Morte abſona abſumuntur. 516

— De Scarinthijs ad Hebræos Romæ Concionator. 749. 752. Vide Gregorius Boncompagnus.
P. Guardianus FF. Min. S. Sepulchri Cuſtos ſedens ſuper Aſinam, vt Chriſti humilitatem imitetur, quotannis Ieruſalem ingreditur. 571
Guido Fabritius Boderianus corrigitur. 882
גוף Guph quid? 466
גוף Guph Animarum Apotheca. 617. 654
Guſtauus Peringerus. 836

H

RAu Haài Gaòn Ben Ràu Scerira. 923
חבחור Habbachùr. Tit. libri Eliæ Germani. 43
Habbedraſcì. 6
Hali Aben Ragèl Aſtronomus. 67
Hachauèr. 61
Hadrianus Cæſar. Vide Iudæi.
Hæreticorum res proſcinduntur. 635
ספר חעתים Sèpher Haettìm. Tit. libri. 40
Haghadà ſcel Pèſach explicatur. 36
Hagiographi libri recenſentur. 558
Rau Hammenunà. 678
ס׳ חנפש Sèpher hannèpheſc. Tit. lib. 74
ס׳ חרקמת Sèpher Harikmà. Tit. lib. 72
ס׳ חתפוח Sèpher Hattappuach. Tit. lib. 74
Pro Hæreticis habentur Chriſtiani. 367
Ben He He, vide Ben Bag bag. 265
Hebræi nunquam linguæ Hebraicæ obliti ſunt. 18
Quod Hebræi nunquam ſeruierint Idolis. 587
  Contrarium euidenter probatur. 588
Lingua Hebraica nunquam deperdita: 18
Hebraica lingua conſeruata eſt ſemper intacta, & incorrupta. 15. 16
Sancti in cælo loquuntur Hebraicè, & poſt reſurrectionem eadem lingua loquentur. 16
Herbarium. De virtutibus herbarum. 775
Herbæ ſine Dei expreſſa iuſſione exeunt ſecundùm ſpeciem ſuam. 637
Hermana mater S. Elizabeth Ioannis Baptiſtæ matris. 75
De Herodum origine. 555
Hiacynthus Fonſeca. 893
S. Hieronymus linguam Hebraicam matricem omnium linguarum vocat. 21
Hieronymus à S. Fide. 776

Rabbàn Gamliel de Iaunè. pag. 266
— Senex. 265
De Gehenna, & pœnis dandis prauaricatoribus Iſraël. 421
Gehennæ ignis nullam habet poteſtatem in Rabbinos. Rabbinorum delirium. 410
Gehenna vbi ſit? 652
Gennadius Presbyter Maſſilienſis. 902
Cauſa cur fœtent Gentiles aſſignatur. 390
Pro Gentilibus Chriſtiani intelliguntur communiter à Iudæis. 360
Gentili, i. e. Chriſtiano ſtudenti Legi quam mercedem aſſignent Talmudiſtæ. 614
Georgius Beniaminus. 752
— Besbebel Maronitarũ Patriarcha. 932
— Gripparius. 756
— Hornius mendaciſſimus Auctor, & impoſtor. 928. & ſeqq.
— Michaël Amira linguam Syriacam præfert Hebrææ. 21
Germania laudatur in Talmude. 452
R. Gerſon ben Moſis Typographi. 925
גלא רזיא Ghalè razaỳa. Tit. libri. 773
De Ghemarà. & Talmude. 349
Ghemarà magnopere extollitur à Iudæis. 353
Cur Ghemarà in omnibus Miſcnæ Codicibus non reperiatur? 351
גבורת חשם Gheuuràth haſcèm. 40
Ràu Ghidel. 675
גלגולח חמחלות Ghilgùl Hammechalòth quid? 475
גוי Ghòi nomine an intelligendus ſit Chriſtianus. 359
Ghur Ariè. 40
Giezi idololatria deſcribitur. 600
Gilbertus Gaulmyn. 817
Giobbe Bſciarrai Libani Montis Prouincia. 931
  Baſſæ Tripolitano ſubijcitur. ibid
Gloria Dei. Titulus Tractatuli de Nomine IESV. 52
De Goliàth. 521
גרגרת Garghèreth quid? 188
De re Grammatica. 26. 933
  Eiuſdem Auctores Hebræi. 42
  Eiuſdem Auctores Latini. 44
Gregorius Boncompagnus filius. 823
  Vide Gregorius de Scharinthijs.
— Pater. 821
Gregorius Compagni. 753

Ignatius Sauinus. 753
אגרת המוסר *Ighèreth hammusàr.* 73
De igne Altaris. 627
Imaginem Saluatoris telo transfodiunt Iudæi, à qua ſanguis erumpit. 710
Imagines, quomodo permittuntur. 422
R. Immanuel Benbeneſte. 935
— *Bar Iacobi.* 920
— *Ben Iekutièl.* 43
De immundis, & mundis animalibus, & piſcibus. 639
Impiorum imagines neque oculis corporeis ſunt reſpicienda. 462
De impœnitentia finali. 397
Imperia, & Reges à Deo iudicantur. 612
De Incarnatione Domini. 902
Index Alphabeticus omnium Capitum Miſcnæ. 237
— *Nominum, & cognominum omnium Tanaitarum, quorum mentio fit in Miſcna.* 252
Item omnium Amorraitarum.
In indoctum petulantem prouerbium Talmudicum. 551
Quòd infantes mutili, aut monſtroſi naſcantur, vnde proueniat? 526. 527
Infans exiſtens in vtero proſpicit vniuerſum mundum, iuxta Talmudiſtas. 657
Omni ſcientia ornatur. 658
Quomodo perficiatur, & ornetur 9. menſium ſpatio. ibid.
Ad formationem fœtus quinam ſint illi qui concurrunt. 658
De mirabili modo, quo in vtero conſeruetur. 659
Quòd mares, vel fœminæ gignantur, vndenam proueniat. 659. 660
Maſculeæ prolis laus. ibid.
Infirmus ſi ab infirmitate liberatur, à Talmudiſtis tribuitur miraculo. 534
Infirmorum viſitatio laudatur. 533
Innocentius II. Papa de domo Papareſca, quæ nunc Matthæia dicitur. 714
Ingreditur Pariſium. Eidem Iudæi cum libro Legis occurrunt. 713
Laudat Sac. Scripturam, ſed eorum intelligentiam damnat. ibid.
Inſtrumentum Aſtronomicum. 45
De Inſtrumentis dotalibus. 148
De Inſtrumentis muſicis. 647

R. Iehudàh Ben Sciamùa. pag. 68
R. Iehudai Bar Achunài. 9
— *Gaòn.* ibid.
Fuit cœcus. ibid.
Quo anno viuebat. ibid.
— *Bar Nachmàn.* ibid.
De ieiunijs, & illorum obſeruantia, ac diſpenſatione. 141. 447. 449
Ieiunium, & parſimonia laudatur. 535
R. Iekutièl Haccohèn Bar Iudæ. 933
Ientaculum matutinum commendatur. 554
Eius virtutes recenſentur. ibid.
יפה נוף *Iephè noph. Tit. libri.* 868. 869
R. Ièpheth. 869
R. Ieremias. 688
— *Bar Abbà.* ibid.
— *Bar Eleazaris.* 689
R. Ieruchàm Bar Meſciullàm. 933
Ieruſalem propter Akamtzà, & Bar Kamtzà deſtruitur. 491
Item propter R. Zachariam deſtruitur. ibid. & 492
Quinam fuerint in cauſa vt Ieruſalem deſtrueretur. 491
Ieruſalem propter Gallum, & Gallinam deſtruitur. ibid.
De tribus vicibus in anno, quibus aſcendendum erat Ieroſolymas. 131
Quomodo Ieruſalem dicatur eſſe in medio terræ. 576
Ieſadòth. 923
Ieſirā. 835
יסוד אמונה *Iesòd Emunà. Tit. libri.* 918
— העיבור *Haÿbbùr. Tit. libri.* 903
— עולם *Holàm. Tit. libri.* 835. 904 & 910
— מורא *Morà. Tit. libri.* 835
Quòd Ieſus Chriſtus fuerit Sacerdos de Tribù Leuì, & quod in Templo adlectus officium Sacerdotale exercuerit eſſe ex libro quodam apocrypho impoſtura detegitur. 705
Ieſus Nazarenus mundi Redemptor non fuit diſcipulus R. Ieboſciùa ben Perachijà. 779
Blaſphematur à Iudæis. 321
Afficitur calumnijs. 523. 597
De morte Ieſu, & de diſcipulis eius. 583
יצירה *Ietzirà. Tit. libri.* 928
De יצר הרע *Ietzer harà a ſomite malo.* 410. 442
Comment. in Cod. Ieuamòth. 32

In-

R. Iochanàn Ben Berokà. 281
— Cohèn gadòl. 286
— Ben Dehauài, 526
— Ben Dehauà. 688
— Ben Elièzer. 683
— Ben Gudghadà, 282
— Haccohèn. 783
— Ben Hachoranì. 285
— Ben Ieſùa ben Soceri R. Akibæ, ibid.
— Haſſandalàr, 287
— Ben Korach. 688
— Ben Mathià. 286
— Ben Narbài. 688
— Ben Nurì. 287
— Santamàn, 783
— Treuìs Taruiſinus, ibid.
Rabban Iochanan ben Zaccài laudatur, 438
— Ben Zaccài. 282
Alloquitur Veſpaſianum, qui & multa priuilegia ei concedit. 492
R. Iochanan Talmudiſta. Eius pulchritudo deſcribitur. 549
Supercilia illius fuſcinula argentea à miniſtro eleuabantur, vt legere poſſet, 446
Ad oſtium balnei ſedebat, vt mulieres filios venuſtos, vt ipſe erat, conciperent. 549
Maleficos habebat oculos. 446. 596
י Iod litera laudatur, 1
R. Iodà, 782
— Bar Salomonis, ibid.
R. Ioel Leuita, 781
— Aben Sciòeu, ibid.
R. Ioèzer iſc Habbirà. 293
Bar Iomè. 688
Iom Lob Abramides, 785
Iom Tòu, 784
— Bar Abraham Aſcuìli Siuilianus, ibid.
— Atiàs. 785
— Haccohèn, ibid.
— Korkòs, 776. 824
— Liphmàn Ben Nathàn Leuì. 785
Rabbènu Iona. 906
R. Ionà Aben Ezræ, 787
— Ben גנאח Ganàch, 43. 72. 786
— Gerundenſis ben R. Samuelis. 786
— Ioannes Baptiſta. 48
— Bar Ioſeph. 787
— Tzarphatì Gallus, 788
יונת אלם Ionàth Illèm, Tit. libri, ibid.
R. Ionathàn, 287. 688.

De 72. Interpretibus. pag. 453
Introductio ad intelligendum Talmud. 934
R. Ioab Ben Barùch delli Piatelli. 781
— Hakkatàn Paruus, ibid.
Io. Antonius Gabutius. 758
— De Panormo. 757
— Vannius. 752
Ioannes Baptiſta Beltramius de Riparolio, 751
— — Borgia. 754
— — Da Eſte conuerſus. 783
— — Iona conuerſus. 48
Eius vita deſcribitur, ibid.
— — Philipani conuerſus. 893
Ioannes Benedictus Carpzouius, 118
— Buxtorfius corrigitur. 922
— Chriſtophorus wagenſeilius, 345
— Cupareus. 752
— Dominicus Rocca mora. 751
— Fortius de Horta. 784
— Franciſcus de Laurentijs. 756
— Garetius, 775
— Hoornbeek. 885
— Iſaac Leui Chriſtianus Lutheranus. 912
— Lightfoot. 118
— Maria Gabriellius, 754
— Maria Vincenti temerè, & incautè loquens corripitur. 706
Idem de Talmude dum loquitur, ineptit. 745. 746
Ioannes Aben Meſuè. 781
— Mika. 782
— Mullerus. 946
— Paſtritius. 750. 752
— Patriarcha. 832
— Paulus Euſtachius Scriptor Librorum Hebraicorum in Bibl. Vatic. 53. 783
— Philippus Boncompagnus. 825
Ioannes Safrenſis Maronitarum Patriarcha. 931
Sub hoc Patriarcha fingitur fabula de ſepulchro Moſis inuento. 932
— Schickardus. 118
— wlfen Germanus. 946
De Iob multa blaſphemè dicuntur. 558. & ſeqq.
De eodem, & ſocijs eiuſdem quædam fabuloſa narrantur. 562
Iob quando mortuus ſit. 516
R. Iochanàn Alemàn Conſtantinopolitanus. 782
— Ben Bagh bagh, Vide Bagh Bagh.

R. Ioſeph Chiuàn. 804. 945

— *Haddaiàn Iudex ben R. Iacobi Aben* סהל *Sabàl.* 801

— *Ben Don Dauid; ben Don Ioſeph Aben Iachija.* 801

— *Ben R. Eleàzar.* 798

— *Ben Elkanàn.* ibid.

— *Ben Ephràim Kàro.* ibid.

— *Ezouì Hyſſopeus.* 795

— *Franſes, ſeù Gallus.* 6

Ioſeph Ghiſlerius. 826

R. Ioſeph ben Ghuriòn. 799

— *Gigatella.* 800

Ioſeph Gratia Simonius Sacerdos Heſronita Maronita è Monte Libano. 932

Hodie Epiſcopus Tripolis. 647

R. Ioſeph Haccohèn ben Iehoſciùa. 810

— *Sacerdos.* 293

— *Halleuì.* 776

— *Halleui Sophèr.* 812

— *Halòrki.* 945

— *Happarsì.* 817

— *Diſcipulus Harrambàm.* 831

— *Hatzadik Ioſeph Iuſtus.* 818

— *Hebræus.* 816

— *Hiuàn.* 802

— *Iabètz.* 807. 808

— *Aben Iàchija.* 808

— *Iedidiàh &c.* 807

— *Ieſciùah.* 807. 810

— *Aben Iekùr.* 810

— *Ben Iochanàn.* 688

— *Ben Iſaac Aben Ezra.* 809

— *Ben Iſaac Iudæus.* 808

— *Bar Iſachàr.* 810

— *Ben Iſaac Iſraalita.* 809

— *BeRabbì Iſaaci Aben* סטנאש *Satanas.* ibid.

— *Bar Iudæ bar Elài.* 289

— *Ben R. Iuda &c. de Nubes.* 807

— *Iudæus conuerſus.* 808

Ioſeph de Iulijs. 752

R. Ioſeph Karkèſc Karàita. 70. 821

— *Ben Karnitòl.* 827

— *Kàro.* 819

— *Kètz.* 827

— *Kimchì.* 43. 827

— *Kolòn, Mahararik.* 65

— *Kolòn Tzarphatì.* 821

— *Korkòs.* 821. 824. 825

R. Io-

R. Ionathàn Sceliach Tzibbùr. pag. 793

— *Ben Vzièl.* 688. 788

Iordanis origo. 646

Aquæ ipſius miraculoſè retrocedunt. 514

יורה חטאים *Iorè Chattaìm. Tit. libri.* 831

R. Ioſaphat ben Leuì. 831

R. Ioſè. 688

— *Abſolutè.* Vide *R. Ioſè Sethàm.*

— *Chalì Kuphrì.* 253

— *Ben Chalukà.* 289

Abbà Ioſè ben Chanèn. 253

R. Ioſè Bar Chaninà. 688

— *Ben Chelpethà de Tzippurì.* 793 Vide *R. Ioſè Sethàm.*

— *Ben Chonì.* 289

— *Ben Dormaskìth.* 288

— *Haccohèn Sacerdos.* 291

— *Ben Hachotèph Ephrateus.* 288

— *Haggalilì Galilæus.* ibid.

— *Ben Iochanan iſc Ieruſcialàim.* 289

— *Ben Ietzer iſc Tzeredà,* 290

— *Ben Ioſè Cohèn gadòl.* 795

— *Bar Iudæ iſc Chephàr Habbablì Vir de Villa Babylonica.* 289

— *Katnuta.* 291

— *Kiſmà.* 292

— *Ben Meſciullàm.* 291

— *Scem Tòu.* 795. 933

— *Sethàm.* 291

R. Ioſeph. 688

— *Ben Abraham Abèn Deth.* 795

Ioſeph Accurenſis Maronitarum Patriarcha. 931

R. Ioseph Ben Akanìn. 816

— *Albalag.* 776

— *Albo.* ibid.

— *Anabbì.* 816

— *Aben Ardùt.* 776

— *Arùn.* 816

— *Aſchenazì Germanus.* 799

— *Ben Aſpàk.* 798

— *Aulipròn.* 816

Ioſeph Baneſius Maronita. 752

R. Ioſeph Barcellonita. 799

— *Aben Caſpì.* 811

— *Ben R. Chaìm.* 805

— *Aben Chautu.* 804

— *Chaniuà.* 906

Ràu Ioſeph Cœcus. 814

— *Cohèn.* 810

Ioſiam Regem excuſant à peccato. pag. 383
Ioſiphòn. 800. 831
Ioſippus. 800
Ioſue. 16. 24
R. Ioſue ben Betherà. 279
— *Ben Berokà.* ibid.
— *Ben Chananiàh.* ibid.
— *Ben Horkanòs Hircani filius.* ibid.
— *Ben Iſraël Nathàn.* 8
— *Ben Korchà.* 281
— *Ben Mathiæ.* 280
— *Ben Perachià.* 281. 682
R. Iſaac. 688
— *Neſcio quis.* 902. 904
— *Ben Aaròn.* 889
— *Bar Abbà.* 878
— *Abbètz.* 917
— *Ben Abraham.* 783. 873
— *Ben R. Abrahami cognomento Ritzbà.* 873. & 888
— *Bar Abudimi.* 688
— *Adarbì.* 889
— *Akriſc.* 918
— *Albalàg.* 890
— *Alchadèb.* ibid.
— *Alìs.* 918
— *Bar Ali Aben Eithàr.* 890
— *Alphesì.* 892
— *Aràma.* 918
— *Aſchenazì Germanus.* 890
— *Athias.* 918
— *Auuhàu.* 5. 871
— *Aurauanèl.* 874
Eius Chronologia annorum. 887
— *Bar Barùch Aben Alcalìjàh.* 891
Magiſter Iſaac Biterbò. ibid.
R. Iſaac Chaÿòth. 900
— *Ben Chananià Arubas.* 901
— *Ben Chanèn.* 900
— *Cardoſus.* 921
— *Cauòd.* 910
— *Ben Chonàim.* 900
— *Cohèn Ben Salomonis.* 910
— *Corbelenſis.* 354. 922
— *Cordubenſis.* ibid.
— *Creſpìn.* ibid.
— *Ben Dauid.* 898
— *Bar Eliæ Scenè Nitzcà.* 890
— *Ben Elièzer ben Salomonis.* ibid.
— *De Fano Lugi incola.* 919
R. Ioſeph Aben Lèu. pag. 812
— *Del Medico.* 73. 813
— *Bar Meir Halleuì Abèn Megas.* 812
— *Ben Meir Sartamigas.* 905
— *Bar Moſis.* 813
— *Ben R. Moſis de Karaamanìtz.* ibid.
— *Bar R. Moſis de Trani.* ibid.
— *Bar Moſcè Tzarphatì.* ibid.
— *Mubnèr.* ibid.
— *Nachmias.* 845
— *Naſsì.* 814
— *Otelingius.* 922. 946
— *De Padua.* 817
— *Pallàt.* ibid.
— *Palkèra.* 816
— *Pàrdo.* 817
— *Aben Paſchì.* ibid.
Contra Ioſephi caſtitatem obloquuntur Talmudiſtæ. 519
Ioſephi Patriarchæ arca è fundo Nili extrahitur. 514
R. Ioſeph ben Podàth. 817
Ioſeph Sabbatinus. 753
Ràu Ioſeph Saghì Nahòr. 814
— *Salomon del Medico.* 828
— *Bar Salomonis.* ibid.
— *Samiga.* 814. 815
— *Ben Samuelis Parui.* 830
— *Ben Samuelis Aben Rei.* ibid.
— *Ben Samuelis* צעיר *Tzaìr.* ibid
— *Sarſa.* 816
— *Ben Saràk.* ibid.
— *Sasòn.* 831
— *Ben R. Saul Iskàpha.* 828
— *Semiſi.* 815
— *Aben Scem Tòu.* 830
— *Ben R. Sceniàh Haccohèn.* 828
— *Scialìt Rekitì.* ibid.
— *Sephardì Hiſpanus.* 815
— *Titatzàk.* 806
— *Ben R. Tobiæ.* ibid.
— *Toletanus.* ibid.
— *Tòu Alèm Ben R. Samuelis.* 805
— *Tzarphatì Alphesì.* 818
— *Aben Verga.* 804
— *Viuas.* 799
Ioſeph de Voiſin. 118
R. Ioſeph Ben wakàr. 802
— *Zarkà.* 804
Ioſias ben Ioſeph Pinto. 3

R. *Iſaac Medura Durenſis.* pag. 898
— *Ben R. Meir.* 926
— *Ben Meir ben R. Samuelis.* 913
— *Ben Moſcè.* 892. 914
— *Ben R. Moſis Biga.* 914
— *Ben R. Moſis ben R. Meir Arama.* 915
— *De Moguntia.* 914
— *Bar Naphchà.* 688
— *Nathàn.* 915
— *Onghianera.* 889. 918
— *Ouadia.* 917
— *Papat.* 920
— *Ben Parlì.* ibid.
— *De Peſcarà.* 919
— *Ben Polgàr.* ibid.
— *Pragenſis.* 920
— *Ben R. Reuben, ben* הר״יף. 923
— *Ben Reuben.* 892. 923
— *Ben Reuben.* 922
— *Ben Reuben Barcellonius.* 923
— *Salem.* 917
— *Ha-Sangarì.* 61
— *Saghì nahòr aliis Seghinòr.* 917
— *Ben Salomonis.* 923. 924
— *Ben Salomonis Arabiæ Regis &c.* 924
— *Ben Salomonis ben Tzadìk.* 925
— *Ben Scielomò ben Saholà.* 924
— *Ben Samuelis.* 925. 688
— *Ben Samuelis Adarbì.* 925
— *Ben R. Samuelis Chaìim.* 426
— *Cognomento* אייזיק *Iezik* שטיין *Sciatijàn.* 889
— *Bar Scemuèl.* 926
— *Ben Scholæ.* 924
— *Scialèm.* 923
— *Bar Scieſciàt.* 928
— *Ben Scimſcionis.* 926
— *Sciprùt.* 927
— *Aben Sid.* 917
— *Bar Taulài.* 688
— *Terna.* 901
— *Tiburtinus.* ibid.
— *Ben Tzadìk.* 920
— *De Vienna fil. R. Moſis.* 899
— *Wolff, ben R. Meir.* 898
— *Aben Zulaime.* 899
R. *Iſaias ben Abraham Leuita.* 935
— *Bar Eliæ.* ibid.
— *Halleuì Leuita.* ibid.

R. *Iſaac Gabài.* pag. 893
— *Ben Gheàth.* 892. 897
— *Gersòn.* 897
— *Baal Haaitùr.* 918
— *Germanus cognomento* האר״י Haa-rì, *i. e. Haſchenazì Germanus R. Iſaac.* 891
— *Hazakèn Senior fil. ſororis Rabbènu Thàm.* 899
— *Bàal Hachotèn.* ibid.
— *Hannaſſì.* 915
— *Ben Harrauà iunioris.* 888
Ex vultu cognoſcebat animas hominum. &c. ibid. & 889
— *Haſſangharì.* 917
— *Quondam Hebræus.* ibid.
— *Iaabètz ben Salomonis.* 904
— *Ben R. Iacob.* 905
— *Ben R. Iacob Alphesì.* ibid.
— *Ben R. Iacob de Lattès.* 908
— *Ben R. Iehoſciùa.* 902
— *Ben R. Iom Tòu Cohèn.* ibid.
— *Ben R. Ioſeph Iaabètz.* 903
— *Be Rabbì Iſaac de Korbìl.* 902
— *Bar Ioſeph ben Iſraèl.* 903
— *Bar Ioſia.* 904
— *Ben Iſraël.* 909
— *Iſraëlita.* ibid.
— *Bar Iuda.* 901
— *Bar Iuda Barcinonita.* 72
— *Iudæus conuerſus.* 902
— *Ben Iehudà ben Gheàth.* 898
— *Iudæus Magiſter Synagogæ &c.* 901
— *Kanpanton.* 920
— *Kàro.* 921
— *Korbìl.* 354. 922
— *Korkòs.* 824. 825. 922
— *De Lattes ben R. Iacobi.* 912
— *De Latteſc cum* ש. ibid.
— *Aben Laìph.* 7. 911
— *Leon, ben Elièzer, ben Salomonis.* 913
— *Leon ben Tzùr.* ibid.
— *Leuì.* 912
— *Leuita.* 72
— *Luria.* 913
— *Germanus, cognomento* מהר״י Maharì, *id eſt Morènu haRàu Iſaac.* 891
— *Ben Malchièl.* 914
— *Ben Manoach de Nurſia.* 921
— *Mardochæus Gherſciòn.* 914

in cerebrum Titi. 494
Italia quid ſit penes Talmudiſtas. 382
De Italia, per quam intelligunt Romam, mira leguntur in Talmude. 452
In itinere, & dum iter ſit, de Lege loquendum. 525
Iter Sabbathicum quot paſſuum mill. conſtet. 571
R. Iudas ſine cognomine. 26
— *Bar Abbà.* 276
— *Aharòn.* 26
— *Albèlda filius R. Moſis Albeldæ.* ibid.
— *Almanghari.* 28.61
— *Anàu bar Beniamin Medicus.* 69
— *Arìe.* 33
Iuda Arìe de be Elài. 36
R. Iudas Aſaèl ben R. Elièzer Dauid Mehattou. 70
— *Bar Aſcèr.* 37
— *Obit.* ibi
— *Ben Babà.* 276
— *Baletz*, vide *R. Iudas Caletz.*
— *Barcellonius.* 40
— *Berabbì Barzellì.* ibid.
— *Ben Beniamin de Italia.* 39
— *Abeu* בירגה *Berga.* 45
— *Ben Betherà.* 277
— *Lebèth Palkòn.* 37
— *Betzalèl.* 39
— *Ben Bilàm.* 38
— *Calètz.* 58
— *Chaijàth, id eſt Sartor.* 46
— *Chaìm bar R. Iacobi.* ibid.
— *Ben Charìſc.* 43.47
— *Chasìd.* 277
— *Chiugh*, vel *Chiuuàgh*, 42
— *Ben R. Chophnì.* 27
— *Cohèn ben Salomonis Toletanus.* 57
— *Bar Dauid Paſì.* 42.71
— *De Domo Falconis.* 37
— *Bar Elài.* 28.276
— *Bar Elàai quo tempore vixerit.* 31
— *Studium Sacræ Scripturæ comparat latrinarum commoditati.* 30
— *Bar Eleàzar Cohèn Germanus.* 32
— *Ben Elièzer Tzielebì.* ibid.
— *Gaòn.* 41
— *De Garmiza.* 42
— *Ghedalià.* ibid.
— *Hachasìd.* 46
R. Iſaias de Trani. pag. 935
Iſbrandus de Diemerbroeck Anatomiſta. 656
Iſcbab Haſſophèr Scriba. 294
Iſcariotes vox vnde dicta? 11
R. Iſcmael. 294.689
— *Ben Eliſciaà pueritia deſcribitur.* 500
Filij, & filiæ eiuſdem captiuitas. ibid.
— *Ben Eliſciaa Cohèn gadòl Sacerdos magnus.* 295
— *Haccohèn.* 934
— *Fil. filij R. Iochanàn ben Berukà.* 296
— *Ben R. Iosè ben Chelpathà.* ibid.
— *Ben R. Iosè caput lictorum campeſtrium Bargello di Campagna fuit.* 548
De eo obſcœna. ibid.
— *Pharabì.* 934
— *Ben Pheabì Sacerdos magnus.* 297
R. Iſraèl Aſchenazì Germanus. 936
— *Beniamin.* ibid.
— *Ben R. Elia Mizrachì.* 935
— *Ben R. Iſraèl ben R. Moſis Nàgera ben R. Leuì Nàgera.* 937
— *Ben Menachèm de Rouigo.* 936
— *Ben Moſis.* ibid.
— *Ben R. Petachià.* 938
— *Recanati.* ibid.
— *De Rouigo.* ibid.
— *Ben Sanaèl.* 937
— *Sarùgh.* 938
Qui anguſtiatur Iſraëlem ſit Princeps. 598
Cur filij Iſraël 400 *an. fuerint in Ægypto.* 522
Iſraëlitæ in Ægypto quomodo gratis piſces comederint. 436
— *In Ægypto quamplurima patiuntur ab Ægyptijs, & quænam fuerint.* 514
— *Magis dilecti ſunt Deo, quàm ſint Angeli.* 640
— *Impudentes ſunt.* 414
Iſraëlitis permittitur abuſus vxorum. 586
Iſraëliticus populus numerandus non eſt. 428
Omnes Iſraëlitas habere partem in ſeculo futuro docent Talmudiſtæ. 596
Septem ſententiæ latæ ſunt contra Iſraëlem, & à ſeptem Prophetis reſcinduntur. 608
R. Iſſachàr ben R. Iekutièl. 939
— *Ben Mordochài* דיריע *Aben* סוסאן *Susàn.* 940
— *Bàar ben Nephtalì.* 939
— *Bàar Ben R. Petachià Moſis.* 938
יתוש *Iathùſs muſcilio per nares ingreditur*

R. Iudas Pelonì ſine cognomine. 71
— *Pokì, ſeù Pukì, aut Polleus Karraita.* 70
— *De Roma.* 72
— סברה *Sabarà.* 69
— *Ben R. Salomonis ben Alchophnì cognomento Charizì.* 73
— *Ben R. Salomonis Charizì.* 27.28
— *Ben Samuelis Aràma.* 74
— *Bar Samuelis Halleui.* 60
— *Ben R. Samuelis, ben R. Kolonimos ſenioris.* 70
— *Bar Saul Aben Tibbòn Hiſpanus.* 72
— *Ben Scemaaiàh.* 8
— *Ben Sciamùa.* 278
— *Ben Scemariàh.* 68
— *Ben Rabbàn Simeonis.* 74
— *Ben Tabbài.* 47.277
— *Aben Tacàn.* 775
— *Ben Themà.* 278
— *Theſſalonicenſis.* 69
— *Ben Tibbòn Hiſpanus de Granata.* 61
— *Aben Tibbòn de Siuilia.* 8
— *Tzeuì.* 71
— *Valerio.* 782
— *Vega Polonus.* 45
— *Aben Verga, ſeù Virgæ.* ibid.
— *Vziel.* 69
— זארקו *Zarkò.* 869
Oſſa Iudæ Patriarchæ in deſerto deuoluuntur in arca. 510.542
Iudæi ſinguli expectant tempore ſui deplorati Meſſiæ 2800 ſeruos ex omnibus Nationibus mundi ſe habituros eſſe. 377
— *Ob metum Gentilium inclamant ſe eſſe fratres Romanorum.* 447
— *Quomodo amiſerint ius gladij, & necis.* 570
Ab eis omnia bona paulatim ablata ſunt. 523.524
— *Ideòque in miſerabili ſtatu verſantur, ſine vero Deo, ſine Sacerdote, & ſine Lege.* 620
— *Et tamen volunt; vt illorũ quilibet teneatur ſcribere* ס״ת *Librum Legis.* 632
Docent vanam, ſuperſtitioſam, ſtultam, & impiam doctrinam; vt
Dum induunt veſtes, quid faciunt. 384
Quomodo ventrem ſoluere debeant. 375
Credunt ſe eſſe ſaluandos ſolo externo ſi-
gno

R. Iudas Hal-Charizì. 27.28
— *Halleuì ben Dauid Germanus.* 59
Chriſtianam fidem ſuſcipit. ibid.
— *Haccohèn Sacerdos.* 277
— *Halleuì ben R. Sciabbathài.* 59
— *Hannaſſì.* 278
— *Aben Iachijà.* 56
— *Iair ben Raphael Iair Romanus.* 47
— *Iona.* 48
— *Ben Iehoſeph Seraguſinus.* 55
— *Ben Ioſeph ben Alphachàr.* 52
— *Bar Ioſeph Barſanì.* 53
— *Ben R. Ioſeph ben Bolàth.* ibid.
— *Ben Ioſeph Cæſarauguſtanus.* 55
— *Ben R. Iudæ Charizì.* 27
— *Ben Ioſeph Hiſpanus.* 55
— *Bar R. Iſaaci de Modena.* 57
— *Ben Ioſeph Muſcato Mantuanus.* 54
— *Ben R. Iſaaci Abrauanelli.* 56
— *Bar Iſaaci Leuèth Leuì Germanus.* 57
Iudas Iſcariotes an artem Coriariam exercuerit. 23
An Angina ſuffocatus. 24
— *Proditor.* 10
Eius patria. ibid.
Et quomodo à Syris deſignetur. 22
Qua morte perierit. 25
Eius Euangelium. ibid.
R. Iudas ben Kardaniel. 62
— *Ben Kariſc.* 72
Iudas Leo de be Elài. 36
— *Lèu ben Samuelis.* 65
— *Lerma.* 1.66
— *Vulgò Meſſer Leone Mantuanus.* 65
— *Mintz, hoc eſt Moguntinus.* 942
— *De Modena.* 4
— *Bar Moſis bar Danielis Romanus.* 66
— *Ben Moſis de familia Ghedaliàh.* ibid.
— *Ben R. Moſes Haccohèn Sacerdos Toletanus.* 67
— *Bar Moſis de familia Ha-naarim.* ib.
— *Bar Moſis de Fano.* ibid.
— *Ben Moſis Hiſpanus.* 55
— *Bar Moſis Philoſophus.* 68
— *Ben R. Moſis Saltaro de Fano.* ibid.
— *Bar Nachmàn.* 69
— *Ben R. Nathàn.* 669
— *De Padua.* 70
— *De Pariſio.* ibid.
— *Paſſi, ſeù de Fes.* 71

ſæpius baptizatur: eius impietas miraculo detegitur. 703
Alius in Creta Inſula Pſeudo-Moſen ſe facit, & Iudæos quamplurimos in mare præcipites ſe agere iubet. 704
Sacra Biblia non modo Hebraicè, ſed etiam lingua Græca, & Latina legere, iubentur. 705
Iudæi Imaginem Ieſu Chriſti in Beryto crucifigunt. 710
Iudæorum conſilio Templum Sacroſancti Sepulchri Domini Ieroſolymis diruitur. 711
Iudæi in Paraſceue Chriſti Imaginem deludunt. 712
Iudæi Malefici occidunt Archiepiſcopum Treuirorum. 712
Puerum Chriſtianum in Anglia crucifigunt. 715
Item alium in Francia. 716
E Francia expelluntur anno D. 1185. 715
Sed redeunt. 716
Iterum eijciuntur. 719. 722
Contra Iudæos fit ſeditio Londini in Anglia. 716
Qui baptizari recuſant, interficiuntur. ibid.
Octoginta Iudæi comburuntur. ibid.
Iudæorum ſtrages à Cruce ſignatis ante diſceſſum in Orientem fit. 713
Iudæi Pariſienſes occurrunt Summo Pontifici extra Vrbem cum libro Legis. ibid.
Ne Iudæi occidantur prohibet S. Bernardus Abbas. 714
Non ſunt compellendi ad fidem ſuſcipiendam. ibid.
Circa Iudæorũ conuerſionem Summi Pontifices valdè ſoliciti ſemper ſe præbuerunt. 708
Iudæi, capta Ieroſolyma, quotquot Chriſtianos emerant, ad nonaginta fermè millia interficiunt. 708
A Regibus Chriſtianis huiuſmodi iniuria vindicatur. ibid.
Coguntur ad fidem Chriſti ſuſcipiendam. Quam violentiam improbat Concilium Toletanum. 709. 710
A tota Anglia extorres fiunt. 717. & 718
Preſbyter quidam Anglus, vt nubat puellæ Iudææ, circumciditur. ibid.
Vnde Iudæi coguntur mutare religionem. ibid.
Et quamplurimi necantur. 718
Iudæi in Regno Neapolitano fiunt omnes Chriſtiani Regis induſtria. ibid.
Hinc

gno circumciſionis. pag. 392. 398
Maledicentes patri, & matri eos aliquando abſoluunt a pœna. 590
Docent cadauera mortuorum ſentire vermium morſus. 366. 391
Cur cupiant ſepeliri in terra Iſraëlis. 478
Contra timores nocturnos quomodo ſe muniant. 451
Gratias agunt quotidie, quòd eos fœminas non fecerit, aut Chriſtianos, vel bardos. 633
Chriſtianos ad eos accedentes odio habent, illiſque malè precantur. 462
Quod ſi aliquis eorum cum Chriſtiano ambulet, quam cautelam obſeruare debeat. 621
Iudeæ mulieres plebeiæ, iumentorum loco habentur à Talmudiſtis. 402
Iudæi contra Romanos rebellantes, à Romanis Gentilibus in exilium pelluntur. 696
Ab Hadriano Cæſare victi, nec eis paternum ſolum ex edito loco oculis permittitur aſpicere. 697
Bar Chuziba Iudæorum Dux interficitur. ibid.
Iudæi in conuerſos ad Chriſtum ferociam exercent. 699
Rebellant contra Imperatorem Romanorum, & amputatione auriculæ mulctantur. 699
Contra Chriſtianos, & Chriſtianam Religionem multa facinora committunt, pro quibus graues, ſed meritas pœnas luunt. 696
Chriſtianorum Templa diruunt. 699
Simulant ſe eſſe Chriſtianos, vt Chriſtianorum immunitatibus gaudeant, vel euitent criminũ pænas, vel debitorũ pondera. 700
Inhibentur ne collectas faciant. ibid.
Illas hodie adhuc exercent. 701
Chriſtum Dominum Cruci affixum ſub ſimulato nomine Aman, contumelijs, & probris affectum in ignem inijciunt. ibid.
Alexandriæ Ægypti magnam Chriſtianorum ſtragem noctu exercent, ſed a Chriſtianis omnes trucidantur, & illorum Synagogæ igni traduntur. 702
In ludis ſuis Iudæi Chriſtum contumelijs afficiunt; Puerum Chriſtianum Cruci affigunt. ibid.
Iudæi dignitatibus priuantur. ibid.
Iudæus quidam Chriſtianam fidem ſimulans

Idem faciunt inter ſe, cùm doceant Talmudiſtæ, iugulandum eſſe Iudæum indoctum veluti animal. 402
Et viciſſim Iudæi indocti Rabbinos perſequuntur. ibid.
Contra indoctos Iudæos nonnullæ ſententiæ promulgantur. 403
Vetat Papa ne iniurijs afficiantur Iudæi. 728
Sed in fidei orthodoxæ teſtimonium reſeruentur. ibid.
Qui Chriſtianam fidem ſuſcipiunt, iiſdem prærogatiuis &c. potiuntur ac veteres Chriſtiani, ex indulto Regis Caſtellæ. ib.
Conuertuntur à S. Vincentio Ferrerio, 726 *quem fuiſſe Neophytum aliqui affirmant.* ib. & 727. 728.
Iudæi ob famem proprios filios, & carnem brachiorum ſuorum comedunt. 444
Pileum flauum primò Venetijs capitibus ſuis imponere Iudæi iubentur. 730
Iudæorum inſatiabile lucrum à Summis Pontificibus compeſcitur. 743. 744
Alia conſtituuntur ob Reipub. commune bonum contra Iudæos. ibid.
Iudæorum conuerſioni Romani Pontifices totis conatibus inſiſtunt. 748
Inter Chriſtianos, & Iudæos publica diſputatio in Hiſpania inſtituitur. 727
Iudæi bonorum iacturam non patiuntur ſi ad fidem Chriſti conuertantur. 722
Aliquando ad vomitum redeunt. 726
Exprobrant Chriſtianis falſam annorum ſupputationem, vt ipſi credunt, ab origine mundi. 709
Omnia flagitia, quæ à Iudæis committuntur in Chriſtianos, à Talmudiſtis didicerunt. 731
Quomodo illorum feſta honorentur ab eis. 411
Coniugia cum Iudæis vetantur. 710
Concio, ſeù Sermo ſingulis Sabbathis ad Iudæos Romæ habetur. 749
Huiuſmodi inſtitutum etiam ab Heterodoxis laudatur. ibid.
Fructus, qui inde percipiuntur, ex ipſorum frequenti conuerſione colligitur. 750
In officio continentur, tam in ipſo ſermone quàm extrà. ibid.
Corpus defuncti Iudæi ad ſepulchrum deducere pſallendo non licet. 707
Nec

Hinc אנוסים Anusìm *vocabulum, qui coactè Religionem Chriſtianam ſuſceperant, in Regno Neapolitano ſumpſit initium.* ibid.
Iudæi puellam occidunt Chriſtianam. ibid.
In Germania puellum Chriſtianum occidunt. 719. 721
In linteis Iudæorum Cruces apparent. 720
Iconoclaſtarum hæreſis à Iudæo exoritur. 710
Iudæi ne Chriſtianis dominentur prohibet Gregorius VII. *Papa.* 713
Iudæorum arrogantiam compeſcit Cardinalis Præneſtinus Ord. Ciſtercienſis. 716
Iudæi à falſis Meſſijs decipiuntur. 710
Ad fidem conuerſi ad vomitum redeunt. 727
Damnificantes res Chriſtianorum abſoluuntur à Talmudiſtis. 538
Eis permittitur, vt Chriſtianos occidant. 587
Quapropter in Hiſpania puerum Chriſtianum crucifigunt. 716
Item alium in Anglia. 717
Itemque alium Brixiæ in Italia, quem B. Iacobus à Marchia ad vitam reuocat. 729
Et alium Tridenti nomine Simeonem miraculis clarum. ibid.
Idem ſcelus committunt in Francia. 716
Item in Germania. 719. 721
In Hoſtiam ſacram idem faciunt, eamque percutiunt. 718. 720
Pugionibus confodiunt. 723. 724. 725
Ideoque ſæpè à Chriſtianis etiam reluctante Magiſtratu interficiuntur. Vnde à Paſtorellis innumerabilis Iudæorum multitudo interficitur. Quod idem in Regno Nauarræ fit à Gallis. 722. 723
Iidem trucidantur per vniuerſum Orbem. 724
Vbi de clade leproſorum in Hiſpania.
Rebelles, & proditores ſunt Iudæi, ideòque contra eos ſententia promulgatur tempore Titi Imperatoris. 491
In Cæſarea Paleſtinæ ſeditionem concitant. 705
Conſpirant contra Regem Hiſpaniarum. 709
In Concilio Toletano mulctantur. ibid.
Ciuitas Toletana illorum proditione traditur Saracenis. ibid.
Carolus Caluus Imperator à Medico ſuo Iudæo necatur. 711

Leo de Ceruis. 71
Leo Hiſpanus. 890
— Iair Ben Raphael Iair Romanus. 47
— Fil. Iſaaci Abrauanel. 56
— De Modena. 33. 57. 845. 848
— Muſcatus. 54
Meſſer Leone, vide R. Iudas vulgò ſic nuncupatus.
De lepra, & ipſius purificatione. 217
De duobus leproſis Eth, & Hèu fabula. 370
לב הארית Lèu Haarièh. Tit. lib. 32. 33
R. Leua de Praga. 39
Bar Leuì. 690
R. Leuì Bar Chamà. ibid.
R. Leuì Bar Chitbà. ibid.
R. Leuitas iſc Iaunè. 297
Leuſden corrigitur. 815
Lex ante mundi creationem materialiter conſtituitur repoſita in gaza Dei. 385
Circa Legem oblectatur Deus. 386
Deus ligat coronas literis Legis. ibid.
Lex à Nationibus mundi non recipitur in Sinai. 368
Quòd Lex imperfecta fuerit vſque ad Salomonem, quia erat ſimilis caniſtro ſine manicis: venerit Salomon, & fecerit ei manicas, inſtituendo Erùb, & ablutionem manuum. 400
Reprobatur. ibid.
Lex ſoli Moſi, & eius familiæ primò data eſt. Ex Talmude. 531
— Ex benignitate Moſis, & ab eodem datur Iſraëli. Ex eodem. 532
— Quomodo ſcripta ſuper lapides. 517
— Non ſedendo, ſed ſtando antiquitùs docebatur. 460
Et quomodo docenda. ibid.
Cur Lex præcipit, vt mulier, quæ peperit, adducat Sacrificium. 661
Legis lectio ſine operibus bonis nihil valet. 619
Studium Legis commendatur. 522
Nullum hominum genus excuſatur à ſtudio Legis. 429
De nocte laudatur lectio Scripturæ. 652
De Lege ſcripta, & orali. 935
Tabulæ Legis, & fractiones Tabularum vbi repoſitæ. 557
De Lege Moſaica impium, & infame iudicium Talmudiſtarum. 638
Supplicio afficiuntur aliqui præter Legis ſta-
Nec extra Ghettum tempore Sedis vacantis, illorum cadauera, ſine licentia Supremi Præſidiorum Pontium, & Riparum Præfecti extrahere poſſunt. p. 707
Iudæorum quorundam ſententiæ. 775
Iudices, qui coram Sapientibus iudicabant, quinam fuerint. 332
De Iugi Sacrificio. 200
Iulius Moroſinus ad Chriſti fidem conuertitur, & Scriptor librorum Hebraicorum in Bibliotheca Vaticana efficitur. 755
Tripartitum opus cum titulo דרך אמונה Dèrech Emunà Via della Fede ſcribit. ibid.
Illius anteceſſores recenſentur. 855
vide R. Samuel Nachmias Par. IV.
Iulius III. Papa contra Talmudem ſententiam profert. 742. 747
De Iuramentis. 173
Iuſti laudantur. 471
Iuſtinus Campora. 754
Iuuenes non ſunt audiendi ſed ſenes. 534

K

Keſruàn Libani Montis Prouincia. 931
Baſſæ Saidæ ſubijcitur. ibid.
קאנון סאניר Kanon minor, vide Canon minor.
Bar Kaphrà. 691
קרטסים Kartesìm Romanorum feſta. 617
Kattiàh bar Scialòm. 316
Kattinà. 691
Karnà. 692

L

Vir quidam deficiente nutrice lactat filium. 378
In lamina frontali Summi Sacerdotis quid ſcriptum erat. 384
Lapis fundamentalis mundi ponitur in Templo Ieroſolymitano. 576
לבנת הספיר Later Saphyri. Tit. lib. 26
Latrinarum commodum ſtudio Sacræ Scripturæ comparatur. 30
De Latrinis multa. 375
Laurentius Brancatus de Laurea Cardin. 362
— Fabri. 751
— Moroſinus. 750. 752
לחם יהודה Lèchem Iehudà. Tit. lib. 74
Lectuli Iacob quot? 379

In Lunel arce habitat R. Iudas Aben Tibbòn. pag. 73
Luſitani Auctores. 3

M

Macaltia Præfectus. 776
Machuza Academia. 667
Magiſter eſt honorandus. 485
Q. R. Maharil. 858
De maleficis, & de maleficijs. 591
Manaſſes pœnitentiam agit in foramine Cali. 597
Manus infra vmbilicum non inferenda. 654
De manuum ablutione. 210
De manuum ablutione ante cibi ſumptionem. 508
Manus quomodo abluant Talmudiſtæ. Si aqua deſit, quid faciant. 365
Mar, ſeù Mor. 690
Marcus Antonius Ciappi. 759
— — Boncompagnus. 823
Mardochæus cur vocetur Iudæus. 455
— Gabài. 893
Conuertitur ad fidem. ibid.
Vocatur Benedictus Philipani. ibid.
— Nathàn. 915
Maria filia Belghà calcitrat Altare. 443
De Maria ſorore Moſis multa adducuntur. 514
De Maria plicatrice capillorum mulierum. 408
Marius à Calaſio. 916
— Matthæius Vrſinus Dux Paganicæ, & Caput familiæ Matthæiorum. 714
Mar Scialita S. Arſenij Eccleſia. 931
Maronitæ quinam ſint. 930
Illorum habitatio, & Patriarcha. ibid.
Martius Sebregundius. 754
Mar Zutrà. 678
Maſſechet Callà. 771
— Derech eretz. ibid.
— Semachòth. 770
— Sopherim. 770
Mataxat fictitius Patriarcha Maronitarum. 929
Mathà Mechaſià. 664. 665
R. Mathathià. 927
R. Mathathias Haijetzarì. 777
Matthæiorum familiæ Romanæ prærogatiue. 714
Mat-

ſtatutum. pag. 583
Comment. in Legem. 26
Libanus Mons vbinam ſit. 931
Libertas arbitrij aſtruitur. 460
De Adami libro. 551
Propheticum faciunt. ibid.
Liber Legis quomodo reddatur ineptus. 631
— A duobus Rabbinis altercantibus in Synagoga laceratur. 470
Librum Legis ſcribunt Rabbini. 557
Liber Legis ſcriptus ab Hæretico comburitur. 635
Libri Prophetarum recenſentur. 557
An omnia, quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, debeant in Eccleſia legi. 461
Libri ſacri quomodo conſeruandi. ibid.
Et an eos liceat vendere. ibid.
Librorum Chriſtianorum lectio Iudæis prohibetur. 596
De Libro Iuſtorum Iudicium Talmudiſtarũ. 621
Libellus repudij antiquitus apud Hebræos non fuit in vſu, niſi ob fornicationis cauſam. 496
De Libello repudij. 151
Libellus repudij non datur niſi ob adulterium, vel ob illius ſuſpicionem. 504
Contra Libellum repudij. 468
Medio Libello repudij arcetur Mulieris petulantia. 569
Qui requirit, quod non licet, amittit quod habet. 511
Linguæ Hebraicæ antiquitas. 13. & ſeqq.
Fulcitur ~~auctoritate Sanctorum Pa~~trum, & Doctorum. 21
Lingua Hebræa Italæ ſignificationi aptatur. 34
De diuiſione Linguarum, & quomodo puniti ſint Turris ædificatores. 602
R. Lipman Mulhuſinus. 46
Literarum ב, & ל virtutes. 419
R. Liua de Praga. 39
לוג Log, Menſura parua liquidorum. 210. 648
Iis, qui malè de nobis loquuntur, condonandum. 583
De filiarum Loth impudicitia. 537
Et tamen eas non peccaſſe aiunt. 623
Ludouicus de Compiegne de Veil in Anglia deficit à fide. 843
— Marraccius. 750
— Perez de Caſtro. 751

Meſſiæ aduentus ſigna Talmudica, 425
Meſſiæ aduentum derident Talmudiſtæ, 426
De Meſſia quędã dicuntur non reprobanda. 466
Tempore Meſſiæ nullum fore meritum, vel demeritum quomodo intelligendum. 528
Meſſia Deus Sponſus Eccleſiæ. 612
Secundus aduentus Meſſiæ probatur. 528
Michael Heckius, vulgò Van Heck. 751
מדבר יהודה *Midbàr Iehudà*, *Tit. lib.* 33
מנחת יהודה *Minchàth Iehudà*. *Tit. lib.* 32
Mini amìn bar Ibrì, 690
Rabbini affectant miracula, 361. 378. 448 & 449
Miſcnà, & Talmud, ſeù Ghemarà quomodo, & à quibus ordinata. 55
— — *Dicitur, quòd ſit data à Deo in monte Sina*. 361
Miſcnæ Ordines quotnam ſint? 409. 709
De lectione Miſcnæ & Talmudis à Iudæis habenda. 483
Regulæ Miſcnicæ neceſſariò ſciendæ. 340
Miſcnicorum Doctorum gradus dignitatum dignoſcendorum ratio. 340. & ſeqq.
Commentatores Miſcnici quinam fuerint. 343 & ſeqq.
In Miſcnaijòth quinam ex Hebræis ſcripſerint, & explicarint. 343
Miſcnaijòth Commentarij R. Moſis Ægyptij in Hebraicam linguam transferuntur. 861
Ex Miſcnicis Codicibus quinam ſint illi, qui in linguam Latinam verſi ſunt, & à quibus. 344. 345
De mixtionibus ſeminum diuerſarum ſpecierum. 109
Momentum quid ſit? 616. 617
Monachus cur piſci maris comparetur. 616
Morè neuuchìm Directoris perplexorum R. Moſis Ægyptij argumenta omnium Capitum à quonam ſcripta ſint. 73
Moreni tituli origo. 855
In Morenos animaduerſio. 857
Ad mores pertinentes libri. 26
De morum honeſtate ſeruanda in latrinis. 650
Eo die, quo quis celebris homo moritur, naſcitur alius: obſeruatio Talmudiſtica. 489
Mortis bonæ, vel malæ ſigna. 473
R. Moſes Aben אלשכאר *Alaſcàr*. 869
— *Calètz*. 58
— *Ben Catrièl wauias Vaſàr*. 921

Matthæus Naironus; iſte eſt Io. Matthæus Naironus Romano-Maronita. 756
R. Mathia ben Charàſc. 303
— *Ben Samuelis*, ibid.
Matrimonij vſus prohibetur de die. 654
Maumèd Baſſa Damaſci fit Primus Viſirius, 933
De maximis coniunctionibus. 913
Mechiltà, 346
Medicinalia remedia ad diuerſas corporis infirmitates curandas proponuntur. 503
Medicinalia ſuperſtitioſa remedia ibid.
מדרש *Medràs, vel Madrès quid?* 220
Medràſc Scechàd Tòu, 926
R. Meir, 298
Don Meìr Chalegua. 776
R. Meir Dias Mocato Hiſpanus. 5
— *Ben Ephràim*. 921
— *Bar R. Iſaac Aramà*. 919
R. Meiſcià, 302
De membro animalis viui non comedendo. 640
Membra quot ſint in humano corpore. 212
Menachèm, 302. 303
— *Ben Sighnài*. 303
R. Menachèm Rauà. 68
Ràu Menaſcià, 690
— *De Dauil*. ibid.
— *Bar Ghedà*. ibid.
— *Bar Iacobi*. ibid.
— *Bar Iehudà*. ibid.
— *Bar Menachèn*. ibid.
Menochius. 118
De menſtruata. 221
De menſuris aridorum, & liquidorum. 633
Mercurius Hebræus Hebraicè mſc. 52
Meſſara fuit ante Talmudem. 484
Ràu Meſciarſcià. 690
— *De Rauà*. 694
De Meſſiæ aduentu traditio de Be Eliàu de 6000. ann. durationis mundi. 596
Tempore Meſſiæ arbores quomodo fructus ferent, 482
Gentiles Iudæis ſeruient. 377
Tempore Meſſiæ mulieres Hebrææ quotidiè parturient. 376
Tempore Meſſiæ terra Iſraël germinabit placentas, & veſtes ſericas. 377
Meſſiæ Iudaici aduentus quomodo cognoſcatur. 466
Signum aduentus Meſſiæ Iudaici. 579

Ante mundi conſtitutionem ſeptem res creatas eſſe dicunt Talmudiſtæ. 532
Mundi redemptio per Meſſiam quo menſe erat facienda. 420
De muneribus. 185
מנחת יהודה. *Munus Iudæ. Tit. lib.* 32
Murmurantes in deſerto qua morte ſint mortui. 516

N

Nabdedonoſor comedit leporem viuũ. 536
Nabuzardani apparatus contra Ieruſalem, & quomodo Templum combuſſit. 596
Nabardeà. 664
Ràu Nachmàn. 691
— *Bar Iſaaci.* ibid.
R. Nachmiah. 310. 690
Nachmias familia. 840
Nachùm iſc gam zù. 448
— *Hammadì Medus.* 309
— *Halbalàr Libellarius Scriba.* 308
Nakdimòn ben Guriòn. 448
Nanàs, ſeù Ben Nanàs, vide *R. Scimòn ben Nanàs.*
Narèſc Academia. 667
R. Nathàn. 691
— *Auctor Auòth quiſnam fuerit.* 770
— *Halbalàr Libellarius.* 314
Quarundam Nationum prærogatiuæ ſuper alias eminentiores referuntur. 486
De Nazirœis. 159
Nebo mons vbinam ſit. 931
Neceſſitas non habet legem. 538
Nechunia ben Elnathàn. 309
— *Ben Gudgadà.* ibid.
— *Ben Hakkanà.* ibid.
R. Nechemiah iſc-beth Deli. 310
R. Nehoràì. 304
Neophyti ſtatim poſt baptiſmum à Summis Pontificibus honoribus cumulantur. 758
Neophytorum Collegium Romæ fundatur. ib.
In fauorem Neophytorum Summi Pontifices Conſtitutiones edunt. 758
Neophytorum priuilegia. ibid.
נתק *Nèthek quid.* 219
Nicolaus Antonius. 921
— *Conuerſus.* 945
De nudis. 203

R. Moſes Aben Chauiu. pag. 6.
— *Gabài.* 940
— *Iozeuil.* 845
Moſes Propheta deglutitur à dæmone. 529
— *Ditatur ex ſcalptura Tabularum,* 531
Eius ſtatura enormis. 645
Quomodo obdormierit. 24
Tempore quo Moſes lugebatur 3000 deciſiones Talmudicæ obliuioni traditæ ſunt. 648
De Moſis morte dubitatur à Talmudiſtis per errorem. 513
Moſis ſepulchrum mobile redditur. ibid.
De Moſis ſepulchro inuento fabula. 928. & ſeqq.
R. Moſes Kimchius. 43
— *Leuì Mintz.* 923
— *Mosà.* 777
— *Bar Nachmàn.* 896
— *Prouenzalis.* 817
— *Ben Samuelis, Ben Iudæ Abèn Tibbòn.* 900
— *Abèn Tibbòn transfert librum Euclidis.* 7
Moſes Raphael Gabài conuerſus ad fidem vocatur Petrus Philipani. 894
R. Moſes Venafro. 47
De motu Solis per quatuor anni tempora œconomia Talmudiſtarum hactenus inaudita. 407
De mulieribus, & matrimonio. 145
Pro muliere prægnante an orandum, & Quomodo doceant Talmudiſtæ. 373
Mulierum pulchritudo. 458
Quænam fuerint olim pulchræ mulieres. ibid.
Mulier Iudæa tempore menſtrui quomodo ſe gerere debet. 653
Tempore Meſſiæ Iudaici quotidiè pariet vt gallina fœtat ouum. 376
De muliere adulterij ſuſpecta. 153
Quædam mulier quotidiè menſurat filium, & tempore obſidionis Ieruſalem illum comedit. 430
De viro illo, qui ingreſſus eſt ad mulierem Madianitidem, obſcœniſſima dicuntur. 592
Mulieres Iudæorum ſunt maleficæ. 369
Octoginta ex eis vno die patibulo ſuſpenduntur. 47
Mundi creatio quomodo facta ſit. 434
Mundi creatio quo menſe ſit facta. 420
Mundus creatur per Filium, & in Filio. 2

Operarijs non promittendum prandium, aut aliqua cibi portio, quia nunquam quod ſatis fuerit dari poterit. 552
Semper ſunt facienda opera bona, etiam præter intentionem. 648
Omnia bona impiorum quomodo ſint mala apud Iuſtos. 471
Opinio probabilis. 669
Oraculum Iudæorum mendax. 395
Quomodo orandum. 471
Et ad quam mundi plagam vertenda ſit facies. 563
Pedes in oratione quomodo aptent Talmudiſtæ. 364
Quomodo orent Iudæi pro muliere prægnante. 373
Orandum eſt pro pluuijs tempore ſiccitatis. 638
Non exauditur oratio niſi fiat in Eccleſia, error eſt Rabbinorum. 362
De nocte orandum, pſallendum, & Diuinæ Legi inſiſtendum. 616
Orandum pro Regni pace. ibid.
Ordo præcedentiæ dignitatum inter ſe. 625
Ordo ſedendi in Synedrio. 577
Orientis etymologia Rabbinica ineptiſſima. 563
Oui elixati virtutes. 536
Oza cur percuſſus ſit coram Arca. 517

P

De palmite, & botro vuæ Terræ Chananæorum. In eo myſterium Crucis exprimitur. 55
פנג *Pannàg quid?* 11. 12
Rau Papa bar Achà. 691
R. Papias. 316
R. Papòs ben Iudæ. 315. 691
De his, qui viuentes ingreſſi ſunt in Paradiſum. 409
Paradiſi fluuij quinam ſint. 647
Paraphraſis Chaldaica in Hagiographa à quonam ſit compoſita. 814
Paraphraſis Chaldaica Ionathanis. 788
De Paraphraſi Chaldæa Onkeloſi. 451
In voce פר'ד'ם *quatuor ſenſus Sacræ Scripturæ comprehenduntur.* 38
Honor parentibus quomodo exhibendus. 641 & ſeqq.
Marci 7. 11. 642
Parentes percuti permittunt Talmudiſtæ

Nikanòr. pag. 311
Nikanoris hiſtoria. 311. 448
Nittài Haarbeli Arbelites. 314
Expoſitio nodi Borei, & Auſtrini &c. 920
De Noë, & Arca. 601
De Noë ebrio quid dicant Talmudiſtæ. 591
Noë filijs ſeptem præcepta dantur, & quænam ſint. 584
An illorum tranſgreſſores vltimo ſupplicio plecti debeant. 586
יהוה *Nomen quomodo legendum.* 404
Nomen hoc יהוה *Tetragrammaton decies in die expiationum à Summo Sacerdote nominabatur. Ex Talmudiſtis.* 432
Quænam ſint nomina in Scriptura, quæ Deo attribuuntur, & ſint ſacra. 611
Non auferetur ſceptrum de Iuda explicatur à Rabbinis. 568
נורא תהלות *Norà Tehillòth. Tit. lib.* 781
Nouatores malignè agunt in Catholicos. 571
נ *Nun litera ſuſpenſa in voce* מ'נ'שה *quid ſibi velit.* 566

O

R. Obdià Habbaàch ben Menachèm. 74
De oblatione quinquageſimæ partis Sacerdotibus exhibenda. 113
Obligatio cordium. Tit. lib. 817
Quæ obliuionem inducunt, recenſentur. 625
Obſcœna dicta. 389. 391. 392
Occaſio proxima peccati vitanda. 396
Octauius à Iadera. 753
De ſeptem filijs pro Lege occiſis. 498
Oculi non ſunt exacerbandi. 542
Oculus malignus non dominatur in piſces. 550
Neque in filios Ioſeph ex Talmude. 519
Odoardus Altham. 756
De Og Rege Baſan, & eius etymologia, deque Sichòn Rege Amorrhæorum. 662
Og Rex Baſan quomodo euaſerat ab aquis diluuij. 629
Vult ſub lapide miræ magnitudinis omnes ſimul Iſraëlitas frangere. 370
עולת שבת *Olàth Sciabbàth. Tit. lib.* 781
De Oleo leproſi. 544
Oleum vnctionis conficitur à Moſe. 623. 648
Onia cur fugerit in Ægyptum, & ibi Altare ædificauerit. 633
Onkelòs Haggbèr Proſelytus. 263

De Pharaone obſcœna. 417
Philippus d'Aquin. 6
Philoſophia libera. Tit. libri. 921
Philoſophiæ ſtudia prohibentur Iudæis iunioribus. 7
Philoſophiæ operam dare prohibent, ac ſi alerent porcum. 633
פי אריה *Pi Ariè. Tit. libri.* 34
R. Pinchàs Ben Aruuà. 691
Pinchàs Ben Eleàzari zelo ſuo Deum placat. 593
Obſcœna leguntur in hoc loco. Vide *Alkum.*
Pinchàs Sciulchanì. 70
Pirkà de R. Nathàn. 770
Circa piſces, & animalia varia obſeruationes naturales. 643
Cur in piſces non præualeat oculus malus. 519
Pius IV. partem Conſtitutionis Pauli IV. contra Iudæos moderatur. 743
B. Pius V. confirmat Conſtitutionem Pauli IV. contra Iudæos. 743
Idem facit Gregorius XIII. 744
Idem B. Pius V. qui expellit omnes Iudæos à tota ditione S. R. E. exceptis Roma, & Ancona. 744
De Placenta. 120
De plagis, & verberibus reis infligendis. 172
Plantauitius corrigitur. 840. 849. 852. 861. 867. 869. 870. 911
De pluuijs. 449
Pollutio voluntaria damnatur. 653
Pompeius Balbanius. 751
De pœnitentia. 46
שער יהודה *Porta Iudæ. Tit. libri.* 32
Potiphar caſtratur ab Angelo. 513
Secundò per errorem Typographi.
De precibus. 105
Præcepta filiorum Noè quot, & quænam ſint. 584
— *Alia ibidem adduntur.* 585
Præceptorum cauſas aſſignant antiqui. 584. & 661
Præcepta Legis Moſaicæ. 613
Ad vnicum præceptum reducuntur. 606
De eo, qui cum præcepto operatur, an maius meritum acquirat, quàm acquiret is, qui ſine præcepto idem facit. 485
Præcepta Iudaica à Dæmone inſtaurantur. 649
De Primitijs. 122
De

dummodo fiat ſine liuore. pag. 593
De partibus vitalibus Philoſophia Talmudica. 375
De Paſchate primo, & ſecundo. 129
Quæ Paſchatis tempore ex ædibus abijciantur. 150
Paſchalis Pagnanus. 754
Ad quid teneatur pater erga filium. 483
Patres, qui in Scripturis de peccato arguuntur, omnes à Talmudiſtis excuſantur. 378 & ſeqq.
De Patribus immunditiei. 126
Patriarcharum corpora in ſpelunca aſpiciuntur. 564
Paulinus Bernardinus. 751
Paulus Boncompagnus. 823
Paulus Burgenſis, & Hieronymus à S. Fide conuertuntur ad Chriſtum. 37
Fr. Paulus diſputat cum R. Bar Nachmàn. 945
Paulus IV. contra Iudæos Conſtitutionem edit, qua Iudæis Romæ, & in Statu Eccleſiaſt. habitantibus multa prohibentur. 742
In partem Pius IV. eam moderatur. 743
De peccato à Deo Talmudico commiſſo. 610
Peccatum originale aſtruitur. 378
Peccati originalis fœtor quomodo tollendus. 391
פריעה *Periàh quid.* 469
R. Peripetus Duran. 43
De permutatione animalium pro Sacrificio. 195
Perſarum antiquorum mores deſcribuntur. 489
Perùſc al Maſſecheth avòth. 74
Perùtz Sciabbùr Academia Iudaica. 667
Tempore peſtis documenta ſeruanda. 540. 541
Petioli fructuum quomodo immunditiam recipiant. 235
Petrus Aubuſſonius Diaconus Cardinalis Ieroſolymitanorum Equitum Magiſter Rhodo eijci, & Niciam Prouinciæ Iudæos deportari imperat. 731
Petrus de Benedictis. 752
— *Boncompagnus.* 826
— *De Luna Antipapa damnat Talmudem.* 731
— *Philipani.* 894
— *Plantamonius.* 755
— *De Regio Protonotarius.* 67
— *Riuièr.* 752
Pharaonis Conſiliarij contra Iſraëlem quinam fuerint. 513

natur, & quiſnam ſit ille. 74
Rabbini iactant ſe ſimiles eſſe Angelis adminiſtratorijs. 489
— Vitulum creant. 559
Contra Rabbinum moralia docentem inſurgit Rabbinorum turba, & obſcœniſſima ſtatuunt. 526
Rabbinis odium ſeruare præcipitur, & vt vindictam ſumant de inimicis edocentur, alioquin nomine Rabbini indigni exiſtimantur. 428
Rabbini inter ſe bene precantur, & quibuſnam formulis. 365
Rabbinorum honor præfertur honori patris. 643
Rabbinorum malefici oculi. 525. 377
De Rabbinis, & eorum doctrinis iudiciũ. 567
Rabbinorum verba tranſgrediens reus eſt mortis. 361
Inter Rabbinos magna oritur altercatio Bononiæ in Italia ob depoſitum 12000. *aureorum.* 863
Rabbènu Hakkadòſc vita. 75. *& ſeqq.*
Quo anno ſit natus *ibid.*
Quo anno obierit, & vbi ſepultus. 775
Rabbènu Hakkadòſc an plures fuerint. 774
Rachab meretrix conuertitur. 629
De Rachàu meretrice homines illuſtres egreſſi ſunt. 458
R. Ramè Abbà. 694
Raphael Corcòs. 827
Raphaelis de Velletri filia nomine Rachel Chriſtianam religionem amplectitur ſub nomine Flaminiæ Philipanæ. 893
Vna rana totam terram Ægypti ranis replet. 591
Ràu. 692
Amorraitarum Princeps. *ibid.*
Rauà. 693
Moritur. *ibid.*
— Bar Limà. 694
— Bar Mathathiàh. *ibid.*
Rauenà. *ibid.*
Fr. Raymundus Martini diſputat cum R. Bar Nachmàn. 945
Refugium quærendum in neceſſitatibus. 540
Reges Chananæi contremiſcunt. 629
Reges de Domo Dauid impij quinam fuerint, & quænam mala fecerint, numerantur. 597. 598
Reges, quo ritu inungebantur. 624

De primogenitis. pag. 191
De principio anni. 134
De profanis animalibus. 188
Propheta mendax eſt audiendus, ſecundùm Talmudiſtas. 4
Prophetæ auferuntur ab Iſraële. 569
Item Prophetia. 557
Et datur Chriſtianis. *Ibid.*
Omnes Prophetæ non prophetauerunt niſi de eo, qui locat filiam ſuam in vxorem diſcipulo ſapienti. 368
Talmudica eſt doctrina. Alij aiunt: Omnes Prophetæ &c. niſi de diebus Meſſiæ, & quidem veriùs. 369
Omnes Prophetæ diuites fuerunt. 532
Quotnam Prophetæ fuerint in Iſraële, & quot Prophetiſſæ. 456
Numerantur. 457
Tria proſelytorum genera. 463
Proſelytorum nonnulli magni Duces fiunt ex Gentilibus. 497
Prouerbia nonnulla moralia referuntur. 542
In Iuuenes Seniorum mortem expectantes prouerbium. 584
Prouerbium, Tria odiui, & quartum non amaui. 655
Deus quatuor odit &c. *ibid.*
In Pſal. 29. *elucidatio.* 66
In Pſalmos, qui pro titulo habent Halleluia, explicatio. 69
Pſeudo-Meſſiæ Iudæorum. 704
Puellarum pudorem proſtituunt Talmudiſtæ. 661
In pueris, & puellis quænam ſint ſigna pubertatis. 222
De 400. *pueris, & puellis, qui ſeipſos demerſerunt in mare.* 498
Pumbeditana Academia. 665
De punctis, & accentibus. 531
Et alijs ad lectionem Sacræ Scripturæ pertinentibus. *ibid.*
De Purificatione. 223
Feſtum Purìm quomodo celebretur. 453

R

RAbbà Bar Bar Chanà. 693
Rabbà Bar Bar Scilà. 694
Rabbì abſolutè. 317
Rabbì per excellentiam aliquis ita cognomi-

De Sabbatho. 123
De Sabbathi ſanctificatione. 411
In Sabbatho prohibent ambulationem in ſuperficie herbarum. 400
Sabbathinam ſanctitatem transferunt in alium diem profanum hebdomadæ. 385
Sacerdotibus filijs Aharon 24. dona data ſunt. 543
De Sacrificijs. 181
Sacrorum Bibliorum lectio cum modulo, & voce ſuaui ſi fiat, laudatur. 465
Sahel Sacerdos Karraita. 70
De Salamandra. 587
Salomon Corcòs cum filio conuertitur. 759. & 821
Familiæ Boncompagnæ annectuntur. ibid.
Vgo Boncompagnus à Gregorio XIII. appellatur; Comes Palatinus creatur, & quamplurimis priuilegijs, & gratijs ornatur. ibid. & ſeqq. prolixè.
Salomon Rex ætatis 8. annorum genuit filium. 591
Salomonis Regni magnitudo deſcribitur. 574
Et quomodo priuetur. ibid.
De Salomonis conuiuijs. 552
Rex Salomon ſculpebat lapides Templi vermiculo quodam dicto Sciamìr. 502
Salomonis parabolæ quotnam fuerint. 400
Salomonem Regem excuſant à peccato. 381
Salomon Rex deijcitur Regno ab Aſmodeo. 502
R. Salomon ben Gebiròl. 8
— *Germanus laudatur.* 73
— *Iarchì inſignis Rabbinus Francia expellitur.* 716
Sed mendum eſt, & corrigitur. ibid.
Idem redarguitur. 553
— *Ben Manòah ben R. Samuelis de Nurſia.* 921
— *Ben Parchòn.* 72
Ràu Samlài. 695
De Samſone portentoſa, & obſcœna. 512
R. Samuel Archiuolti. 43
— *Aſchenazì Todeſco.* 47
— *Ben R. David Aben* נחמיאש *Nachmias Typographicã artem exercet Conſtantinopoli, auxilio, & ope R. Iacobi Aben Iekàr Medici.* 854
— *Gabài ad fidem conuerſus vocatur Io. Baptiſta Philipani.* 893
— *Ben R. Iudæ Aben Tibbòn laudatur.*

Reſc Lakìſc Dux latronum conuertitur à R. Iochanàn. 550
Fit inſignis Rabbinus. 694
Eius deciſio laudatur, vtpotè armigeri. 551
ישר *Rectus, ſeù liber Recti. Titulus libri.* 935
Regni ſtabilitas, vel inſtabilitas vnde proueniat. 649
Religiones, quæ votis aſtringuntur, perfectiores ſunt ijs, quæ eadem opera ſine voto faciunt. 485
In renibus conſilium ponunt. 374
Repudia improbantur. 576
Rerum amiſſarum, & inuentarum proprios dominos inuenire quomodo ſtudebant Talmudiſtæ. 545
Res, quæ inueniuntur, ſi Gentilium ſint, reſtitutioni obnoxias non cenſent. ibid.
De reſurrectione mortuorum. 69. 594
Reſurrectio Iudæorum quomodo fiet per terræ meatus. 474
Rex Francorum ludibrio à Iudæis habetur. 834
Richardus Simon, Spinoſi Athei veſtigia calcat. 632
Ricciullus. 758. 759
De ritibus Hebræorum Italicè. 35
Item Gallicè, & Anglicè. ibid.
De ritu exonerandi ventrem. 375
De Roma. 610
Romanæ Vrbis ſolum ex Salo oritur, ex Talmude. 575
In Vrbe Roma tumultus magnus fit. 427
Romani, quo anno cœperint regnare ſuper Iſraël. 618
Romani Gentiles ingenui, & liberales. 546
Romanorum feſtum quolibet 70. anno celebratum. 618
In Romanos inuehunt Talmudiſtæ. 406
Romanum Imperium ſubiugauit Iſraëlem 180. annis ante euerſionem Domus Sanctuarij. 376
Romanus Petrellius. 753
Roſales. 866
Ruben excuſatur à culpa à Talmudiſtis. 379
Ruth genealogia. 522

S

SAba Regina non eſt mulier. Chimera eſt Talmudiſtarum. 559

R. Scimòn Ben Eleàzar. 324
Rabbàn Scimòn ben Gamliel de Iaunè. 325
Rabbi Scimòn ben Iehotzedèk. 695
— *Kaiſſera.* 805
— *Bar Kaphrà.* 696
— *Ben Lakìſc.* 695
Ràu Scimòn ben Menaſià. 696
R. Scimſciòn de Scianz. 914
ש *Scin litera laudatur.* 1
שיף ביץ *Sciph chètz.* 2
שירה פרנדא *Scirà parnedà deperditur.* 524
ܫܠܛ *Sclìt extrahere.* 20
Scriptoria Hebraica in Bibliotheca Vaticana alia erigitur ab Alexandro VII.
Scripturæ ſenſus aliquando dilatatur, aliquando reſtringitur, exemplum ex Talmude adducitur. 634
Pro ſeculo futuro quidnam intelligant Iudæi. 606
An ſeruus ingenuorum opera exercens libertatem acquirat. 490
Sebaldus Schnellius. 885
A ſeculi futuri participatione excluduntur nonnulli. 596. & ſeqq.
Sèder Olàm. 794
Abbà Selà. 669
De maledictionibus ſerpenti ſeductori datis. 511
De fluxu ſeminis. 220
Seldenus. 70
De Senatu, & Senatoribus. 168
Senſus Sacræ Scripturæ quadruplex eſt. 38
Senum conſilia anteferuntur puerorum conſilijs. 463
Sèpher baſciaraſcìm. 72
Serpens concubuit cum Eua. Error Talmudiſtarum. 391
De Siclis. 142
R. Simài. 691
R. Simeon ben Azài. 332
— *Ben Gamlielis ſenioris.* 326
— *Ben Haſſeghàn.* 332
— *Happakulì.* 333
— *Ben Hillelis ſenioris.* 327
— *Ben Iochài.* 331
— *Ben Iochài malignos oculos habebat, quibus occidebat quos intuebatur.* 377
— *Ben Iudæ.* 330
— *Kaiſſera.* 9
— *Ben Meir.* 926
— *Ben Menaſià.* 331

R. Si-

tur. pag. 72
Samueli Katàn datur facultas embolizandi annum. 568
— *Leuita.* 777
— *De Medina.* 807
— *Ben Mordechài Gabài.* 893
— *Aben Nachmias Typographus.* 840. & 854
— *Halleuì.* 776
— *Hannagbìd.* 934
Samuelis filij excuſantur à culpa. 380
R. Samuel Ben Scialòm Sagalmaſi. 785
Exercitus Sancherìu licèt numeroſiſſimus per partes numeratur. 595
Sanctorum interceſſio poſt illorum mortem euidenter probatur. 516
Sanàb Ben Beniamin. 691
Sandaliorum vſus in æſtate. 564
Ràu Saphrà. 691
Sapientes Miſcnici numerantur. 335
Satan auctoritas in die expiationum ſuſpenditur. 426
Libri Sacri à quibuſnam ſcripti fuerint. 558
ܣܟܪܝܘܛܐ *Scarìuto.* 12. 14
ܣܟܪܝܘܛܐ *Scarìuto Iudæ proditoris patriam faciunt Syri.* 22. 23
Sciaaltìel cur ita nuncupatur. 578
שער יהודה *Sciaàr Iehudà. Tit. lib.* 32. 70
R. Scelomò ben Ieruchàm Karraita. 70
Ràu Scemàn Bar Abbà. 695
Scholaſticus ſtylus inter diſputandum introducitur in Iudaiſmo. 863
ܚܕܘܬܐ *Chadùto gaudio.* 20
שעטנז *Sciaatnèz explicatur.* 111
Sciammài. 317
De שמיר *Sciamìr vermiculo.* 507
Ràu Scemuel Bar Nachmani. 694
R. Scem Tou Ben R. Iſaaci Sciprùt. 927
— *Aben Scem Tou.* 61
Ràu Sceſciàth. 696
R. Sciaphtàl Segen Leuiàh. 935
Scibùr Malcà, quis. 694
Sciamuèl hakkatàn Samuel paruus. 318
Scientiæ mediæ fauent Talmudiſtæ. 546
R. Scilà Iſc Chephàr Tamrathà. 694
ܚܝ *Chài viuentis.* 20
R. Scimon. 695
— *Scimon ben Betherà.* 325
— *Chasìda.* 695
— *Ben Chelpatà.* 330

Synagoga minitans ruinæ periculum quomodo deſtruenda. 555
Aut reparanda, ſiuè readificanda. 375
Quot Synagogæ in ſtatu Eccleſiaſtico olim fuerint. 757
De Synedrio à Moſe fundato, & de 70. Senatorum electione eorumque requiſitis. 573
De Synedrij poteſtate. 583
Eiuſque intermiſſione in cauſis capitalibus. 570
Et de illius attentata conſeruatione. 569
Synedrium ceſſat, ſed quatuor genera mortis non ceſſant. 577
Synedrij tranſmigratio. 31
Synedrium quo anno exulare cœperit. 618
Omnes Synedrij ſapientes interficiuntur. 487
Syriaca lingua deprauata eſt, & corrupta. 14
Syra lingua non eſt primigenia, & qua locuti ſunt protoparentes noſtri. 15
De lingua Syriaca malè audiunt Talmudiſtæ. 22
Eam Angelos non intelligere, ideò prohibent petere à Deo aliquid huiuſmodi lingua Syriaca. ibid.
Vide *Chaldaicam linguam.*
Lingua Syriaca etymologiam nominum Sacræ Scripturæ non habet. 19. 20

T

טעמי המקרא *Taamè Hammikrà. Titulus libri.* 38
Taamè Mitzuòth. Tit. lib. 65
Et in correct. טעמי מצות. 969
De Tabernaculorum ſolemnitate. 136
In feſtiuitate Tabernaculorum cuiuſnam ſpecies fructus ſit adhibenda adhuc ignoratur apud Talmudicos. 440
De Tabernaculorum coinquinatione. 211
Tabbì ſeruus Rabbàn Gamlielis. 275
חלמיד חכם *Talmìd Chachàm quiſnam ſit.* 446
Talmud eſt expoſitio Miſcnæ, & Miſcnæ vnita vocatur Talmud. 349
Talmud Ieroſolymitanum ſcribitur. 684
Talmudis Ieroſolymitani lectio prohibetur. 687
De Talmudis Babylonici materiali œconomia. 760
Quoties excuſum. ibid. 762
Talmud Babylonicum eſt imperfectum. 352
Contextus Talmudicus à quibus compoſitus,

R. Simeon ben Nanas. pag. 331
— *Ben Nathanèl.* 332
— *Ben Rabbì.* 333
— *Scezorì.* 334
— *Ben Sciatàch.* ibid.
— *Themanita.* 335
— *Ben Zomà.* 329
Simon Coriarius an pater Iudæ proditoris fuerit. 24
— *Spinoſi diſcipulus.* 639
Simulachra hominum erigi in locis Sacris permittunt Talmudiſtæ. 422
Liber Siphrà à quo ſcriptus. 30
Siſaræ libido deſcribitur. 470
Sixtinus Amama. 118
Sixtus Senenſis corrigitur. 686. & 687
Sod ieſciarìm. 35
De Sodomæis multa. 602. & ſeqq.
De eorum legibus. 603. 604
Sol de die ſecat firmamentum, & atomi, qui cadunt ex ſciſſione ſunt impedimento ne vox ita audiatur ſicut in nocte. 427
Solis ingreſſū in quatuor puncta cardinalia Zodiaci Iudæi nimis ſuperſtitioſè obſeruant. 838
Somachus ben Iosè. 315
Qui non ſomniat, impius iudicatur à Talmudiſtis. 371
De ſomnijs varia, & vana dicuntur. ibid. & 372
De Sorana Academia Iudaica. 664
Eius prærogatiuæ. 666
Quinque ſpecies frugum, ex quibus placenta eximi debet. 120
Spinoſus noſtri temporis Atheiſtarum Coryphæus damnatur. 631. 639
Spizelius corrigitur. 840
De Sponſalibus, & nuptijs. 150
סקורטיא *Quænam vox ſit.* 23. 24
Stephanus Aldoienſis dictus Edenſis Maronitarum Patriarcha. 932
De 1022 Stellis fixis tractatus. 67
Summi Sacerdotis in pronunciatione Nominis Dei vox audiebatur vſque ad Ierichuntem. 432
Summorum Sacerdotum ſumma tam in primo, quam in ſecundo Templo. 425
De quatuor generibus capitaliũ Suppliciorũ. 170
סור מרע *Sur Meràa Tit. lib.* 35
De repudio Synagogæ. 373

libri. 74
R. Tanchùm bar Chìjà. 696
Taraſona Hiſpaniæ Vrbs. 927
Targùm Ionathanis ben Vzielis. 788
Targùm ſeu Paraphraſis ſecunda. 815
R. Tarphòn. 275
In primo Templo quædam res fuerunt, quibus ſecundum Templum caruit. 427
Quænam fuerunt abſcondita tempore primi Templi. 511
De Arca. 512
Locus ſecundi Templi readificandi oſtenditur. 628
De Templi Ieroſolymitani magnificentia. 441
Templum cur dicatur Libanus. 431
— Cur Sylua. ibid.
In eo fuit ſylua, quæ fructus aureos promebat. Ex Talmude. ibid.
Ante Templi ſecundi deſolationem prodigia quædam viſa ſunt. ibid.
Templi portæ ex ſe ſe clauduntur. 414
Templi Sacerdotes, & Cuſtodes proijciunt claues Templi verſus Cælum, & à manu quadam in aëre apparente recipiuntur ex Talmude. 450
Templi Ieroſolymitani ſubuerſionis cauſæ. 425
Deſtructo Templo nunquam apparuit dies clara. Talmudicum commentum. 372
Tertium Templum non ædificabitur, vt vanè credunt Iudæi. 610
Templi Ieroſolymitani ſtructura lignea. 850
De Templi pulchritudine ab Herode ædificati. 556
De menſuris Templi Ieroſolymitani. 201
De tribus Terræ ſanctæ diuiſionibus. 113
Terræ ſanctæ deſcriptio chronographica Hebraicè. 863
Terræ Iſraëlis, & Templi altitudo. 626
— — Meritum extollitur. 474
Illius præſtantia, & fertilitas. 377
Reuerentia commendatur. 481
Extra Terram Iſraëlis habitantes alienigenæ cuiuſcumque religionis ſint, non ſunt idololatræ. Dogma Talmudicum. 635
De teſtificationibus factis à Doctoribus. 174
Theodoretus Syriacam linguam præfert Hebrææ. 21
Theodorus Landus. 754
De Therumà. 113
Ex odore Thimiamatis capræ Ierichuntinæ ſtartus, & quomodo eius partes ſint dignoſcendæ. pag. 350
Talmud datum eſſe in monte Sinai, ſomnium Talmudiſtarum. 359
Talmudis ſtudium valdè commendatur à Iudæis. 349. & ſeq. 353. & ſeqq. & 747
Talmud præferunt Sacræ Scripturæ. 399
Ad Talmudis lectionem intelligendam, quæ neceſſaria ſint. 350
Pro Talmude aliqui pugnant. 745. & ſeqq.
Talmud à diuerſis Summis Pontificibus flammis addicitur. 731. 742. & ſeqq.
Et cur damnetur etiam à Pſeudo-Papa Benedicto XIII. 731
Huiuſmodi Talmudis Codices quo anno per Italiam igni tradantur. 747. 748
Talmudiſtarum ſuperbia. 440
Talmudiſtæ in ſuis dogmatibus diuendendis, quo ſpiritu ducantur, oſtenditur. 663
— Ingratitudinem Iudæos docent, ne à Deo eis exhibita beneficia agnoſcant. 401
— Corrumpunt ſenſum Sacræ Scripturæ, vt nouum, & inauditum inducant, quem pro vero, & ſacro textu diuendunt. 387
— Iniquam faciunt Scripturam, & mendacem. 379. 380. 381
De hyperbolicis Talmudiſtarum narratiunculis. 656
Allegoriæ Talmudiſtarum fœtidæ. 535
Talmudiſtarum encomia. 399
— Verba impiè præferuntur verbis Sacræ Scripturæ. 398
Quòd ſi illorum verba aliquis derideat, eum damnant in ſtercore ebullienti. ibid.
Et qui meditatur in illis, dicunt eum guſtare ſaporem carnis. ibid.
— Leuitates ex manuum, & digitorum geſticulatione cognoſcuntur. 442
Multa ad incantationes, & veneficas artes pertinentia docent Talmudiſtæ. 407
Talmudiſtarum oculi ſunt malefici. 408
In Talmudiſtarum morte multa miracula referuntur inania. 418
Imponunt Thamar defectum concipiendi in concubitu Er, & Onan. 463
Tanaitæ quinam fuerint. 252
Tanaitarum proprietates quædam neceſſariò cognoſcendæ explicantur. 339. & ſeqq.
ס' תנחכמוני Sepher Tanchacamonì. Tit.

Verſus Italici Euchariſtici ob Baptiſmum Angeli Viti Gabài. 896
Vgo Boncompagnus, olim Salomon Corcòs, nobilitate Romana donatur, & quamplurimis priuilegijs ornatur à Gregorio XIII. 821. & ſeqq. prolixè.
Quæ in libro דרך אמונה Via Fidei *continentur, bona illorum pars ex hac Rabbinica Bibliotheca excerpta ſunt.* 756
Victimæ quomodo ligabantur in Templo. 443
Don Vidal Benbanaſte. 776
Don Vidal ben Leuià. 934
Meſſer Vidal Vitalis de Toloſa, ſeù & meliùs de Dertoſa in Catalonia. 784
De S. Vincentio Ferrerio. 37. 726. 727
Vini potus conceditur Monachis. 566
סוד & יין *Vinum, & ſecretum in numero ſunt æqualia.* 579
Vitula. Vide *Vacca Rufa.*
Vlà. 691
Quomodo vngebantur Sacerdotes; quomodo Reges. 649
De Votis. 157
Votorum frequens emiſſio non laudatur à Talmudiſtis. 525
De Votorum generibus. 642
Vox in Templo prolata auditur multis leucis extra Templum. 426
De vſuris prolixè tractatur in Talmude. 548
Vxoris expulſio decernitur contra Legem. 467
Rauà Bar VVlà. 694

Z

RA'u Zacharias Ben Aukulas. 678
De ſanguine Zachariæ filij Barachiæ inter Templum, & Altare effuſo. 496
Zachariæ ſanguis ebullit in Templo. 596
Zacharias Dominicus Acſamitek à Kron. 931
— *Ben Hakatzàu Lanij fil. Sacerdos.* 267
— *Ben Kabutàl Sacerdos.* ibid.
Ben Zaccài. Vide *R. Iochanàn ben Zaccài.*
De zelotypia. 507
R. Zerikà. 678
Ben Zoma. Vide *R. Scimòn Ben Zomà.*
R. Zarachià Halleuì. 776
Ràu Zirà. 678
Zuppa. Vide *Ientaculum matutinum.*
Ràu Zutrà bar Touijàh. ibid.

F I N I S.

ſternutant. pag. 432
תפארת ישראל *Thiphèreth Iſraèl. Tit. lib.* 40
De Thephillìm. 632
תפילות ישרים *Thephillòth Ieſcarìm Tit. lib.* 47
Thomas Cantoni. 754
Thomas Ruffus. 751
תקון שטרות *Tikkùn Scetaròth. Tit. lib.* 41
De Tito multa. 492
Titi mors deſcribitur. 494
R. Todròs Theodorus Aben Iachijà. 777
R. Todròs Theodorus ben Meſciullàm ben Dauid Todròs. 934
Don Todròs Theodorus Conſtantinopolit. 776
טורמיטא *Tormita quid?* 535
Totaphta. 346
Auctores Toſaphòth. 899
תושלמי *Toſcialmì auis qualiſnam fuerit.* 601
R. Tranquillus Korkòs. 824
De Sanctiſſima Trinitate. 902
De Turriano, & Iuliano Romanorum exercitus Ducibus. 311. 448
R. Tzadòk pater R. Eleazaris bar Tzadok. 316
צמח צדיק *Tzèmach Tzadìk. Tit. lib.* 36
צפורת כרמים *Tzippòreth cheramìm Paſſer vinearum quid ſit, & eius fabula.* 387
Tzippurì Oppidum. 75

V

DE Vacca rufa. 207
Vaccæ deferentes Arcam Canticum cantant. 620
ויהי *Vahì* Et fuit *ſignum funeſtum eſt in Scriptura.* 453
Valetudo quomodo conſeruetur. 535
De vanitate mundi. Tit. lib. 6
De vaſis, hoc eſt de inſtrumentorum vtenſilium, & veſtimentorum immunditijs. 226
De Vaſthi Regina ignominioſa, & obſcœna. 454
Venturinus Rufinellus. 921
Ventris onus quomodo deponant Talmudiſtæ. 375
Verba Scribarum præferuntur verbis Legis. 593
ושת *Veſcet quid?* 188
Veſtibus nigris pro luctu ſignificando induebant antiqui. 548
Veſtimenta Sacerdotalia quomodo peccata tollant. 647

REGESTVM.

§ §§ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz.

Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg Hhhhh Iiiii Kkkkk Lllll Mmmmm Nnnnn Ooooo Ppppp Qqqqq Rrrrr Sſſſſ Ttttt Vuuuu Xxxxx Yyyyy Zzzzz.

Aaaaaa Bbbbbb Cccccc Dddddd Eeeeee Ffffff Gggggg Hhhhhh Iiiiii Kkkkkk.

Omnes ſunt Duerniones præter Kkkkkk quæ eſt Ternio, & præter §§, quæ eſt ſimplex folium.

Poſtremò *Pag.* 1002. *col.* 1. *lin.* 5. *ante finem* ושת corrige ושט, & vale.

B. R. NAPOLI

VA11520347

LXII. H. 38.

S.ma SELLERS
Legatoria
[illegible]

R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
LXII
H
~~28~~ 30
NAPOLI